

TOMVS PRIMVS
CONCILIO
RVM OMNIVM, TVM
GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM

ATQVE PARTICVLARIVM, QVAE IAM INDE AB APOSTOLIS
vsque in praesens habita, obtineri potuerunt, magna insignium Syno-
dorum, aliorumque maxime vtilium accessione aded nunc auctorum,
vt in Tomos 4. distributa sint: aliquot locorum millibus in Syno-
dis & Epistolis decretalibus haecenus editis, ad vetustissi-
morum manuscriptorum codicum fidem diligenter
emendatis & restitutis per F. Laurentium Su-
rium Carthusianum.

Cum Indice locupletissimo, quatuor Tomis communi.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruinium Calenium, & Heredes Iohannis Quentelij,
anno Domini M.D.LXVII.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in
decennium.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

2 400 40
H. B. N. S.
MADE IN SPAIN

TOMVS PRIMVS
CONCILIO
RVM OMNIUM, TVM
GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM

ATQVE PARTICVLARIVM, QVAE IAM INDE AB APOSTOLIS
vsque in praesens habita, obtineri potuerunt, magna insignium Syno-
dorum, aliorumque maximè vtilium accessione adèd nunc auctorum,
vt in Tomos 4. distributa sint: aliquot locorum millibus in Syno-
dis & Epistolis decretalibus haecenus editis, ad vetustissi-
morum manuscriptorum codicum fidem diligenter
emendatis & restitutis per F. Laurentium Su-
rium Carthusianum.

Cum Indice locupletissimo, quatuor Tomis communi.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruinium Calenium, & Heredes Iohannis Quentelij,
anno Domini M.D.LXVII.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in
decennium.

CONCILIA HOC PRIMO TOMO COMPRAEHENSA.

C onciliū Carthagineſe ſub Cypriano, cū antidoto, pagina 241.	Concilium Aquileienſe. 472.
Synodus Antiochena contra Paulum Samofatenum. 264.	Concilium Conſtantinopolitanū primum. 481.
Concilium Ancyranum. 292.	Concilium Valentinū Gallia. 491.
Concilium Neocēfarenſe. 315.	Concilium Telenſe. 499.
Concilium Nicenum. 339.	Concilium Carthagineſe ſecundum. 500.
Concilium Romanum ſub Sylueſtro. 354.	Concilium Carthag. tertium. 503.
Concilium Romanum aliud ſub eodem. 355.	Concilium Carthag. III. 511.
Concilium Eliberinum. 362.	Concilium Taurinateſe. 516.
Concilium Arelatenſe I. 368.	Concilium Carthag. V. 519.
Concilium Gangrenſe. 369.	Concilium Toletanum I. 521.
Concilium Arelateſe II. 375.	Concilium Meleuitanum. 554.
Concilium Carthagineſe I. 377.	Concilium Carthag. VI. 564.
Synodus Romana ſub Iulio. 396.	Concilium Carthag. VII. 569.
Synodus Agrippinenſis. 397.	Concilium Aphricanum. 570.
Concilium Antiochenum ſub Iulio. 399.	Concilium Ephēſinum. 598.
Concilium Sardicēſe. 410.	Concilium Rhegieſe. 698.
Concilium Laodicenum, 451.	Concilium Agatheſe. 709.
	Concilium Arauficanum I. 717.
	Conciliū Vaſeſe aut Vaſioneſe. 720.
	Concilium Carpentoraſe. 725.
	Concilium Arelateſe III. 726.

SERE-

SERENISSIMO EI-

DEM QVE VERE CATHOLICO PRINCIPI

Philippo, Hispaniarum, Siciliae, Neapolis &c. Regi,
noui orbis Monarchae, Belgarum &c. Domino,
domino suo clementissimo,

S. P. D.



Nnis superioribus, Rex inuictissime, idemq; vere Catholice, multo labore & sudore ex diuersis bibliothecis quicquid Synodorum haberi poterat, collegit, atque in vnum corpus tum Synodos, tum Epistolas Pontificum decretales redegit, suoque digessit ordine vir doctus & pius Petrus Crabbe, apud Machliniam tuam professione Franciscanus: videlicet gratificaturus tum studioso lectori, tum Reipub. Christianae, cui non erat nescius quantum is labor compendij & vtilitatis esset allaturus. Cum enim ad confirmadam in animis hominum e religioe Christianorum orthodoxam fidem, extra quam nulla cuiquam salus esse potest, in primis efficax sit, nosse quis orbis Christiani de illis rebus, quae ad nostram religionem pertinent, perpetuus sensus atque consensus fuerit, is vero non aliunde certius, quam ex omnium seculorum approbatis Concilijs possit intelligi: perspicuum est, Synodorum cognitione maximas & habere & adferre tum studiosis, tum Reip. iuuandae opportunitates. Porro vero priusquam in certum aliquem ordinem, atque in suum quendam peculiarem locum redactae essent, operis erat immensi, adeoque fieri vix poterat, vt ab vno aliquo quantumvis studioso, omnes cognoscerentur. Postquam vero in paucos Tomos collatae sunt, & perlegi facile possunt, & semper ad manum haberi. Quanquam autem in colligendis illis plurimum & temporis & operae posuit is, quem diximus, venerandus pater, non tamen parum multa eius diligentiam effugerunt, quae nunc demum in hac editione ab illo euulgatis Concilijs adiuncte, omnibus sese legedas offerunt. Cui rei illud etiam accessit publicae vtilitatis auctarium, quod tamen ille pater in corrigendis Synodis permultum se sudasse testatur, vsque adeo tamen multa alijs corrigenda reliquerit, fortassis exemplarium necessario subsidio destitutus, vt me existimem certo affirmare, nec ambiguis argumentis docere posse, in toto hoc Conciliorum & decretalium epistolarum opere aliquot locorum millia, ad vetustissimorum manuscriptorum codicum fidem diligenter collata me emendasse, plurima etiam illustrasse, & suae integritati restituisse. Id vt maiori fide & fiducia possem, magno mihi adiumento fuit copia manuscriptorum exemplarium, in quibus erant nonnulla admirandae vetustatis, e quibus etiam aliquot Synodos descripsi antehac nusquam excusas. In eiusmodi autem manuscriptis exemplaribus, sine quibus nihil effici potuisset, vnde cunque conquiredis diligens admodum fuit typographus D. Geruinus Calenius, Iuris Licetiatius integerrimus, & Catholicae religioni addictissimus, cui studiosi omnes, praecipue vero Theologiae & Iuris Pontificij tum hoc nomine,

a* 2 tum

tum ob sumptus immanes, quos in hac accuratè cōparanda, persequenda & absoluenda editione fecit, permultum se debere vt fateantur oportet: nec deerat illi promptus animus ad maiora etiam præstanda, si plura obtineri potuissent: idque sanè non tam priuati causa compendij, quam pro sua virili adiuuandæ Reip. plus satis hoc turbulento æuo afflictæ. Quantum autem lucis accesserit innumeris locis, hætenùs scriptorum vitio & oscitantia deprauatis, ex tot veterum codicum collatione, attentus Lector haud difficulter aduertet. Neque tamen aut temerè & mala fide ad emendandum vel castigandum vnquam accessi, aut ità iam omnia castigata sunt, vt nihil desiderari posthac queat: immò verò locis nō paucis tam erant manuscripta exemplaria omnia vitiosa atque mendosa, vt nihil ex ijs subsidij petere liceret, coactusque sim illis nihil mutatis ad alia porrò pcedere, quòd mihi religio esset pro meo arbitratu quicquã vspiam temerè immutare, ad eò vt hac in parte propemodum superstitiosus fuerim. Præter istud autem haud vulgare commodum, quòd ex tot emendatis locis studioso lectori offertur, aliud etiã accedit, quòd permulta hac editione continentur, hætenùs aut prorsus incognita, quorum est non exiguus numerus, aut certè conciliorum tomis neutiquam cōpræhensa. E quibus pauca cōmemorabimus: Sũnt libri VII. Apostolicarum Constitutionum, Clemẽte Romano collectore. Est V. Synodus œcumenica, eaque gnãsia & germana, quæ hucusquẽ latitauit in tenebris. Et ante hanc Synodum sunt complures egregiæ epistolæ totius ferè orbis Episcoporum, scriptæ quidem locis diuersissimis, Leone Augusto, qui Martiano in imperio successit, instigante & adhortante: sed ad eò inter se concordēs in Synodi Chalcedonens̃, contra quam tum Alexandrini, homines ad scditiones mouendas nati, tumultuabantur; approbatione, & Timothei Aeluri heretici, qui per summam crudelitatem cæso Proterio viro sanctissimo, sedem Alexandrinam inuaserat, exauratione & excommunicatione, vt sine magna animi voluptate & admiratione legi vix possint. Meminit harum præter ceteros etiã Cassiodorus lib. I. de Diuinis lectionibus, cap. II. his verbis: Chalcedonens̃is autem Synodi testis est codex Encyclius, qui eius reuerentiam tanta laude concelebrat, vt sanctę authoritati meritò iudicet comparandam. Quem codicem ^{ἐγκύκλιον}, id est, totius orbis epistolarum à viro disertissimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco sermone conuerti. Hęc ille. Est deindè cōcilium insigne Martini Pontificis eius nominis I. antehac nunquam typis excusum, quo inter cætera damnatur Monothelitæ heretici. Additi sunt etiã aliquot Synodis generalibus Canones, aliàs desiderati. Tum quoquẽ adducta est VIII. Synodus vniuersalis: adiunctę sunt complures alię Synodi temporibus Childerici, Pipini, Caroli magni, Ludouici Pij, & aliorum Francię regum habitę, aliæque non pauca, quę suis locis lectori inquirenda relinquimus, nè T. M. grauissimis haud dubiò negocijs occupata, ijs singulatim enumerandis molestiam & fastidium afferamus. Est autem in tanta Conciliorum ab Ecclesia Dei receptorum, atque etiã decretalium Epistolarum diuersorum Pontificum multitudine id admiratione dignissimum, quòd in religionis nostrę negocijs idem sentitur, idem statuitur atque pronunciat

ab

ab omnibus: quę res summo iure nos & potest & debet in Catholica fide continere & confirmare, quam videamus tam longa temporum serie iam inde ab apostolis ad nos vsque non aliam atque aliam ab alijs & alijs, sed vnã eandemque semper ab omnibus catholicę ecclesię pastoribus & diuersissimarum prouinciarum ac locorum episcopis tradi & propagari: cum è diuerso luce meridiana clarius sit, & superiorum etatum omnium hereticos, & nostri quoquẽ æui nouos dogmatistas immaniter inter se diffidere & digladiari, & simul atque noui quippiam ab aliquo prolatum fuit, mox in multas easque scdissimè pugnantes sectas distractum semper fuisse: quòd illis accidere necesse est, qui à veritatis luce auersi, è suis cerebris priuatas opiniones comminiscuntur, easque imperitis pro verbo dei obtrudunt, fucò quodam & falsa veri specie illitas, quã ex scripturis diuinis magna impietate, in summi dei, qui illarum scripturarum author est, contumeliam, illis suis commentis & mendacijs adsciscunt. Atquẽ catholicę ecclesię doctrina, quę perpetuò vnã atque eadẽ, & semper sui similis permansit, non humani ingenij imbecillam aciem, sed auctorem habet Spiritum sanctum & incommutabilem veritatem, quæ Deus ipse est: cuius pondere semper oppressa sunt omnia humanarum adinventionum, prodigiosorumque figmentorum quantumuis vel speciosa vel arguta commenta, vicitque ad extremum semper inuicta veritas, tametsi non parum subindè laborare, & tantum non obrui & pessum ire visa sit. Hinc verò etiã illud perspicuum fit, quã reuerenter nobis habenda & suscipienda sint sacrarum synodorum decreta & dogmata, quippe quæ ab ipso dei spiritu promanarint: nec leuiter peccare censendus est, qui ea tanquam hominum constitutiunculas, vt plerique temeratores vocant, putet esse negligenda aut contemnenda. Quam in partem immanissimè peccant nostrę etatis nouatores, qui Synodos ad vnã omnes reiiciunt, vbi cunquẽ ab illorum placitis dissentiant: quos contra oportebat non id laborare, vt synodi ipsi, sed vt ipsi synodis subscribant & obtemperent, atque vbi cunquẽ sua placita ab illarum decretis discrepare animaduertunt, ibi se non dubitent in errore versari, comprimantque elatas ceruices & tumentes spiritus suos, qui non sũnt eos recta sapere verumque tueri, immò plerunquẽ, quòd dictu quoquẽ horrendum est, etiã veritatem agnitam compellunt persequi & oppugnare. At qui in catholica religione benè instituti sunt, decreta ecclesię venerabundi amplectuntur. sciunt enim dixisse Christum apostolis, & eorum successoribus episcopis: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Hanc pietatem aliquot prisca Hispaniæ reges, quemadmodum in Cõcilijs plerisque olim in Hispania celebratis videre licet, egregiè declararunt: hanc tua quoquẽ inclyta maiestas, Philippe rex potentissime, illustri ad omnem posteritatem exemplo semper præ se tulit, cõstanter inherens Ecclesię Catholiçę dogmatibus, nihilque in amplissimis ditionibus suis nouari permittens. Insistit, vt in alijs plerisque, ità in hoc quoquẽ Catholica maiestas tua vestigijs sanctissimi parentis sui Caroli V. Romanorum Imperatoris verè maximi, qui ad supremum vsque spiritum ab auita religione nec latum vnquam vnguẽ deflectit. Cui cum ego viderem superiores Conciliorum editiones ab eo, quem antè dixi,

venerando patre Petro Crabbe semel atq; iterum nūcupatas esse, agnoscerem que in T. M. paternę integritatis & fidei ad viuum expressam imaginem, æquissimum arbitratus sum, quicquid id esset operæ, quod in hac noua expedienda Conciliorum omnium, que quidem obtineri potuerunt, euulgatione multo tempore collocâsem, illi ipsi Catholicæ ac Serenissimę M. T. dedicare. Nec me quisquam vel temeritatis, vel impudetiæ debet arguere, quod homo obscurus illustri M. T. munus, quod ad me quidem attinet, exiguum offerre voluerim. facile enim apud Maiestatem tuam operis ipsius, in quo repurgando sudauit, splendor & amplitudo id impetrabit, vt meus quoque labor, tametsi per se non admodum magni pendendus, aliquem apud illam gratię locum obtineat. Quod si me consecutum, laboremque meum Ecclesię vtilem esse cognouero, me certè illius & suscepti & exantlati nunquam pœnitebit. Pateret mihi hoc loco immensus laudum tuarum campus, rex Serenissime, liberetque prædicare virtutes tuas, singularem animi mansuetudinem & clementiam, insignem in Deum pietatem, qui T. M. fautor est & protector, & in dies auget imperium tuum apud incognitas noui orbis nationes, in fide constantiam, in tanta regnorum & ditionum amplitudine singularem modestiam, & animum ab omni fastu alienum, tum verò insignes aduersus barbaros victorias, propagatam in nouo orbe Christi dei religionem, & id genus alia præclara facinora egregiaque decora tua: sed cum hæc immensi cuiusdam sint operis, nec possint epistolari angustia compræhendi, in alios ea reijcio, quibus & ingenium sit & eruditio tantarum rerum moli non impar. Ego hoc vnū ab Serenissima M. T. Rex inuictissime obnixè precor, vt exile munusculū, quod animo T. M. deditissimo promptissimus offero, solita clementia & humanitate accipiat, & benigno fauore psequatur. Christus Iesus Deus & Dñs noster, eandem M. T. tuendæ Ecclesię suæ quam diutissimè saluam & incolumem, atque inter omnia vitæ huius discrimina tutam semper ac illesam pro sua benignitate conseruet. | Ex Carthusia Colonien̄, 3. Calend. Februarij, Anno M. D. LXVII.

S. M. T. obseruantissimus
 clientulus
 F. Laurentiūs Surius
 Carthusianus.

AVGV.

AVGVSTISSIMO INVI-

CTISSIMO QVE IMPERATORI CAROLO

EIVS NOMINIS QVINTO, FRATER PETRVS CRAB-

BE MACHLINIENSIS, ORDINIS DIVI FRAN-

CISCI DE OBSERVANTIA,

S. P. D.



*V*M tuas ego res, bello paceq; gestas, Imperator Carole, optime Maximeq; Princeps, animo mecum reputarem: vnus profectò visus es, quem vniuersa Christiana res publica tantis, tam seuis, ac tam diuturnis fluctibus exagitata, concupitæ exoptatæque quietis atq; tranquillitatis auctorem sit tadem habitura. Nam si verum sinè cuiusquam inuidia fateri licet, posteaquam impia & immanis illa, sceleratissimaque Mahumeti Tyrannis inualuit, nullum fuit vsquam genus hominū, cui plus debuerit, debeatque Christiana religio, quam inuictæ Maiorum tuorum nobilissimaq; virtuti. Cum enim reliqui ferè omnes & reges & populi Christiani, ignaui quodam animi languore contabuissent, illi soli sunt inuenti, qui excelso atque ingenti animo omnem barbarorum impetum sustinuerint atque represserint, immò fuderint, fugarint, oppresserint. Nam Italiæ vires, quantum & valide sint & maxime, tamen quia nescio quo infelici fato intestinis semper seditionibus inimicitijsq; laborare consueuerunt, nec potuerunt omnino, nec item possunt palam ostendere, quantum vi prudentiæ & animi robore vigeant, floreat, ac cæteris omnibus ferè gentibus antecellant. Tu verò Caesar inuictissime multò illustrior, felicior, amplior ac beatior es Iulio illo Cæsare, ac Pompeio Magno, maximis quondam Romanorum ducibus, quos in arce fortitudinis virtutisque, caput orbis Roma collocauit, vt qui rerum gestarum magnitudine cæteros ante se principes regesq; superarunt, ac longo interuallo post se reliquerunt: sed imperandi tamen libidine & ambitione pestifera, semetipsos atque rempublicam perdidierunt, quod ille superiorem, hic verò parem ferre non posset. Proindè tutelaria Imperij regnorumq; numina, ciuitatum atque vrbiū peculiare genij, ac ipse summus orbis vniuersi gubernator Deus, vt humano generi, rebusq; se suis ritè cōsulerent, amplissima totius Europæ regna, tuæ Felicitati atque virtuti vltro commendarunt, & arcana quadam fatorum vi, ad tuum sacratissimum Imperium ac Ditionem adiunxerunt, Hispanias videlicet, pientissimis semper Principibus foecundas, Siciliam muximā, locupletissimam, ac feracissimam omnium insularum, Germaniam semper hæctenus inuictam, Austriam, Burgundiam, Brabantiam, Flandriam, Bohemiam, Hungariam, Sarmatiam, aliasq; innumerabiles regiones. Quæ quondam terræ clarissimos ac fortissimos Heroas progenuerunt, Hispania videlicet Traianos, Theodosios, Theodoricos, Ferdinandos: Sicilia Rogerios & Rupertos, Brabantia Pipinos, Carolos, Henricos, Gotifredos: quos omnes si pro rerum gestarum dignitate recensere voluero, arenam profectò maris & stellas cæli stolidè conabor numerare. Illud constat Horatiano testimonio,

Fortes creari fortibus & bonis.

Est in iuuenis, est & in equis patrum

a* 4

Virtus,

Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant aquilæ columbam.

Equidem ut paucula de multis recenseam, Henricus ille primus, post pulso è Gal-
lia Romanos, dux Brabantinorum cum filio Pipino principe itidem Brabantinorū,
progenitores tuæ Maiestatis bellicosissimi, cum Hilderico rege Fræcorum ex Ger-
mania magna profecti, apud Tongros sedes sibi constituērunt. Deinde post mortem
Athilæ famatissimi Germaniæ atque Sarmatiæ regis, Carolus ille Martellus co-
gnomento, Brabatiæ princeps, gentilis Tuæ Maiestatis, cum exigua admodum ma-
nu, potentissimos, innumerabiles, immensissimosque hostes intrepidè aggressus, non
modo virtute sua deuicit, verum etiã penitus deleuit. Et licet vndique perstrepe-
rent arma, Aquitania, Celtæ, Narbonenses, Franciaq; occidentalis animos rebelles
sustulissent, Phrisij, Saxones, Dani, Veneti, Sclauj, Lusatij, Mæsiij, Marcomanni,
Mezabolurgenses, Pomerani, Silesij, Morauj, Poloni, Auares & Hunni, in Au-
stria, Stiria, Carinthia & Hungaria alieni à religione Christiana vtrò bellis infe-
sti essent, Sarraceni ingenti mortalium numero occupatis Hispanijs, in Gallias ter-
ra mariq; cum liberis & vxoribus irrupissent, tanquam perpetuas ibi sedes colloca-
tur: tamen Carolus ille inuicti animi princeps, nihil veritus tot millia Barbarorū,
cum perquam exigua manu vtrò citroque ex prælio in prælium veluti turbo irruēs,
Sarracenos acie non semel profligauit, eosdemque ad internecionem deleuit, ne cla-
dis quidem nuncio superstiti. Quadringenta hostium millia cæsa fuisse, ab historicis
bona fide proditum est. Carolus de suis paucissimos desiderauit, estq; illi cognomen-
tum ab ea cæde hostium inditum, quòd mallei in morem, capita hostium viresq; pe-
nitus contriuisset. Germanias, Galliasq; in libertatem asseruit, & à Sarracenorum
incurSIONibus liberauit. Eius nepos Carolus ille verè Magnus, eas gentes ex Austria
atq; Hungaria ita exterminauit, ut earum quoque nomina deleuerit. Quid Gotifre-
dum illum Bulloniensem, eiusq; fratres cōmemorem, qui relicto genitili solo, pro pie-
tate sumptis armis, in Asiam irrupuerunt, ferro sibi viam per Turcarum strages Sar-
racenorumq; fecerunt, Syriam ex acerbissima diuturnaq; seruitute liberam reddide-
runt, Palestinam, urbemque sacrosanctam Hierosolimam nostræ salutis officinam,
crudelissimis Barbaris extorserunt: Regesque Hierosolymorum iure optimo sunt
appellati, longissimoque tempore earum regionum imperio in medio hostium feliciter
sunt potiti. Rufus Baldouinus ac Henricus fratres Flandriæ ac Hannoniæ
comites, expugnata viribus Constantinopoli, Orientis imperium sibi vendicârunt.
Quid ego nunc referam, quæ Ioannes atauus, ac Philippus abauus aduersus Turcas
gloriosissime fidiissimeq; gesserunt, quæ Fridericus ille tertius, eiusq; verè incompa-
rabilis gnatus Maximilianus, cuius auitam gloriam tibi potes hæreditario iure vindic-
icare? Sed hac ipse, quanuis immensa, gloria nō cōtentus, horū omnium pulcherrima
facinora longo demum interuallo Cæsar optime Maximeq; superâsti, qui toties pau-
cis annis collatis signis, ex omnium hostiū genere triūphos clarissimos reportâris, Tur-
cam repedare trepidū sepius coegeris, Aphricâ pulso Aenobarbo, subingâris, Rege
suo regno iterum restituto: & quod omnium maximum est, sic semper fueris animo
tuo moderatus, ut ex acerbissimis hostibus, amicos tibi affinesque parâris: docue-
risque nec eos bello vinci posse, qui tuis pugnent auspicijs: nec Tuam Maiesta-
tem à quoquam posse beneficentia vlla superari. Quis autem satis possit illud pro rei
dignitate laudare, quòd annis superioribus ad tollendas Christianæ fidei cōtrouer-
sias, quas iam pridem fera pessima excitauit, tanta diligentia, tantisque sumptibus
apud

apud Germaniæ principes egeris, ut oborta ante aliquot annos disidia, commodis-
sima ratione tollerentur? Deinde non fueris grauatus in ipso Aphricanæ tuæ victo-
riæ cursu Romam proficisci, ac cum S. D. N. Paulo summo Pontifice, eius nominis
tertio, ea de re prudentissimè consultare, atque hortari, ut quamprimum indicere-
tur more Maiorum sacrum Concilium generale, quum hoc ipsum vnicum rerū com-
ponendarum tranquillandarumque remedium videretur. Nec antea conquiueris,
quam sacratissimo Cardinaliū collegio subscribente atque probante, fuerit per hunc
ipsum Pontificem verè maximum indicta synodus vniuersalis, ut vocant, quam spe-
ramus, extinctis ac suppressis hisce bellorum tumultibus, propediem feliciter succe-
suram. Verum quoniam ad rerum futurarum prouidentiam mirum in modum con-
ducibile est, ea quæ superioribus temporibus à viris prudentissimis acta sunt atque
prudenter excogitata, penitus cognouisse, ut in templo Domini pro nostra quoque
virili duo minuta offeramus, ex cælo pauperculæ illius viduæ, cuius laus est in Euā-
gelio, per varias antehac Bibliothecas diligenter inuestigauimus veterum schedas
& exemplaria, in quibus acta Conciliorum generalium continerentur, ut quæ in li-
bris hætenus typis excusis vel deprauata fuerant, vel etiã prætermissa, non absq;
summa fruge Lectoris, emendatiora in lucem, locupletioraque prodirent. Hoc opus
tuæ sacratissimæ Maiestati dedicare visum est, ut qui pro maximo splendore Im-
perij, Christianæ Fidei Protector atque defensor es excimius, id quod multis iam an-
tea præclarisque testimonijs orbi comprobâsti, Conciliorum quoque Generalium
acta omnia, quæ ad nostram peruenerunt ætatem, in quibus plerunquè de rebus fi-
dei summis, magnis animorum motibus disceptatum esse constat, veluti in numera-
to habeas, sciantque populi vniuersi, Te Principe, de rebus hætenus optimè consti-
tutis, ac diuini spiritus consilio ac inspiratione probatis, nihil à quoquam posse con-
uelli. Quòd autem ad meam tenuitatem attinet, in hoc tãto opere nihil mihi arrogo,
præter qualem diligentiam, quam pro meo modulo præstiti in inuestigandis
veterum commentarijs, quotquot vsquam gentium reperire potuerim. Quam seduli-
tatem si tuæ sacratissimæ Maiestati placuisse cognouero, abundè satis magnum fru-
ctum vigiliarum mearum mihi videbor esse consequutus: oraturus perpetuò Deum
optimum maximum, ut hunc Tuæ Maiestatis animum iuuandæ modis omnibus, pa-
candæque Religionis, fouere dignetur & amplificare, Tuæque sacratissimæ
Maiestati prosperitatem felicitatemque largiri. Ex Machlinia,
Tuæ quondam pueritiæ alumna suauissima, officio-
sissimaq; Kalendis Ianuarijs, Anno à na-
tali Christiano 1538.

F. LAV.

F. LAURENTIUS SV-
RIVS CANDIDO LECTORI S.



VID in noua hac Conciliorum editione præstitum sit, paucis Lector candidè indicabo, ità tamen, vt ex ipsius operis perustratione pleraq; discenda noueris, quæ hic breuitatis studio omittuntur. Magna multarum Synodorum, Epistolarum decretalium, & quorundam aliorum facta est accessio, quam ex opere ipso certius cognosces, eaq; cognita, nisi planè ingratus es, non parùm gratulaberis. Apostolorum & præcipuarum aliquot Synodorum canones, ad priores versiones adiecimus, eruditè & eleganter Latinè redditos à Gentiano Herueto Gallo, viro egregiè docto, vt ex mutua collatione euidentius appareat Canonum sententia. Suistulimus autem ea, quæ annotata erant ex Casiodoro, Mariano Scoto & Haloandro de Consulium annis, quorum sit mentio in veterum pontificum Romanorum epistolis: idque propterea feci, quòd cum ea res per se obscura sit, ex istorum discrepantia multo etiàm facta sit obscurior & intricatior, ità vt Caluinus indè occasionem hauisset videatur eas epistolas omnes prorsus exhibendi. Ad singulos Pontifices ad marginem adscripti annos quibus floruerint, sed secutus vulgarem opinionem, à qua non sum nefcius doctos quosdam dissentire.

Porrò in toto opere à principio vsque ad calcem innumeros locos ad manuscriptorum codicum fidem correxi, quod vtinàm tantum alijs utilitatis adferat, vt spero, quantum mihi laboris & molestiæ tulit. In locum illorum, quæ ex historia Tripartita sparsim adscripterant vir pius & doctus D. Petrus Crabbe in prioribus editionibus, crebrò substitui alia magis luculenta ex Historia Ecclesiastica Nicephori Callisti, qui magno studio sua ex veteribus collegit, & est in primis eleganter Latinè cõuersus. In epistolis D. Cypriani mutauit ordinè, idq; ex admonitione viri doctissimi D. Iacobi Bamelij Canonici Brugensis, qui etiàm in alijs non paucis non parùm mihi contulit, plùs etiàm collaturus, si licuisset eius frui præsentia: cui tu quoque, Lector amice, gratus esse debebis. Ego certè non potui in illo deprehendere aliud, quàm indefatigabilem Ecclesiam iuuandam sub Cypriano habitam reliqui suo loco, quòd satis constat neque illos patres eam sententiam pertinaciter tueri voluisse, immò & teste D. Hieronymo contra Luciferianos, ab illa postea recessisse, neque Ecclesiam illorum sententiam approbasse. Adscripti autem antidotum ex D. Hieronymo & Vincentio Lyrinè. Septimam synodum œcumenicam Niceæ actam ex Vrbe expectabamus, summa fide conuersam ab Anastasio Bibliothecario, sed id frustra fuit: vbi tamen id nos consolari potest, quòd leti in Anastasio quædam habeantur, quæ in nostra versione defunt, ea tamen quæ nostra habet, omnia cum Anastasio congruere testatur vir insigniter doctus Franciscus Turrianus Hispanus Theologus. Synodum Tridentinam non potuimus hac vice cum omnibus suis actionibus integram dare, quòd Paulus Manutius Romanus typographus nondum eam excuderit, licet id iam pridem pollicitus sit. Vnum hic obiter admonendū est, in Concilio Basileensi ad marginem aliquot locis quædam me annotasse, nè illa verborum acerbitas, qua vtuntur patres quidam, fortassis malè persuasi ab Eugenij emulhis, in eum ipsum Pontificem infirmis esset offendiculo. feci id autem quorundam doctrina & pietate præstantium Theologorum consilio. Habebam autem & Epistolam Pij 2. qua damnat ea, quæ olim pro Basileensibus contra Eugenium scripserat, quam tutò sequi poteram, sicut & alia quædam catholicorum virorum scripta. Neque enim quicquã annotaui ex meo cerebro, sed vel ex Pij 2. Epistola, vel ex alijs grauissimis scriptoribus. Sunt & alia, quorum te admonitum oportuit, amice Lector: sed vbi ad Operis Lectiõnem accesseris, per te haud difficulter ea animaduertes. Vale, & nostros qualescunque conatus boni consule, nosq; tuis precibus Christo commenda.

EORVM

EORVM, QVAE HOC

PRIMO TOMO CONTINENTVR, SERIES

ET ORDO, NON QUIDEM OMNIUM, SED PRAE-
cipuorum, & quæ commodè huc referri potuerunt.

Cætera Lector in totius operis Indice Alphabetico offendet.

- Photij Patriarchæ Constantinopolitani de 7.
Concilijs œcumenicis. pagina 1.
Origo Conciliorum generalium. 7.
De ordine celebrandi concilij canones, &c. 11.
Tractatus de Primatu Romanæ Ecclesiæ. 13.
De quadruplici Synodo Apostolorum. 17.
Canones Apostolorum Græcè & Latinè. 21.
Libri 8. Constitutionum Apostolicarum, cum
Io. Caroli Bouij episcopi Oslunè in eos li-
bros Præfatione & Scholijs. 33. &c.
Decreta & epistola S. Clementis. 1. 135. &c.
Decreta & epistola Anacleti. 156. &c.
Decreta & epistola Euaristi. 167. &c.
Decreta & epistola Alexandri. 1. 172. &c.
Decreta & epistola Sixti. 1. 178. &c.
Decreta & epistola Telephori papæ. 180.
Decreta & epistola Higini. 182. &c.
Decreta & epistola Pij. 1. 184. &c.
Decreta & epistola Aniceti. 187. &c.
Decreta & epistola Soteris. 189. &c.
Decreta & epistola Eleutherij. 191. &c.
Decreta & epistola Victoris. 192. &c.
Decreta & epistola Zephyrini. 196. &c.
Decreta & epistola Calixti. 198. &c.
Decreta & epistola Urbani. 1. 202. &c.
Decreta & epistola Pontiani. 204. &c.
Decreta & epistola Anteri. 207.
Decreta & epistola Fabiani. 210. &c.
Decreta & epistola Cornelij. 220. &c.
Epistole aliquot Cypriani. 227. &c. 251. 257.
Concilium Carthaginè sub Cypriano. 241.
Decreta & epistola Lucij. 248. &c.
Decreta & epistola Stephani. 1. 252. &c.
Decreta & epistola Sixti II. 259.
Decreta & epistola Dionysij papæ. 262.
Synodus Antiochena. 264.
Decreta & epistola Felicis I. 267.
Decreta & epistola Eutychiani. 271.
Decreta & epistola Gaj. 277.
Decreta & epistola Marcellini. 280.
Concilium Ancyranum. 292.
Decreta & epistola Marcelli. 300.
Decreta & epistola Eusebij. 304.
Decreta & epistola Melciadis. 312.
Concilium Neocesarensis. 315.
Edictum Constantini Imperatoris. 318.
Decreta Syluestri. 322.
De his, quæ Synodum Nicenam præceperunt.
327. itemque secuta sunt. 350.
Concilium Nicenum. 339.
Concilium Romanum sub Syluestro. 354.
Concilium Romanum aliud sub eodem. 355.
Concilium Eliberinum. 362.
Concilium Arelatè. 1. 368.
Concilium Gangrè. 369.
Concilium Arelatè. II. 375.
Concilium Carthaginè. 1. 377.
Decreta Marci papæ. 380.
Decreta & epistola Iulij. 1. 383. &c.
Synodus Romana sub Iulio. 396.
Synodus Agrippinè. 397.
Concilium Antiochenum sub Iulio. 399.
Concilium Sardicè. 410.
Epistola Sardicè Concilij ad omnes Episco-
pos. 420.
Epistole diuersorum pro Athanasio, & ad eum
scriptæ. 424.
Decreta & epistola Liberij. 430. 438. 449.
De Synodo Ariminè & alijs quibusdam ex
Nicephoro. 431. &c.
Epistola Athanasij &c. ad Liberium. 438.
Decreta & epistola Felicis II. 440. 443. &c.
Epistola Athanasij &c. ad Felicem. 440.
Epistola Liberij papæ. 449.
Concilium Laodicenum. 451.
Decreta & epistola Damasi. 459.
Concilium Aquileiè. 472.
Concilium Constantinopolitanum I. 481.
Concilium Valentinum Gallie. 491.
Decreta & epistola Siricij. 492.
Concilium Telense. 499.
Concilium Carthaginè II. 500.
Concilium Carthag. III. 503.
Canones & statuta Conciliorum aliquot Aphri-
canorum. 509.
Concilium III. Carthag. 511.
Concilium Taurinatè. 516.
Decreta & epistola Anastasij. 1. 517.
Concilium Carthaginè V. 519.
Concilium Toletanum I. 521.

Decreta

- Decreta & epistola Innocentij papa. I. 525.
 Concilium Mileuitanum. 554.
 Synodi aliquot breues Carthag. 558.
 Decreta & epistola Zolimi. 559.
 Decreta & epistola Bonifacij I. 561.
 Concilium Carthag. VI. 564.
 Aphricanorum ad Bonifacium I. epistola. 567.
 Concilium Carthag. VII. 569.
 Concilium Aphricanum sub Bonifacio I. 570.
 Decreta & epistola Celestini I. 591.
 Concilium Ephesinum. 598.
 Epistola Concilij Alexandrini ad Nestorium. 603.
 Canones concilij Ephesini. 607.
 Synodicarum constitutionum libellus. 609.
 Expositio Symboli Niceni. 610.
 Canones synodi alicuius Constantinop. 617.
 Relatio Orientalium aliquot episcoporum schismaticorum. 619.
 Definitio synodi Ephesinae contra Eucherus seu Enthusiastas. 620.
 Suggestio Euprepij & Cyrilli synodo Ephesine oblat. a. 620.
 Ephesinae synodi epistola ad synodum Pamphylia. 621.
 Exemplar suggestionum episcoporum aliquot Cypri &c. 621.
 Cyrilli Alexandrini scholia de incarnatione Unigeniti. 623.
 Apologeticus Cyrilli liber pro suis XII. Capitulis. 637.
 Epistola Comitis Sacren ex Epheso ad reges. 650.
 Relatio Orientalium aliquot schismaticorum contra Cyrillum eiusq. anathematism. 651.
 Mandatum synodi Ephesine pro Cyrillo & Memnone. 652.
 Epistola synodi Ephesine contra Nestorium pro Cyrillo & Memnone. 653.
 Epistola aliquot schismaticorum pro Nestorio contra Cyrillum &c. 654. & dein.
 Homilia Theodorici adhuc schismatici habitae in Chalcedone, fragmentum. 661.
 Homiliola Ioannis Antiocheni adhuc schismatici. 662.
 Declaratio capituli & anathematismorum XII. Cyrilli, ab ipso Cyrillo facta. 663.
- Reprehensio eorumdem per Theodoricum, confutata per Cyrillum. 668.
 Sanctorum patrum testimonia, quibus se Cyrillus tueretur. 685.
 Epistola synodi Ephesine de Nestorij depositione. 687.
 Epistola Imperatorum ad synodum Ephesinam. 687.
 Epistola synodi Ephesine, confutatoria epistole Imperatoriae. 688.
 Relatio synodi Ephesine ad Imperatores de Orientalibus. 689.
 Libellus Ephesine synodo a Cyrillo & Memnone oblat. 690.
 Relatio synodi Ephesine ad Imperatores de missis a Roma ad se episcopis ac presbyteris. 691.
 Responsoria Imperatorum ad eundem epistola. 691.
 Relationes duae concilij Ephesini ad Imperatores. 692.
 Epistola synodi Ephesine ad Constantinopolitanos. 693.
 Epistola eiusdem ad Celestinum papam. I. 694.
 Decreta & epistola Sixti papae tertij. 696.
 Concilium Rhegense. 698.
 Expurgatio Sixti papae tertij. 701.
 Polychronij Hierosolymitani accusatio & expurgatio. 703.
 Concilium Agathense. 709.
 Decreta Leonis papae I. 716.
 Concilium Arauscanum I. 777.
 Concilium Vafense seu Vafionense. 720.
 Canones concilij Arauscani alterius. 722.
 Concilium Carpentoractense. 725.
 Concilium Arelatense III. 726.
 Epistola XCV. Leonis Papae I. 727. ac dein.
 Rescriptum Flauiani episcopi Constantinop. ad Leonem. I. 734.
 Epistola Rauenensis, aliorumque episcoporum Gallorum ad Leonem I. 760.
 Epistola Eusebij Mediolanensis episcopi ad Leonem I. 762.
 Epistola Theodoretij Cyren episcopi ad Leonem I. 772.
 Epistola Paschasij Lilybatani episcopi ad Leonem I. 775.


PHOTII

PHOTII PATRIAR- CHAE CONSTANTINOPOLITANI EX

EPISTOLA AD MICHAELEM BVLGA-

RIAE PRINCIPEM, DE SEPTEM CONCILIIIS

OECUMENICIS.



Rimum & Oecumenicum sanctumque Concilium, in Nicea Bithyniae celebratum est. In quo trecenti decem & octo diuini Episcopi, veritatis iudicium susceperunt. Praerat & Alexander, qui Sedem Constantinopolitanam obtinebat, vir cum senectute, tum prudentia grauis, vitaeque splendore, ac summo pietatis fideique studio, & magna diuinis in rebus loquendi libertate insignis: & Syluester & Iulius, illustres ac celebres Ecclesiae Romanae Pontifices. Quorum tamen neuter interfuit: sed Bitonem & Vincentium nomine suo, uterque pontificatus sui tempore, communi congressui adesse voluerunt, ho-

mines virtute & presbyteri dignitate praestantes. Cum his coniunctus erat Codumbres Episcopus, qui in Graecis persecutionibus nomen suum re ipsa verum esse demonstrauit. Cum enim pius appellaretur, confessionem suam ab idolorum cultu puram, integramque seruauit. Praeterea Alexander Archiepiscopus Alexandriae, sacris officijs exornatus, qui secum etiam comitem duxit Athanasium, Diaconorum tunc quidem Athanasius ordinem obtinebat, haud multo post autem illi successit etiam in Archiepiscopatu. Aderat & praclarum Antiochenae Ecclesiae decus Eustachius, qui cum fidei puritate fulgebat, tum verborum ac sententiarum modestia erat admirabilis. Macarius item Hierosolymorum Episcopus, multis virtutum generibus approbatus, & complures alij gratijs Apostolicis, & martyrij cruciatibus illustres: inter quos Paphnutius & Spiridion, Iacobus & Maximus, boni admirandique coetus, boni admirabilesque socij atque praesenti. In quibus omnibus magnus & admiratione dignus Constantinus Romani imperij moderator excelebat, qui & concilium congregandum curauerat, & illud praesentia sua clarius efficiebat. Ex torigitur ac talibus viris sacer ille coetus constabat. Coactus autem erat, ut Arrium quendam rerum nouarum studiosum, impietatis coedem naret, & Apostolicam atque diuinam praedicationem confirmaret. Erat infelix iste oriundus ex Alexandria, & in clerum electus illius Ecclesiae, ad presbyteri gradum ascendit. Primum aduersus pastorem suum superbam mentem extulerat, deinde contra communem Pastorem & Dominum furorem exercuit suum. Filium enim ac verbum Dei (o temeraria lingua atque mens) in rerum, quae creatae factaeque sunt, numerum redigere conabatur: nec illud quod omnibus commune est, & per se cognitum, volebat considerare, nempe filios omnes eandem essentiam habere atque naturam, quam patres habent, ex coeque fieri, ut si filium creatum diceret, patrem quoque creatum pronunciaret. Quemadmodum qui patrem essentiae mundi effectricis, atque naturae cognoscit esse sempiternae, eiusdem quoque filium confitetur. Praeterea ubi filij proprietates esset, si aliam pater, filius aliam haberet essentiam? Quid nonne gentium error confirmaretur, si Diuinitas in maiorem, minoremque, naturam ita dissecta esset, ut illa primo Deo, mundi que opifici & seniori, haec autem secundo, & ministro atque iuniori Deo tribueretur? Haec ex improba Arrij semente proficiscuntur. Sed nefariam atque impiam istius, qui maledicam in procreatorem linguam armauerat, sacer ille pontificum coetus haeresim patefecit, anathemateque damnauit, declarans eiusdem essentiae, eiusdemque naturae, & sempiternum filium, ac verbum Dei cum ipsius genitore, & eandem habere potestatem, atque idem imperium, quemadmodum diuina oracula, & pij sacrique scriptores tradiderunt. Neque enim ignorabat, ut trinam monarchiam & principatum in vna persona concludere Iudaicum est,

Arrius quis fuerit.

PHOTII PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI

2 & odio Christum prosequendum: ita omni essentia, naturaque prestantiorem & singularem Diuinitatem in naturas impares & inaequales dissecare, aliarum gentium esse, quae deorum multitudinem colunt. Atque ita quidem se habet sanctum & oecumenicum primum Concilium.

II.



Sanctum & oecumenicum secundum Concilium, centum & quinquaginta Episcoporum, sacrum sibi locum ad disputandum & discernendum in regia ciuitate delegit. Praesides habuit Timotheum, qui Alexandriae sedem, & admirabilem virum Meletium, qui sedem Antiochia, & Cyrillum, qui Hierosolymorum sedem obtinebat. Nectarium praeterea, qui nuper ab initiatorum grege separatus, & ablutis diuino lauacro vitae sordibus purus, iam purissimam sacri principatus dignitatem ex communi Concilij consensu, & electorum suffragijs simul & regie ciuitatis Episcopus, & concilij praeses declaratus est. Inter hos fuit & Gregorius ille Nyssae, quae in Cappadocia est, Episcopus, & qui ex operibus Theologiae cognomen adeptus est. Quibus haud multo post & Damasus Episcopus Romae eadem confirmans, atque idem sentiens accessit. Sacrosanctus hic chorus Macedonium quendam, qui Constantinopolis sedem iam surripuerat, quonia in sanctissimum vitaeque principem spiritum maledicta coniecerat, condemnauit. Vt enim Arrius aduersus filium egerat, sic Macedonius aduersus Spiritum sanctum, ut eius in omnes imperium ac dominatum, in seruatorum ac ministrorum ordine collocaret. Atque facile poterat, si voluisset, infelix perspicere, quemadmodum illi, qui filium inter res collocat procreatas, non minore patrem afficiunt contumelia: ita qui sanctissimum ipsius spiritum in earum rerum, quae procreatae sunt, numero constituunt, par & simile in ipsum, maledictum conferre. Nam si spiritus creatus est, & ille cuius est spiritus, est procreatus. Quod si summa ista impietas, vel auditu est intolerabilis, cur non cauit ille miser, negare spiritum esse Deum, ne ad haec impia argumenta necessario deueniret? Quomodo enim scrutatur etiam profunda Dei, & ei nihil est absconditum? Quomodo alter est paracletus? Quomodo cum patre & filio collocatur? Euntes enim, inquit ipse filius, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Si vnus ex tribus his in quibus illustratur, creatus est, nec reliqui ab hac ignominia sunt alieni. Quod si creatus est, quomodo creat? Quomodo sanctificat? Quomodo viuificat? Quomodo gratias diuidit? Quomodo est deus? Nihil horum stultus ille considerans, a principe & vnica atque inseparabili diuinitate eum abstrahere, ac remouere conatus est. Quia obrum merita impietatis suae praemia tulit, cum & ipse sacerdotio fuerit spoliatus, & omnes illi, qui impium aduersus Deum obstinate bellum susceperant. Et quemadmodum ille sanctissimum spiritum ab vna Trinitatis Diuinitate secludere conabatur, sic eum a sacerdotio & fidelium communionem, tanquam alterum Arrium, sanctum oecumenicumque concilium exclusit. Sanctissimum vero, vitaeque, authorem spiritum, ut eiusdem naturae, atque eiusdem essentiae, & equalis potestatis, atque omnipotentem, simul cum patre & filio adorandum, collaudandumque, ex Patrum Theologorumque doctrina declarauit, penitusque euulsit, si qua ex Arriano semine zizania pullularant. Tunc autem imperij habenas regebat Magnus, & verè magna laude dignus, Theodosius, qui ipse quoque pietatis defensor extitit & propugnator. Atque his quidem & hoc sanctum Concilium concluditur.

III.



Nestorius,

Phesi, quod oppidum est in Asia, sanctum atque oecumenicum concilium tertium, celebratum est ducentorum Episcoporum. Ex quibus erant praesides, Cyrillus ille celeberrimus inter patres, qui propter virtutem, sapientiamque, diuitias, magnae ciuitatis Alexandriae sedem obtinebat, & Celestini Romani Pontificis implebat sedem, atque personam gerebat, & Memno, cui Ecclesiae Ephesiorum commissa erant gubernacula, & Iuuenalis Episcopus Hierosolymorum, qui cum vniuerso concilio nefarium Nestorium, ob ea quae impiè commiserat, poenis meritis affecerunt. Hic ex Antiochia, quae apud Orontem est, profectus, Constantinopolis sedem haud sanctè tractauit: sed cum turbida Diodori & Theodori

fluente exorbisset, & in mentis ebrietatem incidisset, absurda & inepta verba ad gregis perniciem in multorum aures effudit. Christum enim filium vnum, verum Deum nostrum, qui propter nos & propter nostram salutem, carnis & sanguinis, quemadmodum nos, particeps esse voluit: & massam nostram in seipsum suscipiens, vnus ex duobus contrarijs declaratus est, Deus idem existens atque homo, vnus Christus, vnus filius, idè sursum ex patre sine matre, idem deorsum ex matre sine patre, idem ipse, & non alius, vna persona atque vna hypostasis: hunc, inquam, vnum Dominum nostrum Iesum Christum, in duas secare atque diuidere personas, miserrimus ille non veritus, alium quidem nudum hominem, & sine verbo humanitatem suscipiente, in propriam personam confinxit, alium Deum separatim, & à suscepta nudum humanitate. Metuebat enim homo stultus, ne quid Deus pateretur, si incredibili adductus benignitate, figmentum suum, ut illud curaret atque refingeret, induisset. Neque illud animaduertebat, quod si naturam humanam à verbi persona separaret, eam proprijs morbis laborantem, ac minimè curatam, & salutis expertem reliquisset. Quid quod ab his penitus digrediens, ne matrem quidem ipsius, quantum ad carnem pertinet, sanctissimam Virginem, quae proprie & verè deum verbum carnem indutum peperit, vocandam Dei genitricem censebat: sed quemadmodum Diuinitate filium, sic matrem eius hac Dei genitricis appellatione spoliabat. Ita que meritas tantae dementiae & maledicae linguae poenas luit. Nam ab illo beatorum Patrum coetu, sacerdotij spoliatus dignitate, vna cum execranda sententia sua anathemati traditus est sempiterno. Declaratum est autem, Dominum nostrum Iesum Christum in vna eademque persona, ut verè accipiè à Patribus traditum est, adorandum ac predicandum: & immaculatam eius, semperque Virginem matrem, proprie & verè appellandam summis cum laudibus Dei genitricem. Quae enim Deum verbum, cum in carne nasci vellet, genuit, iure Dei genitrix vocata, celebrataque est. Atque hunc quidem finem & hoc tertium concilium habuit, cum Theodosii iunioris Romana Respublica tranquillis oculis cerneret, paternum & regium imperium à tertia usque progenie gubernantem.



Sanctum & oecumenicum quartum Concilium, praesentem atque III. fauentem habuit Marcianum piissimum Imperatorem, delegitque sibi Chalcedonem insignem Bithyniae ciuitatem. Sexceti & triginta Episcopi interfuerunt. Praesides declarati sunt Anatolius, qui sacras regiae ciuitatis habenas moderabatur: & Paschasinus ac Lucentius Episcopali dignitate praestantes, cum Bonifacio Presbytero, qui locum obtinebat Leonis sanctiss. Papae Romani, cuius gloria magna, magnusque pietatis ac religionis zelus & studium. Et Maximus Antiochiae Episcopus, & Iuuenalis Episcopus Hierosolymorum. Qui Eutychem illum infelicem, & defensorem ipsius atque arrogantem Dioscorum, ut impios, ad causam dicendam in iudicium vocarunt. Nam & isti errorem, ex diametro contrarium errori Nestoriano, defendentes, in eandem miseriam inciderunt. Vnum enim Dominum nostrum Iesum Christum, ex diuinitate atque humanitate constantem, & in his duabus naturis adorandum, ad vnam audacter ac stulte naturam redigebat, & confundebant. Nec animaduertebant homines infelices, se illum & à diuina diuersum essentia, & ab humana alienum natura constituere. Nam si vna est Christi natura, aut diuina omnino est, aut humana. Si diuina sola, vbi humanitas? Sin humana tantum, vbi Diuinitas? Sin tertium aliquid praeter haec, (id enim videtur reliquum, & huc magis vergit eorum sententia) nonne natura diuersus Christus & à patre, & à nobis constituetur? Quo quid magis impium aut stultum fingi potest, Dei verbu ac deum ita hominem factum esse dicere, ut & proprie diuinitatis interitum passus sit, & humanitatis assumptum iacturam fecerit? Hoc enim omnino sequitur incommodum, si neutram Christo, sed diuersam naturam tribuant. Quamobrem sententiae istius auctores, Christi que oppugnatores, meritas tantae impietatis poenas dederunt. Sacerdotio enim spoliati, vna cum heresi sua Christi oppugnatrice, ab Ecclesiae totius communionem fuerunt exclusi, anathemateque damnati. Rectus autem & inuictus

4 Ecclesiae sensus, magis adhuc scripturarum Patrumque testimonijs confirmatus atque illustratus est, Vnum esse Christum, seu vnā Christi personā esse, duasque naturas, nempe diuinitatem & humanitatem, sine confusione distractioneque; consideratas, ita beatissimis illis Episcopis aperte declarantibus & decernentibus, vt sine dissensione ab omnibus crederetur, & in omnes terrarum fines promulgaretur. Nonne perspicue Christus diuinæ naturæ suæ dignitatem ostēdit, dum claudis crura corrigeret & confirmaret, cæcis videndi facultatem tribueret, mortuos ab inferorum portis in vitam reuocaret, & alia innumerabilia diuina signa perficeret ac demonstraret? Humanitatem verò, dum lassitudinem, labores, famem, sitim, & quæ his similia sunt, subiret atque perferret? Hæc enim partim Deo, partim homini congruentia, idem Christus verus Deus noster efficiens, vnā in se atque singularem personā, & duas ac differentes naturas sine confusione coniunctas, aperte sine vlla controversia demonstrauit. Atque hæc quidem in quarto Concilio confecta sunt.

V.



Anticum & œcumenicum quintum concilium, centum sexaginta quinque Episcoporum presentia & concursu, Constantinopoli celebratum est. Præfuerunt Menas primū, deinde Euty chius ipsius regiae ciuitatis Antistites, & Vigilus Romæ Episcopus, (qui in ciuitate quidem erat, sed concilio non aderat: & quantum ad sacri cœtus conuentum promptus non esset, communem tamen Patrum fidem libello comprobauit) & Apollinarius Alexandria, Domnusque Antiochiæ Archiepiscopi, & Didymus & Euagrius, Eustochij Hierosolymorum Episcopi vicem gerentes. Tunc autem & Iustinianus optimus Imperator Romanum Imperium obtinebat, & decretis fauebat Ecclesiasticis. Hoc igitur sanctum œcumenicumque Concilium, nefaria Nestorij dogmata iterum pullulantiā penitus euulsi simul cum ipso satore zizaniorum, Theodorumque ac Diodorum, quorum hic Tarsus erat Episcopus, ille autem Mopliuesti: qui cum Nestorij prius hæresim parturiret, eam denique scriptis etiam ediderunt, mentisque suæ tanquam partus quosdam aduulterinos horrendosque, reliquerunt. Præterea damnarunt & anathemate confoderunt Origenem, & Didymum, & Euagrium veteres fidelium morbos, qui sanè homines Græcorum fabulas in Dei Ecclesiam inferre conati fuerant. Docuerunt enim isti, animas ante corpora extitisse, & vnā animam in plura ingredi corpora. Quæ quidem opinio impia est & execranda, & verè solis ipsorum animis digna. Aeterni quoque supplicij sine fore dixerunt. Hoc aut nihil aliud est, nisi homines ad omnia peccata atque interitū adhortari. Præterea demonibus pristinā dignitatem reddiderunt. Reuersuros enim ad sublimem illam gloriam fingunt, ex qua deciderunt: Ad hæc resurrectura cum animis corpora negarunt: Nudas enim animas, & corporis expertes, resurrecturas. Quam autem appellent resurrectionem, nō video. Si quidem resurrectio est illius, quod cecidit, aut casurum est, non autem illius, quod semper manet, & non corrumpitur, qualis est anima. Nec animaduertunt homines miseri, quantum nugis suis in iustum iudicem crimen conferant. Summam enim illius iniustitiam esse testantur, qui corpora simul cum animis, in virtutum studijs laborantia, premiorum priuet societate: Contraque corporibus, quæ simul cum animis peccauerunt, impunitatem concedat, atque ita socijs corporibus exclusis, animas duplici vel supplicio vel premio afficiat. Nō solum aut hæc maledicta, sed etiam illa, quæ paulo ante extiterat, Anthymo Trapezuntio, qui Euty chis opinionē fouebat, & Seuero, Petroque; Apameensi & Zoagra authoribus, cum reliqua illa scelerata atque multiplici ipsorum manu, sacer hic Patrum chorus sustulit, anathemateque damnauit, huius sancti operis duce potissimum Agapeto Romæ Pontifice, adiuuanti- bus & collaborantibus illustribus Episcopis, inter quos fuit inclytus Antiochiæ antistes Ephrenius, & Petrus antistes Hierosolymorum. Diuinus igitur ille cœtus Episcoporum, his omnibus dānatis atque reiectis, vera diuinamque catholicamque Apostolicam Ecclesiam decreta sanxit, & confirmauit. Ac quintū quidē conciliū his cōtinetur.

Vide Nice-
phorū Cali-
stum histor.
Ecclesiast.
lib. 17. cap.
27. & 28.

*Antimus
*Antunius

VI.

S Antū & œcumenicū sextū conciliū sibi quoque sacrū in vrbru regina arca-
norum Ecclesie spectaculorū theatru elegit. Centū aut & septuaginta diui-
nis viris fultum, in certamen ingrediens, pietatem & religionem splendide
victicem

5 victicem demonstrauit. In hoc qui præessent, iudicati sunt digni Georgius regiae
ipsius ciuitatis antistes, & Theodorus & Georgius in presbyterij dignitate consti-
tuti, vnā cum Ioanne Diacono, qui Agathonis sanctissimi Papæ Romani loco, in
eorum qui præerant, ordine numerati sunt. Et magnæ ciuitatis Alexandria Sedis
locū Petrus monachus impleuit. Cum quibus & Georgius monachus ac presby-
ter, in gradum Pontificiæ Sedis Hierosolymorum ascendit. Hi simul cum alijs sa-
cris sanctisque; patribus, Sergium, Pyrrhum, Paulū Constantinopolitanos, Cyrumque;
Alexandrinum, & Theodorum Pharensem, qui mutuam mendacij catenam cōfi-
ciebant: necnō & Macarium Antiochenum simul cum Stephano hæresis discipu-
lo, & misero quodam sene, qui Polychronius vocabatur, cum superioribus cōsen-
tiente, & illorum impietatem defendente, meritō condemnarunt, quoniā in Chri-
sto vero Deo nostro, qui duas habet naturas, impiè absurdeque vnā tantū esse
voluntatem, & vnā actionem audebant affirmare. Nec illud, quod ad intelligen-
dum facile ac promptum est, animaduertebant homines imperiti, non eiuſdē acti-
onis esse, claudum autoritate propria curare, & itineris laborem sentire: cæcos il-
luminare, & digitorum opera terram sputo cōmiscere, lutumque; cōficere, atque; ocu-
lis imponere: mortuum suscitare, & super mortuum lachrymari. Itemque; non eiuſ-
dem esse voluntatis, deprecari, vt super mortuum lachrymari. Itemque; non eiuſ-
dem esse voluntatis, deprecari, vt mortis calix transeat, ipsumque; rursus gloriam ap-
pellare, & quod noluerat, velle. Nec intelligebat, ex ipsorum opinione sequi, duas
in Christo naturas non esse. Omnis enim natura, actionis est fons, & diuersa acti-
onibus diuersa respōdent voluntates. Quare, si, vt ipsi falsō opinantur, vna est actio
atque vna voluntas, & natura nimirum vna est, ex qua illæ proficiunt. Quod si
duæ naturæ sunt, nondum enim eō progressi sunt, vt hoc negent, cum in oculis ha-
beant dispersionem & interitum eorum, qui illius erroris authores fuerunt: quis
fieri poterit, vt vtraque illarum propriam non effundat actionem ac voluntatem?
Verum & isti cum falsæ opinioni suæ nihil anteponebant, eterno dānati sunt ana-
themate. Et ille sanctorum Patrum cœtus, vt duas in vno Christo naturas, ita duas
in eodem naturales voluntates, & duas actiones omnibus Ecclesijs rectè confiten-
das, prædicandasque; censuit. Constantinus autem Heraclij nepos, tunc auitam im-
perij sortem suscepisse se declarauit, cum & alijs in rebus faueret concilio, & rectā
Ecclesie sententiam comprobaret. Ac sextum quidem conciliū ita se habet.

Matt. 11. 21.
Iohan. 4.
& 9.
Ioan. 11.
Matth. 26.

obserua hic
nullam fieri
Honorij Pa-
pe mentio-
nem, quem
vitiq; homo
Græcus &
Romane sa-
dis emulus,
non omisit.
set, si eū hui-
us hæresos
reum puta-
uisset, cuius
tū eum ple-
riq; parū
cōsideratē
insimulant.

Constanti-
nus Pogo-
natus.

VII.



Anticum & œcumenicum septimum conciliū, Niceam sibi quo-
que Bithyniæ ciuitatem delegit, in qua & antea rectorū dogmatū
iudicium fuerat. Trecenti & sexaginta septem interfuerunt Episco-
pi, qui sacre magnæque; phalangis suæ ordinum duces ac præfides cō-
stituerunt Tharasum inter Episcopos celeberrimum, (diuinus hic
vir atque; optimus erat, ac dignus, vt si quis alius, qui sacra regiae ci-
uitatis gubernacula tractaret) & Petrum religiosissimū protopresbyterum Eccle-
siæ Romanæ, & alterum Petrum presbyterum ipsum quoque, & illius mansionis
præfectum sancti Sabæ. Hi Sedis Apostolicæ sortiti sunt locum, Adriano tūc pon-
tificiam dignitatem obtinente: & Ioannem ac Thomam singulari viuendi ratione
celebres, & sacro honore insignes, & totius Oriētis dioceses Apostolicarum ma-
gnarumque; Sedium gubernantes, nempe Apollinarij, & Theodoriti, & Eliæ, quorū
primus Alexandria, alter Antiochiæ, tertius Hierosolymorum erat antistes. Tunc
Constantinus & Irene rectè de religione sentiētes, & pietatis gloria coronati, Im-
perij Romani purpuram induebant. Hoc sacrum magnumque; cōcilium, recens pa-
tesactam & barbaram hæresim, quæ ab impijs & execrandis hominibus parta erat,
diuina communi que sententia, simul cum ipsius authoribus cōdemnauit. Infelices
enim homines isti, verbis non confitentes se Christo vero Deo nostro maledicere,
factis omnia in eum maledicta & lingue petulantia cōgesserunt. Cumque; illum sine
medio, & sine aliquo velo contumelia afficere non auderent, per veneradam ima-
ginem omnem, Christo inimica mentis cupiditatem expleuerunt. Adorandā enim
Christi imaginem, per quam idolorum error excluditur, (proh nefarium scelere
atque; impia linguæ cogitationis, sonum) idolū appellauerunt, & omnibus ipsam
a 3 igno-

ignominijs afficiētes, & per plateas ac vias publicas trahētes, & pedibus conculcātes, in ignē cōiecerunt, spectaculū Christianis hominibus miserandū, & sola Christi hostiū impietate dignū. Eadē & in reliquas sacras imagines cōtulerunt, cum celeribus pedibus sanguinē funderēt, dirisq; manibus & impuris labris petulantiam exercerēt, nec vllā tanti furoris atq; demētiæ fatietatē caperēt homines pessimi, sacras Christianorū notas & effigies nō minūs, q̄ si gentiū essent abominatiōes, immō verō magis, publicē detestabatur. Ex quo bellū grauissimū aduersus Christū & sanctos eius cōmouebatur. Omnibus em̄ perspicuū est, honorē imaginibus habitū, ad eos transire, quos illē referūt. Verū istī noua Iudæorū Christi hostiū progenies, dū Christi atq; sanctorū eius imagines afficiūt cōtumelia, ea perficiūt, in quibus patres ipsorū defecerūt. Irruūt em̄ in facinora Iudæorū, singulariq; alacritate patres suos superare conātur. Et dum nō audēt in medio Christianorū labris etiā Christū abnegare, in eundē ipsum Iudaicū paternūq; zelū depræhendūt incidere, & adulterinā hāc etiā ostendūt imitationē, nec vllō cōsistunt loco, sed tanq̄ veneno hæresis ebrij, huc illuc iactātur, & ruūt. Christianos em̄ se esse profitentur, & aduersus Christū debacchātur. Iudæos appellari se nolūt, & imagines oppugnātes, zelū ipsorū Christo inimicū, imitātur & superāt. Idololatriæ nomē vitāt, & se in ipsos Christianos, Diuināq; Christianorū sanctaq; mysteria nihilo idololatriæ leniores prębēt. Quāobrem sanctū & œcumenicū Conciliū eos, qui adulterā istius, & multis seminibus cōmistæ opinionis ignobilitatē fugere noluerūt, tanquā nothos & à fidelīū nobilitate alienos, insolubilibus anathematis vinculis cōstringēdos iudicauit. Imaginē autē Christi veri Dei nostri, ex Apostolorū & sanctorum patrū traditionibus & sanctorū oraculorū testimonijs, ad honorē & venerationē illius quē ipsa refert, adorandā atq; colendā suffragijs omnibus censuit & cōfirmavit: cum adoratio nimirū atq; honor adhibeatur eodem modo, quo in alijs sacris notis & formis sanctissimæ Patriæ vtimur. Neque enim in illis cōsistimus, honoremq; & adorationem concludimus, neque ad alios diuersos ac varios fines distrahimur: sed per diuersum & singularem ipsorū cultū & adorationem, quæ cernitur, sacra, conuenientiūq; ac minimē diuisa ratione, animos nostros ad indiuisibilem illam, singularemq; atq; vnicam diuinitatem dirigimus. Sic venerabilem crucem adoramus, in qua Domini corpus extensum est, & sanguis ille, quo mundus vniuersus purgatus est, emanauit. Et ligni natura illius fluxibus irrigata, pro morte vitam perpetuam tulit. Sic Crucis signum adoramus, quo dæmonū agmina fugantur, & varij curantur morbi: cum semel in ipso exemplari gratia & virtus exhibita sit, & vsque ad exempla similis vis sese diffundat. Hæc igitur singula, nempe Christi imaginem, & ipsam crucem, crucisq; notam, cultu adorationeq; prosequētes, honorem & adorationem non in ipsis concludimus, sed ad eum dirigimus, qui propter incredibiles diuitias amoris erga nos, factus est homo, & mortem pro nobis pertulit contumeliosam. Sic & sanctorum templa, & sepulcra, & reliquias, ex quibus morborum curationes emānant, fideliter adoramus, Christum verum Deū nostrum, qui gloria ipsos affecit, collaudantes & celebrantes. Et si quid his in mysticis & sanctis nostris sacrificijs simile est, per munus & gratiam in illis exhibitam, præcipuum authorem & principem causam agnoscimus & commendamus. Quapropter & diuinus ac sanctus ille beatorum atq; sacrorū virorū cœtus, non solum imaginem Christi, quemadmodum diximus, verū etiā immaculatissimæ, semperq; virginis Marię & Dñę nostrę Dei genitricis, & sacras Sanctorū omniū imagines, præ ratione excellētē & sanctitatis exemplariū, colēdas & adorādas cōmuniū oraculorū decretis cōstituit, & cōfirmavit. Per ipsas em̄ ad præsentia quodāmodō atq; cōgressum, animi ducim⁹ intentionē, & p̄ hāc, diuina naturamq; superatē cōiunctione copulamur cū illo, q̄ summus est rerū expetendarū. Hęc igitur sapiētē diuinęq; septimū illud conciliū decreuit atq; cōstituit. Quo quidē factō oēm hęceticā pestē ac turpitudinē, à grege ratione p̄dito depulit, propriūq; decus ac pulchritudinē Ecclesię recipere ostēdit, & tanq̄ sponsam nō in fimbrijs aureis, sed intelligibilibus decoratā imaginibus, ad Christi sponsi dexterā constitutā, hilaribus & lætis oculis toti fidelium multitudini conspiciendā, honorādamq; demōstrauit.

ORIGO

Iconomachi, noui Iudei. Tales multos nostrā vidit gtas.

Imagines vt venerandæ.

ORIGO CONCILIORVM GENERALIUM, QVO TEMPORE SCILICET CONCILIA CELEBRARI COEPERINT: & de Quatuor Concilijs principalibus, Ex Isidoro.



ANONES generalium Conciliorum, à temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque antiquis, perfectione

sexcentorum triginta sacerdotū, sub Martiano principe habita, in qua Entychē Constantinopolitanum abbatem, verbi domini & carnis vnam naturam pronūciantem, & eius defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum rursū Nestoriū cum reliquis hæreticis, vna Patrum sententia prædamnavit, prædicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de virgine, vt in eo substantiam & diuinæ & humanę cōfiteamur naturæ. Hæc sunt (vt prædiximus) quatuor principales & venerabiles synodi, fidem Catholicam complectentes. Sed & si qua sint Concilia, quæ sancti Patres spiritu DEI pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore. Quorum etiā gesta in hoc corpore condita continentur.

ITEM DE SYNODIS PRINCIPALIBUS, quibus in locis, quibus pro causis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebratæ sint.

PRIMA synodus in Nicæa trecentorum decem & octo Patrum, cōtra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, Patrem scilicet maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam, temporibus Constantini principis, Syluestri Papæ Romani, Macarij Hierosolymitani, Alexandri Constantinopolitani, qui condemnata hæresi, statuerūt Canones XX. Quorum author maximē præfatus sanctus Alexander Episcopus fuit.

Quando & cur prima synodus Nicæna cōgregata.

Secunda in Constantinopoli, centum quinquaginta Patrum contra Macedoniū Constantinopolitanum Episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani & Theodosij principū, Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nestarij Constantinopolitani, qui condēnata hæresi statuerunt canones tres. Quorum maximē author Nestarius Constantinopolitanus fuit.

Quando & cur I. Constantinopolitana.

Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantum, genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret diuinitatis, temporibus Theodosij magni principis, Celestini Papæ Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Cyrilli Alexandrini. Qui duodecim capitula contra Nestorij

Cur & quādo prima Ephesina.

Cōcilij primi Niceni celebritas.

Quatuor celeberrima cōcilia quæ.

1.

2.

3.

4.

fauiente, docendarum plebium minimē dabatur facultas. Dein de Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quia non erat licentia episcopis in vnum conuenire, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis liberē cōgregari. Sub hoc etiā sancti Patres in Concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem euangelicā & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. Quatuor autem principalia sunt Concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent Ecclesię, tam de Patris & Filij & Spiritus sancti diuinitate, quā prædicti Filij & Saluatoris nostri incarnatione.

Prima harum, Nicæna synodus est, trecentorū decem & octo Episcoporum, sub Constantino Augusto Imperante peracta, in qua Arrianæ perfidiæ blasphemia condemnata, qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem Arrius asserebat, consubstantialem Deo patri Dei filium eadem sancta Synodus per symbolum definiuit.

Secunda synodus est centum quinquaginta Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata, quæ Macedoniū Spiritum sanctū deum esse negantem condemnans, consubstantialem Patri & Filio eundem Paracletum demonstrauit, dans latius symboli formam, quam tota Græcia & Latinitas in Ecclesijs prædicat.

Tertia synodus est Ephesina prima ducentorum Episcoporū, sub iuniorē Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium, duas personas in Christo asserentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens manere in duabus naturis vnam Domini nostri Iesu Christi personam.

Quarta synodus est Chalcedonenfis,

storij blasphemiarū totidem capitula, auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando conscripserunt.

Cur & quādo Chalcedonensis.

Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanū abbatem, qui asserbat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papae Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Anatolij Constantinopolitani: Qui, cōdemnata heresi, statuerunt canones 27. Quorum auctor maximē idem Anatolius Constantinopolitanus Episcopus fuit.

Quandō & cur secunda Constantinopolitana.

Quinta Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum & omnes hereticos: qui Theodorus dicebat, alium Deum esse verbum, & alium Christum, & sacram Virginem Mariam negabat Dei genitricē fuisse, temporibus Iustiniani Principis, Vigiliij Papae, Domni Antiocheni, Eutychie Constantinopolitani: qui Quatuordecim capitula anathematizando, scripserunt cōtra Theodori & sociorum eius blasphemias.

Cur & quādo tertia Constantinopolitana.

Sexta in Constantinopoli, CLXX. Patrum cōtra Macarium Antiochenum episcopum & socios eius, qui vnā voluntatem & operationem in Christo falsā suspicione adstruebant, temporibus Constantini Principis, Agathonis Papae Romani, Georgij Constantinopolitani. Qui cōdemnata heresi, anathematizando scripserunt octo capitula.

EPISTOLA AVRELI CARTHAGINENSIS EPISCOPI, AD DAMASUM PAPAM.



BEATISSIMO Papae Damaso Aurelius Carthagenensis Episcopus:

Gloriam Apostolicae Sedis, & vestrae sublimitatis gratiam nostra humilitas exoret, vt statuta, quae reperire poteritis, post finem beati Principis Apostolorum Petri, vsque ad vestrae sanctitatis principium, iuxta Apostolicae Sedis auctoritatem, quā cognouimus per vestrae sapientiae sanctitatem gubernari, nobis scripta mittere dignemini: quatenus per vestrae sanctitatis nobilitatem atque prudentiam nosse valeamus, quae in praefata sancta Sede supradictis temporibus sunt decreta, & qui aduersus canonum Apostolorum instituta gesserunt, cognoscantur. Bene vale sanctissime Papa, & ora pro nobis amantissime Pater. Data 8. Kal. Martij. Item lecta Romae 5. Nonas Maij.

RESCRIPTVM B. PPAE DAMASI AD AURELIUM CARTHAGINENSIS EPISCOPI.



Euereudiff. fratri & Coepiscopo Aurelio, Damasus: Scripta sanctitatis tuae debita ueneratione suscepimus, in quibus sitire uenerationem ac prudentiam tuam

Apostolica instituta (vt dignum erat) cognouimus. Quae de re quaedam ex his quae petisti, misimus: & quaedam adhuc, cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen à B. Petri principis Apostolorum fine, praedecessorum nostrorum praetermissimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum, & Felicem diaconum, sub certis signaculis non mitteremus. Quae te & custodire optamus, & alijs praedicanda ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inuolantē debita ueneratione custodiantur, & inuolantē seruentur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter uenerentur: quia uoluntate voluntarij canonum, grauius à sanctis Patribus iudicatur, & à Spiritu sancto (cuius instinctu ac dono dictati sunt) damnantur: quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue uidentur, qui contra eosdem sanctos Canones non necessitate compulsi, sed libenter (vt praefixū est) aliquid aut proteruē agunt, aut loqui praesumunt, aut facere uolentibus spontē consentiunt. Talis enim praesumptio manifestē vnū genus est blasphematum Spiritum sanctum, quoniam (vt iam prelibatum est) contra eum agit, cuius impulsu & gratia iidem sancti editi sunt canones. Diabolica uerō nequitia plebsque subtiliter fallere solet, & ita quorūdam imprudentiam per similitudinē pietatis sepe illudit, vt pro salutaribus uocaturā persuadeat. Idcirco norma sanctorum Canonum, qui sunt spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati, fideliter à nobis est scienda, & diligenter tractanda, ne quouis modo sanctorum Patrum statuta absque inuitabili necessitate, quod absit, transgrediamur: sed fidelissimē per ea gradiētes, cum eis qui eos, instinctu cōdiderunt diuino, mercedis gloriam & laboris cumulum, eorum meritis, auxiliante Domino, habere mereamur. His itaque ritē deliberatis, & ad Ecclesiarum uestrarū notitiam nostra deliberatione perlatis, parere uos eorūdem sanctorum canonum Regulis summo perē cōuenit, ne in aliquo eis obuiare quorūdam ignauia faciat: sed uestra sapiens & sana doctrina, quae cupit uos per omnia placere Deo, illis coheredes & participes celestis regni, in sedibus fideles cooperatores ostendat. Data XVI. Kalend. Iunij, Gratiano & Cyricio quarto consulibus.

Isido.

ISIDORI IN SEQVENS OPVS



*Dei,

praefatio. Isidorus peccator, seruus Christi, cōseruo suo & parenti fidei, in Dño salutē: Cōpellor à multis tā episcopis quae reliquis seruis Christi, canonū sententias colligere, & in vnū uolumē redigere, & de multis vnū facere, sed hoc me oppidō cōturbat, quod diuersae interpretatiōes varias sententias faciūt, & licet vnus sit sensus, diuersae tamen sunt sententiae, & aliae longiores, aliae breuiores. Ea uerō concilia, quae Graeco sunt edita stylo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque cōscripta reperimus. Quod si ueritas est quaedam ē pluribus, Graecorum sequamur stylium, eorumque; imitemur editiones atque exemplaria. Sin minus, ipsi dicant atque exponant, quibus tot sunt exemplaria, quot codices. Nobis tamē uidetur, cum in nostro discrepauerint sermone, ueritas & ueritas ab ipsis quaedam sit, quorum lingua edita esse noscuntur. Quod & nos fecimus, & sicut à ueris eorum reperimus magistris, in uolumine cui haec praepointur praefati uicula, inserere curauimus.

*Romano

Canon autem Graecē, Latine Regula nūcupatur, regula autem dicta, quae recte dicit, nec aliquādo alio seruo trahit. Alij dixerūt regulā dictā, uel quod dicitur, uel quod norma recte uiuendi praebet, siue quod distortū prauumque; quid corrigat. Synodū autē dicitur ex graeco interpretari comitatū, uel cōtū. Concilij uerō nomē, tractū ex more Romano. tempore em quo causa agebat, cōueniebant oēs in vnū, cōmuniq; intentione tractabāt. Vnde & conciliū à cōmuni intentione dicitur, quasi consiliū: & consiliū, quasi confidium, d in litterā transeunte. Vel conciliū dictum ex communi intentione, eō quod in vnū omnes dirigant mētis obtutum. Cilia em oculorū sunt. Vnde & quae sibi met dissentiūt, non agūt conciliū, quia nō sentiūt vnū. Cōtū uerō, cōuentus est uel cōgregatio, à cōuēdo, i. cōueniendo in vnū. vnde & cōuentus est nūcupatus, quod oēs ibi cōueniant: & sicut cōuentus cōtū, sic conciliū dicitur, à societate multorū in vnū.

In principio uerō uoluminis huius, qualiter cōcilium apud nos celebretur, posuimus: ut qui nostrū ordinē sequi uoluerint, fiant qualiter hoc agere debeāt. Qui autē hoc agere melius elegerint, faciāt quod iusto, canonicoque; atque sapientissimo cōsilio iudicauerint. Denique; propter eorū auctoritatē ceteris cōcilijs praeposuius canones qui dicuntur Apostolorū, licet à quibusdā apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiūt, & sancti patres eorū sententias syno-

dali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas posuerunt cōstitutiones. Deinde quarundā episcolorū decreta uirorū Apostolicorū interseruimus, i. Clemētis, Anaclei, Euaristi, & ceterorū Apostolicorum, quas potuimus haec tenus reperire epistolas vsque; ad Syluestriū Papā. postmodū uerō Nicenā synodū cōstituius, propter auctoritatē eiusdē magni cōcilij. Deinceps diuersa cōcilia Graecorū & Latinorū, siue quae antea, seu quae postmodū facta sunt, sub ordine numerorū ac temporum capitulis suis distincta, sub huius uoluminis adspēctū locauimus, subijciētes etiā reliqua decreta praesulū Romanor. vsque; ad S. Gregoriū, & quaedā epistolas ipsius in quibus pro culmine Sedis Apostolicae nō impar cōciliorum extat auctoritas, quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in vnū à nobis coacta atque digesta, & sancti praesulis paternis instituant regulis, & obediētes Ecclesiae ministri uel populi spiritualibus imbuantur exemplis, & nō malorū hominū prauitatibus decipiātur. Multi em prauitate & cupiditate depressi, accusantes sacerdotes oppresserūt. Ideo sancti Patres leges cōstituerūt, quas sanctos canones appellauerūt. multi ergo idcirco alios accusant, ut se per illos excusent, aut eorū bonis ditenē. Plerique; uerō boni Christiani, propterea tacēt, & portāt aliorū peccata quae nouerūt, quia documētis sepe deseruntur, quibus ea quae ipsi sciūt, iudicibus ecclesiasticis probare non possunt: quoniam licet uera sint quaedam, nō tamen iudicibus credenda sunt, nisi quae certis indicijs demonstrant, nisi quae manifesto indicio cōuincuntur, nisi quae iudiciario ordine publicātur. Nullus enim qui suis est rebus spoliatus, aut à sede propria, uel auctore pulsus, antequā oīa sibi ablata, ei legibus restituatur, & ipse pacificē diu suis fruatur honoribus, sedique; praepriē regulariter restituit, eis multo tempore liberē potiaē honore, iuxta canonicā accusari, uocari, iudicari, aut damnari institutionē potest. Vnde & ecclesiastica historia ab Eusebio Caesariē episcopo cōfecta, de muliere quadā, quae castitate à marito accusabatur, ait: Praeceptū uel interdictū est ab imperatore lege lata, ut primō pmitteretur ei rem familiarē liberē diutius ordinare, tū deinde respondere obiectis. Haec oēs leges, tā ecclesiasticae quae & uulgares publiceque; praecipūt.

*composuerunt,

*iudicio

*iudicium

Horū uerō concinnantia si omnia ponerent, antea deficeret dies, quae horū singula explicare, & nimis proluxa fieret epistola. Ex pluribus tamen aliqua hinc ad prouocationē aliorū inferere iudicauimus. Ait namque; S. Leo Romanae Ecclesiae antistes in epistola Chalcedonensi cōcilio missa, cuius initium est, Optauerā quidē dilectissimi & rel. In qua inter

inter cetera sic testatur, dicens: Quia verò non ignoramus, per prauas amulationes multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres iniuste sedibus suis pullos, & in exilia deportatos, atque in locum superfluum alios substitutos, his primitus vulneribus adhibeatur medicina iustitiae. Nec quisquam ita careat proprijs, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem oēs relinquunt, ut nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus Episcopis cum omni priuilegio suo ius proprium reformetur. Eadem & antiqui Apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicenā, sanxerunt. Eadem synodus quae habita est in *Larissa sub Valeriano, loquitur. Eadem plurimae Rom. synodi testantur. Eadem Papa Symmachus & ceteri sancti patres sanxerunt. Quorum statuta, prolixitatem vitantes, hic inferere distulimus. Si quis autem haec plenius scire & legere voluerit, suis in autoribus inuenire & legere pleniter poterit. Nobis verò haec in praefatione ista sufficiat. Et sicut militi ex multis armis illa sufficiunt, quae ferre congruenter super se poterit, sic nobis de multis sententijs vna aut duae, vel quantum tunc temporis necessitas fuerit, sufficiunt: quoniam sicut cum vno telo aut duobus inimicum vincimus, sic cum vna aut duabus sententijs autoritate plenius, aemulum superamus. Si enim de mulieribus & secularibus hominibus haec constituta sunt, multo magis Ecclesiasticis viris & sacerdotibus sunt concessa. Haec eadem verò & Ecclesiastica iura iubent, & seculi leges precipiunt. Similiter accusatores & accusatores, quas seculi leges prohibent, canonica funditus repellit autoritas. Synodorum verò congregandarum autoritas, Apostolicae Sedi priuata commissa est potestate: nec vllam synodum ratam esse legimus, quae eius non fuerit autoritate congregata vel fulta. Haec canonica testatur autoritas, haec historia ecclesiastica roborat, haec sancti patres confirmant.

¶ Scire autem vos LXXX. Episcopos, qui hoc opus me incipere & perficere coegit, & cunctos reliquos Domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa viginti capitula, quae apud nos habentur, Nicenae synodi reperimus, & in decretis Iulij Papae lxx. capitula eiusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cetera decreta Apostolicorum posuimus, haec scrutantibus, & cunctis nosse volentibus rimanda. Nam quod plura quam viginti capitula sint Niceni concilij, in multis inuenitur locis. Legitur enim in Constantinopolitano concilio ita: Manifestum est quod illa quae sunt per vnam quamque prouinciam, ipsius prouinciae synodus dis-

*Lampaco sub Valentiniano,

penset, sicut Niceno constat decretum esse concilio. Legitur & in epistola Innocentij Papae, Victorio Rothomagensi episcopo directa, ita: Si quae causae vel contentiones inter clericos & laicos, vel inter clericos maioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae: placuit ut secundum synodum Nicenam, congregatis omnibus eiusdem prouinciae Episcopis, iudicium terminetur, & reliquum. Sanctae etiam memoriae Theophilus Alexandrinus episcopus, suis in epistolis meminit, in concilio Niceno statutum esse, ut ab viij. Idus Martij, usque in diem Nonarum April. diebus scilicet xxvij, qualicumque luna nata fuerit, in quolibet medio spatio *perhibet facere initium primi mensis, quartamdecimam verò, à xij. Kal. April. usque *in xvij. Kalend. Maij, soler- *ad ter inquiri, & si die sabbatorum incidit, consequenti die Dominico, id est, luna 15, pascha celebrare conscripsit: & si die Dominico luna *13. eiusdem mensis, id est, primi mensis euenerit, ipsa hebdomada transmissa, *in alterum diem Dominicum pascha sine dubio celebrare conscripsit. His & alijs quamplurimis exemplis patet, plura esse quam viginti Niceni Concilij capitula, & veram esse praedictam Iulij Papae epistolam. Nobis autem quidam è consortio fratrum nostrorum Orientales, testati sunt se vidisse concilium Nicenum, habens potentiorum. Euangeliorum magnitudinem, continens in se sessiones episcoporum, & introductiones, iudiciaque; querimoniarum *atque definitiones, & constitutiones, nec non & subscriptiones eorum: ad cuius similitudinem magni Chalcedonense concilium conscriptum esse confirmauerunt, & demum alia Constantinopoli *cōdita, *edita vnum videlicet sub Iustiniano imperatore contra Dei impugnatores Origenem, Didymum & Euagrium, & aliud temporibus Agathonis Papae, & Constantini imperatoris contra Macarium Episcopum & Stephanum eius discipulum, ac reliquos Episcopos, qui pro frumento zizania in ecclesia seminauerunt, vinum miscuerunt aquae, & proximo potum dederunt *euerfione turbidam, turbida, & tanquam lupi, agni simulabant mendacium, & veritas ut mendacium refutabatur. ¶ Nosse etiam oportet (licet cetera non infirmentur) quatuor esse principalia concilia, &c. Vide paulò supra.

Primo quidem ordo, ut praedictum est, de celebrando concilio incertus habetur, & postmodum Canonum Apostolorum, ac primorum Apostolicorum (id est, à sancto Clemente usque ad sanctum Syluestrum) decretorum, atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur, sequens ordinem suum.

De ordi-

DE ORDINE CELEBRANDI CONCILII

lij Canonis, id est, Regulae Ecclesiasticae, à sanctis Patribus constitutae, & ab Isidoro in Codicis vnus corpus collectae.

ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

Hora diei prima, ante Solis ortum, eiciantur oēs ab ecclesia: obseratisque foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stabunt: & conuenientes omnes Episcopi, pariter introibunt, & secundum ordinationis suae tempus residebunt. Post ingressum Episcoporum omnium atque cōfessum, vocetur deinde presbyteri, quos causa probauerit introire: nullusque se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diacones, pbabiles, quos ordo poposcerit interesse. Et corona facta de sedibus Episcoporum, presbyteri à tergo eorum resideant, quos tamē sessuros secum Metropolitanus elegerit, qui vtiq; & cum eo iudicare aliquid, & diffinire possunt, diacones in cōspectu Episcoporum stent. Deinde ingrediantur laici, qui electione cōiugali, concilio interesse meruerunt: ingrediantur quoque notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit. Obseratisque ianuis, & sedentibus in diurno silentio sacerdotibus, atque cor totum habentibus ad Dñm, *dicturus est Archidiaconus: Orate, statimque oēs in terrā prosternantur tam episcopi quam presbyteri: & orantibus diutius tacite cum stentibus atque gemitibus, vnus ex Episcopis senioribus surgens, orationem palmam fundat ad Dominum, & cunctis adhuc in terra iacentibus, dicat hanc orationem:

*dicat archidiaconus:

Adsumus, Dñe sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati: veni ad nos, adesto nobis, dignare illi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quod gradiamur: & ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus & suggestor & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & eius Filio nomē possides gloriosum: nō nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui *summā diligis equitatem: ut in sinistrum nos ignorantia nō trahat, non fauor inflectat, nō acceptio muneris vel personae corrumpat: sed iunge nos tibi efficaciter solius tuae gratiae dono, ut simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis te neamus cum moderamine pietatis iustitiam, ut & hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna. In qua oratione,

*summè

Pater noster non dicatur, nec benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmetur. Finita autē oratione, & responso ab omnibus Amē, rursus dicat Archidiaconus: Ergite vos. Confessum omnes surgat, & cum omni timore Dei & disciplina, tam Episcopi quam Presbyteri sedeant. Sicque omnibus in suis locis in silentio confedentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medium proferens, capitula de concilio Toletano *tertio, aera xvij.

¶ Itē ex concilio Toletano *quarto, era iij. ¶ Item ex capitulis Orientalium Patrum, quae *Martinus Episcopus de Greco in Latinum vertit, era xvij, de synodo faciendae.

*sexto *sexto

¶ Itē ex concilio Chalcedonensi, era *xviiij. ¶ Item ex concilio Agathensi, aera *xxv. vel xxvj. vel aliud de canonibus, quod Metropolitanus aptius visum fuerit ut legatur. Finitisque titulis, Metropolitanus Episcopus concilium alloquatur per exhortationem, ita dicens:

*Maximus

*xix *xxxv. vel aliud de

¶ Ecce sanctissimi sacerdotes, praemissis Deo precibus, Fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & per Diuinum nomen obtestor, ut ea quae à nobis de Deo & de sacris Ordinibus, vel sanctis moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis vestrum aliter, quam dicta fuerint, sentierit: sine aliquo scrupulo contentionis, in *nostro nostro omnium copulatione, ea ipsa, de quibus dubitauerit, conferenda reducat: qualiter Deo auxiliante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione *conuenio & obsecro, ut nullus vestrum in iudicando aut personam accipiat, aut quolibet fauore vel munere pulsatus, à iusto iudicio scienter auertatur aut discedat: sed cum tanta pietate, quicquid ceteri nostro se iudicandum intulerit, retractate, ut nec discordans contentio, ad subuersionem iustitiae inter nos locum inueniat: nec item in perquirenda aequitate, vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat.

*nostrum

*cōiuro vel obsecro,

¶ Post hanc exhortationem introibunt omnes, qui cunque fuerint presbyteri, diaconi, vel religiosi vniuersi, ad audiendum doctrinam. Sicque Archidiaconus lecturus est Canonem Toletani concilij xj. aera prima, nē tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Ephesinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter & instructio de mysterio sanctae Trinitatis habeatur, simulque & de officiorum ordinibus,

bus,

bus, si in omnium sedib⁹ eiusdem celebrati-
tatis vnitate teneatur. Pro his quoq; causis,
prout spatium diei permiserit, & epistole
Papę Leonis ad Flavianū episcopū de er-
rorib⁹ Eutychetis, & mysterio Trinitatis,
legendæ sunt. Canones quoq; de Officio-
rum vnitate. nec ad aliud aliquid antè trāf-
eatur, quā ista omnia explicētur, itā tamē,
vt totos tres dies litaniarū nihil aliud agatur,
nec retractet, nisi sola collatio de my-
sterio sanctę Trinitatis, & de Ordinibus
sacris, vel Officiorum institutis, itā vt hæc
tota partiantur per totos illos tres dies, &
nihil aliud (sicut dictum est) nisi sola que-
stio de his quę predicta sunt, habeatur, itā
vt lectio semper, cōgruens ordini & causę
quę querenda est, antecedat. Post hæc, in
quarto die reliquę per ordinē personę ad-
mittendę sunt, sicq; omnes, qui de religio-
sis in retroactis diebus, p̄ spiritali instru-
ctione interfuerāt in concilio, forās egre-
diantur, residentibus aliquibus presbyte-
ris in concilio, quos Metropolitanus probauerit
honorandos. Per singulos tñ illos
tres dies litaniarum, Episcopi vel presby-
teri cum admonitore, primū orationib⁹
se prosternant. Sicq; collecta à Metropoli-
tano oratione, cōsurgant, & de diuinis tā-
tū (vt dictum est) rebus consultationem
habeant: in reliquis autem diebus, cunctis
adstantibus, oratio colligēda est: & sic cō-
fidentes, causarum negocia iustē & religio-
sē colligant. Nullus tamen tumultus aut
inter cōsidentes, aut inter adstātes habeatur.
Eodem tamē modo, eodemq; ordine
ad concilium omnes per singulos dies in-
grediantur, quo superi⁹ iam p̄missum est.
Nam & si presbyteri reliqui aut diaconi,
clerici siue laici, de his qui foris steterint,
conciliū pro qualibet re crediderint appel-
landū, Ecclesię Metropolitanę Archidia-
cono causam suam intiment, & ille concilio
denunciet. Tunc illis & introeundi sin-
gularim, & proponēdi licentia cōcedatur.
Nullus autem Episcoporū à cōtū cōmuni
secedat, antequā hora generalis secessio-
nis adueniat. ¶ Concilium quoq; nullus
soluere audeat, nisi fuerint cūcta determi-
nata, itā vt quęcunq; deliberatione com-
muni finiuntur, Episcoporum singulorū
manibus subscribantur, itā tamen, vt ante
duos vel tres dies quā soluat conciliū,
omnes constitutiones à se editas, diligenti
cōsideratione retractent, nē in aliquo of-
fendissent. Item in die quo concilium ab-
soluēdum est, Canones qui in sancta syn-
odo constituti sunt, coram Ecclesia in pu-
blico relegantur. Quibus explicitis, respō-
deatur in choro, Amē. Deindē ad locū re-
deunt, vbi in cōcilio resederūt, Canones
ipfos subscribāt. Admonendi quoq; à Me-

ropolitāo sunt de Pascha vēturō, quo vē-
niat die. Admonēdi etiā sunt, quo tēpore
superueniēti anno ad faciendum conciliū
veniāt. Eligendi etiā sunt de episcopis, qui
cū metropolitano dies festos natalis n̄ni &
sanctum pascha debeāt celebrare. Post hæc
dicēte archidiacono, Orate: omēs simul in
terra pariter se, p̄sternāt, vbi diutissimē orā-
tib⁹, hęc vnus ex seniorib⁹ orationē dicat:

NVlla est, n̄ne, humanę cōscientię vir-
tus, q̄ in offensē possit tuę volūtatis
iudicia expedire: & idēd quia imperfectū
nostrū viderūt oculi tui, p̄fectioni deputa-
tū sumus, q̄ p̄fecto equitatis sine cōcludere
p̄optamus. Te in nr̄is principijs occurfore
poposcim⁹, te quoq; in hoc sine iudiciorū
nostrorū, p̄ excessib⁹ indultorē adesse pre-
cāmur, s. vt ignorantia parcas, vt errori in-
dulgeas, vt p̄fectis votis p̄fectā opis effi-
caciā largiaris. Et quia cōscientiā remordē-
te tabescim⁹, nē aut ignorantia nos traxerit
in errorē, aut p̄ceptis forsitā volūtas impule-
rit: iustitiā declinare, ob hoc te poposcim⁹, te
rogamus, vt si quid offensiois in hac cōci-
lij celebritate attraxim⁹, cōdonare ac remif-
sibile facere digneris, vt ī eo quod soluturi
sum⁹, aggregati cōcilio, à cūctis primū ab-
soluamur nostrorū nexib⁹ delictorū, qua-
ten⁹ & trāsgressores venia, & cōstitentes tibi
subsequat remuneratio sempiterna. Per &c.
Huic orōni Ofo P̄ N̄f adiungat: & cūctis
adhuc in terra iacētibus, hæc b̄ndictio ex-
plicet: Christ⁹ Dei fili⁹, q̄ est initū & finis,
cōplementū vobis tribuat charitatis. Amē.
Et qui vos ad expletionē hui⁹ fecit pueni-
re cōcilij, absolutos vos efficiat ab omī cō-
tagiōe delicti. Amē. * Et ab omī reatu libe-
riores effecti, absoluti etiā p̄ donū spiritus
sancti, felici reditu vestrarū sedium cubilia
repetatis illēsi. Amen. Quod ipse p̄stare di-
gneſt, cui⁹ regnū & imperium p̄manet in se-
cula seculorū. Amē. Quib⁹ expletis, cū di-
ctum fuerit ab archidiacono, In noſe Dñi
noſtri Iesu Christi, eamus cū pace: oēs illi-
cō pariter exurgētes, residēte Metropoli-
tano, ab ipso primū incipiētes, osculū sibi
inuicē oēs pariter dabunt. Sicq; data sibi
inuicē pace, conuentus cōcilij absoluat.

ORATIO DIEI SECVNDÆ.

NOstrorū tibi n̄ne curātes genua cor-
diū, quęsum⁹, vt bonū quod à nobis à
te requirit, exequamur, vt prōpta tecū s. sō
licitudine gradiētes, discretiois arduę sub-
tile iudiciū faciamus, ac misericordiā dili-
gētes, daream⁹ studijs tibi placitę actiois.

ORATIO DIEI TERTIÆ.

AD te Dñe interni clamoris vocibus
proclamantes, vnanimiter postula-
mus, vt respectu gratię tuę solidati, p̄co-
nes virtutis efficiamur intrepidī, tuum quę
valeamus verbum cum omī fidutiā loqui.

T.R.A.

Psalm. 138.

* à iustitia

* nos

* vt

* interim clamorū

TRACTATVS DE PRIMATV ROMANÆ ECCLESIAE.

Deut. 17.



I difficile & ambiguum
apud te iudicium esse p-
spexeris inter sanguinē
& sanguinem, & causam
& causam, & iudicū in-
tra portas tuas videris
verba variari, surge & as-
cende ad locum, quem elegerit Dominus
Deus tuus: veniesq; ad sacerdotes Leuitici
generis, & ad iudicem qui fuerit illo tem-
pore: quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi
iudicij veritatem: & facies quodcunq; di-
xerint qui p̄sunt loco, quem elegerit do-
minus, & docuerint te iuxta legem eius: se-
querisq; sententiā eorum, nec declinabis
ad dexteram neq; ad sinistram. Qui autem
superbiērit, nolens obedire sacerdotis im-
perio, qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo, ex decreto iudicis morietur ho-
mo ille, & auferes malū de Israel. cūctisq;
populus audiēs timebit, vt null⁹ deinceps
intumescat superbia.

Sacerdotis summi imperio obediendum ex lege diuina.

Distin. 22. c. Sacrosancta Idem Dist. 21. c. In no. 10.

Matth. 16.

2. q. 6. c. Ad Romanam.

Matth. 16.

Distin. 11. c. Non decet.

Sacerdotis summi imperio obediendum ex lege diuina. Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malū de Israel. cūctisq; populus audiēs timebit, vt null⁹ deinceps intumescat superbia.

ANacletus seruus seruorum Dei, omni-
bus Episcopis & reliquis Christi sacerdotibus salutē: Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso domino nostro primatum obtinuit, sicut ipse Petro beato Apostolo dixit: Tu es Petrus, & rel. Ergo hæc Apostolica sedes, cardo & caput omniū Ecclesiarū à Domino, & non ab alio, est constituta: & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctę Sedis auctoritate omnes Ecclesię, domino disponente, reguntur. Igitur si quę causę difficiliore inter vos ortę fuerint, ad huius sanctę Sedis apicem eas quasi ad caput referte, vt Apostolico terminentur iudicio.

ZEphyrinus Romanę vrbis archiepiscopus, omnibus Episcopis salutem: Ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maximē tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum quasi ad matrē: vt eius vberibus nutriatur, auctoritate defendatur, & à suis oppressionibus releuetur: quia nō potest nec debet obliuisci mater filium suum. Iudicia enim episcoporū, maioresq; Ecclesię causę, à Sede Apostolica, & non ab alia, sunt terminandę: quia licet in alios transferantur Episcopos, beato tamen Apostolo Petro dictū est: Quęcunq; ligaueris super terram, erūt ligata & in cęlis: & quęcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cęlis.

Calixtus archiepiscopus Ecclesię Catholicę vrbis Romę, omnibus Episcopis salutem: Nō decet à capite membra diffidere, sed iuxta sacrę scripturę testimo-

nium, omnia mēbra caput sequantur. Nul-
li verō dubiū est, quōd Apostolica Eccle-
sia mater sit omnium Ecclesiarum, à cuius
vos regulis nullatenus conuenit deuiare:
& sicut Dei filius venit facere voluntatem
patris sui, sic & vos voluntatem vestrę im-
plete matris, quę est Ecclesia. Quicquid
ergo finē discretione iustitię contra huius
disciplinam actum fuerit, ratum habere ra-
tio nulla permittit.

FAbianus Episcopus Romę, omnibus
episcopis salutem: Si in rebus secula-
ribus suū cuiq; ius & proprius ordo serua-
ndus est, quanto magis in Ecclesiasticis dis-
positionibus nulla debet induci cōfusio?
quod hac obseruatione seruabitur, si nihil
potestati, sed totum equitati tribuitur.

IDEM: Si quis iudicem sibi aduersum
fenserit, vocem appellatiōis adhibeat. Ap-
pellantem autem non debet afflictio vlla
aut detentionis iniuriare custodia, sed li-
ceat appellatori vitiatam causam appella-
tionis remedio subleuare. Liceat etiā in
causis criminalibus appellare, nec vox ap-
pellationis denegetur ei, quem in suppli-
cium sententia destinārit. Pulsator ante su-
um iudicem causam dicat, & non ante suū
iudicē pulsatus: si voluerit, taceat. & vt pul-
satis, quotiēs appellauerint, inducię dētur,
nec quenquam non à suo iudice dicta sen-
tentia constringat.

Sixtus vniuersalis Apostolicę Ecclesię
episcopus, omnibus sanctę Dei Ecclesię
rectoribus salutem: Si quis vestrū pul-
satus fuerit in aliqua aduersitate, licenter
hanc sanctam & Apostolicam appellet Se-
dem, & ad eam quasi ad caput, suffugiū ha-
beat, nē innocens damnetur, aut Ecclesia
sua detrimentum patiat. Si autem neces-
sē ei euenerit, eamq; minimē appellare vo-
luerit: & vocatus tamen ab hac sancta Sede
fuerit, non renuat venire: sed confestim, vt
ei nunciatum fuerit, venire festinet: & cau-
sas, pro quibus vocatus est, prudenter dis-
ponat, atq; si fuerit necessē aliquid corri-
gere, cum his quos primos hęc inuenerit,
corrigat. Ad Ecclesiam tamen suam nō
prius reuertat, quā hinc literis Apostoli-
cis vel Formatis pleniter instructus atque
purgatus sit, si fuerit vndē: vt postquā do-
mum reuersus fuerit, cognoscāt vicini sui,
qualiter hęc suam aliorumq; causam finiē-
rit, quatenus ea absq; aliqua ambiguitate
nunciare & predicare possit omnibus. Si
quis autem aliter agere p̄sumpserit, sciat
censuram huius Sedis cum omnibus mem-
bris suis sibi non deesse venturam: & sicut
egerit, itā recipiet: si benē, benē: si grauē,
b grauē:

2. q. 6. c. Li. cet cum seq.

Ibidem c. Si quis vestrū.

* tam

Matth. 10. 9. q. 3. Ne- mo iud.

grauè: si pessimè, pessimè: quoniã dignus est operarius mercede sua. Illufter Papa in generali residens synodo, dixit: Nemo iudicabit primã Sedem, iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

Ibidem c. Cuncta per mundum.

VLius Apostolicæ Sedis episcopus, omnibus Episcopis salutè: Habet sacrosancta Romana Ecclesia potestatem, singulari sibi priuilegio concessam, aperire & claudere ianuas regni cælestis, quibus voluerit. Elafius Episcopus omnibus Episcopis: Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quòd sacrosancta Romana Ecclesia de omni Ecclesia fas habeat iudicadi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permiffus. Sed nec illa præterim, quòd Apostolica Sedes sinè vlla synodo præcedente exoluendi quos synodus iniqua damnauerat: & damnandi, nulla existente Synodo, quos oportuit, habeat facultatem: & hæc nimium pro suo principatu, quem B. Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & retinebit.

Ibidem c. Aliorum.

Symmachus Papa vniuersis Episcopis: Aliorũ hominum causas Deus voluit per homines terminare, sacro verò sanctæ Sedis Romanæ præfulem suo sinè questione referuauit arbitrio: voluit B. Petri successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam.

Ioan. 1.

Vigilius Papa dilectissimo fratri Euthero coepiscopo: Nulli vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quòd Ecclesia Romana fundamentum & forma sit Ecclesiarum, à quo omnes Ecclesias principium sumpfisse nemo rectè credentium ignorat: quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato Petro tamen concessum est, vt ceteris præmeret: vnde & Cephas vocatur, quia caput & primus est omnium Apostolorum: & quod in capite præcessit, in membris sequi necessum est. Quamobrè sancta Romana Ecclesia, eius merito Domini voce consecrata, primatum tenet omnium Ecclesiarum: ad quam tam sancta Episcoporum negotia atq; querelæ atq; iudicia, quàm & maiores Ecclesiarum questiones quasi ad caput semper referendæ sunt. Nam & qui se scit alijs esse prepositum, nõ molestè ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa nanq; Ecclesia quæ prima est, ita reliquis Ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem vocatæ sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellat-

2. Quest. 6. Qui se scit alijs.

tium Sedem Apostolicam, Episcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum, eidè sanctæ Sedi referuata esse liquet, præsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consilium, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit sacerdotum, causas se non sinè honoris sui periculo apud eandem sanctam Sedem nouerit redditurum.

Gregorius seruus seruorum Dei, omnibus Episcopis per diuersas prouincias constitutis: Diuini præcepti & Apostolicis saluberrimis in citatur monitis, vt pro omnium statu impigro vigilemus affectu: & quia cunctarum dispositione diuina ecclesiarum curã gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia Apostolica auctoritate subuenire optamus: quoniam diuina virtutis & infirmitatis humanæ sanctio est, vt omnium Ecclesiarum negotia ad nostræ reparationis tendant effectum. Quapropter has ad vos literas destinamus, in quibus decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus, vt nihil prius de eo quòd ad sinum sanctæ Romanæ cõfugit Ecclesiæ, eiusq; implorat auxilium, decernatur, quàm ab eiusdem Ecclesiæ fuerit præceptum auctoritatè: quæ vices suas ita alijs impartiuit Ecclesijs, vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem, quod non arbitramur, à quoquam secus præsumptum fuerit: ab officio cleri submotus, Apostolicæ auctoritatis reus ab omnibus iudicetur, nõ lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali inuitia quosque audeant dilacerare: & quod sibi fieri nolunt, alijs inferre præsumant.

Dist. 12. Præceptis.

IDEM eisdem: Præceptis Apostolicis nõ dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ à sancta Romana & Apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, si eiusdem sanctæ Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non nouum aliquid presentis iussione præcipimus, sed illa quæ olim indulta videntur, firmamus, cum nulli dubium sit, quòd non solum potestatis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad Sedem Apostolicam quasi ad caput Ecclesiarum, debeat referri, & indè normam sumere, vnde sumpfit exordium, nõ caput institutionis videatur omitttere, cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolint ab Apostolica, super quam Christus vniuersalem fundauit Ecclesiã, soliditate diuelli. Si quis hæc Apostolicæ Sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

Dist. 19. Nulli fas.

In eisdem: Nulli fas est, vel velle vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec eius

17. q. 4. Ne- mini.

Cypr. in tra- ctat. de sim- pli. platorũ. 24. q. 1. c. Lo- quitur dñs. Matt. 16.

Ioan. 20.

Cant. 6.

Eph. 4.

Ibid. in Cyp.

eius dispositionis ministeriũ, quod omnium sequi oportet charitatè. Sit ergò ruine sue dolore, prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis: nec locũ deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat, nec de eius iudicio quisquã postea curã habeat: quoniam iam dñatus à sancta & Apostolica Ecclesia eiusq; auctoritate, pro sua inobediẽtia atq; præsumptiõẽ, à quoquã esse nõ dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione est exigendus, cui sanctæ Ecclesiæ cõmissa fuerit disciplina: qui nõ solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiã alijs, nõ præterirent, insinuare. Sit ergò alienus à diuinis & pontificalibus officijs, q̄ noluit præceptis obedire Apostolicis.

Si quis super his nos arguere voluerit, aut extra auctoritatè facere cõtenderit, veniet ad sedem Apostolicã, quòd omnia ecclesiastica negotia, de quibus questio habetur, cõfluere iussa sunt: vt tibi ante confessionẽ sancti Petri mecũ iussè deceret, quatenus inibi vnus ex nobis sententiam suscipiat.

Nicolaus papa omnibus episcopis: Neminẽ licitum est de Sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiã retractare permiffum, videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum, Christi munere in Petro Apostolo diuinitus collatum.

Cæcilius Cyprianus in epistola sua dicit ita: Loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Super vnum quid edificat Ecclesiã, & quauis Apostolis omnibus post resurrectionẽ suã parè potestatè tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite spiritum sanctum: tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdẽ originẽ ab vno incipientẽ, sua auctoritatè disposuit. Hoc erant vtique ceteri Apostoli, quod fuit Petrus: pari confortio præditi & honoris & potestatis: sed exordium ab vnitatè proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstratur, quam vnam Ecclesiam etiã in Cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: Vna est colũba mea, perfectã mea, vna est matri suã, electã genitrici suã. Hæc Ecclesiæ vnitatè & beatus Apostolus Paulus docet, & sacramentum vnitatis ostendit, dicens: Vnum corpus, & vnus spiritus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus. Quã vnitatem tenere firmiter & vindicare debemus, maximè nos episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt episcopatum quoq; ipsum vnũ atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei virtutem perfida præuaricatione corrumpat.

Idem: Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur: ecclesia vna est, quæ in multitudinem latius incremento

fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radij sunt, sed lumen vnũ: & rami arboris multi sunt, sed robur vnũ tenaci fundatum radice: & quomodo de fonte vno riuus plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copię largitate, vnitas tã seruatur in origine. Auellere radiũ solis à corpore, diuisionẽ lucis vnitas non capit: ab arbore frãge ramũ, fractus germinare non poterit: à fonte præcideri riuũ, præcisus arefcit: sic & ecclesia Dñi luce perfusa, per orbẽ totũ radios suos porrigit: vnũ tamẽ est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur. Ramos suos in vniuersam terram copia hubertatis extendit, profluẽtes largiter riuos latius pandit: vnũ tamen caput est, & origo vna, & vna mater fœcunditatis successib' copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica. vnam domum nouit. vnus cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.

Ibidem.

Idem: Alienus est, prophanus est, hostis est: habere non potest Deum patrem, qui vniuersalis ecclesiæ non tenuerit vnitatem.

Hactenus ex codice antiquo. Sufficerent quidem ista apud eos Christianos, qui parèt & simpliciter credunt quicquid tradit ac tenet sancta mater Ecclesia. Cũ autem nostra etate Sedis Apostolicæ auctoritas à plurimis Belial & inobediẽtiæ filijs, nõ solum reuocetur in dubiũ, sed etiã editis libellis impugnetur, pluribus profectò & scripturarũ testimonijs, & sanctorũ patrũ ad stipulationib' debet primatus Petri & successorũ eius affirmari. Id quod efficaciter præstiterunt nupèr hoc quoque sanè doctissimi viri ac reuerendissimi patres, Thomas cardinalis S. Sixti, Ioãnes Episcopus Rossensis, Ambrosius Catharinus Senensis, Ioãnes Faber Constantiensis, Ioannes Eccius procanonicus Ingolstadtensis, Albertus Pyghius in libris doctissimis de Ecclesiastica hierarchia, & nõnulli alij. Copiosissimè em̄ simul & solidissimè ostendunt ex sacris literis, ex antiquis cõcilijs, ex Apostolicis decretis, ex antiquissimis patribus, ex probatissimis Ecclesiæ Doctõribus, ex legibus deniq; publicis & approbatis historijs rem hanc ita clarè deduxerunt, vt de ea nemo amplius dubitare queat, nisi qui per heresim & rebellionem penitus est subuersus, ac iudicio proprio (vt ait Apostolus) condemnatus. Cũ autem istorum libri non omnibus passim sint ad manum, operè precium fuerit hic aliquot testimonijs propositum confirmare: nõ lector dubio aut suspensio animo tot ac tam præclara ac pia veterum Romanorum Pontificũ decreta, quæ nunc eduntur, legat: cui profectò omnem dubitationis scrupulum, si non obstat rebellionis aut odij affectus, sequentes poterunt auctoritates eximere.

Tit. 3.

Matth. 16.

Luc. 22.

Ioan. 21.

Matth. 10.
Marc. 3.
Luc. 6.

Matth. 17.

Ioan. 21.

Ioan. 3.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Bern. lib. 2.
ad Eugen.

Apoc. 17.

Luc. 5.

Rom. 11.

24. q. 1. Nō
turbatur.

Ipse em̄ Dominus & saluator noster Iesus Christus in singularem prerogatiuā sic loquitur in Euangelio ad Petrum: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus &c. Item, Tu es Petrus, & super hanc Petrā edificabo ecclesiam meā. Tertio, Tibi dabo clauēs regni celorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis. Quarto, Ego rogauī pro te, vt nō deficiat fides tua: & tu aliquandō conuersus, cōfirma fratres tuos. Quinto, Simō Ioānis, diligis me plūs his? Pasce agnos meos, Pasce oues meas. Hęc profectō singulariter Petro, primo Romano Ecclesiæ Pontifici, nulli aliorū Apostolorum, dixit Dominus. Sunt & alia plura Euangelij loca, ex quibus Petri primatū haud obscure obseruare liceat. Vbiq; em̄ in Apostolorū catalogis primo loco ponit Petrus, licet uocatione primus non fuerit, & non rarō nominatim p̄ alijs cōmemoratur. Atq; pro soluēda didrachma ait Dominus illi specialiter: Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscē qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illū sumens, da eis pro me & te. Neq; sine mysterio dixit ei, Tu me sequere, vt i. simili mortis genere eum sequeretur, cuius in Ecclesia vices p̄ ceteris administratur erat. Nec parui momēti est, quod à se Petra Christus Simonem, mutato nomine, Petrū vocauit: Tu vocaberis (inquit) Cephas, quod interpretatur Petrus, quia super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Neque caret mysterio, quod cum Dominus post resurrectionem suam se discipulis suis manifestaret iterum ad mare Tiberiadis, solus Petrus, quum audisset quia Dominus est, tunica se succinxit, erat enim nudus, & misit se in mare: alij autem discipuli nauigio venerunt. Hoc quippe signum fuit (vt ait S. Bernardus) singularis p̄ticipij Petri, per quod non nauem vnā, vt ceteri quique suam, sed seculum ipsum suscepit gubernandum. Mare enim, seculū est: Naues, Ecclesiæ. Indē est, quod altera vice Matthæi decimo quarto, & Marci sexto, instar Domini gradus super aquas, vnicū se Christi vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis p̄esse deberet. Siquidem aqua multā, populi multi. Solus ergō supra mare iussus est venire ad Christum, vt daretur intelligi, quod totus orbis qui per mare est designatus, suæ ditioni parere deberet. neq; frustra dictum Petro putat sanctus Ambrosius, Duc in altum, hoc est, in profundū disputationū. Quid em̄ tam altum, quā altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei videre, scire filium Dei, & professionem diuinæ generationis assumere? Non turbatur itaq; nauis quæ Petrū habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Per

nauem enim Petri, quam Christus ascendit, Ecclesia significatur. Sed & alia loca Euangelij animaduertit sacri interpretes circa Petrum ad vniuersalis Ecclesiæ curā pertinentia, velut matthei decimo octauo, Accedens Petrus ad Iesum, dixit: Domine, quotiēs peccabit in me frater meus, & dimittā ei? Vbi sanē tāquā p̄fēs Ecclesiæ, fraternæ correctionis modum diligenter p̄ alijs quesitum. Et sequenti capite, Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Vbi Chrysostomus ait: Interrogat Petrus, vt tu inops discas, quoniam in nullo hinc dimittis es. Qui em̄ clauēs regni celorum acceperat, p̄ his q̄ ibi sunt, confidit, & pro orbe terrarū interrogat. Instāte itē tēpore passionis, soli Petro nominatim dixit Dñs: Simō, dormis? nō potuisti vna hora vigilare mecum? Vbi voluit ostēdere Christum, Petrū p̄ ceteris ex cōmisso sibi officio debere vigilare, sed & abscessio auriculæ, à beatis Ambrosio & Gregorio in mysteriū pastorale trahit. Quare tollit, inquit, aurē Petrus? quia ipse est, q̄ accepit clauēs regni celorum. Ille em̄ condēnat, q̄ absoluit, quoniā ligati atq; soluēdi idē adeptus est potestatis. Tollit autē aurē malē audiētis, tollit autē gladio spiritali aurem interiōrē malē intellegētis. Hęc & id genus plura Euangeliorū loca, symbolicē ad Petri primatum referuntur à sacrarum literarū interpretibus, etiā antiquissimis, nō modō Latinis, sed & Græcis, quos recensere lōgum foret. Sunt & alia scripturæ loca tū in epistolis, tum in Actibus Apostolorum, quæ principē Apostolorum fuisse Petrū, apertē declarant, vt Rossensis Episcopus elegāter deducit, sed hic commodē ferri pro prolixitate non possunt. Satis itaq; fuerit pro ampliori huius rei declaratiōe, tres ex antiquis Ecclesiæ doctoribus in testimoniu accersere. Hęc autem sunt verba B. Dionysij, quem Areopagitam vocant, capite tertio De diuinis nominibus ad Timotheum: Nanque & apud ipsos Diuino spiritu plenos Pontifices nostros, cum & nos (vt nōsti) & pleriq; ex sanctis fratribus nostris ad contuēdum corpus illud, quod authorē vitæ, Deumq; ceperat, conuenissemus: (aderat autē & frater Dñi Iacobus, & Petrus supremū deus, & antiquissimū Theologorū columē) vbi post contuitū placuit, vt infinite potētem diuinæ infirmitatis bonitatē p̄ticipes laudaret oēs, quisq; p̄ captu suo. Hęc ibi, et alibi vocat Petrū nō rarō summū & verticalē Apostolū, quē admodū postea eūdem vocauit B. Chrysostomus os & principē Apostolorū, verticē totius cōsortij pastorēq; ac caput ecclesiæ. Sed & Cyrillus Origenesq; & Theophilus, id genē epitheta illi attribuisse legunt. Sic deidē antiquissim⁹ Aphro-

Matt. 19.

Marc. 7.
Luc. 22.

Ambr. in
Lucam lib.
9. cap. 95.

In artic. 13.

Dionysius
de transitu
Mariæ.

Chrysost. in
Matth. ho.
mil. 55.

Tertullian⁹

Irenæus lib.
3. cap. 3.

*Erethrian⁹
Iste Hugo
floruit sub
Emanuele,
anno 1160.
teste abbate
Späheimen.
lib. 3. cap. 17.

Aphrorū scribit in libro de prescriptionibus aduersus hereticos Tertullian⁹: Si Italia, inquit, adiacet: habes Romā, vnde nobis quoq; autoritas p̄stō est. Felix ecclesia, cui totā doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominicæ adēquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioānes postea quā in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulā relegatur. Videamus qd didicerit, quid docuerit, &c. Hęc ille. An verō nō est hoc grāde testimoniu, ab eo p̄sertim, qui Romanis clericis inimicus fuisse legitur? Sic antiquissimus itē Latinorū ante mille trecentos quinquaginta annos scripsit Irenæus episcopus Lugdunensis libro tertio cōtra hereticos: Maxime, inquit, & antiquissime, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romę fundata & cōstitutę ecclesię, eam quā habet ab apostolis traditionē, & annūciatā hominibus fidem, per successiones episcoporū peruenientē vsq; ad nos, indicātes, cōfundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malā vel vanam gloriā, vel per cecitatem & malā, sententiā, p̄terquam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiā propter potētiorem principalitatem necesse est omnē cōuenire ecclesiā, hoc est, eos qui sunt vndiq; fideles: in qua semper ab his, qui sunt vndiq; cōseruata est ea, quæ est ab apostolis, traditio. His itaq; & id genus alijs rationibus & autoritatibus cōstat, Romanā ecclesiam semper habuisse primatum inter omnes totius orbis ecclesias à temporibus apostolorum in hęc vsq; horam. Vnde allegatur à Fabro Constantiensis Græcus author Hugo Etherianus, qui tēpore Emanuelis imperatoris, in Latinorum sententiam tres libros de processione spiritus sancti scripsit, vbi inter cetera his vitur verbis: Quibus ex rebus liquidō claret, quod Petrum, eiusq; successorē, principē Christus & caput non modō Latinorum, Græcorum, occidentis & septentrionis vniuersi, verum etiā Armeniorum, Arabum, & totius orientis ac meridiani climatis in perpetuum cōstituit. Ob quam rem occidui so-

lis limites vniuersi, Petri successorē ex tūc sibi dominum recognoscunt, & sub illo p̄fule diriguntur, quod omēs facere oportunū est. Hęc Græcus ille author. Hinc certē sunt amplissima illa Sedis apostolicę priuilegia, quæ Iulius Papa & Athanasius Patriarcha ad lōgum cōmemorant in epistolis suis ex concilio Niceno: quæ tamē & antea huic sedi fuisse attributa, ex historia Ecclesiastica, veterumq; p̄ticipum decretis, haud obscure cognoscitur. Itā em̄ ante Nicenam synodum scripsit Marcellus papa & martyr Maxentio episcopo: Synodum episcoporū absq; huius sedis Romanę auctoritate (quanuis quosdā episcopos positis congregare) non potestis regulariter facere, neq; vllum episcopum, qui hęc appellauit Apostolicam sedem, damnare, antequam hinc diffinitiuā sententiā pcedat. Nemo igitur sine peccato aut instituta ei⁹ contemnit, aut eius p̄cepta trāsgreditur. Vnde ait Damascus papa: Omnia decretalia cunctorum p̄decessorum nostrorum constituta, quę de ecclesiasticis ordinibus & canonum sunt promulgata disciplinis, itā ab omnibus Episcopis ac sacerdotibus generaliter custodiendi debere mādamus, vt si quid in illa commiserint, veniā sibi honoris deinceps nouerint denegari. Quod si sanctis istis p̄ticipibus, velut in propria causa, minus credendū esse dixerint aduersarij, credant saltem beato Cypriano superioris allegato, cuius & hęc sunt ad S. Cornelium Romanum pontificē verba: Quales putas esse eos, qui sacerdotū hostes, & contra ecclesiā catholicā rebelles, nec p̄monentis Dñi comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neq; enim aliunde hereses obortę sunt, aut nata sunt schismata, quā indē, q̄ sacerdoti Dei nō obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tēpus sacerdos, & ad tēpus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundū magisteria diuina obtēperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegiū quicquā moueret: nemo post diuinū iudiciū, post populi suffragium, post cōepiscoporū cōsensum, iudicē se non iam episcopi, sed dei faceret.

Priuilegia
Rom. eccles.
siæ.

Dis. 17. c.
Synodum.

25. q. 1. c.
Omnia.

Cyp. in epi.
stol. lib. 1.
Epist. 3.

Tractatus de Romana Ecclesia Primatu, FINIS.

DE QVADRVPLICI SYNODO APOSTOLORVM, IUXTA GLOSAM ORDINARIAM, IN ACTIS APOSTOLICIS PER S. LVCAM EVANGELISTAM DIVERSIS IN CAPITIBVS STVDIOSÈ DESCRIPTA.



Glosa Ord.
colligit tm̄
has 4. alij
alias, & plu-
res.

Hic Actis Apostolicis colliguntur à Scriptoribus Ecclesiasticis, ac potissimum Glosa Ordinaria, Conuentiones siue Cōcilia aliquot Apostolorum, primitiuā quoquē

Ecclesiæ: in quibus exempla, formæ, imagines ac cæremoniæ certæ Conciliorum, tam generalium quā prouincialium, traduntur, postea per sanctos Patres & Ecclesiæ Catholicę posteros obseruandæ.

DE prima Apostolorum Discipulorum; Christi cōuentione, legimus

Ag. 1. de electione Mat. thie.

Actorū primo capitulo, quod statim post ascensionem Domini in celū, reuersi sunt Hierosolymam à monte Oliueti, manentes in cœnaculo, Petrus, Ioannes, Iacobus, &c. perseverantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius.

1. Synodus ob apostoli electionem.

In diebus illis exurgens Petrus velut principalis & caput, [in medio electionem.] simul ferè CXX.) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prœdixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, &c. Oportet ergo ex his viris qui nobiscū sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus &c. testè resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Et statuerunt duos, &c. & orantes, dixerunt: Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus &c. Et dederunt fortes eis. Et cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim apostolis.

Exemplum orandi in concilijs.

Act. 6. de diaconorum septem electione.

Anno 1. post Christi mortem & spiritus sancti aduentum ante cōuersionē Pauli, qui eodem anno deinceps cōuersus fuit.

2. Synodus ob 7. diaconorum institutionem

DE secunda in Hierusalem Apostolorum & discipulorum Christi synodo, legimus Act. vi. In diebus illis crescenti numero discipulorum, factum est murmur Græcorū aduersus Hebræos, eò quod despiceretur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem XII. multitudinem discipulorum Iac ceterorū crederentium, quæ iam ad multa millia excreuerat, [dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonij septem, plenos &c. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto, &c. Hos] à multitudine electos [statuerunt ante conspectum Apostolorum,] qui erāt Episcopi fidelium: [& ipsi apostoli] orantes, imposuerunt eis manus, [per orationem & manū impositionem ipsos diaconos ordinando. Sequitur effectus huius ordinationis: [Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalē valdè.] Ex quo liquet, etiā hoc concilium esse Hierosolymis celebratum.] Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat signa magna & prodigia in populo. Surrexerunt autem &c. & non poterant resistere sapientiæ & spiritui sancto qui loquebatur.] Actorū quoque 8. profequitur sanctus Lucas de prædicatione Philippi diaconi &c.

Effectus istius ordinationis.

Act. 15. de circūcisiōe gentilibus non imponenda.

DE tertia cōuentione Apostolorum, quæ fuit plenaria conciliorum forma, postmodum à summis pontificibus & sanctis patribus obseruata & obseruanda, legimus Act. xv. Hæc fuit celebrata anno

14. post mortem & resurrectionem Christi in Hierusalē, & 14. anno cōuersionis Apostoli Pauli, anno 4. Claudij Cæsaris, secundum Bedam, Dionysium & alios, quos vidè de his latius. Vnde de hac synodo Apostolorum loquitur Apostolus Paulus ad Gal. 2. Deinde post annos 14. ascendit Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiā Tito, & contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus &c. Sequitur: Et cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephæ & Ioannes, qui videbatur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos inter gentes, ipsi autem in circūcisionem: tantum vt pauperum memores essemus &c.

Beda & Dionysius Carth.

3. Synodus ob circūcisiōem gentibus non imponendam

De hac ergo tertia Apostolorum cōuentione legimus Actor. 15. sic: Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, [fideles] ex gentilitate cōuersos: [quia nisi circūcidamini secundum morem &c. statuerunt] fideles [vt ascenderent &c. ad apostolos & presbyteros] veluti primarios Ecclesiæ prelatos [in Hierusalem super hac quæstione &c. Cum autem venissent &c. Surrexerunt autem quidam de Phariseorū secta, qui crediderant, &c. Conueneruntq; apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus,] tanquam apostolorum supremus & caput, [dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis &c. Nunc ergo quid tentatis &c. sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quem admodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo] consentiens Petro, [&] deinde [audiebant Barnabam & Paulū narrantes, quanta Deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerūt,] Barnabas & Paulus [respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me: Simon narrauit &c. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, vt abstineant se à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine, &c.] Sequitur determinatio negocij: [Tūc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam & Silam viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum: Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ, fratribus ex gentibus salutem: Quoniam audiuimus quod quidam ex vobis &c. Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à quibus vos custodientes, benè agetis. Valetè.

Pars oppositens.

Petrus primò loquit.

Discussio negociorū. Secundò Barnabas & Paulus.

Tertiò Iacobus, ceu in sua dicens.

Determinatio negocij.

Illi

Illi autem dimissi, descendunt Antiochiam: & cōgregata multitudine, tradiderunt epistolam: quam cum legissent, &c.

Act. 21. In qua declaratum fuit, teste Beda Dionysio Cathusiano & alijs, licitum esse cōuersis Iudæis vti cum fide & Sacramentis noui Test. etiā circūcisiōe & alijs ceremonijs & sacrificijs veteris Test. quādū templum & sacrificia legis in Hierusalē stabat: non quasi lex euangelica nõ sufficeret, sed vt mater synagoga paulatim cum honore sepe lict, & non statim velut impia & mortifera, inftar idolorum culturæ, damnaret, cum fuerat à Deo fundata, & tempore suo in remedium & salutem genti Iudæorū data. Quum ergo Paulus ab emulis suis, velut destructor & damnator legis, esset vehemèter & falsò apud Hierosolymā infamatus, communi cōcilio Iacobus & Paulus & seniores statuerūt, ex Iudaismo cōuersos legis ceremonias pro tēpore illo nõ dānare, sed licitè obseruare posse, dumodò spem salutis suæ in illis non collocarēt. Hinc scribitur Act. 21. Et cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperūt nos fratres. Sequētī autē die introibat Paulus nobiscū &c.

Permissio legaliū ad tēpus, donèc synagoga cū honore sepeliatur.

In lege quæ hodiè obligent Christianos, & que non.

Præcepta moralia.

Ceremonialia.

Iudicialia.

Hic autem secundum Doctores catholicos diligenter notandum venit, quædam in lege moysi vsq; hodiè vniuersos Christianos obligare, videlicet præcepta moralia, & omnia quæ ad bonos mores & virtutes directè & immediatè pertinet, Nam hæc in Euāgelio ipse Dominus replicauit, & perfectius obseruari mādauit. Enimvero principalis diuinæ legis intentio est, homines benè instituere ad amorem Dei. Quòd cū rectè fieri nequeat, nisi addatur & modus, qualiter sese iustè habere debeāt tam erga seipos, quàm erga suos, proximos: hinc data sunt præcepta moralia, quæ mētibus hominum & rectæ ratiōis diuini sunt inscripta, quòd Deum super omnia quisque diligere debeat, & proximū sicut seipsum. Modus autem colēdi Deum per externos ritus & ceremonias legis, quia hæc fuerunt figura & vmbra Christi tūc venturi & mysteriorū eius, idè ad adueniēte veritate Euāgelica, euauerūt & illicita iam facta sunt. Nihil ergo per dupliciter simulatoriè egit diuinus Apostolus, sed pro scandalo fratrum amouēdo, seq; à falsā infamia purgando, fecit, quod tunc (vt dictum est) cōuersis Iudæis ad tēpus licuit: sed modò destructo templo, sepulta synagoga, & vbiq; diuulgato Euāgelio, nequaquam liceret. Præcepta autē Iudicialia legis, qualiter iustitia seruari debeat erga proximū, iam nõ obligāt, nisi à iudice potestatè habētē, ī sua ditiōe suaq; autoritate denuò statuerent.

Sunt qui posthabito (viderint ipsi qua ratione) Glose Ord. iudicio, quartam hanc Apostolorum Synodum obmittant, faciantque, ordine presentī non nihil mutato, ex decimo quinto Actuum capite quartam, ex sexto tertiam, ex quarto secundam, idque hoc modo:

DE 2. conuentione Apostolorum & discipulorum Christi notabili, legimus Act. 4. quod vbi post aduētum spiritus sancti per prædicationes Apostolorum multi credidissent in Christum, factus est numerus eorum V. millia. De qua re dolentes sacerdotum principes & magistratus templi, posuerunt Petrum & Ioannem in custodiam. Et postquam examinassent eos, videntes Petri constantiam atq; Ioannis, comminati sunt eis & denunciauērūt, nè omninò loquerentur nec docerent de cæterò in nomine Iesv. Petrus verò & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quàm Deum, iudicate. Sequitur cōstitio Apostolorum & discipulorum Christi. Dimissi autem, venerunt ad suos, & annunciauērunt eis, quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Quæ cū audissent, vnanimiter simul omnes cōgregati, leuauerūt vocem ad Deum per inspirationem spiritus sancti, & dixerūt: Domine, tu es qui fecisti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, qui spiritus sancto per os patris nostri dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes, &c. Et nūc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuū, in eo quòd manum tuam extēdas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati, in signū exauditionis supplicationum eorum. Et repleti sunt omnes spiritus sancto, ampliori scilicet gratia & charitate confortati. vnde sequitur effectus huius: Et loquebatur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat cor vnū & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia. Nota, ex hoc decreto Apostolicam fundatam esse vitam, & conuersationem omnium religiosorum, vitam beatorum in patria, vbi omnia sunt cōmunia, imitantiū. Sequitur: Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquā egens erat inter illos.

Act. 4.

Hic cæteris nõ fuit cōcilium, sed oratum est pro gratiæ incrementō.

Psal. 2.

Effectus donorum spiritus sancti.

Apostolorū Decretum.

August. & ceteri Doctores.

Sunt præterea qui & istam è quarto Act. extraxerunt, & illam vigesimoprimum Act. apertè descriptā synodum prætereuntes, aliam sibi nouam ex vndecimo Act. trahant, quod per nos quidem eis licitum erit, modò nõ sint maiorè esse Glose Ord. auctoritatē, quàm cui tam leuiter à curiosis quibusuis no uatoribus sit contra dicendum.

20 **TITVLI CANONVM**
APOSTOLORVM, IVXTA VETEREM
EDITIONEM.

I.
De ordinatione Episcopi.

II.
De ordinatione Presbyterorum, Diaconorum & cæterorum.

III.
Nihil aliud in sacrificio, præter quod Dominus statuit, offerendum.

III.
Quæ species ad altare, non ad sacrificium, sed ad benedictionem simplicem debeant exhiberi.

V.
Quòd ea, quæ in ecclesijs offerri nõ possunt, ad domos sacerdotum à fidelibus deferantur.

VI.
Vt episcopus aut Presbyter vxorem suam, quã debet castè regere, non relinquat.

VII.
Vt sacerdotes & ministri altaris, secularibus curis abstineant.

VIII.
Quo tempore Pascha celebretur.

IX.
Quòd ministri altaris oblatione celebrata, communicare debeant.

X.
Quòd fideles laici ingredientes ecclesiam, communicare debeant.

XI.
Quòd cum excommunicatis non sit orandum.

XII.
Quòd cum damnatis clericis non sit orandum.

XIII.
Vt nullus fidelium præter commendatitias suscipiatur epistolas.

XIII.
Vt ab episcopis aliena parochia minimè peruadaf.

XV.
Vt clerici proprias ecclesias non relinquunt.

XVI.
Vt episcopus, qui clericos alterius susceperit, communionem priuetur.

XVII.
Quòd bigami non admittantur ad clerum.

XVIII.
Quòd is qui viduam vel eiectam aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum.

XIX.
Qui duas sorores habuerit, non admittat ad cleru.

XX.
Clericum fideiussores esse non posse.

XXI.
Quòd hi qui non spontè eunuchizati sunt, suscipiantur ad clerum.

XXII.
Vt is, qui se eunuchizauit, clericus non fiat.

XXIII.
Vt clericus, qui se eunuchizauit, abijciatur à clero.

XXIII.
Vt laicus, qui se eunuchizauit, tribus annis communionem priuetur.

XXV.
Quòd episcopus, aut presbyter, aut diaconus, si criminibus damnati fuerint, minimè communionem priuentur.

XXVI.
Similiter & reliqui ministri Ecclesiæ.

XXVII.
Qui clerici debeant coniugibus copulari.

XXVIII.
Quòd episcopus, presbyter & diaconus, fideles peccantes verberare non debeant.

XXIX.
Quòd officium pristinum damnati pro criminibus vsurpare non debeant.

XXX.
Quòd non debeant officia Ecclesiastica pecunijs obtineri.

XXXI.
Vt ecclesia seculari potentia minimè perवादatur.

XXXII.
De presbytero, qui contempto episcopo, seorsum conuentus congregare tentauerit.

XXXIII.
Quòd clerici damnati non debeant ab alijs recipi.

XXXIII.
Vt nullus episcopus, presbyter, aut diaconus, sine commendatitijs suscipiatur epistolis.

XXXV.
De primatu episcoporum.

XXXVI.
Quòd non liceat Episcopum in aliena prouincia clericos ordinare.

XXXVII.
De ordinatis episcopis, nec receptis.

XXXVIII.
Vt bis in anno concilia celebrentur.

XXXIX.
Vt tantum curam rerum Ecclesiasticarum Episcopus habeat.

XL.
De dignitate pontificis, & quòd rerum suarum habeat potestatem.

XLI.
Quòd episcopus rerum ecclesiasticarum pro dispensatione pauperum habeat potestatem.

XLII.
Quòd episcopus, presbyter, & diaconus, aleator & ebriofus esse non debeat.

XLIII.
Similiter clerici & laici, si permanserint in alea, cõmunionem priuentur.

XLIII.
Quòd episcopus, presbyter, & diaconus, non debeat vsuras accipere.

XLV.
Quòd non debeat episcopus, presbyter aut diaconus cum hæreticis orare.

XLVI.
Quòd non debeant hæreticorum baptismata comprobari.

XLVII.
Quòd ecclesiæ baptismate baptizatus, denuò baptizari non debeat: & non ita baptizatus, debeat baptizari.

XLVIII.
Laicum pellentem suam coniugem, communionem priuandum.

XLIX.
Quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari.

L.
Quòd non debeat vna versio in baptismate, quasi in morte Domini, prouenire,

CA.

CANONES APOSTOLORUM, GENTIANO HERUETO INTERPRETE.

KANONES APOSTOLORUM SANCTORUM & OMNI VENERATIONE PROSEQUENDORUM, IUXTA VETEREM EDITIONEM.

Canon 1.
Episcopus à duobus vel tribus Episcopis ordinetur.

Canon 2.
Presbyter ab vno Episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Canon 3.
Si quis Episcopus, vel presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quedam ad altare attulerit, mel, vel lac, vel pro vino siceram, vel confecta, vel aues, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam noua legumina (Gëtiani exemplar non habuit, & σαφυλῆς, id est, vel vuam) tempore opportuno. Nè liceat autem aliquid aliud ad altare offerre, quàm oleum ad luminare, & incensum tẽpore sanctæ oblatiõis.

Canon 4.
Omnis autem alius fructus domũ mittatur, primitiæ Episcopo & presbyteris. Clarum autem est, quòd Episcopus & presbyteri diaconis & reliquis clericis distribuant.

Hic canon mutatus est per 12. cano nem 6. synodi. κικεαλῆ

Canon 5.
Episcopus, vel presbyter, vel diaconus vxorem suã nõ eiiciat religionis prætextu: si autè eiecerit, segregetur, & si perfeueret, deponatur.

Canon 6.
Episcopus, vel presbyter, vel diaconus seculares curas non suscipiat: alioqui deponatur.

Canon 7.
Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, facti Paschæ diem ante Vernũ æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.

Canon 8.

Επίσκοπος χειροτονείσθω υπό τριών επισκόπων.

Πρεσβύτερος υπό ενός επισκόπου χειροτονείσθω, & διάκονος, και δι λοιποι κληρικοί.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρά τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῆ θυσίᾳ, προσεβήκη ἕτερά τινὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστῆριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντι δίνου σίκερα, ἢ ἐπιτήδευτα, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινὰ, ἢ ὄσπρια, ἢ ἄλλα τινὰ διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρεῖσθω, πλὴν νέων χύδραν, ἢ σαφυλῆς τῶ καιρῷ τῶ δέοντι. Μὴ ἐξὸν δὲ ἕως προσασθαι τι ἕτερον κ εἰς τὸ θυσιαστῆριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, και θυμίαμα τῶ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀψάρια εἰς δίκον ἀποστέλλεσθαι ἀπαρχὴ τῶ επισκόπου και τοῖς πρεσβυτεροις, ἀλλὰ μὴ τῶρο τὸ θυσιαστῆριον. Ἄλλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος και οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, και τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαθείας. Ἐάν δὲ κεν ἐβάλλει, ἀφορίζεσθω. ἐπιμετῶν δὲ, καθαιρεῖσθω.

Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβάνετω. εἰ δὲ μὴ, καθαιρεῖσθω.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἁγίου ἰσημερίας μετὰ ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρεῖσθω.

*** Cap. I.**
Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur.

Cap. II.
Presbyter ab vno Episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Cap. III.
Si quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem domini alia quedam in sacrificio offerat sup altare: id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædã, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, cõtra cõstitutionem domini faciens, cõgruo tempore deponatur.

Cap. IIII.
Offerre non liceat aliquid ad altare pter nouas spicas & vvas & oleũ ad luminaria, & thymiamã, i. in cẽsum, tẽpore quo sancta celebrat oblatio.

Cap. V.
Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Episcopo & presbyteris dirigantur, nõ offerantur in altari. Certum est autem, quòd episcopus & presbyteri * diuidant & diaconis & reliquis clericis.

Cap. VI.
Episcopus, aut presbyter vxorem propriam nequaquã sub obtentu religionis abijciat: si verò reiecerit, excommunicetur: sed si perfeuerauerit, deijciatur.

Cap. VII.
Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquã seculares curas adsumat: si aliter, deijciatur.

Cap. VIII.
Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sanctum Paschæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

Cap. IX.

Sacrificium Missæ à dño ordinatum.

* τῶρο τὸ

* sacra

* diuidunt.

Dist. 28. Si quis docuerit, & dist. 31 c. Quicumq; declarando ca. et in dec. luo. lib. 3.

Dist. 88. c. Episcopus aut sacerdos.

Si

Missa est sacrificium & oblatio: quae facta, omnes presentes communicabant.

De cō. dist. 1. c. Omnes fidel.

*domo locutus fuerit, vel 2. Ioan. 1. c.

In dec. Iuo. lib. 3.

Nice. con. c. 15. Anti. cō. c. 21.

*eum *compellat

*profecūs

Nice. con. c. 16. Antioch. cō. c. 3.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel qui libet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicauerit: aut causam dicat, vt si rationabilis fuerit, veniam consequatur: aut si nō dixerit, cōmunionem priuetur, tāquā qui populo causa leſionis extiterit, dans suspiciōnem de eo qui sacrificauit, quōd rectē non obtulerit.

Cap. X.

Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam, & scripturas audiunt, nō autem perfeuerant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut in quietudines Ecclesiae commouentes, conuenit cōmunionem priuari.

Cap. XI.

Si quis cum ex cōmunicato saltem in *domo simul orauerit, iste cōmunionem priuetur.

Cap. XII.

Si quis cum damnato clerico, veluti cū clerico, simul orauerit, iste damnatur.

Cap. XIII.

Si quis clericus aut laicus a cōmunionem suspensus, seu communicans, ad aliam properet ciuitatem, & suscipiatur praeſter cōmendatitias literas: & qui susceperūt, & qui susceptus est, cōmunionem priuent. ex cōmunicato verō, pteletur ipsa correptio, tanquā mētis *lit, & ecclesiam dei seduxerit.

Cap. XIII.

Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, peruadere, licet cogatur a plurimis. Nisi forte quis cum rationabili causa compellatur, tanquā qui possit ibidem constitutus plus lucris conferre, & in causa religionis aliquid profectū prospicere. Et hoc non a semetipso pertinet, sed multorum episcoporum iudicio & maxima supplicatione perficiat.

Cap. XV.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omninō demigrans praeter Episcopi

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορὰς γενόμενος, μὴ μεταλάβῃ, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. Καὶ ἐὰν εὐλόγος ᾖ, συγγνώμης τυγχάντω. εἰ δὲ μὴ λέγῃ, ἀφορίζεσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιήσας κατὰ τοῦ προσεγγεγκαντος.

θ.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πύλαις καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἀγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀτάξια ἐμπονεύοντες, καὶ ἐκκλησίαν ἀφορίζεσθαι χρῆ.

ι.

Εἴ τις ἀκοινωνήτως, καὶ ἐν δικῷ, συνεύξεται, οὗτος ἀφορίζεσθω.

ια.

Εἴ τις καθηρημένως κληρικός ἢ ὡς κληρικῶς ἐνεύξεται, καθαιρεῖσθω καὶ αὐτός.

ιβ.

Εἴ τις κληρικός ἢ λαϊκός ἀφορισμένος, ἢ τοὶ ἀδελφοὶ ἀπελθόντες ἐν ἑτέρῃ πόλει δεχθῆναι γραμμάτων σεσατικῶν, ἀφορίζεσθω καὶ ὁ δεξιόμενος καὶ ὁ δεχθεὶς. εἰ δὲ ἀφορισμένος εἴη, ἐπιτείνεσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός, ὡς ἰουσαμῆνος καὶ ἀπατήσαντι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ.

ιγ.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἐτέρῃ ἐπιτηδῶν, καὶ ὑπὸ πλῆθους ἀναγκάζονται, εἰ μὴ τις εὐλόγος αἰτία ᾖ τοῦ διαζομένου αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκείσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι, καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστη.

ιδ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἄλλος τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἐτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστῆσιν διατρέβῃ ἐν ἄλλῃ

Si quis Episcopus, presbyter, vel diaconus, vel ex sacerdotali catalogo, facta oblatione non cōmunicauerit, causam dicat: & si probabilis fuerit, veniam consequatur: sin verō minus, segreget, vt qui populo offensionis causa fit, & suspiciōnem dederit aduersus eum qui obtulit, tāquā non dignē obtulerit.

Can. 9.

Quicunque fideles ingrediuntur, & scripturas audiunt, in precatione autem & sacra cōmunionem nō permanent, vt Ecclesiae confusionem afferentes, se segregari oportet.

Can. 10.

Si quis cum excommunicato, vel in domo, vñā precatus fuerit, is segregetur.

Can. 11.

Si quis cum sit clericus, vñā cum eo, qui est depositus, orauerit, deponatur & ipse.

Can. 12.

Si quis clericus vel laicus segregatus, siue non recipiendus, discedens, in altera vrbe receptus fuerit absque literis commendatitijs, segregetur & qui excepit, & qui exceptus est. Sin autem est segregatus, eius intendatur segregatio.

Can. 13.

Episcopo nō liceat sua relicta parochia ad aliam trāsire, etiam si a pluribus cogatur: nisi sit aliqua causa rationi consentanea, quae eum cogat hoc facere, vt potē ad maius lucrum, cū possit ipse ijs, qui illic habitant, pietatis verbo conferre, idq; non ex se, sed multorum Episcoporum iudicio & maxima exhortatione.

Can. 14.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omninō ex clericorum catalogo, relicta sua parochia, in aliam abscesserit, & cū penitus transfierit, pter sui Episcopi sententiā in alia

*ἐμπονίας

De Conf. Dist. 1. c. omnes fideles.

* τῶς ἐκκλησίας

* κληρικῶς ὡς κληρικῶς

Nice. ca. 16. Antioch. ca. 3.

alia parochia maneat, eū non amplius celebrare iubemus, maximē si eum adhortante Episcopo vt rediret, non paruerit, in contumacia & insolentia perseuerans: is tamen vt laicus communicet.

Can. 15.

Sin autem Episcopus nihil faciens aduersus eos decretam a munere cessationē, eos vt clericos receperit, segregetur vt immodestia & insolentiae magister.

Can. 16.

Qui post sanctum baptismum duobus coniugijs fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non potest esse Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omninō ex numero sacerdotali.

Can. 17.

Qui viduam accepit, vel eiecctam, vel meretricem, vel feruam, vel mimam seu scenicam, non potest esse presbyter, vel episcopus vel diaconus, vel omninō ex numero sacerdotali.

Can. 18.

Qui duas sorores duxit, vel confobrinam, non potest esse clericus.

Can. 19.

Clericus fideiubens deponatur.

Can. 20.

Eunuchus si ex hominum quidem iniuria factus sit, vel in persecutione virilibus priuatus sit, vel sic natus est, & dignus est, fiat.

Can. 21.

Qui seipsum mutilauit, nē sit clericus: est enim sui homicida, & Dei opificij hostis.

Can. 22.

Si quis cū sit clericus, seipsum mutilauerit, deponatur: est enim sui homicida.

Can. 23.

παροικία παρὰ γυῖμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελύμενον μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλούμενος αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐκ ἐπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ, ὡς λαϊκός μέντοι ἐκείσε κοινωνεῖται.

ε.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, παρὰ τυχάνουσιν, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὀρθοθεσίαν ἀργίαν, δεῖξεται αὐτοῦ ὡς κληρικός, ἀφορίζεσθω ὡς διδάσκαλος ἀτάξιας.

ι.

Οὐδὲ γάμοισιν συμπλακεῖσιν μετὰ τὸ βράσιμα, ἢ παλλακῆν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἄλλος τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιβ.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβελημένην, ἢ ἐταίραν, ἢ οἰκτινῆν, ἢ τῶν ἐπισηκνήσ, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἄλλος τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιγ.

Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαθόμενος, ἢ ἀδελφίδην, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιδ.

Κληρικός ἐγγύας δίδουσ, καθαιρεῖσθω.

ιε.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπιχειρίας ἀνθρώπων ἐγένετο τις, ἢ ἐν διαγωγῇ ἀφῆρθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἐφυ, καὶ εἰς ἀξίους γινέσθω.

ις.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονεὺς γὰρ εἰς ἑαυτοῦ, καὶ τῶς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

ις.

Εἴ τις κληρικός ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρεῖσθω. αὐτοφονεὺς γὰρ εἰς ἑαυτοῦ.

ις.

sui conscientiam, in aliena parochia commoretur, hunc vltius ministrare non patimur, praecipue si vocatus ab Episcopo, redire contempserit, in sua inquietudine perseuerans. Veruntamen tanquam laicus ibi communicet.

Cap. XVI.

Episcopus verō, apud quem moratos esse confiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tāquā clericos fortē susceperit, velut magister inquietudinis, cōmunionem priuetur.

Cap. XVII.

Si quis post baptismum fecundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non presbyter aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deferuiunt.

Cap. XVIII.

Si quis viduam aut eiecctā accepit, aut meretricē, aut ancillā, vel aliquā de ijs quae publicis spectaculis mancipantur, nō potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, q ministerio sacro deferuiūt.

Cap. XIX.

Qui duas in coniugium sorores accepit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit.

Cap. XX.

Clericus fideiussionibus inferuiens, abijciatur.

Cap. XXI.

Eunuchus si per infidias hominum factus est, vel si in persequutiōe eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiat Episcopus.

Cap. XXII.

Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus, quia *suus homicida est, & DEI conditionis inimicus.

Cap. XXIII.

Si quis cū clericus fuerit, absciderit semetipsum, omninō damnatur, quia suus est homicida.

Cap. XXIII.

Lai-

Distinc. 13. c. Si quis post

Distinc. 34. c. Si quis vid.

*ἀδελφῆν

Distinc. 55. c. Eunuchus si per.

Ibidem c. Si quis absciderit.

*suis ipsius.

Nice. cō. c. 1.

Laicus semetipsum abscin- dens, annis tribus communi- one priuetur, quia suae vitae infidiator extitit.

Cap. XXV.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: nō tamen communiōne priuetur.

Dicit enim scriptura: Nō vindicabit Dominus bis in idipsum.

Cap. XXVI.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiacent.

Cap. XXVII.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, precipimus, ut si voluerint, vxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodò.

Cap. XXVIII.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi volètem timeri, deijci ab officio suo precipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit. Econtrariò verò ipse cum percuteretur, nō repercutiebat: cum malediceretur, nō remaledicebat: cum pateretur, nō comminabatur.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

Cap. XXIX.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

Cap. XXX.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: deijciatur & ipse, & ordinator eius, & à communiōne modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Cap. XXXI.

Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: nō tamen communiōne priuetur.

Dicit enim scriptura: Nō vindicabit Dominus bis in idipsum.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiacent.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, precipimus, ut si voluerint, vxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodò.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi volètem timeri, deijci ab officio suo precipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit. Econtrariò verò ipse cum percuteretur, nō repercutiebat: cum malediceretur, nō remaledicebat: cum pateretur, nō comminabatur.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: deijciatur & ipse, & ordinator eius, & à communiōne modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur

Laikos semetipsum abscindens, annis tribus communiōne priuetur, quia suae vitae infidiator extitit.

κδ.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: nō tamen communiōne priuetur.

Dicit enim scriptura: Nō vindicabit Dominus bis in idipsum.

κε.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiacent.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, precipimus, ut si voluerint, vxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodò.

κς.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi volètem timeri, deijci ab officio suo precipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit. Econtrariò verò ipse cum percuteretur, nō repercutiebat: cum malediceretur, nō remaledicebat: cum pateretur, nō comminabatur.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: deijciatur & ipse, & ordinator eius, & à communiōne modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: nō tamen communiōne priuetur.

Dicit enim scriptura: Nō vindicabit Dominus bis in idipsum.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiacent.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, precipimus, ut si voluerint, vxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodò.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi volètem timeri, deijci ab officio suo precipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit. Econtrariò verò ipse cum percuteretur, nō repercutiebat: cum malediceretur, nō remaledicebat: cum pateretur, nō comminabatur.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: deijciatur & ipse, & ordinator eius, & à communiōne modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur

Laicus qui seipsum mutilauit, tribus annis segregetur: est enim suae vitae infidiator.

Can. 24.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel piurij, vel furti cōuictus, deponatur, & nō segregetur. Dicit enim scriptura, Non vindicabis bis in idipsum. Similiter reliqui quoque clerici.

Can. 25.

Ex ijs, qui non ducta vxore ad clerum promoti sunt, iubemus, si velint, vxore ducere lectiores & cantores solos.

Can. 26.

Episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, qui verberat eos qui peccant, vel infideles qui iniuriam fecerūt, & per hęc vult perterrefacere, deponi iubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit. contrā autē ipse verberatus, non repercutit: maledictis appetitus, maledicta non retulit: patiens, nō minatus est.

Can. 27.

Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, iuste ob manifesta crimina depositus, sibi aliquandò creditum ministerium attingere audeat, ab Ecclesia omninò abscindatur.

Can. 28.

Si quis Episcopus per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipse, & qui eum ordinauit, & à communiōne omninò excindatur, vt Simon Magus à me Petro.

Can. 29.

Si quis Episcopus secularibus principibus vsus, per eos Ecclesiam adeptus sit, deponatur, & segregetur, & omnes

Nahum. i.

* ωσάυτως δὲ καὶ

* μόνος.

* ἐθέλοντα.

* καθαιρε-

Chalced. Conc. ca. 6.

Act. 8.

omnes qui illi communicant.

Can. 30.

Si quis presbyter, cōtempo proprio Episcopo, seorsum cōgregationem fecerit, & alterum altare fixerit, Episcopo suo in religione ac iustitia nulla in re à se condemnato, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus, est enim tyrannus. Similiter & reliqui clerici, & quoque ei accesserunt. Laici autem segregentur, eaque post vnā alteramq; ac tertiam admonitionem fiant.

Can. 31.

Si quis presbyter vel diaconus ab Episcopo sit segregatus, non liceat alij eum suscipere, quàm qui ipsum segregauit: post eius qui segregauit, mortem soluere non est permiffum.

Can. 32.

Nullus externorum Episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum sine cōmendatitijs recipiatur, ijsq; afferentibus examinètur. Sin minus, ijs quæ sunt necessaria alijs, exhibitis, ad cōmunionem nē admittantur. multa enim per surreptionem fiunt.

Can. 33.

Episcopus vniuscuiusque gētis nō sic oportet eum, qui in eis est primus, & existimare vt caput: & nihil facere, quod sit arduum aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere vnumquęque, quæ ad suam parochiam pertinet, & pagos qui ei subfunt. Sed nec ille absq; omnium sententia aliquid agat. Sic enim erit cōcordia, & glorificabitur DEVS per Dominum Iesum Christum.

Can. 34.

Episcopus nē audeat extra

* συναγά-
γη,
* ἕτερον πῆ-
ξιν,

* ἐν ἀφορι-
σμῷ,

* δι' αὐτῶν

* κατὰ πρό-
σας χρείας
αὐτοῖς

* ὁ πατὴρ
καὶ ὁ υἱὸς
καὶ τὸ ἅγι-
ον πνεῦμα.

omnes qui illi communi- cant.

Can. 30.

Si quis presbyter, cōtempo proprio Episcopo, seorsum cōgregationem fecerit, & alterum altare fixerit, Episcopo suo in religione ac iustitia nulla in re à se condemnato, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus, est enim tyrannus. Similiter & reliqui clerici, & quoque ei accesserunt. Laici autem segregentur, eaque post vnā alteramq; ac tertiam admonitionem fiant.

Can. 31.

Si quis presbyter vel diaconus ab Episcopo sit segregatus, non liceat alij eum suscipere, quàm qui ipsum segregauit: post eius qui segregauit, mortem soluere non est permiffum.

Can. 32.

Nullus externorum Episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum sine cōmendatitijs recipiatur, ijsq; afferentibus examinètur. Sin minus, ijs quæ sunt necessaria alijs, exhibitis, ad cōmunionem nē admittantur. multa enim per surreptionem fiunt.

Can. 33.

Episcopus vniuscuiusque gētis nō sic oportet eum, qui in eis est primus, & existimare vt caput: & nihil facere, quod sit arduum aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere vnumquęque, quæ ad suam parochiam pertinet, & pagos qui ei subfunt. Sed nec ille absq; omnium sententia aliquid agat. Sic enim erit cōcordia, & glorificabitur DEVS per Dominum Iesum Christum.

Can. 34.

Episcopus nē audeat extra

omnes qui illi communi- cant.

Cap. XXXII.

Si quis presbyter contem- nens Episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Episcopum in causa pietatis & iustitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens, est enim tyrannus: & cæteri clerici quicumque tali consentiunt, deponantur, laici verò segregentur. Hæc autem post vnā & secundam & tertiam Episcopi obsecrationem fieri conueniat.

Cap. XXXIII.

Si quis presbyter aut diaconus ab Episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequestrauerat, nisi forsitan obièrit Episcopus ipse, qui eum segregasse cognoscitur.

Cap. XXXIII.

Nullus Episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine cōmendatitijs suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiatur, si prædicatores pietatis extiterint: Sin minus, nec quæ sunt necessaria, subministrantur eis, & ad cōmunionem nullatenus admittantur, quia per surreptionem multa proueniunt.

Cap. XXXV.

Episcopus gētium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existimēt, & nihil amplius præter eius conscientiam gerant, quàm illa sola singuli, quæ parochiæ propriæ & villis quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid: sic enim vnanimis erit, & glorificabitur Deus per Christum in spiritu sancto.

Cap. XXXVI.

Episcopus non audeat

equiqui

Anti. con. c. 5.

Nic. c. 6. c. 5. Ant. c. 6. c. 6.

Ant. c. 6. c. 9.

* aliquid in eorum parochijs.

Anti. con. c. 13.

extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & villis, quæ illi nullo iure subiectæ sunt. Si verò conuictus fuerit hoc fecisse præter eorum conscientiam, qui ciuitates & villas detinent: & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

Cap. XXXVII.

Antio. con. c. 18. Si quis Episcopus non susceperit officium, & curam populi sibi commissam, hic communionem priuetur, quoad usque consentiat, obedientiam commodans: similiter autem presbyter, & diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat Episcopus, clerici verò ciuitatis communionem priuentur, eò quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

Cap. XXXVIII.

Nice. con. c. 3. Antio. cò. c. 20. Bis in anno Episcoporum concilia celebrentur, vt inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes ecclesiasticas cõtentiones amoueant, semel quidè quarta septimana Pentecostes, secundò verò duodecima die mensis Hyperberetæi.

Cap. XXXIX.

Omniū negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut DEO contemplante dispense, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus proprijs, quæ Dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret, nec eorum occasione ecclesiæ negocia deprædetur.

Cap. XL.

12. q. 1. c. sint manifesta. Presbyteri & diaconi præter Episcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem,

ἐξω τῶν ἐαυτοῦ ὄρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χωριάς. εἰ δὲ ἐλεγχθεὶς τοῦτο πεποιηκὸς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χωριάς γνώμην, καθαιρέσθαι καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλο ἐχειροτονῆσαι.

λέ.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγγειρομένην αὐτῷ, τοῦτον ἀφορισμένον τυγχάνη, ἕως ἂν καταδέξηται. ὡσαύτως καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος. εἰ καὶ μὴ δεχθῆναι, οὐ παρὰ τὴν ἐαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς καμνήτω ἐπίσκοπος, ὃ ἢ κληροῦ τῆς πόλεως ἀφοριεῖσθαι, ὅτι τοιοῦτου λαοῦ ἀνωποτάκτου παιδεύεται οὐκ ἐγέννηται.

λς.

Δεύτερον τοῦ ἐτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπίσκοπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπασιπτοῦσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλύετωσαν. ἀπαξ μὲν τῆ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβηταίου δωδεκάτη.

λδ.

Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἔχει τὴν φροντίδα, καὶ διοικεῖ αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. Μὴ ἐξείναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαι τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἴεν, ἐπιχορηγεῖτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προσφάσει τοῦτων τὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν ἀπεμπολεῖτω.

λη.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἀνευ γνώμης τοῦ ἐπίσκοπου μὴδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ πεποιημένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀποαιτησόμενος.

suos fines facere ordinationes in vrbibus & pagis non ei subiectis. Sin autem hoc fecisse conuictus fuerit, præter eorum sententiam, qui tenent pagos illos vel ciuitatem, deponatur & ipse, & ij quos ordinauit.

Can. 35.

Si quis ordinatus Episcopus non suscipiat ministerium & curam sibi commissam, fit segregatus donec eam susceperit: similiter & presbyter, & diaconus. Sin autem recesserit, nec susceptus fuerit, non sua quidem voluntate, sed propter populi improbitatem, ipse quidè maneat Episcopus: clerus autem ciuitatis segregetur, quòd eius modi rebellis & insolentis populi institutores non fuerint.

Can. 36.

Bis in anno fiat Episcoporum Synodus, & inter se examinent decreta Religionis, & incidentes ecclesiasticas controuersias componant: semel quidem quarta hebdomada Pentecostes, iterum autem Hyperberetæi duodecimo.

Can. 37.

Omniū rerum ecclesiasticarum Episcopus curam gerat, & eas administret tanquam Deo intuente. Nè liceat autem ex eis aliquid sibi vèdicare, vel proprijs cognatis, quæ DEI sunt, largiri. Si autem sunt pauperes, vt pauperibus suppeditet: sed non eorum prætextu vendat que sunt ecclesiæ.

Can. 38.

Presbyteri & diaconi sine sententia Episcopi nihil perficiant: ipse enim est, cuius fidei populus est creditus, & à quo pro animabus ratio exigetur.

[Can. 39.

Can. 39.

XI. Quest. Sint manifesta. Manifeste sint Episcopi res propriæ, si quidem res habeat proprias, & manifeste res dominicæ: vt sit in potestate morientis episcopi, propria quibus vult & vt vult relinquere, & non rerum ecclesiasticarum prætextu res Episcopi intercitat, qui nonnuquam vxorem habet & liberos, vel cognatos, vel famulos. Est enim iustum apud Deum & homines, vt nec ecclesia damnum aliquod accipiat, propter rerum Episcopi ignorationem: nec Episcopus vel eius cognati ecclesiæ prætextu proficiantur, vel in negotia litesque incidant, qui ad eum attinent, & eius mortè maledictis infaustisque verbis prosequantur.

* dimittes, * duos, * dymonia

Can. 40.

XII. Quest. Precipimus. Iubemus episcopum rerum ecclesiæ potestatem habere. Si enim preciosa hominum animæ sunt ei credenda, multo magis ei sunt committenda pecunia, vt in eius vice facultate omnia administrare, & ijs qui egent per presbyteros & diaconos subministrare cum Dei timore & omni religione, & etiã, si sit opus, in necessarium suum vium accipere, & fratrum qui hospitio excipiuntur, ita vt ipse nullo modo egeat. Lex enim Dei hoc habet, vt qui altari affident, (προσεδρεύοντες, sic enim habet Gentiani exemplar) ex altari alantur: quandoquidè nec miles vnquam suo viatico aduersus hostes progreditur.

* ἀντι

* προσεδρεύοντες, * εργατῶν, * ἐπιφέρειται

Diff. 35. Episcopus aut presbyter.

Can. 41.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, alciis & ebrietas vacans, vel cesset, vel deponatur.

Can. 42.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor similia faciens, vel cesset, vel segregetur. Itidem & laicus.

λθ.

Ἐὰν φανερά τὰ ἴδια τοῦ ἐπίσκοπου πράγματα (ἢ γε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερά τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχει τῶν ἰδίων, τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλείβει. καὶ μὴ προσφάσῃ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπίσκοπου, ἕως ὅτε γυναικα καὶ παιδῶν κεκτημένου, ἢ συγγενέσιν, ἢ δικέταις. Δίκαιον γὰρ τοῦτο παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μὴ τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπίσκοπου πραγμάτων, μὴ τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προσφάσει τῆς ἐκκλησίας καὶ κωλυέσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ βέλητον καὶ δυσφύμιον περιβάλλεσθαι.

μ.

Προσάσσομεν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων, εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πειθεῖται, πολλῶν ἂν μᾶλλον θεοῖ ἐπι τῶν πραγμάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι, καὶ τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου τοῦ θεοῦ καὶ πάσης εὐλαθείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (ἢ γε δεοίτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας καὶ αὐτῷ χρείας καὶ τῶν ἐπιτηνουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μὴδὲνα τρόπον καὶ αὐτοῦ ὑπερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θεοῦ κληρῶν ὑπηρέτουσιν ἐκ τοῦ βιωτικῆς ἐπιχορηγεῖσθαι: ἐπεὶ περὶ οὐδὲ * εργατῶν καὶ ποτε ἰδίοις ὀνείνοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρεινται.

μδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις: ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρέσθω.

μδ.

Ἐπιδοκίονος, ἢ λέκτορος, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριεῖσθω. ὡσαύτως καὶ οἱ λαϊκοί.

Sint autem manifestæ res propriæ Episcopi, (si tamen habeat proprias) & manifestæ Dominicæ, vt potestatem habeat de proprijs, moriens Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere. * Nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, quæ Episcopi esse probantur, intercitant. fortassis enim aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut seruos. Et iustum est hoc apud Deum & homines, vt nec ecclesia detrimentum patiatur ignoracione rerum pontificis, nec Episcopus vel eius propinqui, obtentu ecclesiæ proficiantur, & in causas incidant, qui ad eum pertinent, morsque eius iniurijs malæ famæ * subijciatur.

* Nè

* subiacetur.

Cap. XLI.

Præcipimus, vt in potestate sua Episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum preciosæ illi sunt credita, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omni que sollicitudine ministrentur. Ex ijs autem quibus indiget, (si tamen indiget) ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, vt nihil eis possit omnino deesse. Lex enim DEI præcipit, vt qui altari defertunt, de altari percipiant: quia nec miles stipendijs proprijs contra hostes arma sustulit.

12. q. 1. c. Pre cipimus, vt

Ibidem c. Ex ijs autè

lenit. in pluribus capit. Et ven. 18. a. 1. Cor. 9. a

Cap. XLII.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, aleæ atque ebrietas vacans, aut cesset, aut definit, aut certe * damnetur.

dist. 35. c. episcopus aut presbyter.

* deponatur * cõmuniõs priuetur.

Cap. XLIII.

Subdiaconus aut lector, aut cantor similia faciens: aut definit, aut cõmunionem priuetur. Similiter etiã laicus.

40 Dist. 47. Episcopus aut presbyter. Et in dec. Iuo. li. 3. vbi additur, damnentur & cōmunionē priuetur.

Cap. XLIII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens: aut definat, aut certè damnentur.

Cap. XLV.

Episcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit, tantummodò cōmunionē priuetur: si verò tāquàm clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, dānetur.

Cap. XLVI.

Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari præcipimus. Quæ enim cōuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli?

*μόνον hoc loco dicitur distinctio, fenfum diuersiff. facit.

2. Cor. 6. c.

Cap. XLVII.

Episcopus aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptisma, de nudò baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit: deponatur, tanquàm deridens crucem & mortem Domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus iure discernens.

Dist. 32. c. 5. ter. scien- dum sententia litar.

Cap. XLVIII.

Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, cōmunionē priuetur.

Cap. XLIX.

Si quis Episcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abijciatur.

Matth. 28. d.

Cap. L.

Si quis Episcopus aut presbyter, non trinam merionem vnus mysterij celebret, sed semel mergat in Baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate: sed, Euntes do cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

De cōsecra. dist. 4. c. Si quis presbyter. Et in dec. Iuonis lib. 1.

μγ.

Επίσκοπος, ή πρεσβύτερος, ή διάκονος τόκοις άπο αιτων τουσ δανειζομενους, ή παυσάσθω, ή καθαιρείσθω.

μδ.

Επίσκοπος, ή πρεσβύτερος, ή διάκονος άρετικισ συνευζήμενος *μόνον, άφοριζέσθω: ει ή και επάτροθεν αυτισ ως κληρικισ ενεργησαι τι, καθαιρείσθω.

με.

Επίσκοπον, ή πρεσβύτερον άρετικων *δεξάμενον βάπτισμα ή θυσια, καθαιρείσθω παρσάσσομεν. Τισ γαρ συμφώρησι * του Χριστου παρσ βελιάρ; ή τισ μερισ * πεισου μετα άπισου;

μς.

Επίσκοπος, ή πρεσβύτερος των κατ' αληθειαν εχοντα βαπτισμα εαν ανωθεν βαπτιση, ή τον μεμολυσμενον παρα των ασεβων εαν μη βαπτιση: καθαιρείσθω, ως γελων τον σταυρον και τον του κυριου θανατον, και μη διακριτων ιερεων των ψευδερων.

μζ.

Εί τισ λαϊκος την εαυτου γυναικα εκβαλλων, ετεραν λαβη, ή παρ' άλλου απολελυμένη, άφοριζέσθω.

μη.

Εί τισ επίσκοπος, ή πρεσβύτερος κατ' την του κυριου διαταχην μη βαπτιση εις πατερα, και υιον, και αγιον πνευμα, αλλ' εις τρεις ανάρχους, ή τρεις υους, ή τρεις παρακλητους, καθαιρείσθω.

μθ.

Εί τισ επίσκοπος, ή πρεσβύτερος μη τρια βαπτισματα μι' ασ μυσειωσ επιτελεση, αλλ' εν βαπτισμα * εις τον θανατον του κυριου διδόμενον, καθαιρείσθω. ου γαρ ειπεν ο κυριος, εις τον θανατον μου βαπτισατε, αλλα πορευθεντεσ μαθητεύσατε πάντα τ' εθνη, βαπτίζοντεσ αυτοδ εις το όνομα του πατροσ, και του υου, και του αγιου πνευματοσ.

Can. 43.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, pecunias mutuo datas cum fœnore exigēs, vel cesset, vel deponatur.

Can. 44.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel solum comprecatus est, segregetur. Sin autem eis tāquàm clericis aliquid operari permiserit, deponatur.

Can. 45.

Episcopum, vel presbyterum, qui hæreticorum baptismum vel sacrificium admiserit, deponi iubemus. Quæ est enim cōuentio Christi cum Belial? vel quæ pars est fideli cum infideli?

Can. 46.

Episcopus vel presbyter eū qui verè habet baptismū, si de integro baptizauerit, vel si eum qui ab impijs pollutus est, non baptizauerit, deponatur, vt qui irrideat mortē & crucem Domini, & nō discernat sacerdotes à falsis sacerdotibus.

Can. 47.

Si quis laicō sua ciecta vxore aliam acceperit, vel ab alio solutam, segregetur.

Can. 48.

Si quis Episcopus vel presbyter ex Domini ordinatione non baptizauerit in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sed in trium principij expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur.

Can. 49.

Si quis Episcopus vel presbyter, non tria vnus mysterij baptismata perfecit, sed vnum baptismum, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate: sed, Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Can.

Dist. 47. Episcopus aut presbyter.

*δεξάμενους *Χριστου *πιστου

De Conf. Dist. 4. Si quis presbyter.

*το εις Matth. 28.

Can. 50.

Si quis Episcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali numero, à nuptijs, carnibus & vino, non propter exercitationē, sed propter abominationē abstinet, oblitus quod omnia valdè bona, & quod masculinum & femininū fecit Deus hominem: sed blasphemās calumniatur opificiū, vel corrigatur, vel deponatur, & ex ecclesia eijciat. Similiter & laicus.

Can. 51.

Si quis Episcopus, presbyter vel diaconus eum qui à peccatis conuertitur, non recipit, sed eijcit, deponatur. quoniam CHRISTVM molestia afficit, qui dixit, Gaudium est celo propter vnum peccatorem penitentiam agentem.

Luc. 15.

Can. 52.

Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus in festis diebus carnē & vinum nō sumit abhorrens, & nō propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat in iustam cōscientiam propriam, & sit multis offensionis causa.

Can. 53.

Si quis clericus in caupona comedēs deprehensus fuerit, segregetur, præterquàm si in publico diuersorio in via propter necessitatem diuenterit.

Can. 54.

Exo. 22. Act. 23.

Si quis clericus Episcopum contumelia affecerit, deponatur. principi enim populi non maledices.

Can. 55.

Si quis clericus presbyterum vel diaconū iniuria affecerit, segregetur.

Can. 56.

Si quis clericus claudum, vel furdum, vel ei cui vitiosus est in cessus, irriserit, separetur. Similiter & laicus.

Can. 57.

Episcopus vel presbyter, qui cleri vel populi curā non gerit, & eos pietatē non docet, segregetur: & si in sordida perseveret, deponatur.

Can. 58.

Si quis Episcopus vel presbyter, cum sit aliquis ex clericis egenus, ea quæ sunt necessaria ei non suppeditat, segregetur: sin autē perseveret, deponatur, vt qui fratrem suū interfecerit.

Can. 59.

Si quis falsò in scriptis impiorum libros tanquàm sanctos, in Ecclesia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.

Can. 60.

Si aduersus fideliem aliqua accusatio interdatur, vel fornicationis, vel adulterij, vel alius alius prohibita actionis, & conuictus fuerit, ad clerum nō prouehatur.

ν.

Εί τισ επίσκοπος, ή πρεσβύτερος, ή διάκονος, ή δλωσ του καταλόγου του ιεραλικου, γράμη χαλ κρέων ή δινη, ου δι άσκησιν, αλλα δια βδελυρια, άπεχεται, επιλαθόμενος ολε πάντα καλά λικη, ή οτι άρσεν ή θηλυ επόισεν ο θεος τον ανθρωπον, αλλα βλασφημων διαβάλοι τλω δημιουργια: ή διορθώσθω, ή καθαιρείσθω, ή εκκλησιασ αποβαλλέσθω. ώσαύτως και λαϊκος.

να.

Εί τισ επίσκοπος, ή πρεσβύτερος ή επισεφροντα από άμαρτιασ ου προσδέχεται, αλλ' αποβάλλεται: καθαιρείσθω, οτι λυπει Χριστον ή επώντα χαρά γίνεται εν τω ουρανω επι ενι άμαρτωλω μετανοούντι.

νε.

Εί τισ επίσκοπος, ή πρεσβύτερος, ή διάκονος εν ταισ ήμεραισ των εορτων ου μεταλαμβάνει κρέων ή σινου βδελυσόμενος, και ου δι άσκησιν, καθαιρείσθω ως κεκαυτηρισμένος τλω ιδίαν συνειδησιν, ή αιτιος σκανδαλε πολλοισ γινόμενος.

νγ.

Εί τισ κληρικος εν καπηλειω φαραδειη εσθίων, άφοριζέσθω, παρσ του εν πανδοχειω εν δδω δι ανάγκην * καταλύσαντος.

*καταλύσαντος.

νδ.

Εί τισ κληρικος δερύσει τον επίσκοπον, καθαιρείσθω. άρχοντα γαρ του λαου ού ουκ ερεσ κακώσ.

νε.

Εί τισ κληρικος δερύσει πρεσβύτερον ή διάκονον, άφοριζέσθω.

νς.

Εί τισ κωλον, ή κωρον, ή τυφλον, ή τασ εάσεισ απληγμένον χλενάζει, άφοριζέσθω. ώσαύτως ή λαϊκος.

*κληρικος κωλον.

νζ.

Επίσκοπος, ή πρεσβύτερος άμελων του κληρου ή του λαου, ή μη παιδεύων αυτοδ τλω ευσέβειαν, άφοριζέσθω. επιμένων δε τη * βαδυμία, καθαιρείσθω.

*άμελων κληρου.

νη.

Εί τισ επίσκοπος, ή πρεσβύτερος λινος των κληρικων εν δεουσ θνητοσ μη επιχορηγεί τ' άεοντα, άφοριζέσθω, επιμένων ή καθαιρείσθω ως φονεύσασ τον αδελφον * αυτου.

*αυτου.

νθ.

Εί τισ τ' άψευδ' επιγραφα των ασεβων βιβλια ως αγια επι τησ εκκλησιασ δημοσκει ή επι * λύμη του λαου και του κληρου, καταιρείεσθω.

*λοιμ.

ξ.

Εί τισ κατηγορία γένηται κατ' πισου πορνείασ, ή μοιχείασ, ή άλλισ τινος άπηγορευμένησ πράξεωσ, και ελεγηθεί, εις κληρον μη * άπραξιθω γέσθω.

*πραξιθω.

πρό. Οικέτω εἰς κλήρον προχειρίζεσθαι ἀνευ τῶν δεσποτῶν γνώμησ, * ἀνα ζῶπῶν τὸ τοιοῦτο ἐργάζεται. εἰ δὲ ἄποτε καὶ ἄξιον φανείη ὁ δίκηνσ πρόσ χειροτονίαν βλάβησ, εἰσὸς καὶ ὁ ἡμέτερος Ονήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσασιν αὐτὸν δεσπότησ, καὶ ἐλευτρώσασιν, καὶ τοῦ δικῆσ εὐατῶν δεσποτοῦσιν γινέσθω.

πρ. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος ἐρατεία σχολάζων, καὶ βελομένοσ ἀμφοτέρωσ τεχνεῖν, βωμαίκην ἀρχήν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρεῖσθω. τὰ γὰρ τῆσ Καίσαροσ, Καίσαρι: καὶ τὰ τῆσ δεοῦ, τῶσ δεῶσ.

πγ. * ὅσισ * ὅσισ δὲ βίσει βασιλεία, ἢ ἀρχοντα, * τιμωρίαν τινύτω: καὶ εἰ μὲν κληρικὸσ, καθαιρεῖσθω, εἰ δὲ λαϊκὸσ, ἀφορίζεσθω.

πδ. Ἐσὼ * πάσιν ὑμῖν, κληρικῶσ καὶ λαϊκοῖσ βιβλία θελόσμια, καὶ θία, τῶσ μὲν παλαιῶσ Διαθήκῆσ, Μώσεωσ πέντε, γένεσισ, Ἐξοδοσ, Λευϊκόν, Αριθμοί, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦ θιοῦ * Νταυλῆ ἐν, Κριτῶν ἐν, Ρουθ ἐν, Βασιλῶν τέσσαρα, παραλειπομένων τῶσ εἰς τῶν ἡμερῶν * δύο, Ἐσθῆρ ἐν, * Μαχαβαϊκῶν ζῖα, Ἰωβ ἐν, Ψαλτήριον ἐν, Σολομώντοσ ζῖα, Παροιμίαι, Εκκλησιαστήσ, ἄσμα ἄσματων. Προφητῶν δεκαδύο ἐν, Ἡσαΐε ἐν, Ἱερειμῆ ἐν, Ἰερεκίηλ ἐν, Δανιήλ ἐν, Ἐζωβεν δὲ προσισορίζεσθω ὑμῖν μανθάνειν ὑμῶν τοῦσ νέοσ τὴν σοφίαν τοῦ παλαιοῦσ Συραχ.

Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ' ἐσ, τῶσ καινῶσ Διαθήκῆσ, Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκά, Ἰωάννου. Παύλοσ ἐπιστολαί δεκατέσσαρεσ, Πέτροσ ἐπιστολαί δύο, Ἰωάννησ ζῖεσ, Ἰακώβου μία, Ἰούδα μία. Κλημέντοσ ἐπιστολαί δύο, καὶ αἰ δι-αταγαί, ὑμῖν τοῖσ ἐπισκόποισ δι' ἐμοῦ Κλημέντοσ ἐν ὀκτώ βιβλίοισ προσωφωρημέναι, (ἀσ οὐ * δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖσ μουσικά) καὶ αἰ πρόξισ ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

Τέλοσ τῶν ἀποστολικῶν Κανόνων. Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὧσ Ἐπίσκοποι. ὑμεῖσ δὲ ἐμμένοντεσ ἀυτοῖσ, σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἔξετε, ἀπειθοῦντεσ δὲ, κολασθήσεσθε καὶ πόλεμον μεταλήλων αἰδίοσ ἔξετε, Δίκην τῆσ ἀνηκοίας τὴν προσήκουσαν τινούντεσ. Ο θεοσ δὲ ὁ μόνοσ αἰδίοσ καὶ τῶν ὄλων ποιητήσ, ἀπαντασ ὑμῶσ διὰ τῆσ εἰρήνησ ἐν πνεύματι ἀγίω σθενώσθε, καὶ καταρτήσεσ εἰσ πᾶν ἔργον ἀγαθόν ἀζέπησ ἀμέμπτιασ, ἀνεκλήτεσ. καὶ καταζιώσεσ τῆσ αἰώνησ ζωῆσ σὺν ἡμῖν διὰ τῆσ μεσιτείασ τοῦ ἡγαπημένωσ παιδοσ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ καὶ σωτήροσ ἡμῶν μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῶ τῶσ ἐπὶ πάντων θεῶσ παζι σὺν ἀγίω πνεύματι τῶσ παρακλήτω, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰσ τοῦσ αἰῶνασ τῶν αἰώνων.

Coronidis ipforum Canonum Apostolorum, Finis.

Can. 81.

Seruos in clerū prouchin finē voluntate domorum, non permittimus ad eorū qui possident, molestiā. Domorum enim euerfione talia efficiūt. Si quādō aut etiā dignus seruos visus sit, qui ad gradū eligatur, qualis noster quoq; Onefimus visus est, & domini concesserint ac liberauerint, & ex dīb' emiserint, fiat.

Can. 82.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus exercitui vacans, & vtraq; obtinere volens, Romanum scilicet magistratū, & sacerdotale administrationem, deponatur. Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Matth. 22.

Can. 83.

Quisquis regem vel principem præter ius cōtumelia affecerit, penas luat: & si sit quidē clericus, deponatur: si verō laicus, segregetur.

Can. 84.

Sint vobis omnibus clericis & laicis libri venerandi & sancti, veteris quidem Testamenti, Moysi quinque, Genesim, Exodus, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium. Iesu Naue vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorum quatuor. Paralipomenon, id est, derelictorum libri dierū, duo. Esdræ duo. Hester vnus. Maccabæorum tria. Iob vnus. Psalterium vnus. Solomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Prophetarum duodecim, vnus. Esaiæ vnus, Ieremiæ vnus, Ezechiel vnus. Daniel vnus. Extrinsecus autem à vobis intelligatur, debere vestros adolescentes discere Sapientiā eruditissimi Syrach. Nostra autem, id est, noui Testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marcī, Lucæ, Iohannis. Pauli Epistolæ quatuordecim. Petri Epistolæ duæ, Iohannis tres, Iacobi vnæ. Clemētis Epistolæ duæ, & Ordinationes vobis Episcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ nō sunt omnibus diuulgadæ, propter ea quæ sunt in eis mystica: & Actus nostri Apostolorum.

* Iudæ vnus.

Haec tenus Gentiani versio.

Hæc verò de Regulis constituta vobis sint per nos, ὁ Episcopi. Vos autē obtemperantes eis, saluabimini, & pacem habebitis. At si nō paruēritis, puniēmini, & bellum mutudē perpetuum habebitis, penam inobediētiæ cōgruam daturi. Deus porrò, qui solus est æternus ac vniuersorum creator, vos omnes pace in Spiritu sancto confortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehensibiles, finē crimine, dignosq; faciet eterna vita nobiscū, per * intercessionem dilecti filij sui Iesu Christi, Dei & Saluatoris nostri, cum quo gloria sit ipsi supra omnia Deo patri cum sancto spiritu consolatore, nunc & semper & in secula seculorum.

* mediatio nem

LIBRI

LIBRI VIII. CONSTITUTIONVM APOSTOLICARVM B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE:

Quibus præmissimus in gratiam Lectoris, Præfationem in eisdem Libros IOHANNIS CAROLI BOVII Episcopi Ostunensis, qui eos ex grecis Latinè conuertit: eiusdemq; Scholia ad calcem Librorum adiectimus.

IO. CAROLI BOVII EPISCOPI OSTVNENSIS, IN CLEMENTIS LIBROS PRÆFATIO.



NTE QUAM Clementem Latinè loquentem audiamus, libet præfari quædam, quæ non aliena à propositi muneris ratione videbuntur: Tractabo autem Prolegomena illa, quæ Philosophi in principijs librorum quærere consueuerunt: ea verò (quantum ad præsens institutum attinet) sunt septem, scopus, vtilitas, an sit legitimus liber, inscriptio, numerus librorum authoris, partitio horum

librorum in capita, ordo lectiois, methodus. Primum ergo videamus scopum, hoc est, quænam sit finis propositus scriptori, ad quem omnis disputatio sit referenda.

LEGISLATOR noster & Ecclesiæ fundator CHRISTVS, ordiens propagandæ religionis initium, eas nobis credendi atque viuendi leges dedit, quæ vniuersam fidei summam, rationem sacramentorum, ac vitæ degendæ præcepta continerent. Haud facile autem Dei cultus amplificari, neque pietas coli potuisset, nisi mandata, quæ de huiusmodi rebus, vniuersa quadam ratione & generatim tradita fuerat, in certos ac proprios modos essent distributa. Videmus enim in omni optimè constituta ciuitate, cum morem disciplinamq; haberi, vt legum descriptione definita sint singula rerum agendarum munera, qua tam ij qui alijs præfunt, quam qui eorum potestati obediunt, intelligat, quantum sibi impositum sit muneris, quo loco, quo tempore, qua ratione ac modo vnum quodque sit agendum. Huiusmodi autē dispositionem atq; moderationē rerum Saluator noster mandauit Apostolis, quorum consilio & legibus, institutam à se Ecclesiam, regendam atq; tuendam commisit. Cum enim Dominus se ita Apostolos misisse affirmet, quemadmodum ipse à Patre missus fuisset, constat autem eum (vt alia ipsius œconomiae munera prætermittatur) à Patre missum, vt legislatoris, moderatoris, episcopi munere fungeretur: necesse est, Apostolos eorum munerum potestatem obtinuisse à Domino, qua ad gubernationem Ecclesiæ, & ad reliquam instituti operis substructionem absoludam vterentur. quibus etiā cum dixit, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: significauit Apostolicarum præceptionum auctoritatem perinde futuram, atque si ipsius mandatis obtemperantes, ad illas seruandas cōpelleremur. Hæc igitur auctoritate præditi Apostoli, vt diuinum cultum constituerent, & Euangelicas leges stabilirent, post Domini ascensionem, fidelium cœtu in ordines distributo, singulis ordinibus officia, & propriam viuendi normam dederunt: sacra, caeremonias, preces, ieiunia, ritus, solennia omnia instituerunt: fidem, hoc est, credēdi legem, pro ratione temporum explicauerūt. Hæc verò omnia Apostoli in Ecclesijs, in quibus Euangelium nunciauerant, voce ac verbis tradiderunt. Quamquam aliqua etiā epistolis præceperunt, quæ non ita multa sunt. Cætera enim, inquit Apostolus, cum venero, disponam. Et alio in loco: Tenete traditiones, quas accepistis siue per sermonem, siue per epistolam. Has igitur traditiones, quæ nullis literarum monumentis ab Apostolis commendatæ sunt, sed sermone & non scripta institutione ad Ecclesias peruenerunt, collegit in vnum Clemens Pauli familiaris ac comes, atque ijs octo libris digessit: vt verè affirmare possimus, propositum esse Clementi, dispositū Dei cultum, ritus sacrorum, caeremonias, obseruationes, ordines, statum Ecclesiæ, & præcepta ad eum pertinentia, ijs libris completi. Atque is quidem est horum librorum scopus.

Iohan. 20.

Luc. 10.

1. Cor. 11. 2. Thess. 2.

Veni

Venio ad utilitatem, quam puto esse tantam, ut credam hos libros diuinitus nobis oblatos hoc tempore, quo oppugnatur legum Ecclesiasticarum auctoritas, in dubium veniunt Apostolicæ traditiones, labefactantur sacra, evertuntur solēnia, omnis denique pietatis cultus extinguitur. Quæ cum fiunt, ipsa Evangelij summa & fidei caput concidat necesse est. quod declarat sanctissimus pater Basilius in libro, quem de Spiritu sancto inscripsit, in quo de ijs ipsis non scriptis Traditionibus disputans, *Si conemur, inquit, non scriptas consuetudines, quasi non magnam vim habentes rejicere, eò deueniemus, ut præcipuas Evangelij partes labefactemus, immò ad nudum nomen prædicationem redigamus.* Quam sententiam ijs calamitosi temporibus veram esse experimur, nam dum contemptis cæremonijs, quæ ad excitandam atque fouēdam pietatem, humanæ imbecillitati sunt necessaria, religio ad nudum Evangelij reuocata est, confusionem & fidei obliuionem inductam videmus. Quid dicam de Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis inferiorum graduum ordinibus, quorum hinc mystica institutio explicatur, & eam ad Dominum, vel ad Apostolos pertinere intelligimus? quæ res Ecclesiasticam Hierarchiam contra hæreticorum errores constituit.

Licet quoque ijs in libris cerneret cōtinentiæ leges, aliarum rerum, quas ad iaphoras vocant, necessitatem, iusta mortuorum, liberi arbitrii facultatem, operum ad salutem consequendam vim, in tuendis leuissimis officijs diligentiam tantam, quantum nunc in maximis mandatis seruandis nemo adhibet. Quod si nostrum officium expendere & considerare libuerit, facile ijs libris intelligemus, quantum munus sustineamus, quis nobis id imposuerit, quid præstare debeam, quo studio, qua diligentia, qua vigilantia, quantis animi & corporis viribus in eo sit laborandum, quanto virtutum ornatu instructos nos ad id præstandum accedere oporteat. Quæ & si nos deterrent à tanto onere, & desperatione debilitat, tamē non nihil proficimus, cum officij nostri admoniti, antiquam pietatem imitari, vel certè studio & amore prosequi conamur. Atque ut omnia simul complectar, cum duobus malis labore Ecclesia, hæresum immanitate, & corruptorum morum deprauatione, ad vtrumque malum magna ijs libris adhibentur remedia. Nam nihil ferè oppugnant hæretici, quod horum librorum auctoritas non defendat: & quæ ij, veluti Christianæ pietati contraria, per errorem & superstitionem in ecclesiam irrepsisse affirmant, ea in ipsis Ecclesiæ incunabulis instituta, atque ab antiquissimis illis Ducibus approbata, & per tot seculorum ætates continuata, ad nos peruenisse cognoscimus. Disciplinam verò Ecclesiasticam quid magis constituere potest, quam veteris illius Ecclesiæ proposita nobis ad imitandum forma? quam cum intuemur, animum ad pietatem erigimus & priscæ virtutis studio incendimur: cum verò illam cum ijs, quæ nunc vsuueniunt, comparamus: intelligimus, quam omnia conuersa, ac propè iam ad interitum perducta sint. Quare si perditis Ecclesiæ rebus subuenire, & has ruinas restituere cupimus, ea in primis quærere debemus, quæ antiquorum temporum disciplinam nobis proponunt, & expressam Apostolicæ religionis imaginem oculis nostris subiiciunt.

Sed video non defuturos quamplurimos, qui, nè sententiarum, quas defendunt, impietas tam graui testimonio refutetur, eleuabunt horum librorum auctoritatē, affirmantes eos esse apocryphos, & ab Ecclesia iam pridem eiectos. Quare necesse est de illo tertio capite pertractare, quo in prolegomenis quæritur, An liber sit auctoris cui inscribitur, legitimus atque germanus. Ad id autem de presenti scriptore confirmandum, primi prodeant Canones Apostolorum, perpetuo constantique omnium Græcorum, multorum Latinorum patrum consensu atque approbatione recepti: in quorum ultimo, inter eos libros, qui in Ecclesijs veluti sacrosancti habendi sunt, numerantur octo libri de Constitutionibus, auctore Clemente, scripti Episcopis: quos inquit non oportere peruulgari, propter mystica, quæ in ijs sunt scripta.

Sequitur Ignatius qui Ecclesiæ Antiochenæ secundus post Petrum præfuit. nã is in duodecim Epistolis, quas, cum Romam ad supplicium duceretur, in itinere ad Ecclesiam misit, Institutiones Clementis ita est imitatus, ut non solum earum dogmata atque præcepta expresserit, sed etiam ex ijs sepè sententijs totidem verbis expressas,

ptas trãstulerit, easdem figuras, idem dicēdi genus seruauerit, easdē rationes in suis sententijs cōfirmandis, atque in alienis cōfutandis, attulerit. Quæ singula separatim in suis locis annotabo. nūc tãtūm quædã proferã, quæ id apertè ostendēt. In epistola ad Trallianos, institutã Parasceues, sabbati, atque diei dominici obseruationē iisdem verbis, quibus Clemens, refert ad passionem, sepulturam & resurrectionem Domini. In Epistola ad Philippenses, præcipiens Quadragesimam, eandem præceptionis causam, eademque verba adducit, quæ Clemens, quod idem seruauit in hebdomade passionis, Parasceue, & quarta feria. Sabbatissimum in principio nascentis Ecclesiæ aliqua ex parte seruatum, eodē modo instituit. In Epistola ad Magnesium, docēs nil præter sententiam Episcopi agendum: *Non licet, inquit, sine Episcopo baptizare, neque offerre, neque sacrum facere.* Et deinde nonnullis interiectis verbis, *Ut Dominus sine patre nihil facit, (nō possum enim, inquit, facere à meipso quicquam) sic nec vos sine Episcopo, neque Presbyter, neque Diaconus, neque Laicus.* Et ad Heronem scribens, *Nihil, inquit, sine Episcopo agite: sunt enim sacerdotes, tu sacerdotum minister. Illi baptizant, sacrificant, ordinant, manus imponunt.* Quæ omnia totidē verbis translata sunt à Clemente. In Epistola ad Trallianos, iubet reuereri Episcopum veluti Christum. atque ut ostenderet fontes, ex quibus præceptum hauserat, dixit id faciendum ex Apostolica constitutione: quam secutus in omnibus ferè Epistolis, Hierarchiam Ecclesiasticam designat ad imitationem Clemētis. In Epistola ad Mariam, & in Epistola ad Magnesium, Diaconos aserit obtinere locum Christi, Episcopum Dei, Presbyteros referre cœtū Apostolorum: quo nihil frequentius in Clementis libris reperias. Multa prætereo, quæ de Dei Patris auctoritate, Verbi origine, Spiritu sancti natura iisdē sententijs atque verbis, quibus Clemēs, accuratè disputauit: quæ etiam imitatus est, cum Christi dispensatione secundum carnē, exposuit: & cum aduersus hæreticorum errores Catholicā fidē defendit, in quibus omnibus latū vnguē à Clemēte nō discessit.

Quod si quis hoc non satis esse velit, neque omninò ex eo id effici putet, quod nos probandum suscepimus, propterea quod Ignatius nec librorum, neque eorum auctoris mentionem vllam faciat, (quod ad constituendam auctoritatem testimonij necessarium videtur) nos non dicimus Ignatium Clementis, veluti horum librorum auctoris, mentionem facere: illud autem satis esse iudicamus, quod Ignatius hos libros cognouit, vidit, atque ita probauit, ut ex eorum sententijs & verbis suas Epistolas conflauerit, ac totam Ecclesiarum, quas docebat, institutionem ad eorum exemplum expresserit. Quare certum ex eo ducitur argumentum, nec nupè scriptos hos libros esse, neque in apocryphis omninò numerandos, quos primæ uel illa Ecclesia habuit, & Apostolici viri cognitos probatosque in sua scripta transtulerunt. Quod ut necessaria ratione colligimus, sic illud non leui coniectura assequimur, hos libros ab Ignatio Clementi tributos. Is enim ea, quæ ex ijs libris hausit, ab Apostolis disposita atque instituta fuisse, non obscure affirmat. Clemētem autem Petri & Pauli auditorem appellat, ut facile quis intelligat, Ignatij testimonio Apostolicas cōstitutiones ei tribuendas, qui Apostolorum auditor fuisse. Non ignoro autem esse nonnullos, qui has ipsas, quarum auctoritate vtimur, Ignatij Epistolas in eandem suspicionem adducant: quos rectè facturos existimo, si patiētur nos Irenei, Athanasij, Eusebij, Hieronymi auctoritatem ipsorum iudicio antepone. Ij enim has Epistolas agnoscunt, & eas ipsas esse, quarum iij mentionem faciunt, ex particulis Epistolarum, quas in suis scriptis inserunt, intelligimus. Quod si ex cæremonijs, quas non probant, atque ab illius temporis consuetudine alienas existimant, eas suspectas facere volunt: est id quidem omninò superbum & arrogans, ex sententijs, quas ipsi veras opinantur, velle de veterum scriptorum auctoritate coniecturam facere, & ad suum iudicium, aliorum disciplinam accommodare: cum potius hæ sententiæ econdemndæ sint, quæ à certissimis probatissimisque priscorum monumentis dissentiant, quàm ea in dubium reuocanda, quæ cum opinionum, quas iij tuentur, nouitate non cohereant. Ac de Ignatio quidem hætenus.

Athanasius, cuius testimonium grauisimū esse debet, horum librorum mentionem facit, & de ijs præclare sensit in ea Epistola ad Ammum Monachum, in qua libros Canonicos numerauit. Aggregat enim Apostolorum doctrinam (ita enim eos appellat)

appellat) in ordinem eorum librorum, qui quidem in Canonē relati non sunt, sed tamen ab ijs, qui pietatis & veri cultus rationem percipere expetunt, nō contēnēdi: de quo librorum genere post Canonicos libros scribit ijs verbis: *Sed ut res sit accurata & exactior, hoc quoque adijcio, scribens necessario quod extra hos sunt alij quoque libri, non in Canonem quidem redacti, sed quos legi à patribus decretum est, ijs qui nunc accedunt, & volumi in pietatis, veriq; cultus ratione iniuari, Sapientia Solomonis, Sapientia Sirach, & Esther, & Iudith, & Tobias, & Doctrina, quae dicitur Apostolorum, & Pastor, qui sunt tamen non aspernandi.*

Lib. 3. cap.
25.

Athanasij iudicium secutus Eusebius, neque in eis scripturis hos libros numeravit, quae pro Canonicis ab omnibus Ecclesijs receptae erant, neq; in apocryphis: sed in eis, quas non omnes Ecclesiae agnoscebāt. In quo etiā ordine statuit quosdam libros, qui olim omnium Ecclesiarū consensu non ita probati, nunc ab omnibus sine controuersia pro canonicis habentur. Sed praestat, ut Eusebij locum proferram. Is enim in tertio libro Ecclesiasticae Historiae, cōnumeratis scripturis ab omnibus receptis, subiungit haec verba: *In eis, quae sunt in controuersia, cognitae tamen sunt à multis, numeratur Epistola Iacobi, quae appellatur, & Iudae, & Petri secunda, & secunda ac tertia, quae dicuntur scriptae à Ioanne, siue is sit Euangelista, siue eiusdem nominis alius. Aggregatur quoque in nostras scripturae de Actis Pauli, & Pastor, & Apocalypsis Petri: praeterea Epistola Barnabae, & Institutiones Apostolorum, quae appellantur praeterea, ut dixi, Apocalypsis Ioannis.* Vides, cum quibus libris connumerentur ab Eusebio Institutiones Apostolorum. Ex quo perspicuum fit, à veteribus non esse dubitatum de veritate doctrinae, sed num essent ij libri in Canonem sacrarum scripturarum referendi.

Quod certe nunquam obtinuerunt, neque nos eis tantam auctoritatem tribuere volumus.

Hanc verò fuisse Eusebij sententiam, declarant eius verba, quae mox sequuntur: in quibus hereticorum commēta, & compositas in fraudem fidelium fabulas, quae nomine Apostolorum erant inscriptae, ab hoc gemino librorū ordine segregauit. Reddens enim rationem, cur eorum librorum, qui non ita ab omnibus Ecclesijs reciperentur, mentionem fecerit, sic inquit: *Necessario horum quoque catalogū fecimus, discernentes, quae secundum Ecclesiasticā traditionem verae, germanae, & certae scripturae haberentur: & praeterea illas, quae non sunt illae quidem in testamento, & in controuersiam veniunt, sed tamen à multis Ecclesiasticis agnoscentur: idq; ea de causa fecimus, ut & has scripturas cognosceremus, & eas, quae nomine Apostolorum ab haereticis circumferuntur, continent Petri, Thomae, Matthiae, & quorūdam aliorum Euangelia, vel Andrae, Ioannis, & aliorum Apostolorum Acta, quorum nullus omnino ex Ecclesiasticorum traditione vir mentionem faciendā censuit, multumq; in ijs dicendi character ab Apostolico more dissidet, ipsaq; sententia, & eorum, quae dicuntur, institutum, à vera atq; orthodoxa norma longissime aberrans, manifestum facit, haec haereticorum commēta fuisse: quae neq; in nostris sunt numeranda, sed ut absurda atque impia, reiicienda.* Habemus Eusebij censuram, id tantum ijs libris detrahentis, ut propter quorundam dubitationem, eos in Canonicarum scripturarum numerum non aggregauerit.

Horum duorum e qualis Cyrillus hierosolymarum Episcopus, in decimo octaua Catechesi, ut probaret mortuos reuiuiscere, ex quinto Clementis libro, iisdem penē verbis, vsus est renascentis phoenicis similitudine: eius verba haec sunt, *Quarunt Graeci resurrectionem mortuis manifestam magis: & aiunt, quod etsi reuiuiscunt animalia, quae diximus, tamen hoc fieri, quoniam non omnino interierunt: & querunt aliquod animal, quod manifeste corruptum reuiuiscat. Nouit Deus eorum incredulitatem: atque auem ad hoc condidit phoenicem, quae (ut scribit Clemens, & multi narrant) cum sit soligena, post quinque annorum circūitum, ad Aegyptiorum regionem aduolans, resurrectionem demonstrat, eamq; non in desertis locis, ne mysterium esset occultum, sed in clara urbe, ut res incredibilis manibus tractaretur. Extructo enim sibi tumulo ex thure, smyrna, atq; aromatis, postea absolutum annorum circūsum eō accedens, euidenter moritur atque corrumpitur. postea ex illius mortuae corrupta carne vermis quidam gignitur, qui in auem formatur.*

Quanto opere ijs libris delectatus sit Epiphanius, declarant eius scripta aduersus hereses, in quibus frequenter Apostolicae Constitutionis mentionem facit. Nam in

in primo libro attulit verba translata ex proemio, in quo scriptum extat, Dei plantationem & vineam esse Catholicam Ecclesiam. Et in tertio disputans aduersus Aërium, solennem sextae & quartae feriae obseruationem, & exquisitum illud ieiunium, quod sex diebus ante Pascha seruabatur, confirmat vñ cum reliquo veteris Ecclesiae ritu, ex ea Apostolorum Constitutione, quae in octauo libro scripta reperitur. Et in eodem tertio libro, eam de alenda barba & capillo preceptionem producit, quae extat in primo libro harum institutionum. Quae verò fuerit de ijs libris Epiphanijs sententia, quam ipse exposuit, cum contra Audianos disputaret, dicam cum reliquos numerauero, qui horum librorum mentionem faciunt, in quibus est Chrysofomus, qui in Homilia LIII. in Mattheum, hos libros nominat ijs verbis: *Quomodo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeste in libro octauo Canonum Apostolorum dicitur. Qui autem hominibus ordinatus est, quantum ad Deum, non est Diaconus, aut sacerdos.* Hanc sententiam in eo ipso libro, quem Chrysofomus nominat, totidem verbis scriptam inuenies.

Hos ipsos Apostolorum Canones, quorum Clementem authorem facit, nominat Ioannes Damascenus in quarto de fide orthodoxa libro, cum recenset sacrorum librorum volumina.

Proliquo quoque Patriarcha Constantinopolitanus, hos libros agnoscit in quodam capite De Traditione diuini sacrificij, & Oecumenius in Commentarijs in Epistolam primam ad Timotheum: & sanctus Nicolaus Methonensis Episcopus in eo libello, in quo probat verum Corpus & sanguinem Christi contineri in Eucharistia.

Quamplurima alia eiusdem rei testimonia ex veterum monumentis, quae nondum edita sunt, praesertimque ex prima & octaua Synodo excerpta, collegit in vnum Romae homo doctus, & illustratae Ecclesiasticae antiquitatis laude excellens Guglielmus Sirletus Prototonarius: cuius lucubrationes, ad stabilendam horum librorum auctoritatem, fortasse aliquando in lucem prodibunt. Nos tamen interea facile ijs contenti esse possumus, nam cui haec satis non sunt, certe eum neque alijs authorum testimonijs crediturum existimo.

Reliquum est nunc, ut de sexta Synodo aliquid dicam, cuius sententia ij libri damnari videntur. Omitte ea, quae verè dicere possem, Canones illos, qui sextae Synodo tribuuntur, potius, quam Clementis libros, esse damnandos, ut qui à sexta Synodo nullo modo prodierint, sed à conuentu quodam Graecorum Constantinopoli sunt editi, in quo ij pleraque à recta religionis norma aliena decreuerunt. Confirmatum est enim in eo caetu Concilium illud Afrorum à Cypriano coactum, in quo statutum est, haereticos ad Ecclesiam se recipientes, iterum baptizandos. Alia quoque aduersus sanctissimas Ecclesiae Romanae leges sunt diffinita: quòd factum est, ut Ecclesia hos Canones, quanquam plurimi multa vitia haberent, nunquam in Sanctionibus Canonicis numerauerit.

Sed hoc totum aduersarijs omitto: alia ratione agam, Habeant Canones aliquam auctoritatem, ut qui si non ab Ecclesia, at ab hominibus doctis, & rerum diuinarum scientia praeditis sint compositi, quid ait Canon? *Ordinationibus sanctorum Apostolorum per Clementem, iam olim ab ijs, qui in fide aliena sentiunt, adulterina quaedam & à pietate aliena introducta sunt, qua diuinorum dogmatum elegantem ac decoram speciem obscurarunt.*

Sententiae horum patrum, sanctissimi ac doctissimi Patris Epiphanijs iudicium oppono, is enim negat ijs libris aliquid à fide alienum contineri, nam in tertio libro, cum refutaret Audianos, ad horum librorum auctoritatem confugientes, de ijs ita scripsit: *Ad hoc Audiani proferunt Apostolorum ordinationem, quae quidem apud multos reuocatur in dubium, sed tamen non est improbanda: nihil enim habet peruersum in fide atque confessione, sed neque in Ecclesiastica gubernatione & Canone.* Non potuit Epiphanius expressius horum librorum auctoritatem commendare. Duo sunt, quae nostrae religionis summam continent: recta fidei sententia, & Ecclesiae disciplina, in ijs duobus (inquit Epiphanius) nihil habet absurdi Apostolorum ordinatio.

Quòd si quis contenderet, in sequenti tempore hos libros fuisse deprauatos, cum prius integri fuissent: primum accipio id, quod Canon aperte affirmat, libros esse Clementis, germanam & integram (ut paulò post Canon inquit) habuisse olim Apostolorum doctrinam. An verò ij libri fuerint postea haereticorum erroribus adpersi, putò hoc melius posse lectione ipsa librorum iudicari, quam cuiusquam auctoritate vel sententia statui. Iam pridem explosae sunt omnes veterum sententiae: omnia,

de quibus aliquo tempore dubitatum est, ita nunc sunt certa & explorata, ut unusquisque, qui modò in Ecclesia educatus, catholicam normam tenere studeat, possit vera à falsis, integra à corruptis secernere. Percurrat hos libros qui velint, & singulas eorum sententias expendat: nihil profectò in ijs inueniet, quod Christianae pietati non sit maxime consentaneum, quodque non appareat ab Euangelij fontibus manasse. quin etiàm multorum errorum labem, iam tum ab hereticis Ecclesiae inuectam, in ijs libris ita repulsam videbit, ea ad cauendum remedia adhibita, atque ita totius Christiani mysterij rationem expositam, ut Clemens non ab hereticis deprauatus, sed ipse hereticorum impietatem labefactasse videatur.

Illud autem negandum non est, videri aliquandò Clementem de Spiritu sancto exiliter loqui, de verbo quoque, & si ille preclare sentit, tamen duriores quasdam interdum voces fundere, quae certè defendi omnia possunt, & suam propriam habent rationem atque sententiam: de quibus, cum ad illum locum peruenero, dicam quid sentiam.

Sed tamen ut concedamus Paulianos, Arrianosve, siue etiàm Macedonianos, aliquas voculas ijs libris inieciisse, quibus opiniois suae prauitate possent defendere, eritne obsecro verum, ut idèo integrum amittamus Clementem? aut num minima eius ciatrix reliquum corpus obscurabit? & quia neuum in corpore non probamus, egregiam atque omnibus numeris absolutam speciem contemnemus? Si quid habet Clemens ab hereticis inculcatum & refectum, id quanquam est exiguum, cum reliquis partibus comparatù, facile cognoscitur. Nam ut in nitidissima veste leuis macula, sic in hoc preclarissimo opere modica peruersio eminet atque apparet. Est autem illud considerandum, quòd si libri hi ab hereticis (ut Canon ait) deprauati fuissent, id tantum ex ea parte accidere potuisset, quae illorum sententias attingeret: quae verò ad hereticos nihil pertinerent, integra mansissent. Quare, cum Ecclesiae descriptionem ac disciplinam (quam ferè omnem Clemens ijs octo libris est complexus) in controuersiam eius aetatis heretici non vocauerint, ut qui vnam fidei sententiam perstrinxerint, non est cur suspicemur eam hereticorum deprauatione minus synceram relictam. Acrius autem, qui post primam Ecclesiae aetatem exequare Ordines, & plerasque obseruationes, quarum hinc mentio fit, euertere est conatus, tantum abest ut hos libros corruerit, ut nullis validioribus armis aduersus eius insaniam pugnare possimus. Si quis dicat hæc de ceremonijs & de diuino cultu præcepta, permixta ijs libris fuisse à superstitionis, qui Euangelij & Christianae pietatis leges ignorarent, primùm Canon testatur ab hereticis deprauatos libros fuisse, qui ut suas sententias fidelibus probarent, eas horum librorum testimonio commendari voluerunt. Deindè si externi cultus & ceremoniarum vestigia in omni antiquitate nusquam apparerent, possent, quæ à Clemente præcipiuntur, in eam venire suspicionem, ut ad Apostolicam institutionem minimè referenda viderentur. Sed cum nullus ferè ex antiquis illis Patribus reperiatur, qui hos ipsos viuendi ritus à Clemente expositos, non vehementer approbet, eosque ad Apostolorum auctoritatem, atque ad illius temporis consuetudinem pertinere non iudicet, pleraque etiàm ab illo tradita (quod est omnium maximum) constanti perpetuaque omnium gentium, omniumque seculorum consensione sint in Ecclesijs obseruata: dubitandum nõ est, ea à Clemente ita fuisse exposita atque tradita, quemadmodum ipse ab Apostolis accepisset. Quòd si illud dicant Clementis vituperatores, satis esse ad eleuandam eius testimonij fidem, si minima ex parte ij libri sint deprauati, vel in aliquo suspecti: leuia enim errata fidei, & parua ijs in rebus dubitationes, non solum illam rem in qua est offensum, euertunt, sed etiàm vniuersam sententiae summam perturbant. quod quidem dici posset, si ex Clementis libris noua pietatis dogmata constituenda essent. Quòd si antiqua & probata solum confirmare, vel Apostolicam pietatis formam intueri sit in animo, nullus (credo) in Ecclesia liber tam receptus, tamque omnium iudicio probatus reperietur, qui vberior nobis harum rerum facultatem præbere possit. quem, ut scriptoris auctoritas non probet, saltem ita commendat vetustas, ut à nemine magis priscae Ecclesiae testimonium petendum censeam. Nemo enim ijs libris vnquam adimet, quin detracto illis Apostolicæ auctoritatis nomine, sint tamen certi fidelesque illorum temporum testes: à quibus, veluti ab inspectoribus earum rerum, quas narrant, primæui illius temporis ritus, mores, instituta, religionis originem, Ecclesiae incunabula possimus cognoscere. Quæ certè amplam materiam nobis præbent, non solum Eccle-

Ecclesiae constituendæ, sed etiàm nouæ huius impietatis refutandæ.

Argumentantur quoque detractores ex his ipsis libris, quòd in ijs quædam reperiri affirmant peruersa, atque inter se pugnantia, alia verò puerilia atque indigna omnino tanti authoris nomine. Ad quæ respondebo, cum de methodo agam, ostendamque; (ut spero) ex via & ratione, quam author tenuit, nihil esse ijs in libris non graue, non constans, nihilque quod viro Apostolico merito non sit tribuendum.

Venio ad inscriptionis causam: nam ea quoque in Prolegomenis queri solet. Inscriptio semper ferè libri scopum indicat. id fit, cum ab eo, de quo tractandum est, appellatio ducitur, quod in horum librorum inscriptione est seruatum. dicuntur enim *διατάξεις & ποσόλων*, hoc est, præscripta & institutiones Apostolorum. & ut vox ad communem loquendi usum accommodetur, constitutiones siue ordinationes possunt dici. Estque huius vocis ea vis, ut disciplina lexque; ab aliquo præscripta significetur: quod totius operis instituto aptissimè conuenit.

Reperio autem hos libros variè à Patribus appellatos: nam, ut vidimus, Athanasius doctrinam Apostolorum, nominat, Chrysofomus & Ioannes Damascenus Canones, Occumenius Diatyposim, hoc est, informationem & institutionem. quæ tamen voces in inscriptione idem valent, atque in varietate nominum, eadem est rei vis & significatio, communius verò & frequentius est, ut Diataxes inscribantur: quam vocem sepe, cum de ijs ageret, usurpauit Ignatius, vsusque est ea Paulus, huiusmodi Ecclesiasticæ œconomiae leges præscribens.

Non est omitendus numerus eorum librorum Clementis, qui quidem in cognitionem nostram peruenire potuerunt. Epiphanius, qui huius scriptoris libris præcipue est delectatus, eorum librorum, qui de Recognitionibus inscribuntur, mentionem facit, ex quibus, disputans contra Gnosticos, nonnulla est mutuatus. ij libri, quòd continent Petri, plerisque Prouincijs docendi causa obeuntis, peregrinationes, Itinerarij nomè obtinuerunt: quos erroribus refertos esse, author est idem Epiphanius, & in Apologia Origenis Rufinus, qui eos in Latinum conuertit. eis autem non modò permixti errores adimunt auctoritatem, sed etiàm ille casus parentum & fratrum Clemetis, qui cuiusdam fabulæ potiùs argumentum, quam vllam veritatis similitudinem videtur continere: in quo tamen illud ex Apostolicis constitutionibus compertum habemus, Nicetam & Aquilam Clementis fratres fuisse. Scripsit quoque decem libros, quorum argumenta exposita sunt in calce libri tertij de recognitionibus. Agnouit antiquitas eius Epistolas, in quibus vna ad Corinthios penè sacrae scripturæ auctoritatem obtinuit. Canon tamen ille Apostolorum duabus dat auctoritatem, quæ vitio temporum interierunt. relictae verò nobis sunt alia Epistolæ, Clementis nomine inscriptæ, ex quibus Romani Pontifices, & Triburienfe Concilium atque Vasense, aliqua transtulerunt. Quas tamen certum est non esse eas, quarum meminit Epiphanius in primo contra hereses libro, in quo scribit laudari in ijs epistolis virginitatem, atque omnes Prophetas, ex eoque sumi argumentum contra Hebionem illos vituperantem. Quæ quidem in ijs peruulgatis epistolis non legimus, leguntur autè in eis multa translata ex Itinerario, quæ illarum auctoritatem reddunt leuiorem: in quibus vnum de quotidiana lotionem corporum, quasi ea ad mentis munditiem pertineat, est omnino non ferendum. Hebionitæ enim cum quotidianos baptismos haberent, corruptis Clementis libris, Petri fecerunt illorum baptismorum authorem. Tributi sunt etiàm Clementi Dialogi quidam inter Petrum & Appionem habiti, quos Eusebius respuit. Libros autem Clemetis ab Hieronymo conuersos, (ut ipse testatur in fine interpretationis commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos) iudico has ipsas esse Apostolorum Constitutiones. Quid enim ille in vertendis Apocryphis tantoperè insudaret, præsertim si sciret palmam sibi à Rufino præceptam? Doctrina verò Apostolorum, qua Latinæ Ecclesiae hætenus caruissent, digna profectò erat, in cuius interpretatione tantus vir laboraret.

Quantum attinet ad librorum diuisionem, huius operis argumentum digestum est octo libris. In quorum primo traduntur officia pertinentia ad communem vitam, nam primùm exponuntur aliqua præcepta moralia veteris legis, quibus adiunguntur alia perfectiora ex Euangelio, quod dicitur caput & explementum legis. Deindè proponuntur præcepta, quibus prohibetur cultus & ornatus corporis, admonenturque fideles ne ociosi discurrant, sed domi suis rebus dent operam, præscribiturque eis, quid domi agere debeant: interdicitur ipsis lectio librorum Ethnicorum, danturque legendi libri ex

Pro. 2. 5. 6. 7.

Prou. 11. 12. 14. 18.

veteri testamento: admonetur iisdem, quid in ijs libris obseruare debeant. Traditur preceptum ex Solomone de caueda illecebra mulierum: in situ utur vxores, que admodum viris obtemperare debeant, & erga ipsos fungi officio: quarum probitas etiam Solomonis testimonio commendatur. Denique in balneis ab eorum societate repelluntur viri, & quedam alia officia eis seruanda prescribuntur. In secundo libro exponuntur mores & officia Episcopi, in quibus copiose agitur de illo graui ac precipuo eius munere, quod versatur in recipiendis conciliandisque poenitentibus, de quorum statu multa preclare scribuntur. Preterea tractatur diligenter de decimis Episcopo debitis, deque earum dispensatione. Item de honore habendo, & de obedientia prestanda Episcopis: simulque de presbyteris ac Diaconis, quam scilicet ij personam siue figuram referant. Preterea de iudicijs Episcoporum iuste exercendis, quibus expositis, describitur forma, qua Ecclesiastici conuentus ab Episcopo celebrari debeant, ac quemadmodum peregrini recipiendi sint, & laici ad conuentus inuitandi, quos bis in die Ecclesia adire oporteat, ac templum daemorum, & ludos omnino vitare: de quibus multa vtilia precipiuntur.

Tertius liber de viduis ac de illarum statu pertractat: in quibus quedam iniecta sunt de oblationibus, a quibusnam hæ sint recipiendæ. in eodem libro interdicuntur mulieribus docendi munus, rerumque sacrarum administratio: quod etiam ad omnes Laicos pertinere ostenditur. Assignantur Episcopis & Presbyteris certæ quedam ac propriæ functiones, deinde dedit oratio ad officium viduarum, in quo mentio fit officij Diaconissarum in baptismo mulieribus administrando. Cuius rei occasione exponitur diuina initiatio baptismi, & prescribuntur mores illorum, qui sunt initiandi. Denique agitur de officio Diaconi, & de ordinatione Episcopi, atque de officio Presbyteri, quæ occasione quadam atque obiter videntur allata.

Quartus liber tractat de pupillorum cura suscipienda, de collectis conferendis accipiendisque, de officio parentum & liberorum, dominorum & seruorum, de subiectione & obedientia magistratibus exhibenda. denique de virginibus.

Quintus de Martyribus omni cultu atque officio prosequendis, de persecutionibus & erumnis pro Christi nomine perferendis, simulque de moderatione adhibenda in morte pro fide obeunda: item de resurrectione, cui adiunctæ sunt quedam morales admonitiones, de idolorum cultu fugiendo, de dierum festorum celebritate seruanda: cui sermoni accedit digressio de Passione Domini, & institutio certorum dierum, in quibus ieiunium seruandum fit.

Sextus liber hæreticorum errores complectitur, quibus ex aduerso opponit Catholicam Apostolicam fidei doctrinam, commendat legem a Mose scriptam, explanat legem naturalem, differit de humanis traditionibus, & de inductis obseruationibus, quas Euangelium vel sustulit, vel mutauit.

Septimus tradit precepta de vita & moribus ex lege Moysi, quæ coniungit cum ijs, quæ longè excellentius atque perfectius lex euangelica precepit. Ijs absolutis, tractat de baptismo eiusque ceremonijs, necnon deijs, qui baptismi sacris sunt initiandi: repetit quedam de ieiunijs & festis diebus, quibus additæ sunt preclaræ quedam & diuinæ formulæ rogandi Deum, cum preconio laudum & gratiarum actione. instituit Catechumenos, exponens consecrationem aquæ, olei, & mystici chrismatismis, connumerat Episcopos ab Apostolis institutos: quibus postremo accedunt quedam preces solennes certis diei temporibus conceptæ.

Octauus liber prosequitur omnium ferè rerum mysticarum argumentum, primum disputat de Charismatibus, hoc est, de ijs muneribus, quæ Spiritus sanctus ad regendam & conseruandam Ecclesiam distribuit: in quibus Episcopatum numerat, cuius omnem mysticam institutionem preclare exponit, cum quo sermone simul omnem ritum sacrorum, omnè rei diuinæ rationem, ceremonias, solennes preces, admirabili Eucharistiæ sacrificio adiunctas, complectitur. Deinde ad reliquorum graduum institutionem descendit. cui sermoni cum inferuisset nonnullas alias mysticas benedictiones, & pauca quedam de oblationibus, descendit ad propria quedam precepta, certis personis atque officijs accommodata: qui in cœtum fidelium sint admittendi, quive repellendi: quandiu Catechumeni instituendi, quibus diebus ab operis cessandum sit: quando, ubi, quomodo supplicandus iusta mortuis quibus diebus soluenda: quibus nonnulla alia minuta sunt permista, quæ cum vix in summam colligi possint, suis locis lectori patebunt. Denique pulcherrima Ecclesiasticæ Hierarchiæ descriptione totum opus clauditur.

Est

Est autem intelligendum, hanc per capita partitionem & synopsis, quæ singulis capitibus præposita est, nouam esse: singuli enim libri ab Authore perpetua oratione sunt continuati: quam rem illud maximè ostendit, quod sæpè sequentis capituli initium continuatur cum fine capituli superioris, vt ex vtroque integra constet oratio. fit etiam in quadam synopsis, Hegesippi & Tertulliani mentio: quos Apostolicis temporibus inferiores fuisse neminem arbitror ignorare. Vidi ego codicem, in quo capita non eodem modo diuidebantur, & minùs interrupta erat oratio. Is verò, qui hanc Capitulum distributionem composuit, videtur interdum in synopsis scribenda negligens fuisse, vt quæ non semper capiti ex omni parte respondeat, nec contineat plenum & integrum rei, quæ de agitur, argumentum.

Sequitur ordo librorum, qui nihil est aliud, nisi librorum inter se connexio & dispositio quedam, quæ cum ratione & via tractatur, ita aptos efficit libros, vt sequens liber à priori pendeat. quod scriptor ita assequitur, si diuidendi arte aptè vtatur: Gaudet enim (inquit Plato) qui hac methodo vti sciunt. Mihi verò omnes hos libros, singulasque eorum partes diligenter consideranti, non videtur accurata vlla partitio à Clemente in ijs libris disponendis adhibita. Nam si prima octo librorum argumenta expendere velimus, inueniemus ea nullo vinculo connexa esse, neque inter se ita coherere, vt mutuus ordo spontè existat, & ex natura rei distributio nascatur. Quin etiam in ipsis libris videmus quedam crebrè inculcata, vt in eis collocadis diuisione ex arte vti nullo modo possimus. necesse enim esset, aliqua sæpè repetentes, partes ita diuidere, vt aliquando alia aliam contineret: quod est diuisionis vitium vel maximum. Tenuit igitur Clemens Christianam illam simplicitatem, Apostolorum discipulo dignam: sicque ordinem est secutus, vt à rebus confusionem tolleret, exquisitum illud artificium contemneret. Nō enim negari debet, aliquando ordinem in nonnullis locis notari posse, sed eum nec de industria quesitum, neque summa arte elaboratum.

Erit etiam vtile, si scriptoris methodum cognouerimus. methodum autem voco docendi viam, & argumenti tractationem: quam ad subtilem illam Philosophorum rationem non reuoco, vt querenda nobis sint demonstrationum genera, diffinitiones, componendi & resoluendi viæ à notioribus nobis, vel naturæ progressionibus: quibus modis & vijs scientiæ & facultates vtuntur. Non hæc instrumenta Apostolicus Philosophus ad docendum adhibuit, vt quæ Christianæ institutioni, quam sibi tractandam proposuerat, non ita erant accommodata. Omnia igitur rerum probandarum argumenta Clemens ducit à scripturarum autoritate. Nam siue vitæ ac morum præcepta tradat, siue rerum Ecclesiasticarum formam doceat, siue Christi œconomiam, ac rerum Diuinarum rationem demonstret: singula ita efficit, vt ea vel in sacris literis explicata ostendat, vel ex ijs necessaria consequutione colligat. Atque ea laus precipua ac summa Clementi tribuenda est, quod nemo ex scriptoribus sacris, scripturarum locis sit vsus tam proprijs, tamque ad docendum accommodatis. Quare ex multis vtilitatibus, quas hi libri continent, hæc quoque magna habenda est, quod ex ijs plerasque veras ac germanas scripturarum sententias intelligimus. Scripturas autem duobus modis tractauit Clemens: nam aut earum autoritate est vsus, proferens ex ijs testimonia, quibus sua dicta confirmantur: aut eas in sua scripta ita trāstulit, & in oratione inclusit, vt sententias ex suis & scripturæ verbis contextas, perpetuo stylo continuauerit: quod cum fit, grauitas & sanctior quedam dignitas orationis existit. Eas verò frequenter composuit ex verbis Pauli, quem omni ex parte est imitatus: vt facile intelligatur, disciplinam Clementis, præsertim eam, quæ pertinet ad mores & vitam in omni statu regendam, ex Pauli preceptis translata, atque ad eius generis similitudinem expressam.

Illud quoque verè possumus dicere, Clementis libros ex coaceruatis & in vnum locum collectis sacrarum literarum partibus constare. Vfus est autem veteris testamenti interpretatione Septuaginta Interpretum, vt quæ illo tempore erat in vsu, & ab omnibus sacrosancta habebatur. Nam Euangelistæ quoque & Paulus Hebraicè doctus, ea vti voluerunt: nec erat illo tempore (credo) alia interpretatio, quæ omnibus esset peruulgata, cum Apostoli Aquilam, Theodotionem, & alios, qui vetus testamētum sunt interpretati, etate longè antecesserint: quod fit, vt sententiæ plerumque ab hac communi & vulgata interpretatione diffideant, aliqua etiam ex ijs in nostro Canone non reperiuntur. Constat enim ex Epiphonio, Septuaginta interpretes in vertendo eam rationem secutos, vt veluti explanantes scripturam, aliqua de suo adderent, alia veluti su-

perflua relinquerent, non solum enim interpretum, sed etiam Prophetarum (vt idē Epiphanius inquit) functi sunt munere.

Quatuor docendi generibus scriptura frequenter vitur. Vnum est, quod dogmaticum vocant: Aliud, in imperando ac precipiendo consistens, *προσακτικόν* Græcè dicitur. Tertium, quo aliquid definitur, & quasi suis terminis describitur, propterea quæ *ὀριστικόν* appellatur. Quartum est propheticum, quod pertinet ad prædictiones. Ex ijs Clemens dogmaticum & precipiens frequenter vsurpat: definiens non est ipsi adeo frequens, is enim docendi modus non precipit, neque decreto statuit, sed quid ad rem aliquam adpiscendam vel fugiendam sit opus, designat & prescribit, cuiusmodi est illud: Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et illud, Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Querendum etiam esset, an Prophetico genere aliquando sit vsus, fortasse enim nonnulla, quæ nondum viuus omnibus Apostolis acciderant, potuerunt ab ipsis, vt mox futura, prescribi, & prædictione designari.

Matth. 16.
Ioan. 6.

Quod attinet ad genus sermonum, cum Clemens disciplinam ex Apostolorum sermonibus exceptam, atque fidelibus traditam, in Ecclesijs vellet esse perpetuam, eam ijs octo libris est complexus, in quibus suppressa sua persona, omnem sermonem tribuit Apostolis, putans, opinor, maiorem auctoritatem habituram orationem, si quæ ab Apostolis præcepta accepisset, ea Apostolos ipsos faceret exponentes. Dixi autem eum suum nomen suppressisse, propterea quod ex propria persona non est præfatus, quantum se aliquando faciat ex cœtu loquentium vnum, socium Apostolorum, & in rebus agendis administrum. Ex quo intelligitur, huiusmodi scribendi genus esse quasi mistum ex dialogo, & ex eo genere in quo perpetuo orationis cursu res narrantur, quod *διεζωδικόν* vocant. Nam ex ea parte, qua personæ loquentes inducuntur, videtur dialogi similitudinem habere: quatenus sermones non habentur inter ipsos loquentes, sed à principio in Apostolorum personam instituta oratio, eandem formam cõseruat, quasi ipsi Apostoli hos libros conscripserint, potest in fufum illud & perpetuū genus referri.

In ijs sermonibus duo sunt diligentissimè animaduertenda. Vnum est illud, aliqua facta vel instituta Apostolorum, non eo ordine à Clemente exposita esse, quo ab ipsis sunt gesta vel præcepta: nam pro argumento rei, quam tractabat, mentionem fecit Clemens earum actionum, quæ ad rem propositam pertinebant, in quibus euenit aliquando, vt illa primo loco narrantes fecerit Apostolos, quæ tempore inferiora erant ijs, quæ post commemorantur. Alterum est attendendum, quæ à Clemente in personam Apostolorum dicuntur, non ita intelligi præcepta ab Apostolis, vt omnes vno tempore atque vnum in locum conuenientes, vniuersa, quæ ijs octo libris continetur, prescripserint: sed esse quædam, quæ diuersis temporibus, separatim, ac non ab omnibus præcepta sint: in quæ Clemens cum incidebat, continuò illa referebat ad institutionis authorem, eumque more suo loquentem inducebat. Ijs duabus rebus obseruatis, multa quæ videtur pugnantia, vel præposterè dicta, conciliantur, & ad distinctam rerum seriem rediguntur. Ex hoc enim accidit, vt Clemens cum res postulat, loquentem faciat Iacobum fratrem Domini, quem tamen mortuum fatetur in quinto & septimo lib. & in secundo libro Iohannes sui Euangelij, & Apostoli Actorum mentionem faciant, quæ tamē, euidentis est, vltimo loco scripta fuisse. Ità anteuerit aliquando Clemens, & anticipat rerum Ecclesiasticarum institutiones: easdem nonnunquam in postremum locū reijcit, præponens ea, quæ longo post tempore acciderunt. quod totum methodo, quam tenuit, tribuendum cenfeo. Nam cum, excluso nomine Authoris, res narrentur ab Apostolis, quemadmodum ipsi eas gesserunt atque instituerunt: necesse est, vt cum mentio fit certæ rei, ad vnum vel plures Apostolos pertinētis, is, qui eius author extitit, loquatur, & sui facti se authorem faciat. Ità euenit, vt quæ tempore posteriora sunt, plerūquæ primo loco commemorentur: vel quæ multò antè acciderunt, ab ijs dicantur, quos mortuos iam constat: propterea quæ non sunt quibusdam in locis (quod ad temporum seriem attinet) sequentia cum superioribus continuanda. Id si considerentur, quæ perturbata & confusa putantur, apparebunt aptissimè disposita, Clemensque vituperatorum reprehensione atque calumnia facile liberabitur. Dictionem autē eam est secutus Clemens, quæ rerum, quas tractabat, sanctitati conueniret. Simpliciter vitur oratione, casta, subtili, pressa, quam tamen concinnitate quadam ita elimauit, vt non modò nihil haberet horridum atque ieiunū, sed etiam mediocri cultu expolita videatur. Attico more plerūquæ mutat

mutat numeros, etiam nonnunquam personas. sequitur *ἀκατάλληλον* illud & *ἀναπαρόδοτον*, quod fit, cum vel orationi sequens membrum non respōdet, vel cum oratio suspensa sustinetur, nec habet aliquid quo nixa consistat. In vertendo autem satisfacisse me suscepto muneri existimarem, si adhibita veritate sententiarum, aptisquæ ad loquendum verbis, Clementeum scribendi genus esse imitatus. Sed sententias (vt spero) ita expressi, vt in ijs fidelis interpretis diligentia non desideretur. Quod verò attinet ad verba, voluissem quidem semper ijs vt idoneis, atque huiusmodi, quæ à Latini sermonis consuetudine non abhorrent: sed cum Ecclesiastica tractarem, nefas esse duxi, ab eis vobis discedere, quæ iam pridem ab Ecclesia receptæ, suam quandam habent religionē: cum præsertim eas loquentium consuetudine tritas, vsus iam emolliuerit. Plerumquæ etiam cum mystica occurrebant, quæ penè in singulis verbis totidem continent sententias, verbum pro verbo necessariò reddens, non potui omnem orationem ad veterem illam purè loquendi normam dirigere. Ac cum frequenter in eas sententias inciderem, de quibus summæ sunt nobiscum cum Ecclesiæ aduersarijs concertationes, malui in ijs vertendis verba sequi Græcum quiddam olentia & peregrinū, quam existimari, paululū à verbis dessectens, sententiarum integritatem deprauasse. De similitudine verò scriptorum, scio eam præcipuam haberi laudem interpretis, si is eius, quem transferendum suscepit, virtutes imitatione assequi studeat. In quod quidem studium me aliquid operæ ac laboris contulisse non nego, sed non eo animo, vt sperarem interpretationem meam Clementis laudes assecuturam: non enim adeo insaniebam: sed vt (quod à diligētī interprete præstari erat æquum) aliqua ex parte Latino stylo eius formæ similitudine adumbrarem. In quo, & si intuentis meam tenuitatem, atque in huius generis facultate inopiam, quicquam laude dignum efficere me non potuisse intelligo, sit tamen illud in optatis, vt cum illam politissimam elegantiam genere dicendi meo attingere non poterim, hoc saltem *δούτερον πλοῦν* (quod aiunt) sim assecutus, vt opera mea Clemens quasi ciuitate Romana donatus, nostris hominibus, Græca non plenè intelligentibus, perspicuè atque enucleatè loquatur.


CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM.

B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE,
LIBER PRIMVS:

IO. CAROLO BOVIO EPI- SCOPO OSTVNENSI, INTERPRETE.

Catholica doctrina de laicis.

CAP. I.



POSTOLI, & Presbyteri omnibus, qui ex Gentibus crediderūt in Dominum Iesum Christum: Gratia vobis, & pax ab Omnipotēte deo

per dominum nostrum Iesum Christum abundet in cognitione ipsius. Dei plantatio est Catholica Ecclesia, & vinea eius electa, illi qui crediderunt in infallibilem pietatem ipsius, qui fruuntur æterno

regno eius per fidem, qui acceperunt virtutē ipsius, & armati sunt communicatione Sancti spiritus per Christum, & timorem eius induerunt, participes preciosi & immaculati sanguinis Christi: qui fiduciam acceperunt, vt Omnipotentem Deum inuocarent, coheredes & confortes facti dilecti filij eius. Audite doctrinam sacram, qui amplectimini promissionem eius, ex mandato Saluatoris, æquiparandam gloriosis vocibus ipsius. Attendite filij Dei omnes, vt in obedientia Dei vitam agatis, estoteque in omnibus placentes Christo Deo nostro: nam si quis iniquitatem secutus, faciat quæ voluntati Dei aduersantur, is velut gens iniqua à Deo estimabitur.

De cupiditate seu auaritia. Cap. II.

Abstinetē animum vestrum ab omni cupiditate & iniquitate, nam in lege scriptum est, Non concupisces vxorem proximi Exod. 20:

d 4 tui,

tui, non agrum eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non iumentum eius, neque aliquid, quod proximi sit: quoniam omnis harum rerū cupiditas à malo prouenit. Nam qui uxorem concupiscit, vel seruum, vel ancillam proximi, iam mente adulter ac fur cęsetur, (nisi eum pœniteat) ac iudicatus est à Domino nostro Iesu Christo, per quem gloria deo in secula, Amen. Inquit enim in Euāgelio, (in summam redigens, & stabiliens, ac perficiens legis Decalogum) In lege scriptū est, Non mœchaberis. ego autem dico vobis, hoc est, in lege, quæ per Moſen scripta est, ego loquutus sum, nūc verò idem illè vobis dico, Omnis qui adspexerit uxorem proximi ad expetendam eam, iam corde suo mœchatus est, ita mœchus iudicatur, qui animi cupiditate ardet. Qui verò bouem vel asinū concupiscit, nõne in eam cogitationem venit, vt fureretur, vt suū faciat, vt abducatur? Rursus qui agrum cupit, perseuerans in huiusmodi affectiõne, nõne improbè facit? vt cum fines proferre velit, cogat possessorem vilisfimi vendere. Ait enim quodam in loco Propheta, Væ coniungentibus domum domui, & agrum agro continuantibus, vt proximo auferant aliquid: propterea dicit, Nunquid habitabitis soli super terram? audita sunt enim in aures Domini fabaoth hæc. Et alio in loco, Maledictus qui transfert terminos proximi sui: & dicit omnis populus, fiat. Ideò inquit Moſes: Non commouebis fines proximi tui, quos posuerunt patres tui. Ea de causa igitur formidines, mortes, iudicia, damnationes à Deo talibus hominibus imminet. Ijs verò, qui deo sunt obedientes, vna est dei lex imposita, quæ simplex, vera, viua existit: Quod in te ab altero fieri non vis, id tu in alterum nõ feceris. Non vis vt aliquis in uxorem tuā turpiter cõijciat oculos animo eam vitandi? nec tu in uxorem proximi tui improbè oculum defigas. Non vis vestimentum tuum tolli? neque tu alterius vestimentum tollas. Non vis percuti, contumeliam ferre, petulantiam perpeti? neque tu in alium hæc ipsa committas.

De non referenda contumelia, & de non vlciscendo eum qui iniuriam intulit. Cap. III.

AT maledicit aliquis tibi, tu benedic ei: quoniam scriptum inuenitur in libris Numerorum: qui benedic tibi, benedictus est: & qui maledicit tibi, maledictus est. Eodem modo in euangelio scriptum est, Benedicite maledicentibus vobis. Cum iniuriam patimini, nolite iniuriam referre, sed equo animo pati. quoniam inquit Scriptura: Noli dicere, Vlciscar inimicum meum de ijs, quæ in me iniuste fecit: sed expecta vt pro te vindicet Dominus, & ultionem inferat iniuriã inferenti tibi. Etenim rursùm in Euangelio ait: Diligite inimicos vestros: & benefacite

ijs, qui oderunt vos, & orate pro calumniatoribus & persecutoribus vos: & eritis filij patris vestri qui in cęlis est, quoniam solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Attendamus igitur dilecti ijs mandatis, vt eis obsequentes, filij lucis inueniamur. Ferte igitur serui & filij Dei vos inuicem. Vir aduersus eius uxorem nõ sit superbus, neque elatus, sed facilis ac benignus, cupiens tantum propriæ vxori placere, atque ei indulgere, cum honore illi studens gratificari.

De cultu & ornatu, atque de peccato ex eo proueniente. Cap. IIII.

NEq; ornatui studebis, quo aliqua alia mulier in te capiatur. Nam siue ab ea victus peccabis, mors à Deo æterna tibi parata est: & sensu doloris acerbè cruciaberis: siue flagitium non facies, sed illa repulsã nõ consenties: at hoc ipso peccasti, etiã si non feceris, quoniã solum propter ornatum tuum illaqueasti mulierẽ, vt tu cupiditate flagraret. Fecisti enim vt quæ hoc passã est, per concupiscentiam in te mœcharetur, sed non ita es in culpa, quoniam non morem gessisti ei, quæ tu amore irretita fuerat. Non enim tu illam concupiisti. Et quoniam illi non es obsecutus, misericordiam inuenies à deo, qui dixit, Non mœchaberis, & Non concupisces. Nam si illa, cum te vidit, vel intemptiue obuiam tibi facta est, mente plagam accepit, & ad te misit, tu quæ vt pius reiecasti eã, illa verò corde sãuciata est: tu tamen quia iuuenis formosus es, & ornatus incedis, vt ideò illa tu amore capta sit, reus iudicaris peccati illius, tanquã is qui causam scandalo illius dedisti, & in Væ incidisti. Quare roga Dominũ Deum, vt nihil mali tibi propterea cõtingat: non enim te hominibus placere oportet in peccatum, sed Deo in sanctitatem, & vitam ac requietem æternam amplecti. Pulchritudinem tibi à natura, Deo authore, collatam, noli adiecto cultu exornare, sed humiliter eam aduersus homines ita cohibe, capillum comæ non nutriens, sed potiùs illum detondens & adimens, nõ tu pruritu vexatus, & caput laceratiõis expers cõseruans, vel vnguētis perfundens, inducas tibi mulieres, quæ hoc modo illaqueant, vel illaqueantur. Neq; verò vestitu vti velis comparato ad decipiendum: neque femoralia vel crepidas pedibus tuis improba arte cõsuas, sed tantum ijs vttere quæ ad grauitatem & vsus necessarios pertinent. Neque auream palam in digitos tuos induas, quoniã hæc omnia scortationis sunt argumenta: quibus qui præter id, quod decet, studet, iniuste facit. Fidelis enim cum sis & homo dei, non licet tibi nutrire capillum, & in vnum complicare, quod est delicatum & molle, vel discerniculo discriminare, neq; verò intortum calamistris crispare, vel flauũ facere: quoniam quidem lex vetat in Deuterono-

Leu. 19. ronomio inquiens: Non facietis vobis rotunditatem ex coma capitis vestri, neque incisiones. Neque verò licet barbæ pilos corrumpere, neq; hominis figuram præter naturam mutare, Non incidetis (inquit lex) superficiẽ barbæ vestræ. Hoc enim mulieribus decens creator Deus statuit, viris indecorum esse iudicauit. Tu verò hæc faciens, & vt tibi placeas, legem violans, in odio eris apud deum, qui creauit te secundum imaginem suam. Si igitur cupis deo placere, cõtine te ab omnibus quæ odit ipse, & nihil facias quod animo eius displiceat.

Quòd non oportet esse curiosum de ijs qui male viuunt, sed proprio operi inuigilare. Cap. V.

NOli quasi perulore, discurrere, & vagari per plateas, intemptius speculator eorum, qui perditè viuunt: sed arti tuæ & operi tuo incumbens, quare vt facias quæ sunt deo accepta, & Christi sermones in memoriam reuocans, assidue meditare. Inquit enim Scriptura: In lege eius meditaberis die ac nocte. scilicet, cum in agro ambulas, cum domi sedes, cum in lectulo cubas, cum manè surgis: vt in omnibus intelligas. Quòd si diuitijs abundas, & vt te sustet, arte opus nõ habes, noli circuncursare, & intemptiue obambulare.

Quos scriptura libros legere oporteat. Cap. VI.

SED siue, ad fideles & eiusdem sententiæ homines accedis, conferens cum ijs, vitalia verba loquere: si minus accedis, intus sedens percurrere legem, Reges, Prophetas: Psalme hymnos Dauid, lege diligenter Euangeliũ, quod est horum complementum.

Quòd oportet abstinere ab omnibus exteris libris. Cap. VII.

ABstine te ab omnibus Gentilium libris, vel legibus, vel falsis Prophetis: quæ quidem leues à fide abducunt. Nam quid tibi decet in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas cõfugas? Nam si historica percurrere cupis, habes Reges: si sophistica & poëtica, habes Prophetas & Iob, & Prouerborum authorẽ, in quibus omnis poëtica ac sapientiæ accuratam rationem inuenies: quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, voces sunt. Quòd si cantilenas cupis, habes Psalms: si rerum origines nõsse desideras, habes Genesim: si leges & præcepta, gloriosam Dei legem. Ab omnibus igitur externis & diabolicis libris vehementer te contine: veruntamen legem quoquẽ perlegens, inducta illa atque adiecta, quæ appellantur, reijce. Quòd si non omnia, at quedam, quæ sunt in traditionibus seniorum, Deuterofes quæ appellantur. Solum autem historici causa illa lege, vt cognoscas & glorifices Deum, qui te à talibus

actantis vinculis liberauit. Habeas autẽ præ oculis ad cognoscendum quid sit naturalis lex, quid sint traditiones, & illa inducta atq; adiuncta, quæ in deserto ijs, qui vitulũ cõflauerunt, sunt imposita. Lex enim est id, quod locutus est Dominus, antequam populus in idololatriã incidere, & vitulum conflatilem faceret illum Aegyptiorũ Apim: hoc est, Decalogus. Quæ verò illis peccantibus vincula accesserunt, illa tibi nõ attrahas: Saluator enim noster nullã aliã ob causam venit, nisi vt saluaret reos referuata irẽ, & impleret legem & Prophetas, & vincula adiecta humanarũ traditionum & inductorũ vel solueret, vel mutaret. Ideò inuitas nos, dicebat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tu ergò perlegens legem cõsentaneam Euangelio & Prophetis, lege etiã Reges, vt intelligas, quot Reges iustè vixerunt, eos à deo auctos fuisse, & ijs promissionẽ vitę eternæ apud ipsum permãssisse: Quot verò reges à Deo defecerunt, rebellionẽ suã breui tempore interijisse iusto iudicio Dei, & vitę eius priuatos fuisse, pro quiete eternũ supplicium consecutos. Hęc cum leges, multum fide auctus edificaberis in Christo, cuius corpus & membrum existis. Inambulans autẽ in foro, & lauare volens, vt ere virili balneo, nõ si nudatũ corpus tuũ mulieribus turpiter aperueris, aut speciẽ viris nõ conuenientem adspexeris, vel irretitus inueniaris, vel ipse in te irretias mulieres, quæ tam facilè capiuntur. Caue igitur ab ijs, nõ laqueis impedias animam tuam.

De Mulieribus malis. Cap. VIII.

Discamus enim, in sapientia quid dicat sanctus sermo: Fili, custodi sermones meos, præcepta mea recõde tibi: dic sapientiã fororẽ tuã esse, & prudentiã amicam acquirere tibi, vt custodiat te à muliere extranea & mala, si te verbis blandis adoriatur. Nam à fenestra domus suæ prospiciens in plateas, quem viderit ex filiis insipientibus adolescentulum vecordem, prætereuntem in foro, in cuius domus suæ, & loquentem in tenebris vespertinis, quandò quies nocturna fuerit & caliginosa: mulier autẽ occurrit illi ornatu meretricio, ad faciendũ iuuenem euolare à corde: vaga autẽ est & dissoluta: domi non quiescunt pedes sui. Nam modò foris vagatur, modò in plateis per omnes angulos infidiatur. deinde apprehensum osculata est eum, & impudenti vultu affata est eũ. Hostia pacifica mihi est, hodiẽ reddo vota mea: circò exij obuiam tibi, desideras faciem tuam: inueni te: intexui funibus lectulũ meũ, strauit tapetibus ex Aegypto: adspersi cubile meũ croco, domũ meam cinnamomo: veni, & fruamur amicitia, doncẽ illuceat dies: veni, & implicemur amore: & reliqua, quibus subiugit: neceperit illũ multũ sermo, & laqueis labiorũ præxit illũ. Ipse autẽ sequit eã delinire, & rursus dicit, noli attendere

attēdere mulieri prauæ: mel enim stillat à labijs mulieris fornicariæ, quod breui tempore impinguat guttur tuum. Postea amarius felle inuenies, & acutius gladio ancipiti. Et rursùm, Fuge, & nē moreris, neq; figas oculū tuum in illam: multos enim vulnerans percussit, & innumerabiles sunt, quos interfecit. Quod si non feceris, mutaberis, inquit, in nouissimis tuis, quandō confumentur carnes corporis tui, & dices, Quomodo odio habui doctrinam, & redargutiones iustorū declinauit cor meum: nō audiui vocem erudiantis me, & docenti me non accommodaui aurem meam: propemodū factus sum in omni malo. Nē pluribus testimonia producamus. Quod si aliqua omisimus, sapientes ipsi vobis legentes bona, ex sacris scripturis confirmemini, fugietes omnia praua, vt sancti reperiamini in vita æterna apud Deum.

De subiectione mulieris studiose erga virum suum & temperata. Cap. IX.

Mulier, subdita esto viro tuo: quoniā caput mulieris vir est: viri ambulantis in via iustitiæ caput est Christus: Christi caput est Deus & Pater eius. Igitur post omnipotentem Deum nostrum & Patrem, presentis & futuri seculi Dominum, omnis spiritus & omnis virtutis creatorem, & post dilectū eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, per quem gloria Deo: time tuum virū ō mulier, & reuerere, illi soli placere studens, illi obsequēs in ministerijs tuis: vt in te beatificetur vir per Sapientiā, dicentem per Solomonem hæc verba: Mulierem fortem quis intueniet? æstimabilior est lapidibus preciosis. Quæ talis est, confidit in ea vir suus: talis spolijs non indigebit. Operatur enim viro bona omnibus diebus vitæ suæ, ducens lanā & linum: fecit vtilia manibus suis. Facta est quasi nauis mercaturā faciens, de longē congregans victum suum. Et surgit de nocte, deditque cibaria domui, & opera ancillis. Cōsideras agrum, emit eum, & de fructibus manuum suarū plantauit possessionem. Accingens lumbos suos, sustulit brachia sua, & gustauit quod bonum est operari, & nō extinguitur lucerna eius in tota nocte. Cubitos suos extendit ad vtilia, manus suas firmat ad fufum. Manus suas aperuit pauperi, & palmā extendit mēdico. Non curat de ijs, quæ sunt, domi, vir eius: omnes enim qui apud eam sunt vestiuntur stolis duplicibus. Chlamydes fecit viro suo, ex bysso & purpura vestimenta. Cōspicius in portis vir eius, qñ sedet in cōfessu cum senioribus habitātib. Sindones fecit, & vedit Phœnicibus, cingula autem Chananeis. Gloriam & honorem induit, & gauisus est in diebus nouissimis. Os ei⁹ aperuit sapienter & opportunē, & ordinem misit linguæ suæ. Angustæ sunt semitæ domūs suæ, & panem ociosum non comedit. Aperuit os suum sapienter & conuenienter. Lex

Prou. 31.

miseri cordiæ in lingua eius. Surrexerunt filij eius, & ditatam laudauerunt eam: & vir laudauit eam. Multæ filiæ possederunt diuitias, multæ fecerunt virtutem. Tu autem supergressa es & superasti omnes. Falsa gratia & vana pulchritudo mulieris nē sit tibi: mulier enim pia benedicitur, & timens Deum ipsa laudatur. Date ei de fructibus labiorum ei⁹, & laudatur in portis vir eius. Et rursùm, Mulier fortis corona viro eius. Et rursùm, Multæ mulieres edificauerunt domum. Didicistis qualia encomia mulier temperata, & viri studiosa, capit à Domino Deo. Si fidelis & grata Deo cupis esse ō mulier, noli te ornare, vt placeas alienis viris, & meretricū plicaturas, vestitus, calcamenta imitari, ad alliciendum eos qui huiusmodi rebus tenentur. Nam quāquā tu non peccandi studio hoc nefas cōmisisti, sed tantū cultus causa: tamen non idē effugies pœnam, quia illo ornatu cōgisti aliquem, vt ad te concupiscendum induceretur. neque adhibuisti cautionem, vt neque tu in peccatum incideres, neque alij in scandalum. Quod si tu quoque peccabis, laxata libidine, & tu deliquisti, & illi⁹ animæ rea facta es. deinde cum in vno peccaueris, veluti in desperationem adducta, in alio rursùm delinques, vt quæ omnem sensum doloris amiseris, quemadmodū affirmat diuinus sermo: Impius, cum in profundū malorum venerit, contemnit: aduenit ei tristitia & opprobrium. Talis enim mulier deinde, vltra modum saucia, illa queat animas insipientium. Videamus igitur, quomodo triumphum agat de talibus diuinus sermo: Odi supra mortem mulierem, quæ est laqueus & plaga animæ. Ligatæ sunt manus eius. Et alibi: Quasi in auribus aurea in naribus suis, sic mulieri insipienti pulchritudo. Et rursùm, Sicut in ligno vermis, sic perdit viros mulier malefica. Et rursùm, Meli⁹ est habitare in angulo aperto, quā cum muliere procaci & contentiosa. Nolite igitur imitari vos tales mulieres, cum sitis Christianæ. Si verō fidem seruare velis viro tuo, stude vt illi tantū placeas. In plateis verō caput tuum vela. Nam si te texeris, ab adspectu tui arcebis curiosos. Noli depingere os tuum, quod fecit Deus. nihil est enim in te, quod ornatū desideret: quoniam omnia, quæ fecit Deus, erant valde pulchra: accessio autem ornamentum in pulchro est importuna, & artificis laudē dedecorat. Demissis oculis viam tuam ingredi, obuoluto capite, quemadmodū decet mulieres.

Prou. 12.
Prou. 14.

Prou. 13.

Eccēs 7.

Prou. 11.

Prou. 25.

Prou. 21.

✍

Non debere mulierem lauare vnā cum viro. Cap. X.

Deuita confusam vnā cum viris in balneo lotionem. Multa enim sunt retia mali. Mulier fidelis cum viris nē lauet: nam si contegit faciem, vt ab alienorum virorum adspectu os suum verecundē occultet: quomodo nuda cum viris talis mulier in balneū

intra-

Hæc duo aduerbia, ordinate & modestē, vsurpauit S. Ignatius ad Hieronem.

intrabit? Muliebre si sit balneum, cum pudore ordinatē & modestē lauet: neq; superflua lotionem faciat, neq; multam, neq; frequentem, neque in meridie: sed si fieri potest, neq; de die. Hora sit tibi constituta balneo decima. Oportet enim te, fidelis cum sis, omni occasione & vndique superuacaneam oculorū fedulitatem declinare.

De contentiosa & procaci muliere. Cap. XI.

S. Ignatius ad Trall.

Contentionem verō tuā aduersus oēs, maximē verō aduersus virum, præcide, fidelis cum sis, nē vir tuus, si infidelis fuerit vel gentilis, propter te offensus, Deum blasphemet, & tu illius vā hereditatē apud Deū

adepta reperiaris. Vē em̄, inquit, ei, propter quem nomen meum blasphematur inter gentes. Quod si fidelis vir tuus fuerit, cogetur tanquā scripturarum peritus dicere verbū, quod in sapientia inuenitur scriptum, Melius est habitare in deserto, quā cum muliere procaci & contentiosa. Quare mulieres per pudorem & māsuetudinem religionem ostendite, in conuersionem & exhortationē fidei externis omnibus, siue mulieribus, siue viris. Et si his paucis admonitis instituis vos sorores & filias, & membra nostra, ipse quoque tanquā sapientes, absque vllō vitē probro permanete. Querite vt disciplinam cognoscatis, per quam poteritis ad Domini nostri regnum bona ipsius voluntate peruenire, & requiescere.

Prou. 21.

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE, LIBER SECVNDVS.

De Episcopis, Presbyteris, & Diaconis. Caput I.



Tit. 1.

DE Episcopis audiuius à Domino nostro, Pastore, qui cōstituitur Episcopus per Ecclesiā in omni parœcia, oportere esse sine crimine, in quem non cadat reprehensio, expertem

Matt. 12.

Ibid.

3. Reg. 6.
2. Para. 34.
2. Para. 23.
S. Ignatius ad Trall.

Ira. 66.

Matth. 5.

omnis iniquitatis hominum, non minorem annis quinquaginta: quod quodammodo in hac ætate iuueniles perturbationes & externas calumnias superauit aduersus blasphemias, quæ multis à quibusdam falsis fratribus infliguntur, qui non norunt verbū Dei, quod est in Euangelio: Qui locutus fuerit verbum ociosum, reddet de eo rationē Domino in die iudicij. Et rursus: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Sit igitur, si fieri potest, eruditus & peritus in sciētia verbi cōuenienter ætati. Quod si in parua parœcia grandior natū aliquis nō reperitur, qui testimonio probatus & sapiēs, in Episcopum constitui possit, iuuenis verō ibi est, testimonium habens eorum, qui cum eo vixerunt, Episcopatus munere illum dignum esse, in mansuetudine & modestia se nequitiam præferens, & probatus talium testimonio commendatur, is constituatur in pace. Nam Solomon duodecimum agens annum, in Israēle regnauit: & Iosias octo annos natus, regnauit in iustitia. Item Ioias in septimo anno præfuit populo. Quare quantum iuuenis, at mitis esto, timidus & quietus. quoniam per Isaiam Dominus Deus inquit: Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, & timentem sermones meos per omnia? Item in Euangelio hoc modo: Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram.

Sit verō & misericors: quoniā rursus dictum est, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sit etiā bonę conscientia, omni malitia atq; improbitate vacuus: quoniam rursus dictū est, Beati munda corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Ibid.

Ibid.

Qualem oporteat esse Episcopum, & reliquos Clericos. Cap. II.

SIT igitur sobrius, temperans, moderatus, constans, placidus, non violentus, non percussor, sed equus, non contentiosus, non avarus, nō neophytus, nē in superbiam elatus, in iudicium & in laqueū incidat diaboli: quoniam omnis qui se exaltat, humiliabitur. Talem verō oportet esse Episcopum, qui sit vnus vir vxoris, quæ quidem semel nupserit, benē suę domui præsideat. Sic enim probetur, cum ordinationem capiēs, in Episcopatus loco collocatur, si sit honeste, fidelis, moderatus: si vxorem honestam habeat, vel habuerit: si filios religiosē educatos, & in disciplina Domini institutos produxerit: si domestici venerabiliter reuerenterq; omnes illi obediunt. Nam si secundū carnem propinqui, dissident ab eo, & parere ei nolunt: quoniam modo, qui extra domū propinqui futuri sunt, ei parebunt?

Tit. 3.

Luc. 14.

In quibus oporteat probari propositum Episcopum. Cap. III.

PRObetur igitur an vacet omni culpa in ijs, quæ ad communis vitæ vsum pertinent. Scriptum est enim: Exquirite diligenter assumendum in sacerdotium. Sit igitur expers ire, quoniam, inquit Sapientia, Ira sapientes perdit. Sit misericors, nō illiberalis, charitate præditus: quoniam dicit dominus, in hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si diligetis vos inuicem. Sit facili⁹

Leu. 21.

Ioan. 13.

ad

ad communicandum, studiosus viduarum, hospitalis, promptus ad suppeditandum, ad ministrandum paratum se exhibens, sine pudore inferuens, noscēs quisnam dignior sit vt accipiat.

Quod non oportet singulis viduis suppeditare, sed aliquando nupta praeponenda est: & quod voratori, ebrio, meriti non est ministrandum. Cap. IIII.

NAM si quæ vidua sit, quæ possit sibi necessarios vitæ vsus parare, alia verò sit nō vidua, sed tamē quæ vel propter morbum, vel propter alendos filios, vel propter manuum imbecillitatem egestate laboret, in hanc potius manum porrigat. Si quis verò helluo, ebriosus, iners, inopia rerum vitæ necessarium prematur, non estis subsidio dignus, neq; verò Dei Ecclesia. Scriptura enim de ijs inquit: Quoniam abscondēs piger manum suam in sinu, non poterit admouere ipsam in os suum. Et rursum: Piger comprehendit manus suas, & comedit carnes suas. Omnis enim ebrius & fornicator mendicabit, & induetur scissa & lacera somnolentus. Et alibi: Si dederis ad phialas & calices oculos tuos, postea ambulabis nudior piltillo. Verè enim pigritia mater est famis.

Prou. 19.

Prou. 6.

Prou. 23. Ignatius ad Tharsen.

Quod oportet Episcopum non esse acceptorem personarum in iudicando, & moribus moderatum, & victu frugalem. Cap. V.

NE sit autem Episcopus acceptor personarum: neque diuitem reuereatur, vel assentetur ei, præter id quod decet, neque pauperem contemnat vel opprimat. Non accipies enim, inquit Deus Mosi, personam diuitis, neque pauperis misereberis in iudicio: quoniam Domini iudicium est. Et rursum, Iustè persequeris iudicium. In cibo & potu frugalem & parcum se præbeat Episcopus, vt possit sobrius esse, dum corripit homines carentes disciplina: nec sit sumptuosus, nec delicatus, nec voluptuosus, neq; bonorum ciborum vorator. Sit autem patiens, longanimis in admonitionib⁹, copiosus in docēdo, meditatione, ac studio inuigilans in Dominicis libris: nimius in lectiōibus, vt scripturas diligenter exponat. Euangelium interpretetur conuenienter Prophetis & legi. Interpretationes ex lege & Prophetis, procedant ad conuenientiam & similitudinē Euangelij. Ait enim dominus: Scrutamini scripturas, quoniam ipsæ testimōnium perhibent de me. Et rursum, De me em Mosēs scripsit. Præ omnibus autem discriminator bonus sit, legem & traditiones diuidens, ac demonstrans, quæ sit lex fidelium, & quod sit vinculum infidelium, nē quis in vincula incidat. Attende igitur diligenter verbo o Episcopæ, vt, quatenus fieri potest, omnia ad verbū

Exod. 23.

Deut. 16.

Ioan. 5.

Ibid.

interpreteris. Et in multa doctrina abundē nutrias & illumines populum tuum illuminatione legis. Immittite enim, inquit Deus, ipsis lumen sciētiae, quod adhuc tempus est.

Quod Episcopus non debet esse turpis lucri cupidus, nec fideiussor, neque aduocatus. Cap. VI.

NE querat Episcopus turpe lucrū, maxime in gentibus: detrimentum patitur potius, quàm inferat: nē sit iniurius, nec rapax, nec expilator, nec diuitiarum cupidus: nē inopes odio habeat, nē sit loquax, nē falsum testimōnium dicat, nē sit iracundus, nē contentiosus, nē vitæ negocijs impediat, nē fideiubeat pro vllō, nec sit aduocatus in pecuniarum litibus: nē sit ambitiosus, nec duplicis mentis, neque bilinguis, neque ad calumniam, neque ad detrahendū præbeat aures: nē sit hypocrita: ad festa gentium nē accedat, vanis deceptionibus non vtens: nē sit cupidus, nec auarus, quoniam hæc omnia infesta Deo sunt, & demonibus amica. Hæc omnia Episcopus laicis confirmando denunciaret, inducens eos, vt eius mores imitentur. Timoratos enim, inquit, facite filios Israel. Sit sapiens, humilis: præceptor in disciplinis Domini: bonæ mentis, qui abrenunciauerit omnibus, quæ sunt in vita, malis studijs, & omnibus ethnicis cupiditatibus. Sciat benè præcipere: sit acutus in cognoscēdis malis, ijs quæ vitandis: amicus omnibus, iustus, iudicio præditus. Et denique quæcūque bona in hominibus reperiuntur, ea Episcopus in se possideat. Quoniam si vacauerit iniustitia Pastor, proprios discipulos coget & consuetudine sua compellet, vt suarum actionum digni imitatores existāt, vt inquit quodā in loco Propheta, Et erit sicut sacerdos, sic & populus. Etenim Dominus noster & magister Iesus Christus filius Dei, incepit prius facere, & postea docere, vt inquit Lucas: Quæ incepit Iesus facere, & docere. Propterea dicit, Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Dei. Speculatores enim oportet vos Episcopos fieri populo: quoniam & vos speculatorem habetis Christum, igitur efficiamini vos quoque boni speculatores populo Dei: quoniam ait Dominus per Ezechielem, ad vnumquemque vestrum dicens: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & custodies, & annuncias ipsum ex me: dicente me iniquo, Morte morieris, & non locutus fueris, vt auerteres iniquum ab iniquitate sua: iniquus ille in iniquitate sua morietur, & sanguinem illius de manu tua requiram. Tu verò si annunciaueris iniquo, vt auertatur à via sua, & non fuerit auersus, ipse in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti. Similiter si gladius belli venerit, & constituerit populus speculatorem ad custodiam, & videns eum venientem non indi-

Deut. 31.

Ila. 24.

A.G. 1.

Matth. 5.

Ezech. 33.

indi-

indicauerit, & ceperit animam, anima quidē peccato ipsius capta est, sanguis verò de manu speculatoris requiretur, quoniam non significauit tuba. Si autem significauerit buccina, & non cauerit qui audiuit, & venerit gladius & ceperit eum, sanguis ipsius erit super ipsum, quoniam non cauit audiens buccinam: qui verò cauit, animam suam liberauit, & speculator, quoniam significauit, vita viuet. Gladius est iudicium: tuba, sacrum Euangelium: speculator, constitutus in Ecclesia Episcopus, quem oportet annunciantem contestari & confirmare de iudicio. Nisi annunciaueritis, & contestati fueritis populo, in vos peccatum ignorantium recidet. Ideo carentes disciplina admonete, & redarguite cum libertate: ignorantes docete: scientes confirmate: errantes reducite. Eadem de iisdem rebus dicentes, non peccabimus fratres. Nam ex frequentibus sermonibus verisimile est, aliquos pudore deterritos, quantum semel, aliquid boni facturos, & mala declinatos. Inquit enim per Prophetā Dominus: Contestare ipsis hæc, fortè audient vocem tuam. Et rursum: Si fortè quiescant. Et Moses dicit populo: Si auribus audiueris Dominum Deum, & feceris bonum & rectum in oculis eius. Et rursum: Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Et Dominus in Euangelio sæpè inculcat illud, Qui habet aures audiendi, audiat. Et sapiens Solomon dicit: Audi fili disciplinam patris tui, & nē abijcias legem matris. Atque hucusquē quidem non audiuerunt: nam cum audire viderentur, perperam audiuerunt, relinquētes vnus ac solum verum Deum, in perniciosas & graues hereses inducti, de quibus alio loco dicemus.

Ezech. 2.

Ezech. 3. Exod. 15.

Exod. 20.

Luc. 8. Matth. 13. Prou. 1.

Qualem oportet esse inuitatum. Cap. VII.

Cognitum autem sit vobis, charissimi, quod baptizati in mortem Domini Iesu, amplius peccare nō debent. Nam vt mortui peccandi potestate sunt priuati, sic qui commoriuntur Christo, peccati consuetudinem amittunt. Quare non credimus fratres eum, qui lauacrum vitæ est adeptus, postea iniquorum flagitia facturum: qui verò post baptismum peccauit, nisi peccati dolore sit affectus, & delictis finem faciat, condemnabitur in gehennam.

De eo, qui iniuste accusatur, vel de eo qui redarguitur. Cap. VIII.

SI quis ab infidelibus per calumniam accusatur, eò quod vnà cum eis flagitiosè non viuat, sciat quod talis beatus apud Deum censetur, quemadmodum in Euangelio Dominus dicit: beati eritis cum exprobrauerint vobis, vel persecuti vos fuerint, vel dixerint contra vos omne malū, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis. Si quis igitur blasphemiam patitur in re falsa, is beatus est existi-

Matth. 5. Luc. 6.

mandus. dicit em scriptura: Vir reprobus intentatus apud Deū. Quod si quis aliquā rem iniquā egisse conuincatur, is non modò sibi obfuit, sed etiā cōmuni Ecclesie corpori & doctrinæ blasphemiam intulit. Quasi nō facietibus nobis illa, quæ bona esse dicimus, & arguemur à Domino, Quoniam dicunt, & nō faciunt. Vnde tales verè conuictos & redargutos vitabit cum libertate Episcopus, si mores non mutauerint.

Ecci. 34.

Matth. 23.

Quod integrū oportet esse Episcopū. Cap. IX.

Non solum enim offensio vacare Episcopum oportet, sed etiā acceptorē non esse personarum, in bonitate corrigenē peccatores. Quod si ipse nō bona cōscientia prædit⁹, personis gratificatus fuerit, propter turpem quandam & questuosam munerum perceptionem parcat impiè peccati, permittens eum in Ecclesia manere, negligens diuinam illam & Domini vocem, dicentem: Iustè, quod iustum est, persequeris: non accipies personam in iudicio, nō iustificabis impium, non capies munera propter animam: munera enim obsecant oculos sapientum, & euertunt verba iustorum. Et in alijs inquit, Educite malum de vobis. Et Solomon dicit in Prouerbijs: Eijce pestilentem de consilio, & exhibit cum eo contentio.

Exod. 23. Deut. 16.

1. Cor. 5. Leu. 24. Prou. 22.

Quod Episcopus sine iudicio parcens peccatori, est in culpa. Cap. X.

Is igitur rebus non attendens, inconsideratè parcat, cui debet pena. Quod Saul fecit in Agag, & Heli in filijs, qui non nouerant Dominū: qui talis est, prophetauit propriam dignitatem & Dei Ecclesiam, quæ sua parocia continetur. Iniustus est ille & Deo, & sanctis hominibus, vt qui causam scandali dedit multis nupèr illuminatis, & catechumenis, atq; etate iuuenibus: quem vè manet, & mola asinaria in collo, & profundum, cui obnoxius factus est. Nam propter omissi iudicij iniquitatem, videntes talem virum sibi præesse, ipsi inter se disceptabant, lapsiq; in eundem morbū, vnà cum illo interire cogentur, vt populus cum Roboam, & cum Core ij, qui eum adiuuerūt. Quod si peccator cernet Episcopum & Diaconos criminis expertes, & gregem purgatum, primum non audebit per cōtemptum in ecclesiam intrare, perculsus conscientia. Quod si id nihili faciens ingrediatur, continuo refutabitur, vt Ozar cum arcam attrectasset, & vt Achar in furto muneris, & vt Giezi in pecunijs Naaman: & statim pœnas dabit, vel correptus à Pastore, in pœnitentiam reducet. Circumspiciens enim omnes singulatim, & in nullo maculā inueniens, neq; in Episcopo, neq; in populo sibi subiecto: pudore affectus, cum multis la chrymis egredietur, pacificè commotus, & grex relinquetur purgatus: ille verò ingemifcet in conspectu Dei, & pœnitentiam aget de ijs quæ peccauit, & habebit sibi: grexque

1. Reg. 15. 1. Reg. 2.

Matth. 8.

3. Reg. 12. Num. 16.

2. Reg. 6. Ios. 7. 4. Reg. 5.

e totus

rotus videns illius gemitum, admonebitur, quod peccator si pœnitentiam egerit, non perit.

Quomodo oporteat Episcopum iudicare eos qui peccant. Cap. XI.

QVarè, ô Episcopo, stude mûditie operum excellere, cognoscens locum ac dignitatè tuam, tãquàm locû Dei obtinens, eò q̄ p̄res omnibus, dominis, sacerdotibus, regibus, principib⁹, patribus, filijs, magistris, atq; subditis simul omnibus. Sicq; in ecclēsia sede cùm sermonem facis, vt potestatem habens iudicâdi eos, qui peccauerūt: quoniam vobis episcopis dictû est, Quodcunque ligaueritis super terram, erit ligatum in cœlo: & quodcunque solueritis super terram, erit solutum in cœlo.

Matth. 18.

Doctrina, quomodo oporteat se gerere cum pœnitentibus, & huius rei exempla varia. Cap. XII.

Iudica igitur, ô Episcopo, cum potestate, tãquàm Deus, sed pœnitètes recipe. Deus enim, misericordiarû Deus est. Increpa peccantes: admone eos, qui non conuertuntur: hortare stantes vt perseveret in bonis: pœnitentes recipe, quoniam Dominus Deus cum iureiurando promissit remissionem se cœcesurum pœnitentibus de ijs, quę peccauerūt. Dicit enim per ipsum Ezechiel: Dixi eis, Viuo ego, dicit Dominus Adonai, Si voluero mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur impius à via sua mala, & viuat. Conuertimini igitur à vijs vestris malis: & vt quid moriemini domus Israel? Hic sermõ fidutiam dedit peccatoribus, vt si pœnitentiã egerint, salutis spem habeant: nè aliquandò sensu doloris amisso, se tradant iniquitatibus, sed habentes spem salutis, conuersi clamant ad Deum pro peccatis suis, & pœnitentiam agât ex corde placentes eum: & accipiant ab eo ignoscenciam velut à patre bono.

Ezech. 18. & 33.

Quod oportet fugere experientiam peccatorum. Cap. XIII.

EOS verò, q̄ non peccauerūt, tales manere oportet, neq; descendere ad experientiam peccatorum, nè opus habeant dolore, tristitia, gemitu pro remissione. Quid enim scis homo cùm peccasti, si vnum diem victurus es in hac vita, vt pœnitentiã agere possis? quoniam incertus est tuus è vita discessus, & in peccato morienti nulla pœnitentia relinquitur, vt inquit per Dauid, In inferno quis confitebitur tibi? Oportet igitur paratû esse in bonis, vt sinè tristitia illud iter peragam⁹. Propterea hortatur diuinus sermo, per sapiẽtem Solomonem dicẽs: Tibi prepara in exitum opera tua, & para in agrum, nè desit nobis aliquid ex bonis, quæadmodum quinq;

Psal. 6.

Prou. 24.

in Euagelio virginibus per stultitiam defuit pietatis oleum, & extinctis diuinæ cognitionis lampadibus, expulsæ sunt à sponso. Propterea securus manet omnis, qui vitæ suæ parcat, & perseverat sinè peccato, vt iustitias à se prius peractas, sibi cõseruet. Tu igitur ita iudica, tanquàm Deus iudicium exercēs. Iudicium enim, inquit, Domini est. Primum igitur potestate reum iudica, deindè cum misericordia, humanitate, & indulgentia eum cõcilia, promittes ei salutem, si morem mutauerit, & ad pœnitentiam redierit. Pœnitentem corripiendo recipe, memor Domini dicentis, quod gaudium sit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.

Matth. 25.

Exod. 23.

Luc. 15.

De dicentibus, recipiendum non esse pœnitentem. Cap. XIII.

Si pœnitentem non receperis, infidiatoribus trades, oblitus Dauid dicẽtis, Nè tradas bestijs animam cõitentem tibi. Idè inuitans ad pœnitentiã Ieremias, inquit: Num cadens non refurgit, vel se conuertens non conuertitur? Quoniam cõuersus est populus meus conuersione audaci, & deuicti sunt in electione ipsorum. Conuertimini, qui elongati estis, & ego medebor cõtritionibus vestris. Recipe igitur pœnitentem, sinè vlla dubitatioe omninò, neq; impediari ab ijs, qui crudeliter dicunt, nõ oportere cum ijs coinquinari, neq; sermonis communionẽ habere. Hęc enim cõsilia sunt hominũ ignorantium deũ, atq; eius prouidentia de agrestibus beluis, ferisq; indomitis, Nõ enim videt, quod oportet non communionẽ sermonis cauere à peccatoribus, sed operis. Iustitia enim iusti super ipsum erit, & iniquitas iniqui super ipsum erit. Et rursùm: Terra si peccauerit mihi, vt preuaricaretur preuaricationem, & extendam manum meã in illam, & conteram super eam virgam panis, & immittam famem, & exterminabo ab ea hominem & iumentum. Et si fuerint tres viri in medio eius, Noe, Iob, & daniel, ij in iustitia sua saluabunt animas suas, dicit Dominus Adonai. Manifestè declarauit scriptura, quod iustus sit vixerit cum iniquo, non perit cum eo. In hoc enim mundo iusti & iniusti vnà cõgregantur societate vite, non sanctitatis: neque in hoc peccant sancti. Imitatores enim sunt Patris sui, qui est in cœlo: qui Solem suum oriri facit super iustos & iniustos, & pluit super bonos & malos: & nullum ex hoc periculũ imminet iusto: nam in stadio & victores cernuntur, & victi: in corona soli, qui generosè certauerunt. Nemo verò coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Vnusquisque de se confitebitur, & non perdet Deus iustum cum iniusto. quoniã apud eum expers peccati vita, immunis est à supplicio: nam nec Noe aqua obruit, neq;

Psal. 73.

Ier. 8. & eadem habet sententiam Ignat. ad Ephes.

Ezech. 18.

Ezech. 14.

Ignat. ad Philadelph. Matth. 5.

2. Tim. 2.

Gen. 7. Gen. 19. Iof. 2.

Lot incendio consumpsit, neque Raab vnà cum alijs interemit.

Quod

Quod nemo pro alio puniatur, sed vnusquisque pro se rationem reddat. Cap. XV.

QUod si scire vultis ea, quæ nobis eueniunt: Iudas cùm esset nobiscum, accepit sortem ministerij eam, quã nos accepimus: Et Simõ Magus accepit sigillum in Domino. Sed vterque cùm se prauũ ostēdisset, alter suffocatus est, alter contra naturam volans, attritus est. Et in arca Noe & filij eius erant, sed solus Cham improbus reperiens, in filio pœnas dedit. Quamquàm parentes pro filijs non puniuntur, neque filij pro parentibus, neque serui pro dominis, neque propinqui pro propinquis, neque amici pro amicis, neq; iusti pro iniustis, sed vnusquisq; de suis operibus rationẽ est redditurus. Nam neque Noè pro mundo pœnas pendit, neq; Lot pro Sodomitis igne flagrauit, neq; Raab pro Ierichuntijs interfecta est, neque Israhel pro Aegyptijs. Non enim cohabitatio condemnat iustos cum iniustis, sed eiusdem propositi ac voluntatis cõsensus. Non oportet igitur ad eadem paratis, necijs qui odio homines habent, neque criminum studiosis, & per occasionem mortem inferentibus, mentem adhibere: alius enim pro alio mortem non subit, sed propriorum peccatorum catenis vnusquisque constringitur, & ecce homo & opus eius.

Act. 1.

Act. 8.

Genes. 9.

Prou. 5.

Quod oportet infirmis in fide opem ferre. Cap. XVI.

Oportet autem vos opem ferre infirmis, periclitantibus, & errantibus, & quod ad fieri potest, sermonis exhortatione sanare eos, & liberare à morte. Non enim opus habent, qui valent, medico, sed qui ægrotat: quoniam non est voluntas coram Patre, vt pereat vnus ex paruulis. Non enim hominum duri cordis voluntatẽ expendere oportet, sed Dei & Patris cunctorum, quæ est per Christum Dominum nostrum, cui honor in secula. Amen.

Mat. 9.

Matth. 18.

Quod non oportet Episcopum obsequi laico sedulioso. Cap. XVII.

NON enim est equum, caput cùm sis ô Episcopo, caudæ obsequi, hoc est, laico homini seditioso in alterius perniciem, sed Deo soli. Imperare enim debes subditis, non parere: nam neque filius imperat patri secundum originis rationem, nec seruus domino secundum potestatis rationem, neque discipulus magistro, neque miles Regi: ita neque laicus Episcopo. Nam quod dicitur, Nè videantur, cum iniustis consuetudinem habentes, sermonis doctrina quasi contagione inquinari, vel communicare cum eorũ peccatis: Ezechiel præcõdens hanc improborum suspensionem, inquit: Quid vos dicitis ipsis parabolam hanc in terra Israel: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filio-

Cap. 18.

rum obstupescunt? Viuo ego, dicit Adonai Dominus, Si dicitur in vobis hęc parabola in Israel: quoniam omnes animæ meæ sunt: Quomodò anima patris, ita anima filij mea est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Vir autem, qui erit iustus, faciens iudicium & iustitiam. Et deinceps exponens reliquas virtutes, concludit dicens, quod hic iustus est, vita viuet, dicit Dominus Adonai: Et si genuerit filium pestilentem fundentem sanguinem, & in via patris sui iusti non ambulauerit. Et subiungens reliqua quæ sequuntur, tandem infert: Vita nõ viuet: omnes iniquitates has fecit. morte morietur. Sanguis eius super ipsum erit. Et dicere quod non portauit filius iniquitatem patris, & iustitiã ipsius, qui iustitiam & misericordiam fecit, & dices eis, Anima quę peccauit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater nõ portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super ipsum erit, & iniquitas iniqui super ipsum erit. Et paulò post ait: Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniustitiam, secundum omnes iniquitates non recordabuntur: in preuaricatione, quam præuaricatus est, & in peccato, quo peccauit, in eo morietur. Et post pauca infert: Cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam fecit, & fecerit iudicium & iustitiam: hic animam suam seruaui, & auerterit se ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit: vita viuet, & non morietur. Et infra: Secundum vias vestras iudicabo vos domus Israel, ait Dominus Adonai. Videte filij nostri charissimi, quàm misericors cum iustitia sit Dominus & deus noster, bonus & benignus, qui innocentẽ non absoluit: reum, & se conuertentem, recipit atque viuificat, non relinquens suspicandi locum acerbè iudicare volentibus, ac omninò declinare peccantes, & nullam societatem cum eis habere sermonũ consolatoriorum, qui ad pœnitentiam possint inducere. Contra quos Deus per Isaiam inquit Episcopis: Consolamini consolamini populum meum, Sacerdotes, lo quimini ad cor Ierusalem.

Quod oportet sacerdotem neq; contemere peccata, neque esse promptum ad puniendum. Cap. XVIII.

Oportet igitur vos, ipsum audiẽtes, hortari eos, qui in peccatum inciderunt, & ad pœnitentiam inuitare, & bonam spem iniicere, ac non existimare vos delictorum communionem habituros ob charitatem, quæ erga illos ostenditur. Libenter verò pœnitentes admittite, gaudẽtes illorũ causa, cum misericordia & humanitate iudicantes eos, qui deliquerunt. Nam si aliquem in ripa fluminis ambulantem, & labi incipientem, baculo impuleris, & in flumẽ deieceris, cui potius manum eras porrecturus: certè occidisti fratrem, cùm labẽti dexterã præbere debeas, nè penitus intereat, vt populus admoneatur,

Esa. 40.

Ignat. ad Philad.

Iſa. 62.

Ierem. 12.

Ierem. 23.

Malach. 1.

& nē, qui peccauit, omninō pereat. Oportet autē te, Epifcope, neq; contēnere populi peccata, neq; pēnitentes vitare, nē tanquā im-

peritus corrupas gregē Domini, & vile efficias eius nomē nouum, quod est impofitū eius populo, & exprobrabitur tibi, ſicut antiquis paſtorib⁹, de quibus Dominus per Ieremiam dicebat: Paſtores multi corruerunt vineam meam, in quinauerūt hereditatē meam. Et alibi: Contra paſtores incitatus eſt furor meus, cōtra agnos irarcar. Et in alijs: Vos ſacerdotes, qui vilificatis nomen meum.

De pēnitentia, & quis ſit eius modus, & quomodo recte peragatur.

Cap. XIX.

Luc. 23.

Pſalm. 129.

Genef. 4.

Num. 12.

CVM aliquem peccauiffe cognoueris, exacerbatuſ iube eum forās eijci, & ex-eunte illo exacerbentur Diaconi, ac queſitū detineant extra Eccleſiam, ingreſſi que pro eo te rogent: etenim pro peccatoribus ſaluator patrem rogauit, vt in Euangelio eſt ſcriptum: Pater, dimitte eis: non enim ſciūt quid faciunt. Tunc tu iubebis illum intrare, & expendens an pēniteat, & dignuſ ſit, qui in eccleſiam omninō recipiatur, afflictuſ illum diebus ieiuniorum pro ratione peccati hebdomadas duas, vel tres, vel quinque, vel ſeptem, dimitte, dicens ei quecunq; conueniunt ad peccatorem corripiēdum, & increpatum doce, & admone, vt maneat apud ſe, & humiliter ſe gerat, roget que Deum vt ſit ſibi benignuſ, & dicat: Si iniquitates obſeruaueris Domine Domine, quiſ ſuſtinebit? Quoniā apud te eſt propitiatio. Nam quidam huiuſmodi ſinnuit illud, quod in Geneſi dictuſ eſt Cain: Peccāſti, quieſce. hoc eſt, nē addas. Nam quod eū, qui deliquit, oportet proprij delicti pudore affici, ſatis demōſtrat ſermo Moſis pro Maria dictuſ, quandō rogabat vt ei peccatū remitteretur. ait enim Deus moſi: Si pater eius ſpuiſſet in faciem illiuſ, nō nē verecundia affecta eſſet? ſeptem dies eijciatur extra caſtra, & poſtea ingredia-tur. idem nos facere debemus, & eos, qui ſe peccatorum pēnitere dicunt, ſegregate per certum tempuſ ſecundū proportionē peccati, deinde pēnitētia peracta, recipere tanquā patreſ filioſ.

Quod ſine repræhenſione oportet eſſe Epifcopum, tanquā formam ſubditorum.

Cap. XX.

QUOD ſi Epifcopuſ ipſe in offenſione fuerit, quomodo ampliūſ prodiſſet ad queſtendum crimen alicuiuſ? vel ad coarguendū aliquē, cum ob gratificatio-nem perſonarum, vel ob munerū perceptio-nem nec ipſe, neque diaconi bona conſcien-tia præditi fuerint? Nam cum magiſtratuſ pe-tit, & iudex capit, nunquā ad finem perdu-citur iudiciuſ. Quod ſi cum furibus ſocie-tatem habeant, & iudicio viduarum non at-tendant, non poterunt qui Epifcopo ſub-

ſunt, adiuuare Epifcopum: Dicent enim ei quod eſt in Euāgelio ſcriptuſ, Quid adſpi-cis feſtucam in oculo fratris tui, trabem verō in proprio oculo non cōſideraſ? Caueat igitur Epifcopuſ cum ſuis diaconiſ, vt audiat ſermonem eiuſmodi, hoc eſt, nē det occaſio-nem. Nam peccator cum videt aliquem ſimi-lia ſuorum operum facientem, confirmatur vt eadē faciat. Deinde improbuſ ex illo vno ocaſionem accipiens, cum alijs operatur, (quod abſit) atq; ita peruertitur ouile. Cum enim plureſ ſunt peccanteſ, maior exiſtit im-probitaſ, quæ ab illiſ committitur. Pecca-tum enim non reſpreſſuſ, ſit deteriuſ, & in alioſ graſſatur: Quoniā paruſ fermentuſ totam maſſam corrum-pit, & fur vnus vniuerſe genti fraudem illam inuehit, & muſcæ mortuæ corrum-punt vnguenti ſuaui-tatem: & Rex ſi audiat ſermonem iniuſtitiæ, omneſ eius miniſtri ſiunt iniuſti: ſi cuiſ ſcabi-oſa cum alijs communicat morbum, niſi ſeparētur ab ea oueſ integræ: & homo peſtilens, à multiſ cauendū eſt: & canis rabiduſ, niſi cōrceatur, periculofuſ eſt omniſ quos attigerit. Si igitur hominem iniquuſ ab Ec-cleſia non ſeparemuſ, faciemuſ domum Dei ſpeluncam latronum. non enim oportet in peccantibuſ conuiuere, ſed coarguere, ad-monere, vrgere, ieiunijs affligere, vt alijs timorem incutiaſ: Timoratoſ enim (inquit) facite filioſ Iſrael. Oportet enim Epifcopum peccatorum prohibitorē per admonitio-nem effici, iuſtitiaſ ſcopum, preparatorum à Deo bonorum præconem, & futuraſ in iudi-cio iræ nunciuſ, nē Dei plantationē ob negligentiam contemneſ, audiat quod in Oſea dictuſ eſt: Quareſ reticuiſti impieta-tem, & fructuſ eius vindemiaſtiſ?

Quod oportet Epifcopū curare, nē populuſ pec-cet, cum ſit ei uſ ſcopuſ. Cap. XXI.

OMNIUM curam habeat Epifcopuſ: eo-rum qui non peccauerunt, vt perſe-uerent ſine peccato: & eorum qui peccant, vt pēnitentiam agant. Dicit enim Dominuſ vobiſ: Videte nē contemnatiſ vnū ex paru-liſ iſtiſ. Et pēnitentibuſ remiſſionem cō-cedere oportet: nam eo ipſo quo delinquēſ, vero affectu dicit, Peccaui in Dominuſ: reſpondet Spirituſ ſanctuſ, Dominuſ remiſit tibi peccatuſ: conſide, non morieris. Reco-gnoſce igitur o Epifcope dignitatem tuam, quod ſicut ligandi poteſtatem accepſtiſ, ſic etiā & ſoluendi. Obtinens igitur ſoluendi poteſtatem, recognoſce teipſum, & ſecun-dū dignitatem loci tui in hac vita verſa-re, ſciens quod de pluribuſ rebuſ ratio abſ-tere requiretur. Cui enim (inquit) depoſituſ eſt multuſ, abundantiuſ repetetur ab eo. Nam peccati expereſ reperitur nemo, excepto eo, qui propter noſ factuſ eſt homo: quo-niam ſcriptuſ eſt, Nemo mūdūſ à ſordibuſ, neque ſi vnū diem vixerit. Atque ob hanc cauſam,

Prou. 20.

Num. 18.

Ezech. 34.

cauſam, veterem iuſtorum & Patriarcharum vitæ, conſuetudineſ que conſcriptæ ſunt, nō vt ijs exprobremuſ, cum illa legimuſ, ſed vt noſ pēnitentiam agamuſ: & bonam ſpem habeamuſ, noſ remiſſionem conſecuturoſ. Nam in illorum ſordibuſ noſtra ſecuritaſ & admonitio conſiſtit, quod veniam obtine-bimūſ. Scriptuſ eſt enim: Quis gloriabitur caſtū ſe habere cor? vel quiſ conſidit mundū ſe eſſe à peccato? Nemo igitur ſine peccato viuut. Tu igitur, quoad poteſ, conare reprē-henſione carere, & de omniſ ſolicituſ eſto, nē quiſ propter te ſcandalum paſſuſ pereat. Laicuſ enim de ſe ſolo eſt ſolicituſ, tu autem de omniſ, vt qui maiuſ onuſ habet, & gra-uiuſ ſuſtineſ ponduſ. Scriptuſ eſt enim: Et dixit Dominuſ ad Moſen & Aaron, Accipi-etis peccata ſacerdotij. Quareſ tanquā de pluribuſ rationem reddituruſ, de omniſ curam ſuſcipe: ac ſanū quidem conſerua, peccantem caſtiga, & ieiunio afflictuſ re-ſcua, & ingemifcentem recipe, omni Eccleſia pro illo rogāte, manuſq; ei impoſita, permit-te deinde illum eſſe in ouili. Somnolentoſ autem & inertes conuerte, confirma, hortare, cura, ſciens quanta merceſ tibi parata ſit, cum hæc faciaſ: quemadmodū contra, quā-tum periculū tibi imminet, ſi hæc negli-gaſ. Inquit enim negligentibuſ populū Epif-copuſ Ezechiel: Væ paſtoribuſ Iſrael, quoniam paſcebant ſemetipſoſ: non greges paſ-cunt paſtoſeſ, ſed ſeipſoſ. Lac comeditiſ, & lanuſ induimini, craſſuſ occiditiſ, oueſ non paſcitiſ. Quod infirmuſ fuit, non conſolidā-tiſ: & quod egrotuſ, non ſanātiſ: quod conſractū eſt, non reduxiſtiſ: & quod perierat, nō que-ſiſtiſ: ſed in potētia corrigebatiſ illaſ & cum ſuperbia, & diſperſæ ſunt, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationē omniſ feruſ ſyluæ. Et rurſum: Et non quaſiuerunt paſtoſeſ oueſ meaſ, & paſcebant paſtoſeſ ſeipſoſ, oueſ autem meaſ non paſcebant. Et paulō poſt: Ecce ego aduerſuſ paſtoſeſ, & exquiram ego oueſ meaſ de manu ipſorum: & ceſſare faciam eoſ, nē paſcant oueſ meaſ, & non paſcent ampliūſ paſtoſeſ ſeipſoſ, & liberabo oueſ meaſ de manu ipſorum, & non erunt ipſiſ in eſcam. Et ſubiungit, populo dicēſ: Ecce ego iudicabo inter ouem & ouē, arietem & arietem. Num parūſ erat vobiſ quod paſcua bona depaſcebatiſ, & reliquiaſ paſcuarum conculcaſtiſ pedibuſ veſtriſ, & oueſ conculcationeſ pedum veſtrorum comede-bant? Et paulō poſt ſubiungit: Et cognoſcetis quod ego Dominuſ, & voſ oueſ paſcuarum mearum. Homineſ mei eſtiſ, & ego Deuſ veſter, dicit Dominuſ Adonai.

Quod paſtor negligenter ſe gerens, cum omni-buſ penaſ dat: & oueſ non obedi-ent paſtori, puniuntur. Cap. XXII.

AVdite Epifcopi, & audite laici, quomo-dō dicit Deuſ, Iudicabo inter arietem & arietem, & inter ouem & ouem. Et ad paſtoſeſ dicit, Iudicabimini propter imperitiā veſtram & perditionem ouium. Hoc eſt, In-ter Epifcopum & Epifcopum iudicabo, & inter laicuſ & laicuſ, & inter Principem & Principem. Sunt enim rationaleſ hæ oueſ & hi arietes, nō irrationaleſ, nē fortē dicat lai-cuſ, Ego oueſ ſum, non paſtor, & nullam ra-tionem mei habeo, ſed paſtor videbit, & ipſe ſoluſ de me rationem eſt reddituruſ. Nam quemadmodū ſi oueſ bonuſ paſtoſeſ non ſequatur, lupuſ exponitur ad interituſ: ita ſi malū paſtoſeſ ſequatur, in euidentem mortem incidit: vorabit enim eam paſtor. Quareſ fugiendi ſunt paſtoſeſ pernicioſi.

Quomodo oportet ſubdituſ obedire præſidenti-buſ Epifcopiſ. Cap. XXIII.

PAſtoſeſ bonuſ laicuſ honoret vt do-minuſ, vt pontificem Dei, vt magiſtrū pietatiſ. Nam qui illum audit, Chriſtū audit: & qui illū ſpernit, Chriſtū ſpernit: qui verō Chriſtuſ non recipit, non recipit eiuſ De-um ac patrem. Nam qui voſ audit, inquit, me audit: & qui voſ ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Item Epifcopuſ laicuſ vt filioſ diligaſ, foueſ ac complectent ſtudio tanquā ouā ad pulloſ procreandoſ, vel tanquā pulloſ in vlniſ tenenſ ad educandaſ gallinaſ: omneſ admonenſ, omneſ (qui quidem reprēhenſio-ne opūſ habent) obiurganſ, ſed non percu-tienſ: adigēſ ad pudorem, ſed non ad euer-ſionem: caſtigāſ ad conuerſionem, coargu-ēſ ad correctionem & reſtitudinem viæ. Quod eſt validuſ, conſerua: hoc eſt, quod eſt firmuſ, fide ſecurum cuſtodi, populūſ pacificē paſcēſ: infirmuſ cōſolida, hoc eſt, quod tentationē patitur, admonitione con-firma. Aegrotuſ ſana, hoc eſt, quod laborat ex fide in incertitudine, per doctrinam cura: Fractuſ alliga, hoc eſt, quod errauerat, vel quod comminutuſ vel diſruptuſ fuerat peccatiſ in errore viæ, alliga per conſolato-riam admonitionem: leuatuſ delictiſ, & bona ſpe iniectaſ recreatuſ, ſic robuſtuſ ad Eccleſiam reuoca, reducēſ ad gregem. Ab-iectuſ reſtitue, hoc eſt, in peccatiſ repertū, & in penam ſegregatuſ, non permittenſ forſ manere, ſed apprehendēſ & conuer-tent, reduc ad ouile, hoc eſt, ad populūſ im-maculatæ Eccleſiæ. Quod perierat, quære: hoc eſt, eum qui ob multitudinem peccato-rum de ſalute deſperauerat, nē ſinaſ fundi-tuſ interire: eum, qui ob multuſ torporem atque inertiam ſomnoletuſ factuſ eſt, & qui propter grauē ſomnuſ ſuæ vitæ eſt obli-tuſ, & à proprio ouili ita longē diſceſſit, vt in lupoſ incideret, tu require, & correptuſ cō-uertere, & ſobriuſ eſſe hortare, atque ſpem iniice, non permittenſ illum dicere id, quod

54
Ezech. 33.

à quibusdam dicitur, Quòd impietates nostræ in nobis sunt, & in ipsis tabescimus, & quònam modo viuemus? Si igitur fieri potest, transferat in se Episcopus peccatum, & dicat ei qui peccauit: Tu modò conuertere, & ego mortem debitam tibi, in me suscipio, vt Dominus mortem nobis & omnibus debitam, in se suscepit. Nam bonus pastor animam suã ponit pro ouibus suis: mercenarius autè, qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum veniẽtem, hoc est, diabolu, & relinquit oues, & fugit, & lupus diripit eas. Intelligere igitur oportet, quòd cum erga peccatores misericors sit D E V S, cum iureiurando pœnitentiam promittit.

Ioan. 10.

Qui ergò peccat, & promissionẽ Dei de pœnitentia ignorat, & longanimitatem ac patientiam eius nescit: præterea verò sanctas Scripturas eam prædicantes, cognitatas non habet, vt qui abs te eas non didicerit, is ad interitum ruit: tu verò tanquàm pastor beneuolus & custos bonus, inuestiga numerans gregem, & quod deest, quære, quemadmodum Dominus Deus & bonus Pater noster, cum misisset filium suum pastorem bonum & saluatorem, magistrũ nostrũ Iesum, mandauit ei vt relinqueret nonagintaouẽs in montibus, & pergeret ad querendam errantem, & inuentam super humeros attolleret, & ad gregem ferret, letus quòd perditam ouem reperisset. Eodem modo te obedientẽ præbe õ Episcopo, querens quod periãrat, dirigens quod aberrauerat, reducens quod recesserat: potestatem enim habes reducẽdi, & absoluendi vulneratos in remissione. Propter te Saluator dicit paralytico in peccatis, Remittuntur tibi peccata. Fides tua te saluauit, vade in pace. Pax autem & portus tranquillus, est Dei ecclesia, cui absoluendo peccatores restitue sanos, immaculatos, alacres, studiosos, laboriosos in operibus bonis. Vt peritus & clemẽs medicus, medere omnibus in peccato errantibus. non enim opus habet, qui valent, medico, sed qui egrotant. Venit enim filius hominis saluare & querere quod errauerat. Quoniam ergò medicus es Ecclesiæ Dei, adhibe medicamentum accommodatum vnicique egrotò: Omnibus modis cura, sana, saluos restitue Ecclesiæ. Pasce gregem. noli cum superbia præesse tanquàm dominans, sed tanquàm pastor bonus in sinum congregans agnos, & prægnantes consolãs.

Eze. 17. & 33

Luc. 15.]

Matth. 9.
Luc. 5 & 7.

Matth. 9.

Matth. 18.

Ignat. ad Polyc.

1. Petr. 5.

Isa. 40.

Periculosum esse, reo non audito, iudicare, & pœnam in reum statuere, antequàm sermone redargutus sit.
Cap. XXIII.

SIT autè probus, bonus, mansuetus, simplex, verus, non durus, non contumax, non immanis, non gloriosus, non misericordix expers, non inflatus, nõ acceptor hominum, nõ timidus, non duplex, non illudens populis subiectis, non abscondẽs ab eis Dei

leges & sermones de pœnitentia, non promptus ad eijciendum & expellendum, sed cautus, non obiurgator, non præceptus, nõ admittere testimonium cõtra aliquem sinè tribus testibus, ijsque, quorum mores pridẽm sint testimonio probati, & qui neq; inimicitijs, neque inuidia ducantur. Reperiuntur enim multi, qui aliorum malis letãtur, dicaces, triplicis linguæ, fratres odio habentes, operam dantes, vt Christi oues dissipent: quorũ sermones si temerè audire voles, disperges tuũ ouile, & trades lupis in cibũ, hoc est, demonibus & prauis hominibus: quin potiũs non hominib; sed in figura humana feris, Ethnicis, Iudeis, & hereticis impijs. Nam ad expulsũ ab Ecclesia, statim accedunt perniciosi lupi, & cum tanquàm agnum vorare existimant, suum lucrũ illius interitum credentes. etenim horum pater diabolus homicida est. Et qui ob temeritatem iudicij tui iniuste damnatus est, mœstitia affectus, & imbecillitate animi oppressus, vel ad gẽtes transfugiet, vel heresibus impediatur, & omninò ab Ecclesia atque à spe in Deum abalienabitur, & implicabitur impietati. tuque illius interitũ reus efficiaris. Non enim est equum, promptũ esse ad eijciendum peccatores, tardum ad recipiendum reuertentem: & paratum ad abscondendum, durum ad egrotos curãdum. Nam de talibus diuina Scriptura dicit: Pedes eorũ in malitiam currunt, veloces sunt ad effundendum sanguinẽ. Contritio & labor in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Nõ est timor Dei ante oculos eorum. Via pacis est saluator noster Iesus Christus, qui docuit nos cum dixit, Remittite, & remittetur vobis: date, & dabit vobis. hoc est, Date remissionem peccatorum, & remittẽtur vobis delicta: quemadmodum & per orationem nos instituit, vt Deo diceremus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nisi ergò vos dimiseritis peccatoribus, qua ratio de remissionem peccatorum vestrorum obtinebitis? Nõnne contra ipsi vos alligamini, dicentes dimittere, cum nõ dimittitis? Nõnne vestro ipsorum ori aduersamini, dicentes, dimittimus, non dimittentes? Scitote enim quòd, qui innocentem eijcit, vel redeuntem non recipit, interfector fratris existit, & eius sanguinem fundit, vt Cain sanguinem Abel fratris, sanguisque eius clamans ad Deum, requiretur. Nam iustus ab aliquo iniuste occisus, in requiete apud Deum manebit in æternum. Eodem modo si quis temerè ab Episcopo fuerit eiectus: ille, qui eiecit innocẽtem, tanquàm peccatorem, acerbior interfector censetur, cum non respiciat ad DEI misericordiam, nec memor sit illius erga pœnitentes bonitatis, neq; talium rerum scopos habeat eos, qui multitudinis peccatorũ in pœnitentia remissionem impetrauerũt. Quarè audacior existimandus est interfector corporali

Ioan. 8.

Prou. 1.

Psal. 13.

Matth. 7.

Matth. 6.

Gen. 4.

is,

Psal. 100.

Quòd magnum exemplum pœnitentiæ proponitur nobis Dauid, & Niniuite, & Ezecias, & eius filius Manasses.
Cap. XXV.

2. Reg. 12.
Ion. 2.

4. Reg. 20.

4. Reg. 21.

Necessè est autè, Episcopo, vt ante oculos habeas exempla præteritorũ, ijsq; peritè vtaris ad regendum eos, qui vel asperis, vel lenioribus opus habent sermonibus. Præterea verò equum est vt in iudicando, Dei sententiam sequaris: & si Deus iudicat peccatores vel cõuersos, item tu eodem modo iudices. etenim nõnne Dauid lapsus, increpatum per Nathan, dicentemq; se pœnitere, continuò morteliberauit, in quiete, Cõfide, non morieris? Ionam nolentem Niniuiti prædicare, iussit à mari atque à cete deuorari: orantem in ventre cete, ab interitu in vitam reduxit. Ezeciam paululũm in superbiam elatum, cum lachrymis rogantem, crimineliberauit. Audite, õ Episcopi, vtile ad tales res exemplum. Scriptum est enim in quarto Regum, & in secundo Paralipomeno libro dierum, his verbis: Et mortuus est Ezecias, & regnauit filius eius manasses. duodecim annorũ erat cum regnare cõpisset, & quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem: & nomen matri eius Epiba. Fecitque malum in conspectu Domini, non abstinuit ab abominationibus gentiũ, quas exterminauit Dominus à facie filiorum Israel: & conuersus est Manasses, & edificauit excelsa, quæ dissipauit Ezecias pater ipsius, & statuit columnas Baal, & erexit altare Baal, & fecit altare in domo nomini, in quo dixit Dominus ad Dauid & ad Solomonem filiũ eius, Quoniam in ipso ponam nomen meũ. Et statuit Manasses altare, & in ipso seruiuit Baal, & dixit, erit nomen meum in æternum: & edificauit altaria in duobus atrijs domũs Domini militiæ celi: & ipse traduxit filios suos per ignem in Gebenãnom, & ariolatus est, magicisque artibus operam dedit, & habuit Pythones, vates, coniectores & Theraphin: & abundauit vt faceret malum in oculis Domini, vt iritaret eum. Et posuit fusile & sculptile, luci imaginem, quam fecit in domo Domini, in quo elegit Dominus ponere nomen suum illic in Ierusalem sancta ciuitate in æternum, & dixit, Non faciam pedem meum moueri à terra Israel, quam dedi patribus ipsisorum. Verũm si custodierint omnia quęcunq; mandauit ipsis secundum maudatum, quod madauit seruus meus Moses, & non audierũt. Et seduxit eos Manaf-

ses, vt facerent malum in conspectu Domini super gentes, quas deleuit Dominus à facie filiorum Israel. Et locutus est Dominus ad Manassen, & ad populum eius in manu Prophetarum seruatorum eius, dicens: Eò quòd fecit Manasses Rex Iuda abominationes has malas ab omnibus, quæ fecit Amorrhæus in cõspectu eius, & peccare fecit Iudam in idolis suis, hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego porto mala in Israel & Iudam, vt omnis qui audit illa, perfont ambæ aures eius: & extendam super Israel mensuram Samarię, & pondus domũs Achaab, & delebo Ierusalem tanquàm tabulam quæ deletur, & evertam in faciem suam, & tradam reliquias hereditatis meæ, & dabo eos in manus inimicorum ipsorum, eruntque in vastitatem, ac in rapinam omnibus inimicis ipsorum, eò quòd fecerunt mala in oculis meis, & sunt iritates me à qua die eduxi patres ipsorum à terra Aegypti vsque ad hanc diem. Insuper sanguinem innocentẽ effudit Manasses multum vehementer, doncẽ impleuit Ierusalem vsq; ad os, præter peccata ipsius, quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum in oculis Domini. Et eduxit Dominus duces copiarũ Regis Assur, ceperuntque Manassem in vinculis, & vinxerunt compedibus ferreis, duxeruntque Babylonem, & erat vincus, & totus ferro circumdatus in carcere, & dabatur ei fursura ceus panis pondere modicus, & aqua cum aceto in mensura, vt viuere posset. Et erat oppressus, dolensque valdè. Et postquẽ vehementer afflicus est, quęsiuit faciem Domini Dei sui, & humiliatus est vehementer à facie Domini dei patrum ipsius, & orauit ad dominum, dicens:

Oratio Manassis regis Iuda. Cap. XXVI.

Domine omnipotens, Deus patrum nostrorum Abraam, Isaac, & Iacob, & seminis ipsorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorũ: qui ligasti mare verbo mandati tui: qui conclusisti abyssum, & consignasti eum terribili & glorioso nomine tuo: quem omnia pauent, & tremunt à faciã virtutis tuæ: quoniam importabilis magnificentia gloriæ tuæ, & intolerabilis ira in peccatores comminationis tuę, immensa & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ, quia tu es Dominus misericors, longanimis, multæ misericordiæ, & pœnitens super improbitates hominum. Quoniam tu es D E V S secundum bonitatem probitatis tuæ, promissioni pœnitentiæ remissionem peccatibus in salutem. Tu igitur Domine D E V S iustorum, non posuisti pœnitentiã iustis Abraham, Isaac, & Iacob, qui non peccauerunt, sed posuisti pœnitentiã super me peccatore, quoniam peccauit super numerum arenæ maris. Multiplicatæ sunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ iniquitates meæ: & non amplius dignus sum

figere oculos, & intueri altitudinem celi à multitudine iniquitatum mearum: Incuruatus multo vinculo ferri, quoniam iritavi furorẽ tuum, & malum in conspectu tuo feci, statuens abominaciones, & multiplicans offensiones. Et nunc inclinans genua cordis mei, rogans bonitatem tuam: peccavi Domine, & peccata mea ego cognosco: sed peccato, rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & nẽ simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in eternum iratus conferues mala mihi, neque condemnes me in infimis locis terræ. Quia tu Deus, Deus pœnitentiũ, & super me ostendes bonitatem tuam, quoniam cum sim indignus, saluabis me secundum multam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tua est gloria in secula, Amen.

Et audiuit vocem suam Dominus, & miseratus est eius, & facta est circa ipsum flamma ignis, & liquefacta sunt omnia circa ipsum ferramenta, & sanauit Dominus Manassẽm à tribulatione eius, & reduxit eum Ierusalem ad regnum suũ. Et cognouit Manasses quod Dominus ipse est Deus solus, & seruiuit soli Domino Deo in toto corde eius, & in tota anima eius, & putatus est iustus. Et sustulit deos alienos, & sculpsit à domo Domini, & omnia altaria, quæ ædificauerat in domo Domini, & omnia altaria in Ierusalem eiecit extra ciuitatem, & direxit altare, & sacrificauit super ipsum sacrificium salutaris & laudis. Et dixit Manasses Iudæ, vt seruiret Domino deo Israel. & dormiuit in pace cum patribus suis, & regnauit Amon filius eius pro eo, & fecit malum coram Domino, secundum omnia quæcunq; fecerat Manasses pater eius in primis, & iritauit Dominum Deũ suum.

Audistis filij charissimi, quemadmodum Dominus Deus eum, qui idola coluerat, & multos infantes occiderat, leuiter castigatũ recepit, & dimissis delictis, eum in regnum reduxit. Non solum enim pœnitentibus indulget, sed etiã pristinam dignitatem restituit.

Contra eos qui ex contemptu peccant, sit exemplum Amon. Cap. XXVII.

Nillum peccatum idololatria reperitur grauius: ea est enim contra Deum impietas, sed tamẽ ipsa quoquẽ per veram pœnitentiam condonatur. Si verò quis de industria peccet tentas Deum, quasi non vlciscẽtem mala: is remissionem non consequitur, quantum secum ipse dicat, Sit mihi propitiuus Deus, quoniam ambulabo in euerfione cordis mei prauis. Talis fuit Amon Manassis filius. Inquit enim scriptura: Et cogitauit Amon cogitationem transgressionis malam, & dixit: Pater meus à iuuetute multa iniquẽ fecit, & in senectute pœnitentiam egit: & nũc

4.Reg.21.

ego ambulabo prout concupiscit anima mea, & postea conuertar ad Dominum. Et fecit malum in conspectu Domini supra omnes, qui fuerunt ante ipsum, & exterminauit eum Dominus Deus citò à terra eius bona: & irruerunt in eum serui sui, & occiderunt ipsum in domo ipsius, & regnauit annos duos solos.

Quod Christus Iesus venit peccatores saluare per pœnitentiam. Cap. XXVIII.

At tendite laici, nẽ quis vestrum cogitationem Amon in corde suo confirmet, & breui tempore pereat. Eodem modo Episcopus conferuet, quantum potest, eos qui non peccauerunt, vt sine peccato perseuerent: & eos, qui à peccatis conuertuntur, curatos recipiat. Si verò pœnitentem contra misericordiam non admisit, peccabit in Dominum Deum suum, iustificans seipsum supra illius iustitiam, & non recipiens quem ille recepit per Christum: propter quem misit filium suum in terrã hominibus tanquam hominẽ, propter quem voluit de muliere illum nasci, cum esset factor mulieris & viri: cuius causa non parens cruci ac morti ac sepulturæ, permisit illum pati, cum esset natura impassibilis, filius dilectus, Dei verbum, magni consilij angelus, vt morti subiectos, morte liberaret. Hunc iritant non recipientes pœnitentem. Is enim me Mattheum, cum

Matth.9.

essem prius publicanus, vocare non est veritus, & Petrum, qui eum ob timorem ter negauit, cum is per pœnitentiam ipsum placasset, & amarẽ fleuisset, in gratiam recepit, pastoremque propriorum agnorum constituit. Et Paulum coapostolum nostrum, qui multa nobis prius intulerat mala, & blasphemauerat in nomen sanctum: pro persecutore Apostolum fecit, vas electionis illum instituens, & alteri cuidam mulieri peccatrici inquit, Remittuntur tibi peccata multa, quoniam dilexisti multum. Quandam aliam peccatricem statuerunt seniores coram eo, & reiecto in eum iudicio exierunt. Cognitor verò cordium Dominus, cum quæfisset ab ea, num seniores ipsam condemnassent, illaq; negasset, dixit mulieri: Vade, neque ego te

Matth.26.

Ioan.21.

Act.9.

Luc.7.

Ioan.8.

condemno. Hunc Saluatorem, Regem, & Dominum, & Deum nostrum Iesum Christum, o Episcopi, tanquam scopum vos habere, huius imitatores vos esse oportet, mites, quietos, clementes, misericordes, pacificos, mansuetos, promptos ad docendum, ad conuertendum, ad recipiendum, ad cohortandum: non percussores, non iracundos, non petulantes, non gloriosos, non superbos, non vinolentos, non ebrios, non inanes sumptus facientes, non delicatos, non sumptuosos, non tanquam alienis, sed tanquam proprijs Dei donis vtentes, tanquam bonos dispensatores factos, tanquam eos à quibus Dominus rationem est postulaturus. Sufficientem

Matth.10.

tentem habeat victum, & vestitum Episcopus, vsui & dignitati accommodatum: non vtatur Dominicis rebus tanquam alienis, sed moderatè: dignus est enim mercenarij mercede sua. Delicatus nẽ esto, nẽ leuis, sed tantum expetat, quæ faciunt ad conseruandã naturã.

De primitijs & decimis, & quomodo debeat Episcopus ex ijs ipse capere, velleas cum alijs communicare. Cap. XXIX.

QVAE ex decimis & primitijs secundum mandatum Dei dantur, vt DEI homo consumat: voluntaria, quæ occasione pauperum offeruntur, rectè dispenset orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis egentibus: vt qui habet Deum harum rerum rationem ab eo reposcentem, qui hanc dispensationem illi commisit. Omnibus egentibus cum iustitia tribuentes, ipsiq; ijs vtentes, sed non abutentes: comedentes de ijs, sed non soli vorantes, egenisque impertientes, Dei offensionem vitabit. Nam si soli hæc consumetis, exprobrabitur vobis à Deo dicente, tanquam insatiabilibus & voratoribus, Lac comedebatis, & lanis vestiebimini. Et in alio loco, Nunquid habitabitis soli super terram? Propterea in lege præceptum est vobis, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Atque hæc non ideo dicimus, vt non capiat fructum laborum vestrorum, (Scriptum est enim, Non infrenabis os boui trituranti) sed vt moderatè & cum iustitia. Vt igitur in area laborans infornis bos comedat quidem, sed non totũ absumat: sic vos laborantes in area, hoc est, in Ecclesia Dei, de Ecclesia comedite, more leuitarum ministrantium in tabernaculo martyrij, quod per omnia Ecclesiæ figurã referebat: etiã verò ex nomine martyrij Ecclesię tabernaculum designabat. Hic igitur Leuitę tabernaculo asidentes, de ijs, quæ Deo offerebantur ab omni populo, donis, partibus, primitijs, decimis, sacrificijs, oblationibus sine prohibitione partem habebat ipsi & vxores eorum, filij & filię eorũ. Quoniã autem eorum officium erat tabernaculo ministrare, propterea sortẽ terrę non acceperunt in filijs Israel, quod oblationes populi, fors Leui & fors tribus eius. Vos igitur hodie, o Episcopi, estis populo vestro sacerdotes, Leuitæ, qui ministrant sacro tabernaculo sanctæ & catholicæ Ecclesiæ, atq; asistentes ad altare Domini & Dei nostri, & adducẽtes ei rationales & incruentas hostias per Iesum magnum pôtificem. Vos laicis, qui inter vos sunt, estis Prophetæ, Principes, Duces, & Reges, mediatores Dei & fidelium ipsius, participes verbi ac nuncij, cognitores Scripturarum ac tubæ Dei, testesq; eius voluntatis, qui omnium peccata portatis, & de omnibus ratione redditis, quibus (vt audistis) grauius minatur sermo: Si absconderitis ab hominibus clauem sciẽtiæ, quibus periculũ

Ezech.34. Isa.5.

Leui.19.

Deut.25.

Num.8.

Luc.11.

damnationis imminet, nisi annunciaueritis voluntatẽ eius populo vobis subiecto: quibus certa merces à deo parata est, & gloria ineffabilis, laudabiliter & rectè ministrantibus in tabernaculo sancto. Nam quemadmodum vestrum est onus, ita ministeria victus atque alios necessarios vsus vos capit. Imitatores enim estis Christi, & vt ipse omnium nostrum peccata portauit in ligno affixus, immaculatus pro ijs, qui supplicio digni erant, sic vos populi peccata in vos ipsos transferre oportet. Dicitur enim de Saluatore in Isaia, quod hic peccata nostra tollit, & pro nobis dolet. Et rursum, Ipse peccata multorum portauit, & propter iniquitates ipsorum est traditus. Quæadmodum igitur vos scopi estis, ita scopum habetis Christum. Vt igitur ille omnium vestrum scopus est, sic vos laicorum vobis subiectorum. Nolite enim existimare, facile vel leue esse Episcopatus onus. Conuenit igitur, vt quemadmodum onus sustinetis ipsi, ita quoquẽ fructum primi participes sitis, & egentibus partem suppeditetis, vt qui rationem reddituri estis ei, qui falsas rationes à vobis non est accepturus. Oportet enim eos, qui Ecclesiæ assident, ali de Ecclesia. Quippe sacerdotes, Leuitas, assessores, ministros Dei, vt in libro numerorum scriptum est de sacerdotibus: Et dixit Dominus ad Aaron, Tu & filij tui domus patris tui, accipietis peccata sanctorum sacerdotum vestri. Ecce dedi vobis custodiam primitiarum de omnibus sanctificatis à filijs Israel. Tibi dedi ipsa in munus, & filijs tuis post te in legem eternã. Et hoc erit vobis à sanctificatis, à fructibus, & à donis, & ab omnibus sacrificijs, & ab omni delicto, & de peccatis. & quæcunq; reddunt mihi, ab omnibus sanctis tibi erunt & filijs tuis. in sanctuario comedite ipsa. Et paulopost: Omnes primitiæ olei, & vini, & frumenti, quæcunq; dederint domino, tibi dedi ipsa. Primogenita omnia tibi dedi: & dices, omne donũ, omne primogenitum hominis & iumentum mudi & immudi, & hostiæ, & pectoris, & humeri dexteri ad sacerdotes pertinet, & reliquos inseruientes Leuitas. Audite hæc vos laici, & electa Dei Ecclesia. Etenim antea populus, Dei populus & gens sancta vocabatur: vos quoquẽ igitur estis sancta dei & sacra Ecclesia descripta in celo, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, sponsa ornata Domino Deo, ecclesia magna, ecclesia fidelis. Quæ prius dicta sunt, nũc auribus percipe, primitiæ Pontifici Christo, & ministrantibus ei, Decimæ salutaris, initiũ nominis Iesu. Audi sacra catholica Ecclesia, quæ decem plagas effugisti, & Decalogum accepisti, & legẽ didicisti, & fidem es adeptã, & in Iesum credidisti, & de nomine eius appellata es, & in cõsummatione gloriæ ipsius firmata: quæ tunc victimæ erant, nunc orationes sunt, preces & gratiarũ actiões: quæ tunc primitiæ & decimæ, partes & dona, nunc oblationes, quæ per sanctos

Ignat. ad Polycarp.4.

Isa.53.

Ibid.

Num.18.

Exod.19. 1.Petr.2.

ctos Episcopos offerunt Domino Deo per Iesum Christum, qui pro ipsis mortuus est. Ij enim sunt Pontifices vestri, sacerdotes vestri, Presbyteri sunt Leuitae vestri, qui nunc sunt Diaconi, Lectores, Cantores, Ostiarij: Diaconissae vestrae, viduae, virgines, orphani vestri: ijs omnibus superior Pontifex est.

In cuius figuram & dignitatem quilibet de Clero sit constitutus. Cap. XXX.

Episcopus verbi minister est, scientiae custos, mediator inter Deum & vos in seruitute, quam Deo impendit: is pietatis magister est, is post Deum pater vester, qui per aquam & spiritum vos regenerauit in adoptionem filiorum Dei: is Princeps & dux vester, is Rex vester & dynasta. Denique is terrenus deus post Deum, cui a vobis honor debetur: nam de eo & similibus ipse Deus dicebat, Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes: & dijs non maledices. Episcopus enim supra vos sedeat, vt qui Dei dignitate ornatus est, quatenus clero praest, & omni populo imperat. Diaconus huic assistat vt Christus patri, & minister ei in omnibus sine reprehensione, quemadmodum Christus a seipso nihil faciens, quae grata sunt Patri, facit omnino. Diaconissa in figuram Spiritus sancti honoretur a vobis, nihil sine Diacono agens vel loquens, quemadmodum nec paracletus a seipso aliquid loquitur vel facit, sed glorificans Christum, expectat eius voluntatem. & vt nemo in Christum credere potest sine doctrina spiritus, sic sine Diaconissa nulla mulier accedat ad Diaconum vel Episcopum. Presbyteri in formam Apostolorum a vobis censeantur: magistri sint scientiae Dei, quoniam Dominus nos mittens, dicebat: Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes ipsos seruare omnia, quae mandauimus vobis. Viduae & orphani in figuram altaris existimantur a vobis: virgines in figuram thuribuli & incensi honorentur.

Quod res tremenda est, hominem seipsum demittere ad dignitatem aliquam sacerdotalem, vt Corit. 2. Saul, vt Ozias. Cap. XXXI.

Quemadmodum non erat licitum, alienigenam, & eum qui non esset Leuita, aliquid offerre vel ad altare accedere sine sacerdotibus: ita & vos sine Episcopo nihil facite. Quod si quis sine Episcopo faciat aliquid, frustra illud facit: non enim in opus ipsi imputabitur. Vt enim Saul, cum sine Samuele obtulisset, audiuit, quoniam frustra fecisti: sic laicus omnis sine sacerdote perficiens aliquid, frustra facit. Et vt Ozias Rex cum non esset sacerdos, & sacerdotum sacramenta ministrasset, in lepram incidit propter iniquitatem: sic omnis laicus non effugiet supplicium, si Deum contempserit, suosque sa-

cerdotes despexerit, sibi que honorem arrogauerit, non imitatus Christum, qui non ipse se glorificauit vt fieret sacerdos, sed expectauit vt a patre audiret, iurauit Dominus & non penitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quod si sine patre Christum ipse se non glorificat, quomodo fieri potest, vt homo ipse se in sacerdotium projiciat, non accepta dignitate a superiore, & ea faciat, quae solis licita sunt sacerdotibus? Nonne Corit. 2. quaequam de tribu Leui erant, incedio consumpti sunt, cum in Mosen & in Aaron insultassent, & de ijs, quae ad se non spectabant, pugnasent? & Dathan & Abiron viui in infernum descenderunt: & virga cum germinasset, multorum infantiam compressit, & a Deo Pontificem institutum indicauit. Decet igitur & vos, fratres, sacrificia vestra sine oblatione Episcopo afferre, vt Pontifici, vel per vos, vel per diaconos. Etiam vero primitias, & decimas, & voluntaria ei afferte. Ipse enim cognoscit oppressos, & cui libet tribuit, quantum satis est: ne quis sepe eodem die, aut eadem hebdomada accipiat, alius vero nihil omnino. aequum est enim, ijs qui vere oppressi sunt, potius in vltus suppeditare, quam ijs, qui oppressi esse existimantur.

De conuiuio, & quemadmodum oporteat singulos Cleri ordines ab immitantibus honorari. Cap. XXXII.

VI ad agapas, siue (vt dominus nominauit) ad conuiuium instituerunt vocare Presbyteras: quam norunt Diaconi oppressam, eam frequenter vocent. Seponatur autem in conuiuio, quod pastori consuetum est dari, dico autem id quod ad primitias pertinet, veluti sacerdoti, etiam si conuiuio non adsit, in honorem Dei, qui ei sacerdotium commisit. Quatum autem unicuique Presbyterarum datur, eius duplum detur diaconis in honorem Christi. Presbyteris vero, vt qui laborant in verbo doctrinae, duplex quoque seponatur pars in gratiam Apostolorum Domini, cuius locum sustinent, tanquam consiliarij Episcoporum & Ecclesiae corona. Sunt enim ij Senatus & confessus Ecclesiae. Si Lector sit, capiat partem vnam in honorem prophetarum. Eodem modo Cantor & Ostiarius. Vnicuique igitur gradui, laici debitum honorem tribuant, in donis atque in omni vitae veneratione. Non autem facile molesti sint praepositis, sed per ministros, quae voluerint, significant, hoc est, per Diaconos, quibus cum maiori libertate poterunt vti. non enim ad omnipotentem Deum accedere licet, nisi per Christum: ita laici omnia, quae volent, per Diaconum manifesta Episcopo faciant, sicque de illius sententia ea perficiant. Neque enim olim in sacro sanctuario offerebatur vel gerebatur aliquid sine sacerdote. Labia enim sacerdotis custodient scientiam,

S. Ignat. in Epist. ad Magnes. Hebr. 7. Psalm. 109.

Num. 16.

Num. 17.

*Neque vero haec solum, sed & primitias,

Luc. 14. S. Ignat. ad Smyrn.

S. Ignat. ad Magnes.

Malac. 2.

Psalm. 81. Exod. 20.

S. Ignat. ferè eadè scripsit ad Magnes. & ad alios. i. epistola vero ad trall. haec ipsa repetè, mentionem facit apostolic. constitutionum.

Ioan. 8.

Matth. 28.

1. Reg. 13.

4. Re. 15. & 2. Paral. 26.

am, & legem exquireret de ore ipsius, ait quodam in loco Propheta, quoniam angelus Domini omnipotentis est. Nam si ij qui demones colunt in nefarijs & abominandis impuris; eorum sacris, etiam nunc sancta imitatur, (a longo quidem interuallo piaculum, si in comparationem veniat, a pietate distet) veruntamen si ij in illis impijs religionibus sine sacerdote nihil offerunt, nihil faciunt, sed os lapidearum statuarum sacerdotè putant, a quo expectat sibi praecipere quid facturi sint, & quae ille praeeperit, omnia exequuntur, nihilque nisi de eius sententia agunt, in honore; habent sacerdotem, eiusque nomen sacrosanctum existimant in honorem inanimarum statuarum, cultumque improborum spirituum: si inquam illi, cum inania falsaque opinentur, in nullaque re firma spem suam collocent, tamen sanctitatem imitari conantur: quanto est equius, vos, qui clarissimam fidem certissimamque spem obtinetis, & gloriosam & aeternam & infallibilem promissionem amplectimini, in praepositis colere dominum Deum, existimantes os Dei esse Episcopum?

Quae sit dignitas Episcoporum & Diaconorum. Cap. XXXIII.

Exod. 7.

NAM si Aaron, postquam nunciauit Pharaoni sermones nomine Mosis, Propheta dictus est, Moses vero Pharaonis deus, scilicet vt rex simul & pontifex, vt inquit ad eum Deus, Deum posuit Pharaoni, & Aarō frater tuus erit tuus Propheta: cur non vos quoque inter nuncios verbi, prophetas esse existimetis, eosque vt deos reueramini?

Quomodo oporteat laicos parere Diaconis. Cap. XXXIII.

Vnc enim vobis loco Aaron, Diaconus est: loco Mosis, Episcopus. quod si Moses a Domino appellatus est deus, a vobis quoque Episcopus dei loco in honore habeatur, & Diaconus sit tanquam eius Propheta. Nam quemadmodum Christus sine Patre nihil agit, ita Diaconus nihil agit nisi de sententia Episcopi. Et quemadmodum Filius sine Patre non est, ita neque Diaconus sine Episcopo. Et quemadmodum Filius est obediens Patri, ita Diaconus omnis Episcopo pareat. Et quemadmodum filius nuncius est & propheta Patris, ita Diaconus nuncius est & propheta Episcopi. Propterea omnia, quae a Diacono geruntur, significantur Episcopo, & per eum ad exitum perducantur.

Quod non licet Diaconum sine Episcopo aliquid agere. Cap. XXXV.

IN summa autem nihil agat Diaconus sine Episcopo, nec cuiquam quicquam det, nisi de illius sententia. Nam si clam Episcopo alicui egenti praebuerit aliquid, in contumeliam Episcopi praebit, eumque caluniae sub-

ijciat, vt qui negligere videatur eos, qui egestate oppressi sunt. Qui vero Episcopo sermone vel factis detrahit, Deum offendit, non audiens eum, qui dixit: Dijs non maledices, non enim de lapidum & lignorum piaculis legere ferebat, quae suo falso nomine sunt abominabilia, sed de sacerdotibus & iudicibus quibus dixit, Dijs estis, & filij excelsi omnes.

Quod non oportet Diaconum praeter Episcopi sententiam dare aliquid: nam in calumniam Episcopi hoc ager. Cap. XXXVI.

SI vides, Diacone, aliquem inopia premi, admonito Episcopo, illi suppedites: nec clam in eius contumeliam quicquam agas, ne murmurationem in illum excites. Non enim contra illum murmuratio orta videbitur, sed contra Dominum Deum, & audiet Diaconus & alij, quae Aaron & Maria in Mosem oblocuti, audiuerunt: Quomodo non timuistis loqui contra Mosem seruum meum? Et rursum idem Moses ijs, qui in eum conspirauerant, inquit: Non enim contra nos murmuratio vestra est, sed contra Dominum Deum nostrum. Nam cum laicus, qui dixerit rhacan, vel stulte, non impunè abiturus sit, vt qui nomen Christi contumelia affecerit: quid dicemus de Episcopo, per quem dominus in ordinatione Spiritus sanctum vobis dedit, per quem sanctam doctrinam didicistis, & Deum cognouistis, & in Christum credidistis: per quem cogniti estis a Deo, per quem cognati estis oleo exultationis & chrismate sapientiae, per quem filij lucis facti estis, per quem Dominus in illuminatione vestra, Episcopi manus impositionem testimonio suo comprobans, in singulis vestrum suam sacramentum emisit, dicens: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Per Episcopum, o homo, adoptat te Deus in filium. Cognosce fili dexteram matris tuae, & dilige eum, qui secundum Deum tuus pater est, & illum reuerere.

Quomodo oporteat honorare sacerdotes, & venerabiles existimare, cum sint patres spirituales. Cap. XXXVII.

NAM si de parentibus secundum carnem, lex diuina inquit, Honora patrem & matrem tuam, vt bene tibi sit: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: quanto magis de spiritualibus parentibus vobis praepceptum est, vt eos honoretis, & diligatis tanquam beneficos legatosque; ad Deum, qui vos per aquam regenerauerunt, qui vos spiritu sancto implerunt, verbo quasi lacte educauerunt, in doctrina nutriuerunt, in mandatis confirmauerunt, salutari corpore & precioso sanguine dignos reddiderunt, a peccatis soluerunt, & sacrosanctae Eucharistiae participes effecerunt, diuinae promissionis confortes coheredesque; statuerunt nos venerabiliter colite varijs honoribus: ij enim a Deo vitae & mortis

Exod. 22.

Psalm. 81.

Num. 22.

Exod. 16.

Matth. 5.

Psalm. 21.

Exod. 20.

po-

potestatem acceperunt in peccatoribus iudicandis, dammandisq; in mortem ignis eter- ni, nec non in liberandis ijs, qui redeunt, & in vita illis prestanda.

Quod sacerdotes sunt praestatores Principibus & Regibus. Cap. XXXVIII.

HOS principes & reges vestros putato- te, & tributa tanquam regibus pendi- tote. De vestro eum illos & domesticos illo- rum ali oportet, quae admodum Samuel pra- cepit populo de Rege in primo Regum, & Moses de sacerdotibus in Leuitico, eodem modo nos de Episcopis vobis praecipimus.

Nam si tunc populus proportionem tanto Re- gi munera praebat, quanto magis nunc epi- scopus decreta sibi a Deo stipendia capere debet ad se alendum, & clericos qui apud eu sunt? Quod si aliquid orationi addendum est, plura hic capiat, quam ille olim. Ille enim rem militarem tantum administrabat, belli pacisque moderator ad tuenda corpora: hic vero Dei sacerdotium administrans, corpus & animam periculis liberat. Quando igitur anima cor- pore est excellentior, tanto sacerdotium re- gno praestat. Ligat enim id & soluit supplicio vel indulgentia dignos. Ideo Episcopum di- ligere debetis, ut patre: timere, ut regem: ho- norare, ut dominum: fructus vestros & ope- ra manuum vestrarum in vestram benedi- ctionem illi offerentes: primitias vestras, deci- mas, partes, dona vestra dantes ei ut sacerdo- ti Dei: primitias inquam frumenti, vini, olei, pomorum, atque omnium quae Deus praebet vobis. Et erit oblatio tua accepta in odorem suauitatis Domino Deo tuo, & benedicet Dominus operibus manuum tuarum, & mul- tiplicabit Dominus bona terrae tuae, quonia benedictio in caput tribuentis reuertitur.

Quod quemadmodum leges decimas dare praecipunt, ita & Euangelium. Cap. XXXIX.

Intelligendum est autem, quod quamquam Dominus liberauit vos a seruitute adie- ctorum vinculorum, & eduxit vos in refri- gerium, non amplius sinens vos sacrificare bruta animalia pro peccatis, solutos illis ex- piationibus, emissarijs, assiduis lotionibus, & adspersionibus: non tamen oblationibus vos liberauit, quas sacerdotibus debetis, & beneficentijs erga eos qui egent. ait enim Do- minus noster in Euangelio: Nisi abundaue- rit vestra iustitia plus quam scribarum & Pha- risaeorum, non intrabitis in regnum celorum. Ita ergo abundabit iustitia vestra, si de sacer- dotibus, orphanis, viduis maiorem curam suscipietis, ut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et rursum, Per elemosynam & fidem delentur peccata. Et rursum, Anima benedi- cta omnis simplex. Ergo ita facies quemad- modum Dominus praecipit, & dabis sacer-

doti iusta sua, primitias de area & torculari pro peccatis, tanquam mediatori atque in- ternuncio posito inter Deum & eos, qui ex- piationibus & deprecationibus opus habent. Te enim dare oportet, illum distribuere tan- quam oconomum & dispensatorem rerum Ecclesiasticarum. Neque enim ab Episcopo tuo rationem petere debes, neque eius dispen- sationem obseruabis, quomodo eam pera- gat, quando, cum quibus, ubi, bene, vel ma- le, vel conuenienter. Habet enim iudicem Deum, qui in eius manus hanc dispensatio- nem commisit, & dignum eum effecit sacer- dotio tanti loci.

Admonitio decem mandatorum. Cap. XL.

Habe pra oculis timorem Dei, memor omni tempore decem dei mandatorum.

- 1 Diligito Deum vnum ac solum omnibus viribus tuis.
- 2 Noli attendere idolis, & huiusmodi alijs tanquam dijs inanibus, vel ratione caren- tibus, vel daemonibus.
- 3 Intellige Dei opera diuersum sumpsisse exordium per Christum, & sabbatizabis per eum, qui cessauit ab operando, non au- tem a prouidendo sabbatium, qui est meditatio legum, non manuum cessatio.
- 4 Omnem absurdam cupiditatem abijce.
- 5 Omnem iniuriam, quae ad hominum per- niciem pertinet, iram omnem.
- 6 Honora parentes tanquam ortus tui au- thores.
- 7 Dilige proximum sicut teipsum.
- 8 Impartire victum egentibus.
- 9 Periurium & iusiurandum vanum vita: non enim innocens iudicaberis.
- 10 Non appareas coram sacerdotibus vacu- us, & voluntaria assidue offer, nec ab Eccle- sia dei ab sis: summo mane ante omne opus, & iterum vesperae, gratias agens DEO, eo quod tibi vitam est largitus. Operare, per- seuera, labora, offer Domino voluntaria tua. Honora enim, inquit, Dominum tuis iustis laboribus: prebe peregrinis vnum, vel duo, vel quinque minuta. Congrega tibi caelestes diuitias, quas nec timea, neque fur demolitur. Sicque faciens, noli iudi- care Episcopum tuum, neque collaicum: nam si fratrem iudicas, factus es iudex, a nullo ad hoc munus electus. Nam solis sacerdo- tibus concessum est ut iudicent, quoniam dictum est eis, Iustum iudicium iudicate. Et rursum, Estote trapezitae probati. Vo- bis enim permissum non est: immo contra ijs, qui iudicandi potestate carent, dictum est, Nolite iudicare, & non iudicabimini.

De accusatoribus & calumniatoribus, & quod non oportet iudicem ijs facile credere, vel non credere, sed cum diligenti inquisitione. Cap. XLI.

Opor-

1.Re.8,9,10.

Prou. 11.

Leu.16.

Matth. 5.

Psalm. 111.

Prou. 25.

Prou. 11.

Deut. 5.

S. Ignat. ad Magnes.

Prou. 3. Leuit. 19.

Matth. 6.

Deut. 1. Ioan. 7.

namascenus de fide Or- thod. lib. 4. Matth. 7.

Deut. 1. Zach. 7. Ioan. 7. In secunda autoritate videtur allu- dere ad pre- ceptum Pauli 1. Corint. 6.

Dan. 17. Genes. 39.

Iac. 1.

Matth. 18.

Prou. 14.

Matth. 18.

Matth. 9.

Oportet tamen ut Episcopus recte iudi- cet, sicut scriptum est, Iustum iudicium iudicate. & alio in loco, Cur a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Imitamini ergo peritos argentarios. Ut enim ij improbos numos rejiciunt, probatos recipiunt, sic epi- scopus debet quae a reprehensione absunt, retinere: quae vitium habent, vel curare, vel (si immedicabilia fuerint) projicere, & non statim abscindere, neque cuius temere fide habere. Accidit enim ut aliqui vel propter aemulationem, vel propter inuidiam contra fratrem falsam accusationem influant, quod duo senes Babylone fecerunt in Sufannam, & Aegyptia mulier in Ioseph. Tu igitur cum sis homo Dei, noli tales criminationes facile admittere, ne perdas innocentem, & occidas iustum. Nam qui talia recipere vult, irae magis, quam pacis, pater est. Vbi autem ira reperitur, inde abest dominus: nam ira, cum sit Satanica amica, (illam inquam, quae praeter ra- tionem excitatur) per falsos fratres nunquam in Ecclesia concordiam esse patitur. Quare quos tales cognoscitis dementes, contentio- sos, alienis malis gaudentes, ijs nolite fidem habere, sed cauetis, ne quid a talibus contra fratrem audiat: quoniam in oculis eorum nihil infidet, praeterquam cedas: & in quo mi- nus quis suspicatur, confodiunt virum. Tu ergo mentem adhibe accusatori, sapienter obseruans eius vitae consuetudinem, quae ac cuiusmodi fuerit: & si compertes eum verum dicere, fac secundum praecceptionem Domini, apprehensum quae accusatum, remotis ar- bitris, corrige, ut ad poenitentiam redeat. Quod si obsequi nonauerit, vocatis duobus vel tribus viris, monstra ei delictum, admo- nens eum in mansuetudine & disciplina: quoniam in corde bono quiescet sapientia, & in corde insipientium non cognoscitur.

Quod oportet peccatores separatim increpare, & poenitentes recipere secundum ordinationem Domini. Cap. XLII.

Si igitur persuasus fuerit in ore trium ve- strum, bene habet: quod si obdurauerit, dic Ecclesiae: si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: nec illum amplius veluti Christianum in Ecclesiam admiseris, sed veluti ethnicum vitaueris. Poenitentiam agere volentem recipe: non enim prius ethnicum vel publicanum in commu- nionem recipis, quam eum praeterita impie- tatis poeniteat. nam poenitentibus locum poenitentiae statuit Dominus noster Iesus Chris- tus.

Exempla de poenitentia. Cap. XLIII.

Et enim ego Mattheus vnus ex duode- cim, qui in hac doctrina loquuntur vo- bis, sum Apostolus, & cum prius publicanus essem, nunc per fidem misericordiam conse- cutus sum, poenitentiamque egi de praeteritis

actionibus, & dignus factus sum, ut essem Apostolus, ac praedicator verbi. Et Zachaeus, quem dominus recepit in poenitentia illi sup- plicem, item publicanus antea fuerat. Iam vero milites & publicanorum turba, cum ac- cederent ad Dominicum de poenitentia ser- monem, audierunt a Propheta Iohanne post baptismum: Nihil plus quam quod ordina- tum est vobis, facite. Eodem modo ethnici spem vitae non amiserunt, si per poenitentiam incredulitatem abiecerint. Quare uti publi- canum & ethnicum habeas illum, qui de ope- re malo correptus, poenitentiam agere recu- sat. Et ethnici, si postea dolere, & ab errore redire volent, eos in Ecclesiam recipimus, ut verbum audiant: non tamen communionem habemus cum eis, quousque recepto bap- tismi sigillo, initiati sint. Eodem modo poeni- tentes, quousque poenitentiae fructum non ostenderint, permittimus ecclesiam ingredi, quod verbum audientes, funditus non inter- eant: non habeant autem communionem orationis, sed discedant post lectionem le- gis, Prophetarum, & Euangelij: ut per discer- sum meliores euadant in vitae consuetudi- ne: studentes ad conuentus quotidie venire, & precibus operam dare, quod & ipsi recipi valeant, & eos, qui videt, compungantur, cautioresque fiant, verentes ne in similia in- cidant.

Quod non oportet inimicum animum habere aduersus illos, qui semel bisve peccant. Cap. XLIII.

Noli tu abominari o episcopo eum, qui vno alterove peccato lapsus est: nec il- lum Dominico sermone prohibeto, neque a communi victu rejicito: quoniam neque Dominus recusabat cum publicanis & pec- catoribus cibum capere, quod cum ei a Pha- risaeis obijceretur, dicebat: Non opus habet, qui valent, medico, sed qui egrotant. Versa- mini igitur, & consuetudinem habete cum ijs, qui propter peccata segregati sunt, eos pro- curantes, consolantes, confirmantes, dicen- tesque ijs, Corroboramini manus dissolutae, & genua debilitata. Consolari enim oportet lugentes, & parui animi hominibus alacrita- tem iniicere, ne ob magnitudinem caestitiae in demenciam in cidant, quoniam pusillani- mis valde insipientis est.

Quomodo oportet recipere poenitentem, & quo- modo cum peccatoribus agendum sit, & qui sint ab Ecclesia abscindendi. Cap. XLV.

Si quis conuersus poenitentiae fructum oste- derit, ad orationem eum admitti oportet, uti filium illum perditum & prodigum, qui consumptis bonis cum meretricibus, por- cos pascebat, & siliquis satur fieri expete- bat, cum nemo illi daret. Deinde cum poeni- tentia ductus, & ad patrem reuersus, dixisset, Pec-

Luc. 19.

Luc. 3.

Matth. 9.

Heb. 12. & 6.

Luc. 15.

Pec-

Peccauit in cælum & coram te, & non sum amplius dignus vocari filius tuus, eum amarissimè pater cum musicis recepit, redditaq; illi veteri stola, anulo, & calcamentis, atque occiso vitulo saginato, lætatus est cum amicis. Idem fac tu Episcopo. Sed quemadmodum gētilem per lauacrum recipis post eius institutionem, ita hunc per manuum impositionem vti per pœnitentiam purgatū, omnibus pro eo rogantibus, in pristinum statum restituas, & erit ei in locū lauacri impositio manuum. Nam per impositionem manuum nostrarum creditibus Spiritu sanctus datur. Ac si quis ex firmis fratribus obijciat tibi, quod hunc in gratiam recepisti, dic ei: Tu semp̄r mecum es, & mea omnia tua sunt: gaudere debebas & lætari, quod frater hic tuus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Quod autem Deus pœnitentes non modo recipit, sed etiam eos in pristinum gradū restituit, idoneus testis est sanctus Dauid, qui post commissum in Vriam delictum, rogabat Deum, dicens: Redde mihi exultationem salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Et rursūm: Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritū rectum innova in visceribus meis. Nē proicias me à facie tua, & Spiritū tuū sanctum nē auferas à me. Tu igitur vti clemens medicus, peccatores omnes cura, vtens accommodatis ad salutem medicamentis, non modo secando, vrendo, nouacula adhibendo: sed etiam alligando, exiccando, iniiciendo medicamenta lenia, cicatricē obducētia, emolliendo sermonibus consolatorijs. Si vulnus altum fuerit, reficito suaui vnguento, vt repletum, reliquis partibus æquetur. Si sordes collegerit, nouacula perpurcato, hoc est, sermone ad incidendum idoneo. Si intumuerit, id acri collyrio complanato, hoc est, iudicij minis. Si serpat, cauterio cohibeto, tabemq; excidito ieiunij acrimonia. Quod si hæfeceris, viderisq; à pedibus vsque ad caput non prodesse fomenta, non oleum, non facias, sed serpere tabem, superareque omnem medicinam, veluti cancrum omnia membra exedentem: tunc, re multum considerata ac deliberata, adhibitisq; alijs peritis medicis, tabidum membrum abscindito, nē totum Ecclesiæ corpus contabescat, Noli igitur esse facilis ad abscindendum, neque citò ad dentatam ferram curras, sed primū vtaris cultello abscessum diuidens, vt causa, quæ dolorem faciebat, expulsa, corpus sine dolore conseruet. Quod si aliquem impœnitentem atque obduratum videris, tunc cum tristitia & luctu medicinam respuentem, ab Ecclesia abscinde. Tollite enim malum de vobis, & timoratos facite filios Israel. Et rursūm, Non accipies personam diuitis in iudicio, & pauperis non miscereberis in iudicio, quoniam iudicium Domini est.

Luc. 15.

Psalm. 50.

Num. 25.
1. Cor. 5.

Exod. 23.

Quod oportet iudicem non esse acceptorem personarum. Cap. XLVI.

Quod si falsa fuerit criminis accusatio, vosq; pastores vnā cum Diaconis vel ob personarum gratiam, vel ob munerum pactionem, falsum pro vero acceperitis, volentes criminatori gratificari, reumq; accusatum illum quidem, sed innocentem, ab Ecclesia eieceritis, rationē reddetis in die Domini. Quoniam scriptum est, Innocētum Exod. 23. & iustum non occides: non capies munera vt percutias animam. Munera enim excecant oculos sapientum, & perdunt verba iusta. Et rursūm: Iustificantes impium pro donis, & Itā. 5. quod iustum est, à iusto tollētis. Cauete igitur à condemnando aliquo iniuste, & ab improbis defendendis. Væ enim dicenti bonū malum, & malum bonum: amarum dulce, & dulce amarum: ponētī lucem tenebras, & tenebras lucem. Nam si alios iniuste cōdemnatis, ipsi contra vos pronunciat. quoniam ait Dominus, Quo iudicio iudicatis, iudicabimini: & quo condemnatis, condemnabimini. Quare si nulla personarum ratione habita, iudicaturi estis, cognoscite eum, qui falso testimonio accusat proximum, ostenditeq; esse calumniatorem, inuidum, interfectorem, perturbatorem, oratione inconstantem, sibi pugnātem in ijs quæ loquitur, & verbis proprij oris conuictum. Laqueus enim validus insidet in eius labijs: quæ, refutatis eius mendacijs, seuere iudica, & gladio ignis tradet: facite tu in eum, quemadmodum ille cogitabat in proximum facere. Nam * quod locutus est, quātū ad eum attinet, occidit fratrem, iudicis auribus occupatis. Scriptum est autē, quod fundens sanguinem hominis, pro sanguine ipsius effundetur, & tolles sanguinem innocentem à te effusum.

Exod. 23.

Itā. 5.

Itā. 5.

Math. 7.

Gen. 9.

Quomodo oporteat calumniatorem punire. Cap. XLVII.

Eijcite eum extra coctum vestrum veluti fratris interfectorem: deinde interiecto tempore, si se pœnitere confessus fuerit, premite eum ieiunijs: postea manu ei imposta recipite, prius tamen fide accepta, se neminē posthac turbaturum. Quod si reuersus in ecclesiam, eodem modo seditionem moueat, & studio contentionis comparans crimina, nō desinat fratrem perturbare & vexare: ex terminate eum, veluti hominem pestilentem, nē Ecclesiam Dei euertat. Talis enim homociuitatem perturbat, & si intra Ecclesiā manet, (quod decorum nō est) illi existit inutilis & superfluus, inquinans, quātū in se est, Christi corpus. Nam si quidam homines, qui à suo ortu superflua membra reliquo corpori adiuncta habent, veluti digitos vel carnis processus, propter turpitudinem illas eminentias abscindunt, nihilq; sit ijs indecorū, cum per artificem naturalem corporis habitum

*pid quod

Leu. 26.

Psalm. 17.

Ignat. ad
Trall. ad
Magnef. ad
Smyrn.*Iothor
*Iethro
Exod. 18.

1. Cor. 6.

tum recipiunt: quantò magis id facere debetis vos Pastores, cum sit Ecclesia corpus perfectum, constans ex integris membris in Deum creditibus in timore Domini & charitate: scilicet cum inuenitur membrū aliquod superfluum, improba sapiens, & reliquū corpus deturpans, atque perturbans seditione, contentione, detractōne, afferens ei timores, molestias, maculas, detractōes, crimina, perturbatiōes, & huiusmodi diaboli opera: operam dans, veluti ad id delectus à diabolo, vt nihil fiat Ecclesia per blasphemias, tumultus, contentiones, dissensiones. Is igitur extra Ecclesiam iterum eiectus, à cœtu Domini meritò abscinditur: oratorq; est Dei Ecclesia, quā antea, cum illud superfluum & à se alienum membrum nutrebat. Ideo neq; in blasphemiam amplius, neque in contemptum incurrit, liberata improbis, dolosis, contumeliosis, ferocibus, proditoribus, honestati infestis, voluptuosis, vanæ gloriæ cupidis, deceptoribus, ostentatoribus, qui sibi proposuerunt dispergere, immò verò dissipare agnos Domini. Tu autem Episcopo stude vnā cum clero tibi subiecto, rectè tractare verbum veritatis, quoniam dicit Dominus, Si obliquè contra me ambulatis, & ego cōtra vos obliquè ambulabo. Et alio in loco: Cum sancto sancti eris, & cū innocēte innocens eris, & cum peruerso peruertēris. Sancte igitur ambulate, vt laude potiùs à Domino, quā cōtra reprehēsiōne digni iudicemini.

Quod oportet Diaconum leuare onus Episcopi, & leuora gubernare. Cap. XLVIII.

Concordiam tenentes o Episcopi, pacē inter vos seruate, misericordes & fratrum amātes, accurato studio pacite populum, vnanimi mente docentes vobis subiectos eandem sententiam habere, & idem de iisdē rebus sentire. Nē sint in vobis schismata: sitis autem vnum corpus & vnus spiritus perfectus, eadem mente & eadem sententiā secundum Domini mandatum. Atque omnia quidem Diaconus ad Episcopum referat, vt Christus ad patrē refert, sed quæ potest ipse, per se gubernet, accepta ab Episcopo potestate, vt Dominus à patre & creandi & prouidendi potestatem accepit. Grauiora Episcopus iudicet. Verum esto Diaconus Episcopi auditus, oculus, os, cor, anima. Nē sit in multis sollicitus Episcopus, sed tantum in precipuis, quæ admodum & *Ithor Mosem admouit, & eius consilium probatum fuit.

Quod non est conueniens Christiano cōtrouersia & altercatio. Cap. XLIX.

Præclara Christiani laus est, cum nullo habere negocium. quod si ex aliqua vexatione vel tentatione alicui oriatur, curet vt ea transigatur, etiam si detrimentum pati debeat: nec ad ethnicū iudiciū accedat, sed nec patiat mundanos magistratus de

nostris ius dicere. Nam per illos diabolus seruos Dei vexat, & nobis notam inurit, quasi non habeamus nos vnum sapientē, qui possit inter partes ius administrare, & cōtrouersias componere.

Quod non oportet fideles coram infidelibus litigare, neq; eos ijs aliquem testem vocare aduersus Christianum. Cap. L.

NON cognoscant ergo gentes controuersias, quæ inter vos oriuntur, neque contra vos infidelium testimonia recipiatis, neque ab ijs iudicari velitis, neq; ijs aliquid tribuatis, commodi metusve causa: Sed reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: quæ Dei, Deo: veluti tributum, censum, didragmum: quæ admodum Dominus noster cum dedisset statuerem, molestia liberatus est. Opta igitur potius detrimentum pati, & ijs, quæ ad pacem pertinent, intende, non solum erga fratres, sed etiam erga infideles. Nam si in commodis vitæ iacturam pateris, in ijs quæ ad Deum pertinent, damni nihil facis, cum pius sis, & secundum Christi mandatum viuas. Quod si fratres inter se de ijs rebus controuersias habent, (quod absit) hoc ipso Preposito intelligere debetis, q; qui tales sunt, fratrum in domino officio non funguntur, sed potiùs infensorum inimicorum: atq; vnus quidem ex ipsis inuenietur mitis, probus, filius lucis: alius verò immanis, contumax, iniustus. Condemnatus igitur, mulctetur, segregetur, pœnas odij aduersus fratrem pendat: deinde si eum pœniteat, recipiatur: sicq; castigati homines, leuiora vobis reddent iudicia: Oportet enim inter se condonare iniurias, nō eos qui iudicant, sed eos quibus iniuria illata est, quæ admodum Dominus pronunciauit, cum ego Petrus eum interrogassem, Quoties in me frater meus peccabit, & remittam ei? vsq; septies? Et ipse respondisset, Non dico tibi, vsque septies: sed, vsq; septuagies septies. Tales enim Dominus vult suos esse discipulos, nihilq; omnino eos habere aduersus quenquam, veluti effrenatam iram, vel immanem furorē, vel iniustam cupiditatem. Itā perturbatos igitur reducite in amicitiam, inimicitijs irretitos in concordiam, quoniam ait Dominus, Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur.

Math. 22.
Rom. 13.
Math. 17.

Math. 18.

Math. 5.

Quod oportet in secūda sabbatorum cognoscere causas. Cap. LI.

Iudicia vestra fiant in secūda sabbatorum, vt si qua controuersia ex sententiā vestra oriatur vsq; ad sabbatum, libera sit vobis facultas, qua possitis illam controuersia componere, & pacem conciliare inter eos qui litigant. Ad sint autē iudicio Diaconi & Presbyteri, integrè iudicaturi, veluti Dei homines cum iustitia. Cum vtraq; persona venerit, prout lex iubet, ambo qui litigant, statuantur in medio tribunali, ijsq; auditis, sanctè

Exod. 22.

iudiciū pronunciate: studētes ante sententiā Episcopi, eos conciliare, nē exeat supra terrā iudicium in peccatorem, prout in tribunali consortē participemq; causā habet Christū Dei. Quōd si qui, eō quōd non rectē ambulat in Dño, de blasphemijs erunt ab aliquo redarguti, eodem modo audite vtranq; personam, accusatoris & rei, nō corrupti muneribus, neq; in alteram partem propensi, sed cum iustitia tanquā vitæ æternæ mortisq; sententiā ferentes. Iustē enim (inquit) quod iustum est, persequeris, nam qui iurē a vobis supplicio afficiturq; eiicitur, à vita gloriaq; æterna expellitur, & apud homines sanctos infamia notatus, & apud Deum iudicatus habetur.

Quōd non oportet pro omni delicto eandem pœnam inferre, sed differentem pro varietate peccati. Cap. LII.

Nolite pro omni peccato eandem sententiam ferre, sed vniciq; propriam pœnam statuere cum multa prudentia, iudicantes singula delicta parua ac magna: atque aliter quidem estimabitis peccatum operis vel sermonis, aliter propositi vel conuicij vel suspitionis. Atque alios quidem minis subiicies, alios subsidijs pauperum, alios ieiunijs affliges, alios segregabis pro delicti magnitudine. Nam lex quōquē nō omnibus delictis eadem pœnam decreuit, sed aliter puniebat quæ in Deum, & quæ in sacerdotem, & in sacrum, & in hostiam committebantur: aliter quæ in regem & principem, atque ea quæ in militem & in subditum æqualem, siue quæ in seruū vel in bona, vel in bruta delinquebantur. Et rursū non erat eadem ratio peccati in parentes, atque confanguineos, & nō eodem modo vindicabantur, quæ ex proposito fiebant, & quæ casu: atque illis quidem mors per crucem, vel per lapides pœna stabatur: ijs multa, vel verbera, vel talis pœna. Quare vos quoquē diuersis delictis diuersas pœnas imponatis, nē forte aliqua iniuria interueniens, prouocet Deum ad iram. Nam si quod iniustū iudicium exerbitis, eius & à deo mercedem capietis. Sicut enim iudicio iudicatis, iudicabimini.

Quales oportet esse accusatores & iudices. Cap. LIII.

Sedētes igitur pro tribunali, presentibus sambabus personis, (non enim eos dicemus fratres, quousquē pacem inter se conciliauerint) exquirite diligenter de ijs, quæ in iudicium adducuntur. Et primū de accusatore, an nunc primū accusauerit, an aliorum nomē detulerit: num ex similitate ipforum, an ex contentione crimen natum videatur: qualis sit eius vitæ consuetudo: ac cum talis bonæ conscientie reperitus fuerit, tamē non habeatur fides soli. Est enim id contra leges, sed habeat is alios testes similibus mo-

ribus pœditos, prout lex iubet, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Eam autem ob causam diximus, mores illorū inuestigandos esse cuiusmodi sint, quoniam sæpenumerō euenit, vt duo vel plures in re mala testimonium dicant, & cōcorditer falsum defendant, quōd factum est Babylone à duobus senibus in Susannam, & Samariā à filijs iniquorum in Nabuthē, & in Ierusalem à multitudine Iudeorum in Dominum, & in Stephanū eius protomartyrem. Testes igitur sint mites, iræ expertes, boni, charitate pœditi, temperantes, continentes, ab improbitate alieni, fideles, pij, nam talium hominū propter mores firmum, & propter vitam eorum verum censendum est testimonium. Illorum, qui tales non sunt, testimonium nolite probare, etiā si aduersus aliquem concordēs esse videantur. Præceptum est enim in lege, Non eris cum multis in malitia: Non accipies auditum vanum: Non sedebis cum multitudine, vt declines iustum. rursū reū quoquē cognoscere debetis, qua consuetudine ac quibus moribus sit, si probatæ vitæ, si sine crimine, si sanctitatem amplectatur, si viduarum, peregrinorum, & pauperum curam habeat, si fratres diligat, si turpis lucri cupidus non sit, non vorator, non pecuniarum director, si sit temperans, ac nō afortus, vel ebrius, vel helluo, si sit clemens, & ad largiendum paratus.

Quōd fieri potest, vt alicui ex prioribus malis, in secundis habeatur fides. Cap. LIIII.

Si enim ille pœteritorum delictorum habet praiudiciū, iam ex parte aliqua vera putanda sunt crimina, quæ ei nunc obijciuntur, nisi ius ipsi faueat. Fieri enim potest, vt ille aliquandō peccauerit, à presenti verō crimine innocens sit. Quare in ijs diligenter inuigilantes, in reum cautas firmasque sententias proferte. ac si post segregationem is veniam petat, procumbatque Episcopo, & peccatum confiteatur, recipite ipsum: neque illum calumniatorē impunitum dimittatis, nē in alium rectē viuentem calumniam excogitet, nēve aliquem alium inuitet ad eadem faciendum. Neque verō conuictum sine nota relinquatis, nē alius in eandem culpam incidat. Nam nec testis prauorum impunitus manere debet, neque delinquens pœnam effugere.

Quōd non oportet in iudicijs alteram tantum partem audire. Cap. LV.

Dicimus, non oportere iudicia ex altera tantum parte cōstituere: nam si vnā tantum personam audiueritis absente altera, neque se defendente aduersus obiectum crimen temereq; sententiam damnationis tuleritis, rei interitū, & participes criminatores esse apud Deum iustum iudicem reperiemini. Nam qui alteri iudicio pœstet, similis est eius, qui caudam canis manibus tenet.

Quōd

Deu. 16. & 19. Matth. 18. 2. Cor. 13.

Dan. 13.

3. Reg. 21. mat. 26. & 27. A. 6. & 7.

Exod. 23.

Quōd si Babylonienses imitati fueritis, qui falso testimonio dicto Susannam morti addixerunt, illorum iudicio ac pœne obstricti eritis, quoniam Susannam Dominus per Danielem è manu iniquorum eripuit: eos verō, qui sanguinis illius rei erant, igni adiudicauit: vos autem per ipsum increpauit, dicens: Sic fatui filij Israel non iudicātes, neq; quod verum est, cognoscētes, condemnāstis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt contra eam.

Exempla iusti iudicij, externorum iudicium in sententijs cautio. Cap. LVI.

Adspicite mundana iudicia, quorum potestati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, sepulcrorum perfossores, latrones: de quibus cum quæsiuerūt pœfecti iudicio, ab ijs, qui illos in iudicium adduxerunt, demū interrogant reos, an illa itā se habeant? Quibus affirmantibus, non continuo eos ad supplicium mittunt, sed per plures dies quæstiones exercent cum multo consilio & velo interiecto. Tandem verō is, qui sententiam mortis in reum pronunciat, se innocenter ab illius sanguine cōtestatur. Quod illi faciunt, quanquā ethnici, & diuini numinis ignari, vltionis quæ à Deo proposita propter innocentem damnationem.

Quōd non oportet fideles contra se iniucem aliquid habere. Cap. LVII.

Vos verō cum sciatis quis sit Deus vester, & cuiusmodi sint eius iudicia: quoniam modo poteritis prauo animo in aliquem iudicij vestri sententiam ferre, quæ statim à Deo cognoscitur. Ac si iustē iudicāstis, iusta pœmia capietis nūc & in futurum: si iniustē, paria consequemini. Nos ergō fratres consulimus vobis, vt à Deo potius laudem, quam vituperationem cōsequi velitis, quoniam laus hominum à Deo, vita æterna est, quemadmodum contra mors æterna paratur. Quare estote iusti iudices, pacifici, iracundia vacantes: nam qui sine causa irascitur fratri, reus erit iudicio. Quōd si accidat ex casu aliquo commoueri vos in aliquem, sol non occidat super iracundiam vestram. Irascimini, inquit Dauid, & nolite peccare, hoc est, citō conciliamini, nē ira confirmata, recordatio offensionum fiat, & peccatum efficiat. Animæ enim recordantiū mala, in mortem, inquit Solomon, dicit autem Dominus noster & Saluator Iesus Christus in Euangelio: Si offers donum tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quōd frater tuus habet aliquid contra te, dimitte ibi munus tuum ante altare, & vade prius, & reconciliare fratri tuo: & tunc venies, offer donum tuum. Donum autem quod Deo offertur, est cuiusque oratio & Eucharistia. Quare si quid aduersus fratrem tuum habes, vel ipse aduersus te,

nec orationes tuæ exaudientur, neq; Eucharistia tuæ recipientur propter subiectam iracundiam. Oportet autem assidue orare fratres. Sed quoniam Deus eos, qui in iracundia iniustē cum fratribus inimicitias habēt, non exaudit, etiā si ter in hora orauerint: idē necesse est, omnes inimicitias, & animi imbecillitatem deponere, vt corde puro & immaculato orare valeamus. Quāquā inimicos quoquē diligere Dominus pœcepit, minime verō, amātes odio habere. Et legillator inquit, Nō odio habebis omnem hominem: non habebis odio fratrem tuum mente tua: redargutione redargues fratrem tuum, & non accipies per ipsum peccatū: non odio habebis Aegyptium, quoniam aduena fuisti apud eum: non odio habebis Idumē, quoniam frater tuus est. Et Dauid dicit, Si retribui retribuētibus mihi mala. Quare si vis Christianus esse, sequere legem Domini: solve omne vinculum iniquitatis: in te enim Dominus potestatem reposuit dimittendi peccata fratri, quæ in te commissa sunt vsque septuagies septies, hoc est, ad quadraginta nonaginta. Quoties igitur dimisisti fratri tuo, vt nolis eidem etiā nunc dimittere? Quanquā Zachariam audiuiſtis dicentem, Vnusquisque malum proximi vestri nē cogitetis in cordibus vestris. Tu verō tamen iniuriarum memores, & conseruas inimicitias, & ad iudicium vocas, atque iram respicis, & oratio tua impeditur. Quōd si quadringenta nonaginta offensiones dimisisti fratri tuo, tamen auge pœter eā mansuetudinem tuam in bonitatē per te ipsum: & quantuis ille non faciat, tu tamen stude dimittere proximo, vt efficiaris filius patris tui, qui est in cælis, & cum oraueris, exaudiaris tanquā amicus Dei.

Quōd oportet Episcopos ea, quæ pertinent ad pacem, suggerere laicis per Diaconos. Cap. LVIII.

Ideō, o Episcopi, cum ad orationem peruenietis post lectionem, post psalmodiā, post Scripturarum doctrinā, Diaconus adstantis prope vos, alta voce dicat, Nē quis contra aliquem, Nē quis in hypocrisis. Vt si inter aliquos dissensio reperta fuerit, conscientia perculsi rogent Deum, concilienturq; cum fratribus. Etenim si domum aliquam intrātes, ante omnia dicere debent, Pax huic domui, veluti pacis filius, pacem largientes ijs, qui ea digni sunt, vt scriptum est, vicinis & longinquis, quos nouit Dominus, quōd sunt sui: multō magis eos, qui Ecclesiam Dei ingrediuntur, oportet in primis pacem precari. Quōd si quis alijs eam precatur, multō magis ipse in pace reperitur, veluti filius lucis. Nam qui illam in se non possidet, non est dignus qui eam alijs concedat. Ideō opus est, vt in primis habeat pacem ipse. Nam qui ipse secum non dissidet, neque cum alio conten-

f 3 det:

Deu. 1. & 16.

3.

Luc. 18. 1. Thef. 5.

Ibidem.

Ecc. 19.

Deut. 23.

Psal. 7.

Matth. 18.

Zach. 8.

Natth. 7.

Matth. 5.

Eph. 4. Psal. 4.

Matth. 5.

Matth. 10.

det: sed erit pacificus, amicabile, congregas quæ Domini sunt, cooperatores factus ad multiplicandum ei illos, qui salui sunt in cõcordia. Qui enim inimicitias & dissidia excogitant, necnon contentiones ac iudicia, improbi & alieni à Deo iudicantur.

Connumeratio variæ providentiæ, & quemadmodum Deus à principio p quamlibet generationem vocavit omnes ad pœnitentiam.

Cap. LIX.

2. Cor. 1.

DEVS enim cum misericordiæ DEVS sit, à principio singulas generatiões ad pœnitentiam vocavit per iustos ac Prophetas. Atq; illos quidem, qui ante diluuium fuerunt, per Abel & Sem & Seth, præterea per Enos, & per Enoch, qui fuit translatus, instituit: eos, qui in diluuiò reperti sunt, per Noe: qui erant Sodomis, per hospitalem Lot: eos, qui post diluuiũ nati sunt, per Melchisedec, per Patriarchas, per sanctum Iob: qui in Aegypto fuerunt, per Mosem: Israëlitas per eundem Mosem, & per Iesum, * Leb, Phinees, & reliquos: eos, qui post legem fuerunt, per angelos & per Prophetas: eos dẽ, per propriam incarnationem ex virgine factam: illos, qui fuerunt paulò ante eius corporalem manifestationem, per præcursores Ioannem: eosdem per eundem, etiã post natiuitatẽ ipsius: (Dicebat enim, Pœnitentiã agite, appropinquaui enim regnum cœlorum) eos, qui post eius passionem fuerunt, per nos duodecim, & per vas electiõnis Paulum. Nos ergò, qui digni facti sumus, vt essemus testes aduentũ ipsius cum Iacobo fratre Domini, & alijs septuagintaduobus, & septẽ Diaconis eius, ex ore Domini nostri Iesu Christi audiimus, & pfectẽ scientes dicimus, quæ sit voluntas Dei bona, placens & perfecta, per Iesum Christũ nobis demonstrata, vt nullus intreat, sed vniuersi homines vnanimi sententia credentes ei, & vnanimem laudem ferentes in eum, viuant in æternum.

Genes. 5.
Genes. 7.
Genes. 9.

Genes. 14.

* Chaleb,

Matth. 3.

Rom. 12.

Quod voluntas Dei est, vt omnes homines sint concordēs in pietate ad imitationem celestium Virtutum. Cap. LX.

Matth. 6.

Rom. 15.

Hoc est enim illud, quod docuit dominus dicere patri suo, cum oramus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, vt quẽ admodum celestes naturæ incorporarum virtutum omnes concorditer glorificat Deum, ita & in terra omnes homines vno ore, vnoq; affectu glorificent solum Deum vnũ ac verum per vnigenitum Christum. Voluntas igitur sua est, laudari ipsum, concorditer, adorari vnanimiter. Ea est enim voluntas ipsius in Christo, vt multi sint, qui saluentur in ipso. nec ei damnum demus, neque Ecclesiam extenuemus, neque numerũ minuamus per vnam animam hominis à nobis interemptam, quæ cum potuisset saluari per pœnitentiam, perijt nõ modò per propriam iram, sed etiã p vestras infidias, & impleuistis quod

scriptum est: Qui non congregat mecum, dispergit. ac cum talis dissipator fueris, eris etiã ouium aduersarius, Dei inimicus, agnorum corruptor, quorũ Dominus pastor fuit, nos congregatores ex varijs gentibus & linguis in multo labore, in periculo, in fatigatione assidua, in vigilijs, ieiunijs, humicubationibus, persecutionibus, plagis, carceribus, vt Dei voluntati obsecuti, implemus triclinitium recumbentium, hoc est, sacram & catholicam Ecclesiam, gaudentibus & exultantibus ijs, qui sunt vocati: laudantibusque & glorificantibus Deum, qui illos per nos ad vitam vocauit. Vos igitur, quoad per vos fieri potuit, disperdistis. Vos verò laici, pacem inter vos seruare, studentes Ecclesiam amplificare, & eos qui putantur agrestes, ad illam reducere, manifestare, atq; restituere. Eaq; summa repromissionis merces à Domino proponitur: Si separaueris ab indigno dignũ & preciosum, quasi os meum eris.

Matth. 12.

2. Co. 11.

Jerem. 15.

Descriptio Ecclesiæ & Cleri, & quid vnusquisque ex congregatis Clericis & Laicis, in Synaxi facere debeat.

Cap. LXI.

TV verò ò Episcopo esto sanctus, vacans culpa, non perquisitor, nõ iracundus, nõ immanis, sed edificator, conuersor, paratus ad docendum, patiens, benignus, mitis, longanimis, monitor, consolator tanquam Dei homo. Cum verò Ecclesiam Dei conuocas, veluti magnæ nauis gubernator, iube cum omni sciẽtia cœtus celebrari, præcipiens Diaconis tanquam nautis, vt disponat loca fratibus, tanquam epibatis cum omni diligentia & sanctitate. Ac primũ sit lōga domus, ad Orientem conuersa, ex vtraque parte strophoria habens ad Orientem, quæ nauis habeat similitudinem: In eius medio sit Episcopi sedes, ad cuius vtrumque latus confideant Presbyteri, & Diaconi assistant succincti & expediti. Hi enim sunt ad nautarũ & muralium præfectorũ similitudinẽ. Horũ cura laici in altera parte sedeant cum omni quiete & ordine: mulieres quoquẽ separatim sedeant, silentiũ seruantes. Medius Lector è loco superiori stas, legat libros Mosi, Iesu Naue, Iudicum, Regnorum, Paralipomenõ, de reatu: præterea Iob, Solomoni, sexdecim Prophetarũ: seruata lectiõnũ vicissitudine. Alius David hymnos canat, & populus initia versuum concinat. Post hæc Acta nostra, & Epistolæ Pauli cooperatores nostri, quas ad Ecclesiam misit secundum institutionem Spiritus sancti. Deindẽ Diaconus vel Presbyter legat Euangelia, quæ ego Mattheus & Ioannes vobis tradidimus, & cooperatores Pauli Lucas & Marcus accepta vobis reliquerunt. Ac cum Euangelium legitur, omnes Presbyteri, Diaconi, & Laici assurgant cum magno silentio: Scriptum est enim, Tace & audi Israhel. Et rursum, Tu verò hĩc sta, & audies. Deindẽ verò

Deu. 27. & 5.

verò moneant Presbyteri populũ, vt sedeant, sed non omnes, ac postremus omniũ episcopus, qui gubernatori est similis. Maneat autem Ostiarij ad introitus virorũ, illos custodientes: Diaconissa, ad introitus feminarũ, more nauticorum custodum. Nam in tabernaculo testimonij eadem seruabatur forma cũ populo Dei. Si quis inueniatur extra locũ sedere, in crepetur à Diacono, veluti proreta, & in suum locum reducatur. Non solum enim nauis, sed etiã mãdræ habet Ecclesia similitudinẽ: nam sicut pastores pecudes, capras inquam & oues, secundum genera & ætates separat, & quẽlibet sui generis similes sequitur: sic in Ecclesia iuniores seorsum sedeant, si fuerit locus, alioqui maneant recti: gradiores nati, ordine sedeant: pueros stantes recipiat eorum patres & matres. Adolescentulæ rursum, si sit locus, seorsum maneant, ceteroquẽ post mulieres stent: nuptæ, & quẽ iam liberos habent, seorsum maneant: Virgines & viduæ & anus, primæ omniũ vel stent, vel sedeant. diaconus autem loca videat, vt quilibet ingrediens in suum locum concedat, ac præter decorum nõ sedeat. Eodẽ modo Diaconus attendat in populo, nõ quis murmuret, nõ conuiueat, vel nutet. Oportet enim in Ecclesia accuratè, sobriè, vigilanter manere, attentas aures habentes ad Domini sermonem. Post hæc omnes simul assurgentes, & ad Orientem conuersi, post Catechum enorum & pœnitentium exitum supplicent Deo cœli cœli tenenti, id quẽ ad Orientem, in memoriã veteris possessionis Paradisi ad Orientẽ positi, vndẽ primus homo contempto mandato, serpens consilio obtemperas, expulsi sunt. Diaconi absoluta oratiõ, alij oblationi Eucharistiæ sint intenti, ministrantes corpori Domini cum timore: alij turbas videant, quietemque illis impendent. Dicat autem, qui assistit Pontifici, Diaconus populo: NE QVIS CONTRA ALIQVEM, NE QVIS IN HYPOCRISIT. Deindẽ salutent inter se viri, & inter se mulieres osculo in Domino: sed caueant, nõ quis dolosè id faciat, quẽ admodum Iudas Dominum osculo tradidit. Post eã Diaconus oret pro omni Ecclesia, proq; vniuerso mundo, pro suis patribus ac membris, item pro sacerdotibus, pro Principibus, pro Põtifice, pro Rege, atq; pro cõmuni pace. Deindẽ Põtifex populo precat̃ pacẽ, eide benedicat, quẽ admodum Moses mãdauit sacerdotibus, vt benedicerent populo his verbis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciẽ suã super te, & det tibi pacem. Item Episcopus oret, ac dicat: Saluum fac Domine populũ tuum, & benedic hereditati tuę, quam possidisti, & acquisiisti precioso sanguine Christi tui, & vocasti regale sacerdotium & gẽtem sanctã. His perfectis, sacrificiũ peragatur, adstante omni populo, atq; secreto orante. Ac postquam oblatũ fuerit, accipiat singuli per se ordinẽ do-

Gen. 2. & 3.

Matth. 26.

Marc. 14.

Num. 6.

Psal. 27.

1. Petr. 2.

minicum corpus, & preciosum sanguinẽ, gratam cũ pudore ac timore, tanquam ad Regis corpus accedentes: mulieres quoquẽ velato capite, quemadmodum eas decet, ordinẽ accedant. custodiantur portæ, nõ quis infidelis, vel nondum initiatus ingrediatur.

De commendatis peregrinis Laicis, Clericis, Episcopis. Cap. LXII.

SI quis venit à parocia frater vel soror, commendatitias literas afferens, cognoscat de ijs Diaconus: exquirẽs, an fideles sint, an Ecclesiastici, an ab heresi non deprauati: & rursum, sit ne nupta an vidua. atq; ita cum perpexerit illorum statum, quod sunt verẽ fideles & cõcordes in dominicis rebus, deducat vnum quemque in conuenientem sibi locum. Si presbyter à parocia venerit, recipiatur à Presbyteris in communionem: Si Diaconus, recipiatur à Diaconis: Si Episcopus, vnã cum Episcopo sedeat, eundẽ ab illo obtinens honorem. Rogabisq; eum, ò Episcope, vt sermones habeat ad populum, ad docendum accommodatos: peregrinorũ enim adhortatio & admonitio, valdẽ accepta atq; vehementer utilis esse cõsuevit. Nullus enim Propheta, inquit, acceptus est in patria sua. Permittes etiã ei Eucharistiã offerre: si propter reuerentiam, veluti sapiens, scilicet honorem tibi referuas, noluerit Eucharistiã offerre, coges eum vt vel populo benedicat. Si cum fedet is, alius quidã interueniat honestus & clarus in vita, peregrinus vel indigena: tu Episcope, qui fortè vel verbum Dei prædicas, vel Cantorem aut Lectorem audis: noli illius personę obsequio ministeriũ verbi relinquere, vt illi primũ confessum præcipias, sed mane quietus, non interrumpes sermonem vel auditionem tuam: fratres autem per Diaconos eum recipiant. Si locus desit, Diaconus excitato eo, qui iunior fuerit, non tamen iram adhibens, sed persuasionem, illũ in sede collocaet. Est autem æquum, vt beneuolus frater id per se faciat. Quod si reuerit, illum vi deturbatum post omnes statuatur, vt discant reliqui præstantioribus cedere. Si inops aliquis, vel obscurus, vel aduena venerit, siue senex, siue adolescens etate is sit, locusq; desit, ei locum ex toto corde prouideat Diaconus, nõ personis gratificari videatur, sed à Deo ministerij gratiã inire. Idem seruet Diaconissa cum aduenientibus mulieribus pauperibus siue diuitibus.

Luc. 4.

Quod oportet manẽ & vespere cœtus frequentare. Cap. LXIII.

CVM doces, ò Episcope, iube & hortare populum Ecclesiam frequentare manẽ ac vespere quotidie, nunquamq; abesse omnino, sed assidue vnum quemque conuenire, nec Ecclesiam mutilare seipsum subtrahentem, neq; truncum Christi corpus reddere. Non enim solum de sacerdotibus dictum est, sed

Matth. 12.

quilibet Laicus de se id audiat, cogitans dictum à Domino: Qui non est mecum, cōtra me est: & qui non congregat mecum, dispergit. Nolite ergo vos, mēbra Christi cūm sitis, dispergi, cōtus non celebrando, Christum caput habentes, secūdūm promissionem suam, adiunctum & confortatum vobis. Nec ipsi vosmet negligatis, neque Saluatore proprijs membris destituatis, neque eius corpus scindatis, neque ipsius membra dissipetis, neque huius vitæ necessaria diuino verbo antepōnatis, sed quotidie conueniatis, manē ac vesperē, psallentes atque orantes in dominicis, manē dicentes psalmum sexagesimum secundum, vesperē centesimum quadragesimum: maxime verò hoc seruetis in sabbato, & in die resurrectioni dicato. Verūm in die dominico diligentius conuenite, laudem Deo laturi, qui per Iesum cuncta condidit, & illū ad nos misit, atque mori permisit, & a mortuis excitauit. Nam quam excusationem afferre potest Deo, qui in hoc die nō cōuenit ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem, in quo tres orationes stantes concipimus in memoriam illius, qui tertia die resurrexit, in quo Prophetarum lectio habetur, & Euangelij prædicatio, & sacrificij oblatio, atque sacri cibi dispensatio?

Exemplum nos ad imitationem inducens, ductum ex Græcorum & Iudeorum vano concursu ad templa & Synagogas. Cap. LXIII.

Ezech. 16.

Quomodo non hostis DEI habendus est is, qui in temporalibus die noctuque est occupatus, æterna verò contemnit: ac balnea quidem & caducum cibum quotidie frequentat, quæ verò perpetuò manent, nō curat? Quomodo non dicit Dominus huic, Iustificata sunt gentes supra vos: quemadmodum Israel improperans dicebat, Iustificata est Sodoma ex te. Nam si gentes de fomno quotidie excitata, concurrunt ad idola, ut illa venerentur: & priusquam opus actionemve aliquam instituant, illis supplicent, & a festis celebratibusque eorum se nō subducunt, sed in ijs sunt intēti nō solum indigene, sed etiam quæ longè absunt, atque in theatra tanquam in Synagogas conueniunt. Eodē modo qui frustra Iudæi nominantur, post sex dierum cessationem, septimo die in Synagogam conueniunt, & vacationis Synagoga que suæ rationem habent: (qui tamen in sua infidelitate virtute verbi sunt priuati, præterea verò ipsius nominis, quo appellatur, vim proprietatemque amiserunt: Iudas enim confessio est: ijs autem non sunt confitentes Deo, cum Christi passionem per scelus effecerint, ut per penitentiam salutem adipiscantur) si igitur qui nou saluantur, in ijs quæ sine fructu faciunt, sunt affidui: tu qua excusatione uteris cum Deo, qui ecclesiam eius derelinquis, nec gentes imitatoris: sed eò derelinquis, vel

quia te das ignauia, vel quia deficere cogitas, vel alicui malo studes? Quibus dicit Dominus per Ieremiam: Iustitias meas non custodistis, sed neque secundum iustitias gentium ambulastis: paulò minùs & superastis illos. Et rursum, Iustificauit animam meam Israel ab incomposita Iudæ. & deinceps, Si mutabunt gentes deos ipsorum, & ijs nō sunt dijs, quoniam pertrastis ad insulas Chetim, nisi & videtis. Et in Cedar misistis, & cogitate vehementer, si facta sunt hæc, quoniam illa non mutant sua legitima: populus etiam me mutauit gloriam ipsius, de qua non iuuabitur. Ergo qua defensione utetur is, qui negligit, vel deserit Ecclesiam Dei?

Quod nefas est res mundanas diuinis præferre. Cap. LXV.

Quod si quis occasionem proprii operis opponens, negligens fuerit, excusando excusationes in peccatis: sciat is, artes fidelium succifluas, propriam eorum operam, pietatem esse. Artes igitur vestras in succifluis subsecundarijsque operis ponite, ut victui vestro inferuiant: opere autem pietate colite, quemadmodum Dominus dicebat, Operamini non cibum qui perit, sed manentem in vitam æternam. Et rursum, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Conamini igitur nunquam Ecclesiam Dei relinquere. Quod si quis ea neglecta, in gentium cōscelerata templa fuerit ingressus, vel in Iudeorum Synagogam, vel Hæreticorum, is quam excusationem apud Deum inueniet in die iudicij? quia verba Dei viuentis reliquit, viuentia ipsa vitam que tribuentia, quæ possunt æterno supplicio liberare, & ad eadē demoniorum se contulit, vel ad Synagogam interfectorum Christi, vel ad ecclesiam malignantium, nō audito eo, qui dixit, Odi ecclesiam malignantium, & cum iniqua generantibus non ingrediare. Et rursum, Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentium non sedit: sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Tu verò relicto fidelium cœtu, nei Ecclesia ac legibus, respicis speluncas latronum, sancta ducens, quæ ille nefaria esse voluit: & communia faciens, quæ ille separauit: non solum que id facis, sed etiam ad Græcorum ludos curris, & ad Theatra properas, expectens vnus ex venientibus eò numerari, & particeps fieri auditionum turpium, nē dicam abominabilem: nec audisti Ieremiam, dicentem: Domine, non sedi in consilio ludentium, sed timui à conspectu manū tuæ: neque Iob, dicentem similia: Si verò & cum irrisoribus ambulauim aliquandò, appendor enim in statera iusta. Quid verò cupis Græcos sermones percipere hominum mortuorum, afflatu diaboli tradētum ea, quæ mortem afferunt, fidem euertunt, ad deorum multitudi-

Hæc sententia est Ezech. 16.

Ierem. 3.

Ierem. 2.

Psalm. 140.

Ioan. 6.

Ibid.

Psalm. 27.

Psalm. 1.

Ierem. 17.

Iob 31.

Colos. 1.

Ephes. 5.

2. Corint. 6.

Num. 23.

Deut. 18.

Ierem. 10.

1. captū aliquem redimat, eiusque animam lucretur.

titudinem credendam inducunt eos, qui ad illa attentionem adhibent? Vos verò diuinis legibus inuigilantes, vitæ huius necessitatibus putate eas præstantiores, maioremque ijs honorem deferentes, conuenite ad Ecclesiam Domini, quam acquisiuit sanguine Christi dilecti, primogeniti omnium creaturæ. Ea est enim altissimi filia, quæ parturit nos per verbum gratiæ, & formauit in nobis Christum, cuius participes facti, sacra membra existitis & electi, non habentia maculam neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sed tanquam sancti & irreprehensibiles in fide, perfecti estis in ipso, secundum imaginem eius qui creauit vos.

Quod oportet declinare omnes Græcorum impietates. Cap. LXVI.

Caute igitur, nē conuentus celebretis cum ijs qui pereunt, quæ est Synagoga gentium ad deceptionem & interitum, nulla est enim societas Dei cum diabolo: nam qui congregatur vnà cum ijs, qui cum diabolo idem sentiunt, vnus ex ipsis connumerabitur, & vā habebit. Fugite quoque indecora spectacula, theatra (inquam) & Græcorum ludos, incantationes, ariolationes, vaticinia, lustrationes, aruspiciam, auguria, necromantiam, inuocationes, quoniam scriptum est, Non erit augurium in Iacob, neque vaticinium in Israel. Et rursum, Augurium peccatum est. Et alibi, Non augurabimini, & ariolationes, diuinationes & Pythones non sequemini: lustratores non acquiratis. Ideo monet Ieremias, dicens: Secūdum vias gentium nē ambulaueritis, & à signis cæli nē timueritis. Propterea oportet fidelem fugere impiorum cœtus, Græcorum ac Iudeorum, reliquorumque Hæreticorum, nē vbi vnà cum eis degimus, animis nostris laqueos parem: & nē vbi in eorum festis versamur, quæ in honorem demonum celebrantur, cum eis habeamus societatem impietatis. Vitandi quoque sunt illorum mercatus, & qui in ijs fiunt ludi. Fidelem enim oportet ad mercatum tantum comparere, ut corpusculū emat, & animam acquirat, atque alia quædam ad vsus necessarios comparat. Vitare igitur

omnem idolorum pompā, speciem, mercatum, conuiuia, gladiatores, denique omnia dæmoniacæ spectacula.

*Quod nō oportet ociosum comedere, sicut Petrus piscator, & alij Apostoli: Paulus verò & Aquila scenas faciebāt, Iudas & Iacobus agricolæ erant. narrat * Hegesippus & Tertullianus Romanus. Cap. LXVII.*

*Horū testimonia allata sunt parū commodè hoc loco.

Qui in Ecclesia iuuenes estis, curate in omnibus rebus necessarijs sedulo ministrare: cum omni sanctitate operis vestris vacate, ut omni tempore & vobis & egētibz suppeditare possitis, nē Ecclesiam Dei oneretis. Et enim nos quoque vacantes verbo Euangelij, succifluas operas non negligimus. Alij enim ex nobis piscatores sunt, alij scenarum artifices, alij agricolæ, nē vnquam ociosi simus. Dicit autem quodam in loco Solomō: Vade ad formicam o piger, & imitare videns vias ipsius, & fias illa sapientior. Illi enim cum agriculturalio non sit, neque cogentem habeat, neque dño subdatur, parat in estate cibum, multamque in messe facit congregationē. Et accede ad apem, & discite quām operaria sit, & opus quā graue negociet, cuius labores Reges & idiotæ ad sanitatem adhibent. est autē desiderabilis & gloriosa, quæ admodum est viribus infirma. Et deinceps, Quousque tandem piger iacebis? quādō de fomno excitaberis? parum dormis, parum sedes, paululum dormitas, paululum autem suffarcinas manibus pectora, postea adest tibi sicut malus viator paupertas, & egestas tanquam bonus cursor. Si verò impiger fueris, veniet sicut fons messis tua, & egestas tanquam malus vir transfugiet. Et rursum, Qui laborat terram suam, replebitur panibus. Et alio in loco, Piger cōplicat manus suas, & comedit carnes suas. Et deinceps, Abscondens piger manus suas, non poterit applicare ad os suum. Et rursum, Propter pigritiam manū humiliabitur cōtignatio. Laborate ergo assidue, est enim ociosi reprehensio irreparabilis. Si quis non laborat, hic apud vos non māducat. ociosos enim odit dominus Deus noster. Nemo enim ex ijs, qui DEO vacant, esse debet ociosus.

Prou. 6.

Ibidem.

Prou. 12.

Prou. 26.

Prou. 19.

Ecces 10.

2. Thef. 3.

CONSTITVTIONVM SAN-

CTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE RO-

MANO AVTHORE, LIBER TERTIVS.

De viduis. Caput primum.

1. Tim. 5.



Iduas constituite non minores annis sexaginta, ut quodammodo propter illarum ætatem sitis certi eas bigamiæ suspicione vacare. Si iuniorem in viduali statu constitueritis, & illa

non ferens in iuuentute viduitatem, nupserit, dedecorabit gloriam vidualis gradus, & rationem DEO reddet, non quoniam secundas nuptias secuta est, sed quoniam suam professionem non seruauit, luxuriata CHRISTO. Quare oportet non temerè facere professionem, sed cum cōsilio & cōsideratiōe: præstat enim eam nō vouere, quàm voue-

vouere & non reddere. Si autem aliqua adolefcentior sit, quæ cum breui tempore virum suum habuerit, illumq; vel per obitum, vel per aliquam aliam occasionem amiserit, per se manere voluerit, donum habens viduitatis, beata hæc inuenietur, imitata Sidoniã illam viduam in Sarephtha, cuius hospitio sanctus Dei propheta Helias est vsus. Talis mulier similis erit Annæ filia Phauelis de tribu Aser, quæ à templo non discedebat, diu noctuque inuigilans precibus & supplicationibus: quæ nata annos octoginta quatuor; à virginitate cum viro vixerat annos septem, Christi quæ aduentum glorificans, cõfitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem in Israel. Quæ talis fuerit, testimonio accepto honorabitur, adepta in terra apud homines gloriam, & in cælo apud Deum æternam laudem.

Quòd cauendum est à constitutione Viduæ immoris propter suspitionem.
Cap. II.

Adolefcentiores viduæ ad vidualem statum nẽ ordinentur, nẽ forte ea occasione, qua non possunt florem ætatis, cohibere, ad secundas nuptias descendentes, negotium habeant. Aduuentur autem & subleuentur, nẽ occasione molestiæ carnis, ad secundas nuptias delapsæ, in re indecora detineant. Nam hoc quoque scire debetis, quòd primæ nuptiæ, si legitimiæ fiant, iustè censentur, vt quæ secundum Dei voluntatem sunt. Bigamia post professionem, iniqua habenda est, non propter cõiunctionem, sed propter mendacium. Trigamia, in continentia est argumentum. Id, quod supra trigamiã fit, manifesta fornicatio iudicatur, & non dubia intemperantia. Deus enim vnam mulierem vni viro tradidit in creatione, Erunt enim duo in carne vna. Adolefcentioribus verò post primi viri obitum concedatur secundæ, nẽ incidant in iudicium diaboli, & in laqueos multos, atque in libidines insanas inutilisque animis, quæ supplicium potiùs, quàm iucunditatem afferunt.

Quales esse oporteat Viduas, & quomodo adiuuanda sint ab Episcopo. Cap. III.

Veræ sunt Viduæ, quæ vni nuptæ fuerunt plurimorum testimonio probatæ, bonis operibus intentæ: viduæ re vera temperatæ, castæ, fideles, piæ, quæ benè liberos educauerunt, & laudabiliter hospites receperunt, quibus opem ferre oportet tantquam Deo dicatis. Sed etiã pauperum, ò Episcopo, memor esto, ipsis quoque adiutricem manum præbens, curamq; eorum suscipere veluti Dei æconomus, opportuno tempore vnicuique tribuens, quæ sibi sunt necessaria, viduis, orphanis, vitæ subsidia non habentibus, & in tribulatione constitutis.

3. Reg. 17.

Luc. 2.

Gen. 2.

Quòd cuiuslibet indigenti benè facere oportet.
Cap. IIII.

QUID enim si quædã, Viduæ non sint, & quidam vxoribus nõ careant? cum tamen subsidio egeant ob inopiam, vel ob morbum, vel ob liberos alèdos, omnes debes respicere, omnium curam suscipere. Nam qui dona dant, non præcisè illa destinant viduis, sed in vniuersum conferunt, voluntaria ea appellates: quòd tu sciens eos, qui premuntur, vt bonus æconomus diligenter impertias eis de munere. Deus enim cognoscit eum qui dedit, quãuis absens per te egentibus impertiat: atque ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu verò probatæ æconomia laudem: dicque illis, quis dederit, vt ex nomine pro eo orare valeant. Oportet enim omnibus hominibus benefacere, non facientes delectum huius, quifnam sit, vel illius. Inquit enim Dominus: Omni petenti te da, nimirum re vera egenti, etiã si amicus sit, etiã si inimicus, si consanguineus, si alienus, si finè vxore, si cum vxore viuat. In omni enim scriptura Dominus de pauperibus præcipit per Isaiam: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; introduc in domum tuam. Si videris nudum, cooperi illum, & propinquos seminis tui nẽ despexeris. Et per Danielelem dicit potenti: Ideò, Rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus pauperum. Et per Solomonẽ inquit: Per elemosynam & fidem purgantur peccata. Et per Dauid rursùm ait: Beatus qui intelligit super inopem & pauperẽ, in die mala liberabit eos Dominus. Et rursùm: Disperdit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum. Et Solomon inquit: Qui miseretur pauperis, Domino fœneratur, & secundum donũ ipsius retribuetur ei. & deinceps, Qui obturat aures suas, nẽ audiat indigentem: & ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat eum.

Quòd oportet viduam probitati morum studere. Cap. V.

SIT omnis vidua mitis, placida, proba, smalitiæ expers, nõ iracunda, nõ loquax, non vociferatrix, non procax, non maledica, non verborum auceps, non bilinguis, nõ curiosa. Si quid vidit vel audiuit, quod fuerit minus rectum: perindè sit, atque si id non viderit, nec audiuerit: neque vlla alia res viduæ sit curæ, quàm orare pro ijs, qui subsidia ministrant, & pro vniuersa Ecclesia. Si quid ab aliquo rogetur, nolit facillè respondere, nisi in ijs, quæ ad fidem, iustitiam, spem in Deo habendam pertinent, reijciatque ad prepositos, illos qui in disciplina pietatis institui volunt: ea quæ sola respondeat, quæ faciunt ad euertendum errorem de Deorum multitudine, explicetque rationem de vnus Dei principatu: de reliquis non temerè respondet,

Luc. 6.

Cap. 58.

Cap. 4.

Prou. 14.

Psal. 40.

Psal. 111.

Prou. 19.

Prou. 21.

Matth. 13.

Matth. 7.

Isa. 52.
Rom. 2.

1. Cor. 14.

Luc. 8.

S. Ignat. ad
Tarsen.

S. Ignat. ad
Philad.

Isa. 6.

spondeat, nẽ si quid indoctè dixerit, blasphemiam impingat verbo. Grano enim sinapis simile esse verbum Dominus docuit: id verò ardorem habet, quo si quis imperitè vtatur, amarum inueniet: oportet enim in mysticis non proditorem esse, sed cautum: admonet enim nos Dominus, dicens: Nolite proijcere margaritas vestras ante porcos, nẽ fortè conculcent eas pedibus, & cõuerfi dilaniet vos. Nam infideles si audiant sermonem de Christo non perfectum, sed imminutum, & maxime eum, qui de incarnatione atq; passione habetur, deridebunt nos, veluti eos qui falsa opinamur. Itaque rea fiet temeritatis & blasphemia Presbytera, & væ habebit: Væ enim (inquit) ei, per quẽ nomen meum blasphematur in gentibus.

Quòd non oportet mulierem docere: indecorum est enim, & quæ mulieres sequebantur Dominum. Cap. VI.

NON permittimus igitur mulieres in Ecclesia docere, sed tantum orare, & magistros audire. Nam magister ipse & Dominus Iesus Christus, cum nos duodecim ad docendum populum gentesq; misisset, nusquam mulieres misit ad prædicationẽ, quantum non deerat. Erat enim nobiscum mater Domini, & sorores eius, præterea Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Martha & Maria sorores Lazari, & Solome, & quædã aliarum. Nam si necesse fuisset mulieres docere, ipse primus ijs quoque præcepisset, vt vnã nobiscum populũ instituerent. Si enim caput mulieris vir est, equũ nõ est vt reliquum corpus capiti imperet. Intelligat vidua se Dei altare esse, sedeatq; domi apud se, non frequentans fidelium domos cum occasione aliquid capiendi: altare enim dei non circuncurfat, sed in vno loco stabile manet. Igitur virgo quoque & vidua non circuncursent, neque vagentur per alienas domos, quoniam vagæ impudentes quæ nõ consistunt vno in loco, eò quòd non viduæ, sed peræ potiùs sunt, paratæ ad capiendum, garrulæ, maledicæ, contentiones ferentes, impudentes, inuercundæ: quæ sunt huiusmodi, non habendæ sunt dignæ illo, qui eas vocauit. Nam ad cõmunem Synagogæ quietem in die Domini non conueniunt, vt ijs, qui vigilat, sed vel dormitant, vel garrunt, vel lenocinantur, vel petunt, vel alios captiuos faciunt, inducentes eos ad malum, neque permittentes sobrios in Domino esse: sed ita illos præparant, vt tales exeant, quales intrauerunt, scilicet inanes, cum non audiant eos qui docent, neque qui legunt verbum Domini. De ijs enim Isaias propheta inquit: Auribus audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cognoscetis: in crassatum est enim cor populi huius.

Quales sint falsæ viduæ. Cap. VII.

Eodem modo talium viduarum obturata sunt aures cordis, nẽ intra suos parietes sedentes, cum Domino colloquia habeant, sed circuncursantes, animo questum per nugas faciendi, aduersarij desideria expleant. Tales igitur viduæ non pertinent ad Christi altare: sunt enim viduæ, quæ in opere hanc rem ponunt, & quòd impudenter petunt, & vltra modum capiunt, ideò iam multos ad dandum segniores reddiderunt: nam cum deberent propter modestiam propositi, Ecclesiasticis rebus esse contentæ, per diuitum domos circuncursantes, pecuniam extorquet, sibi cumulantes, atq; acerbò fœnore mutuũ dant, nihilq; præter mammonam curat: quarum Deus commena est: quæ escam & potum omni virtuti anteponunt, dicentes, Comedamus & bibamus, cras enim morimur. Nam quæ in querenda pecunia est exercitata, pro Deo mammonã colit, hoc est, questui seruit. Deo autem grata esse non potest, neque eius cultui inseruire, cum nequeat assidue illum interpellare, ad parandam pecuniam mente animoq; intenta: quoniã vbi est thesaurus, ibi & cor suum. Cogitat enim aliquò accedere questus gratia, vel quòd illa sua amica eius oblita est, & aliquem sermonem ad illã referre oportet. Quæ verò talia cogitat, non potest orationi intèta esse, sed occurrèti cogitationi. Ideò quãuis aliquãdò pro aliquo orare velit, non exaudietur: non enim ex toto corde offert orationem Domino, sed distracta cogitatione. Quæ verò vult Deo intendere, intus sedens cogitat quæ sunt Domini, diu noctuq; incessabili ore offeret preces mundas. Vt igitur sapiētissima Iudith temperatiæ testimonio cõmendata, diu noctuq; supplicabat pro Israele Deo: sic similis illi vidua continuatam pro Ecclesia interpellationem Deo offeret, qui illam exaudiet: quoniã eius mēs ad hoc solum fixa est, neq; ad sumptuosam cupiditatem, neq; ad insatietatem se proijcit. Huius casti sunt oculi, aures purgatæ, manus puræ, pedes quieti, os neque ad ingluuiem, neq; ad loquacitatem paratum, sed loquens quantum est opus, capiens quæ sunt solum ad conseruandam naturam necessaria. Itã cum grauis fuerit & sedata, grata erit Deo, & simulac petet aliquid, præueniet eam cõcessio. Adhuc em̃ te, inquit, loquẽte, dicã, Ecce adsum. Talis cum sit, careat auaritia, superbia, turpi lucro: nẽ sit insatiabilis, nẽ gulosa, sed continens, mitis, quieta, vercunda, pudens, domi sedens, psallens, orans, legens, vigilans, ieiunans, ex omni parte cum Deo colloquia habens canticis & hymnis: lanam accipiens, alijs potiùs ministret, quam ipsa ab alijs petat, memor commendatæ à Domino in Euangelio viduæ, quæ cum ad templum accessisset, misit in gazophylacium duo minuta, hoc est, quadrantem: quam intuitus cordis scrutator Christus Dominus & magister noster, dixit: Amen dico vobis, quæ hæc

Isa. 22.

Matth. 6.

Iudit. 9.

Isa. 52.

Luc. 21.
Marc. 12.

hec vidua plus quam omnes in gazophylacium misit: quoniam omnes ex abundanti miserunt, hec ex eo quod deest illi, totum que habebat, victum misit. Sanctas igitur viduas esse oportet, obediens Episcopis, Presbyteris & Diaconis, etiam Diaconissas venerantes, verentes, timentes, non libertate vtetes, neque contra mandatum aliquid facere volentes, preter sententiam Diaconi: veluti si pergere velit ad aliquem, vt apud eum comedat & bibat, vel si ab aliquo quidpiam capiat. Quod si iniussa aliquid horum fecerit, puniatur ieiunio, vel segregetur veluti temeraria.

Quod non oportet ab indignis capere neque viduam, neque Episcopum, neque alium similem. Cap. VIII.

Quid enim scit, qualis sit ea, a qua accipit, vel a quali ministerio victum suppeditat? num de rapina, an de aliquo non honesto studio? ignorat vidua quod de vnaquaque harum rerum ratione Deo reddet, recipiens que Deo sunt indigna. Nam neque sacerdotes talis mulieris voluntariam oblationem vnquam recipient, veluti furis vel meretricis. Scriptum est enim, Non concupisces res proximi, & non offeres mercedem meretricis Domino DEO. Non est igitur a talibus capiendum, neque etiam ab excommunicatis. Sint autem viduæ paratæ ad obediendum ijs, quæ eis a præpositis sunt præcepta, & ad præscriptum Episcopi faciant, veluti Deo obediens, nam qui ab huiusmodi excommunicato, vel extra Synagogam eiectione accipit, & pro tali orat, qui in malis perseuerare sibi proponit, nec aliquando vult ad penitentiam redire, comunicat cum eo in oratione, & offendit Christum, qui impios declinat, & confirmat eum per indignam largitionem, & contaminat se cum eo, non finens illum ad penitentiam venire, vt ingemiscat, & roget Deum.

Quod non oportet mulieres baptizare: impium est enim, & a Christi doctrina alienum. Cap. IX.

De mulieribus autem, an he baptizare debeant, significamus vobis, quod non paruum periculum imminet eis, quæ hoc faciunt. Ideo non consulimus: periculosum est enim, immo iniquum & impium. Nam si mulieris caput est vir, is vero ad sacerdotium, promouetur: non est equum, officium contemnere, & principium relinquentem, ad infimum corpus venire, mulier enim viri corpus est, de costa conflatum, subiectumque illi, a quo est abscissum ad filiorum procreationem. Ipse enim, inquit, tuus dominabitur. Principium enim mulieris vir est, quoniam eius est caput. Quod si in præcedentibus docere eas non permisimus, quomodo quis eas præter

naturam sacra facere concedat? Hæc est enim inscitia, ad Græcorum impietatem pertinens, foeminis deabus sacrificulas instituire. Sed non est Christi ordinationis proprium: nam si a mulieribus baptizandum fuisset, omnino Dominus a propria matre baptizatus fuisset, non a Ioanne: aut cum nos ad baptizandum misit, vnâ nobiscum ad id mulieres misisset. nunc autem id nusquam ordinavit, neque scriptum reliquit, cognoscens & naturæ convenientiam, & rei ipsius decorum, vt qui naturæ author erat, & ordinationis legislator.

Quod oportet laicum sacerdotale officium facere, baptismum, sacrificium, manus impositionem, & benedictionem. Cap. X.

SED neque laicos concedimus aliquod sacerdotale munus exercere, veluti sacrificium, baptismum, manus impositionem, vel benedictionem magnam siue parua. Non enim sibi quis sumit honorem, sed qui vocatur a Deo. Nam per Episcopi manus datur hæc dignitas. Qui vero ad eam promotus non est, sed eam sibi usurpat, Ozia pœnam sustinebit.

Quod excepto Episcopo vel Presbytero, nemini ex reliquis clericis concessum est, sacerdotalia exercere: ordinare autem, soli Episcopo conuenit, alij nemini. Cap. XI.

SED neque reliquos clericos baptizare spermittimus, veluti Lectores, Cantores, Ostiarios, ministros: sed solos Episcopos, & Presbyteros, ministrantibus illis Diaconis. qui hoc ausi fuerint, Coritarum supplicium patientur. Non concedimus autem Presbyteros ordinare Diaconos, Diaconissas, Lectores, ministros, Catores, Ostiarios: sed solos Episcopos: is est enim ordo, & harmonia ecclesiastica.

Dehortatio ab inuidia. Cap. XII.

DE inuidia, obreftatione, detractione, similitate, contentione antea dictum est vobis, quod hæc a Christianis aliena sunt, maximè viduis, quoniam quidem agitator diabolus multiplex, variusque: cum sit, de non viduis triumphum querit, veluti olim de Cain. Quædam enim viduas se esse dicunt, officia autem digna viduitate non faciunt, quæ admòdum nec Cain fraterna iusta faciebat. Ignorant enim quod non viduitatis nomen in regnum ipsas introducet, sed fides vera & opera sancta. Si vero aliqua nomen viduitatis possideat, aduersarij studia exerceat, viduitatis eius ratio non habebitur, sed regno expulsa, eterno supplicio tradetur. Audimus enim quasdam esse viduas obreftatrices, inuidas, calumniatrices, dolentes aliorum commodis. Tales Christi non sunt, neque eius doctrinæ discipulæ. Oportebat enim eas, cum

conuidua ab aliquo vestitur, vel argentum capit, vel cibum, vel potum, vel calceameta, videntes sororem recreatam, dicere:

Quomodo oportet viduas orare pro ministrantibus vice subsidia. Cap. XIII.

Benedictus es Deus, qui consolatus es viduam: Benedic Domine, & glorifica ministrantem ei & opus eius, vt ascendant in veritate ad te, & memor esto eius in bonum in die visitationis suæ. Et Episcopo, qui benedixit, & docuit opportunam elemosynam nudæ conuiduæ meæ fieri, ad das gloriam, & des ei coronam gloriæ in die reuelationis visitationis suæ. Eodem modo vidua, quæ misericordiam accepit, precetur pro eo, qui victum ipsi ministravit.

Quod non oportet gloriarì, & efferre suum nomen eam, quæ fructificat secundum Domini ordinationem. Cap. XIII.

ILLa tamè, quæ benefecit, occultet proprium nomen, veluti sapiens, non canens tuba coram se, vt sit elemosyna in occulto apud Deum, sicut dicit Dominus: Cum facis elemosynam, non cognoscat sinistra tua, quod facit dextera tua, vt elemosyna tua sit occulta: & vidua oret pro eo qui dedit, quicumque tandem ille sit, cum sanctum Christi altare referat, & Pater in occulto videns, benefacienti in aperto reddet. Sed quæ secundum DEI mandatum viduæ viuere nolunt, exquirere student, quæ sit illa quæ ministravit, & quæ accepit, quod cum cognouerint, accusant ministrantem illam, dicentes: Nescibas, quod ego erâ tibi vicinior, & quod magis egebam quam illa? Cur igitur anteposisti eam mihi? Hæc dicit stulta, non intelligens non hominis voluntate id factum, sed diuino consilio. Nam cum ipsa testetur se viciniorè & maiori inopia oppressam, magisque nudam fuisse, etiam animaduertere debuit diuinam ordinationem, tacitamque, non accusantem, præbitricem illam, domum ingredi, & in faciem procumbentem rogare Deum, vt remittatur sibi peccatum. Deus enim facienti bonum præcepit, ne opus bonum peruulgaret: hæc autem illam accusauit, quod suum nomen non indicauit, vt illo cognito, ad capiendum posset currere: ac non solum accusauit, sed etiam illi maledixit, oblita eius qui dixit, Benedicens tibi, benedictus est: & maledicens tibi, maledictus. dicit autem nomen: Cum intraueritis in domum, dicite, Pax huic domui: & si fuerit ibi filius pacis, pax vestra requiescet super eum: Si non fuerit dignus, pax vestra ad vos reuertetur.

Quod indecorum est, conuicio afficere proximum: alienum enim Christiano est, maledicere. Cap. XV.

QUOD si pax ad eos redit, qui eam miserunt, cum ipsa dignos non inuenerit:

multo magis maledictum in caput illorum reuertetur, qui iniuste id miserunt, cum non sit dignus vt in maledictum incurrat, in quem est iactum. Nam qui inaniter conuicium facit, ipse sibi maledicit, vt ait Solomon: Quæ admodum aues volant & passeris, ita maledictum vanum in neminem superueniet. & rursum dicit, Qui proferunt contumelias, insipientissimi sunt. Atque vt apis robore suo imbecilla, vbi aliquem percussit, amittit aculeum, fitque sterilis: eodem modo vos iniuriam, quam in alios facitis, in vos ipsi recipitis. Lacum enim aperuit, & effodit eum, & incidet in foveam quam fecit. Qui fodit foveam proximo, incidet in eam. Igitur qui maledictum fugit, alteri ne maledicat. Nam quod in te fieri non vis, nec tu id in alium feceris. Quare castigat inobedientes: increpate inuerecundas: hortamini pusillanimes: confirmate infirmas: laudate in sanctitate ambulantes: benedicant potius, & non conuiciantur: pacem componant, & non excitent bellum. Quare nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, neque alius quisquam de sacro numero, maledicto linguam contaminet, ne pro benedictione consequatur maledictionem. Adhibeat autem studium diligentiamque, vt ne laicus maledictum proferat. Omnium enim curam suscipere debet, Clericorum, virginum, viduarum, laicorum. Ideo, o Episcopo, coadiutores vitæ tuæ, & iustitiæ operarios Diaconos Deo acceptos gratosque elige, quos ex omni populo probatos, iudicas esse dignos, & ad usus ministerij idoneos. Elige quoque diaconissam fidelem & sanctam ad mulierum ministeria, nam accedit aliquando, cum in aliquorum domos Diaconum ad mulieres mittere non potes, propter infideles, mittes igitur mulierem Diaconissam propter improborum cogitationes, nam ad multos usus muliere Diaconissa indigemus: ac primum cum illuminatur mulieres, Diaconus vngit frontem ipsarum oleo sancto, deinde Diaconissa eas abstergit. Non est enim necessè, mulieres aspici à viris, sed solum in manus impositione caput illius vngit Episcopus, quemadmodum sacerdotes, & reges antiquo tempore vngentur. non quod, qui nunc baptizantur, sacerdotes ordinant, sed quod a Christo Christiani dicuntur: regale sacerdotium & gens sancta, Ecclesia Dei, columna & firmamentum thalami sponsi: qui aliquando non populus, nunc autem dilecti & electi, super quos inuocatum est nomen ipsius nouum, vt testatur Isaias propheta, dicens: Et vocabunt Israhel populum nomen eius nouum, quod Dominus nominabit eum.

De diuina initiatione sancti Baptismi. Cap. XVI.

TV ergo, Episcopo, illa figura vnges caput illorum qui baptizantur, siue ij viri sint,

fint, siue mulieres, oleo sancto in figurā spiritalis baptisimi. Deinde vel tu Episcopus, vel tibi subiectus Presbyter, sacra super ipsos dicens ac nominans in uocationem Patris & Filij & Spiritus sancti, baptizabis eos in aqua: ac virum suscipiat Diaconus, mulierem Diaconissa, vt decorē traditio infrangibilis sigilli administratur. Postea Episcopus liniat baptizatos vnguento.

Quam causam habeat baptismus in Christum, cum assignatione causae eorum, quae in eo dicuntur ac fiunt. Cap. XVII.

Datur igitur baptismus in mortē Iesu, aqua pro sepultura, oleum pro spiritu sancto: sigillum pro cruce: vnguentum est confirmatio professionis: mentio fit Patris, vti causae & mittentis: Spiritus sancti, vti testis: demersio significat, quod comorimur: emerisio, quod resurgimus: Pater, qui est super omnia Deus: Christus, vnigenitus Deus, dilectus Filius, gloriae Dominus: Spiritus sanctus, Paracletus qui a Christo mittitur, & ab illo docetur, & illum praedicat.

Qualis debeat esse is, qui imitatur. Cap. XVIII.

QVI baptizatur, sit ab omni impietate alienus, mortuus peccato, amicus dei, hostis diaboli, haeres dei Patris, coheres filij sui, qui abrenunciauerit satanae & demonibus, & fraudibus suis, castus, mundus, sanctus, pius, filius Dei, orans tanquam filius patrem, & dicens vti a communi fidelium conuentu in hunc modum: Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. Panem nostrum superfubstantialem da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Quoniam tuum est regnum, & virtus, & gloria in secula, Amen.

Qualis debeat esse Diaconus. Cap. at XIX.

Sint Diaconi nulla ex parte reprehendendi, quemadmodum & Episcopus: tantum sint faciliores, accommodati ad multitudinē Ecclesiae, vt infirmis ministrare valeant, veluti operarij, qui pudore non deterreantur. Ac mulier quidem mulieres curare studeat: vterque nunciandi, cursandi, ministrandi, inferuendi officia absoluat, vt de Domino Isaias dicebat ijs verbis, Iustificatus iustus bene seruientem multis. Vnusquisque igitur suū locum agnoscat, & eum expleat diligenter,

concorditer, vnanimiter, cognoscēs Diacōnatūs mercedem. Sint Diaconi a pudore alieni in ministrando egentibus, quemadmodum Dominus noster non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Idem ipsos facere oportet: quanquam animam pro fratre exponere opus foret, nolint dubitare: nam Dominus & Saluator noster Iesus Christus non dubitauit animā suā ponere (vt ipse inquit) Ioan. 15.

pro amicis suis. Quod si caeli & terrae Dominus omnia propter nos pertulit, quomodo vos ministrare indigentibus verebimini, cum eius imitatores esse debeatis, qui seruitutem, paupertatem, plagas, crucem propter nos est passus? Quare oportet vos quoque, vti Christi imitatores, inferuire fratribus. Qui vult enim (inquit) inter vos esse primus, sit vester seruus: Ita enim ille opere praestitit, vt inferuaret multis, non sermone. Nam cum accepisset linteam, praecinxit se: deinde mist aquam in peluim, nobisque recubentibus accedens, omnium nostrum lauit pedes, & linteo absterxit. Quod faciens, demonstrabit nobis fraterni amoris charitatē, vt nos quoque inter nos idem faceremus.

Cum igitur Dñs noster ac magister ad eum se met exinanierit, qua ratione vos pudebit idem facere in infirmos & imbecillos fratres, cum sitis operarij veritatis, & pietatis patroni? Ministrate igitur amanter, non murmurantes, nec discordias excitantes: nō enim propter homines haec facitis, sed propter Deum, & ministerij mercedem ab illo consequemini in die visitationis vestrae. Necessē est igitur, vos Diaconos omnes inuifere, qui quidem visitatione opus habent, & de oppressis referre Episcopo vestro. Vos enim anima eius sensusque esse debetis, prompti & obediētes in omnibus rebus ei, vti Episcopo vestro, & patri, ac magistro.

Quod a tribus vel duobus Episcopis debet ordinari Episcopus, & non ab vno: irritum est enim. Cap. XX.


Episcopum mandamus ordinari a tribus Episcopis, vel ad minus a duobus. non licere autem ab vno vobis constitui. nam duorum vel trium testimonium, firmiter tutiusque existit. Presbyterum, & Diaconum, & reliquorum clerum, ab vno Episcopo. Nec Presbyterum neque Diaconum iubemus ordinare ex laicis clericis, sed Presbyterum tantum docere, offerre, baptizare, benedicere populo: Diaconum ministrare Episcopo & Presbyteris, hoc est, diaconatum exercere, non tamen reliqua peragere.

Episcope & Domino beatiorem esse dixit eum, qui dat, quam qui accipit. Etenim rursum ab eo dictum est, Vae habentibus, & in hypocrisi accipientibus, vel ijs, qui sibi opitulari valent, & ab alijs accipere volunt: vterque reddet rationem Domino Deo in die iudicij. Nam qui vel propter pupillarem aetate, vel propter senectutis imbecillitatem, vel propter morbi casum, vel propter filiorum numerum capit, nō solum reprehendendus non est, sed etiam laude dignus censetur. Pro altari enim Deo dicato existimatus, a DEO honorem consequetur, diligenter & assidue pro ijs, qui ei praebent,

CON-

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE, LIBER QVARTVS.

De Orphanis. Caput primum.



Siquis Christianus Orphanus fiat, siue puer, siue virgo, bene erit, si aliquis ex fratribus carens liberis, puerum suscipiat, & filij loco habeat. virginem verò, qui filium habuerit ducendae

uxori idoneum, ei in matrimonium collocet: hoc enim qui faciunt, opus magnū praestant, orphanorum patres facti, & a Domino Deo consequetur huius officij mercedem. Quod si quis secundum gratiam hominum ambulans despererit, cum sit diues, orphanatus membra, orphano quidem prouidebit orphanorum pater, & viduarum iudex: illi verò occurret aliquis, qui ipsius parimoniam deuorabit: fietque in illum, quod dicitur, Quae non comederunt sancti, comederunt Assyrij, sicuti Isaias dicit, Viduam vestram coram vobis, alieni deuorant eam.

Quomodo Episcopus debeat orphanis prouidere. Cap. II.

VOS Episcopi, solliciti estote de ijs aledis, in nullo deficientes, orphanis praestantes munera parentum, viduis virorum, adultis nuptias, artificij opus, infirmo misericordiam, esurienti cibum, sitienti potum, nudis vestitum, aegrotis medicinam, in carcere inclusis opem. Praeterea verò maiorem curam de orphanis suscipite, ne quid illis desit: virgini, quoad ad nubilem aetatem perueniat, & eam in matrimonium fratri detis: puero vt sit subsidium, quo artem discat, & alatur ex ministerio: vt cum in arte profecerit, tunc possit artis instrumenta sibi emere, ne amplius molestus sit verae fraterni erga se charitati, sed sibi suppeditet. etenim verè beatus dicens est is, qui, cum possit sibi in sumptu ministrare, orphanis, viduae, & aduenae locum non occupat.

Quibus debeant subsidia ministrari secundum Domini mandatum. Cap. III.

Quoniam & Dominus beatiorem esse dixit eum, qui dat, quam qui accipit. Etenim rursum ab eo dictum est, Vae habentibus, & in hypocrisi accipientibus, vel ijs, qui sibi opitulari valent, & ab alijs accipere volunt: vterque reddet rationem Domino Deo in die iudicij. Nam qui vel propter pupillarem aetate, vel propter senectutis imbecillitatem, vel propter morbi casum, vel propter filiorum numerum capit, nō solum reprehendendus non est, sed etiam laude dignus censetur. Pro altari enim Deo dicato existimatus, a DEO honorem consequetur, diligenter & assidue pro ijs, qui ei praebent,

preces fundens, qui non segniter accipit, sed doni, quoad potest, gratiam refert per orationem. Talis igitur homo in vita aeterna a Deo beatitudinem consequetur. Qui verò de suo habet, & propter hypocrisim capit, vel propter inertiam, cum tamen laborando alijs opem ferre debuisset, pro peccatis dabit, quoniam pauperum escam furripuit.

De Quaritia. Cap. IIII.

NAM qui argentum habet, & alijs non impartitur, nec ipse vitur, serpetis locum obtinet, quem aiunt in thesauris dormire: & de eo vera est scriptura, quae ait, Congregauit diuitias, ex quibus non comedit, & nihil ei proderunt pereunti a vindicta. Nō enim iuuabunt, inquit, existentes in die irae. nam qui talis est, in Deum non credit, sed in aurum, existimans illud Deum, & in illo confidens. Veritatis hypocrita is est, personarum acceptor, perfidus, dissimulatio, timidus, debilis, leuis, facilis, morosus, tristis, sibi infestus, nemini amicus: huius pecuniae peribunt, & vir aduena eos comumit, vel a viuo sublatas, vel illo mortuo perceptas: diuitiae enim iniuste congregatae, euomentur.

Cum quali timore oporteat dominicarum collationum participem esse. Cap. V.

Monemus igitur viduas & orphanos, vt cum omni timiditate ac verecundia percipiant de ijs, quae ipsis praebentur, gratiasque agant Deo, qui dat esurientibus escam, & in eum oculos attollant. Quis enim, inquit, vestrum comedit, vel quis bibit sine ipso? Ipse enim aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, frumentum adolescentibus, & vinum virginibus, & oleum in hilaritatem viuientium, foenum iumentis, herbam seruituti hominum, carnes bestiarum, femina auium, & omnibus accommodatam escam. Ideo inquit Dominus: Videte volatilia caeli, quoniam non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester nutrit illa: nōne illis meliores estis vos? Nolite igitur esse solliciti, dicentes: Quid comedemus? quid bibemus? nouit enim Pater vester, quod ijs omnibus indigetis. Cum igitur tanta prouidentia vobis consulat, bonaque ab illo percipiat, laudibus efferre debetis orphanum & viduam suscipientem, omnipotentem Deum per dilectum filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, per quem gloria Deo in spiritu & veritate in secula, Amen.

Quorum oblationes recipiendae sint, & quorum non sint. Cap. VI.

Episcope scire oportet, quorum debeat recipere fructus, & quorum nō debeat. Cauēdi enim sunt illi in capiēdo caupones:

Eccl. 26. Iſa. 1.

non iustificabitur enim caupo à peccato. De ijs Iſaias impropersans Iſraeli, dicebat: Caupones tui miſcent vinum aqua. Fugienda quoque ſunt ſcorta: nò offeres enim Domino mercedem meretricis. Rapaces quoque vitandi, & rerum alienarum cupidi, & adulteri: abominabilia enim horum ſacrificia ſunt apud Deum. Sed etiam opprimentes viduas, & orphanum affligentes, & carcerem implentes innocentibus. Illi quoque, qui ſervos ſuos malè tractant, verberibus inquam & fame, atque acerbâ ſervitute: fugiendi quoque ſunt tibi, ô Epifcope, ij, qui civitates totas perdunt, quorum oblationes ſunt abominandæ. Vitabis quoque deceptores, & rhetores iniuriam defendentes, idolorum artifices, ſures, iniuſtos, publicanos, pondera & menſuras fraudantes, militem calumniatorem non contentum ſtipendijs, ſed pauperes concutientem. homicidam quoque & carnificem, iudicemque iniuſtum, rerum euerſorem, hominum inſidiatorem, in ſcleribus verſatû, ebrium, blaſphemum, cinædum, ſeneratorum, denique quemcunque improbum, & DEI voluntatis aduerſarium: quoniam inquit Scriptura, tales homines apud DEVM eſſe abominabiles. Nam qui ab ijs aliquid capiunt, & alunt de eo viduas & orphanos, rei in iudicio Dei efficiuntur: quemadmodum Adonias in libro Regnorum Propheta, cum DEO non paruiſſet, panemque comediſſet & aquam bibiſſet in loco à Domino prohibito, propter impietatem Hieroboami, à leõe eſt interemptus. Nam viduæ panis labore partus, iuſtior eſt, quamvis paucus & exiguus, eo, qui de iniquitate & calumnia quaeritur, quamvis multus ſit & elaboratus: Inquit enim Scriptura: Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Quod ſi ab impijs paſta vidua & ſatura facta, pro eis ſupplicauerit, non exaudietur, quoniam ſcrutator cordium Deus cum iudicio pronunciauit de impijs, dicens: Si ſterit Moſes & Samuel ante faciem meam pro eis, non exaudiam ipſos: & tu nè ores pro populo iſto, & noli miſereri eorum. & nò accedas ad me pro ipſis, quoniam nò exaudia te.

Deut. 23.

3. Reg. 13.

Pſalm. 36.

Ierem. 15.

Quod indignorum oblationes, quouſque iſtales manſerint, non modò Deum non placant, ſed potius contrarium ad iram prouocant. Cap. VII.

Deut. 23.

4. Reg. 8.

3. Reg. 13.

Verum etiam ij, qui in peccatis verſantur, niſi pœnitentiam egerint, non ſolum non exaudiuntur, cum ſupplicat, ſed etiam Deum iritant, in memoriam ei reducetes ſuam improbitatè. Vitate igitur talia miniſteria, tanquam canis precium & mercedè meretricis. Vtrunque enim in lege eſt prohibitum. nam nec Eliſeus ab Azaèle munera alata accepit, neque Achias à Ieroboamo. quod ſi Dei Propheta ab impijs oblata munera rececerit, item vos reiſcite ô Epifcopi. Sed etiam

Simon Magus mihi Petro & Ioâni pecuniam afferens, conatus eſt precio inſtimabilem gratiam emere, quibus reiectis, executionibus perpetuis illum vinximus: quoniã donum Dei non beneuolentia erga Deum, ſed pecunia exiſtimauit poſſideri. Fugite ergo oblationes altaris Dei à mala conſcientia proueniens: quoniam, Abſtine te, inquit, ab iniuſto, & non timebis, & pauor non appropinquabit tibi.

Quod præſtat de proprio labore viduis ſuppeditare, quamvis pauca & exigua, quam ab impijs multa & magna præſtat enim fame perire, quam ab impijs oblationem accipere. Cap. VIII.

SED ſi dicatis, quod ij ſunt, qui eleemoſynas dant, à quibus niſi capiatur, non erit vnde viduis miniſtret, & inopes populi alatur: audietis à nobis, quod ideo accepitſis donum Leuitarum, vt ſuppeditaretis & vobis & egentibus, ac nè inopia laborantes, ab improbis caperetis. Quod ſi ad egebum Eccleſiæ, præſtat perire, quam ab inimicis DEI aliquid capere in cõtemeliã & irriſionem amicorum eius. Nam de ijs Propheta dicit, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Probationem igitur talium facite, atque ab ijs, qui ſanctè viuunt, capite, & oppreſſis præbet: ab ijs, qui foris ſunt, nolite capere, priuſquam Eccleſiæ membra efficiantur. quod ſi deſit quod detur, ſignifica fratribus, ex quorum collectis miniſtra orphanis & viduis in iuſtitia.

Quod oportet incitari populum à ſacerdote ad benefaciendum pauperibus, vt ſapiens Solomon dicit. Cap. IX.

DIc populo tuo quæ ſapiens Solomon ait, Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus, & primitias da illi de tuis fructibus iuſtitie, vt impleantur horrea tua repletionem frumeti, vino torcularia tua redundet. Quarè de iuſto labore fidelium, alite & veſtite inopes, & que ex eo, vt antè dictum eſt, cogitur pecunia, ſtatuite vt conferatur in redemptionem ſanctorum, liberates ſervos, captiuos, victos, ignominia notatos, damnatos propter nomen Chriſti de tyrannorum ſententia ad monachias & ad mortem. Inquit enim Scriptura: Libera qui ducuntur ad mortem, & redime occiſos: nè parcas.

Conſtitutio, vt ſi quis impius vi obrudat pecuniam ſacerdotibus, in ligna & carbonibus eam conſumant, & non in victum. Cap. X.

Si neceſsè ſit aliquandò ab aliquo impio ſinuitos pecuniam capere, in ligna & carbonibus illam conſumite, nè vidua vel orphanus de ea fumens, cogatur præter ſas cibum vel potum ſibi emere. equum eſt enim, talia que ab impijs veniunt, ignis pabulum, non piorum eſcam, fieri. Hæc quoque lex præcipit, quæ ſacri-

Leuit. 19.

ſacrificium ſerotinum non comedendum appellat, & igni conſumi iubet. non enim ſua natura mala ſunt, quæ offeruntur, ſed ſententia illorum, qui illa adducunt. Hoc verò præcipimus, nè omninò vitemus illos, qui ad nos accedunt, cum ſciamus conſuetudinem priorum ſepè impijs vitilè eſſe, ob eſſe tantum cultus & ſuperſtitionis ſocietatem. Hæc hæc tamen, dilecti, dicta ſint vobis propter cautionem veſtram.

De parentibus & filijs. Cap. XI.

PATres, inſtituite filios veſtros in Domino, educantes eos in diſciplina atque præceptis domini, erudientes in artibus idoneis atque accommodatis verbo, nè ocio laſciuientes, & à parentibus non correpti, atque ante tempus libertatem adepti, honeſtati aduerſentur. Quarè nè vereamini eos grauius caſtigatos corripere: non enim occiditis eos cum caſtigatis: quin potius ſeruatis illos, vt Solomon in Sapientia inquit: Caſtiga filium tuum, & requieſcere te facies: hic enim erit tibi bonæ ſpei: tu enim virga percuties eum, animam autè eius à morte liberabis. & idè: Qui parcat baculo, odit filium. Et alio in loco: Tunde latera ipſius dum eſt infans, nè ali-quandò induratus nò obediat tibi. Qui igitur negligit admonere & caſtigare filium, eum odio habet. Docete ergo filios veſtros ſermonem domini, corripite verberibus, obſequentes facite ab infantia, erudientes eos ſacris literis veſtris diuinisque, atque in omni diuina ſcriptura inſtituentes, attendentes, nè in vos poteſtatem habeant præter veſtrâ ſententiam, cum æqualibus in conuiuium non permittentes eos cõferre. Ità enim in intemperantiam labètur, & in fornicationem incidit. Et ſi parètum incuria id patientur, genitores rei illarum animarum ſient. Si enim negligentia parentum filij cum intemperantibus peccati conſuetudinem habebunt, nò ſolum ipſi intemperates erunt, ſed etiam pro eis parentes iudicabuntur. Ideò date operam, vt cum ad adultam ætatem peruenerint, matrimonio iungantur, nè illi ſeruore ætatis in conſuetudinem fornicandi incurrant, cuius

Prou. 23.

Prou. 13. Eccl. 30.

Eccl. 5.

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE, LIBER QVINTVS.

De Martyribus. Caput primum.



Iquis Chriſtianus propter nomen Chriſti, & charitatem erga Deum ac fidem, ab impijs ad ludos, aut ad beſtias, aut ad metallum fuerit damnatus: illum nè deſeratis, ſed de labore atque ſudore veſtro illi in victum mittatis, &

vos in die Iudicij rationem Domino Deo eſſetis reddituri.

De ſeruis & dominis. Cap. XII.

DE ſeruis quid præterea dicere poſſimus, niſi quod ſeruus beneuolentia proſequatur dominum, quamvis impium, quamvis improbum? Non tamen cõcordiam cum eo habeat religionis. Et dominus diligat ſeruum, ac quamvis illo præſtet, tamen ſe æqualem iudicet quatenus homo exiſtit. Qui ſidelem habet dominum, ſaluo eius dominio, diligat vt dominum, vt eiufdem fidei confortem, vt patrem, non vt ſeruus ad oculum, ſed vt domini ſtudioſus & amans, ſciens Deum ſibi redditurum ſeruitutis mercedem. Eodem modo dominus ſidelem habens ſeruum, ſalua ſibi ſeruitute, diligat vt filium, vel vt fratrem propter fidei ſocietatem.

In quibus oportet ſubiectos eſſe mundanis poteſtatibus. Cap. XIII.

OMNI regno ac magiſtratibus ſubditi eſtote in eo, quod Deo placet, tanquam Dei miniſtris, & impiorum vltoribus: timorem illis debitum præſtate, omne vectigal, omne tributum, omnem honorem, munus, cenſum: ne eſt enim præceptio, nemini quicquam debere, niſi amicitie ſignum, quod Deus ſtatuit per Chriſtum.

De Virginitate. Cap. XIII.

DE virginitate præceptum non accipimus, volentium autem poteſtati id remittimus, tanquam votum. Illud tã admodum, nè facile aliquid promittant, quoniã Solomò ait, Melius eſt nò vouere, quàm vouere, & nò reddere. Virgo igitur ipſa ſit ſancta corpore & anima, vt templum DEI, vt domus Chriſti, vt habitaculum ſpiritus ſancti. oportet enim eam, quæ promiſit, digna promiſſo ſuo opera efficientem, oſtendere promiſſum ſuum verum eſſe, & propter exercitationem pietatis, non propter calumniam nuptiarum, cõceptum. Nè ſit vaga, nè inſteſtiue ambulat: careat duplici mente: ſit veneranda, cõtinens, temperata, caſta: fugiat multorum com mercia, præſertim profanorum.

militibus in ſtipedium, vt ſubleuetur, & cura aliqua colatur, atque, quantum in vobis eſt, nè ærûnis prematur beatus frater veſter. Nam qui propter nomen Domini Dei condemnatur, is Martyr ſanctus eſt, frater Domini, filius Altiffimi, habitaculum ſpiritus ſancti, per quem vnusquisque fidelis illuminationem gloriæ ſancti Euangelij accepit, eò quod meruit incorruptibilem coronam martyrij paſſionum ipſius, & ſocietatem ſan-

guinis ipsius, configuratus morti Christi in adoptionem filiorum.

Quod ijs qui propter Christum calamitatem ab infidelibus perferunt, æquum est fideles necessaria præbere secundum Christi ordinationem. Cap. II.

Quarè omnes fideles per Episcopum vestrum de facultatibus ac de labore vestro ministrare sanctis. Si quis non habeat, ieiunet: partiensque victum quotidianum, distribuatur sanctis. Si quis copia bonorum abundet, plura pro ratione facultatū præbeat. Quod si possit venditis suis bonis, eos carceribus liberare, beatus censebitur & amicus Christi. Nam qui pauperibus bona sua dat, perfectus est post recum diuinarum cognitionem. multò magis, qui id pro martyribus facit: is enim dignus Dei amore obtemperabit eius voluntati, præbens illis, qui eum confessi sunt coram gentibus, regibus & filiis Israel, de quibus Dominus pronunciauit hæc verba: Qui me cõfessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Quod si tales sunt, vt Christi testimonium coram Patre sint habituri, non debetis vos pudore detineri, quin ad eos accedatis. Hoc enim si feceritis, martyrium vobis attribuetur, quoniam illis martyrium tectatio fuit, vobis alioquin promptitudo & alacritas, vt q̄ participes illorū certaminis estis. Inquit enim ijs Dominus quodam in loco: Venite benedicti Patris mei, accipite regnū, quod paratum est vobis ab origine mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus eram, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quādò vidimus te esurientem, & aluimus: vel sitiētem, & dedimus tibi bibere? quādò te vidimus nudum, & cooperuimus: vel infirmū, & visitauimus? quādò te vidimus hospitem, & collegimus: vel in carcere, & accessimus ad te? Et respondēs, dicit eis: Quod fecistis vni ex ijs fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et ibūt ij in vitā æternam. Tunc dicit ijs, qui à sinistis erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui est paratus diabolo & angelis suis. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt & ipsi, dicentes: Domine, quādò te vidimus esuriētem, vel sitiētem, vel hospitem, vel nudum, vel infirmum, vel in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit eis, dicens: Amē dico vobis, Quod non fecistis vni ex ijs minimis, nec mihi fecistis: & ibunt ij in supplicium æternum.

Matth. 10.

S. Ignat. ad Smyrn.

Matth. 25.

Quod fugienda est falsorum fratrum consuetudo, quādo perseverant in malitia. Cap. III.

SI quis dicens se fratrem esse, deceptus à diabolo, malū fecerit, conuictusq̄, morti sit adiudicatus vt fur, adulter, homicida: recedite ab eo, vt sitis inuiolati, ac nē quis vestrum in suspicionem veniat societatis sceleris, & in maledictum incurratis, quasi omnes Christiani iniustus actionibus delectentur. Quarè longè ab illis discedite: inclusis verò in custodia odio aduersus Christum, vel ultimo supplicio traditis, vel in vincula coniectis, vel ablegatis, omni studio opem ferite, membra vestra liberantes de manibus impiorum: ac si quis cum illis repertus cõprehendatur, atque flagella perferat, beatus existimatur, quoniam socius martyris est effectus, imitatorq̄; Christi passionum. Etenim nos quoquē pro Christo sepè à Caipha, Alexandro, Anna plagis acceptis, gaudentes exhibimus, quoniam digni habiti eramus pro Salvatore nostro talia perpeti. Vos quoquē gaudete quod hæc patimini, quoniam beati eritis in illa die.

Actor. 4.

Matth. 5.

Quod per Christum vexatis oportet manum præbere, quānuis adsit periculum. Cap. IIII.

EOS qui persecutionem propter Christum patiuntur, & de ciuitate in ciuitatem fugiunt, propter mandatum Domini recipite, subsidium eis præstantes, eosq̄; vt martyres amplectimini læti, quod participes eorum persecutionis facti estis, scientes illos à Domino beatos appellari. Inquit enim ipse: Beati eritis quādò exprobrauerint vos, & persecuti fuerint, & dixerint omne malum verbum contra vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis. Sic em̄ persecuti sunt Prophetas ante nos. Et rursum: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Et deindè: Si persequētur vos in hac ciuitate, fugite in aliam, quoniam in mundo tribulationem habetis. Tradēt enim vos in Synagogas, & ante Præsides & Reges ducemini propter me in testimonium ipsi. Et qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: nam qui propter fidem persecutionem patitur, & illi testimonium exhibet, ac perseverat, is re vera homo Dei est.

Luc. 6.

Matth. 5.

Ioan. 15.

Matth. 10.

Ioan. 16.

Matth. 10.

Quod tremenda & excrucians res est, negare Christum. Cap. V.

QUI se Christi esse negat, nē hominibus sit in odio, & suam animā magis diligit, quā Dominum, in cuius manu spiritus eius est positus: is denique miserabilis atque infelix est, nefarius & abominandus, qui hominibus amicus esse vult, DEO inimicus: partem habens non ampliùs cum san-

san-

Matth. 25.

Matth. 10.

Mat. 10. & 16

ECOS

sanctis, sed vnā cum execratis: qui in locum regni benedicti expetit ignem æternum, paratum diabolo & angelis eius: & qui nō ampliùs ab hominibus odio habetur, sed à Deo repellitur, & à conspectu ipsius eicitur. nam de hoc locutus est Dominus, dicens: Qui negauerit me coram hominibus, & erubuerit nomen meum, negabo & ego ipsum, & erubescam coram Patre meo, qui est in cælis. Et iterum nobis discipulis inquit: Qui amat patrem vel matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filium vel filiam supra me, nō est me dignus: & qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini si vniuersum mūdum lucretur, vel quam retributionem dabit homo pro anima sua? Et deinceps Nolite timere qui occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere. Timete potius eū, qui potest animam & corpus perdere in geennam.

Quod imitari oportet Christum in patiēdo, & emulari eius paciētiā. Cap. VI.

Vnusquisq̄, qui artem aliquam discit, intuens magistrum actione vsq̄; suo absoluerit artis munus, conatur in suo opere illius similitudinem imitari. Nisi igitur vires intenderit, nō erit in arte perfectus. Item nos magistrum habentes dominum nostrum Iesum Christum, cur eius doctrinam non imitamur? Ille enim renunciauit voluptatibus, delicijs, glorię, diuitijs, superbię, opibus, matri, fratribus, denique proprię vite, & propter suam erga patrem pietatem, erga nosque benignitatem, non modò pertulit persecutionem, verbera, opprobria, illusionem, sed etiam crucis supplicium, vt Iudæos & Græcos ad pœnitentiā reuocatos seruaret. Cū igitur ille propter nos vitam commoda reliquerit, nec crucem sibi turpem existimans, neq; mortem indecoram: quid est causa, cur nos eius passiones nō imitemur, deseramusq̄; pro eo vitam ipsam, præstante illo nobis patientiam? Ille em̄ propter nos, nos propter ipsosmet patimur: non enim nobis opus habet ipse, sed nos illius misericordia indigemus. Solūm autem à nobis fidem germanam liberamque flagitat. Inquit Scriptura: Si iustus es, quid dabis ipsi? vel quid de manu tua accipiet? viro, qui est similis tui, impietas tua: & filio hominis, iustitia tua.

Quod non debet fidelis se periculis exponere, neq; propter ignauiam timere, sed cautè fugere, & si in discrimen incidat, certare propter repositam coronam. Cap. VII.

Renunciemus ergò parentibus, consanguineis, amicis, vxori, filijs, possessionibus, denique omni vitæ, si quidem aliquid

horum impediatur pietatē. Oportet enim orare nos, nē intremus in tentationem. quod si ad martyrium vocemur, constanter confiteari preciosum nomen: ac si propter hanc causam supplicio afficiamur, letemur quod ad immortalitatem properamus. Perfectionē patietes, nolimus quasi in re noua obstupescere, nē diligamus præsens seculum, nec humanas laudes, neque principum gloriā atq; honorem, more quorūdam Iudæorum, qui domini opera admirantes, metu Pontificum & reliquorum principum, in eum nō credebant: Dilexerūt enim magis gloriā hominum, quā gloriā Dei. Profitētes pulchrā illam confessionem fidei, non solūm ipsi saluamur, sed etiam nup̄ illuminatos confirmamus, & catechumēnos fideles reddimus. Si verò de confessione decefferimus, negantes pietatem ob sententię imbecillitatem, metumque breuissimi supplicij: non solūm ipsi nobis vitam æternam eripimus, sed etiam alijs interitūs auctores sumus, & duplicatum supplicium feremus, vt qui propter abnegationem suspicionem dedimus, celebratā à nobis veritatem, doctrinam erroris cõtinere. Quarè nē simus nimis prompti, neq; ad pericula præcipites: inquit egim Dominus: Orate, nē intretis in tectationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod si tēpus incidat, nē deturpemus ignauia professionem nostram. Nam si quis abnegata sua spe, qui est Iesus filius dei, temporali morte sit liberatus, crās autem in grauissimum morbum incidens ventris, siue stomachi, siue capitis, vel etiam in aliquam immedicabilem egritudinem lapsus, veluti in tabem, cancrum, apõstema, morbum intestini, aquam intercutem, tormina, breui exitu finiatur, atque è vita discedat: nōne huius vitæ bonis priuatus erit, & æternis excidetur? quoniam potius intra æternos cruciatus se cõijciet, profectus in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium.

Ioan. 12.

Matth. 26.

Mat. 8. 13. 22. 24. 25. Lu. 13.

Qui verò martyriū consequi meruit, gaudeat in Domino, quod tantam coronam est adeptus, & per confessionem diem clausit extremum: ac quānuis fuerit catechumenus, lætus discedat: passio enim, quā pro Christo sustinet, cedit ei in veriorem baptismū, quoniam ipse re ipsa commoritur Christo, alij in figura. Gaudeat igitur quod imitatur magistrum, quoniam de eo mandatum habemus, Perfectus sit omnis sicut magister eius: magister autem eius ac noster Iesus Dominus, propter nos cecus est, maledicta ptulit & cõtumelias cum longanimitate, spūta & alapas accepit, post flagella cruci affixus est, aceto & felle potatus, perficiens omnia, quæ de se scripta erant, dixit Deo Patri: In manus tuas cõmendo spiritum meū. Quarè, qui illius discipulus esse cupit, emulet eius certamina, imitetur paciētiā, sciens quānuis ab hominibus igne cõburatur, nihil tñ se passurū, veluti illi

Luc. 6.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Dan. 3. tres pueri. quod si patiatu... premium a Domino consequetur...

De Resurrectione. Cap. VIII.

Ipsa enim nos excitabit omnipotens Deus per Dominum nostrum Iesum Christum, propter promissionem ipsius veram...

stus, vita fidelium & resurrectio mortuorum. Quare veluti in magna ciuitate versantibus nobis, post certamina inducit breuis temporis dissolutionem...

Atque ubi cuncta cinis fuerint, tenuisq; favilla, atque idem Deus extinguet quem incenderit ignem...

Cum igitur illa resurrectione affirmet, corporumque renouationem non neget, piisque ab impijs discernat...

uolare. Cum ergo (vt ipsi aiunt) per auem rationis experte, probetur resurrectio, cur temere nostratia calumniatur...

furget vel ad recte factorum premia, vel ad scelerum supplicia. Quod si iustitia iudicat veluti legislator, quod admodum impios punit...

De falsis martyribus. Cap. IX.

Omnia iam dicta sunt, quae ad eos qui Christo vere martyres sunt, pertinebant: nihil de falsis martyribus, de quibus scriptura dicit...

Prou. 10.
Prou. 14.

dicit, Nomen impiorum extinguitur. Testis enim fidelis non mentitur, & profert falsa testis iniquus. nam qui sine mendacio martyrium pro defendenda veritate est executus, is verax martyr putatur fidelisque, eod quod verbo pietatis per proprium sanguinem est patrociniatus.

Moralis admonitio. Cap. X.

Hortamur vos, fratres & conserui, vt relinquatis inania & turpia verba, facetas, ebrietates, libidines, delicias, immoderatam iracundiam cum stultis sermonibus: quonia neque in Dominicis diebus, qui sunt hilaritatis & lætitiæ, concedimus vobis præter sanctitatem aliquid dicere vel facere. Ait enim quodam in loco scriptura: Seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Exultationes igitur vestras cum timore & tremore celebrari oportet. Christianus enim fidelis nec carmen ethnicum, neque meretricia cantilenam canere debet, quonia continget eum in cantione, demoniacorum nominum idolorum mentionem facere, & in locum Spiritus sancti, inuadet in eum spiritus malus.

Admonitio erudiens fugiendam idololatriæ abominationem. Cap. XI.

Prohibitum est autem iurare per illa, & in ore habere illorum abominabilia nomina, vel ea colere, vel timere veluti deos: non enim dii sunt, sed improbi demones, & ridicula opera, dicit enim quodam in loco Dominus de Israëlitis, Reliquerunt me, & iurauerunt in dijs, qui non sunt, & reliqua. Tolum nomina idolorum ex ore ipsorum. Et alio in loco, Ipsi me prouocauerunt in ijs, qui non sunt dii: iritauerunt me in idolis suis, atque in omnibus scripturis hæc prohibita reperiuntur à Domino Deo.

Quod non oportet calumnia astra colere, neque per ea, aut per alias creaturas iurare, secundum Domini mandatum.

Cap. XII.

Non solum enim de idolis prohibitum est, sed etiam de luminaribus lege est sancitum, ne quis per illa iuret, neque ea colat: inquit enim, Ne adspiciens Solem & Lunam, & astra, in errorem inductus ea adoret. Et alio in loco, Secundum vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite timere, astra enim & luminaria vt luceant hominibus, non vt colantur, data sunt. Et si Israelitæ, vitio morum, pro Creatore adorabant creaturam, Opificem contemnentes, creaturam plus quam oportuit admirantes: qui quandoque vitulum confluauerunt, vt in deserto: aliquando Beelphegor adorauerunt: aliquando Bal, & Thammus, & Sidoniam Astarthem, ac rursum Moloch & Chamos: & aliquando Solem, vt in Ezechiele scriptum est. Iam vero bruta quoque coluerunt, vt Aegyptium Apim

Psal. 2.

Ierem. 5.

Zach. 13.

Deut. 32.

Deut. 4.

Ierem. 10.

Exod. 32.
Num. 25.
3. Reg. 11.

& hircum, Desum, ac deos argenteos & aureos: quod factum est in Iudæa, quo circa minitans illis per Prophetam, aiebat: Parumne est hoc domui Iudæ, quod faciunt abominationes istas, quas fecerunt, quando impleuerunt terram iniquitate, eod quod iritauerunt me? et ecce ipsi sunt quasi subsannantes, & ego faciam cum furore: non parceret oculus meus, neque miserebor: & clamabunt in auribus meis voce magna, & non exaudiam eos. Videte dilecti, quanta aduersus idololatrias & colentes Solem ac Lunam pronunciet Dominus. Quarè debet homo Dei, vt Christianum decet, nec per Solem iurare, neque per Lunam, neque per astra, neque vero etiam per cælum, neque per terram, vel per aliquod elementum magnum siue paruum. Nam si magister per verum Deum nos iurare prohibuit, vt oratio nostra iureiurando firmior sit: neque vero per cælum, (pertinet enim ad Gregorij impietatem) neque per Israël, vel per Dei sancta, vel per altare ac donum, vel per templi ornatum, vel per proprium caput. Est enim Iudæi abusus consuetudo, ideoque prohibetur: fidelibus vero precipitur illorum sermonem esse, Est, Est: Non, non: quodque præter id fit, esse à malo: quantum damnabiliores sunt, qui falsa nomina adhibent ad iurandum, & existimata pro veris colunt? quos Deus propter malitiam tradidit in reprobum sensum, vt operentur quæ non oportet.

Numerus dierum festorum Domini, quos oportet custodire, & quando quilibet ex ijs sic celebrandus. Cap. XIII.

DIES festos custodite fratres, in primis diem Natalem, qui celebratur à vobis vigesima quinta noni mensis. Post quem Epiphaniæ dies fit vobis in maximo honore, quo die Dominus propriam diuinitatem ostendit. Celebratur is sexta decimi mensis. Post quem, seruandum est à vobis ieiunium Quadragesimæ, continens memoriam conuersationis & legislationis Domini. Celebratur hoc ieiunium ante ieiunium Paschæ, quod incipiens à secunda sabbati, desinat in Parasceuen. Post quos dies soluto ieiunio, aggredimini sanctam Paschæ hebdomadam: ieiunantes in ea omnes cum timore & tremore, orantes per eos dies pro ijs, qui pereunt.

De Pascha. Cap. XIII.

Aggressi enim sunt consilium aduersum Dominum in secunda sabbati mense primo, qui est xanthicus, & ad tertiam sabbati durauit deliberatio: quarta decreuerunt eum cruce interimere.

De Iuda. Cap. XV.

Ac Iudas hoc cognouit, qui pridem deprauatus, tunc etiam à diabolo auaritia corruptus fuit: quanquam antea cum ei oculi traditi essent, & pauperum res suraretur, non

Ezech. 9.

Matth. 5.

Matt. 5.

Matth. 5.

Rom. 1.

Iohan. 12.

non

Matth. 26.

Iohan. 13.

Iohan. 13.

Matth. 26.

Matth. 26.

Zach. 11.
Matth. 27.

Iohan. 16.

Matth. 26.
Marc. 14.

Luc. 22.
Iohan. 18.
Matth. 26.
Marc. 14.

non reiectus fuit à Domino propter longanimitatem, sed aliquando comedibus nobis cum eo, volens illum ad fanitatem reducere, nosque erudire, eius predictionem præfatus est, inquit: Amen * amen dico vobis, quod vnus ex vobis me tradet. Et quolibet nostrum dicente, Nunquid ego sum? Dominoque tacente, confurgens ego vnus ex duodecim, qui plus alijs ab illo diligebam, & ad pectus eius recumbens, ei supplicabam vt diceret, quis eum esset traditurus: neque tamè hoc modo indicauit nobis illius nomè bonus Dominus, sed duo signa proditoris dedit: vnum, dicens, Qui intingit mecum panem in catino: alterum, Cui ego intinctam buccellam dabo. quanquam illo dicente, Nunquid ego sum, Rabbi? tamen non dixit Dominus, Etiam: sed, Tu dixisti. illumque de hoc perterrefacere volens, ait: Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur: melius esset ei, si natus non fuisset. que cum audiuisset, discessit, dixitque sacerdotibus: Quid vultis mihi dare, & ego illum vobis tradam? Illi verò constiterunt ei triginta argenteos: & impleta est Scriptura, dicens: Et acceperunt triginta argenteos precium apreciati, quod paraauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in domum figuli. Itaque quinta die cum comedissemus apud eum Pascha, & intinxisset ille manum in catinum, & buccellam accepisset, exiissetque nocte, dixit nobis Dominus: Venit hora, qua dispergamini, & me solum relinquantis. Et quolibet contentente, se eum non deserturum, meque Petro promittente, cum illo me commoriturum, dixit: Amen dico vobis, antequam gallus cæter, ter me negabis nõsse.

Quod non aderat Iudas, cum Dominus discipulis tradidit mysteria. Cap. XVI.

CVM verò antitypa mysteria preciosi corporis & sanguinis sui nobis tradidisset, quibus non aderat vnà nobiscum Iudas, exiit ad montem oliuarum prope torrentem Cedron, vbi erat hortus: aderam cum eo etiam nos: hymnum que de more diximus: cumque longè à nobis secessisset, rogauit patrem, dicens: Pater, transfer à me calicem: veruntamè non mea voluntas fiat, sed tua. Quod cum ter fecisset, nosque propter inuestitiam in somnum incidissemus: accedens ipse ad nos, Venit, inquit, hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. et ecce Iudas & cum eo turba impiorum. signumque: proditoris illis ostendit dolosum osculum, qui signo accepto ceperunt nominum, vincitumque: in domum Pötificis * Caiphæ duxerunt, in qua frequens conuenerat nõ populus, sed colluuius: nec sacrum presbyterium, sed confessus iniquorum & impiorum concilium. Qui cum multa contra eum facerent, nullum petulantia genus omittabant, despuentes, deridentes, cedentes, cõuiciantes, tentantes, diuinationes pro pphetijs querentes, simulatorè, bla-

sphemum, Mosi violatorem, templi euerforem, sacrificiorum extinctorem, Romanorum hostem, Cæsaris aduersarium eum appellantes. Cumque vsque ad primum diluculum ei ita insultassent, tauri illi & canes ad Annam eum ducunt, qui Caiphæ gener erat. cumque ibi familia egissent, & esset illo die Parasceue, p̄sidi Romanorum Pilato tradunt, multa ac graua ei obijcientes, quæ probare non poterunt. Quarè indignatus Pilatus, Nullam, inquit, aduersus hunc causam reperio. Itaque illi duobus falsis testibus productis, dominum criminari voluerunt. Qui cum varijs & inter se dissentientes reperti fuissent, ad maiestatem reuo cauerunt, dicentes: Hic iactat se regem esse, prohibetque tributa dari Cæsari. finitque isdem accusatores, testes & iudices, sententiæque authores, dicentes: Crucifige crucifige eum, vt impleretur quod de eo in Prophetis erat scriptum, Congregati sunt super me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Et rursum, Circundederunt me canes multi, concilio malignatum complexi sunt me. Et alio in loco, facta est hereditas mea mihi sicut leo in sylua, dedit super me vocem suam. Igitur Pilatus ob animi mollietatem, dedecorato magistratu, ipse se improbitatis coarguit, & turbas, quæ iustitiam, colere maluerunt: testatusque sit, illud esse innocetum, & vt non centem tamè eum crucis supplicio tradiderit, quanquam Romanorum legibus prohibentibus quenquam in dicta causa supplicio affici. Carnifices porrò comprehensum Dominum gloriæ, ligno confixerunt: sexta enim hora illum in crucem egerunt, tertia sententiam acceperunt, postea acetum ei ad bibendum felle mistum obtulerunt: tum vestimenta forte partiti sunt, duosque maleficos ex vtraque parte cum eo crucifixerunt, vt impleretur quod dictum est, Dederunt in escam meam fel, & in sitim meam potauerunt me aceto. Et rursum: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et alio in loco, Et cum impijs reputatus sum. Deinde per tres horas tenebræ extiterunt à sexta ad nonam. Rursum lux orta est vergente Sole ad Occasum, sicut scriptum est, Nonne dies, & non nox, & ad vesperam erit lumen? Que omnia intuiti cum eo in crucem acti fuerant latrones, alter ex eis maledicta in eum iaciebat, vt qui ob imbecillitatem sibi opem ferre non posset, alter huius inscitiam increpabat: ad Dominumque conuersus, vt illustratus ab eo, sciensque: quina esset qui pateretur, rogabat eum, vt postea in regno sui memor esset. Ipse verò concessa illi rerum præteritarum obliuione, in Paradisum eum introduxit ad fruendum mysticorum bonorum suauitate. Circa verò horam nonam exclamans, Deus meus, inquit, cur me dereliquisti, & paulò post, voce magna clamans: Pater, inquit, dimitte eis: non enim sciunt quid faciunt. & subiungens, In manus tuas commendo spiritum meum, spiritum emisit: sepeliturque

Psal. 26.

Psal. 27.

Ier. 12.

Psal. 68.

Ier. 53.
Marc. 15.
Luc. 22.

Zach. 14.

Leu. 23.

Matth. 27.

Luc. 23.

turque ante solis occasum in monumento nouo. Illucescete verò vna sabbatorum, surgens à mortuis, prestetit illa, que ante passionem nobis prædicebat, quòd oportebat filiū hominis in corde terræ per tres dies & per tres noctes manere. Excitatus que à mortuis, primùm Mariæ Magdalena, & Mariæ Iacobi sese ostēdit, postea Cleopæ in itinere, deindè nobis suis discipulis, qui quidē propter metum Iudæorum fugiebamus, clanculū autē de illo exquirebamus, hæc in Euāgelio quoque scripta sunt, præcepit igitur nobis, vt ieiunarem sex his diebus propter Iudæorum impietatem atq; iniquitatem: admonēs nos, vt eos ob interitum lugeamus atq; deploremus. Etenim ille quoque illachrymatus est, ignorantibus tempus visitationis suæ. In quarta feria & Parasceue nobis ieiunium, indixit: in illa ob prodicionem, in hac ob passionem: desinere autem ieiunium in septima die in galli cantū. Iussit in ipso sabbato ieiunare, non quòd oporteat in sabbato ieiuniū seruare, cum in eo cessatio conditi operis sit, sed quòd in illo tantum ieiunare oportet, in quo opifex ipse subit terram māsit. In ipso enim festo suo detinuerunt Dominum, vt impleretur ille sermo, Posuerunt signa sua in medio festiuitatis eorum, & non cognouerunt. Debemus igitur pro ipsis lugere, quòd cum venisset Dominus, ei credere noluerunt: iudicantesq; se salute indignos, eius doctrinam reiecerunt. Beati nos igitur sumus, qui aliquandò nō populus, nūc verò gēs sancta, liberata idolorum errore, ignorātia, impietate: qui non misericordiam consecuti, nunc propter obedientiam cordis vestri misericordiam impetrauistis. Vobis enim, qui ex gētibus venistis, apertum est ostium vitæ, qui aliquandò non eratis dilecti, nūc in gratiam atq; amorem recepti estis, populus acquisitionis Dei, designatus ad eius virtutes enunciādas: de quibus dixit Saluator, Inuentus sum à non querentibus me, manifestatus sum à non interrogātibus me, dixi, Ecce adsum genti, qui non inuocauerunt nomē meum. Nam cum illum non quæreretis, tunc ab illo quæsit estis. Quare cum in eum credideritis, obedite eius vocationi, relinquentes multorum deorum insaniam, atque ad vnū verum & omnipotentem Deum confugientes per Christum, qui effecti estis supplementum numeri eorum, qui saluātur decem millia myriadum, & millia millium, vt scriptum est in Dauid: Cadent à latere tuo mille, & à dextris tuis decem millia. Et rursum, Currus Dei decem millibus multiplex, millia latantium. Ad Israëlē verò infidelem dicit, Totā die expandi manum meam ad populū nō obedientem, & contradicentem, ambulantē in via non bona, sed post peccata sua, populū iritantem me in conspectu meo.

Commeneratio propheticarum prædictionum, quæ Christum prædicant, quarum exitum Iudæi cernentes, tamen ob malitiam credere noluerunt eum esse Christum Dei, & ad crucem gloriæ Dominum condemnauerunt. Cap. XVII.

Videte quomodò iritauit Dominū populus, cum ei credere noluerit. Ideò dicit, Iritauerunt Spiritum sanctum, & conuersus est eis in odium, tenebræ enim eis offusæ sunt propter suam improbitatem, quoniam cernentes Dominum, non crediderunt eum esse Christum dei, ante omnia secula ex ipso genitum, filium vnigenitū, propter infidelitatem verbum deum non agnouerunt, neque ex operibus suis, neque ex prophetijs de eo scriptis. Nam quòd de Virgine nasci debebat, legerant, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Puer natus est, filius natus est, cuius principium super humerum eius, & vocatur nomen eius magni consilij angelus, admirabilis, cōsiliarius, Deus fortis, dominator, princeps pacis, pater futuri seculi. Quòd verò propter summam vitiositatem non erant obedientes futuri, ait: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatū est? Et deinceps, Auribus audistis, & non intelligitis: & videntes videtis, & non cognoscitis. Induratū est enim cor populi huius. Quare erepta est ijs notitia, quoniam cum vidissent, despexerunt: & cum audiissent, attendere noluerunt. Vobis verò à gentibus profectis assignatum est regnum, quoniam cum Deum ignoraretis, per prædicationem credentes cognouistis: immò verò ab eo cogniti estis per Iesum Saluatorem & redemptorem omnium, qui in eo spem collocant. Nam relicta inani prioris temporis consuetudine, despectis que inanimis idolis, illisq; dæmonum tenebris dispulsis, complexi verum lumen, cognitoque per id vno & solo atque vero Deo ac patre, regni eius hereditatem estis consecuti. Nam baptizati in nomen Domini, atque in eius resurrectionem, veluti infantes nupèr nati, nullum peccati sensum actionemque habere debetis. Non em̄ in vestra estis potestate, sed eius, qui sanguine suo vos redemit. Nam de veteri Israëlē propter eius infidelitatem inquit Dominus: Tolletr à vobis regnum Dei, & dabitur gēti facienti fructus ipsius. id est, à vobis ab illo olim longè abalienatis concesso regno, recipit rectæ sententiæ fructus. Vos enim estis, qui ad vineam olim missi fuistis, & obtemperare ei nolulistis: sed vos peccati dolore ducti, nunc in ea laboratis: illi egrè ferentes conditiones, non modò vineam incultā reliquerunt, sed etiā interfecerunt procuratores Domini, alium lapidibus, alium ferro: quendam etiā dissecuerunt: alium interemerunt inter templum & altare. Denique ipsum

ipsum heredem extra vineam expulsū occiderunt, qui ab illis veluti lapis inutilis est reiectus, à vobis vt angularis receptus. Ideò de vobis dicit, Populus, qui me nō cognouit, seruiuit mihi, ad aurē auditus obediuit mihi.

Quomodò agendum sit Pascha. Cap. XVIII.

Oportet ergò vos fratres, qui preciofo Christi sanguine redempti estis, dies Paschæ accuratè & cum omni diligentia celebrare post æquinoctium, nè bis in anno vnus passionis memoriam colatis, sed semel in anno, eius qui semel mortuus est, memoriam renouetis, cauentes nè cum Iudæis festum agamus. Nulla enim nūc est nobis cum illis societas. Versantur enim in errore, atq; in ipso diei calculo, quem putant se obseruare, vt ex omni parte errare, & à veritate discedere inueniantur. Vos autem obseruate subtiliter æquinoctium verni temporis, quod est XXII. duodecimi mensis, qui dicitur Dystrus, & obseruantes vsque ad vigesimum primæ Lunæ, nè in aliam hebdomadam incidat quartus decimus Lunæ, atque illo errore lapsi per ignorantiam, bis in anno celebremus Pascha, vel in alio die festum peragamus resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, præterquam in dominico solo.

Dispositio de magna Paschæ hebdomada. Cap. XIX.

In diebus Paschæ ieiunare, incipientes à secunda sabbati vsq; ad Parasceuen & sabbatum dies sex, solo pane vtentes, sale atque oleribus, & aqua in potum. A vino & carnibus vos abstinete in ijs diebus: sunt enim dies luctuosi, non festi. Parasceuen tamen & sabbatum integrum ieiunent, qui quidem possunt, nihil gustantes vsque ad galli cantū noctis. Quòd si quis non potest duorum dierum ieiunium continuare, seruet saltem sabbatum: ait enim quodam in loco de se Dominus: Quandò discedet ab eis sponfus, ieiunabūt in illis diebus. ijs igitur diebus sabbatus est à falsis Iudæis, & crucifixus est, & cū impijs reputatus.

De pernoctatione magni Sabbati, & de die Resurrectionis. Cap. XX.

Quare monemus vos, vt ieiunetis per hos dies, quemadmodum nos etiā ieiunauimus cum nobis ipse ereptus est, vsque ad vesperam. In reliquis verò diebus ante Parasceuen nona hora, vel vesperi quilibet cibum capiat, vel quemadmodum quisq; poterit: à vespera autē quinti diei vsq; ad galli cantum vigilantes, atq; in ecclesiam conuenientes, vigilate, orantes ac rogantes Deum, legētes in vestra pernoctatione legē, Prophetas, psalmos, vsque ad galli cantū: baptizatisque Catechumenis vestris, & lecto Euangelio in timore ac tremore, luctum desinite, rogatēque Deum, vt conuertatur Isra-

el, & inueniat pœnitentiæ locum, atque impietatis remissionem: quoniam Iudex alienigena lotis manibus dixit, Innocens sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Israel verò exclamauit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Pilatoque dicente, Regem vestrum crucifigam? ipsi exclamauerunt, Nō habem⁹ regem nisi Cæsarem: Crucifige crucifige eum. omis enim qui se regē facit, contradicit Cæsari. & si hūc dimittis, nō es amicus Cæsaris. et Pilatus præses, & Herodes rex iusserunt eum crucifigi: & impletus est ille sermo: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adlitterunt reges terre & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, aduersus Christum eius, & proiecerunt dilectum veluti mortuum irrisum. Ipsoque crucifixo & suscitato, illucescente die dominico, impleta est Scriptura que dicit: Exurge Deus iudicans terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Et rursum: Exurgam, dicit Dominus, ponam in salutari, fiducialiter agam in eo: & tu Domine miserere mei, suscita me, & retribuam eis. Quare vos quoque, suscitato Domino, offerre sacrificium vestrum, de quo vobis præcepit per nos, dicens: Hoc facite in meam cōmemorationem. Deindè ieiunium soluite læti, & festum diem agentes, quoniam pign⁹ resurrectionis nostræ Iesus Christus à mortuis est excitatus: id que sit vobis legitimum solenneque in perpetuum vsq; ad consummationem seculi, quoad venerit Dominus. Iudæis enim Dominus etiā nunc mortuus, Christianis iam surrexit: illis propter perfidiam, ijs propter fidei certitudinem. Quoniam spes in eo sita, immortalis æternaque vita habenda est. Post octo dies iterum veneranda Octauæ celebritas seruetur: in qua me Thomam resurrectionem credere nolētem confirmauit, demōstratis mihi fixuris clauorum, laterisque lancea percussis vulnere. Ac rursum à prima dominica numeratis quadraginta diebus à dominica vsque ad quintam, celebrate festū Ascensionis Domini, in quo perfecta omni dispensatione atque dispositione, in celum ad eius Deum ac Patrem est receptus, sedens à dextris Virtutis, & expectans donèc ponantur inimici sui sub pedibus suis. Qui in consummatione seculi cum virtute & gloria multa venturus est ad iudicandum viuos & mortuos, ac reddendum vnicique secundum opera sua. Tumq; videbunt dilectum filium Dei, in quem confixerunt, illoque cognito, percutient se tributim, mulieres que eorum seorsum.

Prædictio prophetiæ de filio Dei. Cap. XXI.

Etenim nūc quoque decima mēsis gorypæi conuenientes, lamentationes Ieremiæ legunt in ea parte, in qua dictum est: Spiritus faciei nostræ Christus dominus cō-

h prēhen-

Baruch.3. præhenfus est in corruptionibus ipforum. & quod scriptum est in Baruch, Hic est Deus noster, non estimabitur alius aduersus eum: inuenit omnem viam scientiæ, & ostendit illam Jacob puero eius, & Israel dilecto eius. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Cumque hæc legunt, se cædunt, & deplorant (vt ipsi arbitrantur) solitudinē, quæ sub Nabuchodonosor contigit. Vt autem se habet veritas, futuri luctus inuiti initia ordiuntur. Post decem Assumptionis dies, qui est à prima dominica quinquagesimæ, sit vobis magnus dies festus Pentecostes. In eo die hora tertia misit nobis Dominus Iesus donum Spiritus sancti, repleti que sumus eius operatione, linguisque nouis locuti, quemadmodum eius afflatus nobis suggerabant, & prædicauimus Iudæis & gentibus eum esse Christum Dei, constitutum iudicē viuorum & mortuorum. Hoc Moses testatus dicebat, Accepit Dominus ignem à Domino, & pluit. Hunc vidit Iacob vt hominē, & dixit, Vidi Deum facie ad faciem, & saluata est anima mea. Hunc Abrahā hospitiū acceptum, iudicem suumque Dominum confessus est. Hunc Moses in rubo vidit. de hoc in Deuteronomio dicebat, Prophetam vobis excitabit de fratribus vestris tāquā me, ipsum audite in omnibus, quæ locutus fuerit vobis: & omnis anima, quæ non audiuerit Prophetam illum, exterminabitur è populo ipsius. Hunc vidit Iesus Naue dux exercitus Domini, armatum simul pugnantem ad Hiericho, quem procidens adorauit vt dominum seruus. Hunc Samuel cum vidisset, sacerdotes ac reges Christos appellauit. Hunc Dauid cum vidisset, cecinit pro eo canticum, appellans canticum pro dilecto. subiungensque in personā illius, dicebat: Accingere gladium tuum ad femur tuum potentissime: specietua & pulchritudine tua intendē, procede prosperē, & regna propter veritatem & mansuetudinē & iustitiā, & ducet te mirabiliter dextera tua. Sagittę tuę acutę potens, populi sub te cadent in corde inimicorum Regis, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitię iuxta participes tuos. De eo quoque Solomon dicebat vt in personā ipsius: Dominus possedit me principium viarum suarum, ad opera ipsius ante secula fundauit me, in principio antequā terram faceret, antequā venirent fontes aquarum, antequā montes stabiliarentur, ante omnes colles generat me. Et rursum, Sapientia edificauit sibi domum. De eo quoque Isaias dicebat: Egredietur virga de radice Iesæ, & flos de radice ascendet, & erit radix Iesæ,

& qui surgit vt dominetur gentibus, in eum gentes sperabunt. Zacharias, Ecce Rex tuus venit iustus & saluās, ipse mitis, & sedens super asinam & pullum filium iumentum. Hunc Daniel filium hominis esse, inquit, venientē ad patrem, & omne iudicium atque honorem ab illo recipientem, & lapidem sine manu à monte abscissum, factum in montem magnum, & replentem vniuersam terram, conterentem imperia prouinciarum, multitudinemque deorum, nunciantem vnū Deum, & constituentem Imperium Romanum. De hoc Ieremias prædicebat: Spiritus, inquit, facie nostræ Christus Dominus compræhenfus est in corruptionibus ipforum, cui diximus, In umbra eius viuemus in gentibus. Et Ezechiel atque alij deinceps Prophetæ, vbique prædicant hunc esse Christū, Dñm, Regem, iudicē, legislatorē, angelū Patris, vnigenitū Deum. Hunc igitur nos quoque prædicamus, atque nunciamus vobis Deum verbum, ministrans Deo eius ac Patri in condenda rerum vniuersitate: in hunc credentes, viuētis: non credētis, plectemini. qui enim non obedit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super illum. Post festum Pentecostes celebrate vnam hebdomadam, postquam ieiunare alteram hebdomadam: æquum est enim & letari Dei dono, & ieiunare post hilaritatem. Etenim Moses & Elias ieiunauerunt per quadraginta dies, & Daniel hebdomadas dierū tres panem cupiditatum non comedit, nec caro, neque vinum in os eius intrauit. Et beata Anna rogās Samuelem, dicebat: Vinum & omne quod inebriat, non bibi, & effundam animam in conspectu Domini. Niniuitæ quoque, cum per tres dies & tres noctes ieiunassent, iræ Dei periculum effugerunt. Esther quoque, Mardochæus, Iudith impiorum insultationem, id est, Olophernis & Aman, ieiunio declinauerunt. Dauidque dicit, Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Vos quoque per ieiunium supplicationes vestras Deo offerite. Post hebdomadam ieiunij, in omni quarta feria & Parasceue præcipimus vobis vt ieiunetis, idque quod à ieiunio superest, pauperibus præbeatis. In omni sabbato, excepto vno, atque die dominico, conuentus celebrantes exhilaramini: obnoxius em peccato est, qui die dominico ieiunat, cum sit dies resurrectioni dicatus, qui que in Pentecoste atque omnino in die festo Domini mœstitiam præ se fert, per hos enim dies exhiberi oportet, non lugere.

CON.

CONSTITVTIONVM SAN-⁸⁷ CTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE RO- MANO AVTHORE, LIBER SEXTVS.

De Schismate. Cap. I.



NTE omnia caute Episcopi à formidatis, grauibus, atque impijs heresibus, fugientes eas veluti ignem adurentem eos, qui ad illū accedunt. Fugite quoque schismata: nam nec ad nefarias hereses fas est inclinare mentem, neque ab eiusdem sententię fratribus, ob imperadi cupiditatem, licitum est recedere. Hæc enim cum quidam olim aggredi ausi fuissent, non effugerunt supplicium. Dathan enim & Abiron cum aduersus Mosē se opposuissent, terræ motus absorbit, & Core cum ducentis quinquaginta viris, qui in Aaron seditionem commouerunt, incendio sunt consumpti. Maria cum exprobrasset moysi, à castris septem diebus alegantur: dicebat enim Mosē uxorem Aethiopiā duxisse. sed etiā idem factum est in Azaria & Ozia rege Iudæ, qui cum vsurparet sibi sacerdotium, ac vellet adolere incensum, quod ad se nō attinebat, prohibereturque ab Azaria Pontifice, & ab octuaginta senioribus, neque illis obtemperaret, lepra in fronte est perfusus. Itaque contumō exiuit, quoniam refutauit eum Dominus.

Num. 16. S. Ignat. ad Magnes. Num. 16.

Num. 12.

vnus rex est Azarias & Ozias.

2. Paral. 26.

Quòd nec Regno, neque Sacerdotio licet insul- tare. Cap. II.

Attendamus, o dilecti, quæ sit seditionum gloria, & qui euetus. nam si Reges inuadent, supplicio dignus iudicatur, quanuis filius vel amicus sit, quantum magis qui sacerdotibus insultat? Quantum enim sacerdotium regno est excellentius, cum regēdarum animarū officio præsit, tantò grauiori supplicio punitur, qui aduersus id aliquid temerè fecerit, quam qui aduersus Regnum. quanquam nemo impunè discedit. Nam nec Abessalom & Abedadan impuniti manserunt, nec Core & Dathan. Illi enim aduersus Dauid de Regno, ij aduersus Mosē de principatu pugna susceperunt, atque omnes aduersarijs maledixerunt. Abessalon Dauid patrē, iniustū iudicem illum appellans, dicensque vnicuique, Sermones tui pulchri sunt, & non est qui iustificet te, quis me faciet principē? Abedadan verò, Nō est mihi, inquit, pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iesæ. scilicet indignum iudicis, Dauidis imperio parere, de quo dixit Dominus, Inueni Dauid filium Iesæ virum secundum cor meum, qui faciet omnem voluntatem meam. Dathan autem & Abirō & Coritæ, dicentes in Mosē, Num parum est quòd eduxisti nos de terra Aegypti fluente lacte & melle? & quid quòd eruiisti oculos nostros, & tu imperas nobis? & congregaue-

1. Reg. 16. 24. 26.

Exod. 24. & 34. 3. Reg. 19. Dan. 10.

1. Reg. 1. Ioan. 3.

Eth. 4. Iudit. 9.

Psalm. 108.

2. Reg. 15.

2. Reg. 20.

Psalm. 88.

Num. 16.

runt in eum Ecclesiam magnam. & Coritæ, Num Mosi locutus est Dominus soli? Quid quòd Aaron soli dedit sacerdotium? nōne omnis Synagoga Domini sancta? & quid quòd solus Aaron sacerdotio fungitur? & ante hos alius dicebat, Quis te constituit principem & iudicem nostrum?

De virtute Mosi, deq; infidelitate gentis Iudæorum, & quòd Deus admirabilia edidit per eum. Cap. III.

ET inuecti sunt in Mosē seruum DEI, omnium mitissimum & fidelissimum, despexeruntque ingratiissimi tantum virum, legislatores, custodem, Pontificem & regem, interpretem diuinarum rerum, quasi conditorem, cum conditoris opera ostenderit, clementissimum, humilimum, patientissimum, humanissimum, qui eos multis periculis liberauerat, & à vario mortis genere sanctitate eripuerat: qui tot tantaque signa atque prodigia populo ediderat: quæ præclara & admirabilia opera in eorum beneficium effecerat: qui decem plagas Aegypto intulerat: qui mare rubrum transierat, aquasque veluti murum vtrinque diuiserat: qui per arida deserta populum duxerat, Pharaonemque & Aegyptios cum omnibus, qui eos sequebatur, demerferat: qui eis fontem iniecto ligno dulcem reddiderat, & ex petra dura sitientibus eis aquas eduxerat: qui mânia eis de celo dederat, & carnes de aere collegerat: columnā igneam noctū ad illustrandum monstrandumque iter præbuerat, & de die columnam nubis ad vmbra faciendam, frangendosque solis ardores parauerat: qui legem Dei tabulis lapideis incisam, eis tradiderat, perfecti numeri Decalogum: quem Deus facie ad faciem alloquebatur, veluti si quis cū suo amico loqueret: de quo dixit, Non surrexit Prophetæ vt Mosēs. Huic Coritæ & Rubelitę insultauerunt, & in Mosē lapides iactauerunt, rogantem ac dicentem, Nē intendas in sacrificium ipforum. Atque appārens gloria Dei, alios in terram demerfit, alios incendio consumpsit. Itaque duces erroris & schismatis, dicentes, Constituamus ducem nobis, aperiēs se terræ hiatus deuorauit cum tabernaculis supellectileque ipforum, & viui in infernum descenderunt. Coritæ igne sunt interempti.

Quòd schisma efficit, nō qui ab impijs secessi- onem faciit, sed qui à pijs recedit. Cap. IIII.

Quòd si ijs, qui imperandi cupiditate se separauerunt, statim deus supplicium intulit, quātò grauiori pcena afficiet impiarum heresum authores, improbantes illius prouidentiam & operum institutionem?

Sed vos fratres Scripturis eruditi, nolite facere schismata sententię, neque verò vnitatis vestrę, quoniam qui nefarię opinionis sunt authores, scopi interitüs populis statuuntur. Eodem modo laici, cum ijs qui cõtraria sententię dei dogmata defendunt, nolite societatem habere, neque participes illorum impietatis fieri. Ait enim Dominus: Recedite è medio horum hominum, nè cum eis pereatis. Et rursùm: Egredimini è medio ipsorum, & segregamini, dicit Dominus: & immundú nè tangatis, & ego recipiam vos.

Nam. 16.

Hier. 31. 1. Cor. 6.

Demonstratur ex prophetica prædictione, quare falsi nominis Israel reiectus fuerit.

Cap. V.

Verè enim fugiendi sunt, qui Deo blasphemiam dicunt. quàm plurimi enim ex impijs Deum ignorant, ij verò tanquàm Deo infensi, malitię improbitatisque morbo laborant: nam ex malitiã hereticorum prodijt contaminatio in omnem terram, vt inquit Ieremias Propheta. Cum enim expulerit synagogam prauam Dominus Deus, domumque reiecerit, vt dicit quodam in loco, Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Et rursùm: Relinquam vineam meam, & non putabitur, neque fodietur, & ascendet in eam tanquàm in terram incultã spina, & nubibus imperabo, nè pluant super eam imbrem. Cùm igitur reliquerit populú sicut tentorium in vinea, & sicut pomorum custodia in cucumerario, sicut ciuitatem obfessam, subtraxeritque ei Spiritum sanctú, imbrẽque propheticum: repleuit gratia spirituali ecclesiã ad similitudinẽ fluminis Aegypti in diebus noualium, & extulit eam quasi domum in monte collocatã, & quasi in mõtem excelsum, quasi montem abundãtem caseo, quasi montem pinguem, in quo complacuit sibi Deus vt habitaret in eo. Etenim Dominus in ea commorabitur vsque ad finem. Et in Ieremia dicit, Solium glorię exaltatú sanctificatio nostra. Et Isaias, Et erit in nouissimis diebus: manifestus mons Domini, & domus Dei in summis montium, & exaltabitur super colles. Quoniam igitur populum reliquit, & templum desertum dimisit, abscisso velo templi, sublatoque ab eo spiritus sancto:

S. Ignat ad Philadelph.

Ierem. 12.

Isa. 5. 3.

Isa. 1.

Eccle. 24.

Isa. 2.

Psal. 67.

Ierem. 17.

Isa. 2.

Matth. 23.

Ioc. 2.

Eccè enim, inquit, relinquitur vobis domus vestra deserta: contulit vobis, qui de gentibus venistis, spiritualem gratiam, vt inquit per Ioel, Et erit post hæc, ait Dominus, & edam de spiritu meo in omnẽ carnem, & prophetabunt filij vestri, & filię vestrę visiones videbunt, & senes vestri somnia somniabunt. omnem enim sermonis facultatem, & actionem, atque huiusmodi officium ereptum populo, Deus in vos gentium sobolem trãtulit. ideoque diabolus inuidens sanctę Dei Ecclesię, excitauit in nos ærumnas, persecutiones, perturbatiões, blasphemias, schismata, hæreses. Nam populum illum propter

Christum interfectum, sibi subegit: nos qui ab eius vanitate recessimus, varijs modis tentat, vt olim beatum Iob. nam & summo Pontifici Iesu filio Iosedece restitit, & nos sepẽ cribrare voluit, vt deficeret fides nostra: sed magister noster illum in iudiciũ adducens, dicebat: Increpet in te Dominus Diabole: & increpet in te Dominus, qui eligit Israelem: nõne eccè hic est auulsus tanquàm titio? & qui dixit tunc ijs, qui apud Pontificem aderant, Detrahitte ei vestimenta sordida. subiitque, Ecce abstuli iniquitates tuas abs te. idem dicit nũc, quod olim congregatis nobis dicebat de nobis, quod rogauit, nè deficeret fides nostra.

Zach. 3. Luc. 22. S. Ignat. ad Smyrn.

Zach. 3.

Luc. 22.

Quod apud Iudeos constabat impia doctrina variarum hæresum. Cap. VI.

HABUIT quoque Iudaicus populus hæresum prauitates. nam Sadducęi ex illis prodierunt, qui negabant mortuorum resurrectionem, & Pharisei, qui fortunę & fato peccatorum actiones tribuunt. Et Basimothęi, qui prouidentiam tollunt, affirmãtes fortuito casu omnia constare, ijque animę immortalitatem negant. Sunt quoque Hemerobaptistę, qui quotidie nisi in aqua mergantur, cibum non capiunt: sed etiã læctis, tabulis, crateris, calicibus, scabellis nisi aqua purgatis non vtuntur: & qui nostris temporibus orti sunt Ebionęi, filium Dei nudú hominem fuisse contendentes, viri libidine & Ioseph ac Marię concubitu genitum, qui ab ijs omnibus separãtur, & patrias leges seruant, sunt Iesæi. Atque hæc quidem in veteri populo fuerunt: sed nunc quoque improbus dæmon efficax ad malefaciendú, & bonú cuiusmodi sit ignorans, ex nobis quibusdã excitatis, hæreses & schismata in ijs effecit.

Vnde orta sint hæreses, & qui fuerit author impietatis. Cap. VII.

Nouæ autẽ hæreses hoc habuerunt exordium. Cùm inualisset diabolus Simonem quendam, è vico Gitthon appellato, Samaritanum, arte magú, suę prauę sententię eum administrum effecit. quo autem tempore coapostolus noster Philippus, Domini dono, atque sui spiritus afflatu virtutes curationum Samarię administrabat: itã vt obstupefacti Samaritani in fidem venerint cunctorum Dei & Domini nostri Iesu Christi, baptizatiq; sint in nomine ipsius: cumque iam Simon ipse signa & prodigia intuitus, sine vlla magica arte perfecta, admiratusque credidisset, & baptismũ accepisset, atque ieiunio & orationi esset intētus: audientes nos gratiam Dei ad Samaritanos per Philippum peruenisse, ad eos accessimus, multisq; ad doctrinã sermonẽ collatis, omnibus baptizatis impositis manibus, oratione gratiã eis Spiritus sancti impartiebamus. Vidēsque Simõ impositione nostrarum manuum dari creditibus Spi-

Origo hæresum.

Act. 8.

tũ summam confici.

Gea. 3.

Act. 8.

Spiritum, obtulit nobis pecuniam, inquit: Mihi quoque, hanc potestatem date, vt cui ego imposuero manus, is habeat spiritum sanctum: volens scilicet, vt quẽadmodum Adam gustato ligno, promissa immortalitate priuatus fuit, sic nos accepta pecunia deliniti, dei munere excluderemur, quod per commutationẽ pecunię, ei traderemus inestimabilem DEI gratiam. Quare perturbatis omnibus nostris, conijciens ego Petrus oculos in maleficum serpentem, qui illum detinebat, respondi Simoni: Argẽtum tuum tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei putãsti pecunia possideri: non est tibi pars in sermone isto, neque fors in ista fide: cor enim tuum nõ est rectum coram eo. Pœnitentiam itaque age à tanta nequitia, & roga Dominum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. in felle enim amaritudinis, & in vinculo iniquitatis video te esse. Tuncque Simon perterritus, Rogo, inquit, precamini vos pro me domino, vt nihil in me veniat eorum, quã dixistis.

Qui fuerint successores impietatis Simonis, & quibus hæresibus præfuerint.

Cap. VIII.

CVM verò ad gentes exiimus ad prædicandum verbũ vitę, tũc diabolus molitũ est in populo, vt post nos, Pseudapostolos mitteret ad sermonem labefactandum. Itaque produxerunt Cleobium quendam, & adixerunt Simoni: ij verò discipuli fuerunt eiusdem Dosithei, quem reprobatum eiecerunt principatu, deinde alij aliorum absurdorum dogmatum authores extiterunt, Cerinthus, Marchus, Menander, Basilides, Saturninus. Ex ijs alij, plures deos esse opinãtur: alij, tres inter se contrarios sine origine, semper congregientes: alij, infinitos & ignotos: quidam verò nuptias tollunt, arbitrãtes non esse eas opus Dei: alij quosdam cibos abominantur: alij inuerecundẽ fornicantur, quod nunc faciunt falsi nominis Nicolaitę. Veruntamen Simon cum me Petrum primũ conuenisset Cæsareę Stratonis, vbi Cornelius fidelis per me in dominum Iesum crediderat, cum esset Ethnicus, verbum Dei conatus est peruertere, cum vnã mecum ad essent sacri filij, Zachęus olim publicanus, & Barnabas, item Niceta & Aquila fratres Clementis Episcopi & ciuis Romani, Pauli coapostoli nostri discipuli, & in Euãgelio coadiutoris. Cumque tertio cum eo disputãsem de Propheta, deque Dei monarchia, illum virtute Domini conuictum atque repressum, in Italiam aufugere compuli.

Act. 10.

Luc. 19.

Act. 4. 9. 13.

Quemadmodum Simon præstigijs quibusdam cum voluisset volare, precibus Petri ab alto deiectus, fregit pedes & manus. Narrat Clemens, Hegesippus, Iustinus, Irenæus. Cap. IX.

Hi authores citantur. ab eo qui capi-

Romam cum venisset, Ecclesiã vehementer perturbauit, multos euertens, atque in suam adducens sententiam, gentes verò commouebat magicis artibus. Itaque quadam die cum in Theatrũ in meridie processisset, iussissetque suis operis, vt me in Theatrum arriperent, pollicitus est se in aere volaturum. Cumque omnes hac re erecti essent, ego seorsum orabam. Itaque sublatu à demonibus, volabat sublimis, dicens in cælum se ascendere, vnde illis bona suppeditaturus esset, populo illi, veluti deo, acclamante optima: attollens ego manus in cælum, tota mente supplicabã Deo, vt per Iesum Christum Dominum frangeret scelestum illum, & dæmonum vim labefactaret, in fraudem ac perniciem hominũ illa ventium: illumque perfractum nõ occideret, sed comminueret. tuncque Simonem intuitus, Si Dei (inquam) homo ego sum, Apostolus verò Iesu Christi verus, doctorque pietatis, nõ erroris, cuiusmodi & tu Simon: impero improbis virtutibus apostatę pietatis, quibus vehitur Simõ Magus, vt remittant suas vires, vt ab alto hæc decidat, in risum eorũ qui ab ipso decepti sunt. Cumque hæc dicerem, defertus à virtutibus Simon, cum magno fragore corruit, vehemẽterque concussus, fregit coxendicem, & pedum tarsos, clamorque plebis ortus est, quo ferebatur vnum esse Deum, quem iuste Petrus nunciaret, tantum veritate fretus: multique ab eo defecerunt. Quidam, cum essent illius perniciẽ digni, remanserunt in eius praua disciplina. Atque hoc modo primũ inducta Romę est impia Simonianorum hæresis, atque per reliquos Pseudapostolos operabatur diabolus.

Quomodo hæreses & inter se, & cum veritate dissideant. Cap. X.

HIS omnibus vnus atque idem erat propositus impietatis finis, omnipotenti Deo maledicere: ignotum deum celebrare: nec esse Deum patrem Christi, neque Mundi cõditorem, sed ineffabilem, atque inominabilem per se genitum, legis & Prophetarũ oraculis non locutum: prouidẽtiam nullam esse: resurrectionem non futuram, nec Iudicium, neque retributionem: animã esse mortalem, voluptatem solam sequendam, omnẽ cultum sine delectu amplectendum. Aliqui enim plures deos esse putãt, alij tres principio carentes, alij duos ingenitos, alij infinita æua inducunt, ac quidã nuptias respuunt, carnem item & vinũ, quę in rebus abominandis ponunt: itẽ nubere, & libris operam dare prohibent, ac quosdam cibos capere, scilicet vt hac continentia suę sententię prauitatem facilius probare possint. Quidã verò ex ijs docent abstinendũ carnibus, non quod parcant animantibus ratione carentibus, sed quod ea animam rationis participẽ habere existimant, eosque pœnas cædis daturos,

Contra hæc hæreses præclarẽ disputat S. Ignat. in epistolis, nõ discedes à Clemẽte.

turos, qui ea occidere audent. Alij suilla tantum carne abstinent: ijs, quæ lege mûda censentur, vescuntur: putant quæ circûcisionem ex lege seruandam, in Christum credendum veluti in virum sanctum ac Prophetam. Alij docent, sinè pudore libidini inseruendum, & carne abutendum, animam quæ ea sola ratione mundi principes posse effugere, si oëm impuram actionem exequatur. Ij omnes diaboli organa sunt, & ire filij.

Expositio Apostolicæ prædicationis. Cap. XI.

NOS verò Dei soboles, & filij pacis, sacrum ac rectum prædicantes pietatis sermonem, vnum solùm nunciamus Deum, legis ac Prophetarum Dominum, rerum omnium auctorem, Christi patrem: non qui sit sibijpsi origo, & per se genitus, sed æternum, & principij expertem, & lucem inhabitantem inaccessibilem: nõ congemmatum vel multiplicem, sed solem in æternitate: non ignotum vel silentio abditum, sed per legem ac Prophetas proditum, omnipotentem, omnium opificem, omnium potestatem habentem, Deum & patrem vnigeniti & primogeniti omnis creaturæ: vnum Deum, vnus filij patrem, nõ multorum: vnus Paraleti per Christum, aliorum ordinum effectorem: vnum conditorem variarum creaturarum per Christum: factorem eundem, rectorem ac legislatorẽ: per ipsum resurrectionis auctorem, iudicij retributionis per eundem Christum. Hunc ipsum voluit hominem fieri, qui versatus est cum hominibus sinè peccato, passus est, à mortuis surrexit, & ad illum, qui eum miserat, reuersus est. Atque omnem creaturam Dei bonam fatemur, nihil quæ respiciendum: omneque, quod ad naturam necessitatem pertinet iuste sumitur, id optimum ducimus. Omnia enim secundum scripturam erant valde bona. Nuptias legitimas, & liberorum procreationem honestam, nec contaminatam credimus: nam ad propagandam genus hominum, sexuum differentia formata est in Adam & in Eua. Animam incorpoream, & immortalem affirmamus, nec interire eam veluti corpora, sed perpetuò manere, vti rationis participem, & libertate præditam. Omnem iniustum concubitus, maxime eum, qui contra naturam à quibusdam exercetur, respiciamus. vt nefarium & sceleratum: resurrectionem futuram fatemur, iustorum & iniustorum nec non retributionem. Christum non consistemur purum hominem, sed Deum verbum & hominem, mediatorem Dei & hominum, Pontificem Patris. Neque verò vnà cum Iudeis circuncidimur, scientes venisse eum, cui repositum esset, & per quem custodirentur generationes, expectationem gentium Iesum Christum, ex Iuda ortum, de Iesse florem, cuius imperium super humerum eius.

Genes. 1.

Gen. 49.

Esa. 9.

Contra eos, qui Christum consistuntur, & tamen Iudaizare volunt. Cap. XII.

SED quoniam tunc hæc heresis magnas ad decipiendum vires videbatur habere, tota quæ Ecclesia in periculo versabatur, nos duodecim cum conuissimus Hierosolymis, (nam in locum proditoris Matthias Apostolus factus est, qui sortem Iudæ accepit, vt scriptum est, Et Episcopatum eius accipiat alter) vnà cum Iacob fratre Domini deliberabamus quid faciendum esset: visum quæ est ipsi & Presbyteris, sermonibus doctrinæ alloqui populum. Etenim quidam à Iudæa Antiochia profecti, docebant fratres, affirmantes, nisi circunciderentur secundum morem Moysis, aliosque ritus, quos ille præceperat, seruarent, saluos fieri non posse. Cum ergo seditio, quæstioque non parua commota esset, & fratres, qui erant Antiochie, cognouissent nos conuenisse, vt de hac re quæreremus: miserunt ad nos viros fideles, & sacrarum literarum peritos, vt de hac quæstione cognoscerent: qui cum ad nos venerunt, nunciarunt nobis, quæ in Antiochena Ecclesia quærebantur, aliquos affirmare, oportere circuncidi, aliasque cæremônias seruare. Atque alij alia dicentibus, ego Petrus cum confurrexissim: Viri fratres, inquam, scitis vos ab antiquis diebus in nobis elegisse Deum, vt per os meum audirent gentes Euangelij sermonem, & crederent. & qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit ipsis. Cornelio enim Cæturioni imperij Romani, visus est aliquandò Angelus Domini, qui ei dixit vt me accerseret, ac de ore meo verbum vitæ audiret. is verò à Ioppe Cæsaream Stratonis me vocauit. cumque me ad iter pararem, volui cibum capere: qui cum pararem, interea eram in cenaculo orans, quo tempore vidi celum apertum, & vas quoddam quatuor initijs vincitum veluti splendidum linteum in terram submitti: in quo inclusæ erant omnes quadrupes atque reptiles terræ, & alites celi: audita quæ est vox de celo, Surge Petre, sacrificia, & manduca. & ego respondi, Nequaquam Domine, quoniam nihil commune vel immundum vnquam comedi. Iterumque audita vox est, Quæ Deus purgauit, nõ tu immunda existimaue- ris. Quod cum ter esset factum, vas in celum receptum est. cumque in dubio essem, quoniam spectaret visa species, dixit mihi Spiritus: Ecce viri te quærent, surge & vade cum eis, nihil dubitans: quoniam ego illos misi. ij verò à Centurione missi fuerant. Quæ cum mecum euoluerem, agnouit sermonem Domini scriptum, Omnis qui in uocauerit nomẽ Domini, saluus erit. Et rursum, Recordabuntur & conuertentur ad Dominum omnes fines fines terræ, & adorabunt coram eo omnes tribus gentium: quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentibus. Cogitans quæ vbique de uocatione gentium scriptum esse,

Act. 1.

Psal. 108.

Act. 15.

Act. 16.

Ioel. 2.

Psal. 21.

sur-

surrexi, & cum eis sum profectus, atque domum illius intraui. me verò adhuc nunciantes sermonem, cecidit Spiritus sanctus in eum, atque in illos, qui vnà cum eo ibi aderant: quæ admodum nobis in principio acciderat: nullumque discrimen statuit inter nos & illos, fide purificans corda: & cognoui ego nõ esse acceptorem personarum Deum, sed in omni gente eum, qui timet ipsum, & operatur iustitiam, illi esse acceptum. Commoti autem hæc sunt qui ex circûcisione fideles erant. Nunc igitur quid tentatis Deum, vt imponamus iugum graue collo discipulorum, quod nec nos, neque patres nostri ferre potuerunt, sed per gratiam Domini credimus saluari, quæ admodum & illi liberauit enim nos vinculis Dominus, & leuauit nos onere nostro, iugumque clementia dissoluit. Quæ cum diceret, siluit omnis multitudo, respondit autem Iacobus frater Domini ijs verbis: Viri fratres, me audite: Simon narrauit quemadmodum primum Deus statuit sumere de gentibus populum nomini suo, cui rei consentiuit verba Prophetarum, quæ admodum scriptum est, Post hæc reuertar, & restituum tabernaculum Dauid collapsum, & ruinas illius reparabo, & excitabo illud, vt requirant cæteri homines Dominum, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomẽ meum, dicit Dominus faciens hæc. Nota sunt à seculo Deo omnia opera sua. Quaræ ego iudico non grauandos eos, qui à gentibus ad Deum se conuertunt, sed scribendum ad eos, vt se abstineant à contaminationibus gentium, idolothytis, sanguine, suffocato, & fornicatione: quæ etiam olim seruabantur ante legem ab eis, qui secundum naturam vivebant, Enos, Enoch, Noë, Melchisedech, Iob, vel si quis alius huiusmodi fuit. Tunc quæ visum est nobis Apostolis, & Episcopo Iacobo, atque Presbyteris cum vniuersa Ecclesia, delectos ex nobis viros mittere vnà cum Barnaba, & Paulo gentium Apostolo Tarfensi, & Iuda cognomẽto Barsabbano, ac Sila, viris præcipuis inter fratres, scribere quæ epistolam eorum manu ijs verbis:

Act. 15.

Amos 9.

Apostoli & Presbyteri, & fratres, his qui sunt Antiochie, in Cilicia & Syria fratribus ex gentibus, salutem.

QUONIAM audiui quod quidam ex nobis conturbauerunt vos sermonibus, peruerentes animas vestras ijs, quæ non mandauimus: visum est nobis in vnum congregatis, delectos viros ad vos mittere cum dilectis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui animas suas tradiderunt pro Domino nostro Iesu Christo, pro ijs, quæ significastis. misimus etiam cum ijs Iudam & Silam, qui verbis eadem vobis referent. Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil plus imponi vobis oneris, quam horum necessariorum, vt abstineatis ab idolothytis, sanguine, suffocato, & fornicatione: à quibus si cõtinebimini,

benè agetis. valete. Atque epistolam quidẽ misimus, nos verò per aliquot dies mansimus Hierosolymis, simul deliberantes quæ ad communem vtilitatem, & ad corrigendas res pertinebant.

Quod oportet separari ab hæreticis. CAP. XIII.

POSTEA intercessit aliquod tempus, vitæ fratibus, ijsque in sermone pietatis confirmatis, admonitisque fugere eos, qui sub nomine Christi & Moysis, aduersantur Christo & Moysi, & in pelle ouina includunt lupum. ij enim sunt Pseudochristi, & Pseudoprophete, & Pseudopostoli, deceptores, corruptores, vulpibus similes, humi iacentes, vinearum calamitas: propter quos refrigeret multorum charitas. qui verò perseuerauerit vsque in finem inflexibilis, is saluus erit. A quibus vt caueremus, Dominus nobis denunciabat: Venient, inquit, ad vos viri in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis eos: Attendite ab ipsis. Surgent enim Pseudochristi & Pseudoprophete, & decipient multos.

Matth. 24.

Matth. 7.

Qui sint, qui catholicam doctrinam prædicauerint, & quæ sint illorum præcepta. CAP. XIII.

IGITUR horum causa nunc in vnum conuenientes Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes filij Zebedei, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Lebeus cognomento Thadæus, & Simon Cananites, & Matthias Iudæus suffectus, & Iacobus frater Domini, Hierosolymarum Episcopus, & Paulus doctor gentium, vas electionis, vnà congregati scripsimus ad vos hanc catholicam doctrinam ad vos confirmandos, quibus in vniuersa Ecclesia Episcopatus munus est commissum: in qua declaramus vobis, Deum omnipotentem vnũ esse, præter quem nullus est, atque vt illum solum colatis, & adoretis per Iesum Christum Dominum nostrum in sancto spiritu: vtaminique sacris Scripturis, lege & Prophetis, parètes reueramini: omnes nefarias actiones fugiatis: resurrectionem & iudicium credatis: retributionem expectetis: omnibus eius creaturis cum gratiarum actione vtamini, veluti eius operibus, nihilque in se continentibus mali: legitime connubia iungatis: vituperatione enim carent huiusmodi nuptiæ. quoniam & à Domino iungitur viro mulier, atque Dominus dicit, Qui fecit ab initio, masculum & foeminam fecit eos, & dixit: Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Neque verò post nuptias liceat eam indemnata eijcere: Custodiet enim, inquit, spiritu tuo, & vxor erit iuuentutis tuæ nõ reliqueris: quoniam ipsa est particeps vitæ tuæ, & reliquæ spiritus tui, & ego feci, & nõ alius: inquit enim

Hoc nomẽ huc vel imperitia, vel negligentia alicuius irrepfit.

Matth. 19.

Gen. 2.

Mala. 2.

h 4 enim

Matth. 19. enim Dominus: Quod Deus coniunxit, homo nē separet. Mulier enim est vitæ consors ac societas, in vnum corpus à Deo conflata: qui verò cōtrā scindit in duo id, quod est in vnū à Deo concretum: rationem rerū à Deo cōditarum euerit, & illius prouidentia aduersatur. Eodem modo retinens eam, quæ naturæ legem violat, iniuste facit: quoniam qui adulteram retinet, infans atque impius est: Eccl. 25. Abscinde enim eam, inquit, à carnibus tuis: non enim est adiutrix, sed infidiatrix, ad aliū deflectens mentem. Neque etiā circūcidimini: contenti quæ sint fideles circūcisione cordis in spiritu. Circūcidimini enim, inquit, Deo vestro, & circūcidite præputium cordis vestri.

Terem. 4.

Quod non oportet baptismum iterare, neque recipere baptismum ab impijs datum, qui baptismus non est, sed potius contaminatio. Cap. XV.

Eodem modo cōtenti sint vno solo baptismo, qui in Domini mortem traditur, non ministerio abominandorum hæreticorum, sed probatorum sacerdotum in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti. Neque impiorum baptismus recipitur, neque is, qui per sanctos administratur, altero baptismo debet irritus effici. Vt enim vnus est Deus, & vnus Christus, & Paracletus vnus, sic vnus est baptismus, qui in eius nomine datur. Qui verò ab impijs piaculum accipiunt, eorum sententia socij fiunt. Non enim illi sunt sacerdotes. Dicit enim ihs Deus, Quoniam tu abiecisti sententiam, abijciam & ego te, vt nō sis sacerdos mihi. Neque verò baptizati ab ijs, initiati censentur, sed potius inquinati, cum non peccatorum remissionem accipiāt, sed impietatis vinculū induant. Veruntamē initiatos iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimūt, derident diuina, eludunt sancta, insultant Spiritui, sanguinem sanctū veluti communem contemnunt, peccāt in mittentē, in passum, & in testificantem. Sed etiā, qui ob negligentiam baptizari contemnit, veluti infidelis condemnabitur: & ei exprobrabitur veluti ingrato. Ait enim dominus: Nisi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non ingreditur in regnum celorum. Et iterum: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluabitur: qui verò non crediderit, cōdemnabitur. Qui verò dicit, Baptizabor cum ad finem vitæ peruenero, nē peccem, & baptismū inquinem: is Deum ignorat, & suæ naturæ est parum memor. Noli enim differre conuerti ad Dominum: nescis enim quid sequens dies pariat. Baptizate quoque puerulos vestros, & educate eos in disciplina & præceptis Dei. Sinite enim, inquit, paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere.

Ofc. 4.

Ioan. 3.

Marc. vi.

Pro. 3.

Matth. 19.

De libris falsò inscriptis. Cap. XVI.

Hæc omnia mandauimus vobis, vt nostram sententiam cognosceretis cuiusmodi sit, atque nostro nomine inuulgatos ab impijs libros nē receperitis. non enim nominibus Apostolorum attendere debetis, sed naturam rerum & rectam sententiam. Nouimus enim, à Simone & Cleobio pestilentes sub nomine Christi & Apostolorum compositos libros, circumferri in fraudē vestri, qui Christum nosq; eius seruos diligitis. Priscis quoque temporibus quidam libros apocryphos scripserunt Moyses, Enoch & Adæ, Isaiæ quoque, Dauidis & Eliæ, atque trium Patriarcharum, perniciosos & veritati infestos. Tales modò libros effecerunt execrandi homines, damnantes rerum originem, nuptias, prouidentiam, liberorum procreationem, legem, Prophetas, barbara quædam nomina inferentes, vt ipsi aiunt, angelorum, re vera autē demonum in ipsis loquentium. Quorū doctrinam fugite, nē supplicij eorū participes sitis, qui illos conscripserunt, vt deciperent ac perderent fideles, & laudandos Domini Iesu discipulos.

De Clericis. Cap. XVII.

Episcopum & Presbyterum, ac Diaconū edicimus vnus vxoris debere constitui, siue viuant eorum vxores, siue decesserint: non licere autem ijs, si post ordinationem sine vxore fuerint, ad nuptias transire: vel si vxores habeant, cum alijs coniungi, sed contentos esse ea, quam habentes ad ordinationem venerūt: ministros quoque, Cantores, Lectores, Ostiarios, vnus vxoris viros esse iubemus. Si ante nuptias ad clerum venerūt, concedimus eis vt vxores ducere possint, si quidem hoc expetent, nē si peccauerint, pena afficiantur. statuimus autem nemini licere ex clero amicam, vel ancillam, vel viduam, vel repudiatam ducere, vt etiā lex vetat. Diaconissa sit virgo casta: sin minus, saltem vidua eligatur, quæ vnum virum habuerit, fidelis & honesta.

Abortio admonens fugiendam impiorum hæreticorum societatem. Cap. XVIII.

Poenitentes recipite: hæc est enim DEI voluntas in Christo. Catechumenos post institutionem baptizate. Impios hæreticos, qui impenitentes fuerint, segregatos à fidelibus eijcite, atque à Dei Ecclesia exterminate, præcipiteque fidelibus, vt ab eorum consuetudine omnibus modis se abstineant, nec sermonis cum ijs, neque precum communionem habeant vllam. Ij enim aduersarij, infidiatoresque sunt Ecclesie, qui gregem labefactant, & hereditatem contamināt. Ostentatores, atque ex omni parte deprauati, de quibus dicebat Solomon, in impietate eos simulare pietatem: Est enim, inquit, via quæ videtur quibusdam recta, sed extrema eius respiciunt profunda inferni. Hi sunt illi, de quibus

Matth. 5. Leu. 22.

Prou. 14.

Eccle. 9.

Psalm. 138.

2 Paral. 39.

Isa. 57.

Luc. 18.

Matth. 24.

quibus Dominus amarè seuereque pronunciauit, dicens: Quod sunt Pseudochristi & doctores falsi, qui blasphemia affecerūt Spiritum sanctum, eiusque donum post adeptam gratiam reiecerunt, quibus non remittetur nec in hoc seculo, neque in futuro: qui Iudeos falsam religionē superant, Græcos impietate: qui Deo, qui est super omnia, maledicunt, & Filium eius despiciunt, atque doctrinam Spiritus contemnunt: qui diuinos sermones negant, & per hypocrisim se eos recipere simulant, in contumeliam Dei, fraudemque eorum, qui eos sequuntur: qui sacram scripturam deridēt, & iustitiā, quæ tandem illa sit, ignorant: qui Ecclesiam Dei labefactant, veluti vulpeculæ vineam, quos monemus vt fugiatis, nē laqueis animas vestras impediatis. Nā qui cum iustis ambulat, iustus erit: & qui cum insipientibus ambulat, cognoscetur. nec enim cum furibus currere oportet, neque cum aduultero partem ponere, quoniam sanctus Dauid inquit: Domine, qui oderūt te, eos odio habui, & aduersus inimicos tuos contabui. Perfecto odio oderā illos, inimici facti sunt mihi. Et Iosaphat Deus exprobrat amicitiam societatemque ininitam cum Achabo & Ozia, per Iohā Prophetā inquit: Si cum peccatore tu amicitia iungeris, & auxilium præbes ei, qui odio habetur à Domino, idē statim ira Domini facta esset in te, nisi inuentum fuisset cor tuum perfectū erga Dominum. propterea pepercit tibi Dominus: veruntamen interrupta sunt opera tua, & fractæ sunt naues tuæ. Vitae igitur illorum societate, atque ab eorū pace abalienamini, de ijs enim Propheta loquebatur ijs verbis: Non est gaudere cum impijs, dicit Dominus. Ij enim sunt occulti lupi, noui canes, qui non possunt latrare, qui quidem modò sunt pauci, sed progrediente atque appropinquante consummatione, plures grauiore que sunt futuri: de quibus dicebat Dominus: Nunquid filius hominis, cum venerit, inueniet fidem in terra? & eò quod abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, & veniēt Pseudochristi, & Pseudoprophetae, & dabunt signa in celo, vt si fieri possit, etiā electi decipiātur. quorum fraude liberabit nos Deus per Iesum Christū, qui est spes nostra. etenim nos quoque cum peragraremus gentes, ecclesiasque cōfirmaremus, alios quidē multis admonitionibus & sermonis medicina curatos ad sanitatem reduximus, cum morti essent vicini, & tantum non animā efflarent: eos, qui nullo remedio curari potuerunt, ab ouili eiecimus, nē morbi contagione valētes agni contabescerent, sed puri, mūdi, sani, integri Dño conseruarentur. Atque hæc quidem vbi que toto orbe terrarū in singulis ciuitatibus præstitimus. Reliquis verò vobis Episcopis, & reliquis sacerdotibus iure ac merito huius catholice doctrinæ monumentum pro confirmatione illorum, qui DEO credide-

runt. Quam doctrinam misimus per Clementem cooperatorem nostrum fidelissimum, & filium vnanime in Domino vnā cum Barnaba & Timotheo filio optatissimo, & Marco germano, cum quibus Titum vobis dedimus & Lucam, Iasonem quoque & Lucium & Sosipatrum; per quos hortamur vos in Domino, vt à veteri consuetudine recedatis vinculorum inanum, exterminationum, obseruationum, delectus ciborum, baptismorum quotidianorum: vetera enim re-

2 Cor. 5.

cesserunt, ecce noua sunt omnia. Contra improbantem legem. Cap. XIX.

Cognoscitis enim Deum per Christum, vniuersamque eius dispensationem à principio institutam, quod dedit nobis legem simplicem ad auxilium naturalis legis, puram, salutarem, sanctam, in qua & proprium nomen reposuit, perfectam, absolutam, decem præcepta continentem, plenam, reprehensione carentem, conuertentem animas, cuius immemores Hebræos per Malachiam prophetam admonet, dicens: Recordamini legis Moysis hominis Dei, qui præcepit nobis mandata & iustitias. qui adeo sanctus ac iustus est, vt cum Dominus leprosum vnum curauisset, posteaque nouem alios, dixerit priori: Vade & ostēde te Pōtifici, & offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium ipsis. nouē verò illis rursum, Ite & ostēdite vos sacerdotibus. Non enim legem dissoluit, vt Simon opinatur, sed impleuit. Inquit enim: Iota vnum & vnus apex non præteribit à lege, quousque omnia fiant: non enim veni, inquit, soluere legē, sed adimplere. Etenim Moyses legislator simul ac Pontifex, idemque Propheta & Rex, Elias quoque zelator Prophetarū, adfuerunt in transfiguratione Domini in monte, incarnationis passionumque testes, vt amici familiaresque Christi, non vt inimici & alieni. Ex quibus perspicuum fit, legem bonam sanctamque esse vnā cum Prophetis.

Mal. 4.

Matth. 8.

Luc. 17.

Matth. 81

Luc. 17.

Matth. 5.

Matth. 17.

Qua sit naturalis lex, & que sit inducenda atque adiecta, & quam ob causam inducenda sit. Cap. XX.

Lex est Decalogus, quam, antequam populus vitulum, hoc est, Apim Aegyptiū faceret, Deus tulit voce, quæ auribus audiretur. Hæc lex iusta est, ob quam causam lex dicitur, quoniam secundum naturam iustè iudicia facit: quam Simon improbat, putans se ab ea iudicatum, supplicium effugere non posse. Hæc lex bona est, sancta, libera. inquit enim, Si feceris mihi altare, ex terra facies mihi ipsum. non dixit, Fac: sed, si feceris. nō necessitatem imposuit, sed libere potestati permisit. non enim sacrificio opus habet Deus, cum nulla re suaapte natura indigeat: sed quemadmodum iam superiori tempore deo charus Abel & Noe atque Abraam & reliqui, non rogati, sed naturali lege commoti, sua sponte DEO sacrificia offerrebant, à gra-

Exod. 20.

grato animo profecta: ita permittit modò Hebreis, non iubendo, sed si voluerint concedendo, ac si recta animi sententia obtulerint, benignè recipiendo sacrificia ipsorum. Ideò inquit, Si sacrificare desideras, non indigenti mihi sacrificia: nulla enim re opus habeo: meus est enim orbis terrarum, & perfectio eius. Cùm verò eius populi homines, huius rei immemores fuerunt, & vitulù pro Deo deum inuocauerunt, eiq; causam perfectionis ab Aegypto tribuerunt, dicentes, Hi sunt dei tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et colentes similitudinem vituli comedentis scenum, negauerunt Deum, qui per Moysen visitauerat ipsos in tribulatione ipsorum, Moysen (inquã) qui in manu & virga signa effecerat, Aegyptios decem plagis percusserat, mare rubrum diuisis aquis transfuderat, eos per mediam aquam vt equitatu per campum duxerat, inimicos & insidiatores eorum demerferat, fontem amarum ad Maran dulcem reddiderat, ex duro lapide aquam ad satietatem eduxerat: columna nubis propter estus magnitudinem eos contexerat: columna ignea illustrauerat, viam que monstrauerat ignorantibus quò pergerent: qui manna de celo dederat, à mari carnis copia miserat inuecta ortyometra: qui in mote leges eis dederat, cuius que vocem audire meruerant, eum abnegauerunt, dicentes: Fac nobis deos qui pregeant nos, vitulumq; confaauerunt, & sacrificauerunt idolo. Tunc verò ira incensus Deus, vt qui eos ingratos videbat, obligauit eos vinculis arctissimis oppressione onerum, atque duritie catenarum, & non amplius dixit, Si feceris: sed, Fac altare, & assidue sacrificia: immemor es enim gratie. Offer igitur iuge holocaustum, vt memor sis mei. Nam quoniam male vsus es libertate, posthac tibi impono necessitatem, atq; certis cibis te prohibeo, & animalium mundorum & immundorum delectum tibi prescribo, quauis omne animal bonitatem habeat, vt quod à me factum sit: & exterminationes tales tibi impero, expiationes, assidua baptismata, adspersiones, lustrationes, cessationes varias, atque ijs singulis, nisi obtemperaueris, pœnam statuo, vt æquum est inobedièti, vt hoc modo vexatus, & catena enectus, à multitudine deorum recedas: omissoq; illo, Hi sunt dii tui Israel: recorderis illius, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est: confugas que ad illam legem, quam ego natura omnibus hominibus indidi, vnum solum esse Deum in celo & in terra, hunc que diligendum ex toto corde, ex omnibus viribus, atq; ex omni mente, & excepto illo neminem timendum: neque aliorum deorum nomen mente concipiendum, neque lingua pronuncianum. Nam ob duritiem obligauit eos, vt sacrificando, cessando, se expiando, atque talia obseruando, in cogitationem eius venirent, qui hæc ipsis precepisset.

Psal. 49.

Exod. 32.

Exo. 7. 3. &c.

Exod. 32.

Exod. 32.

Deut. 6.

Quòd sub gratia sumus, & non in seruitute legis inducæ in Christum credentes.
Cap. XXI.

Vestri, qui credidistis in vnum Deum, ac non necessitate, sed recta sententia, ei, qui vos vocauit, paruistis, beati sunt oculi, quoniam vident: & aures, quoniã audiunt. soluti epim estis vinculis, & seruitute liberati. nõ amplius enim (inquit) dico vos seruos, sed amicos, quoniam omnia, quæ audiui à Patre meo, manifestauit vobis. illis enim nolentibus loqui vel audire, non defectu pœnarum, sed abundantia nequitie, dedi mandata non bona, & iustitias, in quibus victuri non sunt: non bona autè ex proposito ipsorum, quoniam cauteria, gladius, medicamenta infesta sunt non valètib: non seruantur autem propter inobedientiam: vnde nõ seruata, mortem eis afferunt.

Luc. 10.

Ioan. 15.

Ezec. 20.

Quòd lex de sacrificio, inducæ erat, quam adueniens Christus sustulit.
Cap. XXII.

VOS igitur beati estis, qui maledictione estis liberati. Christus enim Dei filius, cùm venisset, legem ratam habitam impleuit, inducæ sustulit, si non omnia, at grauiora: legem confirmans, ijs finem imponens, voluntatem que humanam rursùm dimisit liberam, vt non hæc temporaneæ mortis iudicium exerceat, sed in alio statu rationes sit cogniturus. Ideo que dicit, Qui vult venire post me, veniat. Et rursùm, Num & vos vultis abire? lam verò ante quoque eius aduentum recusabat populi sacrificia, sepe numero in eum peccantis, atque existimantis sacrificijs eum, non penitentia, placatum iri. ita enim inquit, Vt quid mihi incensum de Saba affers, & cinnamomum de terra longinqua? Holocaustumata vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra nõ placent mihi. & deinceps, Holocaustumata vestra congregate cum sacrificijs vestris, & comedite deum, quoniam non mandauit vobis, quandò eduxi vos de terra Aegypti, de holocaustis & sacrificijs. Per Isaiam quoque, quid mihi multitudo victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietu: adipem agnorum & sanguinem tauroru & hircoru nolo, neque veneritis apparere mihi. Quis enim quesituit hæc de manibus vestris? calcare atrium meum non addetis amplius. Si obtuleritis filiginem, vanum: in celsum, abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabbata vestra & diem magnum non feram. Ieiuniu & cessatione & festiuitates vestras odit anima mea. facti estis mihi in satietatem. Et per alium dicit, Discede à me: sonum carminum tuorum & psalmum organorum tuorum nõ audiam, & Sauli, qui sacrificare constituerat, Samuel dicit: Bona auscultatio super sacrificium, & obedientia super adipem arietum.

Amos 5.

1. Reg. 15.

Eccè

Psal. 49.

Proq. 15.

Psal. 50.

Luc. 2.

Deut. 6.

Ioan. 17.

Leu. 29.

Ioan. 13.

Gen. 9.

Matth. 5.

Luc. 2.

Gen. 49.

Exod. 20.

Matth. 5.

Eccè enim non vult Deus sacrificium, sicut obtemperari sibi: & per Dauid dicit: Non recipiam de domo tua vitulos, neque de gregebis tuis hædos. Si esuriéro, non dicam tibi: meus est enim orbis terraru & perfectio eius. Num manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam? Sacrifica Deo sacrificiu laudis, & redde altissimo vota tua. Atque in omnibus scripturis eorum sacrificia rejcit, quoniam ij in ipsum peccauerunt. Sacrificia enim impioru, abominatio apud Dominum. Etenim iniquè offerunt ea. & iterum, Sacrificia ipsorum taquam panis ipsis: omnes comedentes ea, inquinabuntur. Quòd si ante suum aduentum, loco sacrificij mundum postulabat, & spiritum contritum: modò cùm iam venerit, multò magis hæc, q per sanguinem fiebant, eum dicimus sustulisse. Sustulit autem cùm prius illa impleuerit. etenim circuncisus est & adspersus, sacrificia quoque obtulit & holocausta, atq; alijs moribus vsus est: ipse que legislator effectus est perfectio legis, non sublata lege naturali, sed extinctis ijs, quæ per deuterolim inducæ fuerant, quanquam non omnibus.

Quomodo Christus impleuerit legem, & que extinxerit, quæ commutauerit vel transferit.
Cap. XXIII.

Legem enim naturæ non sustulit, sed confirmauit: nam qui dixit in lege, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est: idem dicit in Euangelio, Vt cognoscant te solum Deum. & qui dixit, Diliges proximu tuum sicut te ipsum: in Euangelio, renouato precepto, Mandatum nouum (inquit) do vobis, vt diligatis vos inuicem. Qui tunc cædem prohibuit, modò prohibet inconsideratam iram: qui tunc adulterium, modò illicitam cupiditatem: qui tunc latrocinium, modò magis commendauit eum, qui de proprijs laboribus inopibus prebet: qui tunc odium prohibuit, nunc inimicorum dilectionem precepit: qui vindictam, nunc precepit patientiam: non quòd iniusta sit vindicta, que iuste sumatur, sed quòd prestantior sit patientia. Neque verò naturales affectiones excidit iussit, sed illarum exuperantiam: qui colendos parentes precepit, ipse ijs subiectus erat: qui Sabbatum seruari voluit, vt ille dies cofumeretur in legum meditatione, nunc quotidie iussit nos cogitantes conditæ naturæ providentiæq; legem, gratias agere deo. Circuncisionem sustulit, cùm eam in se expleret. Ipse enim erat, cui reposita erat expectatio gentium: qui iusiurandum preceperat, & periurium prohibuerat, omninò iurare vetuit. Baptismum, sacrificium, sacerdotiu, localem adorationem alio modo mutauit. pro quotidiano baptismo, vnũ solum baptismu instituit, qui in eius morte perficitur. Pro vna tribu, de qualibet natione precepit optimos deligi, nec corporu integritate spectari,

sed religionè ac vitam. Pro sacrificio crueto, rationale & incruentum, ac mysticum sacrificium instituit, quod in mortè Domini per symbola corporis & sanguinis sui celebratur. pro adoratione locali, ab ortu Solis vsq; ad occasum in omni loco imperij sui, nomen suum celebrari statuit. Quare non sustulit à nobis legè, sed vincula: nõ de lege Moses inquit, Meditaberis verbu, quòd ego tibi mado, sedens domi, surgens & ambulans in via. Et Dauid ait, In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditaberis die ac nocte. vbi que enim nos legibus obsequentes esse vult, non legum contèptores. Beati enim (inquit) immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirent eum. Et iterum, Beati sumus Israel, quoniam quæ placent Deo, cognita sunt nobis. Et Dominus inquit: Si cognouistis, beati estis si feceritis ea.

Malac. 2.

Deut. 6.

Psal. 1.

Psal. 118.

Bar. 4.

Ioan. 13.

Quòd per Romanos quoque voluit Dominus Iustitiæ legem demonstrari.
Cap. XXIII.

NON solum per nos Iustitiæ legem vult demonstrari, sed etiã placuit sibi, vt ea per Romanos appareret atque luceret. nanque ij quoque credentes in Dominum, à deorum errore atque iniquitate recesserunt, & bonos receperunt, improbosque puniunt, & Iudæos vectigales habent, atque suis iustis eos vti non permittunt.

Quòd Deus Iudæos ob impietatem, qua aduersus Christum vsi sunt, in seruitutem redactos, tributo subiecit.
Cap. XXV.

Quoniam spontè seruitutem sibi imposuerunt, dicentes, Non habemus Regem nisi Cæsarem: & nisi occidamus Christum, omnes in eum credent, & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentè, atq; inuiti vera predixerunt: nam & in eum gentes crediderunt, ipsique à Romanis potestate spoliati sunt, prohibiti que ea facere, quæ sibi patrijs legibus precepta fuerat: Maledictus enim (inquit) qui nõ manet in omnibus scriptis in libro legis vt ea faciat, fieri autem non potest, vt cùm dispersi vagique inter gentes viuãt, omnia faciant, que lex prescribit. Vetat enim diuinus Moses altare extra Hierosolyma constitui, legem que extra Iudææ fines legi. Sequentes igitur nos Christum, benedictionum hereditatem adipiscamur, legi & Prophetis per Euangelium obsequamur. Fugiamus eos, qui Deos colunt, interfectores Christi & Prophetarum, nefandos atque impios hæreticos: obtemperemus Christo vt Regi, qui potestatem habet inducendi varias leges, ac tanquam sapiens legislator nouas ferendi, vbi que naturalibus immobilibus conseruatis.

Ioan. 19.

Ioan. 11.

Deu. 27.

Deut. 12.

Quòd

Quòd fugere oportet hereticos tanquam animarum pestem. Cap. XXVI.

CAuete ab hereticis omnibus Episcopi & laici, qui legem & Prophetas improbant. Deo enim omnipotenti infesti non parent, & Christum non cõfitentur filium dei. negant enim eius generationem secundum carnem. Crucem erubescunt, passionem ac mortem contemnunt: resurrectionem ignorant, æternam eius generationem præcidunt. Alij ex ijs, in alio impietatis genere versantur, opinati Dominum purum hominẽ esse, ex anima tantum & corpore constantem: alij Iesum illum ipsum Deum, qui est super omnia, esse existimant, putantes eum sibi ipsi patrem esse. quibus quid potest esse magis impium? alij rursùm cibos quosdam vituperant, nuptiasque cum liberorum procreatione improbant, quòd opus sint diaboli. cumque ob suam improbitatem sint impij, nolunt à mortuis resurgere: propterea resurrectionem labefactant, dicentes, nos eximios quosdam fore, si comedere & bibere noluerimus, fingentes dæmonia quædam nudata carnibus, à mortuis excitatum iri, qui damnabuntur ad ignem æternum. Quare fugite ab ijs, nè vnà cum illorum impietate pereatis.

De Iudaicis & Græcis obseruationibus. Cap. XXVII.

Quòd si quidam Iudaicas consuetudines obseruat, fluxum seminis, nocturnas pollutiones, legitimos concubitus: dicant nobis, his horis vel diebus, quibus horum aliquid ipsis accidit, abstinent ne se ab oratione vel à libro tangendo? si affirmabunt, perspicuum est eos Spiritu sancto destitui, qui semper cum fidelibus versatur: nam de Sanctis ait Solomon, vt vnusquisque se præparet, vt cum dormit, custodiatur eum: & cum expergiscitur, colloquat cum eo. Nam si existimas ò mulier septem diebus te in puerperio manentem, Spiritu sancto priuatam esse, num quoque si repente mortem obires, vacua spiritu sancto, & destituta spe erga Deum decederes? vel potius spiritum habes omnino inseparabilem, vt qui locum non occupet? necessaria est autem tibi oratio, & spiritus afflatus, cum nihil in eo pecces. Nam nec legitimus concubitus, nec cubile, nec sanguinis fluxus, nec nocturna pollutio potest hominis naturam contaminare, vel Spiritum sanctum auferre, sed sola impietas & actio iniusta. Nam Spiritus sanctus semper manet cum ijs, qui eum adepti sunt, quousque digni fuerint: & à quibus se subtrahit, eos derelictos, & spiritui nequam cõtraditos dimittit. Homo autem omnis, alius Spiritu sancto plenus est, alius impuro: nec potest alterum effugere, nisi aliquod contrarium patiatur. Paracletus enim odit omne mēdaciū, diabolus omnem veritatem. Vnusquisque autē

Prou. 6.

qui baptismum verè est adeptus, à diabolico spiritu recessit, & Spiritum sanctum obtinuit, atque bonum agentum adest Spiritus sanctus, complens eum sapietia & intellectu, nec permittit spiritum malum ad eum accedere, obferuans illius inuasiones: Tu ergò mulier, si quemadmodum dicis, in diebus puerperij Spiritu sancto vacua es, certè plena es impuro: nam nec orans, neque legens inuitum aduocas: amat enim is ingratos, si vllus alius, inertes, negligentes, somnolentos, quoniam ipse quoque ingrato animo malignus à Deo spoliatus est dignitate, qui pro archangelo diabolus esse maluerit. Ideò mulier vanos sermones desere, semperque memor esto Dei, qui te creauit, atque ei supplica. est enim tuus quoque, qui cunctorum est, Dominus. meditareque illius leges, nihil obseruas, nec naturalem purgationem, neque concubitum legitimum, neque partum, neque abortum, neque corporis maculam: quoniam huiusmodi obseruationes, sunt stultorum hominum inania commenta ac mente carentia. nam nec funus, nec cadauer, nec sepulcrum, nec cibus, nec pollutio potest animam hominis inquinare, sed sola aduersus Deum impietas & iniquitas, atque proximi iniuria, vt rapina & vis, atque omne quod est Iustitiæ contrarium, adulterium, fornicatio. Quare ijs vitatis, deserite obseruationes dilecti: Græcorum enim sunt propriae. Non enim mortuum abominamur vt illi, sperantes illum iterum victurum, neque legitimum concubitum improbamus. Est enim eorum consuetudo, vt in ijs impietent: Dei enim voluntate conciliatur viri & mulieris iusta coniunctio. Nam qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos, & benedixit eis ac dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quare si DEI voluntate sexus sunt ad sobolem propagandam congregati, ergò de illius quoque sententia facta est maris & feminae congressio.

De masculorum concubitu, adulterio, fornicatione. Cap. XXVIII.

AT non ille abominabilis concubitus, qui contra naturam fit, neque praua actio, quæ Deo infesta est: nam contra naturam est Sodomorum peccatum, & cum bestijs coniunctio: praua actio, adulterium & fornicatio, quorum factorum aliud est scelus, aliud est iniustitia, vltimum est peccatum: nullum verò impunitum relinquitur pro suo genere. Nam primi querunt mundum dissolui, ijs, quæ secundum naturam sunt, contra naturam abutentes. Secundi iniuste faciunt, qui alienas nuptias corrumpunt, & quod à Deo in vnum coniunctum est, in duo diuidunt, filiosque suspectos faciunt, & naturalē virum insidijs exponunt. Fornicatio est propriae carnis corruptio, quæ non causa liberorum expetitur, sed voluptatis, quod est in cõ-

tin. en-

Matth. 19.

Gen. 2.

Leu. 18. & 20.

Leu. 18. & 20. Deut. 22.

Deut. 23.

Prou. 19. Psalm. 127.

Matth. 9.

Ezech. 18.

Gen. 18.

Prou. 5.

tinentiæ signum, non argumentum virtutis. Hæc autem omnia legibus prohibita sunt. Inquit enim scriptura: Nō dormies cum masculo coitu muliebri: maledictus enim est talis, & lapidibus obruite eos: abominatione fecerunt. Omnem dormientem cum iumento, interficite eum: iniquitatem fecit in populo. Et si quis mulierem nuptam vitiauerit, occidite vtrumque: iniquitatem fecerunt, rei sunt, moriantur: & deinceps, nō erit qui fornicetur in filiabus Israel: Et, nō erit quæ fornicetur de filiabus Israel. Non offeres mercedem meretricis Domino Deo tuo ad altare, nec precium canis. Non enim, inquit, castæ sunt preces de mercede meretricis. Hæc leges prohibuerunt, nuptias commendauerunt, benedictas eas appellantes: quoniam benedixit eis Deus, qui feminam cum masculo coniunxit: Ait quodam in loco sapiens Solomon: A Domino copulatur mulier viro, et Dauid inquit: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Nuptiæ igitur honestæ & commendabiles sunt, ipsa que liberorum procreatio pura est: nihil enim mali inest in bono. Neque verò naturalis purgatio odiosa deo est, qui illam instituit in mulieribus per menstrua spatia, valetudinis firmitatisque causa, cum ociose sint, vt quæ magna ex parte domi sedent, sed etiã (vt habetur in Euangelio) cum illa, quæ pariebatur fluxum sanguinis, valetudinis gratia salutarem sumbriam attigisset, non moleste tulit Dominus, neque omnino illam accusauit, immò potius eam curauit, dicens: Fides tua te saluam fecit. Menstruisque apparentibus mulieribus, viri cum eis nè coeant, vt filij sine morbo nascantur: prohibuit enim hoc lex, inquitens, Ad mulierem menstruatam nè accedas. Neque verò cum pregnantibus consuetudinem habeant: non enim suscipiendorum filiorum, sed voluptatis causa hoc faciunt, oportet autem Dei amicum, non appetere voluptatem.

Quomodo oporteat mulieres viris suis subiectas esse, & viros diligere suas uxores. Cap. XXIX.

Mulieres, subiectæ estote viris vestris, eosque in honore habete, ac timore & charitate illis inseruite, quemadmodum sancta Sarra Abraham honorabat, quæ nec nomine ipsum audebat appellare, sed dominum illum vocabat: Dominus meus, inquitens, senex est. Item viri diligite vestras uxores vt propria membra, vt vitæ socias, in filiisque generandis adiutrices. Latere enim, inquit, cum muliere, quæ est à iuuentute tua, cerua tuæ amicitia, & pullus tuarum gratiarum conuersetur tecum, propria verò prægat te, & adfit tibi in omni tempore: in huius enim amicitia implicatus, multiplicabilis eris. Diligite

ergò eas vt membra propria, vt corpora vestra. Scriptum est enim hoc modo: Dominus testificatus est inter te & mulierem adolescentiæ tuæ, & hæc consors tua, & non alius fecit, & reliquias spiritus tui, & custodite in spiritu vestro, & mulierem adolescentiæ tuæ nè deseras. Vir igitur & vxor iustis nuptijs coniuncti, mutuo se excitantes, sine obseruationibus orent, & quanuis non lauent, tamen erunt lustrati. Qui verò alienam vxorem corrupit, vel cum meretrice se inquinauerit, neque si toto mari atque omnibus fluuijs se abluerit, expiari poterit.

Quòd Iudeorum & Græcorum mos est, obseruare naturales purgationes, & mortuorum reliquias vitare: à Christianis verò hoc est alienum. Cap. XXX.

Nolite obseruare legalia, nec naturalia piacula, existimantes ijs contaminari, nec sequamini Iudaicas separationes, nec aspiduos baptismos, neque expiationes in contactu mortui, sine vllaque exceptione conuenite in cœmeteria, sacros libros in ijs legentes, & psallentes pro ijs qui dormierunt, Martyribus atque omnibus sanctis, qui à seculo fuerunt: proque fratribus nostris, qui in Domino obiierunt: Et antitypum regalis corporis Christi, acceptabilemque; Eucharistiam offerre in Ecclesijs & cœmeterijs vestris. Atque in exitu mortuorum psallentes, eos deducite, si fideles fuerint in Domino. Preciosa enim in conspectu Domini mors sanctorum eius. Et iterum, Reuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi. Et alio in loco, Memoria iustorum cum laude. Et, Iustorum animæ in manu Dei. Nam qui in Deum crediderunt, quamquam obiierunt, tamè non sunt mortui. Dicit enim Dominus Sadduceis de resurrectione mortuorum: Non legitis quod scriptum est, Quoniam ego Deus Abraam, Deus Isaac, Deus Iacob? Nō est Deus mortuorum, sed viuorum: omnes enim in ipso viuunt. Igitur eorum, qui in deo viuunt, nec reliquias sine honore manent, nam Helisæus propheta post discessum à vita, mortuum quendam excitauit interfectum à piratis Syriæ, attingit enim corpus eius, Helisæi ossa, atque excitatus vixit: quod factum non esset, nisi Helisæi corpus sanctum fuisset. Et Ioseph complexus est Iacob post mortem, cum iaceret in lectulo, & Moses ac Iesus Naue, Iosephi reliquias secum duxerunt, quod minimè putauerunt piaculum. Quare vos quoque episcopi & alij sine metu piaculi contingentes mortuos, nolite putare quod eorum contactus vos inquinat: neque eorum reliquias vitetis, omnis huiusmodi insanis obseruationibus: ornaminique sanctitate & temperantia, vt participes immortalitatis & cõsortes regni dei efficiamini, & promissionem dei assequamini, requiescentes in æternum per Iesum Christum Saluatorem, qui potest aperire aures cordis vestri,

Mal. 2.

Psalm. 115.

Psalm. 114. Prou. 10. Sap. 3.

Mar. 12.

4. Reg. 13.

Gen. 50.

Exod. 13.

i

vestri, ad recipiendum acuta dei eloquia per Euangelium, & per doctrinam Iesu Christi Nazaræi. Qui crucifixus est sub Pontio Pilato & Herode: mortuus ac suscitatus à mortuis, & iterum vêturus in cõsummatione seculi, cum gloria ac virtute multa. Qui mortuos est excitaturus, mundo finem impositurus, & vnicuique pro meritis tributurus. qui dedit nobis seipsum pignus resurrectionis, atque in celum assumptus est per potentiam dei & Patris ipsius in conspectu nostro, qui per quadraginta dies comedimus & bibimus vnâ cum

illo, postquam à mortuis resurrexit: qui que feder à dextris throni maiestatis omnipotentis Dei super Cherubin. Qui audiuit, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quem vidit beatissimus Stephanus stantem à dextris virtutis, & exclamans dixit: Ecce video celos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei, vti Pontificem omnium rationalium ordinum, per quem honor, maiestas & gloria omnipotenti Deo nunc & in secula, Amen.

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE, LIBER SEPTIMVS.

De conuersatione, & vitæ moribus, de gratiarum actione. Cap. I.



Deut. 30.

3. Reg. 18.

Matth. 6.

Vni legislator Moses dixerit Israëlitis, Ecce posui in conspectu vestro viam vitæ, & viam mortis: & subiunxerit, Elige vitam vt viuas: & Elias Propheta dixerit populo, Quousque claudicatis vtroque poplite? Si DEVS est Dominus, sequimini eum: merito quoque dicebat Dominus, Nemo potest duobus dominis seruire: vel enim alterum odio habebit, & alterum diliget: vel vni hærebit, & alterum contemnet.

De via naturali, & inducta, & quod vna à Deo, altera ab errore procedit ex insidijs diaboli. Cap. II.

1. Tim. 4.

Deut. 6.

Matth. 7.

Matth. 5.

Necessariò nos etiã secuti magistrum Christum, qui omnium hominũ Saluator est, maximè fidelium, dicimus duas esse vias, vnã mortis, vitæ alteram, quæ inter se comparationem nõ habent: magna est enim earum differentia, immò omninò dissident: ac naturalis quidẽ est vitæ via, inducta verò via mortis, quæ non voluntate Dei accidit, sed insidijs aduersarij. Prima est igitur via vitæ: atque hæc ipsa est, quam præscribit lex, diligere Dominum Deum ex tota mente, ex tota anima, atque illum solum, præter quem nullus est: & proximum sicut teipsum. & quodcumque tibi fieri non vis, id alteri nõ feceris. Benedicite maledictibus vobis, Orate pro calumniantibus vos, Diligite inimicos vestros. quæ est enim merces vestra, si ametis, qui amant vos? nam & Ethnici hoc faciunt. Vos verò amate illos, qui odio vos habent, & inimicum non habebitis: Nullum hominẽ, inquit, odio habebis, non Aegyptiũ, non Idumẽum: omnes enim sunt Dei creaturæ. Fugite autem improborum non naturam, sed propositum. Abstinetes vos à carnalibus & mundanis cupiditatibus. Si quis percusserit te in vnâ maxilla, verte ei alteram: nõ quod vindicta in malis non sit, sed quod patientia præ-

stantior. ait enim Dauid: Si retribuere retribu- entibus mihi mala. Si quis te angarizauerit vnum milliare, vade secum alterum. Volenti tecum certare, & tunicam tuam accipere, dimitte etiã pallium. Et ab eo, qui tollit tua, nõ repetas. Petenti à te, da. Et volenti abs te mutuam accipere, nõ claudere manum. Vir enim iustus misericordia mouetur, & accomodat: omnibus enim vult dari Pater, qui Solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Omnibus igitur æquum est suppeditare de iustis laboribus. Honora enim, inquit, Dominum de tuis iustis laboribus, preferendi autem sunt Sancti.

Morales exhortationes dominicarum præceptionum, concordans cum antiquis mandatis diuinarum legum. Prohibitio iræ, inuidiæ, corruptelæ, adulterij, atque omnis vitæ actionis. Cap. III.

Nõ occides, hoc est, non perdes tibi similem hominem: dissoluis enim quæ benè coagmentata sunt: nõ quod omnis cedes in malis habenda sit, sed quia solum illa prohibetur, quæ innocenti infertur, iusta verò magistratibus referuatur. Non mœchaberis. diuides enim carnem in partes duas. Erunt enim, inquit, duo in carne vna: vnum enim sunt vir & mulier natura, consensione, societate, amore, vita, more: separantur autẽ sexu & numero. Pueros non vitiaabis: cõtra naturam enim est hoc vitium, profectum à Sodoma, quæ à Deo misso incendio conflagrauit: is enim est execrabilis, & dicit omnis populus, fiat. Non fornicaberis: nõ enim erit fornicator inter filios Israel, nõ furaberis. Achar enim cum in Israele furatus esset, in Hierico lapidibus oppressus interiit, & Giezi furatus mentitusque, Neemani lepram adeptus est. & Iudas cum surriperet pauperum facultates, Dominum gloriæ Iudæis tradidit, & peccati dolore se suspendit, & crepuit medius, diffusaque sunt viscera eius. Ananias quoque & Saphira eius vxor, furati res proprias, cum tentassent Spiritum Domini, sententia Petri coapostoli nostri, statim sunt mortui.

Prohibitio magiæ, interemptionis filiorum, perurij, falsi testimonij. Cap. IIII.

Exod. 20.

Matth. 5.

Psal. 62.

Nõ dabis operam magiæ arti: non lustrabis: lustratores enim non finetis viuere. Non interficies filium tuum in interitu, nec quod natum erit, occides: omne enim quod formatam animam à deo accepit, vindicabitur, si iniuste interimatur. Non concupisces res proximi tui, veluti vxorem, filium, bouem, agrum. Non peierabis: dictum est enim, nõ iures omninò: quod si non feceris, saltem iustum iusiurandum iures, quoniam Laudabitur omnis qui iurat in idipsum. Falsum testimonium nõ dices, quoniam qui criminatur pauperem, iritat eum qui illum creauit.

Prohibitio detractionis, iracundiæ, morum subdolorum, sermonis ociosi, mendacij, iniuriæ, hypocrisis. Cap. V.

Prou. 12.

Prou. 6.

Psal. 139.

Matth. 12.

Psal. 5.

Ier. 45.

Nõ maledices: nõ diligas, inquit, maledicere: cere. nõ tollaris, neque iniuriarum memor eris. Viæ enim recordantium iniuriarum, in mortem. Non eris ancipitis sententiæ, neque bilinguis: laqueus enim fortis viro, propria labia. Et vir loquax non rectificabitur super terram. Non erit sermo tuus vacuus: omnis enim sermonis ociosi reddes rationem. Non mendacium dices: Perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium. Non eris iniurius neque rapax. Vt enim, inquit, opprimenti proximum iniuria mala.

Prohibitio improbitatis, personarum acceptationis, iræ, odij, inuidiæ. Cap. VI.

1. Petr. 5.

Zach. 4.

Deut. 10. 16.

Leu. 10.

Prou. 9.

Gen. 2.

Gen. 4.

1. Reg. 17. 18.

&c.

2. Reg. 3. & 20

Ioan. 12.

Mat. 27.

A& 1.

A& 5.

Deut. 18.

Nõ esse hypocrita, nõ partem tuam cum ipsis ponas. Nec improbus, nec superbus. Superbis enim Deus resistit. Non accipies personam in iudicio, quoniam Domini est iudicium. Non odio habebis omnem hominem: redargutione redargues fratrem tuum, & non accipies per eum peccatum. Et redargue sapientem, & diliget te. Fuge omne malum, & omne quod est simile ipsi. Abstine enim, inquit, ab iniusto, & tremor non appropinquabit tibi. Nõ esse iracundus, inuidus, obreftator, neque esto furiosus, aut audax, nõ tibi accidat, quod Cain, quod Sauli, quod Ioab. quoniam ille quidẽ occidit fratrem Abel, quod is præstabilius iudicatus fuerat à DEO, & quod eius sacrificium fuerat prælatum: alter sanctum Dauid persequebatur, qui vicerat Goliath Philistæum, cum illi inuidisset in acclamatione à Choro puellarum celebrata. Tertius duos Duces exercitus interemit, Abenner Israelis, & Amessam Iudæ.

De augurali carmine. Cap. VII.

1. Reg. 15.

Nam. 23.

Nõ augur esse, quoniam ducit hoc studium ad idololatriam. Augurium enim, inquit Samuel, peccatum est. Et non erit augurium in Iacob, neque vaticinium in Israel. Non eris in cantans, neque lustrans filium tuum.

Nõ ariolari, neque augurari, neque disciplinis prauis studere: hæc enim omnia lex prohibuit. Nõ esse malorum cupidus: perducere enim ad immensam peccatorum multitudinem. Nõ vt verborum obscenitate, vel oculis alludere, vel vinolentiam expetere: hæc enim scortationes & adulteria pariunt. Nõ avarus esse, nõ pro Deo mammonæ seruias. Nõ duci gloriæ cupiditate, neque elatus sis, neque excelsos spiritus habeas. Ex ijs enim omnibus oriuntur iactantiæ. Memor esto eius, qui dixit: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me, nisi quod humiliatus sum.

Prohibitio murmurationis, insolentiæ, superbiæ, audaciæ. Cap. VIII.

Nõli murmurator fieri, memor supplicij, quod pertulerunt qui cõtra Moysen murmurauerunt. Nõli insolens esse, neque prauam mentem, neque cor durum habeas. Neque sis iracundus, aut pusillanimis. Omnia enim hæc ad blasphemiam perducunt. Sed esto mitis, sicut fuerunt Moyses & Dauid, quoniam mites hereditabunt terram.

De longanimitate, simplicitate, mansuetudine, patientia. Cap. IX.

ESTO longanimis. Qui enim talis est, prudentia præstat, quoniam pusillanimis valde est insipiens: Præbe te misericordem: Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sis simplex, quietus, bonus, timens sermones Dei. Nõli te extollere, sicut ille Pharisæus: Quoniam omnis, qui se exaltat, humiliabitur. Et quod est excelsum inter homines, abominatio est apud Deum. Non addes animæ tuæ audaciã. Quoniam homo audax in mala incidet. Non ambulabis cum insipientibus, sed cum sapientibus ac iustis. Qui enim ambulat cum sapientibus, sapiens erit: & qui ambulat cum iustis, cognosces. Accidetes tibi calamitates, equo animo patere, & casus sinè molestia, sciens mercedem tibi à Deo datum iri, sicut Iob & Lazaro data est.

Quod oportet magistros secundum Christum, parentibus pluris ducere. Cap. X.

Explicentem tibi sermonem Dei honoram, cumque in memoria habe diu noctuque: in honore autem habe eum, non vt ortus vitæ quæ tuæ authorem, sed vt eum, qui tibi dedit, vt benè ac laudabiliter viueres. vbi enim viget doctrina de Deo, ibi adest Deus. Exquires quotidie faciem sanctorum, vt acquiescas in sermonibus ipsorum.

Quod non oportet separari à sanctis. Cap. XI.

Nõli à sanctis secedere, memor Corinthiorum. Inter pugnantem pacem compone, sicut

Deut. 10. sicut Moses, concilians concordiam. Iustè iudica. Domini enim est iudicium. Non accipies personam in redarguendo de peccato, quemadmodum Elias & Michæas redarguebant Achaab, & Abdemelech Aethiops Sedechiam, & Nathan Dauid, & Ioannes Herodem.

De infirmo siue pusillanimiti. Cap. XII.
Noli esse pusillanimitis in oratione tua, si futura sit, vel secus: inquit enim dominus mihi Petro in mari: Modicæ fidei, quare dubitasti? Noli ad capiendum producere manum, ad dandum contrahere.

De beneficentia. Cap. XIII.
Si habueris quod manibus tuis tibi paraueris, præbeto, ut labores tui consumantur in redemptionem peccatorum tuorum. Eleemosynis enim & fide purgatur peccata. Noli dubitare in erogando in pauperes, nec cum das, murmurato: cognosces enim quis nã is sit, ille qui præmia tribuit. Nam qui miseretur, inquit, pauperis, fceneratur Dño. Perinde enim atque donum illius eris, retribuetur ei. Noli auertere oculos ab indigente. Qui enim, inquit, claudit aures suas, nè audiat indigentem: & ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat eum. Communica omnia cum fratre tuo, neque dicito propria esse: communis enim perceptio, vsusque à Deo omnibus hominibus paratus est. Noli manum tuam tollere de filio tuo, vel à filia tua, sed à pueritia infitue eos in timore Dei. Infiltue enim, inquit, filium tuum: ita enim tibi erit bonæ spei.

Quemadmodum à dominis serui tractandi sint, & quomodo serui debeant dominis subiecti esse. Cap. XIII.

Nè domineris seruo tuo & ancillæ tuæ, qui in eundè Deū fidem posuerunt, in acerbitate animæ: nè aliquadò suspirent aduersus te, & in Dei iram incidas. Vosq; serui subiecti estote dominis quasi in figura Dei, in oratione ac timore, veluti Deo, & non hominibus.

De hypocrisi, attentione legis, & confessione. Cap. XV.

Odio habete hypocrisim, & omne quod optimum sit, Domino facito: mandata Domini nè contemnito: quæ ab eo accepisti, seruato, nec addens aliquid, nec detrahens: Non addes enim sermonibus eius, nè redarguat te, & mendax fias. Confitere Domino Deo tuo peccata tua. Et non ampliùs addas ad ea, ut benè tibi sit à Domino Deo tuo, qui non vult mortè peccatoris, sed penitentiam.

De cultu Parentum. Cap. XVI.
Patrem tuum & matrem tuam honora, cum sint authores originis tuæ, ut sis lóggæus super terram, quam Dominus Deus

Matth. 14. Eccle. 4.

Prou. 19.

Prou. 21.

Prou. 19.

Deut. 12.

Ezech. 18. Matth. 9.

Exod. 20.

tuus dat tibi. Fratres tuos & consanguineos tuos nè contemas. Propinquos enim feminis nè despexeris.

De subiectione erga regem & magistratus. Cap. XVII.

Regem timeto, sciens Domini esse electionem. Magistratus eius in honore habeto, ut ministros Dei: vltiores enim sunt omnis iniuriæ: quibus penditote tributum, vectigal, atque omnem collationem grato animo.

De pura conscientia orantium. Cap. XVIII.

Non accedes ad orationem in die iniquitatis tuæ, priusquam solueris amaritudinem tuam. Hæc est via vitæ, quam ut possitis assequi, concedatur vobis per Iesum Christum Dominum nostrum.

Quod via quæ insidijs diaboli inducitur, interpretatur & iniquitatis est plena. Cap. XIX.

Via mortis ea est, quæ in vitiosis actionibus cernitur: in ea enim ignoratio Dei, & multorum deorum coaceruatio reperitur, à quibus proueniunt cædes, adulteria, fornicationes, periuria, iniustæ cupiditates, furta, idololatriæ, magiæ, veneficia, rapinæ, falsa testimonia, hypocrisis, cordis duplicitas, dolus, superbia, vitiositas, insolentia, iniuria, obscenitas, obtrectatio, audacia, alti spiritus, iactantia, temeritas, bonorum persecutio, veritatis odiù, mendacij studiù, ignorantia iustitiæ: quæ qui agunt, non adherent bonitati, nec recto iudicio: inuigilat nõ virtuti, sed vitio, à quibus longè abest mansuetudo & patientia. Qui inania diligunt, sectantur retributionem: non mouentur misericordia pauperis, non dolèt cum dolente, ignorant suum cõditorem, interfectores filiorum, interemptores plasmatis Dei, auertentes se ab indigentibus, affligentes oppressum, diuitum aduocati, pauperum contemptores, vndique peccatis obruti. Cauete filij ab ijs omnibus.

Quod non oportet nec ad dextram, nec ad sinistram pietatis declinare: monet enim hoc legislator. Cap. XX.

Ide nè quis te abducatur à pietate. Non declinabis enim, inquit, ab ipsa nec ad dextram, nec ad sinistram, ut intelligas in omnibus, quæ agas, non enim, nisi deslexeris à via recta, impius eris.

Quod non est improbadum aliquid ex ijs, quæ ad vltimum sunt accommodata, sed cum gratiarum actione & oratione omnia sunt percipienda. Cap. XXI.

De escis dicit Dominus: Bona terræ comedite, & omnem carnè edite ut olcra herbarum: sanguinem autem effundes: non enim quæ intrant in os, coinquinat hominè, sed quæ exeunt, blasphemiam inquam, & detractionem.

Rom. 13.

Isa. 1. Gen. 9. S. Ignat. ad Heronem. Matth. 15.

tractationes, ac si quid est huiusmodi. Tu verò comedas medullã terræ cum iustitia, quoniã quod ducunt; bonũ ipsi, est frumentũ iuuenibus, & vini odore fragrans virginibus. Quis enim comedit vel bibit sine ipso? Admonet quoque te sapiens Esdras, Ite, inquit, & comedite pinguedines, & bibite dulcedines, & nè tristementi.

Zach. 9.

1. Egd. 8.

Quod abstinendum est ab idolothytis. Cap. XXII.

Fugite ab idolothytis: in honorem enim demonum ea sacrificant, in contumeliã videlicet Dei, qui vnus est: atque ita non eritis participes demonum.

Ordinatio Dominica, quomodo sit baptizandum, & in cuius mortem. Cap. XXIII.

DE Baptismo, ò Episcopo & Presbyter, iam antè præcepimus: ac nũc quoquẽ dicimus, quod baptizate debet, quemadmodum Dominus præcepit nobis, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruari omnia, quæ præcepi vobis: Patris, qui misit: Christi, qui venit: Paracleti, qui testimonium dedit. Vnges autem prius oleo sancto: deinde baptizabis aqua. Postremò consignabis vnguento, ut vnctio sit participatio sancti Spiritus, aqua sit symbolum mortis, vnguentum sigillum pactio-num. Si desit oleum vel vnguentum, sufficit aqua & ad vnctionem, & ad sigillũ, & ad pmissionem morientis, vel potius commoretis. Ante baptismũ ieiunet qui est baptizandus. Etenim Dominus prius baptizatus à Ioanne, & in desertũ ductus, postea ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, baptizatus est autem, & ieiunauit, non ad eluendas sordes, vel quod ieiunio sibi opus esset vel purgatiõ, qui natura purus ac sanctus erat, sed ut Ioanni veritatẽ comprobaret, & nobis regulam præscriberet. Quare Dominus in suam passionem non est baptizatus, neque in mortẽ, neque in resurrectionem: nihil enim horum adhuc venerat, sed ad aliorum institutionem: ideo quæ ex potestate post baptismum ieiunat, ut Dominus Ioannis: qui verò in eius mortem initiatur, primũ ieiunare debet, & postea baptizari: non est enim æquum, commortuũ & suscitatum sub ipsam resurrectionem mæstrum esse. Homo enim non est dominus institutionis Saluatoris, quoniam is dominus est, ipse verò subiectus.

Matth. 28.

Matth. 4.

Quibus diebus hebdomade sit ieiunandum, et quibus non ieiunandum, & quam ob causam. Cap. XXIII.

Ieiunia vestra aliena sint à consuetudine hypocritarum, qui ieiunant in secunda & quinta Sabbati. Vos verò vel p totos quinq;

dies ieiunate, vel in quarta feria & Parasceue, quoniam in quarta iudicium contra Dominum prodijt, cum Iudas pecunia accepta, pmisit cum tradere: in Parasceue verò, quoniã in ea Dominus crucis supplicium passus est sub Pontio Pilato. Sabbatum & dominicum diem, festum agite, quoniã illud natura condite est monumentũ, hic resurrectionis. Vnũ autem Sabbatum seruandũ vobis est in toto anno, quod pertinet ad sepulturã Domini, in quo ieiunare oportet, non festum agere: nam quo tempore natura author subter terram degit, validior est de eo luctus, quàm de natura instituta lætitia, cum opifex natura ac dignitate suis operibus sit præstantior.

Quales debeant esse ij, qui orationem Dominicam dicunt. Cap. XXV.

CVM oratis, nolite imitari hypocritas, sed orate quemadmodum Dñs in Euangelio instituit, Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnũ tuũ, fiat voluntas tua sicut in celo & in terra: Patrem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et nè nos inducas in tentationẽ, sed libera nos à malo: quoniam tuum est regnum in secula, Amen. Tèr in die ita orate, præparantes vos ipsos, ut sitis digni adoptione filiorum Patris, nè si indignè vos illum patrẽ vocetis, exprobre-tur vobis id, quod Isracl filius primogenitus audiuit: Si sum pater, vbi est gloria mea? Et si sum Dominus, vbi est timor meus? Gloria enim patrum, est filiorum sanctitas: & honor dominorum, timor seruorum: quemadmodum quod est horum contrarium, ignominia est & Domini expulsio. Propter vos enim, inquit, nomen meum blasphematur inter gentes.

Mystica gratiarum actio. Cap. XXVI.

Estote ex omni parte gratijs agendis inrèti, tanquam fideles & grati serui. Atq; in agendis gratijs dicite hoc modo: Gratias agimus tibi Pater noster pro vita, quam manifestasti nobis per Iesum filium tuum, per quem cuncta creasti, & vniuersis prouides, quem & misisti ad saluandum nos, ut fieret homo: quem permisisti pati & mori, & suscitatum glorificare voluisti, & à dexteris tuis collocasti, per quem nobis promisisti resurrectionem mortuorum. Tu Domine omnipotens, Deus æternæ, quemadmodum hoc dispersum erat, & congregatum factum est vnus panis, ita congrega Ecclesiam tuam à finibus terræ in regnum tuum. Etiã gratias agimus tibi Pater noster pro preciofo sanguine Iesu Christi, qui effusus est pro nobis, & pro preciofo corpore, cuius hæc antitypa pficim, ipso nobis ordinatè, ut annũciarem⁹ eius mortẽ, p quẽ tibi gloria in secula, Amen.

S. Ignat. ad Magnefios. & ad Phil.

Matth. 6.

Mal. 1.

Esa. 52.

Eadẽ verba sunt i epist. Ignat. ad Phil.

Nullus qui non sit initiatus, ex ijs comedat, sed tantum qui sunt baptizati in Domini mortem. Si quis non initiatus se occultas sumpserit, iudicium æternum comedit, quod, cum non sit de fide Christi, sumpfit, quæ nefas erat fumere, in supplicium suum. Si quis per imprudentiam perceperit, eum subito institutum initiate, ne contemptor exeat.

Gratiarum actio in diuina sumptione.
Cap. XXVII.

Post perceptionem gratias agite hoc modo: Gratias agimus tibi Deus & Pater Iesu saluatoris nostri, pro sancto nomine, quod habitauit in nobis, & pro cognitione, fide, charitate, & immortalitate, quam dedisti nobis per Iesum Christum filium tuum: Tu Domine omnipotens cunctorum Deus, creasti mundum, & quæ in eo sunt, per ipsum, & legem plantasti in animis nostris, & victum preparasti hominibus. Deus sanctorum & irreprehensibilium patrum nostrorum, Abraam, Isaac, & Iacob fidelium seruorum tuorum: Deus fortis, fidelis, verus, & non mentiens in promissionibus: qui Iesum Christum tuum in terram misisti, ut cum hominibus versaretur, ut homo, qui erat Deus verbum & homo, & errorem radicis euelleret: Tu ergo nunc per ipsum memento huius Ecclesie sanctæ tuæ, quam acquisisti precioso sanguine Christi tui, & libera eam ab omni malo, & perfice in dilectione tua & veritate: & congrega nos in regno tuo, quod preparasti. Ipsa Maranatha, Osanna filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini, deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. Si quis sanctus sit, accedat: qui non est, fiat per poenitentiam. Permittite etiam Presbyteris ut gratias agant.

Gratiarum actio pro mystico unguento.
Cap. XXVIII.

De unguento gratias agite hoc modo: Gratias agimus tibi cunctorum opifex Deus, etiam pro fragrantia unguenti, & pro immortalis seculo, quod manifestasti nobis per Iesum filium tuum, quoniam tua est gloria & potestas in secula, Amen, Si quis veniat & hoc modo gratias agat, recipite eum, ut Dei discipulum. Si vero aliam doctrinam prædicauerit, præter quam vobis tradidit Christus per nos, eum non permittatis gratias agere: is enim contumelia afficit Deum potius quam honorat.

*Quod oportet delectum adhibere in communi-
one.* *Cap. XXIX.*

Quod ad vos veniunt, omnes probati recipiantur. Intelligentia enim præditi estis, & potestis dexteram vel sinistram cognoscere, & falsos doctores à veris doctoribus discernere, veniet vero magistro, ex animo ministrare in vsum necessarium: falso aut magistro præbete quoque quæ opus habet,

sed eius errorem nolite recipere, aut cum illo orare, ne eius contagione cõtaminemini. Quilibet Propheta verus vel magister veniens ad vos, dignus est qui alatur, ut operarius sermonis iustitiæ.

De primitiis. *Cap. XXX.*

Primicias fructuum torcularis & aræ, bouum quoque & ouium dabis Sacerdotibus, ut benedicatur horrea & cellæ tuæ, & fructus terræ tuæ, stabularisque; frumento, vino & oleo, & augeantur armenta bouum, & greges ouium tuarum: omnem decimam dabis orphano ac viduæ, pauperi & aduenæ, primitias panum calidorum, cadum vini, olei, atque mellis, nucum quoque, vuarum, & aliarum rerum primitias dabis sacerdotibus: argenti, vestis & omnis possessionis, orphano & viduæ.

Quomodo oportet diem dominicum congregatos celebrare. *Cap. XXXI.*

Die Resurrectioni Domini dicato (dominicum dicimus) conuenite assidue, gratias agentes Deo, & confitentes de beneficiis, quæ in nos contulit Deus per Christum, liberans nos ab ignorantia, errore, vinculis, ut careat reprehensione sacrificium nostrum, & facile ascendat in Deum, qui de Oecumena sua Ecclesia dixit: In omni loco offertur mihi incensum & sacrificium mundum, quoniam rex magnus ego sum, & Dominus omnipotens, & nomen meum admirabile inter gentes.

Quales esse oportet eos qui ordinantur.
Cap. XXXII.

Constituite Episcopos dignos Domino, Presbyteros quoque & Diaconos, homines pios, iustos, mites, non cupidos, veritatis studiosos, probatos, sanctos, non acceptores personarum, qui valeat docere sermonem veritatis, recte procedentes in placitis Domini. Vos vero eos honorate ut patres, ut dominos, ut beneficos, ut bene viuendi authores. Incepate vos mutuo, non cum iracundia, sed cum longanimitate, bonitate & pace. Omnia, quæ sunt præcepta vobis à Domino, seruare: vigilate pro vita vestra: sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Vosque similes hominibus expectantibus Dominum, quâdò veniet vespere, vel mane, vel in galli cantu, vel in media nocte. Qua enim hora non expectant, veniet Dominus: & si ei aperuerint, beati serui illi, quoniam inuenti sunt vigilantes: quoniam præcinget eos, & collocabit in mensa, & præteritis ministrabit eis. Estote ergo sobrii, & orate ne dormiatis in mortem: non enim proderunt vobis priora recte facta, si in extremo à vera fide aberraueritis.

Prædictio rerum futurarum.
Cap. XXXIII.

Nam

2. Tim. 3.

Matth. 24.

2. Theff. 2.

Matth. 10.
& 24.

Matth. 25.

1. Cor. 3.

Nam in nouissimis diebus multiplicabuntur Pseudoprophetae & sermonis corruptores, & conuertentur oues in lupos, & charitas in odium: abundante enim iniquitate, refrigescet multorum charitas: mutuo enim se odio habebunt & persequentur, ac tradent: tuncque existerit mundi deceptor, veritatis hostis, mendacii patronus, quem Dominus Iesus interimet spiritu oris sui, qui labijs perdit impium: multi que scandalum patietur in eo: qui autem perseuerauerint usque ad finem, ipsi salui erunt. Tuncque apparebit in celo signum filij hominis, deinde sonus tubæ excitabitur per Archangelum, interea mortui in vitam redibunt, tumque veniet Dominus, & omnes sancti una cum eo, cum terremoto, supra nubes cum angelis Virtutis suæ, in throno regni ad cõdemnandum deceptorem mundi diabolum, & ad tribuendum unicuique pro actionibus suis. Tunc proficiantur mali ad æternum supplicium, iusti in vitam æternam, ad ipsos illi, que oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ preparauit Deus diligetibus se. Letabunturque in regno Dei, quod est in Christo Iesu. Quare cum tanta bona ab eo simus consecuti, efficiamur eius serui, eum assidua oratione inuocantes, & dicentes:

Oratio commemorans variam Dei prouidentiam.
Cap. XXXIII.

Aeternæ Saluator noster, Rex deorum, qui solus es omnipotens, & Dominus Deus omnium creaturarum, & Deus sanctorum & irreprehensibilium patrum nostrorum antiquorum: Deus Abraam, & Isaac, & Iacob, misericors, misericors, longanimis, & multæ misericordiæ, cui omne cor patet, & omnis occulta cogitatio reuelatur, ad te clamant anime iustorum, in te confidit spes sanctorum: Pater iustorum, & cum rectitudine inuocantium exauditor, qui etiam tacitas interpellationes cognoscis: pertingit enim usque ad interiora hominis tua prouidentia, & per conscientiam scrutaris cuiusque sententiam, cui in omni regione orbis terræ precum & orationis offertur incensum, qui presens seculum iustitiae curriculum instituit, omnibus aperies ostium misericordiæ, & unicuique ostendes per innatam cognitionem, & naturale iudicium legisque admonitionem, quod diuitiarum non est æterna possessio, nec formæ perpetuus decor, quod virium robur facile dissoluitur, cunctaque quasi vapor & vanitas consumuntur: sola que fidei conscientia pura permanet, quæ per medios celos cum veritate ascendens, comprehendit futuræ vitæ dexteram: simulque, antequam promissum regenerationis præstetur, ipsa anima spe exultans letatur. Iterum patre nostro Abraam instituente viam veritatis, qui visionem viam monstrauit, & docuit cuiusmodi sit presens seculum, ac fidem quidem eius præiuit cognitio, cognitionem

secuta est fides, fidem pactio. dixisti enim, Faciam semen tuum ut stellas celi, & arenam quæ est in littore maris. sed etiam cum ei Isaac filium concesseris, cognouerisque ipsum similem futurum illius, item eius Deus vocari voluisti, dicens, Ero tuus Deus, & seminis tui post te. Cumque Pater noster Iacob in Mesopotamiam mitteretur, monstrato ei Christo, per eum locutus est, dicens, Ecce ego sum tecum, & augebo te, & multiplicabo vehementer. atque eodem modo dixisti Moysi fidei, ac sancto seruo in visione rubi, Ego sum qui sum: hoc mihi nomen est æternum, & memoriale in generationibus generationum. Propugnator generis Abraam, benedictus es in secula.

Oratio commemorans varia conditoris opera.

Benedictus es Domine seculorum rex, qui per Christum cuncta fecisti, & per ipsum in principio incondita ordinasti: qui diuisisti aquas ab aquis firmamento, & spiritum vitalem eis iniecasti: qui stabiluisti terram, & extendisti caelum, & singularum creaturarum perfectam dispositionem ordinasti, Tua enim virtus Domine mundum ornavit, celum ut fornicem concretum decorauit astris ad expellendas tenebras, lucem solemque ad illustrandos dies, fructuumque maturitatem condidit: lunam ad temporum vicissitudinem, crescentem & decrecentem, noctem, diemque appellasti: firmamentum per medium abyssum demonstrasti, & dixisti ut congregarentur aquæ, & appareret arida. Mare vero ipsum quomodo quis explicare posset? quod quidem æstuans ab alto in terram impellitur, recurrit autem iussu tuo arena prohibita. Dixisti enim ut in ea ipsius vnda frangerentur, idque animantibus paruis & magnis, nauigiisque peruium effecisti: vel quomodo terra se vestiens herbis, tanta florum iucunditate distincta sit, tantaque arborum varietate, quam lucidissima lumina nutriunt, constantissimum seruantia cursum, & in nullo tuum imperium variantia, sed quatenus tu iubes, orientia atque occidentia in signa temporum & annorum, & pro hominum usu permutantia cursus sui vicissitudinem? Deinde varia animalium genera condita sunt, terrestrium, aquaticorum, alitum, amphibiorum, quibus sapiens ars prouidentiae tuæ singulis accommodata virtutis rationem largitur. Ut enim varia producere potuit, sic variè singulis, prouidere non contempsit, finemque operis rationale animal mundi ciuem tuæ sapientiae dispositione condidisti, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, illum constituens, ut esset mundi ornamentum, cuius corpus ex quatuor incorporis elementis condidisti, animam de nihilo ei dedisti, quinque sensus, quasi quinque certamina concessisti, mentem animæ aurigam, sensibus præfecisti. Præterea Domine, quis posset pro dignitate commemorare roscidarum

nubium tempestates, micantium fulgurum splendores, tonitruum horribiles fragores, ciborum conuenientem ministratum, celorum omnibus accommodatam temperationem? Parere verò nolentem hominem, vitæ mercede priuasti, non illo funditus sublato, sed breui tempore morti traditum, iureiurando in vitam reuocasti, & terminum mortis soluisti, qui mortuos viuos facis per Iesum Christum, qui est spes nostra.

Oratio cum gratiarum actione commemorans Dei in rebus providentiam.

Cap. XXXV.

Magnus es Domine omnipotens, & magna est fortitudo tua, & sapientiæ tuæ non est numerus. Creator, Saluator, diues in gratijs, longanimis, & misericordiæ largitor, qui non subtrahis à creaturis tuis salutem: natura enim es bonus, & peccatoribus parcis, ad poenitentiam eos prouocans: miserationibus enim plena est tua castigatio: quomodò enim sustineremus, si ad subitum iudiciū vocaremur, quandò diuturno tempore expectati, vix infirmitate abijcimus? Tuā potentiam enarrat cæli & terra firmitate librata, mole sua apta mare fluctuans, infinitos pascens animantium greges, coercetur arena, tuum perhorrescens imperium, omnesque cogit clamare: Magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti: repleta est terra operibus tuis. Exercitus angelorum ardens, spiritusque intellectuales dicunt, Vnus Sanctus: & Seraphin vnà cum Cherubinis sex alis ornatis, tibi victoriæ hymnum canentia incessabili voce proclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Domine Sabaoth: Plenum est cælum & terra gloria tua. Aliæ quoque ordinum turba, Archangelis, Thronis, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, in clamantes dicunt, Benedicta gloria Domini de loco eius. Israel verò, hoc est, terra Ecclesia ex gemitibus congregata, caelestes Virtutes amulata, diu notetūque corde pleno & volenti animo canit, Currus Dei decem millium multiplex, millia lætantium, Dominus in eis, in Sina, in sancto. Nouit cælum eum, qui ipsum nullo fulcumento nixū concameravit, & stabile efficit, vt lapidem cubum, qui etiam terram & aquam in vnum coegit, aëremque diffudit, vnde vita ac spiritus duceretur: cui igne coniunxit ad teporem, tenebrarumque expulsionem. Obstupescit astrorum chorus, indicans eum, qui ipsa numerat, & demonstrans illum, qui ipsa nominat. Obstupescunt quoque animalia vitæ in spiratorem, & arbores suū fatorem: quæ omnia verbo tuo creata, indicant tuæ potentie magnitudinem. Quare debet omnis homo ex intimo pectore tibi per Christum laudem pro ijs omnibus tribuere, cum propter te hæc omnia possideat. Tu enim bonus es in beneficijs concedendis, & largitor in misericordia præstanda: Qui solus es

omnipotens: quandò enim vis, adest tibi vt possis: Tua enim æterna potentia flammam refrigerat: leões coërcet, cete māsufacit, agrotos subleuat, copias euertit, exercitum hostium & multitudinem populi superbientem prosternit. Tu es in cælo, in terra, in mari, in vltimis finibus, nullo ipse termino circumscriptus: magnitudinis tuæ non est finis. Non enim hoc nos dicimus Domine, sed serui tui est oraculum, dicentis: Et cognosces corde tuo, quia Dominus Deus tuus, Deus in cælo sursum, & in terra infra, & non est alius, nisi ipse: neque enim est Deus, præterquam ipse solus. Sanctus non est præter te, Dominus Deus scientiarum, Deus sanctorum, sanctus supra omnes sanctos. qui enim sanctificati sunt, sub manu tua sunt: gloriosus, exaltatus inuisibilis natura, imperscrutabilis in iudicijs, cuius nullius indiga vita est, sine mutatione & varietate duratio, sine labore operatio, nullis finibus definita maiestas, perpetuus decor, inaccessibile domicilium, intranfmigrabilis habitatio, interminabilis sciētia, inuariabilis veritas, sine medio opus, sine infidijs potentia, sine successione imperium, sine aduersario vires, numerosa est exercitus multitudo. Tu enim es sapientiæ pater, naturæ per mediatorem author, vt causa, prouidentie præbitor, legum dator, inopie expletor, impiorum vltor, & iustorum retributor, Christi Deus ac Pater, & colentium illū Dominus, cuius est infallibilis promissio, incorruptibile iudicium, inexorabilis sententia, inexhausta pietas, æterna benignitas, propter quem tibi digna ac merita adoratio debetur ab omni rationali & sancta natura.

Oratio commemorans Christi incarnationem, & variam erga Sanctos providentiam.

Cap. XXXVI.

DOMINE omnipotens, mundum per Christum condidisti, & Sabbatū propter id instituisti, quoniam in eo quieuisti ab operibus, in meditationem tuarum legum, festa que præcepisti in lætitiis nostrarum animarum, vt memoriam recoleremus creatæ à te sapientiæ: quemadmodum propter nos nasci voluit ex muliere, apparuit in vita, demonstrans se in baptismo, quod deus & homo erat, qui apparuit, pro nobis passus est tua permissione, & mortuus, atque tua potentia suscitatus. Ideo resurrectionis festum celebrantes, in dominica lætamur, propter eum, qui vicit mortem, donauit vitam & immortalitatem: per quem accesserunt gentes ad ipsum in populum magnum, verum Israel, Deo charum, videntem Deum. Tu enim Domine etiam patres nostros de terra Aegypti eduxisti, ferrea fornace, luto atque opere lateritio liberauisti, è manu Pharaonis suorumque ministrorum eripuisti, per mare veluti per aridam duxisti, eisque in deserto omnibus es obsecutus: legem dedisti decem mandatorum

datorum tua voce prolata, & manu tua conscriptam. Sabbatum eos seruare iussisti, non vt ansam cessandi eis dares, sed vt occasione pietatis haberent, scilicet vt potentiam tuam agnoscerent, & mala vitaret, quasi sacris quibusdam cancellis eos adstringens doctrinæ causa in exultatione hebdomadis: propterea hebdomas vna est insignis, & hebdomades septem, & mensis septimus, & annus septimus. cuius replicata conuersio *Iobelaum efficit anni quinquagesimi, in quo est dimissio, videlicet nè vlla occasione homines ignorantiam possint excusare. Huius causa in omni sabbato iussit cessari, vt nè sermonem quidem iratum in die sabbati de ore suo quisquā vellet emittere. Sabbatū enim est creationis requies, mundi perfectio, legum inuestigatio, grata Dei laus pro ijs, quæ hominibus est largitus: ijs omnibus præstat dominicus dies, qui cum demonstrat nobis ipsum mediatorem, moderatorem, legilatorem, resurrectionis authorem, primogenitum omnis creaturæ, Deum verbum & hominem, natū de Maria sine congressu viri, conuersatum sanctè, crucifixum pro nobis sub Pontio Pilato, & mortuum, ac suscitatum à mortuis, merito vt dominicus præcipitur, vt tibi Domine pro ijs omnibus gratiarum actio offeratur. Ea est enim à te collata gratia, quæ sua magnitudine omnia beneficia obscurat.

Oratio continens mentionem prouidentie, & connumerationem diuersorum beneficiorum, Dei prouidentia per Christum collatorum Sanctis. Cap. XXXVII.

QVI promissiones à Prophetis predictas impleuisti, & miseris es Sion & Hierusalem, eò quod solū Dauid pueri tui in medio eius excitasti propter natiuitatem Christi, qui de femine eius secundum carnem ex sola virgine erat nasciturus: ipse quoque nunc Domine Deus accipe deprecationem laborum populi tui, qui constat ex gentibus inuocantibus te in veritate, quemadmodum accepisti dona iustorum in generationibus suis. Abel primū sacrificiū respexisti & recepisti Noe, cum de arca esset egressus: Abraam, postquam exiuit de terra Chaldaeorū: Isaac, in puteo iuramenti: Iacob in Bethel, Moyses in deserto: Aaron in medio viuorum & mortuorum: Iesu Naue in Galgalis: Ge deonis in petra & velleribus ante peccatum: Manoë & vxoris in campo, Sampsonis in fiti ante delictū, Iephtæ in bello ante temerariam promissionem: Barac & Debboze in Sifara, Samuelis in Massepha: Dauid in area Ornae Iebusei, & Solomonis in Gabao & Hierusalem: Eliæ in monte Carmelo: Helisei in fonte sterili: Iosaphat in bello, Ezechie in morbo & in Enantherim: Manassis in terra Chaldaeorū post delictū, Iosie in Phassa, Esdre in reditu, Danielis in lacu leonū, Ione in ventre cetis, trium puerorū in fornace ignis, An-

næ in tabernaculo ante arcem, Neemiæ in excitatione murorum: Zorobabelis, Mattathie & filiorum, in zelo tuo: Iobabelis in benedictionibus. Quare nunc quoque suscipe cum approbatione orationes populi tui, tibi per Christum oblatas in spiritu.

Oratio auxilij iustorum. Cap. XXXVIII.

GRATIAS agimus tibi pro vniuersis Dne omnipotens, qui non abstulisti misericordias tuas & miserationes tuas à nobis, sed in vnaquaque generatione & generatione saluas, liberas, succurris, protegis. Succurristi enim in diebus Enos & Enoch, in diebus Moyses & Iesu, in diebus Iudicum, in diebus Samuelis & Eliæ & Prophetarum, in diebus Dauid & Regum, in diebus Esther & Mardochei, in diebus Iudith, in diebus Iudæ Machabæi & fratrum, & in diebus nostris succurristi nobis per tuum Pontificem magnum, IESVM Christum filium tuum. nam & à gladio seruauit, & à fame eripuit alendo, & à morbo liberauit, & à lingua iniqua nos texit, de omnibus tibi per Christum gratias agimus, qui nobis vocem formatam ad confessionem dedisti, linguam compositam veluti plectrum & organum accommodasti, gustatum idoneum, tactum conuenientem, visum ad aspiciendum, auditum ad apprehendendum voces, odoratum ad percipiendos odores, manus ad opus, pedes ad ambulandum concessisti: hæcque omnia ex parua gutta in vtero informas, & post informationem, animam immortalem largiris, producisque in lucem animal rationale hominem, quem legibus instituisti, iustificationibus ornasti, eique breuis temporis dissolutione inducta, resurrectionem promissisti. Quare ergo vita sufficeret, aut que laudum excellentia satis esset, vt gratias tibi agere possemus? Sed hoc pro meritis præstare non valeamus, præstare autem, quantum possumus, pie debemus. Eripuisti enim nos ab impietate eorum, qui plures deos colunt, & qui Christum occiderunt: ab heresibus vindicasti, ab ignorantie errore reuocasti: Christum misisti ad homines, vt esset homo, qui erat vnginitus Deus: Paraclitū collocasti in nobis, Angelos præfecisti, diabolū dedecorasti: cum non essemus, nos condidisti, conditos conseruas, vitam suppeditas, victum præbes, poenitentiam promissisti: pro omnibus tibi gloria & honor per Iesum Christū nunc & semper & in secula, Amen. Hæc meditamini fratres, & erit dominus vobiscum in terra, & in regno patris ipsius, qui & eum misit, & nos per eum liberauit à seruitute corruptionis in libertatem gloriae, & promisit vitam credentibus per ipsum in cunctorum Deū. Quemadmodum viuere debeant qui sunt Christo initiati, & cuiusmodi gratiarum actiones Deo per Christum offerre, iam diximus. Aequum est autem, vt etiam ijs, qui nondum initiati sunt, opem præstemus.

Quo-

Psal. 103.

Esa. 6.

Ezech. 3.

Psal. 67.

Psal. 146.

S. Ignat. ad
Magnes. &
Smyrn.

Quomodo oporteat Catechumenos institui.
Cap. XXXIX.

QVI in sermone pietatis instituendus est, erudiatur ante baptismum cognitione Dei ingeni, instruat etiam notitia Iesu unigeniti, & fide de Spiritu sancto: discat varium creaturarum ordinem, prouidentiae seriem, diuersarum legum iudicia: erudiatur cur mundus conditus sit, & quam obré homo mundi cuius sit constitutus: agnoscat naturam suam cuiusmodi sit: instruat, quemadmodum deus vitiosos puniuit aqua & igne, Sanctos honorauit in qualibet etate, Seth, Enos, Enoch, Noe, Abraam cum suis posteris, Melchisedech, Iob, Moyses, Iesum & Chaleb, & Phinees sacerdotem, & alios, qui in quauis etate sanctitate presterunt, quemadmodum sua prouidentia non auertit se Deus ab humano genere, sed id per diuersa tempora ab errore & vanitate ad cognitionem veritatis reuocauit, transferens a seruitute & impietate ad libertatem & pietatem, ab iniustitia ad iustitiam, a morte perpetua ad vitam eternam. Haec atque huiusmodi discat in Catechesi, qui ad baptismum accedit. Adoret autem, qui manus imponit, ipsum Deum cunctorum Dominum, gratias agens pro plasmate ipsius, quod misit filium suum unigenitum Christum, ut hominem saluum faceret delictis iniquitatibus, & ut dimitteret impietates & delicta, & ab omni macula carnis ac spiritus eum expiaret: sanctificaret autem hominem secundum beneplacitum bonitatis suae, & dirigeret voluntatem, & illuminaret oculos cordis eius ad intelligendum mirabilia ipsius, & manifestaret ei iudicia iustitiae, ut odio habeat omnem viam iniustitiae, & ingrediatur viam veritatis, ut dignus fiat lauacro regenerationis in filiorum adoptionem in Christo, atque complantatus similitudini mortis Christi in spe gloriose communionis, mortuus reddatur peccato, uiuat autem Deo secundum mentem, verbum & opus, & in libro viuientium connumeretur, post hanc gratiarum actionem, instruat eum in ijs, quae pertinent ad incarnationem Domini, ad passionem, resurrectionem, ascensionem.

Præceptio, quomodo oporteat Catechumenum, cum initiatur, à Sacerdotibus benedici, & quae ab ijs docendus sit.
Cap. XL.

DEinde cum se iam ad baptismum parat Catechumenus, discat illa, quae dicuntur de abrenunciando diabolo, & de aggregando se Christo. Oportet enim ut primum discedat à contrarijs, deinde ingrediatur mysteria, deleta prius à corde omni improbitate, macula & fordibus, atque hoc modo sancta percipiat. Nam ut diligens agricola purgat prius agrum à succrescentibus spinis, deinde triticum ferit: sic debetis vos prius

expulsa omni impietate, constituere pietatem, & ad baptismum accedere. Item Dominus noster ita nobis precepit, dicens: Docete prius omnes gentes, & postea subiunxit, Et baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Profitetur igitur ille qui baptizatur, cum abrenunciatur, hoc modo:

Abrenunciatio contrarij, & congregatio ad Christum Dei. *Cap. XLII.*

ABrenuncio satanae & operibus eius, pompis, cultui, angelis, & machinationibus eius, & omnibus quae sub ipso sunt. Post abrenunciationem, aggregans se Christo, dicat: Quoniam & aggregor Christo, & credo, & baptizor in unum ingenitum meum verum Deum omnipotentem, patrem Christi, creatorem & opificem omnium, ex quo omnia: & in unum Iesum unigenitum filium eius, primogenitum omnis creaturae, genitum beneplacito Patris ante secula, per quem omnia facta sunt, quae sunt in caelis & in terra, visibilia & invisibilia, qui in nouissimis diebus descendit de caelis, & carnem assumpsit, & ex sancta Virgine Maria natus est, & conuersatus sancte secundum leges Dei & Patris ipsius. Crucifixus sub Pontio Pilato, mortuus pro nobis, resurrexit à mortuis tertia die postquam passus est. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram patris, iterum venturus est in consummatione seculi cum gloria, iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Baptizor & in Spiritum sanctum, hoc est, Paracletum, qui operatus est in omnibus sanctis, qui fuerunt à seculo: postea missus est a Patre secundum promissionem Saluatoris nostri & Domini Iesu Christi: & post Apostolos omnibus creditibus in sancta catholica Ecclesia. Carnis resurrectionem, peccatorum remissionem, regnum caelorum, vitam venturi seculi. Post hanc promissionem deinceps venit ad olei unctioem.

Chrifti mystici olei benedictio.
Cap. XLIII.

Benedicitur hoc oleum à sacerdote in remissionem peccatorum, & preparationem baptismi. Inuocat enim hoc modo ingenitum Deum Patrem Christi, regem omnis sensitivae & intellectualis creaturae, ut sanctificet oleum in nomine Domini Iesu, & det gratiam spiritualem, & remissionem peccatorum, & preparationem confessionis baptismi, ut qui ungitur liberatus omni impietate, dignus fiat initiatione secundum mandatum Unigeniti.

Mystica aquae benedictio. *Cap. XLIII.*

DEinde venit ad aquam, benedicit & glorificat sacerdos Dominum Deum omnipotentem, patrem unigeniti Dei, gratias agens, quod misit ad suscipiendum carnem filium suum propter nos, ut nos saluos faceret: quoniam subijt incarnationem, ut in omni-

Matth. 28.

omnibus obediens fieret, & annuntiaret regnum caelorum, remissionem peccatorum, & mortuorum resurrectionem. Post haec adorat ipsum unigenitum Deum, post ipsum & propter ipsum, gratias agens ei, eo quod pertulit pro omnibus mortem crucis, cuius figuram tradidit baptismum regenerationis: glorificat quod in nomine Christi Deus cunctorum Dominus in Spiritu sancto non despexit genus humanum, sed variè ei prouidit: ipsi Adae in Paradiso, cum ei primum pro delictis domicilium Paradisi tradidit: deinde, cum sua prouidentia ratione mandatum dedisset, eumque in peccatum lapsum iustitia spoliasset, bonitate utens, non abiecit illum omnino, sed suos posteros pro temporum successione varijs rationibus instituit, propter quem in extremo seculi misit filium suum, ut propter homines homo fieret, & oes humanas egritudines susciperet, excepto peccato. Ipsum igitur nunc quoque inuocat sacerdos ad baptismum, & dicat, Descende de caelo, & sanctifica hanc aquam: da ei gratiam & virtutem, ut qui baptizatur secundum mandatum Christi tui, cum eo crucifigatur, & comoriatur, & cosepeliatur, & correfurgat in adoptionem filiorum Dei, quae est in ipso, ut mortuus quidem sit peccato, uiuat autem iustitia. Et post hoc baptizatum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ungitur unguento, dicens:

Benedictio unguenti mystici.
Cap. XLIII.

Domine Deus, qui es ingenitus, summus cunctorum Dominus, qui odore cognitionis Euangelij in omnibus gentibus suauem fecisti, da nunc etiam hoc unguentum operari virtutem in baptizato, ut firma & sancta in eo maneat fragrantia odoris Christi tui, & comortuus ipse resurgat, & uiuat una cum Christo. Haec atque huiusmodi dicat: uniuscuiusque enim manus impositionis virtus haec est, nam nisi in quodlibet horum à pio sacerdote, te aliqua huiusmodi inuocatio fiat, in aquam solam descendit, qui baptizatur, more Iudaeorum, ac tantum abijcit fordes corporis, non animam. deinde adstans dicat orationem, quam nos docuit Dominus. Surgentem autem stare oportet necessarium & orare, quoniam qui suscitatus est, rectus manet: ideo cum is commortuus sit & excitatus una cum Christo, ad stare debet. oret autem versus Orientem: nam id scriptum est in secundo Paralipomenon, cum enim templum in regno Solomone perfectum esset, in ipsa dedicatione Sacerdotes & Leuitae & Cantores cum cymbalis & psalterijs constititerunt, ad Orientem conuersi, laudantes & confitentem, ac dicentes, Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Oratio eorum qui dudum sunt initiati.
Cap. XLV.

POST primam orationem orate in hunc modum: Deus omnipotens, pater Christi tui, unigeniti filij tui, da mihi corpus purum, cor mundum, mentem vigilantem, scientiam infallibilem, Spiritus sancti aduentum in adoptionem & certitudinem veritatis Christi tui, per quem tibi gloria in sancto Spiritu in secula seculorum, Amen.

Qui missi ordinati sunt ab Apostolis.
Cap. XLVI.

HAec de Catechumenis praecipienda diximus. De ordinatis autem à nobis Episcopis in vita nostra, significamus vobis quae sunt: Hierosolymis ordinatus est Iacobus frater Domini: quo mortuo, secundus Symeon Cleopae: post eum tertius Iudas Iacobi: Caesareae Palaestinae primus ordinatus est Zachaeus olim publicanus: post eum Cornelius, tertius Theophilus: Antiochia Euodius à me Petro, Ignatius à Paulo: Alexandria Annianus primus à Marco Euangelista est ordinatus, secundus Abillius à Luca ite Euangelista: Romanae Ecclesiae Linus Claudij primus à Paulo: Clemens post eius mortem à me Petro secundus ordinatur. Ephesi Timotheus à Paulo, Ioannes à me Ioane: Smyrnae Aristus primus, post eum Strataeus Loidis, & tertius Aristus: Pergami Caius, Philadelphiae Demetrius à me, à Paulo Lucius Cenchreus: Titus in Creta, Dionysius: Athenis: Tripolis Phoenicum, Marathones: Laodiceae in Phrygia, Archippus: Colossensium Philemon: Berrehae, quae est in Macedonia, Onesimus. Philemonis: Crescens in Ecclesijs, quae sunt in Gallia: Aquila & Niceta in Paracisijs, quae sunt circa Abiam: Crispus in Aeginensi ecclesia. Ij sunt, quibus nos Paracisijs in Domino commisitimus, quorum doctrinae memores, ex omni parte obtemperate nostris sermonibus, eritque Dominus vobiscum nunc & in infinita tempora, quemadmodum ipse dixit nobis, cum ad suum Deum ac Patrem se reciperet: Ecce enim, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque, ad consummationem seculi, Amen.

Oratio Matutina. *Cap. XLVII.*

GLoria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis: laudamus te, celebramus te, benedicimus te, glorificamus te, adoramus per magnum Pontificem te verum Deum ingenitum, unum, inaccessibleem, solum propter magnam gloriam tuam: Domine Rex caelestis, Deus Pater omnipotens, Domine Deus Pater Christi agni immaculati, qui tollit peccata mundi, suscipe deprecationem nostram: qui sedes super Cherubin: Quonia tu solus sanctus, tu solus Dominus Iesus Christus Dei omnis creaturae naturae, Regis nostri, per quem tibi gloria, honor & cultus.

Vesperina oratio. *Cap. XLVIII.*

Lau-

Matth. 6.

2. Para. 5.

* Berce

* Agam

Matth. 28.

Pſalm. 112.

Laudate pueri Dominum, Laudate nomen Domini: Laudamus te, celebramus te, benedicimus te, propter magnam gloriam tuam, Domine Rex Pater Christi, agni immaculati, qui tollit peccata mundi. Te decet laus, te decet hymnus, te decet gloria Deum & patrem per filium in Spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Luc. 2.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumē

ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tue Israel.

Oratio in Prandio.

Benedictus es Domine, qui pascis me a iuuentute mea: qui das escam omni carni, reple gaudio & lætitia corda nostra, ut omnem sufficientiam habentes, abundemus in omni opere bono in Christo Iesu Domino nostro: per quem tibi gloria, honor & fortitudo in secula, Amen.

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM, B. CLEMENTE ROMANO AVTHORE, LIBER OCTAVVS.

De Charismatibus. Cap. I.



VM Deus & Saluator noster Iesus Christus nobis magnum tradiderit pietatis sacramentum, inuitaueritque Iudæos ac Græcos ad agnitionem vnius & solius veri Dei, quem admodum ipse quodam in loco gratias agens de salute credentium, affirmat: Manifestaui, inquit, nomen tuum hominibus: opus quod dedisti mihi, consummaui. & de nobis Patri dicit, Pater sancte, & si mundus te non nouit, sed tamen ego te noui, & ij te nōrūt. merito nobis simul omnibus veluti perfectis de Charismatibus, quæ ab ipso per spiritum dantur, dicit: Signa eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: si quid mortiferum bibent, non eis nocebit: super egrotos manus imponent, & benè habebūt. quæ Charismata primùm nobis Apostolis concessa sunt, cum Euangelium omni creaturæ prædicaturi essemus: deinde ijs, qui per nos crediderunt, sunt collata necessariò, non ad eorum, qui illa exercent, vtilitatem, sed ad infidelium persuasionē, ut quos oratio flectere non potuit, commoueat prodigiorum potentia. Signa enim non nobis fidelibus dantur, sed ijs, qui de Iudæorum & Græcorum gente infideles sunt. Nulla enim nobis vtilitas accedit, cum demones expelluntur, sed ijs, qui ope Domini purgantur, quemadmodum quodam in loco ipse Dominus erudiens nos, ostendit, dicens: Nolite gaudere quòd Spiritus vobis obediunt, sed gaudete quòd nomina vestra scripta sunt in cælo: quoniam illud eius virtute fit, hoc nostra beneuolentia & studio, scilicet accedete ipsius auxilio. Non est ergò necessarium, ut omnes fideles demonia eijciant, vel mortuos excitent, vel linguis loquantur: sed is tantum, cui charisma propter aliquam vtilitatem concessum est, videlicet ad salutem infideli-

Ioan. 17.

Mar. vi.

Luc. 10.

um, cum sepe numero conuincantur non sermone demonstratione, sed prodigiorum effectu: cum salute digni fuerint. Nam nec impij omnes miraculis ducuntur: cuius rei testis est ipse Deus cum dicit, Si in alijs linguis loquar populo huic, & in alijs labijs, nō credent. neque enim Aegyptij crediderunt Deo, cum Moses tanta signa atque prodigia effecisset: neque Iudæorum multitudo, quasi alteri Mosi, Christo credidit, cum omnem illorum morbum, omnemque infirmitatem curauerit. Nam illos non commouit virga in serpentem conuersa, nec manus dealbata, nec Nilus sanguine perfusus: hos verò non flexerunt cæci videntes, nec claudi ambulantes, nec mortui in vitam reuocati. atque illi quidem aduersabatur Iannes & Mambres, huic Annas & Caiphas. Ità nō omnes commouēt prodigia, sed solos bona mēte p̄ditos, quorum gratia Deus tanquam sapiens dispensator virtutes fieri statuit, non hominum viribus, sed sua voluntate. quæ idè dicimus, nē qui huiusmodi charismata obtinuerunt, extollantur in eos, qui ea non acceperunt. Charismata dicimus, quæ in signis consistunt, quoniam cetero qui nullus est qui per Christum in Deū crediderit, quin spirituale charisma acceperit: Nam liberari multorum deorum impietate, & credere in Deum Patrem per Christum, Dei charisma censendum est. Item abiecto Iudaico velo, credere Dei voluntate eum, qui est ante secula vnigenitus, in extremo tempore ex VIRGINE sine viri concubitu natum, conuersatumque ut hominem sine peccato, omnemque legis iustitiam implēsse, ac Dei permissione crucem subiisse contempto dedecore, cum esset dei verbum: eundemque mortuum & sepultum, ac tertia die suscitatum, postque resurrectionem per quadraginta dies cum Apostolis fuisse, perfectaque omni dispensatione, in conspectu ipsorum, ad Deum ac Patrem suum, à quo missus fuerat, sublatum: Hæc qui credit non simpliciter, nec temerè, sed iudicio & sententi-

Isa. 28.

Exod. 7.

2. Tim. 3.

*Iambres

Ioſu. 10.

3. Re. 17. & 18. 4. Re. 4. 5. 6. &c.

Dan. 14. Dan. 3.

tiæ firmitate, charisma à Deo obtinet. Eodè modo, qui omni hæresi est liberatus. Quare nemo ex ijs, qui signa & prodigia faciūt, iudicet quenquam ex fidelibus, qui faciēdi illa potestatem non est adeptus. Varia enim sunt Dei dona, quæ ab ipso per Christum tribuuntur: actu quidem accepisti hoc, ille aliud, videlicet sermonem sapientiæ vel scientiæ, vel facultatem spirituum separadorum, vel prædictionem rerum futurarum, vel sermonem ad docendum idoneum, vel patientiam, vel moderatam continentiam. Etenim Moses homo Dei, cum in Aegypto miracula ederet, non elatus est supra gentiles suos, nec cum deus vocaretur, cum proprio Propheta Aaron se iactabat. Et Iesus Naue, qui post Mosē populo præfuit, & si in bello contra Iebusæos in voluntate sol ad Gabaon, luna ad vallem Aelon cōstitit, cum dies ad victoriam non sufficeret: tamen non insultauit aduersus Phinees, neque Chaleb. Nec Samuel, qui tot admirabilia egerat, despexit Deo charum Dauid, quamquam vterque Propheta erat, & vnus Pontifex, alter verò Rex. Cumque in Israele septem millia virorum essent, qui non incuruarent genu ante Baal, tamen solus Elias, & eius discipulus Helissæus repti sunt, qui miracula facerent. sed neque Elias œconomum suum elusit, qui cum Deum timeret, tamen signa non edebat: neque Helissæus suū discipulum, hostem expauescentem cōtempnit: neque sapiens Daniel, cum ab ore leonū iterum esset ereptus: nec tres pueri, cum camino ignis essent liberati, reliquos generis sui homines despexerunt. Sciebant enim se non proprijs viribus periculis liberatos, sed Dei ope miracula edidisse, & discrimina superasse. Quare nemo se efferat supra fratrem, quamuis Propheta fuerit & miraculorum effector: nam si cui semel concessum est, ut nō amplius numeretur inter infideles, superflua est ei reliqua omnis miraculorum facultas. nam vt quis pius sit, ab amore proficiscitur: vt miracula efficiat, ab authoris potestate, quorum primum nos ipsos respicit, alterum operantem Deum, ob eas causas, quas antea diximus. Quare nec rex contemnat duces suos, nec princeps eos, qui eius imperio parent. Nam si nulli sint qui pareant, principes sunt superflui: & si nulli sint duces, non poterit regnum consistere. Sed nec Episcopus se extollat aduersus Diaconum vel Presbyterum, neque Presbyter aduersus plebem: mutua enim coniunctione copulata est huius societatis cōmunio. Episcopi enim & Presbyteri, quorundam sunt sacerdotes: & laici, quorundam sunt laici. Atque esse quidem Christianum, in nostra situm est potestate: esse Apostolum, vel Episcopum, vel aliud quidpiam: non est in nostra situm potestate, sed in potestate Dei, qui largitur charismata. Atque hæc quidem hæctenus dicta sint propter eos, qui charismata vel dignitates acce-

perunt. Addimus autem illud ad sermonem, qui Propheta munere vtitur, non esse omnes sanctos: nec qui demones eijciunt, præditos esse omnes pietate. Etenim Balaam filius Beor vates, cum esset impius, futura prædixit: item Caiphas, qui falsi nominis Pōtifex erat. Multa etenim diabolus vnà cum suis demonibus prædicit, nec tamen idèd vlla est illis pietatis scintilla: inficitia enim sunt oppressi propter voluntariam prauitatem. Perpicuū est igitur, impios, quamuis Prophetarum officio fungantur, non deponere ob prophetiam, suam impietatem: nec eos, qui demones expellūt, sanctitatem acquirere, eò quòd illi cedunt. Fallunt enim se mutud, (vt ij qui ludos risus causa exercent) atque eos qui ipsis mentem adhibent, ad interitum perducunt. Neque verò rex impius, pro rege habendus est, sed tyrannus: neque Episcopus imperitia aut nequitia cumulatus, est Episcopus, sed falso nomine gaudet, vt qui non à Deo, sed ab hominibus constitutus sit, vt Ananias & Sameas in Hierusalem, & Sedechias & Achias, qui Babylone falsi Prophetæ fuerunt: sed etiā Balaam vates pœnas dedit, cum Israel in Beelphegor pessūderit. & Caiphas postea sibi mortē consciiuit, & filij Sceue cum conarentur demones eijcere, ab ijs vulnerati, turpiter se in fugam dederūt. Reges quoque Israelis & Iudæ secuti impietatem, varia supplicia pertulerunt. Perpicuū est igitur, falso nomine præditos Episcopos atque Presbyteros, diuinam vltionem non declinatos. Dicitur enim ipsis: Et nunc vos sacerdotes, qui vile facitis nomen meum, tradam vos in occisionem, vt Sedechiam & Achiam, quos in sartagine misit rex Babylonis, vt inquit Jeremias Propheta. Hæc verò dicimus, nō vt veras prophetias damnemus, (scimus enim eas afflatu diuino intra sanctos agitari) sed vt gloriosorum audaciam comprimamus. illudque præterea addimus, Deū talibus hominibus gratiā auferre. Superbis enim Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Silas & Agabus cum nostro tempore Prophetæ essent, non comparabant se cum Apostolis, neque fines suos transibant, quamquā Deo charissimi erant. Prophetarūt quoque olim Maria Mosi & Aaronis soror, & postea Deb borra, & post has Olda & Iudith, vna Iosia, altera Darij tempore. Mater etiā Domini prophetauit, & Elisabeth eius cognata, & Anna. nostro quoque tempore Philippi filia eodem sunt functæ munere, sed hæc aduersus viros suos superbia inflatæ non sunt, sed intra proprios terminos constiterunt, Quare si inter nos quoque reperitur vir vel mulier, cui huiusmodi gratia concessa sit, humiles spiritus habeat, vt in eo sit grata voluntas dei. Ad quem enim, inquit, respiciam, nisi ad humilem & quietum, & patientem sermones meos?

Num. 23. & 24. Ioan. 11.

Ier. 27. 28. Achias est Achab in Ieremia. Num. 24. 25.

Act. 19.

Mal. 1.

Ier. 29.

1. Pet. 5. Iac. 4.

Luc. 1. & 2.

Act. 11.

Isa. 66.

De Ordinationibus. Cap. II.

In principio orationis exposuimus quæ ad charismata pertinebant, quæ quidem Deus propria volūtate concessit hominibus, & quemadmodum morem eorum refutaerit, qui vel falsa dixerūt, vel alieno spiritu ad prædicendum sunt excitati, & quod improbis hominibus sæpè Deus prophetiâ & miraculorum facultatem tribuit. nunc autem ad præcipuum ecclesiasticæ descriptionis caput oratio properat, vt cum vos, qui de Christi sententiâ per nos Episcopi constituti estis, hanc à nobis dispositionem didiceritis, omnia secundum tradita nobis mandata perficere possitis, scientes quod qui nos audit, Christum audit: & qui Christum audit, is Deum & Patrem ipsius audit, cui gloria in secula, Amen. Simul igitur congregati nos duodecim Domini Apostoli, has nostras diuinas præcepimus institutiones de omni Ecclesiastica forma, presentibus vnâ nobiscum electionis vase Paulo coapostolo nostro, Iacobo Episcopo, atque reliquis Presbyteris & septem Diaconis. Primus igitur ego Petrus dico, Episcopum ordinari debere (vt supra simul omnes constituimus) ex omni parte reprehensione carentem, ab omni populo delectum: quo nominato & approbato, conueniens populus cum collegio Presbyterorum, & Episcopis qui adsunt, in die dominico, præcipuus ex omnibus interroget Presbyteros & plebè, an is sit, quæ petūt in Rectoris: quibus annuētibus, iterum interroget, num oēs testifitentur eum dignū esse hac magna & illustri gubernatione: deinde, an pietatē erga Deum coluerit, erga homines iusta seruauerit, domum suam rectè administrauerit, sinè reprehensione vitā instituerit. Atque omnibus simul ex veritate, nō ex coniectura testificantibus talem eum esse, veluti coram iudice Deo & Christo, præfente nimirum etiā Spiritu sancto, atque omnibus sanctis & administratorijs Spiritibus, tertio iterum interrogentur, an verè dignus sit sacerdotio, vt in ore duorum vel trium testium stet omnē verbum: ijsque tertio assentientibus, illum dignum esse, ab omnibus assensus petatur, quem prompto animo præstantes audiātur, silentio que imperato, vnus ex primis Episcopis cum duobus alijs stans prope altare, reliquis Episcopis & Presbyteris secretò orantibus, Diaconis diuina Euangelia super caput eius, qui ordinatur, aperta tenentibus, dicat, conuersus ad Deum:

Inuocatio ordinationis Episcoporum. Cap. III.

Domine Deus omnipotens, qui solus es ingenuus, & à nullo dominaris, qui semper es, & existis ante secula: qui nullo indiges, & superas omnem causam atque originem: qui solus es verax, solus sapiens, solus altissimus, qui natura es inuisibilis, qui omnia

nōsti antequam fiant, qui abscondita scrutaris, qui es inaccessibleis, & nullius imperio subditus: Deus & pater vnigeniti filij tui dei & Saluatoris nostri, cunctorum opifex per ipsum, prouisor, gubernator, pater miser cordiarum, & Deus omnis consolationis, qui in altis habitas, & humilia respicis: Tu es qui dedisti leges Ecclesiæ per corpoream presentiam Christi tui sub testimonio Paracleti, per tuos Apostolos, qui & ipsi gratia tua adstitimus Episcopi: qui à principio ad gubernationem populi tui sacerdotes designasti, Abel in primis, Seth, Enos, Enoch, Noe, Melchisedech, Iob: qui instituisti Abraam & reliquos Patriarchas cum fidelibus seruis tuis, Mose, Aaron, Eleazaro, Phinees: qui ex ipsis principes & sacerdotes in arca testimonij constituisti, qui Samuelem in sacerdotē & prophetam elegisti, qui sanctuarium tuum sinè ministerio non reliquisti: qui in ijs, quos elegisti, glorificari voluisti: idem quoque nunc intercessione Christi tui infunde virtutem Spiritus principalis, qui ministrat dilecto filio tuo Iesu Christo, quæ volūtate tua donauit sanctis Apostolis tuis. Da in nomine tuo scrutator cordiū Deus huic seruo tuo, quem elegisti Episcopum, pascere sanctū gregē tuum, & fungi Pontificatu tibi sinè reprehensione ministrantem die & nocte, & placentem faciem tuam, cōgregare numerum eorū, qui saluantur, & offerre tibi dona Ecclesiæ tuæ sanctę. Da ei Domine omnipotēs per Christum tuum participationem sancti Spiritus, vt habeat potestatem dimittendi peccata secundum mandatum tuū: dandi sortes secundum præceptum tuum, soluendi omne vinculum, secundum potestatem quam dedisti Apostolis, vt placeat tibi in mansuetudine & mūdo corde firmiter ac laudabiliter, offerendo tibi mundam & in cruentam hostiam, quam per Christum instituit mysteriū noui Testamenti, in odorem suauitatis, per sanctum filium tuum Iesum Christū, Deum & Saluatorem nostrum, per quem tibi gloria, honor & adoratio in sancto Spiritu nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sermo de Catechumenis. Cap. IIII.

Postquam hæc erit precatus, reliqui Sacerdotes dicant, Amen: & cum eis vniersus populus, & post orationem vnus ex Episcopis tradat Eucharistiam in manus ordinati, & ipso manē collocet à reliquis Episcopis in suo throno, omnibus eum osculatus osculo in Dño. Post verò lectionē legis & Prophetarum, Epistolarum nostrarū, Actū, atq; Euāgelij, ordinat salutem Ecclesiā ijs verbis: Gratia Dñi dei nostri Iesu Christi, & charitas Dei Patris, & cōmunicatio Spiritus sancti, sit cū omnibus vobis, Amē. Et oēs respondeat, Et cū spiritu tuo. post hæc verba alloquat populū sermonibus exhortatorijs.

Sermo

Sermo diaconi pro Catechumenis. Cap. V.

Q Vibus absolutis, Dico ego Andreas frater Petri: Omibus confurgētib, Diaconus ascendens altum aliquem locum, pronunciet: NE QVIS AUDITORVM, NE QVIS INFIDELIYM. Silentioq; facto, dicat: CATECHUMENI, ORATE. Et omēs fideles orent, attēto animo dicentes: Domine, miserere. Diaconus pro ipsis oret, dicens: Pro Catechumenis omnes Deum oremus, vt bonus & benignus Dominus clementer exaudiat obsecrationes & preces ipsorum, & recipiens eorum supplicationes, tribuat eis auxilium, & cōcedat petitiones cordis ipsorum ad vtilitatem: reuelat eis Euangelium Christi sui, illuminet eos, & instituat disciplinam cognitionis Dei, doceat ipsos mandata & iudicia sua, inserat in animam eorum castum & salutare timorem suū: aperiat aures cordis ipsorum, vt meditentur in lege sua die ac nocte: confirmet eos in pietate, vniat & connumeret in sancto ouili suo, dignos faciens lauacro regeneratiōis, veste immortalitatis, vera vita: liberet eos ab omni impietate, & nē det locum inimico aduersus eos: mundet eos ab omni iniquatione carnis & spiritus: inhabitet in eis & inambulet per Christum suum: benedicat introitus & exitus eorum, & dirigat vias eorum in bonum. Etiam pro eis intēret in sancto ouili suo, dignos faciens peccato, item que omne tempus vitæ vestræ, Christianos præfides vestros, propitium & benignum Deum, delictorum remissionem: ipsi soli ingenito Deo per Christum suum vosmet commendate: Inclinamini, & benedictionē accipite. In ijs singulis, quæ loquitur Diaconus, populus, vt prædixim, dicat: Domine, miserere. & in primis pueruli. Inclinantibus autem ipsis capita, benedicat ijs ordinatus Episcopus benedictionē huiusmodi:

Benedictio Episcopi super Catechumēnos. Cap. VI.

DEVS omnipotens, ingenite, inaccessibleis, qui es solus verus Deus, Deus & pater Christi vnigeniti filij tui, Deus Paracleti & cunctorum dominus, qui per Christū discipulos constituisti doctores ad docendū pietatem, ipse nūc respice super Catechumenos Euāgelij Christi tui, & da eis cor nouū, & spiritum rectū in noua in visceribus eorū, ad cognoscendam & faciendam voluntatem tuā in corde pleno & volenti animo: dignos fac eos sancto baptismo, & aggrega eos Ecclesiæ tuæ sanctæ, & participes fac sanctorū mysteriorum per Christum IESVM, qui est spes nostra, qui que pro nobis mortuus est,

per quē tibi gloria & adoratio in spiritu sancto in secula. Amen.

Sermo Diaconi pro Energumēnis. Cap. VII.

Post hæc Diaconus dicat: Ite Catechumeni in pace, qui, postquam ij exiuerūt, dicat: Orate Energumeni, hoc est, vexati ab immūdis spiritibus. Intēte omnes pro ipsis orate, vt benignus Deus per Christum increpet immundos & nequam spiritus, & eripiat seruos suos ab imperio inimici, qui in crepauit legionem demonum & principem malorum diabolum, ipse nūc increpet pietatis rebelles, & liberet figmēta sua à vexatione ipsius, & purget ea quæ ingenti sapientia condidit. Etiam intēte oremus, Salua & excita illos Deus in virtute tua. Inclinate vos Energumeni, vt benedictionem accipiatis. Et Episcopus oret, dicens:

Oratio pro Energumēnis. Cap. VIII.

VI fortem armatum ligasti, & omnia vasa eius diripiisti: qui dedisti nobis potestatem ambulandi super serpētes & scorpiones & super omnem virtutem inimici: qui homicidam serpētem ligatum tradidisti nobis, tanquam passerē puerulis: quæ cuncta pauent & horrent à facie virtutis tuę: qui eum deiecisti sicut fulgur à celo in terrā, non lapsu locali, sed ab honore in ignominiam, ob voluntariam nequitiam: cuius aspectus siccat abyssos, & minæ liquefaciunt montes, & veritas Domini manet in æternū: quem laudant infantes, & lactentes benedicunt: quem celebrant & adorant angeli: qui adspicit super terrā, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant: qui minatur mari, & siccat illud, & omnia flumina deserta facit: cuius nubes puluis pedū eius: qui ambulat super mare, sicut super pauimentum. Vni genite Deus, magni patris filij, increpa spiritus nequam, & libera opera manuum tuarū ab alieni spiritus vexatione: quoniam tibi gloria, honor & adoratio, & per te tuo patri in sancto Spiritu in secula, Amen.

Sermo Diaconi pro illuminandis. Cap. IX.

Diaconus dicat, Ite Energumeni: & postea dicat, Orate qui illuminamini. Intēte omnes fideles pro ipsis orem, vt Dominus dignos illos reddat, vt in Christi mortem initiati, resurgant vnâ cum illo, & confortes faciat eos regni ipsius, & participes mysteriorum eius: vniat & cōscribat in numero eorum, qui salui sunt in sancta eius Ecclesia. Salua & suscita illos in tua gratia. Consignati Deo per Christum eius, inclinantes se, benedicantur ab Episcopo hac benedictione:

Oratio tertia super illuminandos. Cap. X.

Qui



Esa. 1.

QVI per sanctos prophetas predixisti ijs, qui initiatur, Lauamini, mundi esto: & per Christum instituisti spiritua-

Sermo diaconi pro penitentibus. Cap. XI.

ET dicat Diaconus, Discedite illuminandi: & post hoc pronunciet, Orate penitentes intentè omnes. Pro penitentibus fratribus rogemus, vt misericors Deus ostendat illis viam penitentiae: recipiat resipiscentiã & confessionem ipsorum, & cõterat citò fatanam sub pedibus eorum, & redimat eos à laqueis diaboli, & à fraude demonum, & eripiat eos ab omni verbo nefario, ab omni opere illicito, & amore prauo, & cõdõnet eis peccata voluntaria & inuoluntaria, & deleat chirographum ipsorum, & conscribat eos in libro vitæ: expiet eos ab omni piaculo carnis & spiritûs, & vniat eos, reducens ad sanctum suum ouile, quoniam ipse cognoscit figmẽtum nostrum: quoniam quis gloriabitur se castum habere cor? vel quis confidet se mundum esse à peccato? Omnes enim sumus peccatõ obnoxij. Etiam pro ipsis intentiùs oremus, quoniam gaudium fit in cõlo super vno peccatore penitentiam agente, vt declinantes omnem actionem malam, amplectantur omnia opera bona, vt benignus Deus citò eorum obsecrationibus placatus, restituat eis letitiam salutaris, & spiritu principali cõfirmet eos, nè ampliùs prohibeantur communionem habere sanctorum sacrorũ ipsius, & participes fieri diuinorum mysteriorũ, vt digni reperti adoptione filiorum, vitam æternam consequantur. Etiam omnes intentè pro eis dicamus, Domine miserere.

Prou. 20.

Luc. 15.

Psal. 50.

Impositio manuum pro penitentibus. Cap. XII.

Salua eos deus, & suscita misericordia tua. Suscitati Deo per Christũ, inclinate vos, & benedicimini.

Episcopus ita orat:

OMnipotens æterne Deus, cunctorum Domine, creator & gubernator vniuersi, qui hominem in mundi ornatu posuisti per Christum, & dedisti ei legem naturalem & scriptam, vt viuendi normam haberet, vt ratiois compos: & si in aliquo peccaret, fundamentum penitentiae tradidisti ei bonitatem tuam: respice super inclinates tibi colla animæ & corporis, quoniam tu non vis mortem peccatoris, sed penitentiam, vt

Ezech. 33.

reuertatur à via sua mala, & viuat: qui Niniuitarũ penitentiam admisti, qui vis omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui filiũ, qui suas facultates luxuriosè consumpserat, paterno affectu recepisti per penitentiam: recipe nunc quoquẽ supplicantium tibi penitentiam, quoniam non est qui non peccet in te. Si enim iniquitates obseruaueris dñe Dñe, quis sustinebit? quoniã apud te est redemptio: & reduc eos in sanctam tuam Ecclesiam, restituta illis priori dignitate & honore per Christum Deum & Saluatorem nostrũ, per quem tibi gloria & adoratio in sancto Spiritu in secula, Amẽ. Et Diaconus dicat, Discedite penitentes. & addat, Nullus ex prohibitis accedat. Fideles, flectamus genua, rogemus Deum per Christũ eius, oẽs intentè Deũ per Christũ inuocemus.

2. Tim. 2.

Luc. 15.

Psal. 119.

Allocutio Diaconi pro fidelibus. Cap. XIII.

PRO pace, & pro tranquillitate mundi & sanctorum Ecclesiarũ oremus, vt cunctorum Deus suam æternam & firmam pacẽ nobis cõcedat, vt in stabilitate virtutis secundum pietatem perseverantes nos custodiat. Pro sancta Catholica & Apostolica Ecclesia diffusa à finibus vsque in fines, oremus, vt Dominus immobilem & tranquillam eam custodiat, atque conferuet vsque ad cõsummationem seculi, fundatã supra firmã petra. Et pro sancta parocia huius loci oremus, vt concedat nobis cunctorum Dominus celestem eius spem perfectè persequi, & ei debitã orationis seruitutem sine intermissione impendere. Pro omni Episcopatu, qui est sub cõlo, rectè tractatium verbum veritatis, orate. Et pro Episcopo nostro Iacobo & parocis ipsi orate: Pro Episcopo nostro Euodio & parocis ipsius orate, vt misericordiam Deus concedat suis Ecclesijs, eos esse saluos, honorabiles, longæui tẽporis, venerabilemque ipsorum senectutẽ faciat in pietate & iustitia. Et, p Presbyteris nostris orate, vt Dñs eripiat eos ab omni re incommoda & mala, saluũ & honorabile Presbyteriũ eis præbeat. Pro omni in Christo Diaconatu & ministratu orate, vt Dominus inculpabilem Diaconiam eis præbeat. Pro Lectoribus, Cantoribus, Virginibus, Viduis, Orphanis orate: Pro matrimonio copulatis & liberis operam dantibus orate, vt Dominus omniũ suorum misereatur. Pro Eunuchis sanctè ambulatibus orate. Pro continentèr & castè viuentibus orate. Pro afferentibus fructus sancte Ecclesie, & faciẽtibus pauperibus elemosynam orate. Et pro sacrificia & primitias offerentibus Domino Deo nostro orate, vt sanctus Deus remuneretur ipsos celestibus donis, & det ipsis in presentĩ centuplũ & in futuro vitã æternã: & præstet eis, p tẽporalibus sempiterna, pro terrenis caelestia. Pro

Apparatus ad mysticum sacrificium. Cap. XV.

nupèr illuminatis fratribus nostris orate, vt Dominus stabiliat eos & confirmet. Pro infirmis fratribus nostris orate, vt Dominus liberet eos ab omni egritudine & imbecillitate, & falsos restituat sancte ipsius Ecclesie. Pro nauigantibus & viatoribus oremus. Pro ijs qui sunt in metallis, in exilio, in custodia & vinculis propter nomen Domini, orate. Pro oppressis amara seruitute orate. Pro inimicis & odio vos prosequantibus orate. Pro persequentibus nos propter nomen Domini oremus, vt dominus mitigato illorum furore, dissipet iram conceptam contra nos. Pro ijs, qui extrã sunt & in errore versantur, orate, vt dominus illos conuertat. Infantum Ecclesie memores simus, vt Dominus perfectos eos in timore suo ad adultam ætatem perducatur. Pro nobis mutuo oremus, vt Dominus seruet nos, & gratia sua custodiat vsque ad finem & liberet nos à malo, atque ab omnibus scandalis operatium iniquitatem, & saluet in celeste regnum ipsius. Pro omni anima Christiana oremus. Salua & suscita nos Deus misericordia tua. Excitemus nos orantes intentè, & mutuo nosmet commendemus Deo viuo per Christum eius.

Oret Pontifex & dicat. Cap. XIII.

Domine omnipotens altissime, qui in altis habitas, sanctè requiescens in sanctis, qui es sine principio, & solus dominaris, qui per Christum predicationem verbi dedisti nobis in agnitionem gloriæ tuæ & nominis tui, quod manifestauit nobis in cõprehensionem: ipse quoquẽ nũc respice per eum super hunc gregem tuum, & libera eum omni ignoratã & opere malo, & da eum timore timere te, & dilectiõ te diligere, & ire à facie gloriæ tuæ. Benignus & propitius esto in precibus ipsorum, & conferua eos immobiles, culpa carẽtes, criminis expertes, vt sint sancti corpore & anima, non habentes maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sed sint perfecti, & nullus inter ipsos sit mancus vel imperfectus. Adiutor potens, personarum non acceptor, succurre huic populo tuo, quem redemisti precioso sanguine Christi tui, defensor, auxiliator, dispensator, custos, murus fortissimus, sepes, securitas, quoniam de manu tua nemo potest eripere: nam non est sicut tu Deus alter, quoniam in te sustinemur. Sanctifica eos in veritate, quoniam verbum tuum veritas est, qui nullius gratiam respicis, falsis rationibus non decipieris: libera eos ab omni morbo, & ab omni infirmitate, ab omni peccato, ab omni dolo & fraude: à timore inimici, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, & dignos fac eos vita æterna, quæ est in Christo tuo, filio tuo vnigenito, Deo & Saluatore nostro, per quem tibi gloria & honor in sancto Spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Iohan. 17.

Psal. 90.

Post hoc Diaconus dicat, Attendamus. Et Episcopus salutet ecclesiam, & dicat: Pax Dei cum omnibus vobis. Et populus respondeat, Et cum spiritu tuo. Et Diaconus dicat, Salutate vos inuicem in osculo sancto, & salutent clerici Episcopum, & viri laici laicos, & mulieres salutent mulieres. Pueri stent ad suggestum, & alij Diaconus præsit eis nè obstrepant. Et alij Diaconi deambulent, & videat viros & mulieres, nè tumultus aliquis excitetur, & nè quis murmuret, nè conueneat, vel nutet. Diaconi verò maneant ad portam viroꝝ, Hypodiaconi ad portam mulierum, nè vllus exeat, nè porta aperiatur, etiã si fidelis fuerit tempore oblationis. Vnus Hypodiaconus det aquam manibus sacerdotum, in signum puritatis animarum Deo repositarum.

Dico ego Iacobus frater Ioannis Zebedei, vt statim diaconus dicat, Nullus Catechumenus, Nullus Auditor, Nullus infidelis, Nullus hæreticus. Qui primam orationem perfectistis, discedite. Pueros recipite matres. Nè quis contra aliquem, Nè quis in hypocrisi. Erecti ad dominum cum timore & tremore manentes, sinamus offerri. Quibus peractis, Diaconi afferant dona Episcopo ad altare, & Presbyteri à dextris & à sinistris assistant, veluti discipuli assistentes magistro. Duo Diaconi ex vtraque parte altaris teneant flabellum confectum ex tenuibus membranis, vel ex pauonum pennis, vel ex velo, quibus leniter abigant præteruolantes bestiolas, nè in pocula incidant.

Gratiarum actio ante consecrationem. Cap. XVI.

ORans igitur per se Pontifex vnã cum sacerdotibus, induensque vestè splendidam, & stans ad altare, trophæo crucis se consignans in fronte, dicat: Gratia omnipotentis Dei, & charitas Dñi nostri Iesu Christi, & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. & omnes vna voce respondeant, Et cum spiritu tuo. Et Pontifex dicat, Sursum mentem. Omnes respondeant, Habemus ad Dominum. Et Pontifex, Gratias agamus Domino, & omnes respondeant, Dignum & iustum est. Pontifex dicat, Verè dignum & iustum est ante omnia laudare te verum Deum, qui es ante res generatas, ex quo omnis paternitas in cõlo & in terra nominatur, qui solus es ingenuus sine principio, nõ agnoscens alicuius imperium aut dominium, nullius indigens, omnis boni dator, extra omnem causam generationemque positus, semper in eodem statu consistens, ex quo omnia, quasi ex quodam fonte in rerum naturam processerunt. Tu enim es notitia carens principio, æterna visio, ingenuus auditus, sapientia increata, primus natura, lex efficiendi,

Præstationis antiquitas.

Eph. 3.

fendi, extra omnem numerum constitutus, omnia de nihilo producens per vnigenitum filium tuum: ipsum verò ante omnia secula genuisti voluntate, virtute, & bonitate immediate filium vnigenitum, verbum, Deum, sapientiam viuentem, primogenitum omnis creaturæ, Angelum magni consilij tui, Pontificem tuum, Regem & Dominum omnis intellectus & sensus naturæ, qui est ante omnia, per quæ omnia. Tu enim æternæ Deus per ipsum cuncta fecisti, & per ipsum conuenienti prouidentia cuncta gubernas: per quem enim concessisti vt res essent, per eundem fecisti vt benè essent: Deus & Pater vnigeniti filij tui, qui per ipsum ante omnia fecisti Cherubin & Seraphin, secula & exercitus, Virtutes & Potestates, Archangelos & Angelos: & post hæc omnia, fecisti hunc mundum visibilem, & omnia quæ in eo sunt. Tu enim es, qui cælum vt fornicem statuisti, & vt pellem extendisti, & terræ molem nullo adminiculo stabiluisti, sola voluntate tua: qui constituisti firmamentum, noctem & diem parasti, qui ex thesauris protulisti lucem, & eius recessu induxisti noctem ad requietem animantium, quæ mouentur in mundo: qui solem disposuisti in potestatem diæ, & lunam in potestatem noctis: qui stellarum ornatum cælum distinxisti in laudem maiestatis tuæ: qui fecisti aquam in potum & mundiciem, aërem vitale ad ducendum spiritum, vocemque formandam, per linguam percutientem aërem, auditum auxilio ipsius, vt apprehenderet sonos, & exciperet delatas sibi per aërem voces: qui fecisti ignem ad depellendas tenebras, & ad explendam necessitatem, simulque vt ab eo caleferemus, & illustraremur: qui immensum mare à terra segregasti, & illud nauigabile effecisti, hæc pedibus peruiam: illud etiã animantibus pusillis atque magnis auxisti, hæc mansuetis atque agrestibus referuisti, plantarum varietate ornasti, herbis decorasti, floribus distinxisti, seminibus ditasti: qui constituisti abyssum, & vasto hiatu eam comprehēdisti, falsarum aquarum cumulatis æquoribus, & eam tenuissimæ arenæ terminis conclusisti: qui mare modò ventis in montium altitudinem extollis, modò in planitiem exæquas, & modò agitas tempestate, modò sedas tranquillitate, vt ad nauigiorum cursus sit idoneum: qui creatum per Christum à te mundum cinxisti fluminibus, alluisti torrentibus, fontibusque perennibus irrigasti, montibus circundedisti in firmissimam terræ stabilitatem: referuisti enim mundum & ornasti suauissimis plantis, & ad medicinam aptissimis, multis ac varijs animantibus, robustis atque infirmis, ad esum atque ad laborem idoneis, circuribus atque feris, serpentum sibilis, & diuersorum alitum cantibus, annorū recurrentibus circulis, mensium atque dierum numerosa multitudine: solstitorum vicissitudine, nubium imbriferarum tempe-

statibus, ad fructuum maturitatem & animantium conseruationem, stationemque ventorum flantium ad imperium tuum, ad plantarum quoque atque herbarum multitudinem: ac non solum mundum creasti, sed etiam mundi ciuem hominem cōdidisti, mundi ornatum eum faciens. Dixisti enim sapientie tuæ: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & imperet piscibus maris, & volatilibus cæli: ideoque composuisti eum ex anima immortalis & corpore dissolutioni obnoxio: illa de nihilo creata, hoc ex quatuor elementis conflato: & dedisti ei per animam rationalem, intelligentiam, pietatis & impietatis iudiciū, iusti & iniusti obseruationem: per corpus verò, quinq; sensus & motū quo progreditur. Tu enim Deus omnipotens per Christum paradysum in Eden ad Orientem plantasti, & varijs plantis ad cibū aptis ornasti, & in eum quasi in lautam domum hominem introduxisti: quem cum conderes, legem dedisti ei naturalem, vt intus inclusa, & apud se haberet femina diuinæ cognitionis. Nam cum illum in Paradysum deliciarum induxisti, omnia ei permisti vt perciperet: vnum autem solum gustare prohibuisti, spe maiorum rerum, scilicet vt si mandatum seruasset, mercedem eius immortalitatem reportaret: sed cum mandatū contempsisset, & prohibitum fructum gustasset fraude serpentis & consilio mulieris, meritò illum eiecisti Paradiso. sed bonitate tua nõ permisti vt penitus periret, (tuū enim erat opus) sed subiecta ei creatura, concessisti vt sudore a labore victum sibi quæreretur, omnia ferente, augente, ac maturante. Cumque iureiurando ei breuis temporis soporē dederis, illum ad nouam generationem reuocasti, soluto mortis termino, vitam ex resurrectione promissisti: non solumque id præstitisti, sed etiam posteros suos in inānitam multitudinē propagasti: obsequentes tibi glorificasti, rebelles supplicij affecisti: atque Abelis quidem sancti sacrificiū accepisti, Cain fratris interfectoris munus tanquā icelerati hominis reiecasti. Præterea Seth & Enos recepisti, & Enoch transtulisti. Tu enim opifex es hominū, vitæ præbitor, inopiæ expleror, legum dator, eas seruantium remunerator, violantium vltor: qui magnum diluuiū induxisti mundo propter multitudinem impiorum, & iustū Noe eripuisti à diluuiō in arca cum octo animis, vt esset finis præteritorum, & principium eorum, qui erāt in futura successione nascituri: qui formidandum ignem quinq; Sodomenis vrbibus immisisti, & terram fructiferam in saluginem posuisti, à malitia inhabitantium in ea, & sanctum Lot incendio liberasti. Tu es, qui Abraam maiorum suorum impietate liberasti, & mundi hæredem fecisti, & ei Christum tuum ostēdisti: qui Melchisedech Pontificem seruitutis tuæ constituisti, patētissimum seruū tuum Iob victorem serpentis

Gen. 46.

Exod. 20.

Exod. 14.

Exod. 16.

Iosu. 3.

Iosu. 6.

Esa. 6.

authoris malorum, declarasti, qui Isaac filij promissionis fecisti, Iacob patrem duodecim filiorum, eiusque posteros in numerosam sobolem propagasti, illū verò cum septuaginta animis in Aegyptum introduxisti. Tu Domine Iosephum non neglexisti, sed præmiū suæ temperantiæ ei concessisti vt Aegyptijs imperaret. Tu Domine Hebræos ab Aegyptijs vexatos non neglexisti, vt promissa patribus suis seruares. Cumque homines naturæ legem labefactarent, & creaturam aliquāddò fortuitā duceret, aliquāddò plusquam oporteret in honore haberet, & eā tibi deo equarent, non permisti illos errare, sed excitato sancto seruo tuo Moise, per eum, in subsidij naturalis, scriptam legem dedisti, & creaturā ostendisti tuum opus esse, deorumque multitudinem exterminasti. Aaron & posteros sacerdotali honore decorasti, Hebræos peccates puniisti, respiscētes recepisti, Aegyptios decem plagis es vltus, diuiso mari Israëlitas traduxisti, persequētes Aegyptios demersos interemisti, ligno aquam amaram dulcē fecisti, de dura petra aquam eduxisti, de cælo manna dedisti, atque ex aëre ortygomētram in cibum, columnam igneam nocte ad illustrandum, & die columnam nubis ad opacandum statuisti, Iesum imperatorem delegisti, septem nationes Cananæorū eius opera expugnasti, Iordanem aperuisti, flumina Ethan siccasti, muros sine machinis, sineque hominum manu diruisti. Pro omnibus tibi gloria Domine omnipotens. Te adorant infiniti exercitus Angelorum, Archangelorū, Thronorum, Dominationum, Principatū, Potestatum, Virtutum, Exercituum æternorum, Cherubina, & sex alas habentia Seraphina, duabus velatiā pedes, duabus capita, duabus volantia, & dicentia vnā cum milliibus milliū Archangelorum, & cum millenis milliū Angelorum, incessabili voce clamantium:

Et omnis populus simul dicat,
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: Plenum est cælum & terra gloria tua, Benedictus in secula, Amen.
 Et Pontifex deinde dicat:

Cap. XVII.

Sanctus enim es, & in omnibus sanctus, altissimus, & superexaltatus in secula: Sanctus & vnigenitus filius tuus Dominus noster & Deus Iesus Christus, qui in omnibus ministravit tibi deo ipsius & Patri, in vario officio creaturarum, & in earum conuenienti prouidentia. Non permisit genus humanum perire, sed post naturalem legem, post legis scriptæ admonitionem, post propheticas increpationes, post Angelorum tutelas, violatibus naturalē legem hominibus, vnā cum scripta, oblitterataque memoria diluuij, incendij, plagarum Aegyptiacarum, cædis Palæstinorum, imminenteque omnium interitu, decreuit voluntate tua, qui hominem con-

diderat, fieri homo: qui legislator erat, subiici legibus: qui Pontifex erat, victima fieri pastor, effici ouis. Teque Deum suum ac Patrem placavit & conciliauit mundo, atque instanti ira omnes liberauit, natus de Virgine, natus in carne, Deus, verbum, Filius dilectus, primogenitus omnis creaturæ, secundum deo prædictas prophetias, ex femine Dauid & Abraam, de tribu Iudæ: & conceptus est in vtero Virginis, formator omnium qui nascuntur: atque incarnatus est is, qui carnis est experis: in tempore natus, qui ab æterno est genitus: pie conuersatus est, & sanctis legibus instituit, omnem morbum atque infirmitatem expulit, signa ac prodigia in populo fecit, cibum, potum, somnum cepit is, qui omnes cibo indigentes alit, & replet omnē animal benedictione: manifestaui nomen tuum ijs, qui id ignorabant: ignorantiam fugauit, pietatem excitauit, voluntatem tuam expleuit: opus, quod dederas illi, consummauit. Quæ omnia cum perfecisset, impiorum manibus comprehensus, sacerdotum atque Pontificū falsi nominis populi: ipsius iniqui, & malitia laborantis traditione, multum passus est ab ipsis, omnemque sustinuit ignominiam tua permissione. Traditus est Pilato Præsidi: ac iudicatus is, qui iudex erat, condemnatus est aliorū Saluator: crucifixus, qui est impassibilis: mortuus, natura immortalis: sepultus omnium viuificator, vt passione & morte liberaret eos, propter quos venerat, & vincula diaboli disrumpere, hominesque ab eius fraudibus eriperet, Et resurrexit à mortuis tertia die, & per quadraginta dies versatus cum discipulis, receptus est in cælum, & sedet ad dexteram Dei & Patris sui.

Memores igitur eorum, quæ propter nos est passus, gratias agimus tibi Deus omnipotens, non quantum debemus, sed quantum possumus: Et ordinationem eius implemus. Nam in qua nocte tradebatur, accipiens panem in sanctas & immaculatas manus, & suscipiens in te Deū suum & patrem, frangensque, dedit discipulis, dicens: Hoc mysterium noui Testamenti, accipite, ex eo comedite. hoc est corpus meum, quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. Similiter & calicem miscens ex vino & aqua, & sanctificans tradidit eis, dicens: Bibite ex eo omnes: hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorū: hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & biberitis calicem hunc, mortem meam annuntiabitis donec veniā. Memores igitur passionis eius & mortis, necnon ex mortuis resurrectionis, atque in celos ascensionis, & futuri eius secundi aduentūs, in quo veniet cum gloria & virtute iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua: offerimus tibi Regi & Deo secundum ipsius ordinationem panem hunc & calicem hunc, gratias tibi agētes,

instituitis,

Iohan. 17.

Act. 1.

Math. 26. Luc. 22.

eò quòd nos dignos fecisti assistere in conspectu tuo, & fungi sacerdotio tibi. Rogamusque te, vt benignè adspicere digneris super hæc dona propolita in conspectu tuo, tu qui nullo indiges Deus, & complaceas tibi in ipsis in honorem Christi tui, & mittas sanctum Spiritum tuum super hoc sacrificium, testem passionum Domini Iesu, vt ostendat hunc panem corpus Christi tui, & huc calicem sanguinem Christi tui, vt qui eum percipiunt, confirmantur in pietate, & remissionè peccatorum consequantur, diabolo & errore eius liberentur, Spiritu sancto repleantur, Christo tuo digni efficiantur, vitam eternam adipiscantur, te eis reconciliato Domine omnipotens.

Mystica oratio. Cap. XVIII.

ETIAM rogamus te Domine pro sancta tua Ecclesia, quæ est à finibus vsque ad fines, quam acquisiisti precioso sanguine Christi tui, vt eam quietam & tranquillam conferues vsque ad consummationem seculi. Et pro omni Episcopatu rectè tractate verbum Veritatis, etiam imploramus te, & pro me offerentis tibi tenuitate, pro que omni presbyterio, pro Diatonis atq; omni clero, vt omnes à te edoctos Spiritu sancto repleas. Etiam rogamus te Domine pro Rege & pro ijs, qui sunt in sublimitate constituti, proq; omni exercitu, vt per illos pacificè viamus, vt in quiete & concordia perseuerantes, per omne tempus vite nostræ glorificemus te per Iesum Christum, qui est ipse nostra. Etiam offerimus tibi pro omnibus, qui à seculo placuerunt tibi, sanctis, Patriarchis, Prophetis, iustis Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Hypodionis, Lectoribus, Catoribus, Virginibus, Viduis, laicis atque omnibus, quorum tu cognouisti nomina.

Etiam offerimus tibi pro populo hoc, vt facias eum in laudem Christi tui regale sacerdotium, gètem sanctam: pro Virginibus, & castitatem seruantibus: pro Viduis Ecclesiæ: pro copulatis honorabilibus nuptijs, & filios procreantibus: pro infantibus populi tui, vt neminè nostram rejicias. Etiam rogamus pro hac ciuitate, & habitantibus in ea: pro laborantibus infirmitate, & pro acerbam feruitutem feruentibus: pro relegatis, & publicationem bonorum perpeffis: pro nauigantibus, & pro peregrè proficiscentibus, vt sis auxiliator omnium, adiutor & opitulor. Etiam oramus te pro ijs, qui nos odio habet & persequuntur nos propter nomen tuum: pro ijs, qui extrà sunt, & versantur in errore, vt reducas eos in bonum, & furorem eorum mitiges. Etiam rogamus te pro Catechumenis Ecclesiæ, & pro vexatis ab aduersario, & pro fratribus nostris pœnitentibus, vt illos in fide perficias, alios à vexatione mali eripias, horum pœnitentiam recipias, & indulge-

as illis atque nobis delicta nostra. Etiam offerimus tibi pro aëris salubritate, & fructu fertilitate, vt abundè bona tua percipientes, te assidue laudemus, qui das escam omni carni. Etiam rogamus te pro ijs, qui iusta causa impediti abfunt, vt omnes nos in pietate custoditos congreges in regnum Christi tui, Dei omnis sensitiuæ & intellectualis nature, & Regis nostri, stabiles in bono, inculpabiles, crimine carentes, quoniã tibi omnis gloria, cultus, gratiarum actio, honor & adoratio Patri & Filio, & sancto spiritui & nunc & semper, & in infinita secula seculorum. Et omnis populus dicat, Amen. Et Episcopus dicat, Pax Dei sit cū omnibus vobis. Et omnis populus dicat, Et cum spiritu tuo.

Et Diaconus iterum pronunciet:

Cap. XIX.

ETIAM rogemus Deū per Christum suū. Pro dono oblato Dño Deo, oremus: vt bonus Deus suscipiat illud intercedente Christo ipfius, in caeleste altare suum in odorem suauitatis. Pro hac Ecclesia, & pro populo rogemus: Pro omni Episcopatu, pro omni presbyterio, pro omni in Christo diaconia & ministerio, pro vniuerso ecclesiæ cœtu rogemus, vt Dominus omnes conseruet atque custodiat. Pro regibus & pro ijs, qui sunt in sublimitate constituti, oremus, vt in pace per ipsos viamus, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate ac sanctitate: sanctorum martyrum memoriam colamus, vt digni efficiamur certamine ipsorum. Pro ijs, qui in fide quieuerunt, oremus. Pro salubritate aëris & fructuum maturitate rogemus. Pro nupèr illuminatis oremus, vt omnes in fide confirmantur. Excita nos Deus in gratia tua. excitati, nos ipsos Deo per Christum eius commendemus.

Et Episcopus dicat:

Cap. XX.

DEVS magnus, & magni nominis, magnus consilio, & operibus potens, Deus & pater sancti pueri tui Iesu Saluatoris nostri, respice super nos, & super hoc ouile tuum, quod per ipsum elegisti in gloriam nominis tui, & sanctificato corpore nostro & anima, dignos nos fac, vt purgati omni inquinacione carnis ac spiritus, proposita bona consequamur, & neminem nostrum iudices indignum, sed sis adiutor noster, auxiliator, & defensor noster per Christum tuum, cum quo tibi gloria & honor, laus, gloriatio, & gratiarum actio, & sancto Spiritui in secula, Amen.

Et postquam omnes dixerunt, Amen: Diaconus dicat, Attendamus. Et Episcopus alloquatur populum ijs verbis, Sancta sanctis. Et populus subiungat, Vnus sanctus, vnus Dominus, vnus Christus, in gloriam Dei Patris benedictus in secula, Amen.

Gloria

Cap. XXIII.

Gloria in altissimis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Osanna Filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dñs, & apparuit nobis, Osanna in altissimis. Post hoc sumat Episcopus, deinde Presbyteri, & Diaconi, & Hypodionis, & Anagnostæ, & Cantores, & Ascetæ, & ex mulieribus Diaconissæ, & Virgines, & viduæ, postea pueri & omnis populus ordinè, cum pudore & reuerentia, absque tumultu. Et Episcopus det oblationem, dicens: Corpus Christi. Et sumens dicat, Amen. Diaconus teneat calicem, & quandò tradit, dicat, Sanguis Christi, calix vite. & bibens dicat, Amen. Cùm reliqui sumunt, dicatur psalmus xxxiii. Postquam omnes sumpserunt, accipiant Diaconi reliquias, & portent in Pastophoria. Perfecto psalmo, Diaconus dicat:

Sermo post communionem.

Cap. XXI.

PERCEPTO precioso corpore & precioso sanguine Christi, gratias agamus ei, qui dignos nos reddidit percipiendi sancta eius mytheria, & rogamus vt non in iudicium, sed in salutem nobis fiat, in vtilitatem animæ & corporis, in custodiam pietatis, in remissionem peccatorum, in vitam futuri seculi. Excitemur in gratia. Nos ipsos Deo soli ingento Deo & Christo eius commendemus.

Et Episcopus gratias agat:

Oratio post communionem.

Cap. XXII.

Domine Deus omnipotens, pater Christi tui filij benedicti: exauditor inuocantium te in recitudine, qui scis interpellationes tacetium, gratias tibi agimus, quòd fecisti nos dignos participationis sanctorum mysteriorum tuorum, quæ prebuisi nobis in confirmatione eorum, quæ benè cognita sunt, in custodiam pietatis, in remissionem peccatorum, quoniam nomen Christi tui inuocatum est super nos, & tibi conciliati sumus: qui segregasti nos à communicatione impiorum, cõiunge nos cum cõsecratis tibi, confirma nos in veritate, sancti Spiritus superuentione, ignorata reuela, quæ defunt exple, cognita corrobora, sacerdotes immaculatos tuere in seruitute tua. Reges cõserua in pace, Magistratus in iustitia, celum in salubritate, fructus in fertilitate, mundum in prouidentia omni ex parte sufficienti, nationes belliosas reprime, errantes conuerte, populum tuum sanctifica, Virgines conserua, matrimonio vincos custodi in fide, ignorates corrobora, infantes ad virilem ætatem perduc, nouitios cõfirma, Catechumenos instrue, & initione dignos redde, nosque omnes congrega in regnum celorum in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi gloria, honor, cultus, & sancto Spiritui in secula, Amen.

Et Diaconus dicat:

DEo per Christum eius inclinamini, & benedictionem accipite. Et Episcopus iterum oret, dicens:

Deus omnipotens, verus & incõparabilis, qui vbiquè ades, & præfens es in cunctis, & in nullo tanquàm ens quiddã existis, qui loco non circumscriberis, nec tẽpore consenescis, nec seculis terminaris, neque sermonibus explicaris, qui generationi non es subiectus, custodia non indiges, extra interitum es positus, mutationem non recipis, qui natura es inuariabilis, qui lucè inhabitas inaccessibile, qui natura es inuisibilis, quem vniuersales nature cum amore te inuestigantes cognoscunt, qui comprehendis ab ijs, qui in charitate quærunt te: Deus Israelis re vera videtis, populi tui credentis in Christum, propitius factus, exaudi me propter nomen tuum, & benedic eis, qui tibi inclinant colla sua: & concede eis petitiones cordis ipsorum, quæ sunt ad vtilitatem, & nullum ex ipsis expelle à possessione regni tui, & sanctifica eos, muni, tege, defende, libera ab aduersario, ab omni inimico domos ipsorum custodi, introitus & exitus eorum muni, quoniam tibi gloria, laus, maiestas, cultus, & adoratio, & puero tuo Iesu, Christo tuo, domino nostro, & Deo & Regi, & sancto Spiritui nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Et Diaconus dicat,

Ite in pace. Hæc de mystica seruitute disponimus nos Apostoli vobis Episcopis, Presbyteris, & Diaconis.

Cap. XXIII.

DE ordinatione Presbyterorum ego dilectus à Domino dispono vobis Episcopis:

Cùm ordinas Presbyterum, ò Episcope, manum super caput Presbyteri ipse impone, assistentibus tibi Diaconis, & orando dic:

Oratio ordinationis Presbyterorum.

Domine omnipotens Deus noster, qui per Christum omnia creasti, & per eundem opportunè prouides cunctis. Cui enim adest potestas diuersa faciendã, eidem inest facultas variè prouidendi: idè enim Deus prouides immortalibus sola cõseruatione, mortalibus successione: animæ, studio seruandarum legum: corpori, reparatiõis eius quod deest: idem igitur nunc respice super sanctam Ecclesiã tuam, & auge eam, & multiplica prepositos eius, & da illis virtutem, vt laborent verbo & opere ad edificandum populum tuum. Idem quoquè nunc respice super huc famulum tuum, suffragio & iudicio omnis cleri in presbyterium electum, & reple eum spiritu gratiæ & consilij ad adiuuandum & gubernandum populum tuum in mundo corde, quemadmodum respexisti super populum electionis tuæ, & precepisti Moysi vt eligeret Presbyteros, quos repleuisti spiritu. Et nunc Dñe hoc presta, Num. xxii &

& conferua in eo integrum spiritum gratiæ tuæ, vt repletus operibus curationum & sermone doctrinæ, in mansuetudine instruat populum tuum, & inseruiat tibi sincerè, in pura mente, & in anima studiosa. Et sacrificia pro populo tuo immaculata perficiat per Christum tuum, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, & sancto Spiritui in secula, Amen.

De ordinatione Diaconorum ego Philippus dispono:

Cap. XXV.

Diaconum constituas Episcopo, imponens ei manus, assistentibus tibi omnibus Presbyteris & Diaconis, & orando dices:

Deus omnipotens, verus & non menties, qui diues es in omnibus inuocantibus te in veritate, terribilis in consilijs, sapiens in intellectu, fortis & magnus: Exaudi orationem nostram, Domine, & auribus percipe supplicationem nostram: & ostende faciem tuam super hunc seruum tuum electum tibi ad Diaconatum: & reple eum Spiritu sancto & virtute, quemadmodum repleuisti Stephanum Martyrem, & imitatorum passionum Christi tui, & concede ei, vt ritè administrato credito sibi Diaconatu, constanter, laudabiliter, innocenter, maiori gradu dignus efficiatur interuentu vnigeniti filij tui, cum quo tibi gloria, honor & cultus, & sancto Spiritui in secula, Amen.

De Diaconissa ego Bartholomæus dispono:

Cap. XXVI.

O Episcopo, impones ei manus presentibus Presbyteris, Diaconis & Diaconissis, ac dices:

Oratio ordinationis Diaconissæ.

DEVS æternæ, Pater Domini nostri Iesu Christi, opifex viri & mulieris, qui Spiritu compleuisti Mariam, Debborâ, Annam, Oldam: qui non dignatus es vnigenitum Filium tuum nasci de muliere: qui in tabernaculo testimonij, & in templo constituisti mulieres custodes tuarum sanctarum portarum, ipse quoque nunc respice super hanc famulam tuam, quæ ad Diaconatum promotetur, & da ei Spiritum sanctum, & mundam eam ab omni inquinatiõne carnis & spiritus, vt dignè exequatur commissum sibi officium in gloriam tuam, & laudem Christi tui, cum quo tibi gloria & adoratio, & Sancto Spiritui in secula, Amen.

De Hypodiaconis ego Thomas dispono vobis Episcopis:

CAPVT XXVII.

Hypodiaconum cum ordinas o Episcopo, impones ei manus, & dices:

Domine Deus opifex cæli & terræ, & oim quæ in eis sunt, qui tabernaculo Testimonij ædituos constituisti tuorum sanctorum va-

forum, custodes: ipse quoque nunc respice super hunc seruum tuum electum Diaconum, & da ei Spiritum sanctum, vt dignè tractet ministratoria vasa tua, & faciat voluntatem tuam in omnibus per Christum tuum, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, & sancto Spiritui in secula, Amen.

De Lectoribus ego Matthæus, qui & Leui olim publicanus, dispono:

CAPVT XXVIII.

Qui Lectorem constituit, imponens ei manum, & orans, dicat:

Deus æternæ, qui multus es in misericordia & miserationibus, qui mundi constitutionem per ipsa opera manifestas, & numerum electorum tuorum conseruas: ipse nunc respice super famulum tuum, qui promotetur ad legendum tuas sanctas scripturas populo tuo: da ei Spiritum sanctum, spiritum propheticum, qui seruum tuum Esdram instruxisti ad legendum leges populo tuo, & nunc inuocatus à nobis, instrue seruum tuum, & da ei vt laudabiliter perfectio commissio sibi munere, altiori gradu dignus efficiatur per Christum, cum quo tibi gloria & cultus, & Spiritui sancto in secula, Amen.

Iacobus Alphæi ego quoque dispono de Confessoribus:

De Confessoribus. Cap. XXIX.

Confessor non ordinatur, (pertinet enim hoc ad propositum, fortitudinemque animi) magno autem honore dignus est, vt qui confessus est nomen Dei & Christi eius in conspectu gentium & regum. Quod si illo est opus, in Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum ordinatur. Si verò Confessor aliquis non ordinatus, vsurpauerit sibi aliquam huiusmodi dignitatem, quasi confessionis occasione, deponatur & eiciatur: non enim est, quoniam negauit Christi dispositionem, & est infideli deterior.

Idem de Virginibus:

Cap. XXX.

Virgo non ordinatur: mandatum enim Domini non habemus: propositi enim est hoc certamen, non ad vituperationem nuptiarum, sed ad exercitium pietatis.

Cap. XXXI.

Et ego Lebbæus, cognomento Thaddæus, hæc de Viduis dispono:

Vidua non ordinatur. Sed si iam pridem virum amisit, & temperatè ac laudabiliter vixit, & domestica rectè gubernauit, vt Iudith & Anna, quæ fuerunt foeminae venerabiles, ascribatur in statum vidualem. Quod si nuper amisit coniugem, ei fides non habeatur, sed tempore iuuentus probetur: affectiones enim aliquandò consenscunt cum hominibus, nisi maiori freno reprimantur. Idem de Exorcista:

1. Cor. 7.

Iudith 8. Luc. 2.

Cap.

Cap. XXXII.

Exorcista non ordinatur: spontaneæ enim beneuolentiæ est hoc certamen, & gratiæ Dei per Christum, superuentione Spiritu sancti: nam qui accipit Charisma curationum, per reuelationem à Deo declaratur, cum pateat omnibus gratia, quæ est in ipso.

Cap. XXXIII.

Ego quoque Simo Cananites dispono, à quot Episcopis debet ordinari Episcopus.

Episcopus à tribus vel duobus Episcopis ordinatur. Si quis ab vno ordinatus Episcopo, deponatur ipse, & qui eum ordinauit. Quod si necessitas postulet ab vno ordinari, eò quod non possunt plures accedere propter persecutionem, vel propter aliquam huiusmodi causam, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum.

Canonis de Episcopis, Presbyteris, Diaconis & reliquis Clericis. Cap. XXXIII.

Idem de Canonibus:

Episcopus benedicit, non benedicitur: manus imponit, ordinat, offert, benedictionem ab Episcopis accipit, à Presbyteris nullo modo. Episcopus deponit quenuis clericum dignum depositione, excepto Episcopo. Solus enim non potest.

Presbyter benedicit, non benedicitur: benedictiones accipit ab Episcopo, & presbytero. eodem modo dat ipse compresbytero, manus imponit: non ordinat, non deponit, excòmunicat inferiores, si huius pœnæ rei extiterint.

Diaconus non benedicit, non dat benedictionem, accipit autè ab Episcopo vel Presbytero: non baptizat, non offert, offerente Episcopo vel Presbytero, ipse dat populo, non veluti sacerdos, sed veluti ministrans sacerdoti. Ex alijs Clericis, Diaconi officium facere liceat nemini.

Diaconissa non benedicit, sed nec aliquid ex ijs, quæ faciunt Presbyteri vel Diaconi, exercet ipsa, sed tantum portas custodit, & ministrat Presbyteris, quandò baptizantur mulieres, propter honestatem.

Diaconus excommunicat Hypodiaconum, Lectorem, Cantorem, Diaconissam, si quid tale contingat, absente scilicet Presbytero.

Hypodiacono excommunicare nõ licet, nec Lectori, nec Cantori, nec Diaconissæ: nõ clericum, non laicum: Sunt enim Diaconorum ministri.

De aqua & oleo ego Matthæus dispono:

Cap. XXXV.

Benedicat Episcopus aquam & oleum: si absit, benedicat Presbyter assistente Diacono. Quãdò aderit Episcopus, Diaconus assistat & Presbyter: dicat autem hoc modo:

Gratiarum actio de aqua & oleo.

Domine Sabaoth, deus virtutum, creator aquarum, & dator olei, misericors & benigne, qui dedisti aquam ad potum & mundiciem, oleum ad exhilarandum faciem in exultatione lætitiæ: ipse quoque nunc per Christum sanctifica hæc aquam & hoc oleum in nomine eorum, qui attulerunt, & da virtutem sanitatis effectricem, egritudinum expultricem, demonum fugatricem, omnibus insidijs aduersariâ per Christum, qui est spes nostra, quocum tibi gloria, honor, & cultus cum sancto Spiritu in secula, Amen.

Psal. 103.

Idem de primitijs & decimis. Cap. xxxvi.

Etiam præcipio omnes Primitias offerri Episcopo, & Presbyteris, & diaconis ad victum ipsorum. Decimas offerri ad victum reliquorum Clericorum, Virginum, & Viduarum, & ijs, qui sunt paupertate oppressi. Primitiæ enim sunt Sacerdotum & ministratum ipsi Diaconorum.

Idem de reliquis. Cap. xxxvii.

Benedictiones, quæ in mysticis sacris superant, de sententia Episcopi vel Presbyterorum, Diaconi Clero distribuât, Episcopo partes quatuor, Presbytero partes tres, Diacono partes duas: ceteris verò, Hypodiaconis scilicet, Lectoribus, Cantoribus, Diaconissis partem vnâ. Hoc enim honestum & acceptum est coram Deo, quemlibet pro sua dignitate honorari: Ecclesia enim non confusionis, sed ordinis & dispositionis est magistra.

Canonis varij Pauli Apostoli.

Cap. XXXVIII.

Et ego Paulus minimus Apostolorum hæc dispono vobis Episcopis & Presbyteris:

Qui primò ad mysterium pietatis accedunt, per Diaconos adducantur ad Episcopum vel presbyteros, & causæ exquirantur, cur ad dominicum sermonem acceperint, & ij, qui eos adduxerunt, testificentur, singula diligenter exponentes. exquirantur autem eorum mores ac vita, & an serui sint, vel liberi. Quod si quis seruus reperiatur, quærat ab eo, cuius domini sit: ac si hominis fidelis seruus fuerit, interrogetur dominus, an illum suo testimonio comendare velit. Si nolit, rejiciatur, quousquè se dignum apud dominum exhibeat. Si comendatur domini testimonio, recipiatur. Si sit Ethnici seruus, instruat quemadmodum placeat dño, nè blasphemetur verbum. Si habet vxorem, vel mulier si virum, doceatur contentus esse vterq; suo connubio. Si sint soluti, discant non fornicari, sed iustis nuptijs copulari. Si dominus fidelis, sciens seruum vel ancillam fornicari, tamen non dat seruo vxorem, vel ancillæ virum, excommunicatur.

Si quis demonem habet, erudiatur in pietate: sed non recipiatur in communionem, priusquam

usquam purgetur. Si mors instet, recipiatur. Si quis sit leno, vel lenocinium desinat, vel reijciatur.

Meretrix si accedat, vel desinat, vel reijciatur.

Artifex idolorum si accedat, vel arte desinat, vel reijciatur.

Scenicus si accedat, siue vir sit, siue mulier, auriga, gladiator, cursor stadij, ludius, Olympius, chorales, citharædus, lyristes, saltator, caupo: desinat, vel reijciatur.

Luc. 3. Miles si accedat, erudiatur nemini iniuriã facere, non calumniari, contentum esse suis stipendijs. si pareat, recipiatur: repugnans, reijciatur.

Pædico, cinædus, mollis, incâtator, astrologus, vates, venatorijs carminibus dās operam, nepos, circumforaneus, amuleta faciens, lustrator, augur, coniector, palmorum interpretis, obseruans in occurfu offensiones oculorum, pedum, auium, felium, carminū, auditionū symbolicarum, tempore probetur: nisi pareat, reijciatur.

Pellex, infidelis ancilla, soli domino obsequens, recipiatur. Si cum alijs intemperans fuerit, reijciatur.

Fidelis qui pellicem habet, si sit ancilla, desinat, & vxorem ducat: si libera, ducat eam in vxorem. Si nolit, reijciatur.

Græcos mores qui sequitur, vel Iudaicas fabulas, vel mutet se, vel reijciatur.

Theatralibus ludis qui dat operam, venationibus, equorum cursibus ac certaminib⁹, vel desinat, vel reijciatur.

Qui catechesi erudiendus est, per tres annos erudiatur. quod si virtute præditus sit, & erga Scripturam studium ostendat, recipiatur, quoniam non tēpus, sed animus estimatur.

Iohan. 6. Qui docet, quāuis laicus sit, peritus tamē sermonis & moribus grauis, doceat. Erunt enim omnes docibiles Dei.

Quilibet fidelis vir, mulierve summo manē excitatus è somno, antequam opus aggrediatur, lotus oret. quod si catechesi verbi est erudiendus, præponat operi verbū pietatis.

Fidelis benignè se gerat cum seruis, quem admodum in superioribus libris præcepim⁹, & in Epistola docuimus.

Quibus diebus oporteat quiescere seruos, ego Paulus, & ego Petrus disponimus.

CAPVT XXXIX.

Operentur serui quinque dies: in sabbato & dominica die quiescant in Ecclesia, propter doctrinam pietatis. Sabbatū enim diximus creationis habere rationem, dominicum resurrectionis.

Serui per totam magnam hebdomadam, & sequentē quiescant, quoniam illa ad passionem pertinet, alia ad resurrectionem, & est opus institui qui sit ille qui passus sit, & resurrexerit, & quis hoc permiserit & suscitauerit.

In Ascensione quiescant, quoniam est finis Christi dispensationis.

In Pentecoste quiescant propter præsentiam Spiritus sancti donatam ijs, qui in Christum crediderunt.

In natali festo quiescant, quoniam in eo inexpectata gratia data est hominibus, ut nasceretur Dei verbum Iesus Christus ex Maria Virgine propter mundi salutem.

In festo Epiphaniæ quiescant, quoniam in ea facta est manifestatio diuinitatis Christi, testificante ei Patre in Baptismo, & Paracleto in forma columbæ demonstrate eum, cui testificatio facta est.

In diebus Apostolorum quiescant: Magistri enim vestri in Christo fuerūt, & Spiritus vos participes fecerunt.

In die Stephani Protomartyris quiescant, & reliquorum sanctorum Martyrum, qui Christum propria vitæ anteposuerunt.

Quibus horis, & cur in eis orandum sit.

Cap. XL.

Preces vestras facite diluculo, tertia hora, sexta, nona, vespere & in galli cantu: diluculo gratias agētes, quoniam illuminauit nos Dominus expulsa nocte, & inducto die: hora tertia, quoniam illa hora Dominus sententiam Pilati accepit: sexta, quoniam tunc crucifixus est: nona, quoniam omnia comota sunt crucifixo Domino, perhorrescentia impiorum audaciã, & non ferētia ignominiam Domini: vespere gratias agentes, quod dedit nobis noctem diurnorum laborum requietem: in galli cantu, quoniam illo tempore nunciatur aduentus diei ad exercenda opera lucis.

Si propter infideles ad Ecclesiam iri non potest, domi cœtus cōgregabis ò Episcopo, nē pius ingrediatur ecclesiam impiorum. nō enim locus sanctificat hominem, sed homo locum. Quod si impij locum occupauerint, fugiendus tibi est is locus, quoniam ab ipsis prophanatus est. Nam vt sancta sacerdotes sanctificant, sic nefarij contāminant. Si nec domi, nec in ecclesia cœt⁹ celebrari possunt, vnusquisque apud se psallat, legat, oret, vel duo aut tres vnā congregati. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Fidelis vnā cum Catechumeno nec domi oret: non enim est equū, initiatum vnā cum eo, qui non est initiatus, coinquinari. Pius cum heretico nec domi oret: quæ est enim societas lucis cū tenebris?

Fidelis seruus & ancilla coniuncti, separentur, vel reijciantur.

Cap. XLI.

ET ego Iacobus, frater quidem Christi secundum carnem, seruus autē tanquam Dei vnigeniti, Episcopus autem ab ipso Domino & ab Apostolis Hierosolymarum ordinatus, hæc dico:

Vespere,

Vespere ò Episcopo congregabis ecclesiã, & dicto nocturno Psalmo, loquetur Diaconus pro catechumenis & dæmone agitatis, pro illuminandis & penitentibus, vt antè diximus. Quibus dimissis, Diacon⁹ dicit: Qui fideles sumus, rogemus Dominum. & postquam primam orationem absoluit, dicit:

Sermo nocturnus.

Salua & excita nos Deus per Christū tuū: Serigētes nos, petamus misericordias domini, & miserationes ipsius, Angelum pacis, bona & vtilia, Christianos Principes, vespere & noctem pacificam, & sinē peccato, atque omnē tēpus vitæ nostræ inculpabile, nos mutuo Deo viuō commendemus per Christum suum.

Et Episcopus orando dicat:

Gratiarum actio nocturna. Cap. XLII.

DEVS, qui nullo ortus principio, nullo sine terminaris, cūctorum creator per Christum atque gubernator, & ante omnia Deus ipse ac pater, spiritus, intelligibilium atque sensibilibium Rex, qui fecisti diem propter opera lucis, noctem ad requierem imbecillitatis nostræ: Tua est enim dies, & nox: tu enim præparasti lucem & solē: tu nūc Domine benigne ac bone, placidè suscipe hanc nostram vespertinam gratiarum actionem, qui nos traducis per longitudinem diei, & perducis ad initium noctis, custodi nos per Christum tuum, præbe vespere pacificam, & noctem sinē peccato, & dignos nos fac vita æterna per Christum tuum, per quem tibi gloria, honor, & cultus in sancto Spiritu in secula, Amen.

Psal. 73.

Et Diaconus dicat, Inclinate vos manū impositioni.

Et Episcopus dicat:

Cap. XLIII.

DEVS Patrum, & Domine misericordiar, qui sapientia tua condidisti hominem rationale animal, & vnū Deo charum ex ijs, qui sunt in terra, & dedisti ei vt imperaret ijs, quæ sunt in terra, & cōstituisti sententia tua principes & sacerdotes, illos ad securitatem vitæ, hos ad iustam seruitutem: Ipse quoque nunc inclina Domine omnipotēs, & ostende faciem tuam super populū hunc, inclinātem colla cordis sui, & benedic ei per Christum, per quem illuminasti nos lumine cognitionis, & reuelasti nobis te ipsum, quo cum tibi digna debetur adoratio ab omni rationali & sancta natura, & Spiritui Paracleto in secula, Amen.

Et Diaconus dicat, Ite in pace. Eodē modo diluculo diaconus dicto matutino, & dimissis Catechumenis, Energumenis, baptizandis, & penitentibus, habitoq; sermone debito, (nē iterum eadē dicamus) subiungat post illa verba: Salua eos Deus, & excita in gratia tua. Petamus à domino misericordias ipsius & miserationes, diluculum hoc & diē

pacificum & sinē peccato, & omē tēpus peregrinationis nostræ, Angelum pacis, Christianos Principes, propitium & benignū deum, nos mutuo viuenti Deo commēdemus per vnigenitum suum.

Et Episcopus orans, dicat:

Cap. XLIII.

DEVS spiritum atque omnis carnis incomparabilis, nullo indigēs, qui dedisti solem in potestatem diei, & lunā & astra in potestatem noctis: ipse quoque nunc respice super nos benignis oculis, & recipe matutinas nostras gratiarum actiones, & misereere nostrū: non enim expādimus manus nostras ad Deum alienum: non enim est nobis Deus recens, sed tu æternus & infinitus: qui nobis per Christum præbuiisti vt essemus, & per eundem largitus es vt benē essemus: ipse nunc per eum dignos fac vita æterna, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, & sancto spiritui in secula, Amen.

Psal. 135.

Et Diaconus dicat, Inclinate vos manū impositioni.

Et Episcopus iterum oret, dicens:

Manū impositio matutina.

Cap. XLV.

DEVS fidelis & verus, qui facis misericordiam in millia & decem millia diligētibus te, qui es amicus humilium, & pauperum, cuius omnia indigent, quoniam omnia seruiunt tibi: respice super hunc populum tuum inclinantium tibi capita, & benedic eis benedictione spirituali, custodi eos vt pupillam oculi, conserua eos in pietate & iustitia, & fac dignos vita æterna in Christo Iesu dilecto puero tuo, cum quo tibi gloria, honor, & cultus vnā cum sancto Spiritu nunc & semper & in secula seculorum, Amē. Et Diaconus dicat, Ite in pacē.

Benedictio Primitiarum. Cap. XLVI.

SUPER primitijs quæ offeruntur, Episcopus gratias agat ijs verbis: Gratias agim⁹ tibi Domine omnipotens, cūctorum opifex & prouisor per vnigenitum filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum, de oblati tibi primitijs, non quidem quātum debemus, sed quātum possumus: Quis enim hominū dignè tibi gratias agere posset pro ijs, quæ dedisti eis in perceptione? De Abram, Isaac, & Iacob, atq; omniū Sanctorū, qui omnia produxisti per verbum tuum, & iussisti terræ, vt varios ferret fructus in lætitiā & escā nostrā, qui dedisti crassioribus & rudioribus herbiuoris animātibus herbā, alijs carnē, alijs semina, nobis frumentū in victū opportunum & accommodatū, aliāq; varia partim ad vsū, partim ad valetudinē, partim ad delectationem: ob hæc igitur omnia & supra modū celebrāndus, de beneficijs, p Christum in omēs collatis, per quæ tibi gloria, honor, & cult⁹ in sancto spiritu in secula, Amē.

Allo-

Allocutio pro defunctis. Cap. XLVII.

Oratio pro defunctis.

DE ijs autem, qui quieverunt in Christo, postquam Diaconus absolvit orationem, ne idem repetam, haec addet: Pro quiescentibus in Christo fratribus nostris rogemus, ut benignus Deus, qui huius animam suscepit, dimittat ei omne delictum voluntarium & involuntarium: & propitius illi factus, collocet eum in regione piorum & beatorum in sinu Abraham, Isaac, & Jacob: cum omnibus, quae seculo placuerunt illi, & fecerunt voluntate ipsius, unde abest dolor, tristitia & suspirium.

Excitemus nos, & in vicem commendemus nos aeterno Deo per verbum, quod erat in principio.

Et Episcopus dicat:

Qui immortalis natura es, & nullo sine terminaris, a quo omne immortale & caducum prodijt: qui rationale animal hominem mundi civem, mortale in sua constitutione fecisti, & promissisti ei resurrectionem: qui Enoch & Eliam mortem experiri non permisisti, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, non mortuorum, sed viventium Deus, quoniam omnium animae apud te vivunt, & iustorum spiritus in manu tua sunt, quos non attinget tormentum: omnes enim sanctificati sub tua manu sunt. Ipse quoque nunc respice super hunc servum tuum, quem recepisti in altera vitam, & condona ei, si quid volens vel inuitus deliquit: & angelos placidos constitue ei, & colloca eum in sinu Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, & omnium, qui tibi a seculo placuerunt, ubi non est tristitia, dolor, neque horror, sed coetus piorum & letantium, & terra rectorum beata videntium gloriam Christi tui, per quem tibi gloria, honor, cultus, gratiarum actio, & adoratio in sancto Spiritu in secula. Amen.

Et Diaconus dicat: Inclinamini, & benedictionem accipite.

Et Episcopus agat gratias pro eis ijs verbis: Salva Domine populum tuum, & benedic hereditati tuae, quam redemisti precioso sanguine Christi tui. Pasce illos in dextera tua, & tege illos alis tuis, & da eis bonum certamen certare, cursum consummare, fidem servare constanter & laudabiliter, per Dominum nostrum Iesum Christum dilectum puerum tuum, per quem tibi gloria, honor, & cultus in sancto Spiritu in secula. Amen.

Quomodo oporteat & quando fidelium defunctorum memorias celebrare: & quod de facultatibus ipsorum erogandum sit pauperibus. Cap. XLVIII.

ERAGATUR dies tertius mortuorum in psalmis, in lectionibus, atque orationibus propter eum, qui tertia die resurrexit. Item nonus in commemorationem superstitum atque defunctorum: etiam quadragesimus, secundum veterem formam. Mosen enim hoc modo populus luxit: nec non anniuersarium pro

Gen. 5. 4. Reg. 2.

Matth. 22. Sapien. 3.

2. Tim. 4.

Deut. 34.

memoria ipsius, deturque de illius facultatibus pauperibus in commemoratione ipsius.

Quod impios morientes nihil iuvant memorie vel mandata. Cap. XLIX.

HAEC de pijs dicimus: nam de impijs, & si omnes mundi facultates dares pauperibus, tamen nihil eis prodesse. Nam qui vivo infensus erat Deus, certe eidem mortuo est iratus: non est enim iniustitia apud eum. Iustus est enim Dominus, & iustitias dilexit. Et ecce homo, & opus eius.

De vinolentis. Cap. L.

QUI ad memorias eorum vocamini, cum modestia & cum Dei timore comedite, veluti valentes legatione fungi pro mortuis: cum sitis Presbyteri & Diaconi Christi, sobrii esse debetis, & priuatim, & cum alijs, ut possitis intemperates coercere. Dicit autem Scriptura: Dynastae sunt iracundi, vinum vero non bibant, ne, cum biberint, obliuiscantur sapientiae, & recta iudicare non possint. Quare Presbyteri & Diaconi post Deum omnipotentem & dilectum filium eius, sunt Ecclesiae Dynastae: quod non ideo dicimus, ne bibant: nam cetero qui cotumelia afficeret id, quod a Deo creatum est in letitiam: sed ne vinolentiae studeant: non enim dixit Scriptura, ne bibas vinum, sed quid dicit? Noli bibere vinum ad ebrietatem, & iterum, Spinam nascuntur in manu ebrii, quod non solum de Clericis praecipimus, sed etiam de oibus laicis, super quos inuocatum est nomen Domini nostri, Iesu Christi: nam ipsi quoque dicitur est, Cui vesperi tumultus: cui tristitia & nuge? cui liuidi oculi? cui contritiones superuacuae? non ne commorantium in vino, & inuestigantium ubi potationes fiunt?

De recipiendis ijs, qui per Christum persecutiones patiuntur. Cap. LI.

RECIPITE eos, qui persecutionem patiuntur per Christum, & fugiunt de ciuitate in ciuitatem, eo quod sermones Domini in memoria habent. Fugiunt enim quoniam sciunt spiritum promptum, carnem infirmam esse, & bona sua relinquunt diripienda, ne confessionem nominis Christi abijcere cogantur. Erogate igitur eis in usum, mandato Domini obsequentes.

Quod vnusquisque manere debet in ea sorte, in qua est collocatus, & ordinem seruare, & non arripere quae sibi commissa non fuerunt. Cap. LII.

ILLUD autem communiter omnes precipimus, ut vnusquisque maneat in ordine sibi tradito, nec fines transeat: non enim nostri sunt, sed Dei: Nam qui vos audit, (inquit Dominus) me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui vero me spernit, spernit eum qui misit me. Nam si in anima rectam ordinis dispositionem

Prou. 32.

Prou. 23. Eccle. 31. Prou. 26.

Prou. 23.

Matth. 26.

Luc. 10.

Psal. 103. Iob 38.

Num. 16. 2. Para. 26.

Exo. 33.

Num. 12.

1. Reg. 13.

2. Par. 26.

3. Reg. 12.

sitionem conseruat, nox, dies, sol, luna, astra, clementia, solstitia, menses, hebdomadae, dies, hora, & impositae sibi necessitati obediunt, secundum illud, Posuisti terminos, quos non pertransibunt. & iterum de mari, Posui & terminos circumponens claustra & portas: Dixi autem ei, Hucusque venies, & non transgredieris: quanto magis vos nihil debetis commouere ex ijs, quae nos, diuinae secuti auctoritate, vobis praescriptum? Sed quoniam plerique leue hoc putant esse, ideo ordines confundere audent, & vnicique attributa ordinationem perturbare, arripientes sibi dignitates non commissas, & tyrannice vendicantes sibi ea, quorum non habent potestatem: Ideoque Deum iritant veluti Coritae, & Rex Ozias, qui praeter fas, praeterque Dei voluntatem sacerdotium inuaserunt, ex quibus Coritae incendio conflagrarent, Ozias in lepram incidit. Iritant quoque Spiritum sanctum, cuius testimonium euertunt. Quare prospicientes periculum impendens talium rerum auctoribus, negligentiamque in sacrificijs & Eucharistia prouenientem ex eo, quod offeruntur ab ijs, quos non decet, quique ludunt Pontificalem honorem, institutum ad magni Pontificis Iesu Christi Regis nostri imitationem: propterea necessarium duximus, ut de ijs rebus admoneremus. Dicimus itaque: Mosen DEI seruum, quem Deus facie ad faciem alloquebatur, veluti si quis cum amico loqueretur, cui dixit, Noui te praeter omnes: cui coram loquebatur, non per species, nec per angelos vel enigmata. hunc igitur virum dicimus diuinarum legum ratione tradente praescripsisse, quae a Pontificibus administrari conueniret, quae a Sacerdotibus, quae a Leuitis, vnicique proprio & suo muneri accommodato cultu distributo: atque ea quidem, quae Pontificibus praecipua fuerant, nefas erat sacerdotem attingere: quae sacerdotibus mandabantur, ab ijs Leuitae repellebantur: sed quilibet intra commissi sibi ministerij fines se continebat: quos si quis transire volebat, extremo supplicio puniebatur. Hoc vero maxime docuit Saulis audacia, qui cum sacrificare decreuisset sine propheta ac pontifice Samuele, suscepit in se peccatum execrationemque irremediabilem, neque Prophetam deterruit, quod a se Rex vnctus fuisset. Idem euidentius ostendit DEVS in Ozie facto, a quo nulla interposita mora, commissi sceleris poenam expetiuit: & qui sacerdotium concupiuerat, regno est spoliatus. Nostras res fortasse non ignoratis, scitis enim a nobis Episcopos, Presbyteros, & diaconos vocari, oratione & manu impositione, differentia nominum, rerum differentiam indicantes: non enim vnusquisque prout vult, apud nos implet manum, (quemadmodum regnate Ieroboamo, nefarius sacerdotum mos fuit in illo vitulae piaculo) sed qui a DEO vocatur. Nam nisi propria quadam iura essent, atque ordi-

num discrimina, satis esset ut per vnum nomen vniuersa perficerentur. Sed a Domino edocti consequentiam rerum, Episcopis Pontificatus munera assignauimus, Presbyteris sacerdotum, Diaconis ministeria erga utrosque, ut quae ad religionem pertinent, pure perficerentur. Nam nec Diacono fas est offerre sacrificium, vel baptizare, aut benedictionem parua vel magna facere: nec Presbytero, ordinationes exercere: impium est enim, ordinem peruertere: non enim est Deus confusio-nis, ut inferiores superiorum officia tyrannice sibi vendicent, noua instituta sibi fingentes in detrimentum suum, ignorantes durum sibi esse contra stimulum calcitrare. Non enim vel nobis vel Episcopis aduersantur huiusmodi homines, sed omnium Episcopo & Pontifici Patris Iesu Christo Domino nostro, a Mose enim deo charissimo Pontifices instituti sunt, sacerdotes, Leuitae, a Salvatore nostro nos tresdecim Apostoli, ab Apostolis ego Iacobus, & ego Clemens, & nobiscum alij, ne iterum omnes numeremus. Communiter ab omnibus nobis, Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, Lectores. Primus igitur natura Pontifex est vnigenitus Christus, qui non sibi ipse honorem arripuit, sed constitutus est a Patre, qui propter nos factus homo, & spirituale sacrificium offerens Deo & Patri suo, ante passionem nobis solis praecipit hoc facere: quamquam praesentes nobiscum essent alij, qui in ipsum crediderant: sed non omnino omnis qui credit, continuo sacerdos est, & pontificium consequitur honorem. Post autem assumptionem ipsius, nos oblato secundum eius ordinationem sacrificio puro & incruento, constituimus Episcopos, presbyteros & Diaconos numero septem, e quorum numero vnus erat Stephanus beatus Martyr, qui in amore erga Deum nobis non erat inferior: quique adeo fide sua pietatem charitatemque erga Dominum nostrum Iesum Christum ostendit, ut pro ipso animam tradiderit, a Iudaeis Domini intersectoribus saxis percussus. Sed tamen talis ac tantus vir, qui spiritu seruens erat, & qui vidit Christum a dextris Dei, & caeli portas apertas, nusquam apparet ijs officijs, quae Diaconiae non conueniunt, esse usus, vel sacrificium obtulisse, vel manus alicui imposuisse, sed vsque ad finem Diaconiae ordinem seruasse. Ita enim erat decus, ut Christi martyr ordinis dispositionem seruaret. quod si qui Philippum Diaconum nostrum, & Ananiam fidelem fratrem producant, quorum alter Eunuchum baptizauit, alter me Paulum: ignorat ipsi id, quod nos dicimus: nam dicimus neminem sibi arripere debere sacerdotalem honorem, sed vel a Deo esse accipiendum, quod fecit Melchisedech & Iob: vel a Pontifice, ut Aaron accepit a Mose. Quare Philippus & Ananias non ipsi se elegerunt, sed a Christo promoti sunt in comparabili Deo.

Heb. 5.

Act. 6.

Act. 7.

Act. 8. & 9.



VNC in animo est aliqua in ijs libris percurrere, quae nisi explicarentur, Ie-
coris studium possent retardare. quod faciam in paucis quibusdam locis an-
notandis: non enim statui scholia in singulas sententias scribere, sed tantum pau-
ca, quae dubitationem aliquam habent, illustrare.

EX PRIMO LIBRO.

In Cap. 3. ex Euangelio non solum vltio inimicorum prohibetur, sed etiam dilectio et amor
erga eos praecipitur. seruauit enim saepe hoc antiquitas, vt Consilia quae appellantur, in praecipis
numerat et.

In Cap. 4. ne pruritu vexatus et c. hanc ego puto esse veram huius loci sententiam. Iubet ton-
deri capillum, ne eo culto proouocentur mulieres ad amorem. Inquit igitur: si capillum nutrias,
neesse erit tibi obpruritu scalpere caput ac lacerare: ad hanc vero molestiam fugiendam, caput
comptum et ornatum te habere oportebit, idque vnguentis perfundere, quo mulieres allicentur
ad libidinem. ergo rondo capillum, ne capitis cultu opus habeas.

Sophista q.

In Cap. 7. [si sophistica] est nonnullis suspectum, qui si considerarent, sophistarum nomen
fuisse aliquando in laude, atque ita appellatos eos, qui sapientiam et rerum omnium scientiam
profiterentur, certe nihil de eo dubitarent. Clemens ergo Graecorum disciplinis eruditus, sophistica
ea vocat, quae ab hominibus doctis et vitae magistris, sapienter sunt tradata.

In eodem Cap. duo dicit a Christo antiquata, deuterofes, quas Hieronymus humanas traditio-
nes, Epiphanius seniorum traditiones appellat. eas vero teste eodem Epiphanio in primo contra haer-
eses libro Iudaei habebant quatuor libris digestas, quibus traditi erant ritus et caeremoniae, quas
amatoribus suis seruandas acceperant, quasque Dominus in Marci Euangelio repraesentat.

Marc. 7.

Etiam inducta et adiecta qua dicuntur, Christus abrogauit, quae acceperunt Decalogo. Ea
sunt sacrificia, expiationes, atque aliae caeremoniae praecepta Hebraeis, postquam in Aegyptiam su-
perstitionem imitari, absente Mose, vitulum adorauerunt. Iudicauit enim Moses, cum gens He-
braeorum prona ad malum, diuinam legem, liberam aique a natura in hominum animis insitam fa-
cile contemneret, eam ita in officio posse contineri, et a cultu simulacrorum abduci, si assidua ac
necessaria rerum diuinarum occupatione detineretur. Inducta, quae dicitur mutata in melius, vt ipse
alio in loco declarat, tria sunt: Sacrificia, quibus successit incrementum Eucharistiae sacrificium:
Adpersiones, quae mutatae sunt in baptismum: Adoratio, quae tunc certo loco fiebat, nunc patet a
solis ortu ad occasum: in omni enim loco sacrificatur et offertur nomini eius oblatio munda.

Mal. 1.

In eodem Capite mirum videri non debet, lectionem librorum prophanorum ab Apostolis pro-
hibitam, qui in primis illis pietatis rudimentis, vt abolerent omnia gentilitatis vestigia, non solum
illa prohibuerunt, quae sua sponte Christianae pietati aduersabantur, cuiusmodi erant sacrificia,
et reliquus deorum cultus, sed etiam omnia illa, quae suis admonitionibus refricare poterant ve-
teris erroris memoriam. Confirmata vero religione, cum iam homines non fierent, sed nascerentur
Christiani, liberior fuit legendorum huiusmodi librorum consuetudo, adhibito tamen iudicio atque
delectu, vt ex illorum lectione fideles fructum capere, et ad pietatem possent proficere. Scripsit Ba-
siliius arcum libellum de vtilitate capiendae ex Graecorum disciplinis: quem auctorem sequentes,
fructuose huiusmodi libros legimus.

In Cap. 10. prohibentur mulieres lauare vna cum viris, quod idem prohibuit Conc. Laodic.
Can. 30. et sexta Syn. Can. 77.

EX LIBRO SECVNDO.

In Cap. 29. [Decimae salutaris, initium nominis Christi.] hoc dicitur, quoniam nomen
Iesu a Iota incipit, qua litera Graeci notant numerum denarium.

In Cap. 30. [vt qui Dei dignitate ornatus est, quatenus clero praest, et omni Eccle-
siae,] hanc eandem sententiam apercius atque distinctius expressit S. Ignatius in Epistola ad Smyrn.
ijs verbis, Ego autem dico, honora Deum vt auctorem cunctorum ac Dominum, Episcopum vero
vt Pontificem, imaginem gerentem, quatenus imperat, DEI: quatenus sacerdotalia exercet,
Christi.

Obserua

Obserua in eodem Capite, in Ecclesia membris contineri mysticas significationes per quaedam
accommodata, et (vt ita dicam) appropriata muneribus, cum omnia in Ecclesia ita constituta sint,
vt (quoad possum) diuinam similitudinem referant ac significant. Porro quod de Viduis dicitur,
eas altaris similitudinem imitari: id dictum opinor, ad significandam constantiam ac firmitatem
propositi earum in statu viduali: et quod pietatis officia, quae in eas et in orphanos conferuntur,
sunt quasi victimae in altari collocatae ad faciendum holocaustum DEO. Virgines thuribulum si-
gnificant propter virginitatis fragrantiam, et illos ex purissimis earum corporibus atque animis
afflatis odores, qui non solum per Ecclesiam diffusi omnia suavitate complent, sed etiam in caelum
sublati Deum delectant.

In Cap. 31. quod tr aditur, non esse arripiendum sacerdotij honorem, sed capiendum ab eo, qui
diuina potestate ius obtinet illud alijs dandi, atque alia, quae diuinitus a Clemente exposita, ad huc
locum pertinent, habentur in Dionys. de Eccl. Hierar. cap. 15. vt perspicuum sit, vt utrunque hanc do-
ctrinam, ex eisdem fontibus hausit, literarum monumentis commendasse.

In Cap. 52. Presbyter et quae nominantur, sunt viduae, ita enim eas appellat in tertio libro cap.
5, quarum aliae sunt illae Presbyterae, quarum mentio fit in Conc. Laod. Can. 31.

In Cap. 59. noli mirari Iacobum fratrem Domini extra duodecim Apostolos numeratum, fuit
enim haec constans non modo Clementis, sed etiam Eusebij, Epiphaniij, Ambrosij, atque aliorum
sententia, cui non obstat, quod in Epistola ad Galatas Paulus eum Apostolum nominat et colu-
mnam, cum ampliori vocabulo dicti sint Apostoli, qui praeter duodecim ad propagandum Euan-
gelium missi, Apostolatus munere fungebantur: quemadmodum dicimus S. Martialem Apostolum
Galliarum fuisse, merito autem Iacobus columna videbatur, cum esset Hierosolymitanorum Epi-
scopus, omniaque ad stabilendum Ecclesiae statum pertinentia, vna cum Apostolis administraret.

In Cap. 60. sunt haec verba: [Glorificent solum Deum, vnum et verum per vnigenitum
Christum:] quae nullam nobis gignere debent suspicionem erroris, quasi non faciant filium hono-
re ac diuinitate parem, vnusque atque eiusdem naturae cum patre, nam cum sint translata ex Eua-
gelio Ioannis, vt cognoscant te solum Deum verum: interpretatio, qua illa sententia exponitur,
debet quoque ad hunc locum accommodari. Eadem verba, de Christo loquens, scripsit S. Ignatius
in Epistola ad Magnesios: Ihs, qui extra ciuitatem manebant, vnum et solum verum Deum nunci-
auit. Sed erit locus opportunior, et magis proprius de hac ipsa re accuratè dicendi.

Iohan. 17.

Caput sexagesimum primum continet informationem quandam eorum, quae in octauo libro di-
stinctius et accuratius describuntur. in eo enim traditur integra sacrorum ratio, vt nihil possit de-
siderari: hic breuis anticipatio eorum, quae ibi fusius exponuntur.

In eodem cap. Pastophoria existimo fuisse tabernacula quaedam, quasi armaria in fronte tem-
pli vtrinq; posita, in quibus Eucharistia, vestes, et vasa sacra condebantur.

Osculum mysticum, in hoc ipso loco dari solitum, affirmat Dionysius, cum agit de synaxi. Cy-
rillus in mystagogicis orationibus. Laodic. Conc. in Can. 19.

In Cap. 32. Mentio fit Agapae. Christiani enim in principio religionis, in Ecclesiam conueni-
tes, simul epulabantur: ea conuiuia, quoniam amore et charitate mutua celebrabantur. Agapae sunt
dicta: quae quod confessionem Ecclesiae Corinthiorum afferrent, repraesentatae sunt ab Apostolo, sed
nihilominus saltem in alijs Ecclesijs diu manserunt. Eas post longum tempus prohibuit Conciliū
Laodicenum, ne scilicet in Ecclesijs fierent, et postea Cartaginense: manserunt tamen: nam Ca-
nones Constantinopolitani, qui longo post tempore scripti sunt, de eis sanxerunt, nunc omnino in
disuetudinem atque obliuionem abiierunt.

1. Cor. 11.

In Cap. 63. praecipitur, vt in sabbato ac die Dominico Christiani frequentius accedant ad Ec-
clesiam. Quantum attinet ad sabbatum, mos fuit praescorum, vt eo die quoque caeterus celebraretur,
et diuinae scripturae legerentur, de quo nobis forsitan alio loco agendum erit.

Tres ille solemnes preces, quae die Dominico concipiebantur, patebunt in octauo libro:
earum quoque mentio fit in Conc. Laod. Can. 19.

EX TERTIO LIBRO.

In Cap. 10. magnas benedictiones puto eas appellari, quae sunt propriae Episcoporum: paruas,
quae licite erant presbyteris.

In Cap. 11. ministri sunt ij, qui alio nomine dicti sunt Subdiaconi, quod alio loco patebit, et Co-
cilium Laod. eorum mentionem facit. lege in eo Theodorum Balsamonem.

Can. 20. 21.
&c.

In Cap. XV. & XVI. quae de vngendis catechumenis dicuntur, item de Chrismate, eadem
habentur in Dionysio in capite de baptismo, et in Cyrillo in secunda et tertia catechesi mysta-
gogica. in ijs cognoscis, quod idem in alijs vetustis scriptoribus obseruatur, morem fuisse vt
statim

In Eccle-
siast. Hierar.

statim post baptismum, Christum sacramentum daretur.

In Cap. 17. vides appellari Patrem super omnia Deum, quod idem in alijs locis inuenies: estque idem loquendi modus consuetus Ignatio, qui in Epistola ad Philippenses disputans contra eos, qui confundebant Patris & Filij personam, sic inquit: Quomodo non videtur tibi Christus natus ex virgine, sed esse is qui est super omnia Deus? & ad Tarsen. de eisdem hæreticis scribens: Alij dicunt, quod ipse est, qui est super omnia Deus, quod non ideo dictum est, quasi creditum sit ab eis, Deum verbum, non esse item supra omnia Deum, legent enim Paulum dicentem, Quorum Patres illi, ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus supra omnia in secula, amen. Quid igitur causa est, cur Deum Patrem solum sic vocauerint? Autoritas Principij, siue (vt antiqui Patres locuti sunt) excellentia causa efficit, vt prisci illi omnem eminentiam, soli Deo patri tribuerint, non quod illam Verbo & Spiritui sancto detrabere voluerint, (longè enim abest talis ab eorum pietate sententia) sed quia hanc auctoritatis præstantiam Patri, qui est fons & origo diuinitatis, tribuendam consueverunt, quod nonnullis testimonijs confirmabo. S. Ignatius ad Philippenses tractans illa verba, quibus Dominus à se reiecit diabolus, Vade retrò Sathana, scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis & c. in persona Christi sic inquit, Ego cognosco qui sum, & à quo sum missus, & quem adorari oportet: Dominum enim Deum tuum adorabis, & illi soli seruias: noui illum vni, agnosco illum solum, à quo tu defecisti: non sum Deo aduersarius: confiteor excellentiam: scio meæ generationis auctorem patrem. Et ad Smyrnenes ita scribit, Qui rogauit, ne desiceret Apostolorum fides, non quasi ipse non satis esset vt illam seruaret, sed quod gaudebat excellentia Patris. S. Epiphanius in eo libro, qui Ancretus dicitur, vsus erat aduersus Arianos illa Christi sententia, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. illi verò ita ad eam respondebant, quod in ea Pater appareret primus operator, atque ita constaret eum filio esse præstantiorem, Hoc à Ariane (inquit Epiphanius) stultè dicit, & multa principia vs in diuinitate intelligere, vnum verò est principium, & eadem atque vna diuinitas. Non reijcit autem à se Filius Patris honore, sed ostendit quomodo se habeat ipsa diuinitatis consequentia. Hæc Epiphanius. Cum ergo honor Patri tribuitur, non eo fit, quod idem honor non sit tribuendus filio, sed vt demonstretur diuinitatis consequentia, hoc est, ordo originis, quemadmodum Filius eterno ortu à Patre naturam accepit. Hanc questionem multò expressius declarat S. Basilius in libro, quem scripsit contra Eunomium, in quo diligenter tractat illum locum, Pater maior me est: longamque eius rei disputationem concludit vs verbis: Reliquum est igitur, vt maius, hoc in loco dicatur secundum causam rationem: Quonia enim à Patre Filij principium atque origo est, secundum hoc maior est pater, vt causa & principium. Propter ea Dominus sic dixit, Pater maior me est, scilicet quatenus Pater est. Pater verò quid aliud significat, quam quod est principium & causa illius, qui ab ipso est ortus? Non discessit ab hac sententia S. Hilarius, qui in nono libro de Trinitate sic scripsit: Donantis auctoritate Pater maior est. Nunquid per domi confessionem Filius minor est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est, cui vnum esse donatur. ait enim, Ego & Pater vnum sumus. si hoc non donatur Iesu, vt confitendus sit in gloria Dei Patris, minor Patre est: si autem in eadem gloria ei donatur esse, qua Pater est, habes & in donantis auctoritate, quia maior est, & in donati confessione, quia vnum sunt. Maior itaque Pater filio est, & plane maior, cui tantum donat esse, quantus est ipse, cui inuisibilis imaginem sacramento naturæ impartit, quem ex se in forma sua generat. hæc Hilarius, quam sententiam non semel in suis libris exposuit. Hanc auctoritatem principij in Patre considerantes prisci illi, omnem dignationem ei soli tribuere videntur. Multa enim huiusmodi in Clemente legimus, in Pastore, Ignatio, Iustino atque alijs, qui ante Ariam hæresim vixerunt, qui omnes vnam in tribus personis essentiam, paremque maiestatem venerati, tamen celebrauerunt originem. Postquam autem Arius cepit filij dignitatem minuere, & alij Spiritum sanctum in numerum creaturarum aggregare: Patres, omisso huiusmodi loquendi more, quem Euangelistarum & Apostolorum loquendi modum imitata tenuit antiquitas, apertis verbis tres personas æquales prædicauerunt, nihilque vni tribuerunt, quod non item cæteris tribuerent. Hoc enim fieri solet, cum existunt hæreses, vt quod antea omitti posse videbatur, cum nulla de eo esset controuersia, orta hæresi id diligenter, plane, aperte sit enucleandum, atque ita ex hæresum immani peste hoc boni consequitur Ecclesia, vt sententiæ fidei, quæ antea nunquam agitata obscure videbantur, postquam oppugnari ceperint, illustrentur atque declarantur. Hæc fusius dixi, propterea quod in Clemente aliqua sunt, quæ ad hanc normam dirigi oportet. Tu verò cum in ea incidis, eam adhibe moderationem, quam tibi fontes ostendunt, quod statim serua in ea sententia, quæ in eodem capite de Spiritu sancto habetur, quem dicit à Christo doceri, & Christum annunciare. Translatum est hoc ex 16. Capite Ioannis, sic dicentis: Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quaecunque audiet loquetur: & quæ ventura

sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. In quibus verbis, propter Spiritus sancti à Patre & Filio progressionem, agnosce in duobus spiritoribus auctoritatem vnius principij, in Spiritu sancto nullam alienam ab ipsa natura differentiam. Quod autem ita interpretari debeamus loca, quæ tam in scripturis, quam in priscis patribus videntur Spiritus sancti maiestatem non ita extollere, docet. S. Basilius in eodem libro contra Eunomium, qui eadem via progrediens, quæ de filio dixerat, ea accommodat ad Spiritum sanctum, eius verba hæc sunt: Quæ est necessitas, vt si dignatione atque ordine tertius sit Spiritus sanctus, sit quoque natura tertius: nam quod obrineat secundas post filium partes, fortasse pietatis ratio id tradit, tertia verò vt natura, nec ex sanctis Scripturis didicimus, neque veluti consequens eorum, quæ dicta sunt, concludere possumus. Nam quemadmodum Filius ordine secundum post patrem locum habet, quoniam ab illo est generatus, & dignatione, quoniam principium & auctor ipsius Pater est, & quoniam per eum aditum & accessum habemus ad Patrem: natura verò nullo modo est secundus, quonia vna est in verò diuinitas: ita Spiritus sanctus, & si ordine ac dignatione Filio est submissus, vt hoc omnino concedamus non tam eo modo, vt quasi differentis ab ipso natura existat.

Quod dicitur in eodem Cap. Spiritum sanctum assumi vt restem, translatum est à xv. capite Ioannis, sic dicentis: Cum autem venerit Paraclætus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

In Cap. 20. obserua Presbyteri officia, quæ sunt hæc, docere, offerre, baptizare, benedicere populo: quorum quidem habet potestatem Presbyter, sed tamen illum exercere non potest, nisi concedente Episcopo. Lege Ignatium Smyrnenes sic instituentem, Nemo sine Episcopo aliquid agat eorum, quæ ad Ecclesiam pertinent. Illa firma Eucharistia conseatur, quæ sub Episcopo fuerit. Et paulo post, Non liceat sine Episcopo baptizare, nec offerre, neque sacrum facere, quod idem de reliquis muneribus censendum est. Nam hæc ipsa munera, quæ nunc contemnuntur, in veteri Ecclesia exercebant Episcopi, vt aliquando sola causa fuerit accersendi Episcopum absentem in Pascha tempore, vt Catechumenos instruere & baptizare posset. De Eucharistia vides in Clemente, Episcopum semper illam peragere: de docendi munere nihil dico, cum in hoc præcipue versetur Episcoporum officium. Hoc verò est intelligendum, quod quanquam Presbyteri docendi munus habebant, tamen summari & doctrinæ iudicium Episcopo reueruabatur, immò præsentem Episcopo Presbyteri desinebant munus suum, nisi ille aliud iuberet.

EX QUINTO LIBRO.

In capite 7. Considera auream illam sententiam de baptismo sanguinis, cur Catechumeni cum eo morientes salui fiant. Re ipsa enim commoruntur Christo, alij in figura. Hæc scribere venit mihi in mentem alterius præclaræ sententiæ S. Cyrilli, quæ fusius eandem rem explanat. Ea scripta est in secunda mystagogia vs verbis: O rem nouam & admirabilem, non verè mortui sumus, neque sepulti, neque verè crucifixi surreximus. In veritate tamen saluamur. Christus sic crucifixus est, & re ipsa sepultus & verè resurrexit: atque hæc omnia nobis donauit, vt imitatione, passionum suarum participes facti, re ipsa salutem consequamur.

In Cap. 12. Quod de herco desio dicitur, vel fortè mendesio, (nam ita quoque dici potest, si illud mendesio, quod in Græco præmittitur, sit syllaba) mihi id cuiusmodi sit, compertum adhuc non est, fortè enim alij locum hunc illustrabunt.

In cap. 16. Considera rem insignem, scilicet Iudam abfuisse cum data est Apostolis Eucharistia. Cyprianus enim secus sentit, in sermone de ablutione pedum, & Augustinus in Epistola 163, & in explicatione decimi Psalmi, & in sexto tractatu in Euangelium Ioannis, & Chrysostomus in sermone de latrone. Theophylactus, et si idem sentit, tamen agnoscit eam opinionem, qua alij affirmat Iudam non abfuisse, nec eam reijcit. Existimauit aliquando Dionysium Areopagitam hoc affirmare, quod si certum haberem, vix iam fas esse ducere secus opinari: sed tamè cum Dionysij verba diligentius expendere, non ita certa mihi visa est eius sententia. Tantum enim affirmat Christum Eucharistia auctorem iustissime excludere eum, qui non sanctè atque ad imitationem sui sacro conuiuio interfuit. Quæ quidem sententia hoc non obscure innuit, non autè manifestè & perspicuis verbis asseuerat. Quare Maximus ex verbis Dionysij, probabili quadam coniectura id colligit, cuius annotatio in Dionysij verba hæc est: Ex his aliquis rationabiliter dicere potest, quod postquam exiit Iudas, tradidit discipulis Christus mysteria, vt qui ijs non erat dignus. Georgius Pachymeres hunc locum Dionysij nouo quodam modo explanat. Putat enim Dionysium dicere, Christum tradidisse quidem Iudæ mysticū panem & calicem: mysteria verò solis discipulis dedisse postquam Iudas discessit, eius verba hæc sunt: Excludit & segregat iustissime Iudæ, qui non sanctè conuiuio interfuerat, nam cum illi mystici panis et vini participè fecisset, mysteria discipulis postquam ille discessit,

discebat, solis tradidit, cum ijs indignus esset Iudas. Cur igitur Iudam arceat à diuinis mysterijs, qui simul conauerat? Etenim docet, quòd non satis est tantum corporaliter adesse & conuiuium celebrare: non enim hoc cum communione habet similitudinem: sed oportet intellectu & mente adesse. Haec Georgius, qui duo asseuerat ex Dionysij sententia: unum, Iudam participem fuisse coenae mysticae, hoc est, panis & vini mystici, non agni typici: (hunc enim sensum manifestè explodit verba Dionysij & Georgij) alterum, mysteria data a solis Apostolis. Quererem ego libenter à Georgio, quae tadem fuerint mysteria, quibus exclusus sit Iudas, & quae solis credita sint Apostolis: cum prius omnes simul panem & vinum mysticum sumpsissent? Si responderet, fuisse sacramenti effectum & spiritualem manducationem: rursum scire vellem ab eo, quid opus erat, ut propterea Iudas abesse? Quòd si mysterium traditionem putat ipsam Eucharistiae institutionem, iam hoc scripturæ aduersatur, coniungenti Eucharistiae institutionem cum eius dispensatione. Sumens panem fregit, & dixit, Accipite & manducate, hoc facite, &c. Itaque mihi magna tenebrae sunt non modo in Dionysij, sed etiam in paraphrasis sui verbis: quae dicere volui, ut admonerem lectorem, ut legens Dionysium, hanc rem etiam consideraret. mihi enim amplius de ea videtur quaerendum. Hoc tamen est in ea comodi, quòd ad factum pertinet, ut siue hoc vel illo modo se habeat, nulla laes, neque peruersio fidei accidat.

In eodem capite, Eucharistiae mysteria dicuntur antitypa corporis & sanguinis, quae vox idem valet, quòd in Dionysio Symbola, hoc est, signa. Signa verò cum audis, noli ab ijs remouere signatum. Ita enim illa signa sunt, ut etiam verè & realiter contineant signatum, hoc est, corpus & sanguinem Domini. Patres verò antitypa illa dixerunt, vel respectum habentes ad praecedentem substantiam, vel quia species sunt sacramenta corporis & sanguinis Christi, qui in eis continetur. Appellationes enim plerumque ducuntur ab eo, quòd apparet & sub sensum cadit.

Penè omiseram id, quòd in secundo Capite tertij libri annotatione dignum videtur. damnari enim videntur nuptiae, quae mortua prima uxor reiterantur. Scito autem huiusmodi nuptias non damnari, iustae enim sunt: Repraebenditur autem intemperantia eorum, qui illas contrahunt. Nam cum primis nuptijs diuino illi propagandae sobolis praeecepto satisfecerint, iterum iungunt nubia, quae impediuntur ab antiquis, non quòd putent ea nefaria, sed quòd sint indicia incontinentiae, & libidinositatis, qui illa appetunt. Eam ob causam antiqui Canones bigamis penitentiae tempus praescripserunt, quòd legitur in Conc. Ancyran. Can. 19. & Neocaesar. Can. 3. & Laod. Can. 1. Tertullianus etiam cum recta saperet, has nuptias permissas tantum putauit: Hieronymus durior fuit bigamis, ita ut nisi lenius cum eo agatur, vix possumus illum à repraebensorum criminatione vindicare. Redeo nunc ad quintum librum.

In Cap. 18. quinti libri, in quo traditur seruandi Paschae ratio, nihil iam annotandum est, sed id totum potius delendum, ut nothum ac nouum. Quòd luce clarius perspicitur, ex ea Epiphaniij disputatione, qua dicitur aduersus Audianos, imitantes in Pascha obseruatione Iudaeorum consuetudinem. Narrat enim Epiphanius, Audianos sententiam suam defendisse uirtute coe-
* alium
stitutionis Apostolorum, in qua cauebatur, ne alij calculi Paschae faceret ipsi, sed agerent Pascha, quando fratres sui de circuncisione agerent, atque id una cum eis celebrarent: agnoscentia Epiphanius huiusmodi constitutionem, atque eam interpretatur, inquit primum, dici in constitutione Paschae agendum, quando id agerent fratres de circuncisione, non fratres qui sunt in circuncisione, hoc est, quando agerent ij Episcopi, qui de circuncisione & Iudaeorum gente genus ducebant, quos scribit quindecim fuisse: deinde inquit, id factum fuisse ab Apostolis ad tuendam consensionis unitatem. Quare tantum abesse, ut ea, quae hoc capite legitur, Apostoli statuerint, ut etiam contraria horum ab ipsis praeepta videantur. Praeterea orientales illi Iudaicum morem retinentes, nullam aliam excusationem, ut in Eusebio legitur, afferebant suae obseruationis, nisi quòd Ioannem & Philippum Apostolos imitarentur: testabatur & Polycarpus Ioannis discipulus, se una cum Ioanne eo die Pascha celebrasse. Neque mirum est, Apostolos in illis Ecclesiae rudimentis eo die inter se egisse Pascha, quo ipsi cum Domino egissent. Sed quid opus est aliunde argumenta petere? Ipsa constitutio se prodit, & tantum non vocem emittens, clamat se nouam esse. Ait enim equinoctium fieri vigesima secunda Dystr mensis, hoc est, Martij. Perspicuum est autem, Christi tempore equinoctium fuisse vigesima quinta Martij: tempore verò Anatolij Laodiceni Episcopi, qui vixit, Probo imperante, anno Domini ducentesimo octuagesimo, equinoctij tempus retrocesserat tribus diebus, solq; arietem ingrediens, faciebat equinoctium verum undecimo Calendis Aprilis, hoc est, vigesima secunda Martij, quòd narrat Eusebius in Ecclesiasticae historiae libro septimo. Quare noua est constitutio, fortasse edita post Concilium Nicenum, in quo Paschae obseruatio ad eam rationem redacta fuit, ut post equinoctium verum, quartadecima lunae obseruaretur, & die dominico qui post plenilunium primus esset, Pascha celebraretur: quòd factum est ea praeci-

praecipue ratione, ne Iudaeorum consuetudinem imitaremur, neque bis in eodem anno Pascha ageremus. Hoc enim accidere posset, si tantum duodecim lunares menses obseruarem, nulla equinoctij ratione habita. Aliquando enim post equinoctium celebrato pascha, eodem anno ante equinoctium iterum celebraretur. Initium enim anni oritur ab introitu Solis in signum arietis. Existimo igitur, cum verba Apostolicae constitutionis viderentur antiqua illi, & ab Ecclesiae electae, Paschae celebrationi quodammodo fauere, viros pios illa verba, ne offensionis causam praebent, & aliquos in errorem inducerent, deleuisse, repositisque receptam & probatam ab Ecclesia obseruandi Paschae rationem.

In Cap. 19. intellige Christianos olim sex diebus ante Pascha siccis cibis vesci solitos, cuius moris mentionem facit Epiphanius in libro tertio aduersus haereses.

In Cap. 21. illa auctoritas, qua dicitur quòd Dominus accepit ignem à Domino, & alia, qua Iacob fateretur se vidisse Deum facie ad faciem, item illa de rubo, quem vidit Moses ardeantem, merito accomendantur ad filij Dei personam. Fuit enim haec constans priscorum procerum sententia, ijs & huiusmodi alijs visionibus, Christum Dei demonstratum. Possem ad hoc probandum unanimem Patrum omnium consensum in medium afferre, sed breuitati studens, contentus ero una sancti Leonis sententia, quae scripta reperitur in Epistola 13. ad Pulcheriam Augustam, ijs verbis: Potuerat quippe omnipotentia filij Dei sic ad docendos iustificandosque homines apparere, quomodo Patriarchis & Prophetis in specie carnis apparuit, cum aut lucifera iniie, aut sermonem conferuit, cum vix officia hospitii alit non abnuuit, vel etiam appositum cibum sumpsit: sed illa imagines huius hominis erant indicia, cuius veritatem ex praecedentium Patrum serpe sumenda significatio-
nes mystica designabant.

In eodem Capite, cum dicitur Deum Verbum, Deo ipse ac Patri in condenda rerum vniuersitate ministrasse, cautus esto, & memento eorum, quae de auctoritate Principij sunt dicta: noliq; putare illud ministerium efficere filium minorem Patre. Ministrat enim, quatenus sapientia & ars Patris existit, per quam vniuersa sunt condita. Iustinus in dialogo, què cum Tryphone habuit, operam filij Patri cooperantis, ministeria appellat, filiumq; Patris ministrum, scilicet ea ratione, qua dictum est, Verbum esse rationem artemq; Patris in rebus creandis, productumq; à Patre, qui ei una cum essentia eandem operandi potestatem dedit. Quare ut hic ordo significaretur, Patres aliquando ministerium filio tribuerunt. Non potuit autem haec res planius explicari, quam est à Tertulliano explicata in lib. de Trinitate, cuius verba hic subiici, quonia iustar normae esse debent, ad quam haec verba duriores videntur, priscorum sententiae sint dirigenda. Sic igitur in fine eius libri inquit Tertullianus: Subiectis enim ei quasi filio omnibus rebus à Patre, Patris quidem sui Filium probatur, ceterorum autem & Dominus & DEVS esse reperitur. Ex quo dum bicit, qui est Deus, omnia substrata traduntur, & cuncta sibi subiecta Filius accepta refert Patri, tota diuinitatis auctoritate rursum illi remittit. Unde vnus Deus ostenditur verus & aeternus Pater, à quo solo haec vis diuinitatis, etiam in Filium tradita & directa, rursum per substantiae communionem ad Patrem reuoluitur. Deus quidem ostenditur Filius, cui diuinitas tradita & porrecta conspicitur, & tamen nihilominus vnus Deus Pater probatur, dum gradatim reciprocò meatu illa maiestas atque diuinitas ad Patrem, qui dederat eam, rursum ab illo ipso filio missa reuertitur & reitorquetur, ut merito Deus Pater omnium Deus sit, & principium Filij sui, quem Dominum genuit: Filius autem ceterorum omnium Deus sit, quonia omnibus Deus pater praeposuit quem genuit. Ita mediator Dei & hominum Christus Iesus, omnis creaturae subiectam sibi habens à Patre proprio potestatem qua Deus est, cum tota creatura subdita sibi concors Patri suo Deo inuentus, vnus & solus & verum Deum Patrem suum, manente in illo quòd etiam auditus est, breuiter approbavit. Est igitur ipse filius creaturarum conditor vnà cum Patre, συμνομοθετο omnino, (ita enim alijs in locis eum Clemens appellat) hoc est, opifex atque auctor, νόμοθετος, quemadmodum Arius & Aetius impie dicebant: facientes eum quasi secundarium Deum submissum ac subordinatum primo conditori, quorum opinionis diritas à Christianis mentibus longè repellatur.

EX SEXTO LIBRO.

In Cap. nono animaduerte ferè earundem haeresum mentionem fieri in Epistolis Ignatij. De Prophetia & de Monarchia sermones à Petro cum Simone habitos, scriptos à se testatur Clemens in Itinerario.

Quae in quindecimo Capite habentur, atque omnia ea, quae pertinent ad Concilium illud Apostolorum, cuius in Actis sit mentio, non sunt continuada cum alijs, quae primo loco dicta sunt, in quibus mortis Iacobi Episcopi facta est mentio. Quare dirige haec ad eam normam, quae posita in Prolegomenis, cum de metodo agerem.

In eodem Cap. nomè Iacobi Zebedaei delendum est, negligentia enim vel imperitia alicuius huc irrepsit.

repsit, cum Iacobus Zebedæi filius, antequam hæc gererentur, ab Herode fuerit interfectus, id quod in Actis Apostolorum legitur.

In Cap. 16. statuitur iterandum esse baptismum ab hæreticis administratum, quod conuenit cum quadragesimo septimo Canone eorundem Apostolorum: Iudico autem Apostolos id statuisse, quod ij, qui eo tempore hæreses sectabantur, cum de diuinis personis falsa atque impia opinarentur, non potuerunt seruare sinceram baptismatis formam, propter eam, necessarium erat instaurare baptismum in ijs, quos ipsi baptizauerunt. Quod idem statuit Nicæna Synodus in Canone 19. de ijs, qui à Paulianis fuerant baptizati. Ij enim à Paulo Samosatensi profecti, Christi diuinitatem labefactabant. Quam impietatem postea Arius & Aëtius magis peruulgauerunt. Narrat Epiphanius formam baptismatis seruata ab Aëtio, quæ hæc erat: In nomine Dei increati, & in nomine Filij creati, & in nomine Spiritus sanctificantis, & à creato Filio creati. Quis non uidet, hoc modo, tota fide euersa, necessariam fuisse baptismi renouationem? Idem existimo de ijs, quos rebaptizari uoluerunt Apostoli.

In Cap. 24. noli putare uniuersum populum Romanum eo tempore, Christi fidem amplexum fuisse: sed cum multi essent in Vrbe Christiani, iamque religio esset celebris, præsertim si ab ea (ut legitur) Tiberius non abhorruerit, propter eam banc rem extollens Clemens, inquit, Romanos recepta Christiana pietate, ab idolorum cultu discessisse.

In Cap. 26. recognosce easdem hæreses numeratas ab Ignatio, in quibus animaduerte illud idem, quod in decimo septimo Cap. tertij libri dictum est de Deo, qui est supra omnia. Hoc loquedi more à Clemente accepto, vsi sunt Ignatius & Iustinus, cum Trinitatis personam distinxerunt, quod quoties occurreret, reuoca in memoriam, quæ de hac re in eo loco annotata sunt. Ità enim omnis erroris suspicio aberit.

EX SEPTIMO LIBRO.

In Cap. 23. Non debes mirari, quod ieiunium ante baptismum præcipitur, cum præcipue ob eam causam putem Catechumenos olim in nocte magni Sabbati baptizatos. Narrat Cassiodorus Burgundiones, cum vexati ab Hunnis, in Galliam transissent, Christianamque pietatem recepissent, à quodam Episcopo baptizatos fuisse, indicto ipsis prius octo dierum ieiunio. Tertullianus in libro de Baptismo, Ingressuros, inquit, baptismum, orationibus, crebris ieiunijs, & genuculationibus, & per uigilijs orare oportet, & cum confessione omnium retrò delictorum.

In Cap. 24. quarta & sexta feria ieiunium præcipitur, quod diu mansit in Ecclesia, nunc (quod est dolendum atque lugendum) cum alijs optimis Maiorum institutis in disuetudinem abiit. Præcipitur quoque Sabbati celebritas, quam tamen cum diei Domini cultu minime æquatam, ostendit huius libri caput trigessimum quartum. Non est autem mirandum, Apostolos œconomia atque consilio vsos, aliquid Synagoga ad Ecclesiam migranti concessisse. Alit enim in ea infederant veteres caeremonie, ut non adeo facile aboleri possent. Fuit tamen hic mos (ut uideamus in secundo libro) ita retentus, ut in eo die meditatio diuina legis esset, non manuum cessatio. Concilium Laodicenum iubet in Sabbato congregari Ecclesiam, idemque prohibet, eum diem more Iudeorum custodiri. Etiam quod hic statuitur de ieiunio magni Sabbati ieiunio, agnosco præscritum, sed eundem accessione meliorum legum exoletum. Nam Ecclesia Romana, quæ Apostolica utens potestate, singula pro conditione temporum in melius mutat, non fuit contenta ieiunio Sabbati ieiunio, sed instituit, ut idem mos in omnibus Sabbatis seruaretur. De eare, atque alijs eo spectantibus, extat præclara Innocentij primi epistola ad Gaudentium Egubinum Episcopum.

In capite 39. nota Patrem appellari Deum ingentum, alibi filius dicitur Deus genitus: quæ uoces & si molliores sunt, suspectæ tamen fuerunt patribus, cum ab Arianis usurparentur, qui ingeniti & geniti differentiam induxerunt, putantes ex ea filij naturam diuersam fieri à patre. Duces illi Ecclesie, & si uoces non aspernabantur, (non enim id efficiunt, quod uolebant Ariani) tamen quoniam in scripturis non reperiuntur, & eis utebantur hæretici, quorum etiam uocabula timenda sunt, ideo in eis recipiendis cautionem adhibendam censuerunt. lege Epiphaniij disputationem contra Aërium, & Basilij contra Eunomium. Magnus Athanasius in Epistola de synodis Arimini & Seleucia, duo inquit significare ingentum, id quod existens, factum non est, & id quod suæ naturæ aut horem non habet: Ad priorem significationem respiciens, filium ingentum uerè dicere poterit. Idem si alteram spectet, id de solo Patre uerè affirmabit. Postea idem sanctissimus Pater, sciens ijs uocibus vsos præscribit nobis, quemadmodum in eorū libris hæ uoces sint intelligendæ: inquit enim. Non ignoramus eos, qui dixerunt unum esse ingentum Patrem, non eo animo scripsisse, quasi uerbum Dei genitum, hoc est factum & opus esse uellent: sed ideo, ut ostenderent, Patrem sui authorem non habere, sed illum Patrem sapientia esse, & omnia genta, hoc est facta

facta sunt, in sapientia fecisse. Cum igitur incidet in hæc uerba, (incides autè sæpè) noli existimare ea iniocta ab Arianis, etsi ipsi ijs uocibus delectati sunt, sed illa accipe, quemadmodum Athanasius est interpretatus. Nunc cum expulso Ariarum errore, integra sinceraque manserit Homousij fides, hæc uoces non ita perhorrescimus.

In Cap. 40 dicitur Christus genitus beneplacito Patris, non quod uoluntas Dei Patris ei orum dederit, (omnibus enim creaturis, ut inquit Hilarius, substantiam Dei uoluntas attulit, sed Filio natura dedit) sed dicitur genitus beneplacito Patris, quatenus in eo naturaliter genito quiescit beneplacitum Patris. Hic est enim, inquit, Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Patris sententia Origenes inquit, Patrem protulisse germen uoluntatis.

In Cap. 43. sunt hæc uerba, [post hæc adorat ipsum unigenitum Deum, post ipsum, & propter ipsum gratias agens ipsi: quorum uerborum hæc est sententia: Adorat unigenitum Deum post ipsum, id est post Deum patrem, ut ex eo intelligatur ordo originis, & in Patre principij dignatio, ut iam diximus, & propter ipsum, siue per ipsum, id est per Filium gratias agat ipsi Patri.

In Cap. 42. 43. 44. habes benedictionem olei Catechumenorum, aquæ baptismalis, & Chrismatum. Intelligendum est autem, præscos illos magnam vim tribuisse horum elementorum sanctificationibus. Tertullianus in libro de baptismo sic inquit: Igitur omnes aquæ de pristina originis prerogatiua sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo: superuenit enim sanctum Spiritus de caelis, & aquis superest, sanctificas eas de semetipso: & ita sanctificatæ, vim sanctificandi cōhibunt. Cyprianus ad Ianuarium: Oportet uerò mundari & sanctificari aquam prius à sacerdote, ut possit baptismi suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere. Augustinus tract. 80. in Euangelium Ioannis: Detrahe uerbum ab aqua, quid erit nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Ante hos Dionysius in Capite de baptismo exponit, quemadmodum aqua per Spiritus sancti inuocationem, & sacri Chrismatum permissionem sanctificata, præparatur ad baptismum. Cyprianus in sermone de Chrismatum unctione, Sanctificatis (inquit) elementis iam non propria natura præbet effectum, sed uirtus diuina potentius operatur. Cyrillus Hierosolymitanus, qui has ipsas baptismi caeremonias tradidit, de oleo exorcizato (ita enim appellat oleum Catechumenorum) post multa alia hæc inquit: Quemadmodum in inflationibus sanctorum, & diuini nominis inuocatio, quasi uehemens flamma urit, ut fugat demones: ita hoc oleum exorcizatum, inuocatione Dei & oratione cantas acquirat uires, ut non solum ardentia peccatorum uestigia deleat, sed etiam omnes inuisibiles demones expellat.

In Capite 44. uerba sunt obscura, [uniuscuiusque enim manus impositionis uirtus hæc est] si mendum absit, sententia nisi fallor] est huiusmodi: In qualibet manus impositione tam ea quæ sit in baptismo, quam ea quæ sit in sacramentum Confirmationis, uirtus hæc est, id est, uirtus in sanctificatis elementis consistit, quatenus sacramenta illa requirunt materiam per inuocationem Spiritus sancti sanctificatam atque præparatam, sine qua sacramentum ritè administrari non potest: quæ sententia ualde conuenit ijs, quæ mox sequuntur. [nisi enim super quodlibet horum inuocatio fiat &c.] in quibus uerbis esto cautus, & primum illud tibi statuas, sanctificatione materię baptismi, magis requiri præcepti, quam sacramenti, necessitate. Sancti Patres tamen, tam ij, quorum uerba protuli, quam alij non pauci, illa inuocatione Spiritus sancti super aquam, magno opere extollunt, atque immensa tribuunt: ut non mirum sit, Clementem quoque adeo eam commendasse. Nam eius diuersis minime aduersatur, ut quis non adhibita ad baptismum aqua sanctificata, uerè sit baptizatus: & si absit contemptus uel negligentia, sacramenti fructum consequatur. Non enim negat Clemens illud esse uerè baptizatum, sed inquit, non abiectum eum animæ sordes, hoc est, non esse affectum baptismi effectum. Quod intellige, si præter necessitatē, seu aliam œconomicam rationem, eam omiserit.

Conuersionem ad Orientem explanans S. Cyrillus, cuius sæpè mentionem feci, hæc inquit: Quādo abrenuncias satanae, omni testamento, ueterique pacto in inferno cum eo inito rescisso, aperitur tibi paradysus Dei, quem plantauit ad Orientem, unde propter præuocationem primus pater noster fuit expulsus, cuius rei signum est, cum ab Occidente conuertens ad Orientem, qui lucis est locus. Omnes alias baptismi caeremonias à Clemente expositas, Dionysius, Tertullianus, Cyprianus, Cyrillus, Augustinus, & denique præscos omnes agnoscunt.

Caput 47. continet hymnum Angelorum, quem quoniam S. Hilarius, paucis mutatis, in Latinum conuertit, atque in Misam includit, Concilium Toletanum quartum & quidam alij, huius hymni authorem faciunt.

EX OCTAVO LIBRO.

In Capite primo, in quo sermo est de Episcopis improbis, quasi ij non sint ueri Episcopi, cauere hæc sententia tibi sit occasio sequendi errorem Hæreticorum, negantium Episcopum, presbyterum uel mortals

Act. 12

Mat. 23

Gen. 3

mortali peccato obstrictum, esse Episcopum, vel presbyterum. Non enim ita est accipienda Clementis sententia, quasi velit eos, qui huiusmodi sunt, amittere potestatem, quam in ordinatione acceperunt: sed eos negat esse Episcopos, quatenus officia ac munera, quibus funguntur, non sunt gratuita atque accepta Deo: immo neque electio ipsorum ei tribuitur, sed hominibus. sunt igitur hi Episcopi, quo ad potestatem: non sunt Episcopi, quo ad Deum attinet, quia institutiones ipsorum atque officia, quae postea exercent, non sunt probata Deo. Ioannes Chrysostomus hanc questionem pertractans, ad eius explicationem produxit Clementis sententiam, cuius verba audiamus: Diaconis autem & Presbyteris secundum praevidentiam suam, illis videtur Deus iniungere ministerium Diaconatus aut Presbyteratus, qui sunt iusti: qui autem inveniuntur iniusti, illos ordinasse homines videtur, non Deus. Ab exitu ergo rei cognoscitur, qui a Deo ordinatus est, & qui ab hominibus. Qui enim ministerium suum bene consummaverit, apparet quia ex Deo fuerat ordinatus: qui vero ministerium suum non bene consummaverit, ex hominibus ordinatus est. Quomodo autem quidam sacerdotis ex hominibus ordinantur, manifeste in libro octavo Canonum Apostolorum dicitur. Hieronymus quoque in Commentariis in Epistolam ad Galatas asseverat, eos esse ab hominibus ordinatos, qui magno favore populi, patientiam Domini contemnent, divino sacerdotio contramertum ordinantur. Tales igitur non sunt sacerdotes: hoc est, Deus non elegit eos, ut essent sacerdotes, neque ipsorum muneribus acquiescit divini beneplaciti consensus, quanquam ex vi ordinationis consequuntur divinitus sibi delatam potestatem.

In Cap. 3. vide id, quod etiam in Dionysio legitur, signum externum, quo instituuntur Episcopi, & caelestem accipiunt potestatem, esse impositionem libri Evangeliorum cervicibus illorum, qui instituuntur: cuius rei rationem cognosces ex eodem Dionysio, ex qua plura possunt intelligi, quam mihi modo breves annotationes scribenti, & offensiones vitanti, explananda videntur.

In eodem capite tertio, Pater appellatur cunctorum opifex per Christum, qui (ut diximus) est ars & sapientia patris, per quam facta sunt secula.

In quarto praecipit Catechumenis, ut se commendent Deo ingenito per Christum: & merito, per eum enim habemus accessum ad Patrem.

In nono & decimo cap. qui illuminantur, sunt ij Catechumeni, qui de fide instructi, & diu in Ecclesia versati, brevis erant ad baptismum accessuri.

In cap. decimo sexto, attende verba praefationis, quibus etiam nunc vivimus, ab Apostolis mansisse, ac ne constitutio novitatis suspicionem tibi afferat, lege Cyrillum, qui in mystagogicis orationibus hunc ipsum Liturgiae morem exposuit, totidem verbis de Clemente translatus, ex quo facile intelligitur, liturgiam Clementis Hierosolymis in usu fuisse. Eadem verba leguntur in Basilio & Ioanne Chrysostomo. Iustinus & si verba non retulit, tamen eorum vim exprimit. In eodem cap. dicitur Filius voluntate & potentia Patris generatus, quibus verbis explanatur recta de origine filii sententia. Est enim potentia generativa Patris, principium generationis filii, cuius aeterna voluntas est comes.

In cap. 17. [ut ostendat hunc panem corpus Christi tui:] hoc est, ut efficiat, hanc enim vim habet Graecum verbum. Eadem verba sunt in Liturgia Iacobi, Basilij, Chrysostomi, quae nemini suspicionem afferre debent, quasi alijs verbis, quam ijs, quae a Domino accepta se nobis tradere affirmat Paulus, putaverint ij Patres panem & vinum in corpus & sanguinem conuertere. Constas enim & perpetua fuit omnium patrum sententia, verbis Domini tantum mysterium administrari. Quod vero hoc loco dicitur, ad superiora verba respectum habet, & ad illa referri debet. Ut enim quae ante consecrationem dicuntur, ad oblationem corporis & sanguinis Christi dirigenda sunt: sic quae post consecrationem mystice precatur & facit sacerdos, ad unum peractae consecrationis actum trahuntur. Sacerdos ante consecrationem tenens manu patenam & calicem, dicit se offerre hostiam immaculatam pro peccatis, & calicem salutaris, quae actio respondet oblationi corporis & sanguinis facienda, tunc anticipatione quadam sacerdotis mente atque proposito concepta, ita post consecrationem eucharistia invocatur spiritus sanctus illorum munerum sanctificator, & peracti operis una cum Patre & Filio effector: quae invocatio non est separanda a priore actione, qua sacerdos, verba Domini proferens, panem & vinum consecravit, sed ad eundem actum reuocari debet, immo ad idem temporis momentum, quo illa admirabilis conuersio facta est. Nam cum omnia simul atque uno tempore fieri non possint, ordine ac temporis intervallo disponuntur, quae vero sermone & tempore dividuntur, cogitatione atque intelligentia sunt in unum coniungenda. Graeci cum in Concilio Florentino interrogati essent, cur post verba Domini prolata, quibus consecratio absoluitur, precaretur Deum, ut panem & vinum in corpus & sanguinem conuerteret, responderunt, se constanter credere consecrationem verbis Domini perfici, preces autem illas eam vim habere, atque idem valere, quod in Latinorum Liturgia oratio, quae post consecrationem dici consuevit, Supplices te rogamus omni-

omnipotens Deus, iube haec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinae maiestatis tuae.

In cap. 18. habetur oblatio pro Prophetis, Apostolis & martyribus, quae forte alicui videbitur absurda, eo quod iniuriam (ut inquit Augustinus) facit Martyri, qui orat pro Martyre. Tu vero intellige hoc loco non modo nihil absolum fieri, sed etiam maxime pietatem coli. Audi autem non me, sed Cyrillum, cuius nomen toties repetui, hanc sanctorum memoriam exponentem ijs verbis: Atque hoc sacrificium tibi offerimus, ut memores simus primum eorum, qui dormierunt, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus & intercessionibus ipsorum nostram deprecationem suscipiat: deinde, ut in memoria habeamus sanctos patres, qui dormierunt, atque Episcopos, & denique omnes, qui nos praecesserunt, magnam utilitatem credentes accessuram eorum animabus, pro quibus offertur, ex oratione sancti & tremendi sacrificij. Habes in Cyrillo duplicem ordinem dormientium, quorum in sacrificio fit mentio: unum constantem ex Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus: qui ideo memorantur, ut nostrae necessitatis ipsi memores, rogent Deum pro nobis: alterum ordinem eorum, quorum necessitati nos oratione & sacrificio subuenimus. Praeter haec, quae dicit Cyrillus, videtur Christianae pietati maxime consentaneum, ut sacrificium etiam pro Patriarchis atque Apostolis offerri dicatur, non quidem ad delictorum expiationem, sed ad gratiarum actionem. Aguntur enim gratiae Deo, quod illi athletae & pugnae magnum, post tot suscepro labores & gloriam Dei celebrata, dignam suo certamine gloriam acceperunt. De alijs autem, quibus sacrificio opem praestamus, nihil iam attinet dicere, cum coninuata traditione, constantique omnium patrum testificatione, certum iam sit, ab incunabulis Ecclesiae toto Orbe Christiano atque omnibus temporibus, mortuorum memoriam supplicationibus & sacrificiis cultam ac celebratam fuisse.

In cap. 17. memoratur impositio manuum, quae fiebat Diaconis, quod pugnat cum decimono Canonis Concilij Niceni, negante Diaconissas manuum impositionem habere. Item quod dicitur de imponenda manu Hypodiaconis, & ijs, qui in minoribus gradibus collocantur, est omnino mihi dubium, cum canonica auctoritate constet, manuum impositionem infra Diaconatum non descendere.

In cap. 35. ne sit tibi mirum, creaturam, Dei invocatione solenniter, precatione sanctificatam, ad ipsi facultatem expellendorum morborum, quae etiam demones fugare soleat. Refert S. Thomas se in historijs legisse, Anachoretas, qui in Aegypti solitudine vitam ducebant, vicinis mittere solitos oleum benedictum, ad curandos morbos idoneum.

In eodem cap. ancilla libidini domini obsequens recipitur, cum enim ipsa sui corporis potestatem non habeat, merito culpa non in eam, sed in dominum est reiicienda.

Præceptio quiescendi in diebus Apostolorum, forte post tempora Apostolorum adiecta fuit: quanquam incredibile non est, Apostolos suum exitum in Dei gloriam & fidei propagationem futurum prospicientes, voluisse, ut ijs diebus fideles in commemorandis eorum certaminibus & Christi nomine celebrando essent occupati.

Constitutio iubens seruum & ancillam separari, intelligenda est, si ij inuitis dominis, seu omnino non iustis nuptijs, sint copulati.

In Calce ultimi Capitis, in quo de institutione sacrificij agitur, habentur verba quaedam, quae ansam praebere possent, ut ij libri sine contemnendi. Inducuntur enim tresdecim Apostoli, dicentes se a Christo ordinatos: quod mirum esset, si Christus omnium Ecclesiae munus institutor & auctor, suam excellentem potestatem sacramentis alligasset, vel eam certis finibus circumscripserat, unum in locum inclusisset. Mathias, supra quem cecidit sor, hoc est, (ut Dionysius interpretatur) signum visibile apparuit, ut Apostolus, sic sacerdos a Domino est electus: Paulum, non ab hominibus, neque per homines electum, omnia munera ab eo accepisse, censendum est, qui eum vas electionis instituit. Subiungit Clemens in personam Apostolorum: Qui propter nos factus homo, & spirituale sacrificium Deo suo & Patri offerens, ante passionem nobis praecipit solis, ut hoc faceremus, quanquam nobiscum essent alij, qui in illum crederant. Ijs verbis auctoritas Clementem censere tresdecim Apostolos fuisse, cum Dominus mysticam cenam celebravit, quae tamen verba non sunt referenda ad superiora, sed intelligenda solum de ijs, qui tunc praesentes fuerunt. nosti enim ex mea observatione, Clementis morem, ita inducentis Apostolos loquentes, ut sermo praesens ad praeterita referatur, & quantum omnes loqui videantur, ijs tamen solis tribuatur narratio, qui rei, quam exponunt, praesentes interfuerunt.

F I N I S.

m LIBER

134 **LIBER PONTIFICVM
IAM INDE A PETRO PAPA, VSQVE AD
NICOLAVM PAMAM EIVS NOMINIS PRIMVM, IN QVO
EORVM GESTA DESCRIBVNTVR: PRIMORVM, PER DAMASVM
PAPAM: RELIQVORVM AVTEM, PER ALIOS VETERES
AC FIDE DIGNOS.**

Petrus 1. P6.
tifer Anno
Christi 33.



BEATVS PETRVS apostolus & princeps Apostolorum, filius Ioannis prouincie calilee, ex vico Bethsaida, frater Andree, primò sedit in cathedra Episcopatus Antiochiæ annis septē. Hinc beatus Petrus ingressus est in urbem Romam, sub Claudio Cæsare: ibiq; sedit in cathedra Episcopatus annis viginti quinque, mensibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberij Cæsaris, & Gaij, & Claudij, & Neronis. Hic scripsit duas epistolas, quæ Catholicæ ac Canonice nominantur, & Euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit, & filius à baptismo. Post omnem quatuor Euangeliorum fontem, quæ ad interrogationem & testimonium eius (hoc est, Petri) firmata sunt, dum alius Græcè, alius Hebraicè, alius Latine scribentes consonant, omnia eius testimonio sunt firmata. Hic ordinavit duos Episcopos Linum & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in vrbe Roma populo, vel ad seuentibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone Mago multas disputationes habuit, tam coram Nerone imperatore, quam coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Christi aggregabat, ille per magias & deceptiones segregabat. Et dum diutius altercarentur, Simon diuino nutu interemptus est. Hic Petrus beatum Clementem Episcopum consecrauit, cui & cathedram vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est à Domino meo IESV Christo potestas ligandi solvendi que, ita & ego tibi committo, ut ordines dispositores diuersarum causarum, per quos actus non Ecclesiastici profligantur, & tu minimè curis seculi deditus reperiaris, sed solummodo orationi, & prædicationi ad populum, vacare stude. Post hanc dispositionem martyrio cum Paulo coronatur, post passionem Domini anno XXXVIII. Qui sepultus est via Aurelia in templo Apollinis, iuxta locum ubi crucifixus est, iuxta palatium Neronianum in Vaticano, iuxta territorium trium-

Clemens Epistola 1. ad Iacobum.

phale, tertio Kalendas Iulij. Hic fecit ordinationes per mensē Decembrem, presbyteros decem, diacones septem, Episcopos per diuersa loca numero tres.

Sub Petro celebratum est Concilium primum Hierosolymis, cuius exemplar habes in Actis Apostolorum cap. 15. Nicephorus Callistus historiae suæ lib. 2. cap. 37. testimonio Tertulliani & Caij historici probat, eodem anno, eodemque die Petrum cruci affixum, & Paulum capite truncatum Romæ.

**DE S. LINO PAPA ET
MARTYRE.**

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

LINUS natione Italus de regione Tuscia, patre Herculano, sedit annos undecim, menses 3, dies 12. Fuit autem temporibus Neronis à consulari Saturnini & Scipionis, vsque ad Capitonem & Rufum consules. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B. Petri constituit, ut mulier velato capite in Ecclesiam introiret. Hic fecit ordinationes duas, Episcopos XV. presbyteros 18. qui sepultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano, sub die IX. Kalend. Octobris.

Anno Domini 70.

In Chronicis autem Mariani Scoti scribitur sic: Linus Chorepiscopus sub Petro Apostolo, exteriora curauit per annos xj. mensesque tres.

DE S. CLETO PAPA ET MARTYRE.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

CLETUS natione Romanus, de regione vico Patricij, patre Emilia- no, sedit annis xij, mense vno, diebus xj. Fuit autem temporibus Vespasiani & Titi, à consulari Vespasiani septimo, & Domitiani quinto, vsque ad Domitianum nono & Rufum consules. Hic ex præcepto B. Petri, xxv. presbyteros ordinavit in vrbe Roma. Qui etiam sepultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano, 6. Kalend. Maias. Et cessauit Episcopatus dies xx.

Anno Domini 81.

In Chronicis Mariani Scoti legitur: Anno LXX deinceps sic: Linus his consularibus, scilicet Capitone & Rufo, est passus 9. Kalend. Octobris. Cletus chorepiscopus successit annis xij.

**DECRETA SEV VITA
TA CLEMENTIS PAPAE I.**

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

CLE-

Anno Domini 92.

* Trachala

CLEMENS natione Romanus, de regione Celio monte, ex patre Faustino, sedit annis ix. Fuit autem temporibus Galbæ & Vespasiani, à consulari Tragali & Italici, vsque ad Vespasianum nono & Titum. Hic quibus multos libros zelo fidei & Christianæ religionis ascriberet, martyrio coronatur. Hic fecit 7. regiones diuidi notarijs fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicitè & curiosè, vnusquisque per regionem suam, perquirerent. Hic fecit duas Epistolas, quæ canonicè nominantur. Hic ex præcepto B. Petri suscepit Ecclesiæ pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat à Domino IESV Christo cathedra tradita vel commissa. Tamè in Epistola, quæ ad Iacobum scripta est, qualiter et commissa est à B. Petro Ecclesiæ, reperies. Ideò Linus & Cletus ante eum conscribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum, ad ministerium sacerdotale exhibendum, sunt Episcopi ordinati. Hic fecit ordinationes duas per mensē Decembrem, presbyteros decem, diacones duos, Episcopos per diuersa loca quindecim. Obijt martyr anno Traiani tertio. Qui etiam sepultus est in Græciâ 9. Kalendas Decembres. Et cessauit Episcopatus dies xxj.

Hæcille. Eusebius verò Cæsarens. Ecclesiasticæ histor. libro.

III. cap. 14. de Clemente scribit, dicens:

In vrbe Roma xij. Anacletus annis in Episcopatu exactis, sacerdotij sedem Clementi tradidit.

Et capite 34.

Igitur in vrbe Roma tertio ab Apostolis Clementis, nouem annis sacerdotio perfunctus, Euaristo diuini verbi tradidit ministerium.

Placuit autem præmissis, quedam addere ex Mariano Scoto, qui anno imperij decimo quarto Neronis Imperatoris, ad veritatem verò Euangelij, lxxij. anno, ac secundum Dionysij cyclum quinquagesimo, Syluano atque Othone consularibus, de Clemente modo qui subditur, profequitur:

Leo secundus successit Agathonis Papæ, de Clemente sic ait in sua decretali epistola: Si autem Petrus princeps Apostolorum, adiutores sibi acciuit Linum & Cletum, non tamè Pontificij potestatem, aut soluendi vel ligandi normam eis tradidit, sed Clementi successoris suo, qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradente sibi B. Petro Apostolo, tenere promeruit: Linus verò & Cletus ministrabant exteriora, princeps autem Apostolorum Petrus verbo & orationi insistebat. Linum nanque & Cletum nihil vnquam legimus ex Pontificali ministerio potestatem egisse: sed quantum eis à beato Petro præcipiebatur, tantum solummodo agebant.

Hæc Leo Papa, Et subdit Marianus Scotus:

Clemens ergò primus post Petrum, Romanam Ecclesiam tenuit, vel cum eo Linus & Cletus, sicut cum Petro fuerunt.

Et idem Marianus post alia subiungit:

Sanctus ergò Clemens non tantum suc-

cessor B. Petri fuit, sed etiam viuente Iacobo, nouem annis ante passionem Petri Romanam cathedram tenuit, iuxta scripturas, & deinde post Petrum XL. id est, duodecim cum Cleto, vel cum Lino, & nouem annis post eos, vsque dum in exilium missus est.

**EPISTOLA CLEMENTIS PRIMAE
ad Iacobum Fratrem Domini, Rufino
Torano Aquileiensi interprete.**

CLEMENS IACOBO Fratri Domini, & Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias, quæ ubique Dei prouidentia fundatæ sunt, cum Presbyteris & Diaconibus, & cæteris omnibus Fratribus, Pax tibi sit semper.

Notum tibi facio Domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, quæ de causâ etiam Domini ore diuino cognominatus est Petrus, quod fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primo Deus Pater filium reuelauit, cui & Christus competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus est & electus, & conuiuia Domini & comens effectus, tanquam bonus & probatissimus discipulus, qui obscuriorem Mundi plagam Occidentis (velut omnium potèrior) illuminare præceptus est, qui & integrè potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraherem, refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tardè, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia (aduersante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, & regem omnium seculorum per orbem terræ, & vsque ad ipsius Romanæ vrbis huius notitiam, ut etiam ipsa saluaretur, inuexit. Hic, in qua, pro pietate pati volens, præsentem vitam finiuit. In ipsis autem diebus, quibus vitam finem sibi imminere præsentit, in cõuentu Fratrum positus, apprehensa manu mea, repente confurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me Fratres & conserui mei, quoniã, ut edoctus sum ab eo, qui misit me, Domino & Magistro meo IESV Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado: Qui mihi ab initio vsq; in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatē totius meæ prædicationis agnouit: Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseverans: Quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studijs deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam ex his, qui in verbo Dei instituuntur) iniurias. Propter quod ipsi trado à Domino mi-

Joan. 1. f

Matt. 16. c.

In decret. Iuonis lib. 5.

13. q. 3. Qui-
cunq; con-
trist. Et in-
fra in epist.
1. Alexandri
Papae.

Videtur pol-
liceri inter-
cessionem
post mortem.

hi traditam potestatem ligandi & soluendi, vt de omnibus quibuscunq; decreuerit in terris, hoc decretum sit & in caelis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum ecclesiae regulam nouerit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicumq; contristauerit doctorē veritatis, peccat in Christum, & Patrem omnium exacerbat DEVM, propter quod & vita carebit. Ipsum autē qui praest ceteris, oportet medici vicem agere, & non ferē bestiae furorē commoueri. Hæc eo dicente, ego proci-dens ad pedes eius, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedræ vel potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit, nē me rogaueris. Hoc enim fieri statutum est mihi, & magis, quo excusas: quia hæc cathedra eum, qui cupit eam & aucter expe-tit, non requirit, sed ornatum moribus & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adiutor tam sedulus adstis-sisset, si quis tam plenē doctrinæ meæ ratio-nem cepisset, sed & Ecclesiasticas dispositio-nes à me tam plenē didicisset, habens alium talem, non te cogere opus bonum suscipere nolētem. Superfluum est ergo alium quæ-rere, cum primitias eorum qui ex gentibus per me saluantur, & præcipuē huius vrbis, te primum obtulerim Deo. Sed & illud intue-re, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiae gubernacula, certus esto, quia ampliū peccas qui populum Dei velut in fluctibus positum & periclitantem, quum iuuare possis, subterfugis, tu tantummodò habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, prouidens. Sed certus esto, quod d. necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omni-um ab obsecrando cessabo. Quāto ergo mihi citius acquieueris, tanto me citius laboris & tristitiæ meæ merore releuabis. Noui eti-ām hoc, o Clemens, quod tibi tædia & mo-lestias, pericula etiā & opprobria inerudi-ti vulgi indocilisque conciliem, quæ tu ta-men, scio quod constanter & fortiter feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deū patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iusta ratione perspicere, quādo maximē opera tua indiget Christus, nūc inimicus aduersus sponsam eius commouet bellum, an in futuro tempore, quādo iam CHRISTVS post victoriam triumphabit, nec vltra vilius opera indigebit? Quis non etiā parui sensus intelligat, quod istud est tempus in quo operam tuā Christus requirit? Tota igitur mente in præsentī necessita-te præbe operam tuam, & auxiliū in præ-lijs exhibe regi optimo, remunerationes ma-gnificas post victoriam reddituro. Liben-ter ergo suscipe Episcopatus officium, eō ma-ximē, quod ecclesiasticas dispositiones à me probabilius didicisti, vt salus eorum, qui p nos confugerunt ad Deum, nequaquam va-

llet. Veruntamen & breuiter te de ipsius dispensationis ordine corā omnibus com- nere necessarium duco. Te quidem oportet n. q. 1. Te irreprensibiliter viuere, & summo studio quidem, niti, vt omnes vitæ huius occupationes abij- cias, nē fidei usfor exifas, nē aduocatus litiū fias, nē in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris, mūdialis negocij occasione per- plexus. Neque enim iudicem aut cogitorē secularium negociorum hodie te ordinare vult Christus, vt nē præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vaca- re, & secundum veritatis regulam secernere bonos à malis. Ista nanq; opera, quæ tibi mi- nūs cōgruere superius exposuimus, exhibe- ant sibi inuicem discētes, id est, laici: & te nē- mo occupet ab his studijs, per quæ salus omni- bus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studijs, sollicitudines: n. q. 1. Sicut enim, suscipere seculares: ita & vnicuiq; laicorum peccatum est, nisi inuicem sibi etiā in his, quæ ad communis vitæ vsum pertinent, ope- ram fideliter dederint. Te verò securum fa- cere ex his, quibus non debēs vacare, omnes communiter elaborent. Quod si fortē à se- metipsis hoc laici non intelligunt, per Dia- conos edocendi sunt, vt tibi solius Ecclesiae sollicitudines derelinquant, quò ipsam, vt di- gnū est, dispensare sufficiās, & veritatis ver- bo abundantius & studiosius deferuire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinent, ple- niūs singulis quibusq; distinguere. Et ex- fiet, vt & tu, tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, puniaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco Idem in epist. sola Euari- sti Papae. In dec. Iuo. lib. 5. tu quidem ad hoc solum vacato, vt oportu- nē & sinē intermissione doceās verbum Dei, per quod salutem consequi possint. Illi verò cum tanta reuerentia tua verba suscipiant, tanquam qui sciant legatum te & præconem esse veritatis, & quodcunq; super terram Matth. 26. d. ligaueris, esse ligatum & in celo: & quod- cunq; solueris super terram, etiā ibi esse soluendum. Quoniam quidem & tu, vt dixi, quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, solues. Et ad te quidem qui præes, ista sint monita, & his similia. Ad presbyteros verò sint ista: Ante omnia, vt pudicitia studentes, adole- scentes nuptijs iungant, quò calorē feruetis ætatis conjugali lege præueniāt. Sed nē in p- uectioribus quidem curam habere huiusce- modi negligant, quia in multis, etiā quum senuerit corpus, concupiscētia vigeat. Nē for- tē ergo fornicationis labes, occasione accepta tanquam venenū pessimum serpat in vobis, cauere & anteuinire necessariū est, nē quod in vobis adulterij occultū coalescat incendi- um. Et qd in omnibus peccatis adulterio gra- uius? Secundum nanq; in pœnis obtinet lo- cum, quoniam quidem primum illi habēt q. 1. q. 7. euiā in omnibus. aberrāt à Deo, etiā si sobriè vixerint. Propter Et in dec. quod Iuo. lib. 7.

* extrudat à
regalibus

Prima specis
es adulterij.

1. Cor. 13. d

1. Petr. 4. b

Matth. 25. d
Itē in epist.
2. Euaristi
Papae.

11. q. 1. Si qui
ex.

quod vos o presbyteri, Ecclesiā excolite, & ordinate sponsam Christi ad pudicitia. Spō- sam autē dico, omnem Ecclesie cōgregatio- nem: quæ si pudica inuenta fuerit à sponso suo, ingētibus ab eo donis & muneribus ho- norabit: & vos, velut ministri spōsæ & ami- ci sponsi, ingenti gaudio. & lætitia perfrue- mini. Si verò sponsa hæc reperta fuerit com- maculata peccatis, ipsa quidem tanquam in- digna, nō tradetur regalibus toris. Vos au- tem pœnas dabit, si fortē per vestra negli- gentiam vel desidiū obreperit contagio læua peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis & pudicitia sollicitudinē gerite. Valdē enim apud Deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius species sunt quidem plures, sicut vobis & ipse Clemēs diligēter exponet. Ve- runtamen prima species adulterij est, virtum propria vxore solummodò non esse contē- tum, & mulierē non proprio tantum seruare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest & hu- manus & misericors fieri, per quod & ipse æternam à Deo misericordiam cōsequatur. Sanē sicut adulterij venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus & chari- tas totius boni salugium tenet. Et idēo di- ligite omnes fratres vestros, & cum religione ac misericordia respicite ad omnes. Orphan- nis exhibete vosmetipsos parentes. Viduis virorum curam impendite cum omni casti- tate, quæ necessaria sunt, præbentes. Iunio- res tamen viduas nuptijs copulate. His qui ignorāt artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium que- rant. Artificib; verò opera prouidete, debili- bus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si charitatem præ ceteris & ante omnia in vestro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ ma- ximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrū mē- samque faciatis, & in quantum vnusquisque præualeat, crebrius panes ac sales suos cum fratribus suis sumat. Per hæc enim præcipuē charitas comparatur, & causa totius boni in huiusmodi communione consistit. Vbi autē pax & bonitas, ibi & salus. Propter quod communes facite cibos vestros cum his, qui secundum Deum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia, pacis & charitatis fructi- bus gaudia æterna mercamini. Multo autem sollicitius esurientes reficite, & sitiētibus po- tum date, nudis vestimentum: egros visitate, & eos qui in carcere sunt, prout possibile est, iuuate: peregrinos satis promptē in domibus vestris suscipite. Et nē omnia nunc singula- tim dicam, omne bonum ipsa per se (si in vo- bis fuerit) charitas vos facere docebit, sicut & econtrario eos q. à salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Si qui ex fratri- bus negocia habent inter se, apud cognito- res seculi non iudicentur: sed apud Presby- teros Ecclesiae, quicquid illud est, dirimatur:

& omni modo obediant statutis eorum. Su- per omnia autē auaritiā fugite, quæ homines occasione presentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusq; equissima custodite: depolita fide- liter restituite. Quæ omnia, & si qua sunt si- milia his, ita demum sollicitē & diligēter im- plebitis, si futurum Dei iudicium sinē inter- missione in vestro corde voluatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Eccle. 7. d. Dei iudiciū ponat? Quod in fine mundi cer- tum est agitandū, vt tandem qui benē in hac vita egerunt, cōsequatur bona reposita, pec- catores autem vt cōsequantur preparatas & reconditas pœnas, de quibus ita futurū dubitare omnino nō possumus. Si quidem hæc omnia ita esse vêtura, verus nobis propheta Matt. 25. c. d. prædixit. Vndē & vos, qui estis veri prophe- tæ discipuli, abijcite à cordibus vestris ante omnia discordias & animorū dissensioēs, ex quibus omne malū opus procedit, & benigni- tatē ac simplicitatē tota mēte seruate. Quod si fortē alicuius cor vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius me- morauimus, latēter irreperit, nō erubescat, qui animæ suæ curam gerit, cōfiteri hæc huic qui præest, vt ab ipso per verbum dei & con- silium salubre curetur, quò possit integra fi- de & operib; bonis pœnas æterni ignis effu- gere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Diaconi verò Ecclesiae, tanquam oculi sint Episcopi, oberrantes, & circumlustrates cum Dist. 93. Di- aconi eccle- siæ. verecundia actus totius Ecclesie, & perscru- tantes diligentius, si quæ videant vicinū fieri præcipitio, & proximū esse peccato, vt referat hæc ad Episcopum, & cōmoneri ab eo pos- sit is qui in præcipitiū lapsus est, vt reuocetur, & non corruat in peccatum. Negligen- tiores quoq; & eos qui rariūs ad audiendum verbū Dei accedūt, nec sollicitē ad Episcopi tractatū conueniunt, ipsi cōmonent & hor- tentur. Si enim assidui sint ad audiendū, nō solum vitæ æternæ ex salubri comonitione capiunt lucra, verum & quæcunque illæ sunt tristitiæ vel mœrores, quæ ex presentis vitæ necessitatibus & cladibus temporū veniunt, quæque malorum sermonibus in corde suo velut iacula defixa circumferunt, abijciuntur omnia prædicatione veritatis & vitæ æternæ doctrina & eruditione purgata. Alioquin, si multo tēpore auditū subtrahāt à verbo Dei, & remaneāt in cultu vitiorū, sinē dubio spi- * Deū ami- ferunt, spi- nis ac

Ecclesia man-
gnet; nautis le-
pida collatio.

pertinet, diaconis curae sint. Qui catechizat, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint. De anima enim agitur hominum. Et oportet eum, qui docet & instruit animas rudem, esse talem, ut pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse praecipue apprimere esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabit fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quae unusquisque habere debeat, prosequar. Veruntamen illud est quod praeter ceteris ab omnibus vobis cupio in commune seruari, ut concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis intrare, & civitatem summi regis (quae pax nominatur) habitare. Similis namque est status omnis ecclesiae magnae navis, quae per vndosum pelagus diversis locis & regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis huius dominus, ipse omnipotens Deus, gubernator verò sit Christus. Tum deinde praeter officium Episcopi impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit: ipsum quoque mare hic mundus habeatur: ventorum verò varietates & turbinum, diversis tentationibus conferantur: persequutiones, tribulationes & pericula, fluctibus exequentur. Terreni verò spiritus, qui vel de torrentibus, vel de coallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum, seu pravae doctrinae verba ducentur: promotoria verò & loca confragosa, hi qui in potestibus seculi sunt iudices, & pericula minantur & mortes. Bithalassa verò loca, quae duplicibus vnda fallacibus estibus verberantur, dubijs mente, & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostrae ratione discutunt. Hypocritae autem & dolosi, piratis similes habeantur. Iam verò rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxi illius naufragia, ac mortiferae submersiones quid aliud estimanda sunt, quam peccata? restat igitur, ut haec navis cursu prospero tuta possit portum desideratae urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsius bonis moribus & bonis operibus adiuventur. Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatae (id est, laici) in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilesque discursus, si passim vagari coeperint, vel ab officio suo nautas impedian, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa dimergatur. Nautologi de mercedibus commoneant: & nihil omnino, quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant, presbyteri,

velut nautae, aptet singula ad instructionem navis diligenter, & instruat, quae in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam praeterita, vigilanter & sollicitè gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus gubernator ecclesiae suae, diligatur ab omnibus, & ipsius solius praecipis ac iussis credat & obediat omnis Ecclesia. Deo quoque indefinenter supplicetur à cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes, omnem tribulationem & omne periculum superent, tanquam mare profundum mundi istius & vite humanae pelagus navigantes, in quo esuridum sit & sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis & aegritudines tolerandas. Insuper & hominum insidijs ac dolo saepe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque & siccillationes ferendas, quum ex confusione peccatorum & reiectioe criminum, velut male congregati in visceribus fellis, iactura faciendae est, & abiectioe prorsus è corde omnis intrinsicus quae latet, amaritudo peccati, si qua forte ex desiderijs iniquis, velut ex cibis noxijs congregata est. Quam utique quum euomerit, quis & abiecerit, ingentis aegritudinis liberabitur morbo, si tamè post vomitum, quae ad sanitatem pertinet, sumat. Veruntamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille verò & suum & singulorum. Propter quod, o Clemens, tanquam qui omnibus praesente te noveris, singulos (prout potueris) iuua, & singulos releua, qui & singulorum onus & solitudinem portas. Vnde & ego nunc haec tibi iniungens dispensationem, scio quia accipio gratia magis, quam praesto. Sed esto confidens, & fortiter ferens, certus quia laboris tui meritum recipies, quum ad portum quietis incolumem hac prouexeris nauem. Ibi mercedes & premia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaueris. Itaque si te multi è fratribus propter rigorem iustitiae odio habuerint, ex hoc quidem non lederis, sed ex huiusmodi odijs amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à pessimè agentibus diligaris, sed potius propter iustam dispensationem, & equissimam regulam disciplinæ, à Christo collaudari merearis. Haec quum dixisset, & his familia quam plurima, rursùm respiciens ad populum, dixit: Sed & vos charissimi fratres & conserui mei, huic qui praesidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, scientes quod si quis hunc contristauerit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec Deum Patrem suscepisse iudicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in regno celorum. Propter quod satagite ad omnem collectam & congregationem semper

Dist. 93. Et
in epi. dec. 3.
Anac. Pape,
cuius initium
est, Bōdico
Deus. Et si
militar Fab.
Pape, quae
incipit, Di-
uini prece-
ptis,

semper conuenire, ut non velut negligentes & desides à iudice Christo condemnemini. Conuenientes verò semper ad Clementem, date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio fauorem vestrum erga ipsum ostendere, scientes quia propter singulos vestrum, ipsi magis soli infestus est inimicus, & in ipsum maiora suscitata bella. Oportet ergo vos summo studio niti, ut omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum in heretis affectu. Sed & vos quoque ipsi vnanimis in omni concordia perdurate, quò facilius etià illi obedire omnes pari & consensu & vnanimitate possitis. Propter quod & vos salutem cōsequi, & ille possit, obtulerantibus sibi vobis, praecipuum impositi oneris pondus euahere. Quadam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quae ipse propter inuidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commotione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus praesert, & per hoc redeat ad salutem, quum obedire coeperit monitis praesidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur: vnus est & ipse ex illis, qui exterminare voluit Ecclesiam Dei: & cum corpore vobiscum esse videtur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum specie, quae inimici sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat. Et cum haec dixisset, in medio coram omnibus manus mihi imposuit, & in cathedra sua, ingenti verecundia sitigatum, sedere me coepit. Quumque sedissem, haec ad me rursùm loquutus est: Deprecor te, o Clemens, coram omnibus qui praesentes sunt, ut postea quae (sicut naturae debitum est) vitae praesentis sine fecero, Iacobo fratri Domini, descripta breuiter, vel quae ad initium fidei tuae spectant, vel etià quos ante fidem animos gesseris: sed & qualiter mihi ab initio usque ad hunc, comes itineris & actuum fueris, quaeque per singulas ciuitates (me disputate) sollicitus auditor exceperis, quaeque in praedicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum, sed & qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia, quae potes, breuiter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multum de meo exitu contristandus sit, quum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatiu, si didicerit, quod post me non imperitus vir aliquis aut indoctus, atque ignorans diuini verbi mysterium, & ecclesiastici ordinis disciplinam vel doctrinae regulam

nescies, susceperit cathedram meam: scit enim, quia si indoctus & inscius officium Doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantiae tenebris obuoluti, in interitum demergentur. Vnde & ego, mi Domine Iacobe, quum haec ab eo praecipua susceperim, necesse habui implere quod iusserat, indicans tibi & de his ipsis, simul & de illis breuiter comprehendens, quae per singulas quasque urbes digrediens, aut in praedicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecit, quum tibi de his plurima iam & plenius ante descripta, ipso iubente transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse praecipit affigi, id est, Clementis Itinerarium, non praedicationis Petri. Sed & nunc exponere iam, quae praecipit, Domino opem ferente, incipiam: Penitemini, inquit, & veram agite penitentiam. Omnes ergo homines, qui Christiano censentur vocabulo, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum Deum & Dominum veraciter credere & confiteri, eumque tota mente & toto corde & tota virtute diligere, & proximos suos tanquam semetipsos, do cibiles quae esse usque ad perfectam doctrinam ad haec perficienda, summo opere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide aut placere Deo nemo poterit. Christo itaque resurgente, & ascendente in caelum, misso sancto spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes praedicarent. Summam ergo totius fidei catholicae recensentes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, & vnus Dei omnipotentis (id est, sanctae Trinitatis) equalitas declaratur, & mysterium incarnationis filij Dei, qui pro salute humani generis à patre de caelo descendens, de virgine nasci dignatus est, quoquo ordine, vel quam modo mortem pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, & in carne ipsa caelos ascenderit, ad dextramque patris coeederit, iudex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro baptisate renatis contulerit, & resurrectione humani generis in eadem carne in vitam aeternam futuram, sic docuerunt. Symbolum enim Graecè, Latine collatio dicitur. Et hoc praedicti sancti Apostoli inter se, per Spiritum sanctum salubriter (ut dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicat. Ergo cunctis credentibus, quae continentur in praefato symbolo, salus animarum & vita perpetua bonis actibus preparatur. Et quod in primordio eiusdem symbolo praenotat, CREDO IN DEVM Patrem omnipotentem: praedictarum fidei testimonium & fundamentum in prima fronte monstratur, quia saluus esse poterit, qui recte crediderit. Credere enim oportet accedentem ad Deum: quoniam corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem. Vnde ait propheta:

Marc. I.
Compedit-
olum fidei
Christianae.

Heb. II. 2

Act. I. & 2.

*quoquo

Heb. II.

Rom. 10. 8

Pfal. 115.
Rom. 1. b
Abac. 2. a
Esaia 7. b

Credidi, propter quod locutus sum. Et illud, iustus ex fide uiuit. Et, Nisi credideritis, non intelligetis. Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Vnde credendum est in Deum, a quo tam presens vita, quam futura tribuat. Deus autem appellatio est substantiae sempiternae, siue timoris diuini. Igitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, & incogitabilis. Patre autem cum audis, agnosce quod habeat filium veraciter genitum: sicut possessor dicitur, quod aliquid possidet: & dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergo Pater, secreti sacramenti vocabulum est, cuius uere filius est uerbum, & speculum, & character, & imago uiuens Patris uiuentis, in omnibus Patri similis, eiusdem naturae in diuinitate, genitus, & genitori per omnia coequalis. Nec quaeatur, quomodo genuit filium, quod & angeli nesciunt, & prophetis incognitum est. Vnde illud dictum est: Generatione eius quis enarrabit? quam secreta originem cum proprio filio, nouit ipse solus qui genuit. Nec Deus a nobis discutiendus est, sed credendus: qui in nobis discipulis nescimus, quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus, aut consilium, aut mens nostra generat uerbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem, sicut ait propheta, In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te. Et illud, Hic Deus noster, & non reputabitur alter ad eum. Et post, In terra uisus est, & inter homines conuersatus est. diligere ergo Deum unum quemque ex toto corde, & ex tota anima (ut praefixum est) ex tota fortitudine oportet, & proximum tanquam semetipsum, respondente Domino cuidam scribarum ac dicente: Primum omnium mandatum est, Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua: Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliquid mandatum non est, quod maius est omnibus holocaustamentibus & sacrificijs. Vnde & in ueteri testamento scriptum habetur: quod tibi fieri non uis, alteri non feceris. Et Dominus ait: Omnia quaecumque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite similiter illis. Quibus utrisque mandatis, per unum malitia concipitur, & per aliud benignitas propagatur, ut non malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum, ut caueat laedere: Secundum, ut non bonum prestare. Si enim fratrem quem uides, non diligis, Deum quem non uides, quomodo potes diligere? Sic ergo nos decet exercere curam nostram, ut non dimittamus curam uestram: & sic diligere nos, non negligatur dilectio proximi: quia Dei dilectio morti comparatur, dicente sapientia, Valida est dilectio ut mors: idcirco quia sicut mors uolenter separat animam a corpore, ita dilectio Dei separat animam uolenter a mun-

Hebr. 1.

Esaia 53. c

Psal. 109

Baruch 3. d

Ibidem.

Matth. 22. b

Marc. 12. c

Tobiae 4. c

Matth. 7. b

Luc. 6. c

I. Iohan. 4.

Can. 8.

dano & carnali amore. Qui enim (Dominus inquit) diligit me, mandata mea seruabit. Na Iohan. 14. qui Dei precepta contemnit, Deum non diligit. Vnde scriptum est: Nolite putare quod Ibidem maneat in dilectione mea, si non seruaueritis precepta mea. Neque enim regem diligimus, si odio leges eius habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui non scitur in proximo corruiere dilectione: quia per dilectionem proximi, peruenitur ad charitatem Christi, quoniam (ut praebatum est) Matth. 22. d in his duobus preceptis tota lex pendet & propheta. Docibiles ergo, qui perfecte docti non sunt ad haec peragenda, oportet omnes esse, & ut ipsi docti sint, & alios prudenter instruere, & perfecte possint docere, iuxta Danielem prophetam, qui ait: Populus autem scientem Deum suum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos. Omnes docibiles, ut iam dictum est, qui docti sunt, esse oportet: sed sacerdotes doctiores ceteris populis necesse fore docebat Christus, dicens, Quia si caecus caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadunt. Sacerdotes uero sal terrae & mundi lumen docens, praecipit in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait: Beati estis, quum male dixerint uobis homines, & persequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in caelis: Sic enim persequuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terrae. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut foras mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, ut qui ingrediuntur, lumem uideant. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Episcopos autem per singulas ciuitates, quibus ille non miserat, perdoctos & prudentes sicut serpentes, simplicesque, sicut colubas, iuxta Domini preceptionem, nobis mittere praecipit. Quod etiam facere inchoauimus, & Domino opere ferente, facturi sumus. Vos autem per uestras dioceses Episcopos sacrate & mittite, quia nos ad alias partes (quod idem iussit) agere curabimus. Aliquos uero ad Gallias Hispaniasque mittemus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigeret cupimus. Vbi autem ferociores & rebeliores gentes esse cognouerimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habemus, qui quotidiem non cessent diuina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & uiam ueritatis perducere, ut plures manipulos Domino ualeant presentare. In illis uero ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum Primates poni, uel Patriar-

Matth. 15. b

Matth. 5. b

Diff. 93. Sacerdotes uero.

Matth. 5. a

Matth. 10.

Diff. 80. in illis ciuitatibus.

*primi sacerdotum flamines.

*primi flamines

*quis inuoluerit
center
iussit

In dec. Iuo. lib. 2.

7. q. 1. beatus Petrus.

Matth. 10. c

7. q. 7. Laici in accusati- one.

3. Cor. 4. e

Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum iudicia & maiora (quoties necesse foret) negotia in fide agerent, & secundum dei uoluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita ut non iniuste periclitaretur, definirerent. In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud predictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant, quam memoratos Primates, Archiepiscopos institui praecipit, qui non tamen primatum, sed Archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quoque iudicia (ut superius memoratum est) & maiora Ecclesiarum negotia, si ipsi reclamauerint, aut aliquid timore, aut istos uel alios suspectos habuerint, ad iam dictos Primates uel Patriarchas, non aliquis nocenter periret, transferri perdoctus. In singulis uero reliquis ciuitatibus singulis, aut non binos uel ternos aut plures, Episcopos constitui praecipit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed Episcoporum tantum uocabulo potirentur, quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus praefuit. Hoc tamen prauidendum instituit, non in uillis, aut castellis, uel modicis ciuitatibus instituerentur Episcopi, non uile eorum nomen fieret. Episcopos ergo uicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, & reliquorum Discipulorum uicem tenere presbyteros debere inuenerat. Et si quis aliquid ex his scandalizaret, grauissimam illi poenam inferri debere praedicabat. Cunctos se inuicem diligere & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas uero & adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coequalis non erant, ab eorum vexatione & accusatione (docente Domino) prohibebat, & non nisi a coequalibus aliquid eis inferri debere docebat, quia discipulum supra magistrum esse, aut uillam ei iniuriam inferre, nullatenus debere oportet. Infames etiam omnes, & quos Primates & leges seculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione & vexatione semper repelli debere, rogabat, & cunctos illis subditos esse praecipiebat. Cunctorum sacerdotum uita, superioris sanctiorisque, ac discreti a secularibus & laicis hominibus esse, & spirituales quosque atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituendos docebat, quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur & iudicemur, uel ab humano die. Maiores uero, a minoribus nec accusari, nec iudicari uillatenus posse dicebat, quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges seculi inhibere docebat. Omnes ergo legum diuinarum libenter uoluntarios, & sacrarum institutionum uoluntarie perturbatores, Ecclesiastica in dignos regula & sancta comunione iudicabat. Operatores uero earundem, eisque obediens, utrarumque ac ceterorum bonorum dignos esse dicebat. Vnde & propheta in testimonio

num fumebat: Audite caeli & auribus percipite terra, quoniam Dominus loquutus est: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepem domini sui, Israel autem non cognouit me, & populus meus non intellexit. Vae genti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, & alienati sunt retrorsum. Super quo percussam uos ultra, addentes praeparationem? Omne caput languidum, & omne cor moriens: a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas: Vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra uestra deserta, ciuitates uestrae igne succensae. Regionem uestram coram uobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in uastitate hostili, & derelinquetur. Vae, inquit, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudine eius exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Et descendet fortis eius, & populus eius, & sublimes gloriosusque eius ad eum, Et incuruabitur homo, & humiliabitur uir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui ceruices suas contra magistros & seniores suos erigebant, haec in exemplum adducebat: Detracha est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te sterneretur timea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In caelis confedam, super astra Dei exaltabo solum meum, sedebam in monte Testamento, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraxis in profundum lacu. Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, teque prospiciet: Nunquid iste est uir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit, uinctus eius non aperuit carcerem? Ebrietatem oppidum prohibebat, & ebriosos, corpore & animo mortuos esse praedicabat: De quibus & in exemplum aiebat: Vae qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad uesperam, ut uino estuatis, Cithara & lyra & tympanum & tibia & uinum in conuiujs uestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Et iterum: Vae qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem: Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulam

Esa. 1. a

Ibidem.

Esa. 14. e

Esa. 5. e

Ibidem.

lam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquiū sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, & extendit manum suā super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Nullū etiā presbyterum in alicuius Episcopi parochia aliquid agere debere, absq; eius permisso, docebat: sed & cunctos Presbyteros proprijs Episcopis in omnibus absq; mora obediētes (institūte Domino) esse debere docebat. Nullum itē aliena concupiscere aut presumere, quæ eorū erant, sed vnum quēq; suis sibiq; commissis * contentos esse docebat. Neminem etiā alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri vellet, instruebat. Sanctam quoque ecclesiam immaculatam omnes seruare debere euangelizabat, cuius clauē Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cælū, & aperire portas eius, quia clauē cæli facti sunt. Admonere autem eos neminē debere docebat, quia oculi Domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quāta pœna dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, vbi ait: Qui scādalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scādalis. Necessē est enim vt veniāt scādala: veruntamen væ homini illi, per quem scādalum venit. Si autem manus tua scādalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Bonum est tibi, ad vitā ingredi debilem, quā duās manus habentem, mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scādalizat te, abscinde eū & projice abs te. Bonum est tibi, introire ad vitam claudum, quā duos pedes habentē, mitti in ignem æternū. Et si oculus tuus scādalizat te, erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi, vnum oculum habentē in vitam introire, quā duos oculos habentē, mitti in gehennam ignis. Videte, nē contemnatis vnū ex his pusillis. Amē dico vobis, Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt alligata & in cælo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterū dico vobis, quia si duo ex vobis cōsenserint super terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et iterū per Prophetam loquitur, dicens: Expauit (inquit) cælum super hoc, & horruit ampliū vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatē, O linguam iniquitatem loquentem, contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterū: Impone homo tuę lin-

*volebat

*contentū abire oportere Tob. 4. c

Matth. 18. c

Zach. 2. c

Mat. 18. a. b. c

Hiere. 2. a

Eccle. 28. d

guæ ostium & seram. Cessa, cornu in altitudinem extollens, & loquens aduersus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousquē insultas patienti Christo & fratribus? Sicut autem peccantes in Fratres, & percutientes eos. 1. Cor. 8. rum infirmam conscientiam, in Christū grauius peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiemini, & iustē repellemini. Et iterū per Prophetam loquitur, dicens: Vos autem sacerdotes domini vocabimini, ministri Dei nostri, dicitur vobis: Fortitudinem gētium comedetis, & in gloria eorū superbietis. Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partē eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & læticia sempiterna erit eis: Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habēs rapinam in holocaustum: Et dabo opus eorū in veritate, & scēdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen cui beuedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in deo meo: Quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam decoratum corona, & quasi sponsam ornata monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis gentibus. Eos autē à solo Domino aut iudicandos, aut remouēdos, & nō ab alijs esse dicebat, quia sui sunt, & non alterius. Et quis est, qui alterius iudicet seruum? Nam si nō patiuntur homines, nec Deus deorum & Dominus dominantū hæc vllatenus patitur. Vndē & prophetas sibi testes esse dicebat, per quos Dominus loquitur, dicens: Ecce excoxi te, sed non quasi argentū: elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam, vt non blasphemem, & gloriā meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Israel, quē ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meū sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in corde eorum: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum nē metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tineæ. Salus autē mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationū. Et iterū: Abscondita est vita meā à Domino, & à DEO meo iudicium meum trāsibit. Nunquid nefcis, aut non audisti? Deus, sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lassō virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

1. Cor. 8.

Esa. 61. b. e. d

Esaie 48. b

Esaie 51. e

Esa. 40. g

plicat. Deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquilę: current, & nō laborabunt ambulabunt, & non deficient. Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Nos autem qui eos vetant, aut amouere vel damnare nituntur, Dominus per prophetam damnat, & vsque ad satisfactionem eorum & Ecclesię damnatos esse docebat, vbi ait: Talia elegerunt in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vndē & ego elegam illusiones eorum, & damnationem aduocam eis, quia loquutus sum eis, & non audierunt: fecerunt quę malum in oculis meis, & quę nolui, elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt Fratres vestri, odientes vos, & abijciētes propter nomen meum. Glorificetur Dominus, & videbimus in læticia vestra, ipsi autem confundentur. Non enim laborabunt frustra in conturbatione presules mei, quia semen benedictorum Domini est. Antequam clamēt, Ego exaudiam adhuc illis loquentibus, Ego audiam. Ad glorificandum se, & Diuina madata feminanda & euangelizanda, eos Dominus elegit, & non vt prohibeātur aut perturbentur, suggererat: quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius Legatione funguntur. Predicare eos assidue, & mandata Domini sine intermissione annūciare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam coram DEO habere insinuat. Omnes principes terrę, & cunctos homines eis obedire, & capita sua submittere, eorum quę Adiutores existere precipiebat, vt omnes pariter fideles & cooperatores legis Dei monstrarentur, nē de eis dicatur: Confundentur & erubescant omnes, qui pugnat aduersum te, & erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos. Erant quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te. Omnes ergo qui eis contraueniunt, itā damnatos & infames vsque ad satisfactionem monstrabat, & nisi conuerterentur, à liminibus Ecclesię alienos esse precipiebat. Homicidiorum verò tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, itā & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstratur. Omnes etiā à carnalibus desiderijs, quæ militat aduersus animam, abstinere, & bonam eorum conuersationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere insinuat, & veram fraternitatem inter se habere docebat: Quotidia-

Esaie 41. a

Esaie 66. b

Esaie 65. d

Esaie 41. c

11. q. 3. Si aut vobis.

De pœn. dif. 1. Homicidiorum tria.

1. Pet. 2.

na enim illius prædicatio inter cetera diuina mandata, hæc erat, quā in eius exemplum etiā tibi frater charissime significare curauit: Bonorum, inquit, operū inter cetera femina ac negocia sunt, quantum vnusquisq; sapit & potest, totis intinui cordis (vt prelibatum est) visceribus Deum diligere, & proximum velut seipsum: Abnegare seipsum sibi, vt Iesum Christum Dominū nostrum sequatur: & nihil eius amori preponere, veritatem corde & ore proferre debere, & totam spem Deo semper committere. Instruebat actus suę vitę omni hora custodire, & in omni loco Deum respicere: firmiter scire, cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus Domini manifestare. Os suum à multo vel prauo colloquio custodire, & verba vana aut mendacia non loqui: quia os quod mentitur, occidit animam. Verba diuina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, atq; obediētes esse docebat. Predicatiōi & orationi ac lectioni frequenter incubere, & elemosynas veras perficere. Desideria carnis nō perficere, sed propriam frangere voluntatem: boni aliquid in se quum viderit, Deo & applicare, non sibi: & malum à se factum cognoscat, & sibi imputet. Multum loqui nō amare, sed custodire labia sua, nē dolum aut malum loquantur: Diem iudicij timere, Gehennam expauescere, vitam æternā omni concupiscentia desiderare: Non occidere, Nō adulterari, Nō furtum facere, Nō rem proximi concupiscere, Nō falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas & caducas non amplecti delicias, ieiunium & vigiliis sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eis que orare & elemosynas dare: Dolentes consolari, & suis bonis refovere, & à malis actibus se alienum facere: Non esse superbū, non vniuersum, nec multum edacem, non fornulentum, non pigrū, non murmuratorem, nec detractore: quia qui detrahit, non se, sed & multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundię tempus reseruare. Dolorem in corde non tenere, nec pacē falsam & dare. Charitatem non derelinquere, nec iurare, nē forte periurium (quod ab sit) fiat. malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non maledicere, sed magis benedicere, & persequutionem pro iustitia sustinere. * Charitatem amare, & nullū odio habere, quia qui odit fratrem suum, homicida est: 1. Ioan. 3. c. Elationem fugere, zelum malum non habere, inuidiam non exercere, nec cōtentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & iuniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos

Matt. 22. d Lucæ 10. c

Lucæ 9. c

Nota de cōfessione pœnitentiæ.

Sap. 1. c

Galat. 5. c

*attribuere

Psal. 33.

Deut. 5. c

De exequijs

1. Tim. 3. a

for. * se solli.

*pretendere

*Castitatem

1. Ioan. 3. c

2. q. 7. Sacerr
dores &

Matth. 23. a

Matth. 10. c
Luc. 10. f

Ecd. 1. b

Ecd. 2. b

Pfal. 33.

Ioan. 12. f

Pfal. 33.

Pfal. 37.

Matth. 8.

ac cunctos reliquos Ecclesie ministros, atq; omnē plebem sibi commissa, verbo diuino & mandato instruere ac dirigere, hosq; omnes & eorum Episcopos tota animi virtute diligere vt oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum preceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, memores scilicet illius Domini precepti: Quae dicunt, facite: quae autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem Episcopi, si exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi vel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. Illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos, quonia maior a minore nec argui, nec iudicari potest. Nullus se extollat erga Doctores ac Magistros suos, quia discipulus super Magistrum esse non debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus, antequam sit: sed prius sit, vt verius dicatur. Precepta Domini, Doctorumq; ac Magistrorum, factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim & humilitatio quae magistris agit, Domino exhibetur. Timor Domini delectabit cor, & dabit letitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timere Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis sue benedicetur. Vt dissolutis corde, qui non credunt DEO, & resistunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces sunt his, qui eius legatione funguntur: & ideo non proteguntur ab eo. Vt his, qui perdidit sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient, quum inspicere coeperit Dominus? Qui timet Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quae beneplacita sunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsq; ad inspectionem illius, dicentes: Si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum: secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Venite (inquit) filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendat. Omnis qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum. Diuertat a malo, & faciat bonum: inquiret pacem, & persequatur eam: quia oculus Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Propterea nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed letamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient ab Oriente & Occidente, Domino dicente, & a Septentrione atq; Meridie,

& recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob. Propter quod, deprecor te frater charissime, vt doceas attentius hunc praedicationis ordinem & absolutionis dies, vt saluentur animae hominum, quae occulta Dei virtute, quae debeat diligere, priusquam doceatur, agnoscunt. Operum vero ratio, potestati & arbitrio vnus cuiusq; permittitur, & hoc ipsorum est proprium. Desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a patre caelesti donatum est. Sed salus in eo est, vt voluntate eius, cuius amorem & desiderium (Deo largiente) conceperis, facias, ne dicatur sermo eius ad nos, quem idem dixit: Quid autem me dicatis, Domine Domine, & non facitis quae dico? Est ergo proprium muneris, vt vnusquisq; sit (prout Dominus noster dedit) perfectus in ecclesia, mittensq; semina diuina, vt de nobis, non praedictus sermo, sed ille dicatur, quae alibi Dominus noster dixit: Ideo, inquit, omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Nullus ergo (inquit) impediatur ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices: sed primo, quae sit iustitia eius, quae voluntas, requiramus, vt bonis operibus ac dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte sentiunt, & bona agunt, praestit est, quoniam his manifestat seipsum. Nam si quis velit (antequam actus suos emendet) de his requirere, quae non potest inuenire, stulta & inefficax erit huiusmodi inquisitio. Tempus enim breue est, & in iudicio Dei gestorum causa agitur, non questio. Ideoq; ante omnia hoc queramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, vt eternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc tempus vitae per inanes occupamus & inutiles quaestiones, inanes sine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, vbi iudicium operum nostrorum fiet. Vnaquaeque etenim res suum tempus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus est: meritum, seculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, & a beatorum praecceptorum Domini institutus, & a spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter preparanda sunt corda nostra ac corpora, sanctae mandatorum eius, suorumq; Episcoporum ac praedicatorum obedientiae militatura, vt suae gratiae iubeat nobis auxilium ministrari, & fugientes gehennae poenam, ad vitam valeamus omnes peruenire eternam.

Hec itaq; frater charissime Iacob, ab ore sancti Petri iubentis accepi, tibiq; (vt optabas) insinuare studui, vt seruari omnia immaculata praecipias, quia Ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negotia. Haec ergo precepta nemo credat absque sui periculo negligere vel dissimulare, quia in iudicio dei ignis aeterni tormenta sustinebit, qui Ecclesiastica decreta neglexerit. Qui vero te audierit, (vt iusserat minister Christi Iesu)

Luc. 6. g

Matth. 13. g

Deo

Iesu) gloriam accipiet. Qui autem te non audierit, immo loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Curandum ergo & attendendum est nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, vt Christi passionibus per patientiam participemus, atq; regni eius mereamur esse confortes. Amen.

EPISTOLA SECVNDA CLEMENTIS PAPAE AD IACOBVM FRATREM DOMINI,

De sacris vestibus vel vasis.

Clemens Romanae Ecclesiae praeful, Iacobo Hierosolymorum Episcopo: Quoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium Apostolorum Patre, qui claus regni caelestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quae geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorum, i. presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore Clericorum, reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent, ne qua putredine in sacrario inueniatur, ne quum negligenter agitur, portio corporis Domini grauis inferatur iniuria. Communio enim corporis Domini nostri Iesu Christi si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admovere officia, graui anathemate & digna humilationis plaga feriatur. Certè tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non referuntur, sed cum timore & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quae in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctae portioni committere cibum, qui per aqualiculos digestus, in secessum funditur. Si ergo mane Dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunent Ministri, qui eam consumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione aeterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sanctae sacris ita gerendum est: Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: quoniam non licet ea quae in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, vbi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavementorum iacentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuolendum, aut Diaconus scapulas operire velit, quae sunt in altari, aut certè quae vela sunt in mensam Domini. Qui haec fecerit, vel leuiter quasi nihil & negligenter habuerit Diuina mysteria, Diaconus

nus triennio, sexque mensibus a Dominico alienus erit altari, graui percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commouerit, decem annis & quinque mensibus excommunicatus sit, propterea quod deo, minicis sacramentis subiecta sibi non commouerit ministeria, & postea cum grandi humilitate patri reconcilietur Ecclesiae. Pallas vero & vela, quae in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris iuxta sacrarium lauent, non eicietes foras a sacrario velamina Dominica mensae, ne forte puluis Domini corporis male decidat a sindone foris abluta, & erit haec operati peccatum: idcirco intra sacrarij ministris precipimus, haec sancta cum diligentia custodire. Sanè peluis noua comparatur, & praeter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauadis, nisi quae ad Domini altaris cultum pertinent. Pallae altaris solae in ea lauentur, & in alia, vela ianuarum. De velis autem ianuarum, cura sit Ostiarijs ex admonitione Maiorum, ne quis negligens aut ignarus, ad velum ianuae domus DOMINI, manus incondite tergat: sed statim coërcitus, discat omnis homo, quia velum atrij domus Domini sanctum est. Praecipimus etiam ne excommunicato Ecclesiae, siue laico, de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam. Vnde scis tu, qui passim sacrarij panes indignis impedis, unde nosti, si a mulieribus mundi sunt hi, quibus impendis? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, quum secundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducauit. Ad Dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante Ordinationem suam coniuges suas non uerint. Quod si post Ordinationem ministro altaris contigerit proprium inuadere cubile uxoris, sacrarij non intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Domini corporis portationem accedat, nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus. Ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum siue calicem ad altare non sufferat. Si forte quispiam presbyter siue Diaconus, sacrarij sindonem vel velum, subtracta vendiderit, Iudae Iscariotis similis aestimabitur. Qui propter cupiditate fecerit hoc opus, nouerit se supradicti Iudae suscepturum poenam. Clericus vero solus ad foeminae tabernaculum non accedat, nec properet, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cum sola adiungatur, sed duobus adductis testibus, visitet infirmam. Nec solus cum sola foemina fabulas misceat. Nec Archidiaconus aut diaconus, sub praetextu officij humilitatis, frequenter domicilia Matronarum, aut forte per clericos aut domesticos eius, Matronae mandent

De conf. dist. 2. Trib gradibus, * 1. hypodono.

De conf. dist. 2. Trib gradibus, vel ranta in. Et in decr. Iuo. lib. j.

De conf. dist. j. Altaris palla. * cathara.

De conf. dist. Nemo per

De conf. dist. 2. Trib. gradibus. * Tata in

* sanctuarij 1. Reg. 21. b.

* Scilicet, si semper continere noluerint. Sic legit hunc locum & interpretatur Humbertus cardinalis, tempore Leonis 9. libro contra Nicetam. 17. q. 4. Si forte.

Matth. 27. a

secreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur Ecclesie. Sed si fortè aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuentu, ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc sanare debeant. Sanè ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen Clericorum cum extranea habitet femina, nisi proxima aut foror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias satanę. Vniuersa hæc cum mansuetudine Ecclesiastica complenda sunt ministeria. Negocium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis Dominici Corporis demandamus. Calicem verò ad perferendum sanguinem Domini, præparatum cum tota munditia ministerij, minister præparet, nè, non benè lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ità cum omni honestate, cuncta quæ supra exposuimus, oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint dignè opus DEI exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio Epistolę vsq; ad hunc locum, de Sacramentis delegaui benè intuentis: vbi non murium stercora inter fragmenta Dominicę portionis appareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida quum viderint, magis cum ridiculo & fastidio videantur, accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam Clericorum. Quapropter nemo clericorum vltra hæc dissimulet, aut negligere vllatenus audeat, sed libenter quæ iussa sunt, expleat, & sacramenta Diuina nequaquam negligenter contrectet. Ideo quæ tam iuuenes, quam senes, de his, & de omni conuersatione sua, & conuersione, & pœnitentia valdè esse sollicitos oportet, satisque agere, vt hæc condignè agant, & de reliquo ornent tam clerici, quam seculares, animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitia, splendore iustitię, candore pietatis, alijsque omnibus, quibus

*comptam

Optimæ institutiones.

comptam

Optimæ institutiones.

2. Cor. 2. c

Dist. 23. Tales ad.

Optimæ institutiones.

*comptam

citiùs indulgebatur. Quòd si prouectioris ætatis sit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet DEO, quòd postquam finis est omnis impetùs concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, insurgentes aduersùs animam, reprimat corporis voluntates. Superest ergò ei in agnitione veritatis & misericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentię. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conuersionis ostenditur, & non in Deuotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestę sunt mentes, quia non temporum ratione colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si quis, agnita veritatis prædicatione, non distulit, neque tempus negligendo consumpsit, sed statim & (si dici potest) eodem momento præterita perhorrescens, futurorum desiderium cepit, & in amorem regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo vestrum vltra dissimulet, nec retrò respiciat, sed ad Euangelium regni DEI libenter accedat. Non dicat pauper, Quia, quum diues factus fuero, tunc conuertar. Non requirit à te DEVS pecuniam, sed animum misericordem & piam mentem. Neque diues conuersionem suam differat, pro sollicitudine seculari, dum cogitat, quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum, Quid faciam? vbi recondam fructus meos? Neque dicat anima sua, Habes multa bona reposita in annos multos, Epulare & letare. Nā dicitur ei: Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ parasti, cuius erunt? Itaque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio, vt vitam consequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati sint, quòd in ipso impetu desideriorum, ceruices suas iugo subiiciunt Disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua malè præuenti sunt, pro DEI amore commutant. Nemo ergò differat, nemo cunctetur. Quæ enim causa cunctandi est ad benè agendum? Animus sibi malè conscius, dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit quia non iudicet Dominus: quum abuti patientia Dei, & non intelligere parentis benignitatem, iam sit magna damnatio. Vndè scriptum est: Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit. Quapropter Pastoralis Ordinis est, infatigabiliter reuocare, quicquid ad correctionem populorum, immò magis filiorum spiritalium, (quantum est fas intelligere) cognouerit pertinere, & non (quod absit) cum suo periculo alienæ spei, per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est puidere tractatu. Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, nisi eas etiam

*voluptates

Luc. 12. c

Hiere. 48. b

etiam extinguere benè loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neque se deinceps excusabit non monitum, qui, quod sequi debeat, tam verbis, quam literis edocetur. Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledictio his, qui in Patres peccat, Diuina nos docet scriptura. Si enim Cham filius Noë, quum vidisset nudum suum Patrem, quoniam non cooperuit Patris corporalis nuditatem, sed egressus, nunciauit eam fratribus, & illi vestimèto eum cooperuerunt: ipse quidem Cham, & illi qui ex eo nati sunt, sub maledictio facti sunt: qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multò magis isti maiore & ampliore cõdemnatione digni sunt, qui Patribus obuiare, aut contra eos insurgere nituntur, aut iniuriam vel contumeliam eis inferre moluntur: quoniam qui eis resistit, Deo resistit: & qui eis iniuriam vel contumeliam facit, Deo, cuius legatione funguntur, facit. Expauit cælum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem. O linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: Impone homo tuę linguę ostium & feram. Cessa in altitudinem cornu extollens, & loquens aduersùs Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Hæc nos familiaris docebat, & hæc nobis publicitùs predictus magister & instructor atque ordinator noster, Princeps Apostolorum Petrus, in Ecclesia prædicabat, exemplum dans, vt & nos similiter faciamus. Humiliamini, inquit, in conspectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Qui autem iudicat legem, non est factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autè quis es, qui iudicas proximum? Non oportet. Non præcipit nos iudicare inuicem, sed magis auxilium ferre. Væ erit (inquit) his qui fratres tribulant, & eis qui eos persequuntur. Vos autem quanto amplius tribulamini, tanto purgatiore. atque beatiore efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quòd etiam ipse nos Dominus docuit: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et item, Beati eritis, quum vos oderint homines, & persequuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælo. Vndè & ipse ait: Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Non enim (inquit) rectè diligit DEVM, qui fratrem insequitur: nec diligit proximum,

2. q. 7. sacerdotes & reliqui.

Gene. 9. c

Hiere. 2. c

Ecc. 28. d

1. Petr. 5. b & Iaco. 4. b

Matth. 5.

Matth. 22. d

qui ei detrahit, vel qui illum accusat: quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullo modo facere debet. Discite (inquit) filij mei sapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini charitatem, vt non excidatis. Data est enim à DOMINO potestas, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur vestras. Qui autem custodièrint iustitiam, iustè iudicabuntur: & qui didicerint iusta, iustè inuenient quid respondeant. Semper cauetote. Præcepit enim, nè aliquando peccato consentiamus, & prætermittamus præcepta DEI nostri. Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes, diuinis orationibus DEO dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non à quouam grauari. Semper vitate mala, & pro animabus vestris nè confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos iam supplantauit suspicio. Charitatem semper diligite, & fratres adiuuate. Erunt enim quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis. Vndè & DOMINVS ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui spernit me, spernit eum qui me misit. Et item: Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquę in nomine meo, quia CHRISTI estis, amèn dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem, ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi, claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonum est tibi, lucrum introire in regnum DEI, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur, & omnis victima salietur. Bonum est tibi sal salietis? Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos: quia quisquis vestrum rectè docuerit, & iustè vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit. Ideò bona agere vos semp oportet, vt bratium æternæ vitæ percipiatis. His ergò benè parete sententijs, nè quis hæc præcepta minimè credat implenda, & iudicio

Tob. 4. c Sap. 6. a. Ibidem. b

16. q. 7. ecclesias per. & de. cõf. dist. 1. Ecclesias.

Luc. 10. c Marc. 9.

*sile saliet

Dei æterni ignis tormenta sustineat, qui Ec-
 clestastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur,
 Frater Iacobe, de ore sancti Petri iubentis
 audiui: Si quis præcepta hæc non integra
 custodièrit, sit anathema usque ad aduentum
 Domini nostri Iesu Christi. Hæc præcepta à
 sancto Petro Apostolo accepi, & tibi Frater
 charissime, insinuare curavi, ut seruari omnia
 præcipias sine macula. Si quis vero audièrit
 te, utilis erit minister Iesu Christi. Qui autem
 non audièrit te, immò loquentem Dominum
 per te, ipse sibi damnationem accipiet. Om-
 nipotens DEVS, charissime, sua te protectione
 custodiat, atque ad celestis remunerationem
 patriæ, multiplici animarum fructu perducatur.
 Deus te iterum iterumque incolumem custodiat,
 reuerentissime Frater. Amen.

EPISTOLA TERTIA CLEMENTis Papæ primi, De officio sacerdotis & Clericorum, Rufino Torano Aquileiensi interprete.

CLEMENS vrbs Romæ Episcopus, omnibus coëpiscopis, presbyteris, Diaconis, ac reliquis clericis, & cunctis principibus maioribus, minoribusve, omnibusque generaliter
 fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia DEI, quæ data est nobis in Christo Iesu
 Domino nostro: Vrget nos, Fratres, multus amor
 vester, & religiosa inuitat deuotio, quia debi-
 tores sumus, ut quædam vobis scribamus. Vos
 ergo, qui sacerdotio Domini fruimini, & in
 specula estis positi, plùs scire oportet, ut
 subditos vobis populos pleniter docere possi-
 tis, eisque ad regna cælorum ducatum præbere,
 DEO annuente, valeatis. Vnde & ipsa per se
 Veritas ait: Vobis datum est, non esse myste-
 rium regni DEI, cæteris autem in parabolis. &
 reliqua. Propter quod consilium do vnicuique
 vestrum, constanter docere verba diuina: &
 discipulis, libenter accommodare aurem verbo
 DEI. Vestrum enim, quia legatione Domini
 fungimini, est docere populos: eorum verò est,
 vobis obedire ut Deo. Si autem vobis Episcopis
 non obedièrint omnes presbyteri, diaconi, ac
 subdiaconi, & reliqui clerici, omnesque principes,
 tam maioris ordinis, quam inferioris, atque
 reliqui populi, tribus & linguæ non obtemper-
 auerint, non solum infames, sed & extorres
 à regno dei & consortio fidelium, ac à limi-
 nibus sancte Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam
 vestrum est, eos instruere: eorum est, vobis
 obedire ut Deo, cuius legatione fungimini,
 dicente Domino: Qui vos audit, me audit: &
 qui vos spernit, me spernit. Et qui vos recipit,
 me recipit: & qui me recipit, recipit eum
 qui me misit. Nihil enim iniustus vel inhonestus
 est, quam filios patribus rebelles, aut clericos
 vel laicos Doctoribus

Matth. 13. b
 Marc. 4. b
 & Luc. 8. b
 & est ibi in
 forma.

ii. q. 3. Si autem
 vobis.

Luc. 10. c
 Matth. 10. d

seu discipulos Magistris inobedientes vel p-
 teruos existere. Nouimus enim, primum hominem
 per inobedientiam cecidisse: idcirco omnes hoc
 vitium summopere cauere monemus. Et quia
 Dominus superbis resistit, humilibus autem dat
 gratiam, dominus noster mittens vos vice sua
 in loco Apostolorum ad prædicandum, præcepit
 vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter
 obediens, ut ipsi existere: quoniam nec aliter
 terra pariet fructus suos, nisi culta receperit
 semine, & irrigata germinauerit, & pariat
 quæ est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter
 non receperit verbum Dei, illudque in corde suo
 germinare non fuerit, ac minimè crediderit
 Doctoribus & Episcopis suis, non beneuolus,
 sed rebellis atque inobediens extiterit, fructum
 non germinabit nec pariet, sed similis est arbori
 illi, de qua Dominus ait: Omnis arbor quæ non
 facit fructum bonum, excidetur, & in ignem
 mittetur. Primus enim pontifex Aaron, chris-
 mate compositionis perunctus, Princeps populi
 fuit: & tanquam rex, primitias & tributum
 per capita accepit à populo, & iudicandi
 populum sorte suscepta, demundis immundis
 iudicabat. Sed & si alius ex ipso vnguento
 perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse
 rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod
 si temporalis gratia ab hominibus composita,
 tantum potuit, intelligite iam, quantum sit
 illud vnguentum, quod à Deo de virgulto vitæ
 prolatum est, quod hoc quod ab hominibus
 factum est, tam eximias inter homines conferat
 dignitates. Quid enim in presenti seculo
 Propheta gloriosus, Pontifex clarior, Rege
 sublimior? Omnis enim pontifex sacro chris-
 mate perunctus, & in ciuitate constitutus,
 scripturis sacris conditus, charus &
 preciosus hominibus oppidò esse debet. Quem,
 quasi Christi locum tenentem, honorare omnes
 debent, eique seruire, & obediens ad salutem
 suam fideliter existere, scientes quod siue
 honor, siue iniuria, quæ ei defertur, in
 Christum redundat, & à Christo in Deum.
 Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso
 suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ
 à presbyteris inquirere, à diaconis verò
 ordinem disciplinæ. Propter quod deprecor
 vos seruos & Adiutores meos, ut discatis
 attentius animarum curam gerere, & pro
 omnibus stare, maxime tamen pro his, qui
 in cultu diuino laborant. Ecclesiarum omnium
 curam habetote, seruisque earum adiutorium
 præbete, viduarum religiosam curam gerite,
 pupillos enixius liberate, pauperibus
 misericordiam facite, iuuenes pudicitiam
 docete. Et (ut breuiter totum dicam) alterutrum
 vos, in quibus res poposcerit, sustentate:
 neum colite, qui creauit cælum & terram,
 & Christo credite, inuicem vos diligite,
 & misericordes estote in omnes, non verbo
 solo, sed opere & rebus implete charitatem.
 Agite

Iaco. 4. b &
 1. Petr. 5. b

Matth. 7. e

*eruditus]

Dist. 5. Audire
 episcopum.

*iuuate,

Agite pro viribus, cõserui dilectissimi, quia
 bonum est, ut vnusquisque vestrum, secundum
 quod potest, proficit accedentibus ad fidem
 religionis nostræ. Et idè non vos pigeat,
 secundum sapientiam, quæ vobis per DEI
 prouidentiam collata est, instruere ignaros
 & docere. Desiderium ergo habere omnes
 erga Doctorem veritatis, eumque ut oculos
 suos amare oportet: quia & ipsum populum
 sibi comissum, ceu proprios filios, amare
 & docere condecet. Hoc enim ei à Patre
 cælesti donatum est. Sed & salus in eo est,
 ut voluntatem eius, cuius amorem & desiderium,
 Deo largiente, conceperint, faciant. Si quis
 ergo fidelis voluerit existere, & desiderat
 baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo
 pro bonis actibus hæres bonorum celestium
 ex gestis proprijs fiet. Accedat autem qui
 vult, ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen
 suum, atque ab eo audiat mysteria regni
 cælorum, ieiunij frequentibus operam impendat,
 ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus
 mensibus iam consummatis, in die festo
 possit baptizari. Baptizetur autem vnusquisque
 in aquis perenniuis, nomine Trinitatis
 beatitudinis inuocato super se, perunctus
 primò oleo per orationem sanctificato, ut ita
 demum, per hæc consecratus, possit percipere
 locum cum sanctis. Nullus enim propter
 opprobrium senectutis aut iuuentutis, vel
 nobilitatem generis, à paruulis & minus
 eruditus, si quid forte est utilitatis aut salutis,
 inquirere negligat. Qui enim rebeliter
 viuunt, & discere atque agere bona recusant,
 magis diaboli, quam Christi membrum esse
 ostenditur, & potius infidelis, quam fidelis
 monstratur. Quomodò ergo non omnibus hoc
 amabile est, cunctisque exoptatum, ut quæ
 ignorat, discat, & quæ didicerit, doceat? Certissimum
 nanque est, quod neque amicitia, neque
 propinquitas generis, neque regni sublimitas,
 homini debet esse preciorum veritate, quia
 nihil est preciosius anima. Dominus autem
 creator omnium, ex initio ad imaginem suam
 hominem fecit, eique dominationem terræ,
 marisque & aeris ipsius dedit, veritatemque
 inquirere præcepit, sicut & verus nobis
 Propheta euarravit, & ipsa rerum ratio docet.
 Solus enim homo, rationalis est: & consequens
 est, ut ratio in rationalibus dominetur. Hic
 enim ab initio, quum adhuc iustus esset, cunctis
 vitijs & omni fragilitate superior erat. Vbi
 autem peccauit, & factus est seruus peccati,
 simul & fragilitati efficitur debitor & obnoxius.
 Quod idcirco scriptum est, ut sciât homines,
 quia sicut ex impietate passibiles facti sunt,
 ita per pietatem possunt esse impassibiles:
 & non solum impassibiles, verum & parua
 in Deum fide aliorum passiones curâtes. Ita
 enim verus ipse Propheta promissit, dicens:
 Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut
 granum sinapis, dicetis monti huic, Transi
 hinc, & transibit. Huius vocis etiam vos ipsi

Dist. 18. Nul-
 lus episcopus

Gene. 1. d

Ioan. 3.

Matth. 17. c
 Luc. 17. b.

documenta cepistis, & iam facta quædam per
 Magistros nostros, ipsos videlicet Apostolos,
 non ignoratis: quia, adstantibus nobis,
 eorum meritis dæmones cum passionibus,
 quas hominibus inuexerant, transferunt &
 fugati sunt. Quia ergo alij quidem homines
 patiuntur, alij patientes sanant, causa sine
 dubio vel patiendi vel curandi noscenda est:
 Quæ non alia esse, quam patientibus quidè,
 infidelitatis: curantibus verò, fidei demon-
 stratur. Infidelitas enim, dum non credit
 futurum Dei iudicium, peccati licentiam præbet:
 peccatum verò, hominem passionibus obnoxium
 facit. Fides autem, futurum Dei iudicium
 esse credens, continet homines in peccato.
 Non peccantes verò, non solum liberantur à
 dæmonibus & passionibus, verum & aliorum
 dæmones & passiones fugare possunt. Ex his
 ergo omnibus colligitur, quod origo totius
 mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit
 omnium malorum mater: quæ incuria &
 ignauia gignitur, negligentia verò alitur
 & augetur, atque in sensibus hominum
 radicatur, dum amatur: quam si quis fortè
 doceat effugandam velut antiquis & hæredita-
 rijs sedibus, molestè & indignè auellitur.
 Et idè paululum laborandum nobis est, ut
 indignantes, ignorantie præsumptione scientiæ
 ratione reficemus, in his præcipue, qui in
 aliquibus minus rectis opinionibus præueni-
 enti sunt, per quas, quasi sub specie alicuius
 scientiæ, ignorantia in his vehementius
 radicata est. Nihil enim est grauius, quam si id,
 quod ignorat quis, scire se credat, & defendat
 verum esse, quod falsum est: quod tale est,
 quale si quis ebrius sobriū se putet, & agat
 quidem cuncta ut ebrius, sobriū se tamen
 & ipse putet, & dici ceteris velit. Ità sunt
 ergo & hi, qui ignorantes quod verum est,
 speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mala
 quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi
 ad salutem festinant. Propter quod ante
 omnia properandum est ad agnitionem veritatis,
 ut possimus, quasi lumine nobis inde accenso,
 errorum tenebras depellere. Græde enim
 malum est (ut diximus) ignorantia: sed quia
 substantiam non habet, facile ab his, qui
 studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est
 ignorantia, nisi, non cognouisse quod expectat.
 Vbi autem cognoueris, perit ignorantia. Quæri
 ergo magnopere debet veritatis agnitione,
 quam nemo alij assignare potest, nisi verus
 propheta. Hæc enim via est, vitam volentibus
 ingredi, & summum iter bonorum operum
 pergitibus ad ciuitatem salutis. Si quis
 sanè audiens sermonem veri propheta, velit
 aut nolit recipere & amplecti onus eius, id
 est, mandata vitæ, habet in sua potestate.
 Liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset,
 vt videntes ea, iam non haberent in potestate
 aliud facere, quam audierant: vis erat quædam
 naturæ, per quam liberum non esset ad aliam
 migrare sententiam. Aut si rursus ex audien-
 tib

Ignorantia
 quid.

tibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo, in quam velit partem declinare iudicium suum, & quam probauerit, eligere viam: constat euidenter, inesse hominibus arbitrii libertatem. Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certum est quia ignoret: & ignorans vult & desiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Quum verò audierit causas erroris sui, & ratione veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum fuerat preuentus, recte iam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitæ huius spatium, quod ad bene viuendum accepit, in ludibrijs consumpsit errorum. Qui verò audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam, requirat intentiùs, & discere non desinat, vsquequod cognoscat, si est verè aliud seculum, in quo bonis premia preparata sint. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, ac de cetero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est preparatam, demirans per omnia & stupens ceterorum hominum errores, & quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super diuitias sapientiæ, quas inuenit, & fatiabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, festinans ad seculum futurum mundo corde & pura conscientia peruenire, vbi etiam videre Deum regem omnium possit. His autem omnibus carere nos & fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignorantiam malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim, quanta sit in horum permutatione diuersitas. Propter quod, consilium do vnicuique discendi, libenter præbere aures verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut in eis optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam si, me docente ea, quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuuit, & animo prauis opinionibus occupato obstitere nititur, non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare, quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his, quæ sunt, ut sunt, in bonis actibus dirigens viam suam, regni cælorum possit particeps inueniri, subiiciens sibi carnis desideria, & dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium iucunda possessio. Nam qui permanet in malo, & seruus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo: quia ab initio (ut antè iam diximus) duo regna statuit deus, & potestatem dedit vnicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subiecerit. Et quia definitum est apud deum, non posse vnum ho-

*infatiabiliter

minem, vtriusque regni esse seruum, omnino studio date operam, in boni regis aulam acciura concurrere. Propter hoc denique verus Propheta, quum esset præsens nobiscum, & quodam ex diuitibus negligenter erga Dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem: Nemo potest (inquit) duobus dominis seruire: & Non potestis deo seruire & Mamone. Mamona, patria eorum voce diuitias vocans. Hic ergo verus Propheta, qui in Iudæa nobis apparuit, ut audistis: qui, stans publice, sola iussione faciebat cecos videre, surdos audire, fugabat demones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitam: quum que nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hominum peruidebat, quod nulli est possibile, nisi soli Deo. Hic annuntiabat regnum Dei, cui nos de omnibus, quæ dicebat, tanquam vero Prophetæ credimus, firmitatem fidei nostræ non solum ex verbis eius, sed & operibus, assumentes: quia dicta legis, quæ ante multas generationes de presentia eius exposuerant, in ipso designantur, & imagines gestorum Moysis, & ante ipsum Patriarchæ Jacob, ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc est, ipsum in quo venerat, predictum ab his constat: & super omnia, quod esset à gentibus expectandus, sacris literis comprehensum est, quæ in eo pariter vniuersa completa sunt. Quod autem Iudæorum propheta prædixit eum à Gentibus expectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset à Iudæis expectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod à tribulati populo, & à propria gente speraretur is, cuius aduentus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, ut hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem quum Prophetæ dicant, omnem illam spem, quæ de salute mundi repromittitur, & nouitatem Regni, quæ instruenda per Christum est, atque omnia, quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferenda, iam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis euentu, magnificentia prophetica confirmatur. Iudæi namque ex initio, affore aliquando hunc virum, per quem cuncta repararentur, verissima traditione susceperunt, & quotidie meditantes ac prospicientes, quando eius fieret aduentus, vbi adesse eum viderunt, & signa ac prodigia (sicut de eo scriptum fuerat) adimplentem, inuidia excæcati, agnoscere nequiverunt presentem, in cuius spe lætabantur absentis. Intellexerunt tantum sancti Apostoli, qui à DEO electi sunt, & nos, qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia Dei factum est, ut agnitio boni huius etiam gentibus traderetur: & hi, qui nunquam de eo audierant, nec à Prophetis didicerant, agnoscerent eum: illi verò, qui quotidianis meditationibus euauerant, ignorarent. Ec-

Matth. 6, c

Ibidem

Gen. 49,

Hagg. 2, b

Esa. 65, a

Ioan. 8, d

Luc. 6, f
Matth. 5, g

Deuter. 6,

16. q. 1. cunctis fidelibus

Hec B. Petri apostoli verba habetur in lib. Recognitionum.

Matth. 5, b

cè enim nunc per vos, qui presentes estis, & desideratis audire doctrinam fidei eius, & agnoscere, quis & quomodo & qualis sit eius aduentus, Prophetica veritas adimpletur. Hoc enim prophetæ prædixerant, quia à vobis querendus esset, qui de eo nunquam audistis. et ideo videtes in vobis ipsius prophetica dicta compleri, huic vni recte creditis, huc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum expectetis eum, sed & hereditatem regni eius credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia vnusquisque illius sit seruus, cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate, & Dominum Deumque nostrum vobis describite Dominum, qui & celi ac terræ Dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet, dicens: Estote boni & misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hunc ergo imitami, & hunc time, & sicut mandatum datur hominibus, Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruias. Infidelibus quidem dormit Dominus, & absens habetur his, à quibus esse non creditur, & mandatis eius non obediunt, atque ob id illis videtur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur. Quapropter cunctis fidelibus, & summo opere omnibus presbyteris & diaconis & reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque Episcopi proprii licentia agant. Non utique Missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam absque eius permisso faciat. Similiter & reliqui populi, maiores scilicet ac minores, per eius licentiam, quicquid agendum est, agant: nec sine eius permisso à parochia abscedant, vel in ea aduentantes morari presumant. Animæ verò eorum credite sunt. Ideo omnia eius consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicumque enim obediunt Episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei & reprobis existunt. Porro ipsi à DEO donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiam & præceptorum eius semitas incedentes, Doctoribus suis (qui recte Episcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, Instructor & Ordinator noster, & Princeps Apostolorum, manifestè cunctos audientes instruebat, dicens: Videntur mihi, qui loquuntur verba veritatis, & qui illuminant animas hominum, similes esse radijs Solis: Qui ut processerint & apparuerint mundo, celari vltra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videtur ab omnibus, quam videre omnibus præstant. Vnde & bene ipsa per se veritas, ad veritatis præcones ait: Vos estis lux mundi. & Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucer-

nam & ponit: iam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Si quis ergo his obediens, DEO (ut dictum est) magnum munus offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his, sed domino saluatori nostro, cuius legatione funguntur, resistit. Propter quod primum est omnium, iustitiam DEI, regnumque eius inquirere, & suis iussionibus obtemperare: iustitiam quidem, ut recte agere doceamur: regnum verò, ut, quæ sit merces posita laboris & patientiæ, nouerimus: in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui contra voluntatem eius egerint, pro vniuersiusque gestis poenarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in presenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, vbi & agendi, & sacrificandi est locus: quoniam in alijs locis sacrificare & Missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos nouo & veteri Testamento. Hæc Apostoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobisque & omnibus, absque reprehensione, tenere & docere, quibus agendum est, mandamus. Vnaquæque etenim res tempus suum habet & locum. Operum hic locus est, tempus verò meritum est seculum futurum. Nè ergo impediamur ordinem locorum ac temporum permutantes, primo, quæ sit DEI iustitia, requiramus, & tanquam iter acturi, abundantati viatico bonis operibus repleamur, quod possimus ad regnum Dei, tanquam ad urbem maximam, peruenire. Deus enim his qui recte sentiunt, per ipsa opera mundi, quæ fecit, manifestus est, ipsius creaturæ suæ vtens testimonio: & ideo, quum de neo dubitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus & regno. Idcirco persuadeo primum, iustitiam eius esse requirendam, ut per hanc iter agerem, & in via veritatis positi, veterum Prophetam inuenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currerem, ut ipso duce vsi, nullum viæ huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes, ingredi meruerimus illam, quod peruenire cupimus, ciuitatem, omnia iam de quibus queritur, oculis videbimus, tanquam heredes omnium facti. Intelligite itaque, viam esse hunc vitam nostræ cursum: viatores, eos qui nos instruunt, vel bona opera gerunt: portam verò, Prophetam de quo dicimus: urbem, regnum esse, in quo residet omnipotens Pater, quæ soli videre possunt hi, qui mundo sunt corde. Nè ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam & ipse verus Propheta, ab initio mundi per seculum currens, festinat ad requiem. Adest enim nobis omnibus diebus: & si quæ-

Matth. 6,

de cõs. dist. Hic ergo, id est,

Rom. 11

Matth. 5, a

Matt. 28, d

*ob hoc

Matth. 10. b
Luc. 10. b

Matth. 10.

Matth. 7. a

dò necesse est, apparet, & corrigit nos, vt obtemperantes sibi, ad vitam perducatur eterna. De his autem qui negligunt viam suae salutis, & adhuc non bene fideles, & preceptis eius suorumque Pontificum iussionibus inobedientes, vel contumaces eis existunt, Dominus noster Iesus Christus, mittens discipulos suos, precepit nobis, dicens, vt in quamcumque ciuitatem aut domum introierimus, dicamus, Pax huic domui. Et si quidem (inquit) fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra. Si verò non fuerit, pax vestra ad vos reuertetur. Euntes autem de domo vel ciuitate illa, etiam puluerem qui adhæserit pedibus vestris, excutatis super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati vel domui. Quod vtiq; ita demum fieri precepit, si prius in ciuitate vel domo veritatis sermo predicetur: ex quo vel recipientes veritatis fidem, filij pacis & filij Dei fiant: vel non recipientes, arguantur, quasi inimici pacis & Dei. Ità ergò & nos, MAGISTRI instituta sectantes, primò pacem proponimus Auditoribus, vt absque vlla perturbatione possit via salutis agnosci. Quòd si quis pacis verba non suscipit, neque acquiescit veritati, scimus aduersus eum pugnam verbi mouere, & arguere acrius, confutando ignorantiam, & redarguendo peccata. Necessariò igitur pacem proponimus, vt si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum: ab eo autem qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in maledictis habemus, vt venientes ad ciuitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus: quãto magis conuenit noscere, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde solliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & alias ob causas, vtile est viri huius habere mentem. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari, quod bona sint, emendatus est & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus est, quare vti quæ bona esse nullus ambigit: tunc consequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, etiam, quod deest fidei & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari videtur eius vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his, quæ palam sunt, peccatis inuolutus permanet inquinatus, nõ me oportet aliquid de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitijs emendet. Quòd si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quare eum, minus recte agentem, non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omninò respondere, Auditorum causa, vtile non videtur, ne forte existimènt, nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentia propositi

nostri. Magna contumelia, & graue nobis erit peccatum, si ita desipiamus, vt cum videamus eum qui idola colit, esse sobrium, nos, qui Deum colimus, sobrius esse recusemus. Non hoc fit inter nos, sed magnum habeamus studium, vt si illi qui errant, homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nos nec concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his, qui habent vnde reddant: nos etiam his demus, à quibus recipere non speramus. Et per omnia nos, qui aeterni seculi hereditatem speramus, debemus precedere eos, qui præsens tantum seculum nouerunt, scièntes, quia si opera illorum nostris operibus collata, in die iudicij similia inueniantur ac paria, confusio nobis erit, quòd æquales inuenimur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri seculi habuerunt. Et verè digna confusio est, vbi nihil amplius gessimus ab his, quibus amplius intelleximus. Quòd si confusio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis, quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores, Examinatio futura reperiat? Audite ergò, quomodo de his nos ipse verus propheta docuit. Ad eos autem, qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: Regina Austri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus Salomon hinc, & non audiunt. Ad eos verò, qui de malis actibus gerere detestabantur penitentiam, ita ait: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione Ionæ, & ecce plus quam Iona hinc. Videtis ergò, quomodo eos qui erudiebantur ex Lege, adductis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorantia veniebant, & ostendentes eos nec æquales illis esse, qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnant. Ex quibus omnibus sermo, quæ proposuimus, approbatur, vt castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his, qui in errore sunt positi, custoditur, multo purius & attentius, & per singulas quasque (sicut supra ostendimus) species à nobis, qui veritatem sequimur, teneatur, eò magis, quòd apud nos obseruantia eius præmia aeterna sunt posita. Aliter enim nemo saluus esse poterit, nisi his obseruationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua voluntate, vnum quenque in suo ordine semper custodiat, fratres, & sibi placere in omnibus concedat. Amen.

EPISTOLA QUARTA CLEMENTIS PAPAE, scripta a discipulis suis Iulio & Iuliano, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus deuiarunt, & gentibus, inter quas habitabant, directa.

Cle.

*perdurare

Clemens Romanæ vrbs Episcopus, charissimis fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis confodalibus nostris, gentibusque quæ circa vos sunt: Oportet, fratres, omnes Doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portum salutis reducere. Et licet propter gētes, quæ circa vos sunt, in modico vos errasse contigerit, melius est tamē redire ad veritatis viam, quam diutius in ipso errore perseverare. Quoscunq; enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum prædicationis non audierunt, potestis, vobiscum assumite, & ad viam veritatis adducite, ne infructuosi, sed fructuosi Domino inueniamini. Et quoniam quidem, sicut à cultore neglecta terra, spinas & tribulos necessariò producit, ita sensus vester longi temporis incuria multas & noxias opiniones & intelligentias falsæ scientiæ germinauit: opus est nunc multa diligentia ad excollendum rus mentis vestre, vt hoc sermo veritatis (qui est verus & diligens cordis colonus) assiduis excollat disciplinis. Vestri ergò est præbere obedientiam, & occupationes ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germē. Potest enim fieri, vt multi temporis negligentiam breuis & assidua reparat diligentia. Incertum nanque est vniuscuiusque tempus vitæ. Et ideo festinandū est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina preueniat. Et ob hoc acrius adnitendum est, vt (dum est temporis spatium) collecta malæ consuetudinis vitia refecerent. Quod nõ aliter facere poteritis, nisi vt irascamini quodammodo aduersum vosmetipsos pro his, quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est vtilis vita, & iusta & necessaria iracundia, vt vnusquisque, in quibus errauit, & perperam gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immixtus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ volūtatis, bono semini verbo DEI fecundioris cordis præparet glebam. Puto autem, quòd satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantia malam, quantosque lapsus & quanta præcipitia ad peccandum dederit: à quantis vos bonis abstraxerit, & in quæ præcipitarit mala, & quod est super omnia grauius, quòd vos in futuro seculo aeternis penis obnoxios fecit. Nõne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lumen effulsit, ignis iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ DEO placitæ intra vos confurgit incendium, quo consumatur & radicibus intereat omne germen, si quod fortè intra vos malæ conscientia pululauit? Vnde & ipse, qui misit nos, cum ve-

nisset, & omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non cõtinuò ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis: sed ignorantia eius ruinis scientiam veritatis opposuit, vt si qui fortè respicerent, & lumen veritatis aspicerent, deceptos se, & in præcipitia erroris abstractos, meritò dolerent, & iracundiæ salutaris ignem aduersus decepticem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: Ignem veni mittere in terram, quem volo, vt accendatur. Est ergò pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientiæ necessariò separat homines ab errore & ignorantia, sicut sæpè videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis à conuersione viuientium membrorum, ferro secãre, separari. Tale ergò aliquid est, quod agit veritatis agnitio. Necesse est enim, vt salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis, à parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos, credentes atque incredulos, scientiæ atque ignorantia, veritatisque & erroris pugna consistit. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Quòd si dicat aliquis, Et quomodo iustum videtur, separari filios à parentibus? Audi quomodo: Quia cum ipsis si in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustum igitur, & valde iustum est, separari eum qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, venit ista separatio. Illi enim volunt interesse, pariter & prodesse his, & docere meliora. Sed & istud proprium est ignorantia vitium, vt confutantem se veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt (quia bonitatis plena est) tanquam à bono Deo datam, cupiunt eam (si fieri potest) cum omnibus habere communem, etiam cum his, qui oderunt eos & persequuntur. Sciunt enim quia peccatum, ipsorum causa ignorantia est. Propterea denique ipse Magister, quum ab his qui ignorabant eum, duceretur ad Crucem, orabat Patrem pro interfectoibus suis, & dicebat: Pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Imitantes quoque discipuli Magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro interfectoibus suis orabant. Quòd si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoibus & persequutoibus nostris: quomodo nõ etiam parentum & propinquorum persequutiones ferre, & pro conuersione eorum orare credimur? Tum deinde etiam diligentius consideremus, quare sit nobis causa parentes diligendi: Pro eo, inquiunt, quia vitæ nostræ videtur authores. Authores quidè vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri.

Non

Non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium: Author autem vitæ vnus & solus, est Deus. Si autem authorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus. Sed illum (inquiunt) cognoscere non potuimus, istos autem & nouimus, & in affectu habemus. Esto, non potuistis cognoscere, quis sit Deus: * quid tamen non sit Deus, perfacile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum, aut lapis, aut æs, vel alia huiusmodi materia, Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluitis intendere: certum est, quia & in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignauitæ, vitio. Nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profectò accepissetis intelligentiæ viam. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra: ferrum verò per ignem cõfectum est, qui ignis aqua extinguitur: aqua autem per spiritum mouetur, spiritus autem à Deo initium habet. Sic enim dixit Moses Prophe-
 ta: In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus DEI erat super aquas. Qui spiritus, DEI iussu, quasi ipsa manus conditoris, lucem separauit à tenebris, & post illud inuisibile cælum, istud visibile produxit, vt superiora quædam habitaculum faceret angelis, inferiora verò hominibus. Propter vos ergo iussu dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, recessit, vt terra vobis produceret fructus. Cui etiã humorum venas latenter inseruit, vt vobis ex ea proflueret fontes & flumina. Propter vos producere iussa est animantia, & omnia quæ vestro vsui voluntati que seruirent. An non propter vos venti spirant, vt ex ipsis concipiès fructus vobis terra parturiant? Nonne, propter vos imbres profluunt, & tempora vicifitudines mutant? Num propter vos sol oritur, & occidit, & mutatiões Luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatum suum, vt vobis ingratis cuncta subiacent. Nonne pro his omnibus iusta erit vltionis pœna, quæ horum omniũ largitorum, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præcæteris ignoratis? Sed & nunc peridem vos adhuc in intelligentiam eius duco. Videtis etenim, quæ omnia gignuntur ex aquis, aqua verò per vni genitum ex initio facta est, vni geniti verò omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine (vt supra diximus) peruenitur ad Patrem. Quum autem peruenieritis, agnoscite hanc esse voluntatem eius, vt per aquas, quæ primæ creaturæ sunt, dentur renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, heres efficitur eius, à quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite, quasi filij ad Patrem, vt peccata vestra diluantur, & causa eorũ sola ignorantia fuisse

probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis vestræ causa, & nõ ignorantia, reputabitur. Nec putetis, quod etiam si omnem pietatem colatis, omnem que iustitiam, baptismum verò nõ accipiat, spem possitis habere apud Deum: immò maiore pœna digni eritis, qui bona opera nõ bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur, sicut Deus iubet. Deus autem iussit, omnem colentem se, baptismum consignari. Quod si vos renueritis, vt vestræ voluntati magis, quàm DEI, obtemperetis, contrarij sine dubio & inimici estis volutati eius. Sed dicitis fortasè: Quid confert aqua baptismus ad Dei cultum? Primò quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundò, quia regenerato ex aquis, & deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta est, amputatur, & ita demum peruenire poteritis ad salutem. Aliter impossibile est. Sic em̄ nobis cum sacramento verus Propheta testatus est, dicens: Amen Amen dico vobis, nisi quis denuò renatus fuerit ex aqua viua, nõ introibit in regnum cælorum. Et id eod accelerare. Est enim in aquis istis misericordia eius quædam, quæ ex initio ferebatur super eas: & agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de supplicijs futuris, quasi donum quoddam offerens DEO animas per baptismum consecratas. Confugite ergò ad aquas istas: solæ sunt enim, quæ possunt vim futuri ignis extinguere. Ad quas qui moratur accedere, constat, in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipso prohiberi ad aquas properare que salutem conferunt. Siue enim iustus, siue sit iniustus, baptismus ei per omnia necessarius est. Iusto quidem, vt adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo: iniusto verò, vt peccatorũ quæ gessit, remissio concedatur. Omnibus ergò festinandum est, sine mora renasci deo, & demum consignari ab Episcopo, id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est vniuscuiusque exitus vitæ. Quum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi spiritus gratia ab episcopo (vt memoratũ est) cõfirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed in curia aut voluntate remanserit, (vt à beato Petro accepimus, & cæteri sancti Apostoli, precipiente Domino, docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem eius, qui eum genuit, patris. Post hæc verò agnoscat Deum honorare. Honor autem eius est, vt ita viuatur, sicut ipse vult. vult enim vnum quemque ita viuere, vt homicidium & adulterium nesciat, odium & auaritiam fugiat, iram, superbiam, iactantiam respuat & excretur, inuidiã quoque, & cætera his similia, penitus à se ducat aliena. Est sanè

sanè propria quædam nostræ religionis obferuantia, quæ non tam imponitur hominibus, quàm proprie ab vno quoque DEVM colere, causa puritatis expetit: de castimonia dico cautela, cuius species multæ sunt. Sed primò, vt obseruet vnusquisque, nè mensruatæ mulieri misceatur: hoc enim execrabile ducit Lex Dei. Quod si lex de his non admonisset nos, vt catuli libenter volueremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, vt potè Rationales homines, & cælestium sensuum capaces, quibus summum studium esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem, & puritati conueniens, etiã corpus aqua diluere. Bonum verò dico, nõ quasi principale illud, in quo Mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc, in quo Caro diluitur. Sic enim & Magister noster quosdam Phariseorum & Scribarum, qui videbantur esse ceteris meliores, & à vulgò separati, increpabat, dicens eos hypocritas: quia ea solummodo, quæ hominibus videbatur, purificabant: corda verò que solus Deus adspicit, in quinata relinquebant, & ad omnes, dicebat: Vt vobis scribæ & Pharisei hypocritæ, quia mundatis quod de foris est calicis & parafidis, intus autem plena sunt fordibus. Phariseæ cæce, munda prius quod intus est: & quod de foris est, erit mundum. Ferè enim, si mens mundetur luce scientiæ, quum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam eius, qui de foris est, hominis ipsa necessariò curam gerit, id est, carnis suæ, vt & ipsa purificetur. Vbi autem ista, quæ de foris est, purificatio carnis negligitur, certum est, neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Itã ergo fit, vt is, qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio & extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet quum agit hæc, vt hominibus placeat. Sed & illa species castimonie obseruanda est, vt nè passim & libidinis folius causa, cū feminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia: quæ obseruantia quum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationabilibus & Deum colentibus obseruetur. Ergò omnes peccauerunt & egent auxilio Dei. Propter quod, charissimi, sectamini semper charitatem, & æmulamini meliora & spiritualia, & adiuuate vos inuicem, vt deo semper in omnibus placere valeatis. Amen.

EPISTOLA V. SANCTI CLEMENTIS PAPAE, de communi vita & reliquis causis, suis discipulis scripta, Hierosolymis que directa.

Dilectissimis fratribus & condiscipulis, Hierosolymis cum charissimo fratre Iacobo coepiscopo habitantibus, Clemens

Episcopus: Communis vita, Fratres, omnibus necessaria est, & maximè his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque Discipulorum imitari volunt. Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mudo, omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatẽ alius hoc suũ esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta diuisio est. Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait Communia debere esse amicorum omnia. Et sicut non potest (inquit) diuidi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua que communiter in hoc mudo omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere, sed habenda esse communia. Vnde & Dominus per Prophetã loquitur, dicens: Ecce quàm bonum & quàm iucundũ, habitare Fratres in vnum. Istius enim consuetudinis more retento, etiam Apostoli, eorumque Discipuli, vt predictum est, vnã nobiscũ & vobiscum communiẽ vitam duxerunt. Vnde (vt benè nõstis) erat multitudinis eorũ cor vnũ & anima vna: nec quisquam eorum aut nostrum de his quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros possidebant, vendebant eos: & precia eorũ, & reliquas res quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes Apostolorum, sicut nobiscũ quidam vestrum cognouerunt & viderunt: & diuidebantur singulis, prout cuique opus erat. Ananias autem vir austerus, & Saphira vxor eius, qui mentiti sunt Apostolis de precio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis presentibus, in conspectu omniũ circumstantium, à conspectu Apostolorum, propter peccatum eorum & mendaciam quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Ceteraque de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apostolorum obedire præcipimus: quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Que non solum vobis cauenda, sed & omnibus predicanda sunt. Relatũ est etiam nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes, aduersantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum traditionem Patris, sed iuxta sensum suum docere videntur. Multas enim quidam (vt audiimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt: & id eod diligenter obseruandum est, vt lex DEI, quum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum quem extrinsecus aduleretis, alienum & extraneum debetis

*qui

Gen. 1. a

Ioan. 3. a
Math. 28. d.

Ioan. 3. a

Leuit. 18.
*catharides

Math. 23. c

De Confirmatioe loquitur.

Rom. 3.
1. Cor. 12. d
& 14. a

12. q. 1. Dilectiss. fratrib.

Plato is est, qui & Philosophorũ deus dicitur est.

Psal. 132.

Act. 4. g

A& 5. a b

Dist. 37. Relatum est.

*traditiones Patrum.

quæ-

querere, aut quomodo ipsum scripturarum autoritate confirmetis, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à Maoribus, secundum veritatem sibi traditam, seruauit, ut ipse possit ea, quæ rectè suscepit, competenter asserere. Quum enim ex diuinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut ubi vera didicit, falsa & simulata declinet. Incertum enim etiam iuuenibus vitæ tempus, senibus autem iam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcunque est quod putatur superesse, breue sit. Et ideo tam iuuenes quam senes oportet de conuersione & pœnitentia valdè esse sollicitos, & satagere, ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, decore pudicitiae, splendore iustitiae, candore pietatis, alijsq; omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Vndè, consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab Apostolicis regulis non recedatis, sed communè vitam ducentes, & scripturas sacras rectè intelligentes, quæ Domino vouistis, adimplere satagatis. Et quum oratione assidua DEI gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspicionem mali & interitûs, vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

2. q. 1. dilectiss. fratrib.

*inter vos

De cõf. dist. 2. Sacerdotum aliorumque.

*celebrari.

CLEMENS PAPA, EX DECRETO GRATIANI.

Quando celebratur Missa, presbyterium laicus ingredi non presumat.

Sacerdotum, aliorumque clericorum Ecclesiae seruientium honores, à Laicorum loco discretè apparere conuenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes & reliqui clerici consistunt, (quod Presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur, consistere, ut libere ac honorificè possint sacra Officia exercere.

FINIS DECRETORVM CLEMENTIS PAPAЕ PRIMI.

DECRETA ANACLETI PAPAЕ,

Ex libro Pontificali Damasi Papaе.

Anno Domini 101.



NACLETVS natione Græcus, ex patre Antiocho, sedit annos nouem, menses tres, dies decem. fuit autè temporibus Domitiani, à consularu Domitiani decimo & Sabini, vsque ad Domitianum decimo septimo & Clementem Consules. Hic memoriam beati

Petri construxit & composuit, dum presbyter factus fuisset à beato Petro, seu alia loca, ubi Episcopi recondentur sepultura. Vbi autem & ipse sepultus est in pace, iuxta corpus beati Petri, tertio Idus Iulij. Hic fecit ordinationes & duas per mensem Decembrem, presbyteros quinque, diacones tres, Episcopos per diuersa loca numero sex. Et cessauit Episcopatus dies xiiij.

Iuxta Platina, vnaa

EPISTOLA PRIMA ANACLETI PAPAЕ,

1. De ijs, qui sacerdotes accusant.
2. Ut Episcopus DEO sacrificans, testes secum habeat.
3. De peregrinis & provincialibus iudicjs.
4. Ut oppressus iudicio secularium, appellet iudicium sacerdotum, & de maioribus causis ad sedem Apostolicam referendis.



NACLETVS seruus Christi Iesu, in sede Apostolica Domino seruans, Episcopis omnibus, & ceteris sanctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, Gratia vobis & pax atque consolatio multiplicentur à Domino in secula: Benedictus DEVS & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam, regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatè incorruptibilem & incõtaminatam, & immarcescibilem, cõseruatam in cælis, in vobis qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutè paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, ut probatio vestra fidei multò preciosior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti, probati inueniamini. Patientes estote, dilectissimi, quia patientia probationè operatur, probatio verò spem, spes autem non confundit. Ecce Agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ferotinum. Si Agricola hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro æternis patientes esse debetis? Estote ergò patientes, & confirmate corda vestra, ut adueniète iudice Christo, lati & probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplù accipite, charissimi, laboris & patientiæ Prophetas, qui loquuti in nomine Domini sunt. En beatificamus qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finè Domini vidistis, quoniam misericors & misericors Dominus est. Tribulationes vestras audiuius, Fratres, tam per nostros, quam & per aliorum Apocripharios, super quibus valdè dolemus, vobisq; compatimur, & auxiliium

1. Pet. 1.

Rom. 5. a

Iaco. 5. a

Iaco. 5. b

Ibidem.

*vestros

xilium

1. Petr. 4. d

In epistola 1. ad Iacobu,

*dicantur.

1.

1. Petr. 2. a

xilium ferre (prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est) parati sumus: Nolite mirari, charissimi, qui persecutiones patimini, quasi noui vobis aliquid contingat, sed comunicates Christi passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultates. Si expbramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autè vestrum patiatut quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat. Glorificet autè Deum in isto nomine, quoniam tempus est ut incipiat iudicium à domo dei. Si autem à nobis primùm, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Ista que & hi, qui patiuntur secundum voluntatè Dei, fidei creatori commendant animas suas in beneficijs. Nam (ut ait beatus Clemens antecessor noster) similis est omnis Ecclesiæ status nauis magnæ, quæ per vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbe properare cupientes. Sit ergò nauis author huius, Dñs ipse omnipotens deus: gubernator verò sit Christus: tum deinde Proretæ officium Episcopus impleat: Presbyteri nauarum, Diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nauologis conferantur: Epibatis autem, totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum verò varietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur: persecutiones, tribulationes siue pericula, fluctibus exequetur. Terreni verò spiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirat, pseudoprophetarum & seductorum, seu prauæ doctrinæ verba & doceantur. Promontoria verò & loca confragosa, hi, qui in Potestatibus seculari sunt iudices, & qui pericula minantur ac mortes. Bithalassa verò loca, quæ duplicibus vndæ fallacis æstibus verberantur, dubijs mente, & de repromissionum veritate nutantibus, conferantur, atque his, qui irrationabili fidem nostram ratione discutunt. Hypocritæ verò & dolosi, piratis similes habentur. Iam verò rapidus vortex, & Tartarea charybdis, & faxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, & ita Deo precem fundere, ut nauigantes mereantur audiri. Audiuius, Fratres, quòd quidam detrahunt, & accusant sacerdotes DEI, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan, quòd iniuria sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. nec hoc adspiciunt, quod beatus Petrus princeps Apostolorum, instructor noster, ait: Deponentes igitur omnem

malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Et Dominus per Prophetam inquit: Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam suam à malo, & labia eius nè loquatur dolum, &c. Qui autem ista transgrediuntur, profectò transgressores legis Dei & contemptores, atque inobedientes eius præceptis existunt. Vndè & beatus Iacobus Apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vos ipsos, benè facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores, &c. Et beatus prædecessor noster Clemens vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus, vna cum reliquis sanctis Collegis suis statuit, dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ Religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim spontè legis suæ, eiusque violatores & recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam, non in accusatione rectè agentium, aut testimonio suscipiendus: quia vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Quicumque autem (ut ait Apostolus Iacobus) totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est reus omnium. Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit & Non occides. Quòd si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudiciu enim sinè misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Super exultat autem misericordia iudicium. Et Dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. Et multa talia, horumque similia. Nemo enim (inquit Apostolus) nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue ergò viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & reuixit, ut & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas Fratrem tuum? aut Tu quare spernis Fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante Tribunal Dei. Scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur DEO. Ita que vnusquisque nostrum pro se rationè reddet Deo. Non ergò amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, nè ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scimus enim, quia multum derogatio pualet, quando derogator creditur fide dignus. Ideò, Fratres, varijs detractionibus & accusationibus non oportet labefactari iudices & Primates Ecclesiæ, sed magis Apostolorum & Doctorum regulis informari ac roborari. Vndè iustum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe Doctores legis, ea quæ legis

Psal. 33.

Iaco. 2. b

In epist. sua 1. ad Iacobu sententia. 3. q. 4. Beatus predecessor. Et in decre. Tuon. lib. 4.

Iaco. 1. d

Iaco. 2. b

Eze. 18. g 33. c

Rom. 14. b

Iaco. 4. c

Esa. 45. d Phil. 2. b

o sunt

6. q. 1. Si omnia in

sunt, rectè sapere & operari, & non Regulas nascens Ecclesiæ confundere, aut fidem, aut doctrinam Apostolorum varijs maculare doctrinis, nec Fratres infestare. Si autem omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui Solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat, se Deo in hoc placere, quod seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ stimulis agitur, quam charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. Erigit ergo Doctores conscientia sua, & si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinet mala, quæ seculis magis sunt adscribenda, quam meritis. Datam enim scimus fatanæ potestatem, vt seruos Christi cribaret: vt quod de tritico inueniri posset, horreis ingereretur: & quod de paleis, ad igniû alimenta transfiret. Ad vos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius perdidit, vt marcidam Ecclesiæ membra refecaret, & ad caelestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit. Qui triumphum mereantur, per bella cognoscuntur. Scimus autem, multos ob id infestare Doctores, vt eos perdant, & propria voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen Doctores (in quantum vires suppetunt) à recta emulatione & bonâ intentione recedere debent, scientes, quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atq; ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna perniciēs. Nullus ergo Pastorum, placere lupis & gregibus ouium potest. Perdit enim laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus: Sicut artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est negligentia. Nullus ergo praeiudicium alteri faciat, neque quod sibi fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inueniat, quod in eius actibus non agnoscat. Ego autem labefactam non solum quietem meam, sed & salutem, inimicorum validine & rumorum procellis agnosco. Potens est Diuinitas immensa, tempestatis incerta bono serenitatis amouere. Et quid aliud Christus passus est pro nobis, nobis relinquit exemplum, & Apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum, & reliqui Patres, nisi vt sequamur tam doctrinam eorum, quam & exemplum, & patiamur aduersa pro Christo, & cum Patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiatur, vt Christi veri discipuli inueniamur, qui dixit: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &

Luc. 22. c

Luc. 12. d

Dist. 43. Scimus autem mul.

*institutio Matt. 7. a

Dist. 83. Nihil illo.

Tob. 4. c

1. Petr. 2. d

Matth. 16. d Luc. 9. c

sequat me, & reliqua? Presumptio est, si minorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo estimandum puto, quod pariturus impendo: Quid est enim, quod plus creditur Filij vocabulum valere, quam obsequium, & non queritur, quid in amoris lance promoueas, sed quale ad praeiudicium aestimanti nomen apponas, quum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibeat quod vocat? Ego verò nolo errorem meo alienas culpas asserere, vt factum, quod doleo, admisisse conuincar. Odisti (inquit Dominus per Prophetam) omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam, adoraboque; in templo sancto tuo in timore tuo. Domine, deduc me in iustitia tua, ppter inimicos meos, dirige ante faciem meam viam tuam. Non est enim in ore eorum rectum, interiora eorum insidia. Sepulcrum patens guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos Deus, decidant à consilijs suis, iuxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et letentur omnes qui sperant in te, in æternum laudabunt. Et protege eos, & letabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedixisti iusto. Domine, vt hasta placabilitatis coronabis eum. DEO enim sacrificantes perfectè, non debent vexari, sed portari, consolari, atq; ab omnibus venerari. Ipsi autem, quando Domino sacrificant, non solum hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, vt Domino perfectè in sacratis Deo sacrificare locis probetur. Ait nanque Auctoritas legis diuinæ: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. Episcopus Deo sacrificas, testes (vt prefixum est) secum habeat, & plures quam alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitor, sic maioris testimonij incremento indiget. In solennioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos atq; reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte & à tergo, & presbyteri à regione dextra, sequaq; contrito corde & humiliato spiritu, ac proprio stent vultu, custodiètes eum à maleuolis hominibus, & consensum eius prebeant sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Seruite (inquit Dominus per Prophetam Dauid) in timore, & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne forte irascatur, & pereatis de via. Ille enim non perit de via, qui rectè graditur, & precepta custodit Maiorum.

Psal. 5.

12.

Deut. 12. b

De cons. dist. 1. Episcopus Deo sa.

Psal. 2.

Doceri ergo omnes oportet, qui Domini sacerdotio funguntur, vt & ceteros instruant,

Dan. 12. b

Dan. 11. c

Matth. 11. a Luc. 7. d Dist. 93. Ille pculdubio.

Iaco 4. b 1. Petr. 5. b

1. Ioan. 4. a

1. Ioan. 2. d

*nobis, vita æterna.

1. Ioan. 3. a

Esa. 53. b 1. Petr. 2. d

Gen. 4. b

struant, & sibi proficiant. Scriptum est autem: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et alibi: Populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos. Ipsa enim veritas per se infert & dicit: Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatur in Deum, qui rectè non docet, & qui eius scandalizat Episcopum vel sacerdotem. Impiè nanque agentes, sunt impij, neque intelligent omnes impij: Porro docti intelligent. Omnes enim inuicem humilitatem in sinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nolite (inquit Ioannes Apostolus) omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt, quoniam pleudoprophete exierunt in mundum. Et idem ipse alibi ait: Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis manserit, quod ab initio audistis, & vos in Filio & Patre manebitis. Et hæc est re promissio, quam ipse pollicitus est vobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos. Et vnctio quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, vt quem apparuerit, habeamus fiduriam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hæc in eo, sanctificat, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit, vt peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, vt diligamus alterutrum: Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iusta. Nolite mirari,

Fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus Fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem DEI, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & in conspectu eius suademus cordi nostro: Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est DEVS corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduriam habemus ad DEVM, & qui quid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea que sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius IESU Christi, vt diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis. Et sicut Deus Creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est Charitas, est bonus, iustus, patiens, atq; mitis, & misericors, & cetera sanctarum virtutum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est DEO, & maior est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si verò (quod absit) aliquis per deum vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degeneraberet, tunc fiet de eo quod scriptum est: Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini esse, quam vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & Conditor? De quo legitur: Dominus regnauit, decore indutus est, id est, omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quam vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum que similitudinem delabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, vt venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis diuinæ, ad quam creatus est, nobilitatem morum, executionem virtutis, dignitatem meritorum habere contendat,

Gen. 2. d

Psal. 48.

Psal. 92.

vt quandò apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui semirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformatiuit. Omnis ergò homo, qui ad imaginem Dei factus est, illi debet imitari, cuius ad imaginem conditus est: illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium verò ac protectorem meliorem reperire non poterit, quàm illum, qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum precioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri nõ est indignatus. Quem proculdubio inueniet, si in eum totam spem suam, iuxta Psalmistæ vocem, proiecerit. Ait namque: Projice super Dominum charitatem tuam, & ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuatione iusto. Omnis enim homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consilijs, querit sibi amicũ fidelem, in cuius consilijs cõfidat, qui in suis diffidebat: & talem fidutiam habet in illo, vt omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat. Quid dulcius est, quàm vt habeas illum, cum quo omnia possis loqui vt tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cũ deo hoc est agendum, qui omnes vult saluos fieri, & neminem perire? Nam si veraciter deum credimus, eumq; diligimus vt debemus, & proximos sicut nosmetipsos, in eum quoq; totam spem proiecerimus nostram, ipse nos eripiet & consolabitur. Et sicut per angelum suum, Abacuc prophetam cum prandio in la cum leonum ad Danielem vatẽ misit, & Philippum, vnum de septem diaconibus, ad eunuchum, ita dabit nobis consolationem & liberationem. Hęc sectamini, charissimi, & nulli vnquam nocete. Fratres estis, inuicem vos diligit, vt veri Domini discipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda virorũ inficit, malitiã inter homines spargit: & qui detrahit fratri suo, homicida est. Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: mater verò nostra, Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regenerauit. Ergò qui Christi pecunias & Ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum iusti iudicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatẽ operatur: qui autem pecuniã vel res Ecclesię abstulerit, sacrilegium facit. Priuilegia enim Ecclesiarum & sacerdotum, sancti Apostoli iussu saluatoris, intemerata & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus. Leges Ecclesiæ Apostolica firmamus autoritate, & peregrina iudicia submouemus. Vndè & Dominus mentionem faciens Loth, per Mo sen loquitur, dicẽs: Ingressus es quidem (inquunt) vt aduena, nõ quid vt iudices? Vnaquæque prouincia tam iuxta Ecclesię, quàm iuxta seculi leges, suos debet iustos, & nõ iniquos habere iudices, & non externos, nisi

Gen. 1. d

Psal. 54.

Cicero de Amicitia.

1. Tim. 2. a

Dan. 14. f

Act. 8. e

viuorum

22. q. 1. Qui abstulerit. Et partim ibidem ca. Qui Christi pecunias. Et in decre. Lucij Papæ.

17. q. 4. Qui rapit. Et in decre. Lucij Papæ. 25. q. 2. Priuilegia Ecclesiarum & sacerdotum, sancti Apostoli iussu saluatoris, intemerata & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus.

6. Leges Ecclesiarum.

Gen. 19. b

3. q. 6. Vnaquæque prouincia,

Apostolicæ sedis huius decreuerit auctoritas, quatenus quicũq; causam habuerit, apud suos iudices iudicetur: & non ad alienos, causa vagandi, stimulante proteruita, suã despiciens patriam, transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autẽ fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos, (interueniẽte Primatẽ) si quidem maior causa fuerit: si verò minor, Metropolitano: si verò fuerit seculare, apud eiusdem ordinis viros, iudicio tamen Episcoporum, quum Apostolus priuatorũ Christianorum causas magis Ecclesijs deferri, & ibidẽ sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus, liberẽ Sacerdotũ (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his solcijatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem Sedem referantur. Et si illic facilẽ discerni non poterit aut iustẽ terminari, vbi fuerit summorũ congregata cõgregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet, iustè & D E O placitè coram Patriarcha aut Primatẽ Ecclesiastico, & coram patricio seculari iudicetur negotia in commune. Quod si difficiliore ortẽ fuerint quæstiones, aut Episcoporum vel Maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam (si appellatum fuerit) referantur: quoniã Apostoli hoc statuerunt iussione Saluatoris, vt maiores & difficiliore quæstiones, semper ad Sedẽ deferatur Apostolicam, super quã Christus vnuerfam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatũ principem Apostolorum Petrum: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petraẽ edificabo Ecclesiam meam, & reliqua. Sit ergò, Fratres, constantia vestra aduersus cõtentiones eorum, qui aduersa sapiunt, & non quæ Dei sunt sapiunt, & erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est: Nẽ timueritis ab his, neq; terreamini à facie eorũ, qui corpus occidunt, animam autem nõ possunt occidere. Quod autem in aure auditis, predicatẽ in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere, & mittere in gehennã. Fratres mei, in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potetia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnẽ exaltationem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes oẽm cogitationem, & in obsequium Christo perducentes. Decetẽrò, Fratres, confortamini in Domino, & in potentia fortitudinis eius, vt pax vobis multa & gratia à Deo & Domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur, ac si presentes, Charitatem vestram, in vnitatẽ spiritus, in vinculo pacis & Charitatis Christi. Propter quod, charissimi, expectantes satagite immaculati & inuiolati inueniri in pace, & Domini nostri

1. Cor. 6.

2. q. 6. omnis oppressus.

Matth. 16. e

Matt. 10. e

Luc. 12. a

2. Cor. 10. b

Eph. 6. b

2. Petr. 3. d

fri longanimitatẽ salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiã scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquẽs in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suã perditionem. Vos ergò, Fratres, presciantes custodite, nõ infipienter errore traducti, excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia & cognitione Domini nostri Iesu Christi & saluatoris. Vos autem charissimi, memores estote verborum, quæ predicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate, nõ sunt q; segregant semetipsos, animales, spiritum non habetes. Vos autem charissimi, super edificationem vestram sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri IESV Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Alijs autem misericordiam in timore, odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli Deo Saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum, gloria, magnificentia, & imperium, & potestas, ante omnia secula, & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

Inde 1. f

EPISTOLA SECUNDA ANACLETI PAPAЕ.

- 1 De ordinationibus Episcoporum, & omnium clericorum.
- 2 De accusationibus Episcoporum.
- 3 Quod minus quam à tribus Episcopis Episcopus non debeat ordinari.
- 4 In quibus ciuitatibus Primates, in quibus Metropolitanam esse debeant.

Anacletus Episcopus vnuerfis Episcopis in Italia constitutis: Quoniam Apostolicæ sedis debitam reuerentiam erga me charitas vestra distribuit, & quia plurimũ venerationis charissimi filij præbuisistis, (nam licet Ecclesiæ, in qua sanctus Apostolus residens docuit, quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore & sanctitate minores esse, & propterea omnino festinamus, vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire possimus) igitur consultationibus vestris plenius respondissemus, si licuisset: sed infirmitatis ac reliquarum oppressionum onere pressi, breuiter (prout Dominus tribuit, & vt à beato Petro Principe Apostolorum sumus instructi, à quò & presbyter sum ordinat) scribere vobis (sicut petistis) nõ denegauimus. Ordinationes Episcoporum, auctoritate Apostolica, ab omnibus qui

in eadem fuerint prouincia, Episcopis sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant, ieiuniumq; cum omnibus celebrẽt precibus, & manus cum sanctis Euangelijs, quæ predicaturi sunt, imponentes, Dominica die hora tertia orates, sacraq; vnctione, exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum (more Apostolorum & Mosis) vngentes, quia omnis sanctificatio cõstat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis, sancto chrismati est permixta, & hoc ritu solennem celebrent ordinatione. Quod si simul omnes conuenire minimè poterunt, assensum tamẽ suis precibus præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint. Porrò & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo & Ioãne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorũ, vt non minus quàm à tribus Episcopis, reliquisq; omnibus assensum præbentibus, vltimè Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatione celebretur. Reliqui verò sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo, ita vt ciues & alij sacerdotes assensum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent: similiter & diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum distributioni, trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest. Accusatio quoquẽ eorũ, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis & probatissimis viris, qui & suspicionibus & sceleribus careant, fieri debet: quia Dominus sacri sui corporis tractatores, à vilibus & reprobis ac non idoneis personis infamari noluit, nec calũniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit. Vndè liquet, quod summi sacerdotes, id est, Episcopi, à DEO sunt iudicandi, nõ ab humanis aut prauæ vitæ hominibus laeradi, sed potiùs ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quandò per seipsum, & non per alium, vendentes & ementes eiecit de Templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Et sicut alibi ait, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autẽ deos discernit. Et alibi, Egò dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes. Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit suum seruũ ab alio, quàm à se, iudicari. Quod si presumptũ fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potiùs vltionem quærit super eum. Si verò hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus deorum & Dominus dominantium, qui vltionem suorum promissit non differre seruo. Vndè & ipse per Prophetam loquitur, dicens: Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberẽ egit, & reliqua. Et Apostolus inquit: Tu quis es, qui iudicas seruũ alienũ? Suo em̃ Domino stat aut cadit. Et ipse, No-

Dist. 75. Ordinationes episcoporu. Et in decre. Iuon. lib. 3.

Dist. 64. Ordinationes episcoporu. Et in decre. Iuon. lib. 3. Dist. 66. Porro &

Di. 67. Reliqui sacerdotes.

II. 2. q. 7. Accusatio quoq; Et in decre. Iuon. lib. 4.

Ioan. 2. c

Matth. 21. b Mar. 11. b Ioan. 1. c

Psal. 81. discernit. Ibid. b

Luc. 18. d

Psal. 93. tionum liberẽ egit. Et Apostolus inquit: Tu quis es, qui iudicas seruũ alienũ? Rom. 14. a

Ibidem, lite

Zach. 2. c

lite iudicare inuicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Et Dominus per Prophetam inquit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nunc in malum oculos alicuius Principis incipit tractare, manifeste reus Maiestatis iudicatur, & infamis efficitur, aut potius capitali sententiae subiacet. Haec, Fratres, valde cauenda sunt, & quod homines nolunt sibi fieri, DEO deorum non debent inferre, ne forte irascatur Dominus, & faciat vindictam eorum, etiam in eos qui non peccauerunt, quia perit sapientissimus iustus pro impio. Imitandus est etiam propheta, per quem Dominus ait: Parambulabam in simplicitate cordis mei, in medio domus meae: Non ponam coram oculis meis verbum Belial: Loquentem in abscondito contra proximum suum, hunc interficiam. Et hi cauendi sunt, de quibus Salomon ait: Sicut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem, sic vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & quum fuerit deprehensus, dicit, Ludens feci. Sicut carbonem ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas. Verba furoris quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima ventris. Et si detractores quorumcumque grauius iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores & detractores atque accusatores memoratorum Dei famulorum atque persecutores damnantur, & in barathrum, nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint poenitentiam, indubitanter vadunt, & vindictibus flammis exurunt. Quapropter oportet omnes ab his cauere, & non solum non facere, sed nec facientibus consentire: quia non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus & his similibus ipsa veritas ait: Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidus: filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet, id est, in talibus non habitat Dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens: Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti, utroque grauior. Hominem, qui calumniatur animam sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. Qui sperat in Domino, saluabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui fortiter premit verba ad eliciendum lac, exprimit butyrum: qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias. Haec & alia periculosa considerantes Apostoli, statuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnarum sanctae dei Ecclesiae, quae Apostoli & successores eorum non immerito dicuntur. Sed si quis aduer-

Psal. 100.

Prou. 26. c

cordis,

Rom. 1. d

Matt. 8. c

Luc. 9. g

Ecc. 27. d

Prou. 26. d

Prou. 27. a

Prou. 28. c

Prou. 30. d

sus eos vel Ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti, ea sanent quae sananda sunt: & charitatiue emendent, quae iuste emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare praesumpserint, excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfactionem (ut iam dictum est) condignam egerint poenitentiam, quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur. Nec hoc mirum, quia si quisque nostrum cuidam seruorum legationem iniungeret, & a quoquam impediretur, aut ab aliquo subditorum suorum despiceretur, mox indignatus irasceretur, aut talia (prout posset) vindicaret, & ad iniuriam ac contumeliam suam hoc factum reputaret, & talionem (si in praesenti non posset) futuris temporibus redderet. Nam si in hominis causa haec fiunt, quid putatis Deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixerit? Vnde & Dominus per Naum Prophetam loquitur, dicens: Deus amulatur, & vltiscens Dominus, & habens furorem, vltiscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis: ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est sicut ignis, & petrae dissolutae sunt ab eo. Bonus est Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. & reliqua. Quaedam autem ex his, iam alijs fratribus scriptimus, quae toties sunt replicanda, quoties fuerint necessaria. Electionem quoque (ut supra memoratum est) summorum sacerdotum sibi Dominus referauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessisset. Electionem enim illorum taliter Apostolus fieri iubet: Si quis sine crimine est, vnus vxoris virum, filios habentem fideles, non in accusacione luxuria, aut non subditos. & reliqua. Si enim sine crimine sacerdos eligi praecipitur, nullatenus ab hominibus, criminibus irretitis, accusari aut calumniari permittitur, nec ab alijs, qui ab his, qui sine crimine sunt, & iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino seruire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri & ordinari possint, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes iubent. Porro & mos praecipit, ut eligat presbyteros. Vnde & in Prouerbis dicitur: gloria senum canities. Haec verò canities sapientiam designat, de qua scriptum est: Canities hominum prudentia est: Cumque nongentos & amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter, nisi Abraham, quum multo paucioribus vixisset annis conuincitur. Non ergo propter decrepita senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedec

suorum

Luc. 11. d

Naum. 1. a

Ibid. b.

Electione

summorum

Dist. 80. Eie

ctione vero

Tit. 1. d

7. q. 1. Sifa

cerdos sine

dist. 84. Por

ro Mosi.

Exo. 29. a.

Num. 11.

Pro. 20. d

Iob 12. b

Sap. 4. b

Presbyter

quis primus

dictus.

Potifex pri-

chifedec

mus quis in lege.

Exod. 29. a

21. dist. In no

uo test. ut in

dec. luo. li. 3

Matth. 16. c

Matth. 10.

Marc. vii.

Luc. 10. a

Matth. 9. d

Luc. 10. a

III.

chifedec prior obtulerit sacrificium, & post huc Abraham, Isaac, & Jacob. Sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate, ista fecerunt. Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola indutus victimas obtulit, iubente Domino ac loquente ad Moysen: Accipe, inquit, Aaron & filios eius & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, i. lineam & tunicam, & superhumeralia, & rationale, quod constringes balteo: & pones tiam in capite eius, & laminam sanctam super tiam, & oleum vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque balteo Aaron & liberos eius, & impones mitras eis, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Quo loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, i. Episcopum fuisse, porro filios eius presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem, & filios eius qui sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat podere, stolam sanctam & coronam auream, mitram, & zonam auream & superhumeralia, & reliqua quae praefixa sunt. Filij autem Aaron, super tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati, assistebant sacrificio Domini. In nouo autem testamento, post Christum Dominum a Petro sacerdotalis coepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portae inferi non preualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauem regni caelorum. Hic ergo ligandi atque soluendi potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum virtute suae praedicationis adduxit. Ceteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honore & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt, qui etiam iubente Domino, in toto orbe dispersi euangelium praedicaerunt: ipsis quoque, decedentibus, in locum eorum successerunt episcopi, quorum ordinatio praefata fieri debet ordine & modo: quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem eos spernit, eum a quo missi sunt, & cuius funguntur legatione, spernit, & ipse indubitanter spernetur a Domino. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam. Indelecti sunt ab eis septuaginta duo discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia, de quorum ordinatione & reliquorum ministrorum, dixisse supra sufficiat. Porro quod Episcopus non ab vno, sed a cunctis, consensu aut praesentia comprouincialium, est ordinandus, & nullatenus minus quam a tribus, ceteris consentientibus cunctis, idcirco, instituentem Domino, fieri iubetur, ne aliquid contra fidem ecclesiae vnus tyrannica auctoritas moliretur, & regula vel fides confunderetur credentium. Prouinciae autem multo ante Christi aduentum tempore diuisae sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis & beato Clemente praedecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum, ubi dudum primates legis seculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necessum erat, qui ad aulam Imperatoris vel regum confugere non poterant, vel quibus permillum non erat, confugiebant pro oppressis vel iniustis suis: ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum praecipuum erat: ipsis quoque in ciuitatibus vel locis nostris, patriarchas vel primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinae & ecclesiasticae poni & esse iusserunt, ad quos episcopi (si necessum fuerit) confugerent, eosque appellarent, & ipsi Primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquae vero Metropolitanae ciuitates, quae minores iudices habebant, (licet maiores comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui praedictis iuste obedirent Primatibus, sicut & in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulae metropoles ciuitates suas prouincias habeant, & suos Metropolitanos iudices habere debeant episcopos, sicut ut prius Metropolitanos iudices habebant seculares, primates tamen (ut praefixum est) & tunc & nunc habere iusse sunt, ad quos post sedem Apostolicam summa negotia conueniant, ut ibidem, quibus necessum fuerit, releuentur & iuste restituantur, & hi qui iniuste opprimuntur, iuste reformentur atque succiantur. Episcoporumque causa, & summorum negotiorum iudicia (salua Apostolicae Sedis auctoritate) iustissime terminentur. Haec ab antiquis, haec ab Apostolis, haec a sanctis Patribus accepimus, vobisque (ut postulastis) rimanda, & futuris tenenda temporibus mitimus, & reliquis fratribus praedicanda, ac cunctis fidelibus, tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, qui sequitur, deteriores fiat, dicente Domino per prophetam: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Quos rursus Dominus de testatur, dicens: Et tenentes legem, nescierunt me. Nesciri ergo veritas se ab eis conueritur, & nescire se principatum nescientium protestantur, quia profecto hi, qui ea quae sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc & Psalmista, non optantis animo, sed prophetatis mysterio denunciat, dicens: Obscuretur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Obscuratis ergo oculis, dorsum stetit: quoniam cum lumen scientiae perdunt qui praesentem, sine dubio ad portam peccatorum onera inclinatur sequentes. Hic ergo inter ma-

IIII.

dist. 90. Prou

incia mul-

to.

Et in decre,

Iuo. lib. 4.

* iure

Esa. 50. d

Hiere. 2. b

1. Cor. 14. f

Psal. 68.

Dist. 45. Sa-
nè pcurfor.

Titu 1. b

Esa. 10. f
Roma. 9. c

Hebr. 2. b

Ibidem c

Pfal. 21.

Pfal. 8.

Esa. 50. a

Esa. 59. a

Esa. 97. c

Hebr. 2.

Ioan. 12. c

nus latronum & dètes furentium luporum, vtcunquè versamur. Ideò & docere alios, & nos ipsos (prout Dominus dedit) prouidere debemus. Sanè percussor ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percussit infirmorum. Ideò tenere vos & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, & rectè viuentes, atque rectam fidem tenentes consolidare. Illis ergò qui dicunt, quòd filius in eo minor est, quia Propheta inquit: Verbum faciet Dominus breuiatum vniuerso orbi: ità respondendum est diuinis testimonijs, Verbum breuiatum quod dominus faciet super terram, non minutionem deitatis in filio Dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis annūciat, in quali dispensatione non solum patre hominis filium, sed etià angelis legimus minoratum, Paulo attestante Apostolo: Eum autem (inquit) modicè minùs ab angelis minoratum videmus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum. & infra: Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Et Propheta inquit: Minorasti eum paulominùs ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Et vt verbum Dei patris, breuiatum in filio non esse, doceamus, hanc Esaiæ prophetæ volumine approbamus sententiam: Nunquid abbreviatus factus est sermo meus, aut ità paruus est, vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum, dicit Dominus Omnipotens? Et iterum: Hæc dicit Dominus Omnipotens: Nunquid abbreviata est manus mea, vt saluare non possit? Aut non potest viuificare cor humilium & spiritum contritorum? Et vt brachium patris, quæ manus est, filium esse doceret, intulit, dicens: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare eius. Nā & in nouissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore Dominus ex cælesti aula ac empyreo domicilio pessimi demonis iam ferre dedignans tyrannidem, in creaturas suas crudelissimè seruitem, plasmati condolens, ac suæ immensæ charitatis thesaurum referare volens, in castissimæ virginis purissimum vterum, omnis tori virilis nescium, inenarrabili mysterio, pro redemptione nostra carnem suscipiens, aduenit, vt & illū qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, & eos, quos in tenebris & vmbra mortis captiuos subegerat, virtutis suæ potentia in ipso paruo & exigui temporis spatio liberaret. De hoc etià exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem (cū adhuc tempus haberent) incedere præmonebat: Adhuc modicum, inquit, in vobis lumen est. Dum lucem habe-

tis, ambulate in luce, nè vos tenebræ comprehendant. Et in canonicis Apostolorum legitur epistolis: Filioli, nouissima hora est, quia multi pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum. Et Paulus Apostolus: Tèpus enim breue est. Et iterum: Præterit enim figura huius mundi, Et iterum: Omnia hæc ad correctionem nostram facta sunt, in quos fines seculorum obuenerunt. Nam dominus in ipsa oratione Dominica breuiavit nobis sermonem, dum nos à multiloquio prohibens, pauca loqui docuerit, quæ pertinent ad salutem. Cū oratis, inquit, nolite multum loqui. Et infra: Vos autè, cū oratis, dicite: Pater noster qui es in cælis, &c. Non enim Propheta filium Dei in hoc capitulo minoratum designauit in verbo, quoniam ipse in prophetis retrò tempore loquebatur, qui etià nunc per Apostolos & apostolicos viros, nouissimo tempore loquitur: Ego (inquit) qui loquebar in seruos meos prophetas, Ecce assum. Et alius Propheta: Sicut est ab initio vsque in seculum, neque adiectum est ei, neque minuetur illi, quoniā ipse est dominus creaturæ suæ. Ecce quale verbum breuiatum fecit dominus in orbe terrarum. Non quia (vt illi putant) inferiorem patre intimaret hominibus filium, sed quia nouissimum eius annunciarer aduentum. Si ergò (vt prædictū est) Aaron filij, Presbyterorum figuram gestabant, & Aaron summi sacerdotis, id est, Episcopi, Moses indubitanter Christi tenebat formam: quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum & hominem Iesus Christus, qui est verus dux populorū, & verus princeps Sacerdotum, & Dominus pontificum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

EPISTOLA EIVSDEM ANACLETI PAPAE TERTIA.

1. De bipartito ordine sacerdotum.
2. De constitutione seu ordinatione Episcoporum ac presbyterorum.
3. De discretionem Episcoporum & ciuitatum.
4. Vt difficiliore cause ad sedem Apostolicam referantur.
5. Non admittendos ad accusationem siue ad testimonium, qui antea inimici fuerunt, & de extraneo iudicio.

Anacletus seruus Christi IESV, in Apostolica sede à domino constitutus, & à sancto Petro Apostolorū principe presbyter ordinatus, omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus salutem: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinās nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ

gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum nobis faceret sacramentū voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etià sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui oia operatur secundum consilium voluntatis suæ, vt simus nos in laudem gloriæ eius, qui antè sperauimus in Christo. De primatibus, charissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt, & Apostolicæ auctoritatis, quæ licet indigni, Domino dispensante, fungimur) decretum postulauerunt, aut si esse deberent, aut non, quantum hæc tenus de his à beato Petro apostolo, & à reliquis Apostolis, ac à beato Clemente nostro sancto prædecessore, & martyre, nouimus statutum, denegare vobis minimè possumus. Et quis est, qui querentibus fratribus denegare possit dubitationes vel necessitates eorum? Sacerdotum, Fratres, ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino apostolos esse electos & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandū dispersos. Cū verò mellis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentū septuaginta duos eligi præcepit discipulos. Episcopi verò, Domini Apostolorū presbyteri quoque, septuaginta duorum discipulorum locum tenent. Episcopi autem nō in castellis aut modicis ciuitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas, debent ab episcopis ordinari & poni, singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab vno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari, & (vt dictum est) non ad modicam ciuitatem, nè vilescat nomen Episcopi, aut alicubi, sed ad honorabilem urbem titulandus & denominandus est. Presbyter verò ad quemcunq; locum vel Ecclesiam in eo constitutam, est præficiendus, atque in ea diebus vite suæ duraturus. Amplius, quàm isti duo ordines sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt.

Episcoporum verò ordo vnus est, licet sint Primates illi, qui primas ciuitates tenent, qui & in quibusdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autem, qui in metropoli à beato Petro apostolo, ordinante Domino, & à prædecessore nostro prædicto sancto Clemente, seu à nobis constituti sunt, nō omnes Primates vel patriarchæ esse possunt: sed illæ vbes, quæ præfatis & præfatis temporibus Primatum tenuerunt, Patriarcharum aut Primatum nomine fruuntur: reliquæ verò Metro-

poles, Archiepiscoporum aut Metropolitanorum, & non Patriarcharum aut Primatum vtantur nominibus: quia hæc eadem & leges seculi in suis continent principibus: alia autem primæ ciuitates, quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, à sanctis Apostolis, & à beato Clemente, siue à nobis, Primates prædicatores acceperunt. Hæc verò sacrosancta Romana & Apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiā potestatis super vniuersas ecclesias ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo clauas regni cælorum. Et quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Adhibita est etià societas in eadē Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electiōis, quæ vno die, vno quoque tempore, gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone agonizans, coronatus est, & ambo sanctam Romanam Ecclesiam consecrârunt, alijsq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo, eam sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deū omnium sanctorum effundatur oratio, his tamè verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: Testis enim est mihi deus, cui seruiō in spiritu meo in euāgelio filij ei, quæ sine intermissione memoria vestri facio semper in orationibus meis.

Prima ergò sedes est cælesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam (vt memoratū est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrârunt. Sic Roma quæ prius erat cacodemōnis artificio omnium errorum mater & alitrix, excussis tenebris, & vanis superstitionū ritibus abiectis, filiorum DEI, ex orto sole iustitiæ, facta est copiosa propagatrix.

Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, à Marco eius discipulo atque euangelista consecrata est, quia ipse & in Aegypto primū verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & gloriosum suscepit martyriū. Cui venerabilis successit Abilius.

Tertia autem sedes apud Antiochiam, eiusdem (id est, beati Petri) Apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romanam veniret, habitauit, & Ignatiū episcopum constituit, & illic primū nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Reliquas verò (vt prædiximus) in quodā tomo, prolixitate vitantes Epistolæ, vobis conscriptas direximus. Indè nanq; & beati Apostoli inter se statuerunt, vt episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret, nam & inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licet omnes essent Apostoli,

1. Ioan. 2. c

1. Cor. 7. e
Ibidem.

1. Cor. 10. b
* correptionem.

Matth. 6. b

Ibidem, c

Esa. 52. b

Ecc. 42. b
Ecc. 36. c

1. Tim. 2. b

Luc. 10. a
Dist. 30. Episcopi, nō in

III.
De ordine episcoporum.

Ephe. 1. a b c

Dist. 22. Sacrosancta Romana. Et in decre. Iuo, lib. 4.

Matth. 16. c

Passio B. Petri & Pauli vno tempore ac die facta.

Rom. 1. b

Sedium trium principaliū ordo.

* Anianus, & post hunc Abilius.

* Zachæum, postea Eudium, post quem Ignatium.

Dist. 22. Sacrosancta Romana.

stoli,

Pfal. 98.

Roma. 15. a

Matth. 20. d
Marc. 10. g

Matth. 20. d

Galat. 6. a

1111.
Dist. 22. Sa-
cro sancta
Romana.

v.
1. 4. 3. Accu-
satores &
testes.
Et in decre.
Iuo. lib. 4.

Ioan. 13. d

foli, Petro tamen à Domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, vt reliquis omnibus præflet Apostolis, & Cephas, id est, caput & principium teneret apostolatûs: Qui & eandem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli Episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est cõstitutum, sed etiã in veteri fuit. Vndè scriptum est: Moses & Aaron in sacerdotibus eius, i. primi inter eos fuerunt. Et quauis ita ordinatû fuerit, nemo tamen, quod suû est, querat, sed quod alterius. Vndè ait beatus Apostolus Paulus: Vnusquisq; placeat proximo suo in bonum ad ædificationem. Et sicut ipse Saluator suis ait discipulis: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Et reliqua. Et licet super his aliqua dicta fuerint, repetetes tamè sæpius admonemus, vt semper in omnibus & ab omnibus vitentur elationes mentis & corporis. Et quanto maior vnusquisque videtur esse, tanto sit humilior, sicut dominus Saluator noster nõ venit ministrari, sed ministrare. Et si frater aliquis preoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite eum in spiritu lenitatis. Si quæ verò causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctę sedis apicè eas, quasi ad caput referte, vt Apostolico terminentur iudicio: quia sic Dominum velle, ab eo que ita constitutum esse, antedictis testimonijs declaratur. Hæc verò Apostolica sedes, cardo & caput (vt præta ctû est) omnium Ecclesiarum, à Domino, & non alio, est constituta. Et sicut cardine ostiû regitur, sic huius sanctę Sedis autoritate omnes Ecclesię, Domino disponente, reguntur. Accusatores autem & testes esse nõ possunt, qui ante hesternum diem aut nudius tertius inimici fuerunt, nè irati, nocere cupiant, vel læsi, se vlcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus querendus est, & non suspectus. Causam enim vestram alieno nolite comittere iudicio. valdè enim iniquû est, vt omiffis suis, alij quilibet aliorû se causis immisceant, quoniam nullis in locis spiritalis cura deficit, sed se per omnia, quo cunque nomen Dei predicatur, extendit. Studèdum est omnibus, nè (vt sunt) æmulationes malæ, sed piæ sint inter vos dilectiones: quia in hoc vos omnes Domini discipulos esse veros noueritis, si dilectione habueritis adinuicem. Ex omni ergò genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filij charitatis suæ, & de vasis iræ faciat vasa misericordię. Vndè nobis summoperè studèdum est, vt cooperatores simus gratię Dei: quia ad hoc vocati sumus, eiusq; familiari colloquio sociati, & sacerdotes sacriati, vt fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia eius. Necesse est enim, vt Rectores à subditis timeantur, ab ipsisq; corrigantur, vt humana formidine peccare metuât, qui Diuina iudi-

cia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresq; corrumpunt, his, qui substantias aliorum prædiq; diripiunt. Ipsi enim ea quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autè detractores, & morum corruptores nostrorû, siue qui aduersus nos armantur, propriè nos ipsos decerpunt. Et ideo iustè infames sunt, & meritò ab Ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergò plebis, sæpè Pastores deprauantur Ecclesię, vt procliuuû corruant qui sequuntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, vt scriptum est: Omne caput lægidum, & omne cor mœrens: A planta pedis vsque ad verticem capitis, non est in eo sanitas. Quapropter manifestum est, diabolum (qui sicut leo rugiens, circuit, querens quem possit deuorare) cordibus plebiû uadere, vt doctores atq; Pastores suos detractio nibus accusent, vt (plebibus languescentibus, vel mala agentibus, non tenentibus Pastoribus frena eorum) lasciant, atq; in imaruant. Multùm verò distant damna morum, à damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa verò in nobis. Sententia quoq; Cham filij Noë damnantur, qui suorû Doctorum vel Præpositorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit. Doctor autem vel Pastor Ecclesię, si à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quàm distringendus, quia Rectores Ecclesię à DEO iudicandi sunt, sicut ait Propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Vndè oportet vnumquemq; fidelem, si viderit aut cognouerit plebes aduersus pastorem suum tumescere, aut contra clerum detractio nibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere satagat. Nec eis in quibuscunq; negocijs misereri, si incorrigibiles apparuerint, anteq; suo reconcilientur Doctori, presumat: quoniam tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes, summam curâ habere debent de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur. Ità ergò beatus princeps Apostolorum Petrus de sancto prædecesore nostro Clemente, plebibus prædicando, quandò docebat eas, qualiter ei obedire deberent, eumq; obferuare, inter cetera ait: Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commotione obsequundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cum obedire

6. q. 1. Deteriores sunt

Esaiæ. 1. b

1. Petr. 5. c

2. q. 7. Sententia Cham Gen. 9. c

In dec. Iuonis lib. 4.

Psal. 81.

2. q. 3. Tam sacerdotes.

In ipsa epist. Clemetis papæ ad Iacob. & dist. 93. Si inimicus, & in dec. Leonis Papæ.

dirè cõperit monitis Præsidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare DEI Ecclesiam volunt. Et reliqua. His, alijsque quàm plurimis documētis, faciliè vnusquisq; aduertere potest, qualiter obedire & obtemperare debet Præpositis suis, & qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non obseruauerit, hostis est animę suę: & non tãtùm infamis, sed & excommunicatus, atq; alienus ab ecclesia efficiatur, quoniam necesse est ea vitia ferro abscondere, quæ alijs medicaminibus non sanantur. Parcat vnusquisq; à laceratione vel detractioe linguę suę, caueatq; nè aut linguam aut aures habeat prurientes, id est, nè aut alijs derogat, detrahatque quibuscunq; aut alios audiat derogates vel detrahentes, custodiatq; quisq; sermones suos, & sciat, quia quicunq; de alijs loquitur, sua sententia iudicabitur. Caueat etiã omnis fidelis, nè derogando quod in domo cuiusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorum domos suos proprias amet. Nemo enim inuito auditori libenter refert. Sitq; vnusquisque studium, non solum oculos castos seruare, sed & linguam. Vos autem charissimi, qui estis sub Domini disciplina cõstituti, sic vos exhibete, vt veri ministri, & dispensatores mysteriorum eius, vt non vituperetur ministerium vestrum, nè fiat in vobis, sicut scriptum est: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sic enim vos, vestrosq; & cunctos corripite, vt nemini noceatis, quatenus & ab hominibus bonam acquiratis famam, & à Deo mercedis premium in eterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid aduersi de vnitatē Ecclesię acciderit, radicitus amputetur, vt Dei Ecclesia, fructusque seruorum eius maneat inconcussa. Propter quod, charissimi expectantes satagite, immaculati ei inueniri in pace, & Domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergò prudentes, & vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuum in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sinè murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illa administrans, sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei: si quis loquitur, sicut sermones Dei: si quis ministrat, tanquàm ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

In epistol. D. Hieron. ad Nepotianum,

1. Cor. 4. a

Esai. 24. a

2. petr. 3. d
1. Petr. 4. b c

DVO DECRETA ANACLETI
PAPAE EX GRATIANO.
Quare laici in accusatione Episcoporum non audiantur.

2. q. 7. Laici Laici in accusatione Episcoporum audire

endi non sunt, quia oppidò eis quidam infesti sunt. Et indignû est vt ab eis accusentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari.

Singulis annis Apostolorum limina visitent Episcopi, qui ordinationibus Apostolicis subiacent.

Iuxta sanctorum patrum & Canonum instituta, omnes Episcopi, qui huius Apostolicę Sedis ordinationi subiacent, & qui propinquissimi sunt, annuè circa Idus Maij sanctorum principum Petri & Pauli liminibus presententur, omni occasione seposita, qui verò de longinquo sunt, iuxta chirographum suum impleant. Qui autem huiusmodi Constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subiacere sententijs.

in episcoporum,

93. dist. Iuxta sanctorum patrum. Et in decre. Zacharię Papæ.

DECRETA EVARISTI PAPAE.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.



Varistus natione Græcus, ex patre Iudæo nomine Iuda, de ciuitate Bethleë, sedit annos nouem, menses decem, dies duos. Fuit autem temporibus Domitiani & Neruę Traiani, à consulatu Valentis & Veteris, vsque ad Gallum & Braduam consules. Martyrio coronatur. Hic titulos in vrbe Roma diuisit presbyteris. Et septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicatorem, propter stylium veritatis. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos tres, Episcopos per diuersa loca quinque. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano sexto Kalendas Nouembres. Et cessauit Episcopatus dies xviii.

Anno Domini 110.

*iij.
*xvij.
*ix.
*xv.

Hæc ille. Verùm quo ad annos Euaristi Papæ, aliqua est inter scriptores differentia. Platina enim partim consentiens Damaso, in margine tamen per annotationis modum, annos decem scribit, & menses septem. Eusebius autem Ecclesiasticę historię libro quarto, capite primo, secus illius annos profeqnitur. Eadem (inquit) tempestate Alexander Romę, quum octauum annum Euaristus sacerdotalis administrationis implisset, quinta successione post Petrum atque Paulum, plebis gubernacula sortitus est. Porro Marianus Scotus de eodem ait: Domitiani Imperatoris anno 25, ad veritatem verò Euangelijs, 101. secundum autem Dionysij cyclum, 79. Senecione & Palma Consulibus, Euaristus Papa tertius sedit annis decem, mensibus duobus. Et iterum idem, Anno 7. Vlpij Criniti Traiani, ad veritatem Euangelijs, secundum Dionysij cyclum 89. Gallo ac Bradua Consulibus, decretalis (inquit) epistola Euaristi Papæ data est, sub quibus & passus est, secundum gesta pontificum. Hæc Marianus. Lectio quoque Romano breuiario inserta, habet annos duodecim, cui Eusebius in Chronicis suis, necnon & Cassiodorus cum Gregorio Holoandro in consulum, quem describunt, catalogo, consulibus inter Valentis Veterisq; ad Galli vsq; & Braduę consulum intermedijs, ad minus annos duodecim completibus, concordant. Quocirca veritatis scrutatores, concordie dictorum diligentius insistant.

EPI.

EPISTOLA PRIMA EIVSDEM ad omnes episcopos Aphricanos.

- 1. Quot in civitate diaconi esse debeant.
- 2. De vxore ducenda.

93. dist. Diaconi qui quasi oculi.

11. 35. q. Aliter legitimū nō legitime viro iungatur. Iuo. lib. 6. Vtinam iste sanctiss. Ca. nō renouet, & tollantur clādestina illia matrimonia, quę inuitis parentibus Venetis causa cōtrahuntur.

3. q. 5. Aliter legit. S. ita p. acta.

1. Cor. 1. b

Dilectissimis fratribus vniuersis Aphricę regionis Episcopis, Euaristus: Consulentibus vobis, Fratres charissimi, quid super his quę in vestris continebantur scriptis, visum nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid à B. Apostolis nobis traditū aut custoditū remaneret, optātes (vt retulistis) nostris insitui documentis, hęc verò rescribimus: Si quidem dilectio vestra normam sequuta prudentium, ad sedem Apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubijs custodire, potius quàm vsurpatione psumere. Diaconi (quasi oculi videntur esse Episcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apostolorū constituta septem debent esse, qui custodiant episcopū p̄dicantē, nē aut ipse ab infidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lādatur à suis, aut verba diuina, detrahendo aut insidando, polluantur vel despiciantur, sed veritas spiritali redoleat feruore, & pax p̄dicata labijs, animi cū voluntate concordet. Similiter custoditū & traditū habemus, vt vxor legitime viro iungatur. Aliter enim legitimum (vt à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditū inuenimus) non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam scēminam dominationē videntur habere, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus aut propinquiōribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotiliter (vt mos est) cum precibus & oblationibus, à sacerdote benedicatur, & à paranympis (vt consuetudo docet) custodita & consociata à proximis, tempore congruo petita, legibus dotetur, & solēniter accipiat, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatē custodiant, vt bonę soboles generentur, & domino in actibus suis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hereditabiles generabunt. Quapropter filij charissimi & merito illustres, fide catholica suffragante, ita peracta, legitima scitote esse, cōnubia. Aliter verò p̄sumpta, non cōiugia, sed aut adulteria, aut cōtubernia, aut stupra vel fornicationes, potius q̄ legitima cōiugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Nam fructus diuinus est, p̄cepta diuina custodire. Ea quoquē deferere, p̄sumptionē fieri, nulli dubium est. Cur ergo indignum est, vnitatem Ecclesię custodire? Idemque omnes pariter & sentiamus, & pronūciamus. Si enim aliter p̄sumpta fuerint, perdunt p̄fectō ipsi trāsgressores seip̄sos, qui semetip̄sos decipiunt. Hęc cunctis recitanda per omnes Ecclesias Aphricanas, scripta dirigi-

re, & istis connectite, quas adiunximus literas Præfectorū, vt de his quę iniquē laudantur, (si quid tale probari poterit) iudicium fiat, & inhibita cōercentur, & præterita mala & illicita coniugia, si doceantur admissa, digna seueritate corripiantur. De cetero verò caueantur talia per omnes Ecclesias, nē Ecclesię sanctitas, per nostrā fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quę est per viros venerabiles consequta. De his verò, quibus ab infidiatorib⁹ fatigamini, vndē & nos cōsulere, & à nobis edoceri inter cætera voluistis, eō quod sint quidam, qui arbitratū de Patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, ita eos Apostolicis percutit ferulis, & diuinis redarguite p̄ceptis. Non enim solus pater sine filio lucem inaccessibilem habitat: quia vbi Pater est, ibi etiā filium esse indubitabili fide credendum est. Nam si solus Pater sine filio (quod dicere nefas est) lucem habitat inaccessibilem, necesse est, vt questratam pater à filio habeat mansionem. Quod si ita est, quonam modo idem filius, ad dexteram Patris adstans, à beato martyre Stephane dicitur conspici, si Pater secundū eos solus dicitur sedibus lucis cōtineri? Absit hoc à sensu fidelium, Christo in vnitate si dei adherentium: quoniam sicut non obest filio, cum solus dicitur Pater lucem inaccessibilem habitare, ita non obest Patri, cum sapientia, quę est filius, dicitur gyrum cæli sola circuire. Pater itaq; cum sit inuisibilis & ingenit⁹ in se, in filio visus apostoli testimonio comprobatur, & in filio, à se inenarrabiliter genito, mansisse ac requieuisse mōstratur, ipso filio in Propheta loquente: Qui me genuit, requieuit in tabernaculo meo. Et in Euangelio: Pater in me manens, facit opera hęc. Et, Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu Patris. Si enim in sinu patris erat filius ab initio, & ex corde Patris verbum bonum eructatū est, quomodo non in corde paterno consistens, lucē cū eodem inaccessibilem habitasse credendus est? Nunquid Pater absque vlla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij sine eadem potuit requiescere, cum idem filius candor sit æternę lucis, & speculum sine macula veritatis, quam Salomon super salutem suam dilexisset se dicit, in cuius specie semper delectari gestiuit? Super salutem & speciē (inquit) dilexi illam, & pro luce proposui habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Hanc ergo Dauid propheta lucem desiderans, anxius proclamauit, dicens: Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In huius igitur luminis claritate filius seipsum in Monte tribus discipulis p̄ostendit: qui metu mortis perterriti, prostrati que in faciem, sibi vitę finem adesse senserūt. Hanc (inquam) lucem in se fuisse demonstrans filius, procla-

1. Tim. 6. c

Act. 7. g.

Ecc. 2. 4. a

Coloss. 1. b.

Ecc. 2. 4. a

Ioan. 14. b.

Ioan. 1. b

Psal. 44.

Sap. 7. d.

Sapi. 7. b

Psal. 42.

Psal. 3. 5.

Matt. 17.

Marc. 9. 2

Luc. 9. d

EPISTOLA SECUNDA EVARISTI PAPAE,

De episcopis electis, & alijs loco eorum substitutis.

Ioan. 1. b. c
Ioan. 8. b

Ioan. 1. a

1. Ioan. 3. a

1. Cor. 13. d

1. Ioan. 5. b

proclamabat, & vt in eadem incederent, discipulos p̄monebat: Dum lucem habetis, inquit, ambulate in luce. Et iterum: Ego sum lux huius mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitę æternę. Et Euāgelista: Erat lux vera, ait, quę illuminat omnē hominē venientē in hunc mundum. Si hęc lux, quę creditibus promittitur, in filio esse probatur, & cum æterno eterna esse dicit, quomodo à vobis ab inaccessibili luce Patris filius separatur? Si enī filius, Deus verus & vita eterna est, sine dubio in hac luce simul cum patre habitare credendus est, quā nullus modō nostrū, in hoc mortali corpore cōstitutus, potest aliquatenus cōtueri: sed dū apparuerit, tunc verē illū videbit, sicuti est, quę eius conspectibus fuerit dignus coaptari. Et nō sicut Moses, ceteriq; prophete p̄ enigmata & figurā, sed ipsam veraciter in filio, secundū Apostolū, cōtuebitur deitatis imaginē. Nam si hūc, eūdemq; prophete sub testimonio, sub sequēte sereno mentis intuitu, inuestigare volueris, inuenies filium nō posse ab hac luce Patris penitus separari: quoniam cum solum filiū dixerit in terra cum hominibus conuersatū, Patre ab illo, non est credendū, fieri alienū. Si testimoniu enim hominū accipimus, testimoniu Dei maius est. Quoniam hoc est testimoniu Dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo: Qui credit in filiū Dei, habet testimoniu Dei in se. Qui nō credit in filiū, mendacē facit eum, quia non credit in testimoniu, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quoniam vitā æternā dedit nobis Deus, & hęc vita est in filio eius, qui habet filiū, habet vitam: qui non habet filiū Dei, non habet vitā. Hęc scribo vobis, vt sciatis, quoniam vitā habetis æternā, qui creditis in nomine filij Dei. Et hęc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcunq; petierimus secundū voluntatē eius, audit nos. Et scimus quia audit nos, quod quid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo, dico, vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortē. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, nō peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malign⁹ non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus, & mūdus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verū Deū, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus, & vita eterna. Hęc fratres p̄dicare, hęc omnibus nūciate. Vos verò inuicē exhortamini, perfecti estote, semperq; gaudete: pacē autē sectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorū. Amen. Data ix. Calendas Aprilis, Valente & Vetere vv. cc. coss.

EPISTOLA SECUNDA EVARISTI PAPAE, De episcopis electis, & alijs loco eorum substitutis.

Euaristus vrbis Romę Episcopus, omnibus per Aegyptum Domino conglutinatis fratribus in Dño salutē: Vnum nos, Fratres, sentire oportet & agere, vt (sicut legimus) in nobis vnum cor & vna anima esse probetur. Scimus namq; sicut & à patribus accepimus, Christum esse caput, cuius & membra sumus. Ipse enim est sponfus, & Ecclesia sponfa, cuius filij nos sumus: & idē vnū Patrem habemus Deum in cælis. Sacerdotes verò vice Christi legatione fungūtur in Ecclesia. Et sicut ei sua cōiuncta est sponfa, i. Ecclesia, sic Episcopis iungūtur Ecclesię, vnicuiq; proportionē sua. Et sicut vir non debet negligere vxorē suā, sed diligere & castē custodire & amare atq; prudēter regere: sic episcopus & multo magis custodire & amare, atq; prudēter regere debet Ecclesiam. Et velut vxor, q̄ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumq; diligere & amare, ita potius etiā Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumq; diligere & amare vt animā suā debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritaliter. Et sicut vir nō debet adulterare vxorē suā, ita nec Episcopus Ecclesiā suam, i. vt illā dimittat, ad quā sacratus est, absq; inuitabili necessitate, aut Apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambire causa cōiungat. Et sicut vxori nō licet dimittere virū suū, vt alteri se (viuēte eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Ecclesię non licet dimittere Episcopū suū, aut ab eo se segregare, vt alterū (viuente eo) accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, i. alterū Episcopum (suo viuente) nō accipiat, nē fornicationis aut adulterij crimē incurrat. Nam si adulterata fuerit, i. si se alteri Episcopo iunxerit, aut super se alterum Episcopum adduxerit, aut esse fecerit vel desiderauerit, per acerrimam pœnitentiā aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat. Vndē & Dominus loquitur in Euangelio, dicens: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, 2. Tim. 4. 7. q. 1. Sicut vir & episcopus verō oportet opportunē & importunē atq; sine intermissione Ecclesiā suā docere, eamq; prudēter regere & amare, vt à vitijs se abstineat, & salutem consequi possit eterna. Et illa cum tanta reuerentiā eius doctrinam debet suscipere, eumq; amare & diligere, vt legatum Dei, & p̄conem veritatis: quia (testante veritate) quęcunq; ligauerit super terram, erunt ligata & in cælo: & quęcunq; soluerit super terram, erūt soluta & in cælo. Nimis timenda est, Fratres, hęc sentētia, & p̄uidēdum vobis, nē offendatis eos, qui tantā

A. 4. f

Eph. 4. d

7. q. 1. Sicut vir non.

1. Cor. 7. b

Matth. 5. d

2. Tim. 4.

7. q. 1. Sicut

vir & episcopus

verō. et in episto.

prima Cle-

mētis ad Iacobum.

Matth. 16. c

& 18. b

Luc. 10. c

3. q. 2. Audi- uim⁹ quofd. Et i. i. episto la Clemētis ad Iacobū.

Ioan. 10. b

Hebr. 13.

2. q. 7. Non est a. Et in decre. Iuon. lib. 4.

Hier. 6. g

2. q. 7. Si qui sunt. Et ia

à Domino habent potestatem. Et ided potius obediendi, diligēdi, & summoperē venerandi sunt, non detrahendi, vel lacerādi, aut eijciendi, sed portandi & amādi, ipso dicente Domino: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ided hęc vobis & oībus fidelibus scribimus Fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestrīs non malū, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam iniuria Episcoporum ad Christū pertinet, cuius vice funguntur. Audiuius enim quosdā vobis infamatos & dilaceratos episcopos, ac ē ciuitatibus proprijs pulsos, quia alibi Episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis: & alios in eis, ipsis viuētibus, cōstitutos. Ided hęc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri nō licere, sed proprios reuocari, & integerrimē restitui debere. Illos verō, qui adulterina fœditate spōsas suas, quas & vxores eorum (præfixo tenore) esse intelligimus, tenent, eijci, vt adulteros, atque infames fieri, eosq; ab Ecclesiasticis honoribus arceri, iubemus. Si autē aduersus eos aliquā querelam habueritis, his peractis, inquirendū erit, & autoritate huius sanctę sedis terminandū. Et nē omnia nunc singulatim dicamus, omne bonū, si ipsa per se in vobis fuerit, charitas facere vos docebit, sicut & cōtrario eos, qui à salute alieni sunt, omne malum facere, odiū docet. Vidē & vos, qui veri Dei estis discipuli, abijcite à cordibus vestrīs ante omnia discordias & animorū dissensionēs, ex quibus omne malū opus procedit, & benignitatē ac simplicitatem tota mente seruate. Verūtamē scitote cuncti, quōd supra omēs vos labore Episcopus: quia vnusquisque vestrū suū proprium fert laborē, ille verō & suum, & singulorū. Et ided sicut ille p vobis omnibus, itā & vos omnes summoperē laborare pro eo debetis, intantum, vt (si etiā necesse fuerit) animas vestrās pro eo ponatis, sicut & ipse animā suā pro vobis (si necesse fuerit) ponere debet, ipso dicente Salvatore: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Vos verō obedite eis, & vigilate pro eis, quia ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestrīs reddaturi, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Non est itaque à plebe aut vulgarib⁹ hominibus arguendus vel accusandus Episcopus, licet sit inordinat⁹: quia pro meritis subditorū, disponitur à Deo vita rectorū, exemplo Dauid peccantis, ac comparatione Principum, qui ex merito plebis præuaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine vnumquēque probare, iuxta testimonium Domini ad Hieremiā loquentis: Probatorē, inquit, dedi te populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum. Ided ista dico, quia insidiator bona sapissimē solet cōuertere in malum, & in electis ponit maculam. Vndē si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum,

vel reliquorum Sacerdotum, non oportet eos à iudicibus Ecclesię audiri, antequam eorum discutatur æstimationis suspicio vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quōve merito, si pro DEO, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista præsumpserint, nec ne. Hęc omnia fideliter sunt perscrutanda, & diligenter pertractanda, nam sunt nonnulli, qui Præpositos suos peruersē reprehēdunt, si vel parū ipsis molesti extiterint. Idcirco recto oculo Primates Ecclesiā vitlter p̄uideat, nē quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentes sententię Domini, qua ait: Si quis scandalizauerit vnū de pusillis istis, melius est illi, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et reliqua. Deus autem omnipotens, vt nos à præcipitate sententię prolotione compeferet, (cum omnia nuda & aperta sint oculis eius) mala tamen Sodomę noluit audita iudicare, priusquā manifestē agnosceret, quę dicebatur. Vndē ipse ait: Descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an nō est itā, vt sciam. DEVS omnipotens (cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiā antequā fiant) nō ob aliud hęc & alia multa (quę hic, prolixitatem vitantes, non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi vt nobis exemplum daret, nē præcipientes in discutiendis & iudicandis negocijs essemus, & nē mala quorūque prius præsumamus credere, quā probare. Cuius exemplo monemur, nē ad proferendam sententiam vnquā præcipientes sumus, aut temerē indiligenterque indiscussa quęq; quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce: Nolite iudicare, vt nō iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et reliqua. Nam mala audita nullum moueant, nec passim dicta, absque certa probatione, quisquam vnquā credat, sed antē audita diligenter inquireat, nē præcipitando quicquā aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorum mala, quorum clamor ad cælum vsque peruenerat, omnia sciēs, prius nec credere nec iudicare voluit, quā ipse ea cum fidelibus testibus diligēter inuestigans, quę audierat, opere veraciter cognosceret: multo magis nos humani & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, hęc præcauere, & nullum ante veram iustāq; probationem iudicare aut damnare debemus, manifestē Apostolo dicente Paulo, qui ait: Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Suo enim Domino stat, aut cadit. Vndē & per prophetam Dauid Dominus loquitur, dicens: Nolite extollere in excelsum cornu vestrū, loquentes in ceruice veteri, quia neq; ab oriente, neque occidente, neque à solitudine montiū, sed Deus iudex hunchumiliabit,

decr. Iuon. lib. 4.

2. q. 7. Sunt nonnulli qui

Matth. 18. a

2. q. 1. Deus omnipotēs, vt. & in dec. Iuon. lib. 4. Heb. 4. d

Gen. 18. c

Matth. 7. a 30. q. 5. Nullum ante.

30. q. 5. Nullum ante. Rom. 14. a

Psal. 74.

Psal. 75.

Rom. 12. d 2. Cor. 2. b

Matth. 22. d

Rom. 13. c Rom. 2. a

Matth. 16. d

Rom. 3. b c

Psal. 13.

Rom. 3. c

bit, & hęc exaltabit, quia calix in manu Domini est, vino meraco ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Veruntamē fœces eius potabunt bibentes omnes impij terrę. Ego autem annuntiabo in sempiternum, p̄allam Deo Iacob. Et alibi idem ait Propheta: Ab increpatione tua, deus Iacob, consopitus est & currus & equus. Tu terribilis es, & quis stabit aduersum te? Ex tunc ira tua. De cælo annuntiabis iudicium, terra timens tacebit, cum surrexerit ad iudicandum Deus, vt saluos faciat omnes mites terrę. Et Apostolus ait: Mihi vindictam, ego retribuam. Et alibi inquit idem Apostolus: Sufficit vnique obiurgatio, quę sit à pluribus, itā vt magis donetis, & consolemini, nē fortē abundantiori tristitia absorbeat, qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illo charitatem. Et Dominus in Euangelio ait: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Dilectio enim proximi, malum nō operatur. Propter quod, iuxta Apostolum, inexcusabilis es o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem agens quę iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium DEI est secundum veritatē in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis cōtemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autē duritiam tuam & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vniqueq; secundum opera eius: his quidem, qui secundum patientiā boni operis, gloriam & honorē & incorruptionem, quærētibus vitam aternā: his autē, qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primū & Græci: gloria autem & honor & pax omni operati bonum. Et alibi idem ait Apostolus: Causati enim sumus, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulcrum patens est guttur eorū, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictioē & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, & non est timor Dei ante oculos eorū. Scimus autem, quoniā quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus

Deo, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sinē lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem IESV Christi in omnes & super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem quę est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suę propter remissionem præcedentiū delictorū, in sustentationem DEI, ad ostensionem iustitię eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificas eum, qui ex fide est Iesu Christi. Itē idem: Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immō q & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergō nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundū, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu Domino nostro. Debemus autem nos, vt ait idē Apostolus, firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonum ad ædificationē. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Impropria impropertantibus tibi, ceciderunt super me. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarū & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo: Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, itā & per Christū abūdat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur, p vestra exhortatione & salute: siue exhortamur, pro vestra exhortatione, quę operatur tolerantia carū, dē passionū, quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes quoniā sicut focij passionum estis, sic eritis & consolationis. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tēteri super id quod testis, sed faciet cū tentatione etiā prouentum, vt possitis sustinere. Propter quod, charissimi, festamini charitatē, & æmulamini meliora & spiritalia, & adiuuate vos inuicē, vt Deo semp in omnibus placere valeatis. Deus autē pacis sit cū omnibus vobis. Amē. Data Kalend. Nouēbris, Gallo & Bradua viris clarissimis coll.

Rom. 8. f

Psal. 43.

Rom. 15. a

Psal. 68.

2. Cor. 1. a

1. Cor. 10. c

1. Cor. 14. a

EX DECRETIS EVARISTI PAPAE, secundum Codicem librorum quinq; libro quinto, capite 8. Tamen secundum Decret. Gratiani, est constitutio Higinii Papae.

Vt sine Missa, Ecclesia dedicari non debeat.

Omnes basilicae cum Missa semper debent consecrari, altaria vero placuit non solum vntione chrisimatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. Si vero altaria non fuerint lapidea, ad celebranda diuina officia non consecrentur. Vbi etiam ecclesia est, de cuius ambitur consecratione, a vicinis presbyteris & parochianis fideliter requiratur. Hi ergo cum ceteris omnibus in synodali Concilio ab Episcopo pro suo sunt contestandi sacerdotio, si illorum temporibus vel Antecessorum suorum, sciant Ecclesie illius dedicationem, die vel officio vquam fuisse celebrationem. Quod si affirmando in hoc concordant, non fiat iniuria Ecclesiae legitimae vel suo defensori: Sin autem, in arbitrio sit Episcopi, claudere seu aperire eam.

DECRETA ALEXANDRI PAPAE PRIMI.

Ex libro Pontificali Damasi Papae.

Anno Domini 119.

Alexander natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caputauri, sedit annos x. menses 7. dies 2. Fuit autem temporibus Traiani vsque ad Helianum & Veterem consul. Hic passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum quando Missae celebrantur, Martyrio coronatur, & cum eo Euentius presbyter & Theodulus diaconus. Hic constituit aquam adspersionis cum sale benedicti in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diacones duos, Episcopos per diuersa loca quinq;. Qui & sepultus est via Numentana, vbi decollatus est, ab vrbe Roma non longe, milliario 7. quinto Nonas Maias. Et cessauit Episcopatus dies xxxv.

xxxv.

Hec Damascus: De eodem autem Alexandro ita scribit Eusebius Ecclesiasticae histor. libr. 4. capite 4. Tertio autem eiusdem (scilicet Traiani) principatus anno, Alexander Episcopus Romanae vrbs, sacerdotium simul & vitam finit, decennio expleto. Hae ibi. Et Marianus Scotus: Anno Vlpj Criniti Traiani nono, & iuxta Evangelij veritatem cxlij, secundum vero cyclum Dionysij xci, Crispino secundo & Solino Consulibus, Alexander Papa quartus post Petrum, sedit annis x. mensibus v. Et idem de eodem scribit: Anno Vlpj Criniti Traiani xix, & ad veritatem Euangelij 123, secundum cyclum Dionysij 101, Adriano secundo & Rustico Consulibus, Alexandri Papae passio, qua is quinto Nonas Maij, Romae, via Numentana, ab vrbe milliario 7. cum Euetio & Theodulo presbyteris, sub Traiano Imperatore, iudice Aureliano, decollatur: Siquidem Adrianus adhuc non imperabat. Et in martyrologio legitur: Alexander Papa constituit aquam adspersionis cum sale benedicto in habitaculis hominum spargi.

EPISTOLA EIVSDEM DECRETALIS PRIMA, ad omnes Orthodoxos.

De his, qui sacerdotes accusant, vel persequuntur.

- 2 De scriptura vel Confessione per vim extorta.
3 Si quis aduersus Episcopum, vel actores ecclesiae querelam habuit.
4 Vt in oblatione Sacramentorum, commemoretur passio Christi, & vt panis tantum & vinum aqua mixtum offeratur.
5 De benedictione salis & aquae, sine ceterorum elementorum.
6 De Trinitate & vnitae deitatis.

Alexander episcopus, omnibus orthodoxis per diuersas prouincias Christo Domino famulantibus: Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres charissimj, & post vitam hac vnum quenque, prout gesserit, recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis, vobis loqui, necessitas imperauit, dicente propheta: Exalta vt tuba vocem tuam. Et cui omni ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem, audia, Domino dicente, Reiecitis mandatum dei, vt statuatis traditiones vestras. Quid em aliud est reijcere mandatum Dei, quam priuato. cosilio, iudicio humano, nouis rebus constitutendis liberius delectari? Vnde & alibi scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum postponit atque confundit. Peruenit namque ad conscientiam Apostolicam sedis, quod nonnulli sunt tam stolidi, qui Dominica precepta, & apostolorum, eorumque successorum statuta minime obseruat, & eos de quibus Dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequatur, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli, qui animas pro fratribus precepit ponere, tamen eis pericula & perditioes eorum non sumus ausi celare, ne propheta (quod absit) danemur sententia quae ait: Si annunciaueris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti: Si autem non annunciaueris ei, sanguinem eius de manu tua requiram. Est etiam & hoc ad hanc sanctam Sedem perlatum, (quod pudet dicere, & non solum sacerdotali, sed etiam omnino Christiano nomini est inimicum) id est, quod nonnulli episcopos vel sacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suae in alteram partem quae debeant, aut pro suarum non requisitione rerum, aut (quod deterius est) pro alieni erroris secta scripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, vt saltem his terribi insidijs, deuiant Domini sacerdotes, & suis faueant voluntatibus. Relatum insuper est ad huius sanctae & Apostolicae Sedis apicem, cui summorum dispositiones causarum, & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram

Esa. 58. a

Matth. 15. a Marc. 7. b

Prou. 22. d Deut. 19. c

Zach. 2. e

Ioan. 15. d

Eze. 3. e 15. q. 6. Si quando quae a sacer.

*nonnulli

*causarum,

*voluptatibus.

Math. 16. e

1. Cor. 6. a

Ose. 4. d

Ose. 7. d

Ose. 9. d

I.

Ose. 5. a

Ose. 7. b

*Zach. 2. e

Ibidem. 3. q. 4. Hi episcopos

Ezech. 18. g

Ose. 5. c

tram Ecclesiam meam aedificabo: quod quidam emuli Christi, eiusque sanctae ecclesiae infidiatore, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare praesumant, quum magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidem terminari praecipiat. Taliter prauaricantes, prauaricati sunt in Deum suum, & non obediunt praecipis eius. De quibus Dominus per prophetam Osee loquitur, dicens: Quasi vaccae lasciuientes declinauerunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis. Et idem: Vae eis, quoniam recesserunt a me: Vastabuntur, quia prauaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me medacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vluabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt a me. Et ego erudiui, & confortauim brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt, vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Abijciet eos Dominus, ait idem propheta, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. De his enim clericis & laicis, qui Episcopos vel reliquos sacerdotes, prius tam ad Primates eorum quam ad reliquos accusant iudices, quam auribus eorum, a quibus se lesos aestimant, inculcent, vt ab eis aut ius suum, aut iustam recipiant apologiam, item per eundem ait Dominus propheta: Audi domus Israel, & domus regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobis iudicium est, Quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor, Victimaeque declinastis in profundum, Et ego eruditur omnium vestrum. Et alibi: Omnes calefacti estis quasi dibanus, quia deuoratis iudices vestros. Ipsi autem declinat victimas Domini in profundum, qui eos deuorat vel iniuste lacerant, quia oculi Domini dicuntur. Nam si modum quisquam principis secularis oculos laceraret aut amoueret, esset reus criminis maiestatis, an non? Profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro seculi potestatis talia ab hominibus sunt, quid pro his fieri putatis, de quibus Dominus ait, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei? Proculdubio hi, qui eos persequuntur, & amouere nituntur iniuste contra Apostolicam auctoritatem, etiam a morte prohibentur, dicente Domino: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo. De quibus a temporibus Apostolorum & infra, ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos, vocem obstruimus, quos non humanis, sed diuinis actibus, mortuos esse scimus. De quibus Dominus loquitur per eundem prophetam: Calumniam patiens Ephraim, fractus est iudicio, quoniam cepit abire post fordem. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem

suum, & Iudas vinculum suum. Et abiit ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem. Et ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit a vobis vinculum. Qui enim sacrilega persequuntur persuasione & lacerare nituntur Episcopos, vel eos qui domino recte sacrificant, indubitanter eum persequuntur & dilaniant, cuius vice funguntur. Vnde ait Dominus per Iohel prophetam: Numquid vltionem reddidistis mihi? Et si vlticimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Et per Osee prophetam Dominus inquit: Quis sapiens, & intelligit ista? intelligens, & sciet ea? Quia rectae viae Domini, & iusti ambulabunt in eis, prauaricatores vero corruent in eis. Et ipsa per se veritas ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. His & alijs sulti quam plurimis Dominicis praecipis, vitantes hominum perditiones, cum omnibus huius sanctae Sedis, quam Dominus caput totius ecclesiae constituit, membris, talia fieri prohibemus, ne confundatur populus Domini in aeternum. Nam & a praedecessoribus nostris in hitum legimus, vt nemo contristet doctores, neque accusationem aduersus eos suscipiat. Ipse namque Apostolorum princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens, ait: Quicumque contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Et doctor gentium inquit: Si praecipit fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius opera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Has considerantes pietates, & pericula vitates animarum, vna cum omnibus Domini sacerdotibus, quos nobiscum in hac sacra conuenerunt vrbe, & cum omnibus huius capitis membris, sicut a beatis Apostolis, & a reliquis sanctis patribus, & a successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes, qui sanctos patres persequuntur, aut amouere vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse, & alienos a liminibus ecclesiae vsque ad satisfactionem fieri: quia sic odit Deus eos, qui aduersus patres armatur, vt patrum inuafores vel destructores. Qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos Episcopos vocamus) propter eorum scelera aduersantur: quanto magis eis, qui eos infestant, nec consentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inueniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, rei sunt? Vnde & beatus princeps apostolorum Petrus, in ordinatione sancti praedecessoris nostri Clementis, instruens clericum & populum, ait: Si inimicus fuerit Clementis alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius parere.

Iohelis 3. a

Ose. 14. d

Luc. 10. c

In epist. Clementis ad Iacobum, circa initium,

Galat. 6. a

In I. Clementis epistola, & in epistola Anacleti Papae, & similiter Fabiana

luntati eius absque commotione obsecrare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut vnusquisque qui in culpa est, dum omnium vestrum cupit amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus praestit, ut per hoc redeat ad salutem, quum obediendo coeperit monitis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare ecclesiam Dei volunt: Et quum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat. Similiter si huiusmodi personis quaedam scripturae quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extorta fuerint, vel ut se liberare possint, quocumque ab eis conscriptae vel roboratae fuerint ingenio, ad nullum eis praesudicium aut nocumentum peruenire censemus, neque vllam eis infamiam vel calumniam, aut a suis sequestratione bonis, vnquam auctore Deo, & sanctis apostolis, eorumque successoribus sustinere permitimus. Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso attestante, qui ait: Ex corde enim procedat homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiae, & cetera quae sunt ad haec pertinentia. Nec tantum attendenda sunt quae sunt, quantum, quo animo fiant, quorum exempla si omnia scribere coeperimus, ante dies, quam exempla, deficiant. Vnde & illud est, quod Dominus ad munerem Abel respexit, & non ad Cain: quia magis intendit ad offerentis animum, quam ad ea quae offeruntur. Inde & Dominus per prophetam inquit: Dominus scit cogitationes hominum. Et per Osee ait: In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini. Et reliqua. Et Dominus ait in euangelio: Tu autem quum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum. Omnis enim confessio, quae fit ex necessitate, fides non est. Et Apostolus ait: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Amplius autem respicit Deus ad cogitationes & spontaneas voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt. Confessio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius sponte profiteri. Pessimus est enim, de suspitione aut extorta confessione quemquam iudicare, cum magis inspector cordis sit Dominus, quam operis: & potius requirit Dominus cogitationes puras & voluntates bonas, quam labia mendacia. Vnde & Dominus per prophetam loquens, ait: Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longum est a me. Peius malum fore non aestimo, quam Christianos suis inuidere sacerdotibus. Nouit enim Dominus qui sunt eius. Non potest autem

II. 37. q. 6. Si quandoq; a sa. Et in dec. Iulio. li. 4.

* prouenire

Matth. 15. b

Genes. 4. a

Psal. 93. Ofes. 8. a

Matth. 6. a

Rom. 10. b

Esa. 29. d & Matth. 15. a & Marc. 7. a

2. Tim. 2.

humano condemnari examine, quem Deus suo referuauit iudicio. Si omnia nanque in hoc seculo vindicata essent, locum diuina non haberent iudicia. Quod autem ad alios iudices prius non debeant, quam ad sacerdotes, vel auditores Ecclesiae accusari, ita a tempore Apostolorum & infra, obseruatum & diffinitum inuenimus. Si quis erga Episcopum aut actores Ecclesiae, qualibet querela vel actione iuste se habere crediderit, ipse redemptoris sui (cuius actio, nostra est institutio) viarum non immemor, sed seclator egregius, qui cum malediceretur, non remaledicebat, sed tanquam ouis coram tondeute se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens, apud patrem intercessit, non prius Primates, aut alios iudices adeat, quam ipsos a quibus se laesum aestimat, conueniat familiariter, & non semel, sed saepissimum, ut ab eis aut sua iustitia accipiat, aut iusta excusatione. Boni namque & vere Christiani hominis est, rem ipsam omnibus amicitiae ac pacis legibus prius tentare, quam in iudicio (ubi frequenter amarissimus animae rancor innascitur) suum ius pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo qui pacis est auctor, habitare cupiat, ei necesse est, ut pacem inquirat. Si autem secus egerit, ab ipsis & ab alijs communionem priuetur, tanquam Apostolorum, patrumque aliorum contemptor. De quibus ait Propheta: Erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt vobis. In Sacramentorum quoque oblationibus, quae inter Missarum solennium Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur, ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum, in sacrificio offerantur. Non debet enim (ut a patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrique permixtum, quia vtrunque ex latere eius in passione sua proflixisse legitur. Ipsa vero Veritas nos instruit, calicem & panem in sacramento offerre, quando ait: Accipit Iesus panem, & benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & manducate, hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter, postquam cenauit, accepit calicem, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissione peccatorum. Crimina enim atque peccata, oblatiis his Domino sacrificijs delentur. Idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, & saepius recitanda, atque haec Domino offerenda. Talibus hostijs delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est, sed haec omnes praecellit. Quae pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda,

III.

* flores

2. q. 7. Si quis erga. Et in dec. epif. Si. xii. Et in dec. Julij Pa. Er in dec. cre. Iuo. li. 4. 1. Pet. 2. d. Esa. 53. b. Luc. 23. e

Esa. 41. e

De cof. dif. in sacra. mentorum.

Matth. 26. e

De cof. dif. Nihil i. sa.

da, atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est caeteris, ita potius excoli & venerari debet. Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti adpersi, sanctificentur ac purificentur: quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulae adpersus sanguine, populum sanctificabat atque mundabat: multo magis aqua sale adpersa, diuinisque precibus sacra, populum sanctificat atque mundat. Et si sale adperso per Heliseum prophetam, sterilitas aquae sanata est: quanto magis diuinis precibus sacratum, sterilitatem rerum auferat humanarum, & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmatis versutis homines defendit? Nam si tactu sumbrię vestimenti Saluatoris, saluatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum eius verborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animae humana percipit fragilitas? His ergo & alijs instructi documentis, vota singulorum Domini sacerdotes respicite, & in virtute Spiritus sancti diuinis precibus, per ministerium vobis diuinitus collatum, perficere certate. Elementa quoque, tam ea quae praediximus, quam cetera diuinis apta vrbis, & humanis necessaria infirmitatibus, sacrate infirmos curate, & cetera quae ad vos pertinent, diligenter perficite. Ipse enim saluator, tribuendo nobis exemplum, discipulis suis ait: In nomine meo demonia eijcite, infirmos curate, aegros sanate, leprosos mundate, &c. Super infirmos etiam manus imponite, & bene habebunt. Fidem quoque sanctae Trinitatis sic docendam a patribus accepimus, vobisque tradendam subditis, destinamus. Esaias namque propheta ait: Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, & Seraphim stabant in circuitu eius: sex alae vni, & sex alae alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, duabus volabant, & clamabant ad alterutrum, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Si Trinitas non est, quare tertio, sanctus, dixerunt? Aut si vnitas non est, quare sub trina repetitione vnum Deum ac Dominum intimauerunt? Si Trinitas non est, cur in Geneleos libro dicitur: Dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus? Si vnitas non est, quare tertio dixit, Deus, & deos plurali numero non commendauit? Si Trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio, Domine, Domine, Domine, miserator, miserator, miserator? Si vnitas non est, quare dum tertio Dominus diceret, postea singulariter, miserator, dixit, & non miseratores, ut plures ostenderet, intimaui? Si Trinitas non est, cur Abraham ad ilicem Mambre sedens, tribusque occurrens, vni Domine dixit, & non (ut viderat) tribus salutationis obsequium reddidit? Si vnitas non est, cur quum Mofi Deus Abraham, & Deus

v. De cof. dif. 2. Aquam sale consper.

Hebr. 9.

4. Reg. 2. d

Matth. 14. d

Matth. 10.

Marc. 16.

VI. Vide hic etiam vnicam Epistolam Benedicti i. Esa. 6. a

Genes. i. per totum.

Exod. 34. a

Gen. 18. a

Exod. 3. d

Isaac, & Deus Iacob tertio diceret, vnitatem ostendens, hoc mihi nomen est, dixit, & non, haec sunt nomina nostra, designauit? Si Trinitas non est, quare David tertio dixit, Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus? Si vnitas non est, quare, quum tertio, deum nominasset, Benedicat, dixit, & non, Benedicat, adiunxit? Si Trinitas non est, cur Esaias denuo dixit, Dominus Deus Sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubim? Si vnitas non est, cur, qui sedes, dixit, & non, qui sedetis, adfluxit? Si Trinitas non est, cur in libro regnorum dicitur, Dominus Deus omnipotens, Deus Israel, sermones tui fideles sunt? Si vnitas non est, cur tui, dicitur, & non, vestri, potius intimatur? Si Trinitas non est, cur in psalmo 58, cantatur, Dominus Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes? Si vnitas non est, cur intende, posuit, & non, intedite, ut praedicatus est, intimaui? Si Trinitas non est, cur in Apocalypsi tertio dixit, Sanctus, sanctus, sanctus, nominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, &c. Si vnitas non est, quare, qui est, & non, qui sunt, pluraliter designatur? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est, Dominus deus tuus misericors est, & audiet vocem tuam? Si vnitas non est, quare posuit, audiet, & non, audient, intimaui? Si Trinitas non est, quare in Iesu Nauę dicitur libro, Dominus deus deorum est? Si vnitas non est, quare Est, dixit, & non, Sunt, more loquutionis induxit? Si Trinitas non est, quare Helias loquedo in oratione, Dominus Deus Israel, ostende, quia tu es Deus meus, dixit? Si vnitas non est, quare, ostende, posuit, & non, ostendite? Si Trinitas non est, cur Mardocheus orando, Dominus Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt, dixit? Si vnitas non est, quare, in tua, posuit, & non, in vestra, signauit? Si Trinitas non est, cur etiam Iudith orado dixit, Domine Domine Deus omnium virtutum, respice in orationem meam? Si vnitas non est, quare, Respice, & non, Respice, designauit? Si Trinitas non est, quare in Hieremia dicitur, Dominus Deus vester verax est? Si vnitas non est, quare, verax est, dixit, & non, veraces, potius intimaui? Si Trinitas non est, quare in Apocalypsi scriptum est, Dominus Deus & spiritus prophetarum, misit angelum suum ostendere seruis suis, quae oportet fieri cito? Si vnitas non est, cur quum Patrem & Filium & Spiritum sanctum nominasset, Misit, dixit, & non, Miserunt, sub pre-taxato trium personarum & nominum numero introduxit? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur, Dominus Deus vester hic est Deus? Si vnitas non est, quare, Hic est, dixit, & non, Hi sunt, plurali numero designauit? Si Trinitas non est, quare in eodem dicitur libro, Dominus deus tuus, Deus magnus & potens est? Si vnitas non est, quare magnus & potens, pluraliter non nominatur? Si Trinitas non est, cur Tobias, quum filium suum in Rages ciuitatem cum Raphaelle ar-

Psal. 66.

Esa. 37. c vbi lxx. dicit Sabaoth.

2. Re. 7. d & 3. Reg. 8. per totum.

Apoc. 4.

Deut. 4. c

Iosu. 2. c. vbi lxx. dicit Dominus in caelo supra, & in terra deorsum, 3. Reg. 18. f

Hester 13. c

Iudith 9. d

Hier. 10. h

Apoc. 1. a

Deut. 19. d

Ibidem. d

Tob. 7. d

Tob. 7. d

changelo mitteret, benedicens eos, ita dixit: se docetur: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis? Si vnitas non est, quare, ipse impleat, dixit, & non, Ipsi impleant, intimaui? Postremò, si Trinitas non est, quare Dominus discipulos suos in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti, vniuersas gentes misit baptizare? Si vnitas non est, quare, In nomine, dixit, & non, in nominibus precipiendo perdocuit? Si Trinitas non est, quare Paulus apostolus ait, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia? Si vnitas non est, quare, Ex ipso, posuit, & non, ex ipsi s, adstruxit? Si enim certo certius volueritis vnitatem Trinitatis agnoscere, à sæpè dicto doctore gentium Apostolo potestis vniuersa condiscere, & sequi catholicam fidem, & horum respicere prauitatem.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, inquit, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus, ipsa est patris, & filij, & spiritus sancti gratia: & sic fidem sanctæ Trinitatis & intelligere, & docere, Domino adiuuante, pleniter potestis. Idcirco igitur, charissimi, fidei regulas iuxta huius epistolæ finem posuimus, vt in eius confessione fideliter perseueremus, & Domino auxiliante, bonam fidem habere mereamur. Quicumque voluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituitur. An putatis, quia inaniter scriptura dicit, Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis, maiorem autem dat gratiam? Propter quod dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote Deo, resistite autè diabolo, & fugite à vobis.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores, & purificate corda duplices animo. Miseri estote, & lugete, & plorate. Risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humilia mini in conspectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, fratres: quia qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legem, & iudicat legem. Si autem iudicatis legem, non es factor legis, sed iudex. vnus enim est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Agite nunc diuites, plorate vsuantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, vindictam poscens retenti laboris, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati estis super terram, & in luxurijs entristis corda vestra in die occisionis. Adixistis & occidistis iustum, & non resistit vobis. Vg, fratres, his qui tribulant vos. Vos ve-

ro quanto amplius tribulamini, tanto purgatiore atque beatiore efficiemini, si tamè ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Vndè ipsa veritas per se dixit: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Et alibi: Beati eritis, quia vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra multa est in celo. Data 9. Kalend. Augusti, Traiano & Heliano viris clariss. Consulibus.

EPISTOLA ALEXANDRI
Papa secunda, de causis & grauaminibus sacerdotum.

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis, per diuersas constitutis regiones, Alexander Episcopus: Nulli, Fratres, dubium est, quia boni à malis semper persequutionem patiuntur & tribulantur. Propter quod humiliemur sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, sic diabolus non cessat circuire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maximè illos, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, ei q; familiares inuenerit: familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolorum constitui, voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis & oblationibus ea delent atq; consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Nuntium enim (vt ait B. Iacobus Apostolus) valet deprecatio iusti assidua. Qui enim vos persequitur, ipsum, cuius legatione fungimini, persequitur: quia sicut ipse filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos eius vice in Ecclesia estis constituti, vt inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, & non vnus, sed multorum, profectum auertit. Et sicut multis nocet, ita à multis arguendus est, & bonorum societate arcendus. Et quia Dei causam impedit, & statum conturbat Ecclesiæ, ideo q; ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus quoquè talis est cauendus, & non in communionem fidelium vsque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, vt qui statum conturbat Ecclesiæ, ab eius liminibus arceatur: nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona auertit. Vos ergò si dilectionem habueritis adinuicem, & vnanimis fueritis, facile tales superare poteritis. Si verò (quod absit) discordes fueritis, & canino dente vos deredere coeperitis, non solum eos non superabitis, sed & vobis ipsis nocebitis, atque ab eis superabimini, & innocenter fortè peribitis. Qui autè ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, quam sacerdos, esse probabit. Ecce inquit

Matth. 5. a
Luce. 6. d

*Iul. Africa no.

3. q. 1. Nulli dubium.

1. Pet. 5. b c

Osce 4. b
1. q. 1. Ipsi sacerdotes.

Iac. 5. d

Dist. 94. Si quis autem legatione.

3. q. 1. Nulli dubium.

Psal. 132.

quit propheta) quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Illi verò in vnum non habitant, qui à fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus iustitias præparant, aut laqueos ponunt. De his enim & eorum similibus, Dominus per Osce prophetam loquitur, dicens: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri & in volucre cæli, sed & pisces maris congregabuntur. Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir. Populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt sacerdoti: Et corruet hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuit scientiam. Quia tu scientiam repulisti, repellâ te, nè sacerdotio fungaris mihi, et oblita es legis Dei tui, oblitiscar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi. Gloriam eorum ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Et erit, sicut populus, sic sacerdos. Et visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur. Fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. Hæc cauete, fratres, & bona semper agere festinate: Quia in hoc cognoscent omnes, dicit Dominus, quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Bonum nanq; est proculdubio, & omnibus timentibus DEVM desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes, fratribusq; subuenire, & inuicem non inuidere, sed adiuuare. Nos ergò, qui discipuli Domini & dicitur esse cupimus, portare crucem Christi & compati fratribus debemus, & non quascunq; eis insidias aut foueas præparare, quia talionem meretur, qui fratribus foueâ præparat. Nolite errare fratres, quia Deus non irridet. Huius rei gratia Dominus vobis commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vndè & Dominus per prophetam loquitur, dicens: Hæc dicit Dominus: Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, nè forte egrediat quasi ignis indignatio mea, & succedatur, & non sit qui extinguat. Vos ergò, qui in summa specula à dño constituti estis, attendere eos & opprimere oportet, q in fratres seditiones & scâdala excitât, nè simul cû eis peatis. Salutate omnes qui rectè laborât in Euâgelio Christi, & iuste gubernât nauè eius, nè cohabitâtes in ea, demergâtur aut suffocet. Salutat vos omis Apostolica Ecclesia in Dño, Amen. data septimo Kalend. Nouëbris, Traiano & Heliano viris clarissimis cõsulibus.

Osce. 4. e

Iohan 13. d

Gal. 6. b

Hier. 21. d
& 22. a

*xvij.
*Iul. Aphricano

Epistola Alexandri Papa tercia, vt vincatur detractiones & iniuste pulsationes.

Alexander Episcopus, omnibus diuino sacerdotio fungentibus pax & misericordia multiplicetur, & sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur & fructificet in Domino. Gratia Dei sumus, Fratres charissimi, id quod sumus. Idcirco nobis prouidendum est, & oppidò decertandum, nè in ea vacui inueniamur, sed (eadem nobis cooperante gratia) fructum Domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam sectando, eiusque præcepta lectionibus & hymnis meditâdo, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, voluntatem eius (inquâtum ipse largitus fuerit) perficere studeamus. Nec em̄ negligendam gratiã nobis Dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio em̄ sine simulatiõne in nobis esse & apparere debet: quia omnis qui odit fratrem suum, homicida est: Qui verò diligit eum, in Deo manet, & Deus in eo. Vndè & Apostolus ait: Nolite iudicare fratres inuicem, sed hoc iudicate magis, nè ponatis offendiculum fratri vel scâdalum. Et Dominus inquit: Quod tibi non vis fieri, alteri nè facias. Et alibi: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem, et Salomon ait: Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Summa enim iniquitas est, Fratres, detrahere & accusare. Vndè scriptum est: Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. Et omnis homicida non habet partem aut hæreditatè in regno DEI. Et alibi: Cauete vos, fratres charissimi, nè participes efficiamini (quod absit) malis eorum. Et non solum vos cauete à talibus, sed & cauere alios ab eis & auertere docete. De his enim Dominus ait per prophetam Michæam: Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: In luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupiêrunt agros, & violenter tulerunt, & domos raperunt, & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Idcirco dicit Dominus hæc: Ecce ego cogito super familiam istam malum, vndè non auferetis colla vestra: & ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimū est. In die illa fumeret super vos parabola, & cantabitur canticum suauitate, dicentiū: Depopulatiõne vastati sumus, pars populi mei commutata est. Quomodo recedis à me, quia reuertatur, qui regiones nostras diuidat? Propter quod, non erit tibi mitens funiculū fortis in cœtu Dñi. Nè loquamini loquêtes, Non stillabit super istos, non comprehendet confusio, dicit Dominus, Iacob. Nunquid abbreviatus est spiritus Dñi, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cû eo, qui rectè graditur? Et econtrario, populus meus in aduersarij cõsurrexit. De super tunica palliū sustulistis, & eos qui transibât simpliciter, conuertistis in bel-

1. Cor. 15. b

*scrutando

Rom. 12. b
1. Ioan. 3. c

Rom. 14. c

Mat. 7. b
Tob. 4. c
Ioan. 13. c

Ecc. 35. a
6. q. 1. Summa iniquitas.

1. Ioan. 3. c

Eph. 5. b

Mich. 2. a

Naum. 1. b

bellum. Et e contra, de his qui accusantur vel tribulantur, per Naum prophetam confortans eos, sic loquitur Dominus: Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et in diluio ptereunte consummationem faciet loci eius, & inimicos eius persequentur tenebrae. Quid cogitatis contra Dominum? Consummatione ipse faciet. Non cofurget duplex tribulatio: quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuui eorum pariter potantium: confumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exhibit cogitans cõtra Dominum malitiam, mente pertractans prauaricatione. Hæc dicit Dominus: Si perfecti fuerint, & ita plures: sic quoque attondentur, & pertranfubit. Affixi te, & non affligam te vltra. Facile est, fratres, verbo fallere hominem, sed non Deum. Sapiens nõ est qui nocet, nec vir linguofus in malũ se dirigit in terra. Nihil verò mali vult, qui fidelis est. Malo enim & prauo ingenio, fides aliena est. Ait enim apostolus de infidelium ignorantia: Si enim cognouissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent. Crucifigunt enim Dominum, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux à cruciatu dicitur. Magnũ verò cruciatũ sustinet, qui vim patitur. Sed tamẽ beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Ecce, ait Indas Apostolus, Veniet Dominus in millibus suis facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnẽ carnem, de omnibus operibus impietatis eorum. Hæc, fratres, valde timenda sunt & perpendenda, nõ veniens vnusquisq; ad iudicium, pœnas cum impijs recipiat, sed cum iustis gloriam. Quod pius Dominus prestare dignetur, qui viuít & regnat per secula cuncta. Data Kalend. Maij, Hadriano & Vetere viris clarissimis consulis.

1. Cor. 2. b

3. q. Nullum dubium.

Matt. 5. a

EX DECRETIS ALEXANDRI
Pape primi, secundum Gratianum.

Vt nemo simul sit accusator, & testis.

DECRETVM ALEXANDRI
Pape primi, ex Codice quinquelibrorum, libr. 2. ca. C.

Vt presbyter ab incestuosis xenium non accipiat, vt eorum scelera reticeat.

Vt nullus presbyter xenium, vel quodcunque emolumentum temporale, immo detrimentum spirituale, à quocunq; publico vel incestuoso accipiat, vt nobis vel ministris nostris peccatum illius reticeat: nec pfecto cuiuscunq; personæ, aut cõsanguinitatis, vel familiaritatis, alienis cõmunicans peccatis, hoc nobis vel ministris nostris innotescere detrectet, nec à quoquam pœnitente gratiã, aut fauorem, vel munus suscipere præsumat, vt minùs dignè pœnitentem, ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat, & quocunq; liuore alium quemlibet dignius pœnitentem, à reconci-

liatione remoueat: quia hoc simoniacum, & Deo & bonis hominibus abominabile est.

DECRETA *SIXTI
PAPAE PRIMII

Ex libro pontificali Damasi Papae.

Sixtus natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata, sedit annos decem, menses tres, dies 21. Fuit autẽ temporibus Hadriani, vsq; ad Verũ & Anniculũ. Martyrio coronatur. Hic constituit, vt ministeria sacra nõ tangerentur, nisi à ministris sacris. Hic cõstituit, vt quicunq; Episcopus euocatus fuerit ad sedem Romanã Apostolicã, rediens ad parochiam suã, nõ susciperetur, nisi cum formatis salutationis ad plebẽ à sede Apostolica. Et constituit, vt Missarũ actionem sacerdote incipiente, populus hymnũ decantaret, Sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth, &c. Hic fecit Ordinationes tres per mensem Decembrẽ, presbyteros vndecim, diaconos tres, Episcopos p diuersa loca quatuor. Qui etiã sepultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano, 8. Idus Aprilis. Et cessauit Episcopatus dies 2.

EIVSDEM EPISTOLA DECRETA
lis prima, ad omnes Christianos.

Omibus in Deo patre & Domino nostro Iesu Christo dilectis fratribus, in charitate Domini nostri Iesu Christi, Sixtus Romanã Ecclesiã Archiepiscopus salutem. Charissimi, fideliter agite in omnibus, vt fideles, & non infideles, inueniamini. Nolite imitari malũ, sed quod bonũ est agite: quia qui ex Deo est, benè facit: qui aut malè, non ex Deo, sed ex diabolo est. Fidem enim rectam vos tenere oportet, vt dissentientes ab Apostolica nõ sitis doctrina. Vnum enim verum Deum patre & filio, à prophetis & Apostolis ostendimus prædicatũ, à quibus etiã spiritum sanctum credimus nõ esse discretũ, Esaiã propheta dicente: Ego sum Deus, & non est alius præter me. Et per me ipsum iuro, quia exiuit ex ore meo veritas, & sermo meus nõ reuertetur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per Dominũ, dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet. Et vt in hoc testimonio patre & filio simul fuisse cognoscatis, Paulũ Apostolũ audite dicentem: Vt in nomine, inquit, Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestrium & infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris omnipotentis. Quod si (secundum aliquos) filius est minor patre suo, ergo minorata est & gloria patris in filio. Et vbi est, quod in Salomõ scriptura loquitur, dicens: Sicut enim in cõspectu eorum (inquit) magnificatus es in nobis, ita in cõspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quo-

Anno Dñi 129.

Hic Gallos in fide continnuit.

vafa

Esa. 46. a

Ibidem. c

Es. 44. 45. a b intermixtum Esa. 41. b c

Esa. 43. b

*Deus Esa. 43. b

Rom. 9.

Esa. 43. a

Esa. 45. c

Baruch. 3. b

Ecc. 36. a & Deut. 4. c

3. Reg. 8. c

Cap. 19. c

Philip. 2. b

Ecc. 36. a

quonia non est Deus præter te, domine? Diligenter attende, & agnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Esaias: Audite domus Iacob, & residui domũ Israel, qui egredimini ex vtero, & erudimini à puero vsque ad senectutem: Ab initio ego sum, & quousquẽ senescatis, ego sum: Ego vos feci, & ego sustineo. Ego remittam, ego suscipiã, dicit Dominus. Et iterum: Ego sum Dominus Deus, præter me non est alius Deus, annuncians nouissima, priusquam fiant, & statim consummata sunt. Item alibi: Audi me Iacob & Israel, quonia ego feci. Ego sum Dominus Deus tuus, & non est alius præter me. Item alibi: Ego sum Dominus Deus tuus primus, & ego nouissimus: & in ea quẽ supereturã sunt in nouissimis, ego sum. Itẽ ibi: Ego sum Deus, qui te creauit, qui te adiuui, & cõmuniui dextera mea. Et vnitate patris & filij assignans loquitur, dicens: Ego testis vester, dicit Dominus Deus, & puer meus tu, quem ego elegi, vt sciatis & credatis quia ego sum, & ante me non fuit alius Deus, & post me nõ erit. Vnum hi, qui non sanè sapiunt, eligant ex duobus: Aut fateatur patrem & filio Deum vnum, aut si solum patrem Deũ esse contendit, ergo illis Dominus noster Iesus Christus Dei filius non erit Deus, quia scriptum est: Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Si secundum tales ita est, cur Apostolus talia prædicat, & eundem filium, Deũ super omnia benedictum in sinuat? Quorum patres, inquit, ex quibus Christus secundum carnẽ, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Item Esaias ait: Dominus Deus Israel, qui liberavit eum de Aegypto. Ego sum primus, & ego post hæc, & præter me non est Deus sicut ego sum, qui stet, & vocet, & præparet mihi, ex quo hominẽ feci in seculo. Itẽ alibi: In te est Deus, & nesciebamus, & nõ est alius Deus præter te. Tu es enim Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Vnus Deus nõ sunt pater & filius? Quis est hic Deus, in quo esse dicitur deus, præter quem aliũ Deũ non esse propheta sapenudõ protestatur? Et Hieremias: Hic Deus noster, ait, & nõ applicabitur alter ad eum, qui inuenit omnem viam scientiã, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & inter homines cõuersatus est. Et in Salomone habetur: Miserere nobis Deus omnium, & ostende nobis lumen miserationis, & immitte timorem tuũ super gentes, quã non exquiserunt te, vt cognoscant quia non est alius Deus, nisi tu. Item alibi: Domine Deus Israel, nõ est tibi similis in cœlo sursum, neq; in terra deorsum. Et in Psalmo 17. Quoniam quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum? Et in Genes. Et pluit Dominus à domino igne & sulfur super Sodomam & Gomorrhã, & euerit ciuitates illas. Si solus pater Deus est, quis pluit ignem

& sulfur à domino supra prædictas ciuitates, vt eas euereret? quãso, responde. Et in Deuteronomio, Dominus solus deducebat eos, & non fuit cum illis Deus alienus. Et Paulus Apostolus, Vnus Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem, et ad Corinth. Deus erat in Christo, in mundum reconcilians sibi. Et iterum, Nõ est Deus, nisi vnus. Et ad Galatas, Mediator autẽ vnus nõ est, Deus autẽ vnus est. Et vnitatem Patris & Filij & Spiritus sancti demonstrans, Ephesijs scribens, ita confirmat: Sufferentes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitate spiritũs in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocatiõis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnũ baptisma, vnus Deus. Si non sanè sapientes, vnitate fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc itaq; testimonio, in vno spiritu poterunt simul patris & filij vnitatem condiscere. Patre igitur (vt superius comprehensum est) in diuinis literis, ingenitum, propriè positũ, nec legere possunt penitus, nec pbare. Sed quia id ipsum fides exigit Christianã, absque vlla dubitatione ingenitus creditur, qui tamẽ secundum seriem scripturarum, in filio à se genito, visus esse monstratur. Decetero placuit, propter malorum hominũ infestationes, vt in accusatione domini ministrorũ, primõ persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium, enucleatim perscrutetur. Nam fides, omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendum, quia veritatis fidẽ ignorant, nec rectã conuersationis vitam ducunt: quoniam tales facilè & indifferenter lacerant & criminantur rectè & piè viuentes. Idcirco suspicio eorum discutienda est primũ, & corrigenda, neq; accusatoribus suspectis, vel de inimicorũ domo prodeuntibus, est credendum. Erant enim quidam, qui prius videbant esse ex nobis, sed non erant ex nobis: Si verò fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum, & non cõturbassent fratres. Exacuerunt enim (vt ait propheta) linguas suas sicut serpentes, venenum aspidũ sub labijs eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, & vitandi, nõ Dominõ famulantes decipiant. State ergo dilectissimi, super vias, adspicietes & interrogates de semitis Domini antiquis, & videte, quã est via Domini bona & recta, & ambulatẽ in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Data 16. Kalend. Maij, sub Hadriano & Vero.

Duo isti consules non recedentur à Mariano Scoto in catalogo Consulũ circa hoc tempus, sed anno 137. designat Consulẽ Sergium & Verum. Et anno 130. Verum & Ambiguum.

EPISTOLA SIXTI PAPAE
secunda.

- 1 De sacris vestis.
- 2 De appellanda sede Apostolica.
- 3 De Episcopis rebus spoliatis, vel à sede pulsis.

Sixtus

Deut. 2. b

Rom. 3. d

2. Cor. 5. d 1. Cor. 8. a Galat. 3. d

Eph. 4. a

sup. in epist. Euaristi pp.

Idem infra in epist. Iulij pape.

Ex enchiridio Xysti philosophi desumpta sententia.

1. Ioan. 2. e

Psal. 138.

Iere. 6. d

Matth. 11. d

De cōf. diff. 1. In sancta apostolica. Idem infra in dec. Stephani 1. cuius initium est, Quamquam sperem.

Sixtus vniuersalis apostolicę ecclesię Episcopus, omnibus episcopis in Dño salutę: Cognoscat vestra sapiętia, charissimi fratres, quia in hac sancta sede Apostolica a nobis & reliquis Episcopis, cęterisque Domini sacerdotibus statutum est, vt sacra vasa non ab alijs, quàm a sacratiss, Domino que dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valdę est, vt sacra Domini vasa, quęcunque sint, humanis vřibus seruiant, aut ab alijs quàm a domino famulantibus, eiq̃ue dicatis tractentur viris, nę pro talibus pręsumptionibus iratus Dominus, * plagam imponat populo suo, & hi etiām, qui non peccauerūt, mala patiantur, aut pereant, quia perit iustus sępissimę pro impio. Attendite, fratres, nę talia vestris in Ecclesijs permittatis deinceps fieri, nę grex precioso Christi sanguine redemptus, in pręcipitium (quod absit) ruat. Propter quod assumite armaturam Dei, vt possitis resistere his qui contradicunt veritati: & induite vos loriceam iustitię, calceati pedes in preparatione Euangelij pacis. Si q̃s verđ vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licent hanc sanctam & Apostolicam appellet sedę, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, nę innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem ei necesse fuerit, eamq̃ appellare minime ausus fuerit, & vocatus tamen ab hac sancta sede fuerit, non renuat venire, sed confestim, vt ei nunciatus fuerit, venire festinet, & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hęc primos inuenerit, corrigat. Ad ecclesiam tamen suam nō prius reuertatur, quàm literis Apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit vndę: vt postquam domum reuersus fuerit, cognoscat vicini sui, qualiter hęc sua, aliorumque causa discussa fuerit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate nunciare & prędicare omnibus possit. ab hac enim sancta sede, a sanctis apostolis, tueri, defendi & liberari, Episcopi iussi sunt, vt sicut eorum dispositione (ordinante Domino) primitus sunt constituti, sic huius sanctę sedis (cuius dispositioni eorum causas & iudicia seruaerunt) protectiōe, futuris temporibus sint ab omnibus peruersitatibus semper liberi. Vndę culpant hi, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius Sedis rectoribus placere cognouerint. His taliter consideratis, atque cum reliquorum Episcoporum decretis, tanq̃ omnium curam gerentes, propter sedis proprię apicem decernimus, vt nemo pontificum, aliquem suis rebus expoliatū Episcopum, aut a sede pulsū, excommunicare aut iudicare pręsumat: quia non est priuilegiū, quo expoliari possit iam nudatus. Siquis autem aliter agere pręsumpserit, sciat censuram huius sedis cum omnibus membris suis sibi venturā: Et sicut egerit, ita recipiet: Si benę

*plagas

Ephes. 5. d

11. 2. q. 6. Si q̃s vestrum.

3. q. 5. quilibet fratrum.

Et sententia liter in dec. Sixti 2. & in dec. Iulij papa.

111. Idem habet infra in dec. Sixti 2. cuius initium, magno mun. & i dec. pp. Iulij contra orientales.

benę: si graue, graue: si pessimę, pessimę: quā dignus est operarius mercede sua. Nos, fratres, nullū perdere volumus, sed ipse se perdit, qui pię considerata auerit, & qui apostolorum & huius sanctę sedis decreta libenter violat. Sed nunc, fratres, commendamus vos omnes Domino, & verbo gratię eius, qui potest perficere & dare hęreditatę vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, vt vobis inuicę succurratis, & nō sitis diuisi, vt vnanimis, vno ore & vno corde honorificemus eum, in cōcordia & consolatione fratrum, qui potens est confirmare secundum Euangelij eius, iuxta reuelationem mysterij eterni, temporibus s. perpetuis, q̃bus vobis munera futurorū gaudioŕū largiēda sunt. Data 9. Kalend. Aprilis, Hadriano & Vero viris clariss. Consulibus.

Quid de his consulibus, secundum Marianum, dicendum sit, videatur in priori epistola.

DECRETVM SIXTI EX CODICE 16. librorum, lib. 4. cap. 5. dubium tamę, an primi, secūdi, vel tertij.

De presbyteris, per quorum negligentiam sine baptisinate aliquis mortuus fuerit.

Pendant presbyteri, quātū discriminis sit, animas innocentium per eorū negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in cęlo super vno peccatore pœnitentię agente: quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam ianuā paradisi innocentibus claudit? Et idēd presbyteri summa diligentia caueāt, nę animę, pro quibus sanguis Christi effusus est, p suam incuriā a cęlesti beatitudine separent. Sed si (quod absit) euenerit, graui pœnitentię luctui se submittat, p cuius neglectū euenerit.

DECRETA TELESPHORI PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papę.

Thelesphorus, natione Gręcus, ex Anno Domini 139. Anachoreta, sedit annos 11. mēses 3. dies 21. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. Martyrio coronatur. Hic constituit, vt septę hebdomadas antepascha ieiunium celebraretur. Hic fecit, vt in natali Domini nostri Iesu Christi noctu missę celebrarentur, cum omni alio tempore ante horę tertię cursum nullus psumeret Missas celebrare, quia ea hora Dñs noster ascēdit in crucē: & vt ante sacrificiū hymnus diceretur angelic, hoc est, Gloria in excelsis deo. Hic fecit ordinatiōes quatuor p mēsem Decēbrem, presbyteros 12. diacones 8. Episcopos per diuersa loca 13. Qui etiā sepultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano Nonis Ianuarij. Et cessauit Episcopatus dies 7.

EIVSDEM TELESPHORI PAPAE epistola decretalis, ad omnes vniuersaliter.

I Vt

Luc. 10. b

Act. 20. f

Rom. 15. d

Luc. 15.

Dist. 4. statim vt sepr. Et in dec. Iuo. li. 2.

Dist. 4. statim vt sepr. Et in dec. Iuo. li. 2. de cō. dist. 1. Noctę sancta

Luc. 2. b

Dec. dist. 1. noctę sanctę. Et in dec. Iuo. li. 2. vbi addit, Excepta noctę natiuit. Marc. 15. c. Act. 2. c. 6. q. 1. sacerdotēs qui.

I. *Vt septę hebdomadas antepascha clerici a carne ieiunent, nec admittant laicos in accusationibus suis.*

2. *De celebratione Missarum, & hymno angelico recitando.*

3. *De episcopis honorandis, & nō detrahendis.*

4. *De accusatoribus non recipiendis.*

Charissimis fratribus, & dilectissimis Episcopis, Thelesphorus Romanę vr̃bis Archiepiscopus, salutem in Domino.

I. Credimus, sanctam fidę vestram in Apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere, hanc populis vniuersis exponere, quę videlicet a constitutis Apostolorum, eorumq̃ successorum, nulla ratiōe dissentit, per quos iustum est cęteros erudiri. Quapropter cognoscite, a nobis & a cunctis Episcopis in hac sancta & Apostolica sede cōgregatis, statutum esse, vt septę hebdomadas plenas ante sanctū Pascha, omēs clerici in sortem Domini vocati, a carne ieiunent: quia sicut discretā esse debet vita clericorum a laicorū conuersatiōe, itā & in ieiunio debet fieri discretio. Et sicut laici & seculares hominēs, nō lūt eos recipere in accusationibus & infamationibus suis, itā nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis, quoniam in omnibus discretā debet semper esse & segregata vita & cōuersatio clericorum, ac secularium laicorum. Et sicut hi ampliū sunt applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur Saluatoris, itā moribus & conuersatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergō septę hebdomadas omnes clerici a carne & delicijs ieiunēt, & hymnis & vigilijs atque orationibus Domino inhærere die noctuq̃; studeant. Noctę verđ sancta natiuitatis Domini saluatoris missas celebrent, & hymnum angelicum in eis solennitę decantent, quoniā & eadem noctę ab Angelo pastoribus nunciatus est, sicut ipsa veritas testatur, dicens: Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregę suum: Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & timuerunt timorę magno, & dixit illis Angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodię Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signū: Inuenietis infantem, pannis inuolutū, & positū in pręsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militię cęlestis, laudantium Deum, & dicentiū: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Reliquis enim temporibus, Missarū celebrationes ante horam diei tertiam minimę sunt celebrandę, quia & eadę hora Dominus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur. Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco in Missarū solennijs celebrandus est, atq̃; solennitę recitādus. Ipsi em, qui, pprio ore

corpus Dñi cōficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediēdi, atq̃; timendi, & non dilacerandi aut detrahēdi: quia a quib̃ se Dñi populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorū accusatiōe suscipi. Populus em ab eis docendus est & corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullo modo igitur Domini pontifices & reliqui sacerdotes, quibus Dñi commissā est plebs, ritę populū possunt corrigere, si deceptiōnis se cognouerint laqueo infestari. Vndę iustum est, omēs in vniuerso orbę doctores legis, ea quę legis sunt, sapere, & nō sacerdotes Domini labijs suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum enim ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius se ipsos maculant & vulnerant. Dei ergō accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituantur, sacerdotes accusat, vel damnari cupit. A quibus se omēs fideles cauere debent, quia nō solum qui faciunt, sed etiām qui cōsentiunt facientibus, rei sunt. Christus enim Dēi filius, Dominus noster, humano generi salutem cōdonans plenam, de nobis ait: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Si ergō Dominus in eis recipitur & reijcitur, proculdubio ipsius sunt, qui in eis reijcitur vel suscipitur. Et tu quis es, qui iudicas seruū alienum? Proculdubio transgressor es legis Dei, & Apostolorū atq̃; Prophetarum: & nō solum harū, sed etiām legum humanarum. Omnes enim leges tam diuinę quàm & humanę, alienum seruū iudicare prohibent. Quid, putas, erit de te, quum transgressores & conculcatores legis DEI damnabuntur? Profectō & tu damnaberis, quia postpositi mandatum Dei, & tuam adimplēti voluntatę. Quoniam sicut digni sunt, qui mandatum Dei adimplent atq̃; custodiunt, itā rei & perdigni sunt morte, qui ea postponūt, & in vānum ducunt. Est enim in Apostolicis scriptū institutis, Alterius vitę nemo laceret, & de malo alieno os suum non coinquinet. Accusatores verđ & accusationes, quas leges sęculi non admittunt, & nos submouemus. Et accusatori omninō nō credi decernimus, qui, absente aduersario, causam suggerit ante vtriusq̃; partis iustam discussionem. Ne hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem: omēs, qui aduersus Patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, nō respuendi aut insidiandi. Hi verđ, qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minimę recipiantur: quia eorum emulatio lacerat etiām innocentēs. Hunc murum firmissimum statuerunt Patres nostri, & nos cum eis, cōtra persecutores nostros, vt hoc remedio eorū pellantur machinamenta, & vos securiores & sanctiores famulari mereamini vestro Saluatori. Cęterum, considerat impius iustū, & quær̃it vt occidat eum. Dominus

Luc. 6. f

6. q. 1. Sacerdotes q

Rom. 1. d

Luc. 10. c

Rom. 14. a

Rom. 1. d 2. Co. 12. d Iacobi 4. c 1. Pet. 2. a

III: 3. q. 5. Accusatores & Et in dec. Stephani causam suggerit ante vtriusq; partis iustam discussionem. Ne hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem: omēs, qui aduersus Patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, nō respuendi aut insidiandi. Hi verđ, qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minimę recipiantur: quia eorum emulatio lacerat etiām innocentēs. Hunc murum firmissimum statuerunt Patres nostri, & nos cum eis, cōtra persecutores nostros, vt hoc remedio eorū pellantur machinamenta, & vos securiores & sanctiores famulari mereamini vestro Saluatori. Cęterum, considerat impius iustū, & quær̃it vt occidat eum. Dominus

incurandū

Psal. 36.



minus non derelinquet eum in manus eius, & non condemnabit eum, quum iudicabitur illi. Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt possideas terram: quum interibunt impij, videbis. Vidi impium robustum & fortissimum, sicut indigenam virentem. Et transiui, & ecce non erat: & quasi inueni eum, & non est inuentus. Custodi simplicitatem, & vide rectum, quia erit in extremum viro pax. Præuaricatores autem interibunt pariter, & nouissimum impiorum peribit. Salus autem iustorum à Domino, fortitudo eorum in tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis Dominus, & liberabit eos, & eripiet eos ab impijs, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Et alibi: Quid gloriaris in malitia potens? Misericordia DEI tota est die. Insidias cogitauit lingua tua, quasi nouacula tua acuta faciès dolum. Dillexisti malitiam magis quàm bonum, mendacium magis quàm loqui iustitiam. Dillexisti omnia verba ad deuorandam linguam dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum, terribit te, & euellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viuentiū. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt: ecce vir qui non posuit fortitudinem suam DEVM, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, confortatus est in insidijs suis. Ego autem sicut oliua virens in domo Dei, speraui in misericordia Dei in seculum, & in æternum. Confitebor tibi in seculum, quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum. De talibus enim insidiatoribus & accusatoribus seruorum suorum, loquitur Dominus per prophetam, dicens: Os tuum dimisisti ad malitiam, & lingua tua concinauit dolum. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & in filium matris tuæ fabricabaris opprobrium. Hæc fecisti, & tacui. Existimasti similem tui me futurum? arguam te, & proponam te ante oculos tuos. Intelligite hæc, qui obliuiscimini DEVM, nè forte rapiat, & non sit qui liberet. Languentes autem in isto conamine notandi sunt, & à talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli, qui fursum atque deorsum peruolans, quærit quos possit occidere, quos possit separare, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilandum est, & armis caelestibus sumus muniendi, nè in eius compedes incidamus, aut eius foueis illaqueemur. Decet enim, in talibus causis hoc maxime prouideri, vt sine strepitu concertationum, & charitas custodiatur, & veritas defendatur, atque innocentes & Domini ministri, illæsi liberentur. De bonis ergo & legem Domini custodientibus, & fratribusque adiuuantibus, & non nocentibus, sed supportantibus, ait per prophetam Dominus: Non sedi cum viris vanitatis, & cum superbis non ingrediar. Odiui Ecclesiam pessimorum, & cum

*Iniqui autem delentur pariter, &

Psal. 71.

*sempiternum

Psal. 49.

1. Pet. 5. c

for. *fratresque

Psal. 25.

impijs non sedebo. Lauabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuum Domine, vt clara voce prædicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. Domine, dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Nè auferas cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorū manibus cælus est, & dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in simplicitate mea gradiar: redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in recto, in Ecclesijs benedicam Dominum. Concordent igitur cum omnibus DEI sacerdotibus hæc charitatis sententiæ, in quibus vos fixos & firmos existere iudicamus. Deus vos incolumes custodiat, Filij charissimi. Data decimo quinto Kalendas Martij, Antonino & Marco viris clarissimis consulibus.

DECRETA HIGINI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

Higinus natione Græcus, ex philosopho de Athenis, cuius genealogiam non inueni, sedit annos quatuor, menses tres, dies quatuor. Fuit autem temporibus Veri & Marci, à consularatu Magni & Camerini, vsq; ad Orphitum & Priscum. Hic clerum composuit, & distribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros quidem, diacones quinque, episcopos per diuersa loca sex, Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Ianuarij. Et cessauit episcopatus dies tres.

EIVSDEM EPISTOLA Decretalis prima, ad omnes Christianos fideles.

1. De missione filij à Patre.
2. De causis Episcoporum.
3. De criminationibus maiorum.
4. De peregrinis iudicijs.

Higinus in CHRISTI nomine almæ vrbs Romæ Episcopus, cūctis in Apostolica fide & doctrina degentibus, salutem: Charissimi, DEVS filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur. Filius non secundum Deitatem solum à Patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & piè pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita Maiestatis suæ potentia) idem se filius miserit, Apostolus contestatur, & dicit: Semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, & humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et Esaias: Non legatus, neque angelus, sed DEVS ipse veniet, & sal-

Anno dñi 143.
Hic patris nū & matris nam Baptismo & Cōfirmationi adhibuit.

Rom. 8. a

Phil. 2. a

Esa. 33. d & 35. b

Esa. 65. a Hier. 12. b

Mich. 1. a Zach. 2. g

1. Tim. 1. c

Mal. 3. a

Luc. 5. f Mart. 8. d

Luc. 19. b Ioan. 10. b

Ioan. 3. b

Eph. 4. f

Hebr. 2. d

Col. 3. b

Ioan. 10. f Ioan. 14. b Ioan. 15. d Ioan. 5. d

Ioan. 17. b Ibid.

Iohan. 14.

& saluabit nos. Item alibi: Palam apparui nõ querētibus me. Et Hieremias: Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatē meam: Veni, & factus sum illis in opprobrium. Et in Michæa: Ecce Dominus veniet, & cōmouebuntur sub eo montes. Et in Zacharia: Gaudere & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & cōmorabor in medio tuō, dicit Dominus. Et Apostolus ad Timotheū: Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templo suo Dominus, quē vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. In Euāgelio: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiā. Item alibi: Quid nobis & quid tibi Iesu fili dei? venisti ante tempus perdere nos? Venit filius hominis saluare & quærere quod perierat. Item alibi: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Item alibi: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Nunquid in his tantis ac talibus testimonijs, quibus se filius Dei à semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere, Ab alio, & non à semetipso, venisse? dum manifestum est, quod qui carnē nostram dignanter assumpsit, voluntariè, & non ab alio missus, venerit. Nā qui in Patre manens, vbique potentia sua consistit, vbi quod à Patre mitteretur, omnimodò non habuit, quoniā nulla pars calorū ac terræ à conspectu Patris excipitur, vbi secundum vos à Patre Filius mitteretur? Et Paulus: Renouamini, inquit, spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad Hebræos: In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus est, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Vndè, Fratres sancti, vocationis semper cælestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ, Iesum, fidelem existentē ei, qui vocauit eum. Et ad Colossenses: Nunc autem deponite & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiā, blasphemiam, turpiaq; verba ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominē cum actibus suis, & induite nouum, eū qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum. Nunquid is, qui vniuersam creaturam, visibilia & inuisibilia propria potestatis virtute procreauit ac fecit, seipsum antea aut postmodum (quod dicere nefas est) creauit, vel facere potuit? Et Dominus in Euāgelio ait: Ego & Pater vnum sumus. Et iterum: Qui me videt, videt & Patrem. Et iterum: Qui odit me, & Patrem meum odit. Et iterum: Vt omnes honorificent filium, sicut honorificauit Patrem. Et iterum: Vt sint in nobis vnū, sicut & nos vnum sumus. Tu in me, & ego in eis. Et iterum: Omnia mea, tua sunt. Et iterum: Ego in Patre, & Pater in me. Et iterum:

Pater in me manens, facit opera hæc. Et Ioannes Euāgelista ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbum. Et iterum ipse ad Parthos: Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in terra: aqua, sanguis & caro: & tres in nobis sunt, qui testimonium perhibent in cælo, Pater, Verbum & Spiritus: & hi tres vnum sunt. Nos itaque in natura diuinitatis (quia vnum sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus) nec Patrem aliquo tempore credimus præcessisse, vt maior sit Filius: nec Filium postea natum esse, vt Diuinitate Patris minoretur. Cæterum, Fratres, saluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus, absque cæterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt, aliter actę, quàm in conspectu eorum omnium ventilatę: & ipse si fecerit, coërceatur à fratribus. Criminationes maiorum natū per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & Actis publicis docuerint, omni se suspicione carere & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conuersationem ducere. Nec non & peregrina negocia & iudicia prohibemus, quia indignum est, vt ab externis iudicentur, qui prouinciales & à se electos debent habere iudices. Nos quidem, ex omni parte carpendo, occasiones abscondimus. Nos, super narnæ memores disciplinæ, quibuscunque cadentibus dexteram porrigimus, & à ruina præcipitio, quos possumus, releuamus, & defensionis adminiculū totis viribus præbere cupimus. Certè si vel mens sit recti conscientia, vindicta dignus est, qui alijs existit causa periculi, qui verò innocentem vel fratrem quocunque ingenio persequitur, ipse in se iugulum mortis impingit, vt ait diuinus & beatus præco. Noli detrahere, nè eradicaris: noli accusare, nè accuseris: noli iudicare, nè iudicaris: quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nos odisse, quorum relatione non læditur. Dicit enim Dominus: Omne regnum in se diuisum, nõ stabit: & omnis scientia aut regula aduersum se diuisa, non stabit. Ideoque necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studiū deuotionis vnanimis, diuinis & Apostolicis constitutionibus pareatis. Data 17. Kalendas Octobris, Magno & Camerino consulibus.

EPISTOLA HIGINI PAPAE secunda, ad Athenienses.

Higinus Papa Atheniensibus salutem. Multa mihi fiducia est apud vos, Fratres, & multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Tribulor enim

Ioan. 14. b
Ioan. 1. a
1. Ioan. 5. b
Hæc epistola scripta Parthis à B. Iohāne, dōcēt in hoc loco.

9. q. 3. Saluo in omnibus II.

III. 2. q. 7. Criminet. Et ita dec. Lucij & Iulij

III. 3. q. 6. Peregrina iu. Et in dec. Fel. 1. & Iulij, & Sixti 3. *comprovinciales

Luc. 6. f Matth. 7. a Rom. 2. a

Matth. 12. b Marc. 3. c Luc. 11. c

2. Cor. 7.

q 2 quan-

quandò devobis audio, quod non oportet: conſolòr verò, quotiès ea inter vos fieri cognouero, quæ bonos Chriſtianos decet implere. Nolite, Fratres, iugum ducere cum infidelibus. Vndè Doctòr gentium loquitur, dicens: Quæ participatio iuſtitia cum iniquitate? Quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum DEI viui, ſicut dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Si em̄ Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit, in iudicium cruciandos reſeruari, & originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitia præconem cuſtodiuit, diluuiũ mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplũ eorum, qui impiè acturi ſunt, ponens: quid, putatis, iniquis & impijs perſeuerantibus in nequitia eorũ erit? Iuſtum verò Loth oppreſſum, à nefandorum iniuria & conuerſatione eruit: adſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij cruciandos reſeruare: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulat, dominationem que contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas nõ metuunt facere, blaſphemantes. Vndè alieni erroris ſocium à ſui propoſiti tramite recedentem, aut Apoſtolicæ ſedis iuſſionibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus: nec impetere rectè credentes, vel ſanctorum Patrum iuſſionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio. Si Deus, fratres, iuſtus non pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Cuſtodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, vt ſalui ſitis in die aduentũs Domini.

2. Pet. 3. b Vnum autem hoc non lateat vos, vt ait Apoſtolus, chariſſimi, quia vnus dies apud Dominum, ſicut mille anni, & mille anni, ſicut vnus dies. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſed patienter expectat propter vos, nolès aliquos perire, ſed omnes ad penitentiam reuertit, Adueniet autem dies domini vt fur, in quo celi magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluuntur. Quum hæc ergò omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properates in aduentum diei DEI, per quem celi ardentes ſoluuntur, & elemèta ignis calore tabeſcent? Nos verò cælos nouos & terram nouam, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia inhabitat. D E V S autem omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternam ſuam gloriam, in CHRISTO I E S V modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit & ſolida-

bit. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Data x. Kalendas Martij, Magno & Camerino conſulibus.

De anno horum conſulũ videatur epiſtola prior.

EX DECRETIS HIGINI PAPÆ, ſecundũ Gratianum.

Soboles ex ſecundis nuptijs genita, conſanguineis prioris viri copulari non debet.

36. q. 10. Si qua mulier

Si qua mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, nõ ipſa proles poteſt ſe copulare cognationi prioris viri vſq; ad quartam generationem.

EX EISDEM DECRETIS.

Eccleſiarũ conſecratio abſq; Miſſa fieri non debet. De cõ. diſt. 1. Omnes

Omnes baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari, & Eccleſiæ deſtructæ. Vbi autem plures ſunt, quàm neceſſè ſit, aut maioris magnitudinis, quàm ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopi prouidentia modus inueniatur, qualiter conſtitere poſſint aut reſtaurari.

EX EISDEM.

Quæ Eccleſia eſt iterum conſecranda, & ſalibus tantum exorcizanda. De cõ. diſt. 1. Si motũ. Et in dec. Iuo. li. 2.

Si motum fuerit altare, denuò conſecratur Eccleſia. Si tantum parietes mutantur, & non altare, ſalibus tantum exorcizetur. Si homicidio vel adulterio Eccleſia violata fuerit, diligentiffimè expurgetur. * expurgetur & denuò conſecratur.

EX EISDEM.

In vſus laicorum non licet conuerſi ligna Eccleſiæ dedicata. De cõ. diſt. 1. Ligna Eccl. cõſecr.

Ligna Eccleſiæ dedicata, non debent ad aliud opus iungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in monaſterio Fratribus. In laicorũ verò opera non debent admitti.

EX EISDEM.

Necceſſitate cogente, in Catechiſmo & Confirmatione idem compater eſſe poteſt. De cõ. diſt. 4. In catechiſmo. Et in dec. Iuo. li. 1.

In Catechiſmo & in Baptiſmo & in Confirmatione vnus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogat. Non eſt tamen conſuetudo romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.

DECRETA PII PAPAE I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

Pius natione Italus, ex patre Rufino, frater Paſtoris, de ciuitate Aquileia, ſedit annos nouèdecim, menſes quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Antonini Pij, à conſulatu Clari & Seueri. Sub huius epiſcopatu frater ipſius Hermes librum ſcripſit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu paſtoris, vt ſanctum Paſcha die dominica celebraretur. Hic conſtituit, hæreticum venientem ex Iudæorum hæreſi, ſuſcipi & baptizari. Et conſtitutum de Eccleſia fecit. Hic fecit ordinationes quinque, per meſem Decembrem, preſbyteros octodecim, diacones vigintiunũ, epiſcopos per diuerſa loca duodecim.

Qui

Qui etiã ſepultus eſt iuxta corpus B. Petri in Vaticano, quinto idus Iulij. Et ceſſauit epiſcopatus dies 14.

EIVSDEM EPISTOLA DECRETALIS prima, ad vniuerſos Chriſtiffideles.

1. *Vt die Dominico Paſcha celebretur.*
 2. *A quibus non oporteat Epiſcopos accuſari, & de his, qui tranſgrediuntur iuſſa Apoſtolicæ ſedis.*

Omibus Eccleſijs, in eadem, qua ſumus, fide & doctrina manètibus, Pius Apoſtolicæ ſedis Archiepiſcopus:

Gratias agimus, fratres, D E O, quoniam creſcit fides veſtra, & abudat charitas vniuſcuiuſq; omnium veſtrũ in inuicem, ita vt nõ ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei. Videte, fratres, videte, vt nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religioſe angelorum, quæ nõ vidit, ambulans fruſtrã, inflatus ſenſu carnis ſuę, & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus & cõiunctiones ſubmiſtrati & conſtructũ, creſcit in augmentum Dei: ſed induite vos ſicut electi dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donates vobis metiſtis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelã. Et ſicut Chriſtus donauit vobis, ita & vos. Cæterum nõſſe vos volumus, quòd Paſcha Domini die dominica annuis ſolènitatibus ſit celebrandum. Iſtis ergò temporibus Hermes, doctòr fidei & ſcripturarum eſſulſit in ter nos. Et licet nõs idẽ Paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ angelus Domini in habitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, vt Paſcha die Dominico ab omnibus celebraretur. Vndè & vos Apoſtolicæ authoritate inſtruimus, omnes eadẽ ſeruare debere, quia & nos eadẽ ſeruamus, nec debetis à capite quoquo modo diſſidere. Cauete diligèter omes, nè quis vos decipiat per aliquã aſtologiam vel philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum & traditionem rectam. (In Chriſto em̄ habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter) vt ſitis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis, qui & hæc ſanctam ſedem Apoſtolicam omniũ Eccleſiarum caput eſſe præcepit, ipſo dicente principi Apoſtolorum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo clauẽ regni cælorum: et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælo. Sinè dubio qui contra mandata dei

lui, qui cõſenſum præſtat erranti? Oues enim paſtorem ſuum nõ repræhendant, plebs verò epiſcopum nõ accuſet, nec vulgus eũ arguat, quoniam non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum. Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis aut præuicæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi, ipſo Domino exemplum dante, quandò per ſeipſum, & non per alium, vendentes ſacerdotes & ementes eiecit de templo, & meſas nummulariorum proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Et ſicut alibi per prophetam loquitur, dicens: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit. Si quis verò à ſuo propoſito retrorsum exorbitauerit, & iuſſum Apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, infamis efficitur. Reprobati ergò oportet eorũ redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. Fides autem & cõuerſatio, primum ſcrutanda eſt, & denuò, qui irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipiendi, & nõ prius: quia bonus homo (teſtante Veritatis voce) ex bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ideò perſona & opinio ac vita vniuſcuiuſque, in initio rimanda eſt, quia boni ſemper inſtantur à malis. Boni enim cum malis, licet mixti ſint in Eccleſia, vix cõcordare inueniuntur, quoniã diſſimilis eſt eorum cogitatio, voluntas, & actus. Nihil enim prodeſt homini ieiunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obſectatiõibus lingua cohibeatur. Vndè ait propheta: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolium. Diuerſe à malo, & fac bonum. Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult: quãto minùs in ſuſpicionem debet venire fidelis homo, vt dicat aut faciat eã, quæ pati non vult? Quia omnis ſuſpicio potiùs repellenda eſt, quàm approbanda vel recipienda. Charitas enim non querit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum: quia vnus cauſa, multorum non eſt præferenda. Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia. Charitas enim patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non querit quæ ſua ſunt, non iritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidit. Semper rogò vos, vt deteriora reiſciatis, & meliora perſiciatis: quia nos non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex D E O eſt, vt ſciamus quæ à D E O donata ſunt nobis, & ea ſectamini indifferenter. Data ſeptimo idus Aprilis, Claro & Seuero viris clariſſimis conſulibus.

q 3 EPI.

2. Cor. 6. d

Leu. 26. g

2. Petr. 2. a b

Gen. 7. a

Gen. 19. c

*luxurioſa conuerſatione

3. q. 4. Alieni err. Et in dec. Dio. ny. pp. & in dec. Iulij.

*ſocietate ſectates, vel

*impedire

2. Pet. 3. b

1. Theſ. 5. a Apo. 3. & 10

1. Pet. 5. c Apoc. 21.

Coloſſ. 2. d

Coloſſ. 3. b

De cõ. diſt. 3. Nõſſe vos volumus

I.

Coloſſ. 2. b

Matth. 16. c

82. diſt. quid agit, peccat, & qui conſenſum præſtat errantem prodeſt ti.

2. II. 6. q. 1. oues paſtoris. Et in dec. Iuo. lib. 4. Matth. 10. c Luc. 6. f.

Iohan. 2. d

Pſal. 81. 3. q. 4. Si quis verò à

Matth. 12. e Luc. 6. g

De pœn. diſt. 3. Nihil prodeſt. Et de conſ. diſt. 5. Nihil em̄ prodeſt Pſal. 33. 6. q. 1. Oues paſtorem

1. Cor. 13. b

1. Cor. 14. a

1. Cor. 13. b

1. Cor. 2. e

EPISTOLA PII PAPAE secunda, Italicis directa.

Quae diuinis sunt assignata v'sibus, ad humanos vsus sine sacrilegio non posse transferri.

Plus Romanae vrbs Archiepiscopus, Italicis fratribus salutem in Domino.

Scitis, fratres, quia Dei agricultura sumus: id eod eius adiutores esse debemus secundum gratiam, quam ipse dedit nobis. Si autem hoc esse neglexerimus, nulli dubium est, quod damnabimur. Si vero in eius seruitio pro viribus laborauerimus, verique eius adiutores fuerimus, eiusque voluntate implere studuerimus, profecto ab illo ditabimur, quia vniuersi uel quod opus, quale sit, (vt ait Apostolus) dies Domini declarabit, & ignis probabit.

1. Cor. 3. c

12. q. 2. Prae dia diuinis

Attendant schismatici hodierni.

Ad sedem autem Apostolicam perlatum est, quod sint inter vos contentiones & emulationes: Et praedia, diuinis v'sibus tradita, quidam humanis applicant v'sibus, & Domino Deo (cui tradita sunt) ea subtrahunt, vt suis v'sibus inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne praedia v'sibus secretorum caelestium dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam praesumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem qui hoc agunt, clericos & Domini sacerdotes persequi, eosque infamare audiuimus, vt malum super malum addant, & deteriores fiant, non intelligentes quod Ecclesia Domini in sacerdotibus consistit, & crescit in templum Dei. Et sicut, qui ecclesiam Dei vastat, & eius praedia & donaria expoliat & inuadit, fit sacrilegus: sic & ille, qui eius sacerdotes infequitur, sacrilegus reus existit, & sacrilegus iudicatur. Aemulamini, fratres, charismata meliora, & nolite talia agere, nec eis commiseri aut consentire, qui talia agunt: quoniam non solum, qui talia agunt, sunt huius criminis rei, sed qui facientibus consentiunt. Non ergo grauius peccatum est fornicatio, quam sacrilegium: sed sicut maius est peccatum quod in deum committitur, quam quod in hominem, sic grauius est sacrilegium agere, quam fornicari. De talibus enim ait Apostolus: Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi, vt praesens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri IESU Christi, congregatis vobis & meo spiritu, in virtute Domini nostri IESU Christi, huiusmodi tradere satanae in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri IESU Christi. Non est bona gloria vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit: expurgate (inquit Apostolus) vetus fermentum, vt sitis noua confersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae & nequitiae, sed in azymis syn-

17. q. 4. Sicut qui Ecclesiam.

5. Cor. 12. d

Roma. 1. d

1. Cor. 5. a b

1. Cor. 5. c

ceritatis & veritatis. Scripsi vobis in epistola, (ait idem ipse Apostolus) ne commisceamini fornicarijs, non utique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruietibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commiseri. Si quis frater nominatus, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his qui intus sunt, vos iudicatis? Na eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis. Audet aliquis uestrum, habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quonia sancti Dei de mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quato magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam uestram dico: Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Et haec quidem fuisistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri IESU Christi, & in spiritu Dei nostri. Decet ergo (salua in omnibus Apostolica auctoritate) quaecumque sunt ad religionis obseruantiam pertinentia, locis suis, & a suae dioceseos synodis, audiantur. Et si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum, suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, & conuinci potuerit, mox curiae tradatur. Qui autem facit iniuriam, recipiat hoc quod iniquum gessit. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Data idibus Martij, Claro & Seuero viris clarissimis consulibus.

1. Cor. 6. a

11. q. 1. Si quis sacerdotum.

1. Cor. 15. e

De his consulibus videatur in epistola priori.

EX DECRETIS PII PAPAE.

Ante vicefimum quintum annum virgines non consecrentur.

Virgines non velentur ante viginti quinque annos aetatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiae virginalis. Et non sunt consecrandae, nisi in Epiphania, & in albis Paschae, & in Apostolorum natalicijs, nisi causa mortis vrgente.

21. q. 1. Virgines non ve. Et in dec. Iuo. lib. 3.

EX

EX EISDEM.

De illis qui per caput Dei vel capillum iurant, vel blasphemia contra Deum vtuntur.

21. q. 1. Si quis per ca.

Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit, si in Ecclesiastico ordine est, deponatur: si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iurauerit, acerrime castigetur, & iuxta hoc, quod synodus iudicauerit, poeniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium, quod diuina condemnatione similiter coerceatur. Et si Episcopus ista emendare neglexerit, acerrime corripiatur.

EX EISDEM.

De illis, qui iubentibus dominis suis, periurium fecerint.

22. q. 5. Qui compulsus.

Qui compulsus a domino, sciens peierat, vtrique sunt periuri, & dominus & miles: dominus, quia praecipit: miles, quia plus dominum, quam animam suam, dilexit. Si liber est, xl. dies in pane & aqua poeniteat, & septem sequentes annos: si seruus est, tres quadragesimas & legitimas ferias poeniteat.

EX EISDEM.

22. q. 5. Qui peierat.

Qui peierat se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos poeniteat: Si vero in cruce non consecrata, annum vnum poeniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignoras, se peierauerit, & post cognoscit, 3. quadragesimas poeniteat.

EX EISDEM.

De illo, qui uxorem legitimam sine iudicio interfecerit.

33. q. 2. Qui cumq; pro-

Quicumque propter uxorem absque lege vel sine causa & certa probatione, interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat poenitentiam. Et si contumax fuerit, & Episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui suum seniore interfecerit.

EX EISDEM.

Poenitentia eius, cuius negligentia de sanguine Domini aliquid stillat.

De co. dist. 2. Si per negligentiam. Et in dec. Iuo. li. 1.

Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corradatur, & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus poeniteat. Si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus poeniteat. Si super linteam altaris, & ad aliud stilla peruenierit, quatuor diebus poeniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus poeniteat, & linteamina, quae tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur.

EX EIVSDEM DECRETIS.

Vt arreptitij sacris altaribus non ministrent. Communiter diffinimus, vt nullus de his, qui aut in terra arrepti a demonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis iturfi-

33. dist. Co-muniter diffinimus, vt nullus &c.

bus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusse se ingerat Sacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti, sine huiusmodi passionibus in terra probantur elisi, qui tamen & ipsi tam diu erunt ab officij sui ordine & loco suspensi, quousque vnus anni spatio, per discretionem Episcopi, inueniantur ab incurfu demonum liberati.

EIVSDEM DECRETVM EX codice 5. librorum, lib. 2. ca. 117.

De oblationibus populorum.

Vt de oblationibus quae offeruntur a populo, & consecrationibus quae super sunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certe de suis, presbyter conuenienter partes incisas habeat in vase nitido & conuenienti, vt post Missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die Dominico, & in diebus festis exinde accipiant, quae cum benedictione prius faciat.

EIVSDEM DECRETVM EX codice 16. librorum, lib. 3. ca. 19.

De consuetudine seruanda, quae non est contra fidem.

Petistis per Hilarium chartularium nostrum a beate memorie predecesore nostro, vt omnes vobis retro temporum consuetudines seruarentur, quae a Petri Apostolorum principis ordinationum initijs, haec tenus veltas longa seruauit. Et nos quidem iuxta feriem relationis uestrae, consuetudinem laudamus, quae tamen contra fidem Catholicam nihil vsurpare dinoscitur.

Dist. 11. Consuetudinem laud. Et in decr. Iuo. lib. 2.

DECRETA ANICETI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

ANICETUS natione Syrus, ex patre Iohanne de vico Humisia, fedit annos vndecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Veri & Marci, a consulatu Gallicani & Veteris, vsque ad Presentem & Rufinum. Hic constituit, vt clericus comam non nutriret, secundum praecipitum Apostoli. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros septendecim, diaconos quatuor, episcopos per diuersa loca nouem, qui etiam obiit martyr, & sepultus est in caemeterio Calixti, via Appia, decimo quinto Kalendas Maias. Et cessauit episcopatus dies septendecim.

Anno Dni 159.

EIVSDEM DECRETALIS epistola ad Galliae episcopos.

- 1. De ordinationibus Episcoporum, & de causis eorum.
2. De Primatibus & Metropolitanis.
3. Si Metropolitanus sine consilio egerit, vel si Episcopi eum suspectum habuerint.
4. De tonsura clericorum & habitu.

ANICETUS vniuersis Ecclesijs per Galliae prouincias constitutis, in Dno salutem:

Bonorum operū & spiritualiū studiorum Deum authorē esse, nō dubiū est, qui bonorum hominū incitat mētes & adiuuat actiōnes. Quod nobis euidenter apparuit, quū inter longinqua spātia regionum, vnum corda vestra fenserunt consiliū, & quæ desiderabatis resposna, non vnius, sed plurimorum epistolæ intimarunt. De ordinationibus verò Episcoporum, super quibus nos consulerē voluistis, olim in sancti prædecessoris nostri Anacleti ordinationibus quædam iam decreta reperimus. Scimus enim beatissimum Iacobū, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo & Iohanne Apostolis, Hierosolymorum episcopum esse ordinatum. Si autem nō minūs, quàm à tribus Apostolis, tantus vir fuit ordinatus episcopus: patet profectō, eos formam, instituentē Domino, tradidisse, non à minūs quàm à tribus episcopis, episcopū ordinari debere. Sed crescente numero episcoporū, nisi necessitas interuenerit, debent etiā plures augeri, id est, si archiepiscopus diem obiērit, & alter ordinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdē prouinciæ Episcopi ad sedem Metropoleos cōueniant, vt ab omnibus ipse ordinetur. Oportet autē vt ipse, qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui verò comprouinciales Episcopi, si necesse fuerit, ceteris cōsentientibus, à tribus, iussu Archiepiscopi, cōsecrari possunt episcopis. Sed melius est, si ipse cū omnibus, eum qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacrauerint pontificem. Et licet istud, necessitate cogente, cōcessum sit: illud tamē, quod de Archiepiscopi consecratione prædictū est atq; præceptum, id est, vt omnes Suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui illis præest, ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet cōstitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus care non dubium est, quia irrita erit eius, secus acta, ordinatio. Ipse autem Archiepiscopus nihil de eorū causis, aut de alijs cōmunibus, iuxta statuta Apostolorū, absq; cunctorum illorū agat consilio: nec illi, nisi quantum ad pprias parochias pertinet, sine suo: quoniā tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis. Nulli Archiepiscopi Primates vocētur, nisi illi qui primas tenēt ciuitates, quarū episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas & Primates esse cōstituerunt; nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit, propter multitudinem eorum, Primatem constitui. Reliqui verò, qui alias metropolitānas sedes adepti sunt, nō primates, sed metropolitani nominentur. Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia vel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantum, quæ ad propriā suam

parochiam pertinent, agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus diffidētē corrigatur, nē talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, eisq; inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem (cui omnia episcoporum iudicia terminare præcepta sunt) eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatē, aut tēporis incommoditatem, vel itineris asperitatē, graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tunc ad eius Primatem causa deferatur, & penēs ipsum huius sanctę sedis autoritate iudicetur. Similiter, si aliquis Episcoporum proprium metropolitanū suspectum habuerit, apud primatē diceceseos, aut apud hęc Apostolicā sedē audiatur. Qui maior est vestrum, secundum dominicā iussione, sit vester minister: & quātō maior es in omnibus, humiliatē ipsum. Charissimi, nolite inter vos cōtendere, nec quærat aliquis maior esse: sed iuxta Apostolū, Diligite vos inuicē, quia charitas ex Deo est: & omnis qui diligit fratrem, ex Deo natus est, & cognoscit Deū. Qui nō diligit, nō nouit Deum, quoniā Deus charitas est. Pascite (inquit princeps Apostolorū) qui in vobis est, gregem Dēi, prouidentes non coactē, sed spontaneē secundum Deum: neq; turpis lucri gratia, sed voluntariē: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cū apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glorię coronam. Et iuxta alium Apostolum, fratres, memores estote verborū, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri IESV Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundum desideria ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum nō habentes. Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestrę fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri IESV Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Prohibete, fratres, per vniuersas regionum vestrarum Ecclesiās, vt clerici qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitię & grauitatis exemplar esse debent, ac seipfos, tanquàm signū purioris vitę, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apostolum, comam nō nutriat, sed desuper caput in modum spherę radant: quia sicut discreti debēt esse in cōuersione, ita & in tonsura & omni habitu discreti debent apparere. Hęc vobis, fratres, vt petistis, custodienda mittimus, & custodire præcipimus, vt in nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestriū, & infernorū, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dēi Patris,

Supr. in 2. Anacleti epist.

66. dist. Archiepiscopus ab omnibus

Ibid.

9. q. 3. Archiepiscopus nihil

II. 99. dist. nulli archiepiscopi

III. 9. q. 3. Si autem aliquid

Mar. 20. d Mar. 10. c Eccl. 3. c

1. Ioan. 4. b

1. Petr. 5. a

Iudæ 1.

III. dist. 23. Prohibete fratres.

1. Cor. 11. e

Phil. 2. b

Patris, cui honor & imperium per æterna secula. Data octauo Kalendas Iunii, Gallicano & Rufino viris clarissimis consulibus.

DECRETA SOTERIS PAPAЕ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

Anno Dni 163.

*sex Huius temporibus Carthaginiensis hęc res orata est.

*1 vel 6 *21

Soter natione Capanus, ex patre Concordio, de ciuitate Fundis, sedit annos 9. menses 7. dies 21. Fuit autem temporibus Veri & Marci, à consulatione Rustici & Aquilini, vsq; ad Cethegum & Clarum. Hic constituit, vt nulla monacha pallam sacratam contingeret, nec incensum poneret in sancta Ecclesia. Hic fecit ordinationes 33. per mensem Decembrem, presbyteros 18. diacones 9. episcopos per diuersa loca xj. Qui sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, 10. Kalendas Maias. Et cessauit episcopatus dies xj.

SOTERIS PAPAЕ EPISTOLA Decretalis prima, ad Campanię episcopos, de fide.

Soter Apostolicę sedis Archiepiscopus, Campanis omnibus salutē in Domino: Gaudere vos oportet, fratres, quod, diuina largiente gratia, familiares Domini vocamini, eiusque sacerdotij dignitate fungimini. Nuncautem rogo vos, vt circa plebes vobis commissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos Domino reportare nitamini. Paulus enim Apostolus de fide ita loquitur, dicens: Quod antē promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem. Item ipse ad Galatas: Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, ex muliere factum, & factum sub lege. Et ad Philippenses: In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et in psalmo 30. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium. Itē ibi: Obluioni datus sum, tanquàm mortuus à corde, factus sum tanquàm vas perditum. Et in septuagesimo: Tanquàm prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et in 72. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et in 86. Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Et in 77. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et in centesimo octauo: Et ego factus sum illis opprobrium, viderunt me, & mouerunt capita sua. Et in centesimo primo: Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Et in Euangelio: Verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Filius igitur secundum carnem dicitur factus. Nam secundum diuinitatem, à Patre nusquam legitur factus, sed genitus. Dum enim Pater loquitur, filius loquitur: & quum filius loquitur,

Roma. 1. a

Gala. 4. a

Phil. 2. a

Psal. 30.

Iohan. 1. b

Patrem in illo esse loquentem, documentis cælestibus cōprobatur, Paulo Apostolo attestante, qui ait: Multifariē, multisq; modis olim Deus loquutus est Patribus in prophetis, nouissimē autē loquutus est nobis in filio. Et vt eundem filium, excepto Patris præcepto, doceam fuisse loquutū, ex Esaię prophetę volumine proferimus documentum: Hęc dicit Dominus, In illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in seruis meis prophetis, euangelizans auditum pacis, & ecce adsum. Item ibi: Ego sum dominus, qui loquor iustitiam, & annuncio veritatē. Itē ibi: Cogitauit & loquutus sum, & adduxi, & creauit, & feci. Et Apostolus: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Et in psal. 118. Loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebam. Et ipse Dominus in Euangelio cæco à se illuminato dicit: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Et Samaritanę mulieri ait: Ego sum, qui loquor tecum. Et ad discipulos: Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et ad Patrē: Ego ad te venio, & hęc loquor in mundo. Et iterum Iudęis dixit: Loquor vobis, & nō auditis. Si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum: Hęc loquutus est dominus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus, quæ superius dicta sunt, non docetur filius præcepto Patris fuisse loquutus, sed magis pprium exercuisse in loquendo sermonem. Esaias quoq; propheta ait: Hęc dicit Dominus, Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam: Ego solidauit cælum manu mea, ego omnibus sideribus mandauit, vt lucerent in cælo. Itē ibi: Ego omne consilium meum statui, & omnia quæcunq; cogitauit, ego feci. Item ibi: Sic dicit Dominus: Qui constituit cælū & terram, & fecit eam, & fundauit eam. Item ibi: Ego primus, & ego in æternum: manus mea fundauit terram, dextera mea solidauit cælum. Et in Hieremia: Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Item ibi: Dominus fecit terrā in virtute sua magna, & erexit orbem terrę in sapientia, & prudentia sua extendit cælum, & posuit sonum aque in cælo. Defendite, charissimi, rogo vos, cōtra maleuolos homines in concursu Ecclesię statum, vt vos Christi dextera defendat in æuum. Data Nonis Maij, Rustico & Aquilino viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA SOTERIS Papæ secunda, ad Episcopos Italiae.

Nē feminae sacra vasa vel sacras pallas contingant, vel altaria incendant.

Dilectissimis fratribus per Italiae prouincias sanctis constitutis Episcopis, Soter Papa.

Diui.

Esa. 52. b

Esa. 45. d

Esa. 46. d

2. Cor. 13. a

Iohan. 9. g

Iohan. 4. c

Iohan. 6. g

Iohan. 17.

Iohan. 8. c

Esa. 45. b

45. c 45. d

48. b

*diuisit, vel

finitit

Hiet. 27. a

51. b

Diuinis præceptis & Apostolicis monitis informamur, vt pro omniū Ecclesiarū statu, impigro vigilemus affectu: at si qd vsquam reprehensionem inuenitur obnoxii, celeri sollicitudine, ab ignorantia imperitia & præsumptione vsurpatione, reuocemus. Sacratas DEO foeminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos cōtingere, & incensum circa altaria deferre, perlatum est ad Apostolicam sedem, quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter huius sanctæ sedis autoritate, hæc omnia vobis refecare funditus, quanto citius poteritis, censemus: & nē peltis hæc latius diuulgetur per omnes prouincias, abstergi citissimè mādamus. Ait enim Apostolus: Despondi em̄ vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo Ecclesia, sponsa vnius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vel inhonestâ reprehensione vitari, vt per totū mundum vna sit nobis vnius castæ communiōis integritas. Vndē confurgite, charissimi, cum Deo, & assistite ei, induentes arma spiritūs, aduersus malignantes contra fidem eius, & probetur spiritus sapienter, id est, verba illorum, si ex Deo sunt. Scriptū est enim in Hieremia: Probatores dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis viam illorum. Multū nanq; nobis necessaria est vigilantia tanti Sacramenti sapientiæ discretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat, ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationē, quoniam latet quodammodò & absconditur, vixq; cōprehenditur dolosa existēs malitia, pro eo quod sibi pietatē callidè blandiatur, vt valeat scrutantium mentem latere. Quod vti quē sciens B. Apostolus, ait: Nā huiusmodi pseudoapostoli, operarij subdoli, transfigurant se in Apostolos Christi. Sed non mirum, quando ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis est secundū opera eorum. Sed & Dominus in hoc præmuniens nos, ait: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde vestro referetis ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicetis cum David: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Quoniam, vt ait beatus Daniel propheta, Sapientia & fortitudo eius sunt. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris cōstituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogavi te. Data decimo Kalendas Iunij, Cethego & Claro viris clarissimis consulis.

DECRETA SOTERIS PAPAЕ, secundū Gratianū, quæ non habentur in prioribus Decretalibus Epistolis. Iuramentum malum quod incautè promittitur, non est seruandum. Si aliquid fortè incautiū nos iurasse contigerit, quod obseruatū, in peiorem vergat exitū, illud salubri consilio mutandū nouerimus, & magis instate necessitate periurandum nobis, quàm pro factō iuramento, in aliud crimen maius diuertendum.

ALIVD EIVSDEM EX Gratiano.

Quisque sacrificans sacerdotem habeat, qui cœpta Sacramenta expleat, si necessitas ingruerit. Vt illud diuini oraculi monentis singuli præcaueant, quo scribitur, Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem: summo perè verendum est nobis atq; cauendum, nē horis illis atq; temporibus, quibus deo pfallitur vel sacrificatur, vnicuiq; diuinis singulariter officijs insistenti, perniciofa passio, vel quælibet corporis inualitudo occurrat, quæ aut corpus subito subruat, aut mentem alienatione vel terrore cōfundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentem, necessarium duximus instituire, vt vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur, habeat (quisquis ille) canens Deo atq; sacrificans, post se vicini solaminis adiutorē, vt si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terrā elisus, à tergo semper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat. Censuimus ergo tempore sacra mysteria cōsecrantur, si ægritudinis accidat quilibet euentus, quo ceptū nequeat expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero vel alij, vt consecrationem expleat officij cepti. Nō enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs competit, quàm aut incipientis, aut subsequēntis explenda benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cū enim vnum sumus omnes in Christo, nihil contrarium diuersitas format, vbi efficaciam prosperitatis, vnitas fidei repræsentat. Quod etiā consultum, cuncti ordinis clerici indictum vel indultū esse sibi non ambigant, sed (vt præmissum est in præcedentibus) statim alij pro cōplemento succedant. Nē tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciē conuertatur, nullus post cibum potumque, siue quodlibet minimum sumptum, Missas facere, nullusque absque patētis molestiæ prouentu minister vel sacerdos, cū ceperit, imperfecta officia præsumat omninō relinquare. Si quis hæc temerariè præsumpserit, excommunicatiōis sententiā sustinebit.

EIVSDEM DECRETVM similiter ex Gratiano.

Vt pre-

Vt presbyter Missam non canter, nisi duobus presensentibus secum. Hoc quoq; statutū est, vt nullus presbyterorum Missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus presensentibus, sibi que respondentibus, & ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum: & illud, Orate pro me: aptissimè conuenit, vt & ipsius respondeatur salutationi.

EIVSDEM ALIVD, iuxta Gratianum.

Etiā in Cœna Domini sacram communionem debemus accipere.

In Cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his, quibus pro grauib; criminibus inhibitum est) percipienda sit, Ecclesiasticus vsus demonstrat, cū etiā penitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis Domini Sacramenta reconcilientur.

DECRETA ELEVThERII PAPAЕ.

Ex libro pontificali Damasi Papaе.

Leutherius natione Græcus, ex patre Abundio, de oppido Nicopolis, sedit annos quindecim, menses 3, dies 2. Fuit autem temporibus Antonini Commodi, vsq; ad Paternum & Bradium. Hic accepit epistolam à Lucio Britannico rege, vt Christianus efficeretur per eius mandatum. Et hic constituit, vt nulla esca vsualis, quæ tamen rationalis & humana est, quam DEVS creauit, à Christianis maximè fidelibus repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembreni, Presbyteros duodecim, Diaconos 8. Episcopos per diuersa loca quindecim. Qui etiā sepultus est iuxta corpus beati Petri, tertio Kalendas Iunij. Et cessauit episcopatus dies quinque.

EPISTOLA ELEVThERII Papaе Decretalis, ad Gallias prouincias.

- 1. De escis irrationabiliter non vitandis.
- 2. De accusationibus Episcoporum, & omnium clericorum.
- 3. De accusationibus omnium comprouincialium.

Leutherius Episcopus vniuersis Ecclesijs, per Gallias prouincias Domino militantibus, in Domino salutē: Magno munere misericordiae Dei, totius Ecclesiæ Catholice multiplicata sunt gaudia, cū multos populos ad Domini seruitium festinare cognouimus. Quæ de re necessariū iudicauimus vos instruere, vt escas, quas vitare vos auidiuimus irrationabiliter, nō respuatis. Scitis, fratres, legislatorē docuisse, omnia quæ creauit Deus, erāt valdè bona. Et ipsa per se Veritas ait: Nō quod intrat in os, coinquinat hominē, sed quod exit de ore. Vndē cōstat, nō debere refutari escas cōmunes, quas deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in Actibus Apostolorū de mundis escis legit ita: Postera autē die iter tribus facientibus domesticis, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam. Et quum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem eis, cecidit super eum mentis excessus, & vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteam magnum, quatuor inijs submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentiæ terræ, & volatilia cæli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Ait autē Petrus: Abit, Domine, quia nunquā manducaui omne cōmune & immundum. Et vox iterum secundò ad eū: Quod Deus purificauit, tu cōmune nē dixeris. Hoc autē factum est per tē. Et statim vas receptū est in cælū. De accusationibus ergo clericorū, super quibus cōsulti sumus, quia omnes eorū accusationes difficile est ad Sedem apostolicam deferre, finitiua episcoporū tantū iudicia huc deferatur, vt huius sanctæ sedis autoritate finiantur, sicut ab Apostolis eorumq; successoribus, multorū consensu episcoporum, iam definitum est. Nec in eorum ecclesijs alij aut præponantur, aut ordinentur, antequā hic eorum iustè terminentur negocia. Quoniam quauis liceat apud prouinciales & metropolitanos atq; primates, eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secūs, quā prædictū est. Reliquorū verò clericorū causas apud Prouinciales & Metropolitanos ac Primates, & ventilare & iustè finire licet. Iudicantē tamen oportet cuncta rimari, & ordinē rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponēdi, adijciendiq; præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarū partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus iudex prius sua velit sentētia obuiare, nisi quādò ipsi iam, peractis omnibus nihil habeant in quæstione quod proponant. Et tam diū actio ventilet, quousq; rei veritas inueniat. Frequenter interrogare oportet, nē aliquid prætermisum fortè remaneat, quod annecti conueniat. Induciē em̄ nō modicè ad inquirendum dandæ sunt, nē aliquid præproperè agi à quacunq; parte videatur, quia per sur-reptionem multa proueniunt. Nihil tamen absq; legitimo & idoneo accusatore fiat. Nā & dominus noster Iesus Christus Iudam suum esse sciebat: sed quia non est accusatus, idē nō est eiectus. Et quicquid inter Apostolos egit, p dignitate ministerij ratū mansit. Nam si leges seculi accusatores requirūt, quantò magis Ecclesiasticæ regulæ? Docent enim terrestria & humana, quæ sint ecclesiastica atque cælestia. De accusationibus verò comprouincialibus ita legitur esse statutum:

Matth. 15. b
Actu. 10. b
3. q. 6. Quāuis liceat
30. q. 5. Iudicantem oportet
3. q. 3. Induciē nō mō,
2. q. 1. nihil contra
III.

23. dist. Sa-
cratas Deo
for.

2. Cor. 11. a

1. Iohau. 4
Hier. 6. g

2. Cor. 11. c

Matth. 7. b

Psal. 118.

Danic. 2. e

de cō. dist. 2.
In cœna
Domini

Anno dñi
377.
Huius tem-
pore, Mar-
cionis secta
variè disse-
cta est.

Gene. 1. d

tutum: Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in prouincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones, nec æstimet eum alibi aut longius ad iudicium protrahendum. Illi verò qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caueant etiam iudices ecclesie, nē absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, immò etiam & causam in synodo p factò dabūt. Proditoris verò nec calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorē amplius potest cognoscere, quam ille, qui iniuriam, eiusq; sustinuit nequitiam. Oppressus namque ab omnibus, in cunctis subueniatur causis. Hæc omnia summòperè sunt attendenda. Nec criminatio minorū, quantò magis Episcoporū, facile est recipienda, dicente Domino: Nō sequeris turbas ad faciendum malum. Et alibi: Non suscipias vocem mendacij. Et in Paralipomenon legitur: Omnia corda scrutatur Dominus, & omnem cogitationem nouit. Homo verò videt in facie, Deus autem in corde. Et alibi scriptum est: Non potest humano condemnari examine, què Deus suo reseruaui iudicio. Igitur omne pondus, & circumstantia aduersariorum nocumenta, per patientiam, fratres, comprimere satagite, scientes quia subuersi sunt huiusmodi, & delinquent, proprio ore damnati. Quia qui fratres accusant vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt, & peccat, dicente Apostolo: dilectio proximi, malum non operatur. Et alibi: Qui non diligit fratrem suum, quem videt: Deum quem nō videt, quomodo potest diligere? Nos em̄ humiles corde, ad ea quæ recta sunt, adiutore Domino, sapienter vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, & religionem Catholicam in omnibus fortiter defendentes, improbis pb̄ resistere nō negligimus. Vnde dictū est: Negligere enim, cum possis *deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Huius rei gratia vniuersalis vobis à Christo Iesu commissa est Ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Frater autem fratrem adiuuans, exaltabitur: & allidens, dissipabitur. Quapropter releuate semper oppressos, corripite inquietos, vt zizania dominicam messem nō possit suffocare. Data V. idus Iulij, *Materno & Bradua viris clarissimis consulibus.

DECRETA VICTORIS PAPAЕ.

Ex libro pontificali Damasi Papaе.

Victor natione Afer, ex patre Felice, sedit annos x. menses 2. dies x. Fuit autem temporibus Helij Pertinacis & Seueri, à consularum

Commodi quinto & Glabrionis, vsque ad Lateranum & Rufinum. Hic constituit, vt sanctum Pascha die dominico celebraretur, sicut Pius. Hic fecit sequentes clericos. Martyrio coronatur. Et constituit, vt necessitate faciente, vbicunq; inuentus fuisset quicumque hominum ex gentibus veniens, siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, siue in stagno, baptizaretur: tantum Christianæ credulitatis confessione declarata, integer efficeretur Christianus. Et fecit concilium. Et collatione facta cum presbyteris & diaconibus, accersitoque Theophilo Alexandria Episcopo, constituit, vt à decimatertia luna primi mensis, vsq; ad xxj. die Dominica custodiatur sanctum Pascha. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrē, presbyteros quatuor, diaconos septem, episcopos per diuersa loca numero duodecim. qui sepultus est iuxta corpus B. Petri in Vaticano, V. Kalendas Augusti. Et cessauit Episcopatus dies xj.

EPISTOLA PRIMA DECRETALIS VICTORIS PAPAЕ AD THEOPHILUM ALEXANDRIÆ EPISCOPUM.

1. De celebratione Paschæ & Baptismi.
2. Nē quis incerta iudicet.
3. De causis Episcoporum terminandis.

Victor Romanæ ac vniuersalis Ecclesie Archiepiscopus, Theophilo Episcopo & cunctis fratribus in alexandria Domino famulantibus, in Domino salutē. Multa mihi gratulatio est, dilectissimi fratres, quòd manifestato (sicut optamus) per gratiam Dei lumine Euangelicæ claritatis, & ab Ecclesia iam magna ex parte perniciosi erroris nocte depulsa, credite nobis dispensationis fructus crescit & augmentatur in Domino. Celebritatem sancti Paschæ die Dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadē die celebrari solenniter mandamus, quia non decet, vt membra à capite discrepent, nec contraria gerat. A quartadecima verò luna primi mensis, vsq; ad vicesimum primum eiusdem mensis diem, eadē celebraretur festiuitas. Eodem verò baptismus celebrandus est Catholicus. Sed tamen, si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocunq; loco vel momento, vbicunq; euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, tantum Christianæ cōfessione credulitatis clarificata, baptizentur. Ipsi quoq; quod in baptismo polliciti sunt, summòperè est attendendum, nē infideles, sed fideles inueniantur. Ipsi verò qui infidelitatis nota adspērguntur, in fames efficiuntur, atq; inter fideles minimè reputantur. Hæc verò statuta nulla debent improbitate conuelli, nulla nouitate mutari: quia alia ratio est causarum

de cōf. diff. 3. Celebritatem S. Paschæ.

farum secularium, alia diuinarū. Audiuius namq; apud vos vestrosq; diuersa iudicia fieri, & incerta iudicari. Incerta, charissimi, nullatenus iudicemus, quoad usq; veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quia quantum verum sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indicij comprobantur, nisi quæ manifestis iudicio conuincuntur, nisi quæ iudicario ordine publicantur. Similiter, ea vos iudicare, ad Apostolicam delatum est sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatē, id est, Episcoporum causas. Vnde ita cōstitutum liquet à tempore Apostolorum, & deinceps placuit, vt accusatus vel iudicatus à cōprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, eius retractari negocium procuret. Et dum, iterato iudicio, Pontifex causam suā agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Episcopus: quoniam quāquam à cōprouincialibus Episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri, in consilio Romano pontifice permittitur, cum B. Petro apostolo, nō ab alio quam ab ipso dictum sit Domino: Quocunq; ligaueris super terrā, erunt ligata & in cælo: & quocunq; solueris super terram, erit soluta & in cælo. Et alibi in institutis legitur apostolicis: Si quis putauerit se à proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham vel Primateo diocesanos, aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesie iudicetur sedem. Nihil aliud est, Fratres, talis præsumptio, nisi Apostolorum, suorumq; successorum terminos transgredi, eorumq; decreta violare. Culpatur enim, vt scriptum est, Fratres, qui aliter circa Episcopos iudicare presumerunt, quàm Apostolicæ sedis Papa fieri placuerit. Et quis est qui iudicat eum, quem Dominus sibi & huic sanctæ sedi reseruari voluit iudicandum? Ait namq; Dominus per prophetam Esaïam: Dominus Deus auxiliator meus, ideo nō sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quia non confundar. Iuxta est, qui iustificat me. Quis cōtradicit mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus meus, auxiliator meus. Quis est qui cōdemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum cōterentur, tinea comedit eos. Quis ex vobis timēs Dominū, audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur super Deū suum. Ecce vos omnes accedentes ignem, accincti flammis, ambulatis in lumine ignis vestri, & flammis quas succendistis. De manu mea factū est hoc vobis. In doloribus dormietis. Audite me, qui sequimini quod iustū est, & queritis Dominū: Accedite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua

præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicauit eū. consolabitur ergo Dominus Sio, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite. Quia lex à me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requisierit. Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachium meum populos iudicabit. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia cæli sicut fumus liquefcent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibūt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum, populus: lex mea in cor, de eorum. Nolite timere opprobriū hominū & blasphemias eorum nē metuatis. Sicut em̄ vestimentū, sic comedit eos vermis: & sicut lanā, sic deuorabit eos tinea. Salus autē mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generatione generationum. Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus resistendum est, vt veræ charitatis & continentie obtineatur integritas. Dominus enim nullum vult perire, sed omnes saluos fieri. Certus autem sum, vos ad hæc emendanda vel defendenda, Dño auxiliante, proficere. Data XIII. Kalendas Augusti, Commodo & Grauione viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA EIVSDEM SECVNDA AD AFTOS, DE CAUSIS SUPERIORIBUS.

Victor Ecclesie Romanæ & vrbs Archiepiscopus, vniuersis Episcopis per Aphricam constitutis, in Domino salutem: Semper enim in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per Dominū nostrum Iesum Christū temporaliter gerendarum, dispositione verbi diuini sumpsit exordium. Quapropter oportet vos, Fratres, vnanimes esse, & adminiculum vicissim ferre: in recta ergo fide, & in sacramentis diuinis non discrepare, sed cōcordes esse: quia licet pauci sitis malorum comparatione, si tamen concordēs fueritis, facile, auxiliante Domino, vestros insidiatores superabitis. Si verò discordes (quod absit) fueritis, non superabitis, sed superabimini. Perlatū est enim ad sedem Apostolicā, aliquos vestrum, nocere fratres velle, & vt cadāt, decertare. Similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones & æmulationes inter vos fieri, à quibus dissensionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim, mandamus. Nam si hoc agere citò neglexeritis, & vicissim reconciliari nō studueritis, ab Apostolicæ

1. Tim. 2. b

*Glabrione

In dec. diff. 90. Perlatū est.

stolicae sedis & totius Ecclesiae communione vos pelli non dubitatis. Nec attenditis, charissimi, qualiter Dominus per Esaiam prophetam talibus comminatus est, dicens: Dominus enim locutus est verbum hoc: Luxit & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terrae. Et terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt foedus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideoque infanient cultores eius, & relinquetur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus laetantium, conticuit dulcedo citharae. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illa. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deferta est omnis laetitia, translatum est gaudium terrae, relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia haec erunt in medio terrae, in medio populorum, quomodo si pauca oliuae, quae remanserunt, excutiantur ex olea & racemi, cum fuerit finita vindemia, hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, cum glorificatus fuerit Dominus, hincient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini Dei Israel. Et Dominus in oratione, quam discipulos suos docuit orare, ait: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. In bonis & iustis hominibus sanctificatur nomen Domini, & in malis blasphematur. Et ipsa per se veritas ait: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum. Nulli vero liceat doctrinam euangelicam deferere, & sacerdotali honore gaudere. Data Kalendis Septembris, Laterano & Rufino viris clarissimis consulibus.

EVSEBIUS ECCLESIASTICAE
historiae libro 5. cap. 22. de Victore Papa scribit in hunc modum:

igitur sub eiusdem Commodi principatus, Eleutherio in vrbe Roma tredecim annos sacerdotio functo, Victor succedit. Ea tempestate in prouincijs Asiae quaestio non minima exoritur, velut ex antiqua eorum obseruatione descendens, quod quartadecima luna putarent omnimodo gentes pascha obseruandum, quando scilicet Iudeis agnus praecipitur immolari, veluti necessario confirmantes, quacumque die septimanae quartadecima luna venisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in nullis prorsus alijs vnquam obseruata fuisset ecclesijs. Ob quam causam conuentus episcoporum & concilia per singulas quaque prouincias conuocantur: proro-

gatisque ad se inuicem Epistolis de singulis quibusque locis, vnum omnes Ecclesiasticum dogma confirmant, ne liceat aliquando, nisi in die Dominica, in qua dominus resurrexit a mortuis, Dominicum Paschae celebrare mysterium, & in hac sola soluendum esse paschae ieiunium. Extat denique vsque in hodiernum concilium apud Caesarem Palaestinae habitum decretum, in quo primus est Theophilus ipsius Caesariae Episcopus, & Narcissus Hierosolymorum sacerdos. Habetur & in vrbe Romae Concilio simile aliud decretum, cui praefuit Ite Victor Episcopus indicatur, & Pontiprouinciae Palmyras, Gallorum quoque sacerdotalis Conuentus extat, Irenaeum praesulem scribens, Achaiae vero Bacchillum Corinthiorum Ecclesiae Episcopum. Qui omnes diuersis in locis, vnam eandemque iudicij sententiam protulere. Sed Episcopi regionis Asiae, seruandam magis a veteribus sibi traditam consuetudinem confirmabant. In quibus Polycrates, qui in eis primatum agere videbatur, ad Victorem Episcopum Romanae Ecclesiae scribens, morem traditionis antiquae ad se vsque delatum, per haec verba designat: Nos ergo, inquit, intemeratum paschae colimus diem, neque addentes, neque auferentes aliquid. Etenim magna quaedam luminaria apud Asiam dormierunt, summi & electi viri, quos Dominus suscitabit in aduentu suo, cum veniet de caelis in gloria, & requirit oes sanctos suos, in quibus est Philippus euangelista, qui dormiuit apud Hierapolim, sed & duae filiae eius, quae virgines seruauerunt, & alia eius filia spiritus sancto repleta, quae apud Ephesum dormiuit: necnon & Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificale petalum gessit, martyr, & Doctor Ecclesiae, qui & ipse apud Ephesum dormiuit: Polycarpus quoque apud Smyrnas & Episcopus & martyr: similiter & Thraeas Episcopus apud Eumeniam, sed apud Smyrnas martyrio consummatus. Quid autem dicam etiam Sagaren, nihilominus sacerdotem & martyrem, qui apud Laodiceam requiescit in pace? sed & Papyrium, & Macarium, & Melitonem, propter regnum Dei, & eunuchum, & Spiritus sancto repletum, qui iacet in ciuitate Sardinensium, expectans aduentum Domini de caelis, ut resurgat a mortuis? Isti ergo omnes diem Paschae in quartadecima die mensis obseruauerunt, secundum euangelium, nihil omnino extrinsecus agentes, sed fidei regulam per omnia conseruantes. Sed & ego omnium vestrum minimum meorum obseruo, eorum duntaxat, quos ab initio sequutus sum. Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt Episcopi, ego octauus, qui omnes ita obseruauerunt hunc diem, ut conueniret cum illo, quo firmatum Iudaeorum populus auferit. Vnde, Fratres charissimi, sexaginta & quinque annos aetatis gerens in nomine Domini, multorum

Concilium
Caesarem
Palaestinae,

Romanum,

Galicianum,

Idem cap. 24.

Io. 3. 22.

rum quoque orbis terrae episcoporum notificationem plenissime habes, & sanctis scripturis intendens, non perturbabor ex his quae ad terrorem proferuntur, quia & maiores mei dixerunt, Obtemperare oportet DEO magis quam hominibus. Et post pauca de his, qui secum aderant, Episcopis ita subiungit: Poteramus autem etiam praesentium Episcoporum facere mentionem, quos ipsi petistis, ut euocarem, sicut & feci: quorum nomina si scribam, nimiam multitudo est: qui omnes, scientes paruitatem meam, consensu suo confirmant quae scribimus, certi, quod non inaniter canos attulimus, sed in disciplina Christi semper conuersati sumus. Sed ad haec Victor Romanae Ecclesiae Episcopus, pertinacius agens, passim totius Asiae ac vicinarum prouinciarum Ecclesias a communionis societate abscindere nititur, tanquam in haeresim declinantes, & literas mittit, quibus omnes sinu absque discretionem, ab Ecclesiastico foedere segregaret. Sed hoc non omnibus placebat Episcopis, quin potius eorum scribentes ei, iubebat, ut magis, quae pacis sunt, ageret, & concordiae atque vnanimitati studeret. Denique extant etiam Episcoporum literae, quibus asperius obiurgant Victorem, velut inutiliter Ecclesiam commodis consulentem. Nam & Irenaeus, cum caeteris, quibus praerat, Galliarum Episcopis scribens, confirmat quidem, ut in dominica die resurrectionis Domini mysterium celebretur: Victor tamen arguit, quod non recte fecerit, abscindens a corporis vnitatem tot & tantas Ecclesias Dei, quae morem sibi antiquitus traditum custodiret. Sed & de multis alijs commone per haec verba: Non solum (inquit) de die Paschae agitur controuersia, sed & de ipsa specie ieiuniorum. Quidam enim putant, vno tantum die obseruari debere ieiunium, alij duobus, alij vero pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuunt. Quae varietas obseruantiae non nunc primum, neque nostris temporibus cepit, sed multo ante nos ex illis (ut opinor) qui non simpliciter, quod ab initio traditum est, tenentes, in alium modum vel per negligentiam, vel per imperitiam, postmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes isti, etiam cum in obseruantia varient, inter semetipsos & pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt: nec dissonantia ieiunij, fidei consonantiam rupit. Post haec inserit etiam historiam quandam, quae pro sua opportunitate, nec a nobis debet omitti. Denique ait, Et illi omnes ante Soterem presbyteri, qui Ecclesiae, cui tu nunc praees, sacerdotium tenuerunt, Anicetum dico & Pium, Higinumque & Telephorum, & Sixtum, neque ipsi ita tenuerunt, neque hi, qui cum ipsis erant, & tamen cum ipsis ita non obseruarent, pacem semper habuerunt cum illis Ecclesijs, quae hunc obseruantiae morem tenebant, cum vti-

& ipsis contrarium videretur, quod non etiam caeteri similiter obseruaret. Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab Ecclesiae societate, aut venientes ab illis partibus, non sunt suscepti: immo potius & omnes presbyteri, qui fuerunt ante, omnibus semper, qui non ita obseruabant, presbyteris Ecclesiarum Eucharistiam solenniter transmittabant. Beatus autem Polycarpus cum ad urbem Romam venisset sub Aniceto, cumque de alijs nonnullis parum, quid habuissent inter se, statim tamen consentent in pace, de hac quaestione ita egerunt, ut non vnusquisque sententiam suam obstinata contentione defenderet. neque enim aut Anicetus Polycarpo suadere poterat, ut non obseruaret ea, quae nouerat Ioannem discipulum Domini nostri, vel caeteros Apostolos, cum quibus semper fuerat, obseruasse: neque rursum Polycarpus Anicetum persuasit ea deserere, quae ille dicebat a se maiorum more seruari. Cumque haec ita inter se habuissent, communicauerunt sibi inuicem ita, ut concederet Anicetus Polycarpo, etiam sacerdotali ministerio honoris duntaxat contemplatione perfungi, & ita ab inuicem plena fide, pace integra, & firma charitate discedunt, ut omnes Ecclesiae, siue quae ita de Pascha, siue quae non ita obseruarent, inter se tamen concordiam custodirent. Haec Irenaeus, agens nominis sui opus, pacem videlicet Dei Ecclesiae concilians, scribit. Et non solum Victori, sed & diuersis Ecclesiarum rectoribus, similiter per epistolas asserit, quod nulla pro hac quaestione in Ecclesijs Dei dissensio debeat oboriri. Apud Palaestinae quoque conuenientes in vnum sacerdotes Dei, Narcissus Hierosolymorum & Theophilus, de quibus iam supra diximus, sed & cum ipsis Cassius, Tyrus, & Clarus de Ptolemaide, & caeteri permulti pariter congregati, quum de hac quaestione ageretur, quid etiam apud ipsos Apostolica traditio contineret, circa finem decreti, quod in Concilio eorum statutum est, hoc modo indicant: Epistolae (aiunt) nostrae exemplaria per omnes Ecclesias transmittantur, uti ne rei efficiamur animarum, quae diuersis erroribus immerguntur. Designamus igitur vobis, quia & apud Alexandriam eadem, qua apud nos, die Paschae solennitas geritur: quare & ipsorum nobis literae deferuntur, & ipsi nostra scripta suscipiunt, ut pariter & consonanter diem festum celebremus. Haec tenens de supra dicta quaestione, ex his quae in veterum scriptis haberi reperimus. Et post haec adhuc de Victore Papa addit: Haec haeresis purum hominem, id est, absque Deo fuisse saluatorem confirmat, idque antiquitus ab ipsis etiam Apostolis traditum esse mentitur: (loquitur de quodam haeretico) aduersum quos vnus ex his, quos supra memorauimus, ecclesiasticus scriptor ita respondit: Aiunt (inquit) etiam ipsos Apostolos ita vel suscepisse, vel caeteris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, & hac ver-

Esai. 24. a

legem,

Matth. 6. b

Matth. 5. e

Idem ca. 23.

Act. 3. f

*hortabatur

Idem cap. 28.

ritatem prædicationis esse seruatum, vsq; ad Victoris tempora. Et quomodo successores eorum, scribentes aduersum gentiles vel aduersum hæreticos, id est, Iustinus & Miltiades, & Tatianus, & Clemens, & alij quâ plurimi, de Deitate Christi apertissimè disserunt? Irenæi verò & Melitonis, cæterorumq; qui per idem tempus fuerunt, volumina quis ignorat, quibus Deum & hominem simul prædicant Christum? Sed & psalmi vel cantica, quæ à fidelibus ab initio scripta sunt, verbum Dei esse Christum & Deum, tota hymnorum suorum laude concelebrant. Quomodo ergo tot seculis fidem prædicatam, isti asserunt quod à Victoris temporibus exordium sumpserit? Quomodo autem Victori de hoc calumniam faciunt, qui sciant Victorem Theodotum Coriariu, qui princeps & pater extiterat impietatis ipsorum, & communionem Ecclesiæ repulisse, qui primus Romæ ausus est dicere, purum hominem fuisse Christum? Si enim Victor (vt dicunt) ita credebat, quomodo eij ciebat de Ecclesia Theodotus, blasphemiz istius inuentorem? Sed de Victore hæc commemorasse sufficiat, cui decem annis Episcopatu functo, Zephyrinus sacerdotij successor extitit, nono principatus Seueri anno.

DECRETA ZEPHYRINI PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papæ.

Anno Domini 208,

Zephyrinus natione Romanus, ex patre * Habundio, sedit annis 8, menses septem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Seueri, à consulatu Saturnini & Gallicani, vsque ad Præsentem & Strigatum consules. Hic constituit, vt præsentibus clericis & laicis fidelibus, siue clericis, siue Leuita, siue sacerdos ordinetur. Et fecit constitutum de Ecclesia, vt patenas vitreas ministris ante sacerdotes portarent, dum Episcopus Missam celebraret, & vt sacerdotes omnes adstarent, dum sic Missæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros xiiij, diacones viij, Episcopos per loca xiiij. Qui sepultus est in cœmeterio suo, non longè à cœmeterio Calixti via Appia, septimo Kalèd. Septembris. Et cessauit Episcopatus dies sex.

EPISTOLA ZEPHYRINI PAPAE PRIMA, AD Episcopos omnes Siciliae.

De iudicijs Episcoporum, & maioribus Ecclesie causis, in sede Apostolica terminandis.

Romanæ vrbs Archiepiscopus Zephyrinus, omnibus per Siciliam constitutis Episcopis, in Domino salutem.

Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, quæ nos per dignationis suæ miser-

cordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale, puenit, vt mādatis ipsius inherētes, & in quadam sacerdotum eius speculatione constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Sicut stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium, firmamento inherentes sanctæ scripturæ, non obscurat mūdāna iniquitas. Idcirco meditari vos oportet, & scripturas & præcepta diuina, quæ in scripturis continentur, diligenter attendere, nè transgressores legis Dei, sed impletores appareatis. Patriarchæ verò vel primates, accusatum discutientes Episcopum, non antè sententiā proferant finitiuam, quàm Apostolica aucthoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per innocētes & regulariter examinatos, conuincatur testes: Qui minori non sint numero, quàm illi discipuli fuerunt, quos Dominus ad adiumentum Apostolorum eligi præcepit, id est, septuaginta duo. Detractores quoque, qui diuina aucthoritate eradicandi sunt, & auctores inimicorum, ab Episcopali submouemus accusatione vel testimonio: nec summorum quispiam, minorum accusationibus impetatur aut dispereat. Neq; in re dubia, certa iudicetur sententia: nec vllum iudicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. Absens verò nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum, omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nõ à quibuslibet agitari. Nullum nanque eorum sententia, à non suo iudice dicta, constringat, quia & leges seculi idipsum fieri præcipiunt. Duodecim em iudices, quilibet Episcopus accusat, si necesse fuerit, eligat, à quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quàm ipsi per se eligantur, & regulariter vocato ad suorum primò conuentum episcoporum, per eos eius causa iuste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis verò eius causæ ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec antè finiatur, sicut ab Apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quàm eius aucthoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus, maximè tamē ab oppressis, appellandū est, & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, aucthoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuetur, quia nõ potest nec debet mater obliuisci filium suum. Iudicia em Episcoporum, maioresq; Ecclesiæ causæ, à sede Apostolica, & nõ ab alia, sicut Apostoli & sancti successores eorum statuerunt, cum alijs Episcopis sunt terminandæ: quia licet in alios transferantur Episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est: Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælis. & reliqua priuilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, & in constitutis Apostolorum, eorumque successorum,

2. q. 1. Primates accusati. Et in dec. Felicitatis 1. Et in dec. Iuon. lib. 4.

2. q. 1. Primates accusati. Et in dec. Felicitatis 1. Et in dec. Iuon. lib. 4.

3. q. 4. Detractores quocunq;

3. q. 9. Absens verò.

5. q. 4. Duodecim iudices.

2. q. 6. Ad Romanam Ecclesiam.

Matth. 16.

alijque

*Sexaginta

Dis. 16. Sexaginta apostoli.

Psal. 43.

Iob 29. c

*Gallo

alijque quàm plurimis cum eis concinentibus, habentur inserta. * Septuaginta enim Apostoli sententias præfixerunt, cum alijs quàm plurimis episcopis, & seruandas censuerunt. De occultis enim alieni cordis temerè iudicare, peccatum est: & eum, cuius non videntur opera nisi bona, iniquum esse suspicione reprehendere, quum eorum, quæ hominibus sunt incognita, solus Deus iudex sit. Ipse verò nouit abscondita cordis, & non alius. Iniusta em iudicia ab omnibus cauenda sunt, maximè tamen à seruis Dei. Seruum autè Dei non oportet litigare, nec quenquā damnare. Episcopi nanque à plebibus & deo, & domini à seruis ferendi sunt, vt sub exercitatione tolerantia, sustineantur temporalia, sperent æterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, nè aliquis fratrum vestrorum grauiter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu persecutium, vt cum beato Iob dicatis: Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me vestimento & diademate iudicio meo. Oculis fui cæcus, & pes claudus. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædā: & rel. Vos ergo, qui in specula à Domino estis positi, cõprimere & repellere eos summopere debetis, qui fratribus in fidijs præparat, aut in eos seditiones & scandala excitat. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen Deum. Ideò hos repellere, & ab his vos cauere oportet, quatenus extincta funditur huiusmodi caligine, lucifer eis resplendeat, & lætitia oriatur, sanctissimi fratres. Data duodecimo Kalend. Octobris, Saturnino & Gallicano viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA EIVSDEM ZEPHYRINI PAPAE SECUNDA, AD Aegypti prouinciæ Episcopos.

- 1 De Episcopis rebus spoliatis, vel à sede pulsatis.
- 2 De ordinatione presbyterorum atq; diaconorum.

Charissimis fratribus per Aegyptum Domino militatibus, Zephyrinus Romanæ vrbs Archiepiscopus: Tantam à domino, huius sanctæ sedis & Apostolicæ Ecclesiæ fundatore, & beato Petro principe Apostolorum, accepimus fidutiam, vt pro vniuersali, Christi sanguine redempta, Ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis piè viuētibus Apostolica aucthoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt piè viuere, necesse est, vt ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquàm stulti & infani, vt meliores & purgati-

2. Tim. 3. c

ores efficiantur qui bona tēporalia perdūt, vt percipiant æterna. Eorum verò despectio & irrisio in ipsos retorquetur, qui eos affligunt & contumelijs afficiunt, quum & abundantia eorū in egestatē, & superbia transierit in confusionem. Nunciatū est enim Sedi Apostolicæ per Apocrifarios vestros, quosdam fratrum nostrorum, Episcoporum videntur licet, ab Ecclesijs & sedibus proprijs pelli, suaq; eis auferri suppellectilia, & sic nudos & expoliatos, ad iudicia vocari: quod omni ratione caret, quum constituta Apostolorum, eorumq; successorū, & præcepta Imperatorum ac constitutiones legū, idipsum prohibeant, & Apostolicæ sedis aucthoritas idipsum statuta, Episcopos eictos, atque suis rebus expoliatos, Ecclesias proprias recipere, & primò sua omnia eis reddi: & tum demū, si quis eos iuste accusare voluerit, æquo periculo facere, iudices esse decernentes, Episcopos recta sapientes, & in Ecclesia conuenientes, vbi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur: Nec prius eos respondere debere, quàm omnia sua eis & Ecclesijs eorū, legibus integerrimè restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, quum caput vestrum Christum Dominum nostrum vsque ad mortem sint persequuti. Ipse tamen persecutiones patienter portandę sunt, vt eius discipuli esse cognoscimini, pro quo & patimini. Vndè & ipse ait: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. His stulti suffragijs, non multum debemus timere opprobrium hominum, neque eorū exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus iubet per Esaiam prophetam, dicens: Audite me qui scitis iudiciū, populus meus in quorū cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum nè timeatis, considerantes quod in psalmo scriptum est: Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt. Vana autē loquuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt mala. Sed disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra à nobis sunt: quis noster dominus est? Nam si hæc in memoria retinerent, minimè ad tantam proflirent iniquitatem. Non enim probabili & paterna doctrina hoc faciunt, sed vt suam exercēant in seruos Dei vindictam. Scriptū nanq; est: Via stulti recta in oculis eius. Et sunt viæ, quæ videntur homini iustæ, nouissima autem earum deducunt ad mortem. Nos enim qui hæc patimur, iudicio Dei hæc referuare debemus, qui reddet vniciquē secundum opera eius. Qui etiā per ministros suos intonuit, dicens: Mihi vindictam, ego retribuam. Vos enim in recta fide & opere, ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis à

In dec. Iuonis lib. 4.

2. q. 2. Preceptum est.

Ioan. 15. c

Matth. 5. a

Esa. 51. c

Psal. 43.

Psal. 93.

Psal. 11.

Prou. 11. c & 14. b

Matth. 16. d Roman. 2. a

Rom. 12. d Deut. 32. c

Ioan. 13. d

Psal. 132.

*sacerdotalem

Psal. 38.

11. Dist. 83. Ordinationes presbyterorum. *constituitur Psal. 47.

*Gallico

*Καλλιόστ optimum.

supplemento fratris subtrahat manum, quoniam in hoc (ait Dominus) cognoscent oēs, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Vnde & ipse per Prophetā loquitur, dicens: Ecce quā bonū & quā iucundum, habitare fratres in vnū. Spirituali dico habitaculo & concordia, quā in Deo est, & vnitate fidei, huius delectabilis secundū veritatem habitaculi, quā videlicet in Aaron magis decorabatur, atque * sacerdotibus induētibus dignitatem, sicut vnguentum super caput, principalem intellectum irrigans, & vsque ad ipsam extremam scientiā deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & aeternam vitam promisit Dominus. Huius igitur prophetica vaticinationis meritum amplectentes, praesentem fraternā syllabam exposuimus, nostra propter charitatem minimē quaerentes, aut quaesituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo (secundū vulgarem fabulam) excutere palum. Absit. Non sunt ista nostra. Hæc enim auertat diuinitas. Iusto iudicio DEI datur plerunquē peccatoribus poestas, qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu DEI iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariōres. Ipsi tamen, qui eos persequuntur, & exprobrant, atque detrahunt, erit proculdubio vā. Vā vā illis, qui detrahunt seruis Dei: quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius ministeriū agūt, & vice funguntur. Oramus autem, ostium circumstantiæ, qui neminem perire aut labijs suis pollui volumus, eorum oribus imponi, & verbum minimē nociuum concipere, aut ore proferre. Vnde & Dominus per prophetam loquitur, dicens: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Dominus omnipotens, & eius vnigenitus filius, & Saluator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus, quibuscunq; tribulationum molestijs laborantibus, viribus quibus potestis succurratis, & eorum (vt dignum est) iniurias vestras aestimetis: maximum adminiculum eis verbis & factis prebeatis, vt eī discipuli inueniamini veri, qui fratres vt se, omnibus diligere precepit. Ordinationes verō presbyterorum & Leuitarum, tempore congruo & multis coram adstantibus, solenniter agite, & probabiles & doctos viros ad hoc opus * prouehite, vt de eorum societate & adiumento plurimum gaudeatis. Ponite indefinenter corda vestra in virtute DEI, & enarrate hæc & cætera diuina verba in progenies alteras, quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, & ipse reget nos in secula. Data vij. Idus Nouembris, Saturnino & Gallicano viris clarissimis consulibus,

DECRETA *CALIXTI PAPAE PRIMI.



Alixtus natiōe Romanus, Anno Domini 217. ex patre Domitio, de regione vrbis Rauennatum, sedit annos v, menses duos, dies x. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, à cōsularu Antonini & Alexandri. Hic martyrio coronatur. Hic constituit ieiunium quater in anno, fieri frumēti, vini & olei gratia, secundū prophetiam. Qui sepultus est cœmeterio Calepodij, via Aurelia, milliario tertio, pridē Idus mensis Octob. Hic fecit Ecclesiā sanctæ Mariæ trās Tiberim. Et fecit aliud cœmeterium via Appia, vbi multi sacerdotes & Martyres requiescunt, quod appellatur vsque in hodiernū diem Cœmeterium Calixti. Hic fecit ordinationes quinq; per mensem Decembrem, presbyteros xvj, diacones iij, episcopos per loca viij. Quieuit Episcopatus dies sex.

CALIXTI PAPAE PRIMI DECRETALIS EPISTOLA ad Benedictum Episcopum.

- 1 De temporibus ieiuniorum.
- 2 De criminationibus doctorum.

Calixtus archiepiscopus Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romę, Benedicto fratri & cōepiscopo salutem in Domino: Fraternitatis amore constringimur, & apostolico moderamine cōuenimur, vt consulti fratrum (prout Dominus dederit) respondeamus, eosque apostolicæ sedis auctoritate instruamus. Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientiū nunc per quatuor tēpora fieri decernimus, vt futuristicius per quatuor voluit tempora, sic & nos quaternum solēne agamus ieiunium, per anni quatuor tempora. Et sicut replemur frumēto, vino & oleo ad alenda corpora, sic repleamur ieiunio ad alenda animas, iuxta prophetæ Zachariæ vocē, qui ait: Factum est verbum Domini ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitavi, vt affligerem vos, quum ad iracundiam prouocasset me patres vestri, & nō sum miseratus: sic conuersus cogitavi in diebus istis, vt beneficiam Hierusalem & domui Iuda. Nolite timere. Hæc sunt verba quæ facietis: Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisq; malum contra amicum suum nē cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax nē diligatis. Omnia enim hæc sunt, quæ odiui, dicit Dominus exercituum. Et factum est verbū Domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, &

Dist. 76. Ieiunium quod

Zach. 8. c

1. Cor. 1. b

Dist. 12. Nō decet à cap.

1. Cor. 12. d

Idē habetur infra in dec. 2. Steph. 1. & Sixti p. 3.

Prou. 26. a

Ecc. 18. d

Ecc. 10. b

& in lætitiā & in solennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite, dicit Dominus exercituum. In hoc ergo omnes nos vnanimis oportet esse, vt secundū Apostolicam doctrinam, id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse confortem. Non decet enim à capite membra dissidere, sed, iuxta factæ scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli verò dubiū est, quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum, à cuius vobis regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut dei filius venit facere voluntatem patris, sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est Ecclesia, cuius caput (vt prædictum est) Romana existit Ecclesia. Quicquid ergo sine discretionē iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratū haberi ratio nulla permittit. Criminationes verò contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec seruos dominos lacerare. Filij ergo sunt doctorum, omnes quos instruunt. Et sicut filij patres carnales, sic & hi patres debent diligere spirituales. Non enim benè viuunt, qui non rectè credit, aut patres reprehēdit, vel detrahit suos. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi quàm reprehendendi sunt, nisi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fideli & legitimo, qui etiā irreprehensibilem vitam ac conuersationem ducat, accusatori respondeat: quia indignum est, vt doctores stulto & indocto, atq; irreprehensibiliter viuenti, respondeat iuxta stultitiam suam, dicente scriptura: Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Non benè viuunt, qui non rectè credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat nē falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, & infidelis callidè insidiatur, atque fideles & piè ac iuste viuentes perdere nititur, quia similis similem sibi querit. Infidelis homo mortuus est in corpore viuente. Et contrā, sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum. Doctorem enim catholicum, & præcipuè Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta, Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere: multis huius mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est, vt veræ continentia obtineatur integritas. Cuius prima est labes superbia, initium transgressionis & origo peccati: quoniam mens spontè auida, nec abstinere nouit, nec pietati adhibere cōsensum. Nullus bonorum inimicum habet, nisi malum: qui idē esse permittitur, vt aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quicquid ergo irreprehensibile est, catholica

defendit Ecclesia. Nulli Imperatori vel cuiquam pietatem custodiendi, licet aliquid contra mandata diuina præsumere. Iniustum ergo iudicium & diffinitio iniusta, regio metu aut iussu, aut cuiuscunq; Episcopi aut potētis, à iudicibus ordinata vel acta, non valeat. Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquēdo, nisi etiā eas extinguere benè loquēdo studuerit. Melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio. Omnes verò qui amant vitam beatam, malunt eam tranquillitatis suæ & iustitiæ statu currere, quàm nostrorū peccatorum poenis vtricibus interpolari. Memor enim sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes semper destruit errores. Et intelligo, aliter mihi nō licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Spero autē affuturam misericordiam DEI, quod cooperante eius clementia, omnis pestifer morbus, ipso pelente, auferatur: & quicquid ipso inspirante atque auxiliante, poterit salubriter fieri, cum tuæ fidei & deuotionis laude peragatur. Quoniam res omnes aliter tutæ esse nō possunt, nisi, quæ ad diuini muneris famulatum pertinent, sacerdotalis defendat auctoritas. Data vndecimo Kalendas Decembris, Antonino & Alexandro viris clarissimis consulibus.

11. q. 3. Iniustum iudicium &

Matth. 16.

EPISTOLA PAPAE CALIXTI SECUNDA, AD omnes Galliarum Episcopos.

- 1 De ijs, qui conspiciunt aduersus Episcopos, vel qui eis consentiunt.
- 2 De ijs, qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.
- 3 Vt nullus Episcopus de alterius parochia aliquid præsumat, & de mutatiōibus Episcoporum.
- 4 De cōiunctionibus consanguineorum, & de ijs, quæ ex eis nascuntur, & de accusationibus, quas leges reijciunt.
- 5 Qui non debeant admitti ad accusationem, vel ad testimonium. Nec nisi de ijs quæ in presentia acta sunt, testimonium dandum, & si possit sacerdos post lapsum ministrare.

Dilectissimis Fratribus, per Gallias constitutis, vniuersis Episcopis Calixtus: Plurimorum relatu comperimus, dilectionem vestram, seruo ore Spiritus sancti, ita Ecclesiæ gubernacula firmiter contra impetus tenere & regere, vt naufragia aut naufragiorum detrimenta, Deo authore, non sentiat. Talibus igitur gloriates indicijs, rogamus, nē in illis partibus contra statuta apostolica quæquam fieri finatis, sed nostra sulti auctoritate, noxia cōpescite, illicita prohibete. Cōspirationū verò crimina vestris in partibus vigere

ex hac clausu
la claret, cōci
lium aliquod
aut synodum
fecisse hūc
pōtēstē, quīs
non extet.
*carere

23. q. 3. Iustū
est, vt qui,

3. q. 4. Cōspi
ratores in
nūl.
11. q. 3. excō
municatos
quoquē a
II.

2. Cor. 6. c

III.
9. q. 2. Nullū
alterius ter
minos.

Prou. 22. d
Prou. 19. d
9. q. 3. Nullū
primās, nul.

audiuimus, & plebes contra Episcopos suos conspirare, nobis manifestatum est. Cuius criminis astutia nō solum inter Christianos abominabilis est, sed etiā inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huius criminis reos nō solum Ecclesiasticā, sed etiā seculi damnant leges: & nō solum cōspirantes, sed etiā consentientes eis. Antecessores verō nostri cum plurima turba Episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore, quo vtuntur, & cadere præceperunt: ceteros verō communionē priuari, & ab ecclesia extorres fieri iusserunt: omnesque simul vtriusque ordinis viros, infames esse censuerunt: & nō solum facientes, sed & eis consentientes. Iustum est enim, vt qui diuina cōtemnunt mandata, & inobedientes patrum existunt iussionibus, seuerioribus corrigantur vindictis, quatenus ceteri talia committere timeant, & omnes gaudeat fraterna cōcordia, & cuncti sumant seueritatis atq; bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) ecclesiasticam sollicitudinem, vigoremq; negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profectō nocetur. Hi verō in nullo accusacionem sunt recipiēdi, nec eorum vel anathematizatorum vox, vllum nocere vel accusare potest. excommunicatos quoq; à sacerdotibus, nullus recipiat ante vtriusq; partis iustam examinacionem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo cōmunicet, nec Aue eis dicat: quia quicumq; in his vel alijs prohibitis, scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excōmunicacioni subiacebit. Ab his ergō clerici & laici se abstineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoquē nolite coniungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia verō agentes, non fideles, sed infideles iudicatur. Vnde ait Apostolus: Quæ pars fidei cum infidelis? aut quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Nemo quoq; alterius terminos vsurpet, nec alterius parochianum iudicare aut excommunicare præsumat: quia talis iudicatio vel ordinatio, aut excommunicatio vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur, dicens: Nē transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Nullus autem Primās vel Metropolitanus, diocessani Ecclesiam vel parochiam, aut aliquem de eius parochia præsumat excommunicare vel iudicare, vel aliquid agere, absque eius consilio vel iudicio: sed hoc obseruet, quod ab Apostolis ac patribus & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum, id est, si quis Metropolitanus episcopus, nisi quod ad suā solummodō propriam pertinet parochiam, sine consilio ac voluntate omnium comprouincialium

episcoporum, extrā aliquid agere tēauerit, gradus sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritū habeatur & vacuum. Sed quicquid deprouincialium cōepiscoporum causis, eorumq; Ecclesiarum, & clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur pontificum: nec aliquo dominationis fastu, sed humilima & concordī administratiōe, sicut dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester. & reliq;. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi cuncta cum eius consilio, nisi quatenus ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta sanctorum constituta Patrum, qui quauis aliquo temporum interuallo nos antecesserint, ab vno tamen eodemq; puritatis fonte, veritatis & fidei lumen hauserunt, & eodem illustratore & direttore spiritu, Ecclesie Dei stabilitementum, & omnium Christianorum communem quæsiuerunt vtilitatem, vt vno animo, vno ore cōcorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Nullus Primās, nullus Metropolitanus, nullusq; reliquorum Episcoporum, alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi est parochia) super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dinoscitur: aut quicumque ibi disponat, vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur: & nō solum ille, sed cooperatores, eiq; consentientes: quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare nō poterit, qualiter iudicabit? Nullatenus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit: quoniam sicut alterius vxor, nec adulterari ab aliquo, vel iudicari aut disponi, nisi à proprio viro, eo viuente, permittitur: sic nec vxor episcopi, (quæ eius Ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur) eo viuente, absque eius iudicio & voluntate, alteri iudicari vel disponi, aut eius concubitu frui, id est, ordinatione, vllatenus conceditur. Vnde ait Apostolus: Alligata est vxor legi, quādiū vir eius viuuit: eo verō defuncto, soluta est à lege viri. Similiter & sponsa Episcopi (quia sponsa vxorq; eius dicitur Ecclesia) illo viuente, ei est alligata: eo verō defuncto, soluta est, & cui voluerit, nubat, tātūm in domino, id est, regulariter. Si enim eo viuente alteri nupsierit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si alteram spontē duxerit, adulter estimabitur, & communionē priuabitur. Si autem peractus fuerit in sua Ecclesia, fugiendum illi est ad alteram, eiq; est associandus, dicente Dño: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis.

Matt. 20. d
Marc. 10. g

In de. Iuo.
lib. 4.

7. q. 1. Sicut
alterius vxor.

Rom. 7. a

Math. 10. c
In dec. Iuo.
nis lib. 3.

III.
35. q. 2. 3. Cō
iunctioes cō
sanguineo.

3. q. 4. Con
sanguineo
rum coniu
ctiones.

V.

In dec. Iuo.
nis lib. 4.

2. q. 7. Quæ
rendū est in
Et in Car
thagi. cōci
lio 4. ca. 96.

2. q. 8. Accu
satorum.

tatis. Coniunctiones autem consanguineorum fieri prohibetur, quando has & diuinæ & seculi prohibet leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum eijciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi, infames tales vocant, & ab hereditate repellunt. Nos verō sequentes patres nostros, & eorum vestigijs inhaerentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamie maculis sunt adpersi. Nec eos viros, nec accusaciones eorum, quos leges seculi reijciunt, suscipere debemus. Quis enim dubitat, leges humanas, rationi & honestati non repugnantes, esse amplectendas, præsertim vbi vel publicæ consulunt vtilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur? Eos autem consanguineos dicimus, quos diuinæ & Imperatorum, ac Romanorum atq; Grecorum leges consanguineos appellant, & in hereditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Taliū enim coniunctiones, nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ: & si quæ ausu temerario tentatae sint, auctoritate Apostolica rescindende veniūt. Quisquis ergo nō est legitimè cōiunctus, vel absq; dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdos vel legitimè coniunctos criminari, vel in eos testificari minime potest: quoniam omnis, incesti macula pollutus, infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hi, reijciedi sunt & infames efficiuntur, sed etiā oēs eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergo seculi leges interficiunt, sed nos misericordia præeunte, sub infamie nota ad penitentiam recipim. Ipsam quoquē infamiam, qua sunt adpersi, delere nō possumus, sed animas eorum per penitentiam publicam, & ecclesiæ satisfacionem sanare cupimus, quia manifesta peccata sunt occulta correctione purganda. Omnes ergo, qui in recta fide suspecti sunt, in accusacione sacerdotū, & eorum super quorum fide non hesitatur, minime recipiantur, & in testimonio humano dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur: nec eis omnino esse credendum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum est ergo in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei, is qui accusat, & is qui accusatur: quoniam hi qui non sunt rectæ conuersationis ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur maiores natū accusare, nec quorum fides, vita & libertas nescitur. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusacionem. Rimandæ verō sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare vel accusari potest, sed propria voce, & præfente eo quæ accusare voluerit, suam quisque agat accusa-

tionem. Nec absente eo, quem accusare voluerit, cuiusque accusatori credatur. Similiter Testes per quamcunque scripturam testimonium non proferant, sed præfentes de his quæ viderunt & nouerunt, veraciter testimonium dicant. Nec de alijs causis vel negocijs dicant testimonium, nisi de his quæ sub præfentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores verō consanguinei, aduersus extraneos testimonium nō dicant, nec familiares, vel de domo prodeutes: sed si voluerint, & inuicem consenserint inter se, pariter tantummodò testificentur, & non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur: quia propinquitatis & familiaritatis ac dominationis affectio, veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor, atque auaritia, plerunquē sensus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Nemo enim in dolo loquitur ad proximum suum. Fouea alta est os maleuoli. Immo cēs, dum credit facile, cito labitur. Sed iste lapsus, surgit: & tergiuersator suis artibus præcipitatur, vnde nūquam exiliat atque euadat. Ponderet ergo vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait Scriptura: Quod tibi non vis fieri, alteri nē facias. Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcitemus consilia & opera nostra, neque ordinē corumpamus. Sed si aliquis lapsus quocunque modo fuerit, non perdamus eum, sed fraterno corripiam affectu, sicut ait beatus Apostolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, consideras te ipsum, nē & tu tēteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Porro sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit penitentiam, & tamen in honore permanit. Beatus quoquē Petrus amarissimas lachrymas fudit, quando Dominum negasse penituit, sed tamen apostolus permanit. Et Dominus per prophetam peccantibus pollicetur, dicens: Peccator in quacunque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Errant enim, qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint penitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condignè custodiērint. Et ipsi qui hoc putant, nō solum errant, sed etiā contra traditas Ecclesiæ clauas, disputare & agere videntur, de quibus dictum est: Quæcunque solueritis in terra, erant soluta & in cælo. Alioquin hæc sententia, aut Domini non est, aut vera est. Nos verō indubitanter, tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles, post dignam satisfacionem posse redire ad honores credimus, testantur

3. q. 9. Ab
sente eo
quem.
3. q. 9. testes
per quas.

3. q. 5. cōsan
guinei accu
satores.

Pfal. 4.

Prou. 22. c
iuxta LXX.

Tob. 4. c

Galat. 6. a

Ezech. 18. c

In dec. Iuo.
nis lib. 4.

Matth. 18. c

Hiere. 8. b. **refante Domino per Prophetam: Nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat? & qui aduersus est, non reuertetur? Et alibi: Nolo, inquit Dominus, mortē peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et Propheta Dauid penitentiam agens, dixit: Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Ipse nanque post penitentiam & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctę ecclesię, si lapsi fuerint, & condignam penitentiam Deo gesserint, utrunq; facere posse. Docuit em̄ quando dicit: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Et sacrificium Deo profert obtulit, dum dicebat: Sacrificiū Deo spiritui contribulatus. Videns enim Propheta, scelera sua mundata per penitentiam, non dubitauit, predicando & Domino libando, curare aliena. Lachrymarū ergo effusio mouet animi passionem. Satisfactione autē impleta, auertitur animus ab ira. Qui enim non ignoscit alteri, quomodo sibi putat subueniri? Superabundant ergo peccata, superabundet & misericordia. Quonia apud Dominū misericordia, & copiosa apud eum redēptio. Penēs Dominum omnium abundantia est, quia Dominus virtutū ipse est & rex glorię. Ait enim Apostolus: Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem quę est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionē iustitię suę, propter remissionem precedentium delictorū, in sustentatione nōi, ad ostensionē iustitię eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Dauid enim dicit: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Mundatur ergo homo à peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio, iuxta predictas auctoritates. Videat, nē amplius peccet, ut sentētia euangelij maneat in eo: Vade, & amplius noli peccare. Vnde ait Apostolus: non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo, tanquā ex mortuis uiuentes, & membra vestra arma iustitię Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. nō em̄ sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortē, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formā doctrinę, in qua traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitię. humanū dico. Maius enim peccatum est iudicantis, quā eius qui iudicatur. Existimas (inquit Apostolus) o homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agūt, & facis**

ea, quia tu effugis iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & paciētīę & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundū duritiam autē tuam & impenitentiam cor, thesaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundū opera eius: his quidem, qui secundū patientiam boni operis, gloriam & honorē & incorruptionem, querētibus vitam æternam: his autē, qui ex contentione, & qui nō acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudęi primū & Gręci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum. Sententiam, fratres, quę misericordiam vetat, nō solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustibus & sacrificijs. Consultis vestris breuiter respondimus, quia oppressos nimis & preoccupatos alijs iudicij, literę nos inuenere vestra. Data VIII. Idus Octobris, Antonino & Alexandro viris clarissimis cōsulis.

DECRETA VRBANI PAPAE I.

Ex libro Pontificali Damasi papa.

VRbanus natione Roman⁹ ex parte Pontiano, fedit annos quatuor, mēses 10, dies 12. Hic fecit ministeria sacra omnia argentea, et patenas argēteas 25. apposuit. Hic sua traditione multos conuertit ad baptismum et credulitatem. Tiburtium etiā et Valerianum nobilissimum virum, sponsum sanctę Cęcilie, quos etiā vsque ad martyrij palmā perduxit. Et per eius monita et doctrinam, multi martyrio coronati sunt. Hic fecit ordinationes quinque per mēsem Decembrē, presbyteros nouem, diaconos quinque, episcopos per diuersa loca octo. Qui & sepultus est in cōmeterio Pretextati via Appia, VIII. Kalend. Iunias. et cessauit Episcopatus dies triginta.

VRBANI PAPAE I. EPISTOLA DECRETALIS.

1. De vita communi, & quam ob causam Ecclesia possessiones habere ceperit.
2. A quibus vel in quos usus res Ecclesiastica dispensentur, & de inuasoribus earum.
3. Si quis ab Ecclesia ius possidendi auellere tentauerit.
4. De cathedris Episcopalis.
5. Ut nullus communicet hys, quibus Episcopus non comunicat, vel recipiat, quos ille abiecerit.
6. De sponsione in baptismo facta, & de hys qui communem vitam susceperunt.
7. De impositione manū Episcopalis.

VRbanus Episcopus omnibus Christianis, in sanctificationē spiritūs, in obe-

dientiam & ad dispersionē sanguinis Domini nostri Iesu Christi, salutē: Decet oēs Christianos, charissimi, ut eum imitentur, cuius nomē fortiti sunt. Quid prodest, fratres mei, (Iacobus Apostolus ait) si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Qui sapiens & disciplinatus est inter vos, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapiētīę. Scimus vos non ignorare, quia hactenū vita communis inter bonos Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maximē inter eos, qui in sortem Dñi sunt electi, i. clericos, sicut in Actibus legitur Apostolorum: Multitudinis autem credentiū erat cor vnū & anima vna, nec quiscquam eorum quę possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erāt illis omnia communia: Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorū erāt, vendentes, afferebant precia eorum quę vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autē singulis, prout cuique opus erat. Ioseph autē, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, quod est, interpretatum, filius consolationis, Leuites & cypri genere, cum haberet agrum, vendidit illum, & attulit precium ante pedes Apostolorum. Et reliqua. Videntes ergo sacerdotes summi & alij, atque Leuitę & reliq; fideles, plus utilitatis posse afferre, si hereditates & agros quos vendebant, ecclesijs, quibus p̄sidebant Episcopi, traderēt, eō quod ex sumptibus eorū, tam presentibus quā futuris temporibus, plurima & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidē ducentibus, quā ex precio eorum: ceperunt prędia & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere. Ipse verō res in ditione singularum parochiarū, Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt vsq; adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorū, omnibus cōmunem vitā degere volētibus, ministrare cūcta necessaria debēt, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. Ipse em̄ res, fideliū oblationes appellātur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alijs vñibus, quā Ecclesiasticis, & prędictorū Christianorū fratrum vel indigentū conuertit: quia vota sunt fideliū, & precia peccatorū, ac patrimonialia pauperū, atque ad prędictū opus explēdū, Dño traditę. Si quis autē (quod absit) secus egerit, videat nē damnationē Ananię & Saphirę recipiat, & reus sacrilegij efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui precia prędictarū rerū fraudauerunt, de quibus legitur in prędictis

Apostolorum Actibus: Vir autem quidam nomine Ananias, cū Saphira vxore sua, vendidit agrum, & fraudauit de precio agri, cōscia vxore sua: & afferens partē quandam, ad pedes Apostolorū posuit. Dixit autē Petrus Ananię: Cur tentauit satanas cor tuum, mētiri te Spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nonne manens tibi manebat, & vñ dātū erat in tua potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es hominibus mētutus, sed Domino. Audiens autem Ananias hęc verba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus in omnes qui audiērunt. Surgentes autē iuuenes, amouerunt eū: & effrentes, sepeliērunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciēs quod factum fuerat, introiuit. Respondens autem ei Petrus, dixit: Dic mihi, si tanti agrū vendidisti? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid vti quę conuenit vobis tentare spiritū Domini? Ecce pedes eorum, qui sepeliērunt virū tuum, ad ostiū, & effrent te. Confestim cecidit ad pedes eius, & expirauit. Intrantes autē iuuenes, inuenērūt illam mortuam, & extulerunt, & sepeliērunt ad virū suum. Et factus est timor magnus in vniuersam Ecclesiam, & in omnes qui audierant hęc. Hęc fratres, valdē cauenda sunt & timenda: quia res Ecclesię, non quasi propria, sed vt communes, & Domino oblata, cum summo timore non in alios, quā in pręfatos, vsus sunt fideliter dispensandę, nē sacrilegij reatum incurrant, qui eas in dē abstrahunt, vbi traditę sunt, nē pœnam & mortem Ananię & Saphirę incurrant, & (quod peius est) anathema maranatha fiant: & si nō corpore, vt Ananias & Saphira, mortui ceciderint, anima tamen, quę potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium, cadat, & in profundū barathri labatur. Vnde attendēdum est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius vsurpationis contumelia depellenda, nē prędia vñibus & secretorum cęlestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitę vltionis acrimoniam, quę erga sacrilegos iure promenda est, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuę deportationis vratur. Quoniam iuxta Apostolum tradere oportet huiusmodi hominē satanę, vt spiritus saluus sit in die Domini. Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus, intantum Ecclesię, quibus Episcopi pręsident, Domino adminiculatę, creuerunt, & tantis maxima pars earum abundant rebus, vt nullus sit in eis, communem eligens vitam, indigens: sed omnia necessaria ab Episcopo suisque ministris percipit. Ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hęc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriat. Quod autem Sedes in Episcoporum Ecclesijs excelsē constitutę, & pręparatę inueniuntur vt

Iaco. 2. e

Iaco. 3. a

11. q. 1. Scim⁹ vos nō ign. omnes

Act. 4. 5

12. q. 1. Vidētur autē sac.

11.

12. q. 1. Res ecclesię nō quasi.

17. q. 4. Attēdendū est, nē prędia.

*factorum

1. Cor. 5. b 12. q. 1. Vidētur autē sacerdot.

111.

*degens vel gercas

1111.

throg

thronus, speculationē & potestātē iudican-
 di, & soluendi atque ligandi, à Domino sibi
 datam materiam docent. Vndē ipse Salua-
 tor in Euangelio ait: *Quęcunq; ligaueritis*
 super terram, erunt ligata & in cęlo: & quę-
 cunq; solueritis super terram, erunt soluta
 & in cęlo. Et alibi: *Accipite spiritum sanctū:*
Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:
 & quorum retinueritis, retēta sunt. Ideō ista
 prętulimus, charissimi, vt intelligatis pote-
 statem Episcoporum vestrorum, in eisq;ue
 Deum veneremini, & eos vt animas vestras
 diligatis: & quibus illi non cōmunicant, non
 communicetis: & quos eiecerint, nō recipia-
 tis. Valdē enim timenda est sentētia Episco-
 pi, licet iniuste liget aliquē, quod tamē sum-
 moperē pręuidere debet. Vos autem, hortā-
 tes, monemus omnes, qui Christianitatem
 suscepistis, & à Christo vocabulū Christiani
 sumpistis, nē in aliquo Christianitatem ve-
 stram irritam faciatis, sed sponsonem, quā
 Domino in baptismo fecistis, firmiter tenē-
 atis, nē reprobi, sed condigni coram eo in-
 ueniamini. Et quicumque vestrū commu-
 nem vitam susceptam habet, & vouit se nihil
 proprium habere, videat, nē pollicitationem
 suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino
 est pollicitus, fideliter custodiat, nē damna-
 tionem, sed pręmium, sibi acquirat: quoniā
 fatiūs est non vouere, quā vortū, prout me-
 liūs potest, non perficere. Grauius enim pu-
 niuntur, qui votum fecerunt, aut fidem per-
 ceperunt, & votum non perfecerunt, aut in
 malis vitam finiērent, quā illi, qui vitam
 sine voto finiērūt, aut sine fide mortui sunt,
 & bona egerunt opera. Ad hoc enim sensum
 rationabilem, naturā munere, & secūdā na-
 tiuitatis reparationem suscepimus, vt secun-
 dum Apostolum, magis quā sursum sunt, sa-
 piamus, non quā super terram: quia sapien-
 tia huius mundi, stultitia est apud deū. Quid
 aut suadet, charissimi, sapientia huius seculi,
 nisi nocitura quærere, & amare peritura, ne-
 gligere salutaria, pro nihilo reputare perpe-
 tua? Cupiditatem commendat, de qua di-
 citur: Radix omnium malorum est cupiditas:
 Quę in primis hoc malum habet, quod
 dum ingerit transitoria, abscondit æterna.
 Et dum à foris posita conspicit, intra se late-
 tia non introspicit: & dum aliena quęrit, se-
 ctatori suo semetipsum alienum facit. Ecce,
 quid suadet seculi sapientia? Viuere in deli-
 cijs. Vndē dicitur: Vidua quę in delicijs est,
 viuens, mortua est. Suadet ergo mollissimis
 suauitatibus, peccatis, vitijs & flammis nu-
 trire carnem, cibi & vini intemperantia ani-
 mam premere, ac vitā spiritūs intercludere,
 & cōtra se hosti suo de se gladiū ministrare.
 Ecce, quid suadet seculi sapientia? vt qui bo-
 ni sunt, mali esse malint, & per errorem men-
 tis, fieri etiā studeant peccatores, & non co-
 gitēt illam terribilem Dei vocem, cum exu-
 Oēs fideles rentur peccatores sicut cęnum. Omnes em

Matt. 18. c

Ioan. 20. f

v.

11. q. 3. Qui-
bus Episco-
pi nō com.

12.

12. q. 1. Sci-
mus vos nō
ign.

Vorum pau-
pertatis.

Colof. 3. a

1. Tim. 6. b

1. Tim. 5. a

Psal. 51.
de cō. dif. 5.

fideles per manūs impositionem Episcopo-
 rum spiritum sanctum post baptismum acci-
 pere debent, vt plenē Christiani inuenian-
 tur: quia cum spiritu sanctus infunditur, cor
 fidele ad prudentiam & constantiam dilatat.
 De Spiritu sancto accipimus, vt efficiamur
 spirituales: quia animalis homo non perci-
 pit ea quę sunt spiritūs dei. De spiritu sancto
 accipimus, vt sapiamus inter bonū malūq;ue
 discernere, iusta diligere, iniusta respicere, vt
 malitię ac superbię repugnemus, vt luxurię
 ac diuersis illecebris, & fœdis indignisq; cu-
 piditatibus resistamus. De spiritu sancto acci-
 pimus, vt amore vitę & glorię ardore suc-
 censi, erigere à terrenis mentem ad superna
 & diuina valeamus. Data nonis Septembris,
 id est, quinto die eiusdem mensis, Antonino
 & Alexandro viris clarissimis cōsulibus.

DECRETA PONTI-
ANI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papę.

Pontianus natiōe Romanus, ex pa-
 tre Calpurnio, sedit annos 9. men-
 ses 3. dies 2. martyrio coronat. Fu-
 it autem temporibus Alexandri, à
 consulatu Pompeiani & Pelagiani. Eodem
 tēpore Pontianus Episcopus & * Philippus
 presbyter, in exilio ab Alexandro sunt de-
 portati in Sardiniam, in insulam Buccinam,
 Seuero & Quintiano cōsulibus. In eadem
 insula afflictus, defunctus est decimotertio
 Kalendas Decembris. Hic facit ordinatio-
 nes duas per mensem Decembrem, presby-
 teros sex, diaconos quinque, Episcopos per
 diuersa loca 6. Quem B. Fabianus adduxit
 cum clero nauigio, & sepeliuit in cœmeterio
 Calixti via Appia. Et cessauit Episcopatus
 à die depositiōis 11. Kalē. Decēbris, * dies 13.

EPISTOLA PONTI-
ANI PAPAE DECRETALIS

prima, ad Felicem Succribonum.

De honore, quo sacerdotes prosequendi sunt.

Pontianus Episcopus Felici * Succribo-
 ni salutem: Oppidū cor nostrū chari-
 tati vestrę congaudet, quod studium sanctę
 religionis summoperē adimplere studetis, &
 fratres mœretes ac destitutos, in fide & reli-
 gione confortatis. Vndē redemptoris nostri
 misericordiā exoramus, vt sua vobis in omni-
 bus gratia suffragetur, & effectū implere tri-
 buat, quod velle cōcessit. In hoc itaque bo-
 no, tantū commoda retributionis accrescūt,
 quantū & studij laboris augetur. Et quia
 in his omnib; diuinę gratię adiutorio opus
 est, omnipotentis Dei assiduis precibus cle-
 mentiā exoramus, quatenus hęc vobis sem-
 per operanda bona & velle tribuat, & posse
 concedat, atque in ea vos via, cum fructu bo-
 ni operis, quam se pastor pastorū esse testa-
 tus est, dirigat, vt sine quo nihil agi potest,

per

Anno Do-
mini 230.

* Hippolytus

* dies 10.

* Succriboni,
vel Succri-
boni.

per ipsum implere bona, quę cœpistis, vale-
 atis. De sacerdotibus autem Domini, quos
 vos audiimus contra prauorum hominum
 insidias adiuuare, eorum que causas portare,
 scitote vos in eo valdē Deo placere, qui sibi
 eos ad seruiēdum adsciuit, & familiares intā-
 tum sibi esse voluit, vt etiā aliorum hosti-
 as per eos acceptaret, atque eorum peccata
 donaret, sibi que reconciliaret. Ipsi quoque
 proprio ore corpus Domini conficiunt, &
 populis tradunt. De illis enim dictū est: Qui
 vos contristabit, me contristabit: & qui vo-
 bis facit iniuriam, recipiet id quod inique
 gessit. Et alibi: qui vos audit, me audit: & qui
 vos spernit, me spernit: qui autē me spernit,
 spernit eū qui me misit. Hi em nō sunt in se-
 standi, sed honorandi. In eis quoque Domi-
 nus honoratur, cuius legatiōe fungūtur. Hi
 ergo, si forte ceciderint, à fidelibus sunt sub-
 leuādi & portandi. Accusandi autē non sunt
 ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut
 alterius sectę vel religionis hominib;. Si pec-
 cauerint, à reliquis arguantur sacerdotibus:
 sed & à summis pontificibus constringātur,
 & non à secularibus, aut malę vitę homini-
 bus arguantur vel arceantur. Quod ergo de
 fratris vestri transitu vos contristari audiui-
 mus, non modico compulsi sumus mœre.
 Vndē omnipotentem Deum rogamus, vt suę
 vos gratię adspiratiōe cōsoleatur, vos que &
 à malignis spiritibus, & à pueris homini-
 bus, celesti protectione custodiat. Nam & si
 quos post illius obitum tumultus quorun-
 dam aduersantium sustinetis, nolite mirari,
 si vos qui frui bonis in terra vestra, id est, in
 terra viuentium quęritis, mala hominum in
 terra aliena portatis. Peregrinatio quippe
 est vita pręsens: & qui suspirat ad patriam, ei
 tormētum est peregrinationis locus, etiā
 si blandus esse videatur. Vobis autem qui pa-
 triam quęritis, inter suspiria quę habetis, etiā
 gemitus audio humanę oppressiōis exur-
 gere. Quod mira omnipotentis DEI dispo-
 sitione agitur, vt dum veritas per amorē vo-
 cat, mundus pręsens à seipso animum vestrū
 per tribulationes, quas ingerit, reiiciat: tan-
 to que facilius ab amore huius seculi mens
 exeat, quantū & impellitur, dum vocatur.
 Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam
 impendite, in oratione & lachrymis instan-
 tissimē laborate: Eleemosynas, quas semper
 amāstis, iam nunc largiūs atque vberius date
 operā, vt tantū possit crescere vobis in retribu-
 tiōe fructus muneris, quantū hęc excreuerit
 studiū laboris. Pręterea, salutates paterna dul-
 cedine bonitātē vestrā petim; vt in bonis, quę
 cœpistis, nē deficiatis. Neq; vllus vos ab eis
 auertere possit, sed in cunctis affectū vestrę
 charitatis, clerici & serui Dei, ac cūcti Chri-
 stiani, quę in illis partibus cōmorantur, amore
 Christi & S. Petri pleniter inueniant, & fa-
 uoris vestri solatijs, quocunq; modo ne-
 cessē fuerit, potiātur: quatenus vestra cuncti

Zach. 2. c

Luc. 10. c

ope defensi atque adiuti, & nos vobis grati-
 arum possimus existere debitores, & Chri-
 stus Iesus Dominus noster æternam gloriam
 compenset, & B. Apost. Petrus Apostolorū
 princeps, in quorum vos causis impenditis,
 ipius glorię ianuam aperiat. Data decimo
 Kalē. Februarij, Seuero & Quintiano viris
 clarissimis cōsulibus.

EPISTOLA PONTI-
ANI PAPAE SECUNDA, DE

fraterna dilectione & vitandis malis.

Pontianus sanctę & vniuersalis Ecclesię
 Episcopus, omnibus rectē Dominū colen-
 tibus, & diuinum cultum amantibus, sa-
 lutem.

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax ho-
 minibus bonę voluntatis. Hęc verba, charis-
 simi, non hominum sunt, sed angelorum: &
 non humano sensu excogitata, sed ab ange-
 lis in ortu Saluatoris annunciata. quibus in-
 dubitatē ab omnibus intelligi potest, quod
 non malę voluntatis hominibus, sed bonę,
 pax sit à Domino data. Vndē & Dominus p
 Prophetā loquit, dicens: Quam bonus Isra-
 el Deus his qui recto sunt corde. Mei autē pe-
 nē moti sunt pedes, penē effusi sunt gressus
 mei: quia emulor sum cōtra iniquos, pacē im-
 piorum videns. De bonis verō ipsa per se ve-
 ritas ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi
 Deum videbunt. Mundi enim non sunt cor-
 de, qui mala cogitant, aut nociua aduersus
 fratres suos: quia nihil mali vult, qui fidelis
 est. Fidelis ergo homo magis diligit audire
 quę oportet, quā dicere quę non oportet.
 Et si quis fidelis est, videat nē mala loquatur,
 aut cuiquam insidias ponat. In hoc ergo dis-
 cernuntur filij Dei & filij diaboli. Filij nan-
 que Dei semper cogitant & agere conten-
 dunt, quę Dei sunt, & fratres indefinenter
 adiuuant, & nulli nocere volunt. Filij autem
 diaboli econtrā, mala & nociua semper me-
 ditantur, quia opera eorū mala sunt. De qui-
 bus loquitur Dominus per Hieremiā pro-
 phetā, dicens: Loquar iudicia mea cū eis su-
 per omni malitia eorū. Propterea iudicio cō-
 tendā adhuc vobiscū, ait dominus, & cū filijs
 vestris disceptabo. Ecce ego fingo cōtra vos
 malū, & cogito contra vos cogitationē. Hęc,
 fratres, valdē sunt timenda, & ab omnibus
 cauenda: quoniā super quę iudiciū Dei ceci-
 derit, nō exiet impunitus. Et ideō vnusquis-
 que pręuideat, nē hoc machinetur aut agat
 in fratrem, quod ipse pati noluerit. Et nec in
 suspiciōē veniat homo fidelis, vt dicat aut
 faciat ea, quę pati non vult. Vndē suspectos,
 aut inimicos, aut faciliē litigantes, & eos qui
 nō sunt bonę cōuersatiōis, aut quorum vita
 est accusabilis, & quę rectā nō tenēt & docēt fi-
 dē, accusatores esse & testes, & antecessores
 nostri Apostolica repulerūt autoritate, &
 nos submouem; atq; futuris tēporibus ex-
 cludimus, nē libenter labi possint, quos nos
 tenere

Luc. 2. b

Psal. 72. i

Matt. 5. a

Here. 1. c

Here. 2. b

Here. 18. b

3. q. 5. Suspe-
ctos autē ini-
Et 2. q. 7. q.
rendū est. Et
in decr. Iuo.
lib. 4.

Ecc132.a

tenere & saluare debemus: ne (quod absit) praedictum Dei iudicium, non tantum super vtriosq; veniat, sed & nos eorum vitio (quod Deus auerat) pereamus. Scriptum est enim: Rectorem te posuerunt? curam illorum habe, vt lateris propter illos, & ornamentum gratiae accipias coronam, & dignatione consequaris corrogationis. Verbum enim nequa immutat cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix est eorum assidue lingua. Pro talibus praedicti vitandi admodum sunt, & priusquam praedicta enucleatim examinentur opinionones, & ab illis alieni inueniantur, no sunt suscipiendi: quoniam sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate: Beneplacitum est Domino, recedere ab iniquitate: & laudatio, recedere ab iniustitia. Quoniam scriptum est: Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. Quod si denudaueris ab iconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit aurem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris, quonia longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quia vulnerata est anima eius. Vtra eum no poteris colligare, & maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animae infelicis. Annuens oculo, fabricat iniqua, & nemo eum abijcet. In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalu. Multa audiui, & non coequaui ei, & Dns odiet illu. Qui in altum lapidè mittit, super eius caput cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. Qui fodit foueam, incidet in illam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur: & non cognoscat vnde adueniet illi. Illusio & improperiū superbiorum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos, antequam moriantur. Ira & furor, vtraque execrabilia sunt: & vir peccator, contines erit illorum. Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluetur. Homo homini referuat irā, & à Deo querit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimū? Ipse dum caro sit, referuat irā: & propiciationem petit à Deo? Quis orabit pro delictis illius? Memento nouissimum, & desine inimicari: tabitudo enim & mors imminet mandatis. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi, & despice ignoran-

Ecc135.a

Ecc127.c

Ecc128.a

*mandatis eius.

tiā proximi. Abstine te à lite, & minus peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Secundum enim ligna syluae, sic ignis exardescet: & secundum virtutem hominis, iracundia illius erit: & secundum substantiam suā exaltabit iram suā. Certamen festinatū incendet ignem, & lis festinans effundet sanguinem, & lingua * testificās, adducet mortem. Si sufflaueris, quasi ignis ardebit: & si expueris super illā, extinguetur, & vtraque ex ore proficiuntur. Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Ciuitates diuitum * munitas destruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiē, nec * habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorē facit, plaga autem linguae comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quomodo qui interiērūt per linguam suam. Beatus, qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius no transiit, & qui non attraxit iugum eius, & vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreū est: & vinculum illius, vinculum aereum est. Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius infernus, quam illa. Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum, & * in flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt Dominum, incident in illam, & exardescet in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus ledet eos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam: & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum constra, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius: & in tempore vindictę disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis. nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictę. No ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via dñi, & in veritate sensus tui, & scientia: & prosequatur te verbum pacis & iustitię. Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas, & cum sapientia fer responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuū, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati: lingua imprudentis, subuersio ipsius. No appelleris sufurro, & in lingua tua ne capiaris, & confundaris. Sup sur enim

*festinans

*munitas

*habebit amicum, in quo requiescat.

*in

Ecc15.

Ecc1. 6.a

Matt. 25. d

*tertio

Anno Domini 239.
 euerpior
 amor cōtra
 rius seu mu
 tuus.
 euerpior
 obluatio.
 euerpior
 respondeo.

Ioan. 8. f

enim est confusio & poenitētia, & denotatio pessima super bilinguem. Sufurratori autē odium, & inimicitia, & contumelia. Iustificatio pusillum & magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiū enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator, inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animae tuę velut taurus, ne forte elidatur virtus tua super stultitiā, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquareis velut lignū aridum in eremo. Anima enim nequam disperdet, qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in fortem impiorum. Charissimi, oppresses erigere stude, & ne cessē habentes semper adiuuate: quoniam qui fratrem afflictum releuat, apprehensum eripit, moerentem consolatur, ab illo sibi retribuui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Taliter enim bona indefinenter agere stude, vt fructum boni operis & hic consequamini, & in futuro gratia Dei perfruamini, quatenus celestis regni aulam introire postea mereamini. data * 4. Kalend. Maij, Seuero & Quintiano viris clarissimis consulibus.

DECRETA ANTERI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

Anterus natione Græcus, ex patre Romulo, sedit annos 12. mensem vnum, dies 12. martyrio coronatur tēporibus Maximini & Aphricani consulum. Hic gesta Martyrum diligenter à notarijs exquisiuit, & in Ecclesia recodidit. Propter quod à quodam Maximo p̄fecto martyri effectus est. Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrem, & vnū episcopum ordinauit in ciuitate Fundis Campanię. Qui sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, 3. Nonas Ianuarij. Et cessauit. Episcopatus dies 13.

ANTERI PAPAE DECRETALIS
Epistola ad Episcopos prouinciarum Bæticæ & Toletanæ.

De mutatione Episcoporum.

Charissimis fratribus per Bæricam atq; Toletanam prouincias Episcopis constitutis, Anterus Episcopus in Domino salutem: Optarem, fratres charissimi, semper dilectionis & pacis vestrę sinceritatis gaudia audire, ita vt vicissim discurreribus literis, sospitatis indicia iuuarentur, si quietos nos ab incursiōe sua vacare hostis antiquus sineret: qui ab initio mēdax, inimicus veritatis, æmulus hoīs, quē vt deciperet, se antē decipit: pudicitia aduersarius, luxuria magister: crudelitibus pascitur, abstinentia punitur: odit ieiunia, ministris suis p̄dicatibus, dū dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercutus, dicen-

tis: Manducemus & bibamus, crās enim moriemur. O infelix audacia, o desperata mentis astutia. Ipse enim hortatur odia, & fugat concordiam. Et quia facile ad deteriore partem mens humana transducitur, volens magis per spatiosam viā ambulare, quam arctā viā iter cum labore transire. Qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora, & semper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, vt verē discipuli domini esse inueniamini. De mutatione ergo Episcoporum, vnde sanctam sedem Apostolicam cōsulere voluistis, scitote, eam communi vtilitate atq; necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquā aut dominatione. Petrus, sanctus magister noster & princeps Apostolorū, de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadā parua ciuitate, Apostolica auctoritate, mutatus est Alexandriam. Smiliter Felix de ciuitate, qua ordinatus erat electio- ne ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi episcoporum & reliquorum sacerdotum ac populorū cōsilio, translatus est Ephesum. Non enim trāsit de ciuitate ad ciuitatē, qui non suo libitu aut ambitu hoc facit: sed vtilitate quadā aut necessitate aliorum, hortatu & consilio potiorum, transfertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut viā propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci aut populi, no superbe, sed cum humilitate ab alijs trāsllatus & inthronizatus est: quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et Dominus per prophetam loquitur, dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanę sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentē. Nec mutat ciuitatem, qui non sua sponte, sed cōsilio & electione aliorum mutatur. No ergo migrat de ciuitate ad ciuitatē, qui no auaritię causa, nec spontē dimittit suā: sed (vt iam dictum est) aut pulsus à sede sua, aut necessitate coactus, aut electione & exhortatione sacerdotū & populorum, translatus est ad alterā ciuitatem: Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos & reliquos sacerdotes, sic quotiēs vtilitas aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent. Hęc, vt petistis, licet vobis incognita non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorundam, meliora & vtiliora vitentur, & inutiliora sumātur, sicut in sancto legitur Euāgelio: Væ vobis hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cuminū, & reliquistis, quę grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hęc oportuit facerē, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelū aut glutientes. Quod licet, no licet: & quod non licet, licet. Quēadmodum Iannes & Mambres resistērūt veritati,

7. q. 1. Mutationes Episcoporum, Et in decreto suo, lib. 3.

1. Reg. 16. b

Psal. 93.

7. q. 1. Mutationes epōrū

Matt. 23. c

2. Tim. 3. b

Exod. 7.

Matth. 9. d
& 12. a &
Osc. 6. c

7. q. 1. Muta-
tiones epi-
scoporum.

Esa. 28. b

Hier. 6. d

Sap. 1. a

fic & illi, mente reprobi, amantes voluptatē magis quam Deum, quod licet, docent non licere, i. Episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem, prætaxato modo: & quod non licet, docent licere, i. misericordiā non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis qui Episcopum non habent, & sacro Episcopali indigēt ministerio, Episcopum de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui: & Episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus, aliam cathedram dari negāt. Contraducunt etiā sacre scripture, quę testatur, malle Deū misericordiam, quam iudicium. Quę, precor, maior charitas, aut quod efficaciū pietatis patrocinium potest à quoquā alicui impendi, quam si ignoratiā tenebras & imperitiā caliginem ab eo repellat, ac demū veræ fidei doctrinę pabulo, non ad questum, non ad ambitionem, sed ad eruditionē & ædificationem reficiat? Tanquā enim mutilo sit manus, claudō pes, oculus cæco, qui ignorantia tenebris obuoluto, sapientiæ & scientiæ thesaurum referat, & candorē lucis, vias quę Domini benigniter aperit. Vtriusque autem, id est, & famę verbi Dei patietibus, & Episcopis necessitatem, quando in thronizatū propter communem vtilitatem in alijs ciuitatibus, nō modica exhibetur misericordia. Negātes autem hæc, licet speciem habeant pietatis, virtutes tamen eius abnegant. Nam in tali negocio profapiam nō agnosco, si quis tamen sapientium, quos insipientibus tempestatis huius procella alijs sociauit authoribus, facinorum participatione maculatur, splendor sapientis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducē se præbere peccantibus. Alia quoquē est causa vtilitatis & necessitatis, & alia auaritiæ & presumptionis, aut propriæ voluntatis. Auaritię quoquē causa, vel presumptionis, aut propriæ voluntatis, non sunt Episcopi mutandi de ciuitate ad ciuitatem, sed vtilitatis & necessitatis. Quod nemo negat, nisi hi, de quibus dictum est: Errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Nam si enarrando cogere aperire transacta, ostenderem vobis, nullum euenire solatium de comparatione factorum. Cæterum state, charissimi, super vias, adspiciētes & interrogantes de semitis domini antiquis, & videte, quæ est via bona & recta, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Et vt iuxta Sapientię vocē dicamus, diligite iustitiam, qui iudicatis terram: Sentite de Dño in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illū: apparet autem eis, qui fidem habent in illū. Peruersæ enī cogitationes separāt à Deo, probata autē virtus corripit insipientes. Quoniā in maleuolam animā non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enī sanctus disciplinā effugiet fictū, & auferet se à cogitatio-

nibus quę sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enī spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictū à labijs suis: quā renū illius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguę illius auditor. Quā spiritus Dñi repleuit orbē terrarū, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, nō potest latere, nec pteriet illū corripienti iudiciū. In cogitationibus enī impij interrogatio erit. Sermonū autē illius auditio ad dominū veniet, & ad correptionē iniquitātū illius: quoniā auris zeli audit oīa, & tumultus murmuratiōnū non abscondetur. Custodite ergō vos à murmuratiōe, quę nihil prodest. Et à detractiōe parcite linguę, quoniā sermo obscurus in vacuum nō ibit. Os quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitę vestrę, neque acquiratis perditionem in operibus manuū vestrarum: quoniam Deus mortem non fecit, neclætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorū regnum in terra viuentium. Iustitia, perpetua est & immortalis: iniustitia autē, mortis est acquisitiō. Impij autem manibus & verbis accersierunt illā: & estimantes eam amicam, defllexerunt, & sponsones posuerunt ad illam: quoniā morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. Dixerunt enim, apud se cogitantes non rectē: Exiguum est, & cum tēdio, tempus vitę nostrę, & non est refrigerium in fine hominis, & nō est, qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quoniā ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquā non fuerimus. Quoniā fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillę ad commouendū cor nostrum, qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus effundetur tanquā molis aer. Et transibit vita nostra tāquam vestigiū nubis, & sicut nebula dissoluetur, quę fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata. Et nomen nostrū obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriā habebit operum nostrorum. Vmbrę enim transitus est tempus nostrum, & nō est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertetur. Propterea vniciq; præuidendum est, vt summoperē se custodiat, & vtiliter se prouideat, vt cum dies extrema, finisq; vitę aduenerit, nō transeat ad perpetuam mortem, sed vitam æternam. Facta enim subditorum iudicatur à nobis, nostra verò iudicat Deus. Ex merito verò plebis nō nunquam episcopi deprauātur, quatenus procliuus cadant qui sequuntur. Capite languescente, cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresq; bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorū prædiāq; diripiūt. Caueat vnusquisq; nē aut linguā, aut aures habeat pruriētes, nē aut ipse alijs detrahat, aut

Sap. 2. a

*ac flatus

9. q. 3. Facta subditorum

Psal. 49.

xx Hierony-
mo ad nepo-
titanum.

Ad Helio-
dorū prima.
11. q. 3. Absit
vt quicquā.

Deut. 17. c

Psal. 15.

Sap. 12. a

Sap. 15. a

Ephe. 4. f

Ephe. 5. a b c

aut alios audiat detrahentes. Sedens, inquit, aduersus fratrem tuum loquebaris, detrahēdo, & aduersus filium tuū quę ponebas scandalum, &c. Parcāt singuli detractiōi linguę, custodiantq; sermones suos: & sciant, quia cuncta quę de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorū sit, dilectissimi, non solum oculos seruare, sed & linguam. Nec quid in cuiusquā domo agatur, alia domus per vos vnquam nouerit. Habeant omnes simplicitatē columbæ, nē cuiquā machinentur dolos: & serpentis astutiam, nē aliorum supplantentur insidijs. Non est humilitatis meæ, neque mensurę, iudicare de cæteris, & de ministris Ecclesiarū sinistrū quippiam dicere. Absit, vt quicquam sinistrum de his loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiā Christiani sumus, qui clauis regni cælorum habentes, ante iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur, quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruicę subiecta, contemptum expiabat cruore. Nūc verò inobediens spirituali auimaduersione truncatur, & eiecctus ab Ecclesia, rabido dæmonum ore discerpitur. Oportet enim, vt qui Deum hereditate possident, absque vllō impedimento seculi, Deo seruiant, vt dicere possint: Dominus pars hereditatis meę. O quā bonus & suavis est spiritus tuus, Domine, in omnibus. Parcās autem omnibus, quoniā tua sunt Domine qui animas amas. Ideo quę hos, qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris, vt relicta malitia, credant in te, Domine. Tu autem Deus noster, suavis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Spiritus timentium Dominum quęretur ab eo, & in respectu illius benedicentur. Quapropter, fratres charissimi, omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationē opportunitatis, vt det gratiam audientibus, & nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit vobis. Estote ergō imitatores dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum, pro nobis oblationē & hostiā Deo in odore suauitatis. Fornicatio autē & omnis immunditia, aut auaritia non nominetur in vobis, sicut & decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quę ad re non pertinet, sed magis gra-

tiarū actio. Hoc enim scitote intelligētes, quę omnis fornicator, aut immūds, aut auarus, quod est idolorū seruitus, nō habet hereditatē in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat in anibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidētię. Nolite ergō effici participes eorum. Eratis enī aliquādō tenebrę, nunc autē lux in Dño. Vt filij lucis ambulate, (fructus enī lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate) probantes quid sit beneplacitū Deo. Et nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autē redarguite. Quę enī in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autē quę arguūtur, à lumine manifestant. Omne enī, quod manifestatur, lumē est. Propter quod dicit: Surgē q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaq; fratres, quomodō cautē ambuletis, nō quasi insipientes, sed vt sapientes, redimētes tempus, quoniā dies malī sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligētes quę sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantates & psallētes in cordibus vestris dño, gratias agētes semper pro omnibus in nomine Dñi nostri Iesu Christi deo & patri, subiecti inuicem in timore Christi. State itaq; fratres, & tenete traditionēs Apostolorū & Apostolicę Sedis, vt Dñs noster Iesus Christus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & cōfirmet in omni opere & in sermone bono. Ne ceterò, fratres, orate pro nobis, vt sermo Domini currat & clarificet, sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Nō enim omniū est fides. Fidelis autem Deus est, qui cōfirmabit vos, & custodiet à malo. Quapropter ponite indefinenter corda vestra in virtute Dei, & resistite semper malis, & enarrate hæc, iuxta vocem prophetę, in progenies aliteras, quoniam hic est Deus Deus noster in æternū, & ipse reget nos in secula. Vndē vos, qui in specula à Dño estis cōstituti, comprimere & repellere eos summoperē debetis, quę fratribus insidias preparāt, aut in eos seditiones & scandala excitāt. Facile est enim, hominē verbo fallere, sed non Dñm. Ideo hos reprehēdere, & ab his vos auertere oportet, quatenus extincta funditis huiusmodi caligine, Lucifer eis resplēdeat, & letitia oriatur in cordibus eorū. Cōfidimus autē de vobis, fratres, in Dño, quoniā quę præcepim⁹ & facitis & facietis. Quāto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tāto maiorē vicissitudinē ab omnipotēti Deo, cui seruiūt, expectatis. Omnipotēs deus sua vos protectione custodiat, honorēq; & præceptū seruare cōcedat, & gloria honorq; Deo patri omnipotenti, eiusq; vnigenito filio saluatori nostro, cū spiritu sancto sit in secula seculorū. Amē.

2. Theff. 2. d

2. Theff. 3. a

Psal. 47.

1. Petr. 1. d

2. Theff. 3. a

*seruitis

DECRETA FABIANI PAPAЕ.

Ex lib. Pontificali Damasi Papaе.

Anno Domini 242. *xj. Sub hoc Pontifice Cæsaris Philippus baptizatus est. *Quadragesima

Fabianus natione romanus, ex patre Fabio, sedit annis 14, mensibus vnũ, dies 11. martyrio coronatur 14. kalend. Februariarum. Fuit autem temporibus Maximiani & Aphricani, vsq; ad Decium secundũ & Gratianum. Hic regiones diuisit diaconibus, & fecit septem subdiacones, qui septem notarijs imminerent, vt gesta martyriũ in integrum colligerent: & multas fabricas per cœmeteria fieri precepit. Post passionem verò eius, Moses & Maximus presbyteri, & Nicostratus diaconus, comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eodem tempore superuenit Nouatus ex Aphrica, & separauit Nouatianum de Ecclesia, & quosdam confessores, postquam Moses in carcere defunctus est, quod fuit ibi mensis 11. Et sic multi Christiani fugerunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros viginti duos, diacones septem, episcopos per diuersa loca vndecim. Qui sepultus est in cœmeterio Calixti, via Appia, XIII. Kalend. Februarij. Et cessauit episcopatus dies sex.

EPISTOLA EIVSDEM FABIANI PAPAЕ

PRIMA.

Quinon debeant admitti ad accusationem, & non esse communicandum excommunicatis.

Dilectissimis vbiq; Catholicæ Ecclesiæ comministris, Fabianus salutem in Domino: Diuinis preceptis & Apostolicis monemur institutis, vt pro cunctarũ Ecclesiarũ statu, impigro vigilemus affectu. Vnde consequens est, debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu Ecclesiam, vt eius sequentes exemplã, eius veri filij inueniamini, quæ vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à patribus accepimus, habemus: qui per singulas hebdomadas & dñicos dies, atq; festiuitatum solennia, cum subdiaconibus & acolythis, ac sequacium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruant ministeria, & parati omni hora sunt ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur, peragendum. Similiter & vobis, prout opportunum fuerit, per singulas ciuitates est faciendum, vt diuinum absque vlla mora & negligentia studiose ac solenniter agatur officium. Deniq; septem similiter subdiacones ordinauimus, qui septem notarijs imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligeret, nobisq; rimanda manifestarent. Quod etiã vos omnes agere monemus, nè in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioq; oriatur: quoniã omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Et quæ nostris temporibus

Rom. 15. c

veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. Et idẽ fidelissimis hæc negotia committi precepimus, nè aliqua in eis illusio inueniatur, ex qua fidelibus scandalum (quod absit) oriatur. Vnde & charitatẽ vestram paterna dulcedine petimus, vt in cunctis affectum vestræ charitatis sancta modò Ecclesia inueniat, & fauoris vestri solatijs, quòd cunq; necesse fuerit, potiatur. Et sicut bonitas studij vestri de se nobis certitudinẽ prebet, vt in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis, vt sapietibus filijs Ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter comendamus: itã postpositis opportunis occasionibus, vestra efficacia elaborare enixius debet, atque modis, quibus possibile fuerit, omni studio abigere contumelias. Hortamur etiã vos, iuxta dictum Apostoli, Stabiles esse & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino. Et alibi: Vigilate, & orate, & state in fide. Viriliter agite, & confortamini. Omnia vestra in charitate fiant. Insupèr & illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus prepedietibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper vt leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, superuenit Nouatus ex Aphrica, & separauit de Ecclesia Christi Nouatianum, & quosdam alios Christi confessores, & conuertit in prauam doctrinam. A quibus vos, fratres, auertite, & caute ab omnibus, qui alteram fidem & doctrinam tenent, quàm Apostoli & successores eorum tenuerunt & docuerunt, nè (quod absit) post eum abeuntes, in laqueum satanæ cadatis, & cõpedibus eius detineamini. Vnde fraternitatis vestræ charitatem intimis obsecramus precibus, vt nostræ paruitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orantes ac deprecantes Dominum cæli, vt tam nos, quàm sancta mater Ecclesia, Christi precioso sanguine redempta, à laqueis venantis satanæ, & ab importunis & malis hominibus liberemur, & sermo DEI currat & clarificetur, & praua eorum, & omnium peruersa docentium, corruat doctrina atque deficiat. Precamur etiã, vt pietatis vestræ precibus impetrare studeatis, vt Deus & Dominus noster Iesus Christus, qui vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire, sua ingenti omnipotentia reuertit faciat corda eorum ad sanam doctrinam & catholicam fidem, quatenus respiciant à diaboli laqueis, quibus capti tenentur, & aggregentur filijs matris Ecclesiæ. Reminiscetes quoquẽ fratrum vestrorum, miseremini illorum, quibus potestis bonis studijs vestris, nè perdat, sed vt precibus & alijs bonitatis vestræ studijs, Domino saluentur. Itã ergo in his agite, vt obedientes filij & fideles sanctæ DEI Ecclesiæ appareatis, & vt mercedis præmia percipiatis. Hi, & omnes qui rectam nõ docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem,

1. Cor. 15. g

1. Cor. 16. c

1. Petr. 5. a

2. Thessa. 3. e

1. Tim. 2. b

*omni nõ

dem, accusatores, neminem rectẽ credentium accusare possunt, quia infamia sunt notari, & à sinu sanctæ matris Ecclesiæ, Apostolico mucrone, vsq; ad rectam conuersationem & reuerfionem eorum abscissi. Vnde Apostolica autoritate, cũ omnibus eiusdem Apostolicæ atque vniuersalis Ecclesiæ filijs, statuentes sancimus, vt omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatiõe rectẽ credentium non suscipiantur: quia suspensiones semper sunt amouendæ. Meritò ergo eorum reprobatum accusatio, qui in recta fide suspecti sunt. Nec eis omninò est credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta tam præteritis, quàm futuris, temporibus anathematizat, submouemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo semper debent esse fideles ab infidelibus, & iusti ab iniustis: quoniam infideles & maleuoli, modis quibus possunt, semper infestant fideles & perdere nituntur: & idẽ non sunt suscipiendi, sed repellendi & procũ abijciendi, nè perdere fideles aut infamare possint. Quapropter, charissimi, caute talium foueam, in quam multos cecidisse cognouimus. Caute talium iacula, & antiqui hostis tentamenta, per quæ etiã proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiarum, quibus notos & commilitones strangulare solent. Nolite tales sequi, sed procũ repellite eos. Estote, iuxta veritatis vocem, prudẽtes vt serpentes, & simplices vt columbæ. Videte, nè in vacuum quoquẽ curratis, aut laboretis: sed alterutrum fultis precibus & orationibus, voluntatem DEI facere contendite, & à memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter ab omnibus, quos Apostolus commemorat, dicens, cum eis nec cibum sumere: quia & illi, sicut & isti, sunt repellendi, & ante satisfactionem ecclesiæ non sunt suscipiendi: quoniam illi, cum quibus cibum sumere non licet, manifestè apparent sequestrati vsque ad satisfactionem à reliquis fratribus. Quamobrem non debet nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiã ab eorum consortio, vsque ad iam dictam satisfactionem, repellunt, nè similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subiaceant: quoniam sic Apostoli statuerunt, dicens: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis, auertendo regulas, scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut orauerit, ille communione priuetur. Tales ergo in omnibus sunt cauendi, & non suscipiendi: quia iuxta Apostolum, non solũ qui faciunt, damnantur, sed & qui consentiunt facietibus. Vnde & beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populũ, inter cetera ait: Si inimicus est iste Clemens alicui pro

3. q. 4. omnes quos sanctorum.

Marth. 10. d

1. Cor. 5. b 6. q. 1. Omnes illi sunt ab

11. q. 3. Sicut apostoli statuerunt.

Canone 11.

Rom. 1. d

Dist. 63. Si inimico & c.

actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absq; commonitione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cũ obedire cõperit monitis præfidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare DEI ecclesiam volunt: & eum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multò nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat. Ideoque charissimi, his Apostolicis institutis vos monentes instruimus, vt effecta certior charitas vestra, sollicitus deinceps agere studeat & cautius, nè peruersi & infideles homines, lædendi fideles & beneuolos habeant facultatem: quoniam spes talium & omnium impiorum, tãquàm lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquàm spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquàm fumus, qui à vento diffusus est, & tanquàm memoria hospitis vnus diei prætereũtis. Summopere, charissimi, tales cauedi sunt, & auertendi atque reiiciendi, si nocentes apparuerint: quia non solũ Ecclesiasticæ, sed etiã seculi leges, se nocentes non suscipiunt, sed repellunt. Vnde scriptum est: Os impiorum deuorat iniquitatem. Et Dominus per prophetam loquitur, dicens: Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruertèris: Et cũ electo electus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et Apostolus inquit: Peruertunt bonos mores colloquia mala. Idcirco (vt prælibatum est) iam mali sunt semper cauendi, & bonis atq; beneuolis est inhærendum, vt periculum deficiæ, quantum possumus, declinemus. Et nè pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possumus, abscindamus: quoniam nõ temeritas interuenit presumptionis, vbi est diligentia pietatis. Agat semper vnusquisque vestrum, hac informatione Apostolica fultus, iuxta vires suas, & fraternam dilectione, & sancta religione, mores proprios conseruare, & in commune alterutrum adiuuare, & in charitate permanere, & in Dei voluntate indefinenter studeat inhære, vt simul laudantes Dominum, indefessas semper illi gratias agamus. Valete in domino charissimi, & prædicta, vt melius potestis, Domino opem ferente, adimplere studeate. data Kalendis Iulij, Maximino & Africano viris clarissimis cõsulibus.

Sap. 5.

Prou. 19. b

Psal. 17.

1. Cor. 15. e

f 4 Epi-

EPISTOLA EIVSDEM PAPAE FABIANI SECUNDA, ad omnes Orientales Episcopos.

- 1 Ut per annos singulos nouum chrisma conficiatur, & vetus incendatur.
2 De Episcopis non accusandis ac obreclationibus lacerandis.

Fabianus Episcopus vrbis Romae, omnibus orientalibus Episcopis & cunctis fidelibus in Domino salutem: Exigit dilectio vestra Sedis Apostolicae consulta, quae vobis debere non possumus. Hoc autem & praedecessores nostros multarum regionum Episcopis egisse liquet: & nos, qui in eadem sede, Domino largiente, collocati sumus, agere debere, fraterna charitas & obedientiae debitum compellit. Cura est ergo vestrae sollicitudini adhibenda, ut ea, quae sunt ab Apostolis, eorumque successoribus ordinata, & insignante sancto spiritu instituta, nec dissimulatio negligere, nec aliqua praesumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc, quod rationis exigebat utilitas, oportuit diffinire, ita quod diffinitum est, non debet violari. Litteris vestris vero inter caetera insertum inuenimus, quosdam regionis vestrae Episcopos a vestro nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cena Domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos consecrationem sancti chrismae semel actam conseruare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, nec necessesse fore, per singulos annos chrisma conficere, sed dum vna consecratio chrismae abundat, aliam fieri, necessesse non habere. Errant enim, qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentientes, haec dicunt. In illa enim die Dominus Iesus, postquam cenauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut et sanctis Apostolis praedecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt) chrisma conficere docuit. Ipsa enim lauatio pedum, nostrum significat baptismum, quod sancti chrismae consecratione perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismae consecratio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda, & fidelibus tradenda: quia nouum sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus in sanctis Ecclesijs cremandum. Ista a sanctis Apostolis & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Haec sancta Romana Ecclesia, & Antiochena a tempore Apostolorum custodit: Haec Hierosolymorum & Ephesianorum tener. In quibus Apostoli praesidentes, haec docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam vno anno uti, permiserunt, atque deinceps nouo frui, &

De cof. diff. 3. litteris vestris.

I.

Ibidem.

Ibidem.

non veteri, iubentes docuerunt. Si quis ergo his obuiare tentauerit, omnem sibi per vos & per omnes recte intelligentes, indulgentiae aditum intelligat obseratum: quia prauissimarum mentium peruersa doctrina, dum indulgentius frenis vitur, in praeruaricationem praesumptionis delabitur: & nullatenus eruitur, nisi prudentium sustentatione & correctione liberetur. Illa autem, quae circa diuina mysteria & erga baptizandos, in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniformiter agit, non ociofo contemplanda sunt intuitu, ne locum superuacuis intentionibus & superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potius sunt, quam illudendi. Ad nostram enim laetitiam benefacta perueniunt, & mceroris aculeis nos, quae fuerint male facta, pungunt. Hic vero inter manus latronum & dentes luporum furentium, vtcunq; versamur, & contumaces sunt subditi atque oues. Nam latratu canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. Illa vero, quae fomentis non sanantur vulnera, ferro abscindi necessesse est. Nec silere possumus, ut quum hic ab illicitis reuocemus aliquos, officij nostri prouocamur instinctu, in speculis a Domino constituti, ut vigilantiae nostrae diligentiam comprobantes, & quae coercenda sunt, reseremus, & quae obseruanda sunt, censeamus. Consulere etiam nos (ut in praedictis litteris vestris inuenimus) super accusatione sacerdotum voluistis, quae oppidum apud vos (ut in eisdem apicibus reperimus) crebrescit. Significastis insuper, plerosque attendere, multos in ipsis honoribus Ecclesiasticis non congruenter viuere sermonibus & sacramentis, quae per eos populis ministrantur. O miseris homines, qui hos intuendo, CHRISTVM obliuiscuntur: qui & multo ante praedixit, ut legi DEI potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui ea quae dicunt, non faciunt: & traditorem suum tolerans, vsque in finem etiam ad euangelizandum cum caeteris misit. Nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt: similiter & successores eorum, quanquam multa de talibus, praesidentes spiritu DEI futura, statuerunt. Porro (ut legitis in Actibus apostolorum) erat eo tempore inter fideles cor vnum & anima vna, neque aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia. Nulla enim inter eos accusatio, nisi familiaris erat, nec vnquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente Domino: Quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Et idem: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et dilectio proximi malum non operatur. Ipsi ergo Apostoli & successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, qui sunt suspecti, vel qui heri, aut nudius tertius, vel dudum fuerunt inimici, quo-

*seruemus

I. q. 1. Significastis insuper.

Act. 4. f

Matt. 7. b

Luc. 6. c

Tob. 4. c

Matt. 22. d

Marc. 12. c

Luc. 10. c

Rom. 13. c

3. q. 5. Super eos autem inimici.

2. q. 7. Sicut sacerdotes.

Pro. 24. a b

Ioan. 13. d

Deut. 24. c

3. q. 1. Deus ergo fratres

quoniam suspecti facti sunt: & qui non sunt bonae conuersationis, vel quorum vita est accusabilis, aut dubij in recta fide. Similiter quorum fides, vita, & libertas nescitur, vel qui infamiae maculis sunt adpersi, aut sceleribus irretiti. Neque eos, sacerdotes debere vel posse aut clericos accusare, qui ritè sacerdotibus fieri non possunt, nec sui sunt ordinis: quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici, a secularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi & alienandi criminatione. Et sicut isti ab illis, ita & illi ab istis non recipiantur: quoniam sicut domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum conuersatione, ita & litigatio, quia seruum dei non oportet litigare. Tales charissimi fratres accusationes, & iniustas aut nociuas emulationes, pro viribus prohibere, quia contentio summopere est vitanda. Septies enim cadet iustus in die, & resurget, impij autem corrumpunt in malum. Quum ceciderit inimicus tuus, ait Salomon, ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Non contendas cum pessimis, nec amuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. Nec amuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinam meditatatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Haec cauete charissimi. Haec meditati, & fratribus in omnibus solatiu praestate: quia in hoc cognoscunt omnes (ut ipsa per se veritas ait) quonia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Si enim in rebus secularibus suum cuiusque ius, & proprius ordo seruandus est: quanto magis in Ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio? Quod ista obseruatione obseruabitur, si nihil potestati, sed totum aequitati tribuitur. Vnde constat Episcopos locorum singulorum, omnium qui sub eorum degunt moderamine, curam habere sollicitam, & causas utilitatesque eorum cum Dei timore disponere. Valde ergo iniquum est, ut alij quilibet, omissis suis, se illorum causis admisceant. Sed illi eorum vitam & iudicium competentem regularique debeant moderamine disponere, qui eos in sacerdotum ordinant, & a quibus iam ordinati sunt: quoniam, ut lex loquitur, maledictus omnis est, qui transfert terminos proximi sui. Et dixit omnis populus, Amen. Deus ergo, fratres, ad hoc praegordinauit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut iniustitias remoueatis, & praesumptiones abscindatis, & in sacerdotibus laborantibus succurratis, & opprobrijs & calumnijs eorum locum non praebatis, sed ei, qui calumniam & opprobrium patitur, adiutorium feratis. Illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus operam feratis. Sacerdotes quoque Dominus sibi elegit, ut sacrifici-

cent ei, & offerant oblationes Domino. Leuitas quoque sub eis esse iussit in ministerijs eorum. Vnde ad Moysen loquitur, dicens: Princeps autem principum Leuitarum Eleazar, filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores Ecclesiae sanctuarij. De his enim loquutus est Dominus ad Moysen: Tolle Leuitas, primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitae mei. Ego Dominus. Si Leuitas suos esse Dominus voluit, quanto magis sacerdotes sibi adsciuit? De quibus ait: Si quis externorum accesserit, morietur. Omnia vero, quae Domini sunt, caute tractanda sunt, & non leuiter praecipitanda: quonia & inter homines fidelibus habetur, qui dominorum suorum causas bene custodiunt, & fideliter tractant, atque praecipita dominorum suorum bene custodiunt, & non transgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi, qui dominorum suorum causas incaute & negligenter tractant, & praecipita eorum despiciunt, & non, ut debent, custodiunt. Ideo haec praemisimus, ut cognoscatur ab his, quibus in cognitum est, quod & sacerdotes (quos sibi Dominus de omnibus adsciuit, & suos esse voluit) non sunt leuiter tractandi, nec lacerandi, nec temere accusandi, aut reprehendendi, nisi a Magistris suis, quoniam eorum causas sibi Dominus referuare voluit, & suo iudicio vindicari. Nam in his & in alijs praecipitis Domini, & fideles cognoscuntur, & infideles reprobantur. Tolerandi enim hi sunt potius a fidelibus, quam exprobrandi, veluti palea cum tritico, vsque ad vltimum ventilabrum, sicut pisces mali cum bonis, vsque ad segregationem, quae futura est in litore, hoc est, in fine seculi. Nullatenus ergo potest condemnari humano examine, quem deus suo iudicio referuauit, ut propositum Dei, quo decreuit saluare quod perierat, fiat immobile. Et ideo, quia voluntas eius non immutatur, nullus praesumat ea, quae sibi non sunt concessa. Vnde est illud, quod Apostolus stolus loquitur, dicens: Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Ad illud redeatur, quod dominus ait: Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. Et alio loco: qui auferit quae tua sunt, ne repetas. Sunt autem quaedam, quae leuissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis vnquam dicentem fratri suo, Fatue, reum gehennae putaret, nisi ipsa veritas diceret? Illi vero, qui illa peccata perpetrat, de quibus Apostolus ait, Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur: valde cauendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi: quia infamiae maculis sunt adpersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. Similiter & illi, de quibus ipse ait, Cum huiusmodi homi-

Num. 3. c

Ibidem g

Nume. 1. g

Matth. 13. f

Ecces. 7. b

1. Cor. 6. b

Matth. 5. f

Luc. 6. c

Matth. 5. c

6. q. 1. Illi q.

Galat. 5. d

1. Cor. 5. d

hominibus nec cibum sumere: quia infamia sunt notati antequam sacerdotali autoritate sanctur, & in gremio sanctae Matris Ecclesiae redintegrentur: quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. Manifestum est enim, quod hi extra nos sunt, & a nobis discreti esse debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet. Similiter & omnes personae, quibuslibet turpitudinibus ac scurrilitatibus subiectae, infames sunt effectae: & omnes, qui aduersus patres armantur, infames efficiuntur. Arenam verò & salem & massam ferri facilis est portare, quam hominem imprudentem & fatuum atque impium. Quoniam qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans, cogitat stulta. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum malè habebit in nouissimo: & qui amat periculum, in ipso peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem, & praui cordis in illis scandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Talia cogitates sancti Apostoli, eorumque successores, spiritu Dei repleti, malos homines prauidentes, & simplices considerantes, difficilem, aut nunquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, nè à malis potuissent eueri aut submoueri: quia si hoc facile concederetur secularibus & malis hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent: quoniam semper fuit, & est, (& quod peius est) nimis viget, vt mali bonos persequantur, & carnales spirituales infestent. Idcirco (vt praedictum est) statuerunt, nè accusarentur, aut si aliter fieri non possit, perdifficilis eorum fieret accusatio, & à quibus (vt supra dictum est) non presumeretur, neque à proprijs sedibus aut Ecclesijs Episcopi eijcerentur. Quod si quo modo praesumptum fuerit, antequam & proprius locus, & sua omnia eis, legibus redintegrentur, nullatenus à quoquam accusarentur aut criminarentur, & nisi spontè elegerint, cuiquam pro talibus non responderet. Sed postquam (vt praefixum est) restituti fuerint, & sua omnia eis, legibus redintegrata, dispositis ordinatisque suis, magnum spatium, tractandi causa, eis concederetur. Et postea, si necessè fuerit, regulariter vocati, venirent ad causam: & si iustum visum fuerit, accusantium propositi- onibus sustentatione fratrum responderet. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona vel Ecclesiae atque res ab æmulis, aut à quibuscunq; detinentur, vt aliquid illis obijci debeat. Nec quicquam potest eis quoquo modo quilibet maiorum vel minorum obijcere, dum Ecclesijs, rebus, aut potestatibus carent suis. Similiter statutum est, & nos eadem statuta firmantes, statuimus, vt si aliquis clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, vt mox ante

Eccf. 22. b

Eccf. 16. d
Eccf. 3. c d

* prauum cor in

Idè infra in de. Steph. 11

3. q. 1. Epi si a proprijs sc.

3. q. 1. Epi si a proprijs sc.

11. q. 1. statuis mus, vt si q. clericorum.

examinatum iudicium submotus à clero, curiae tradatur, cui diebus vitae suae deferuat, & infamis absq; vlla restitutionis spe permaneat. Nec vllus vnquam presumat, accusator simul esse & iudex vel testis: quoniam in omni iudicio quatuor personas necessè est semper adesse, id est, iudices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. Similiter statuente, Apostolica autoritate iubemus, nè pastorem suum oues, quae ei commissae fuerant, nisi in fide errauerit, reprehendere audeant: quia facta prepositorum, oris gladio ferienda non sunt, neque potest esse discipulus super Magistrum, dicente veritatis voce: Non est discipulus super Magistrum, nec feruus super dominum suum. Odibilis autem coram Deo & hominibus est superbia, & execrabilis omnis iniquitas. Perdidit Deus memoriam superbiorum, & reliquit memoriam humilium sensu. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum. Semen autem hoc ex honorabitur, quod praeterit mandata Domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis eius. Fili, ait Salomò, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem, cui honor competit. Priusquam interroges, nè vituperes quenquam: & quum interrogaeris, corripe iustè. Priusquam audias, nè respondeas verbum: & in medio seniorum nè adicias loqui. Exemplo Cham filij Noe, damnatur qui patrum suorum culpas in publicum produnt, aut eos accusare vel detrahere praesumunt: veluti Cham, qui patris sui Noe pendenda non operuit, sed deridenda monstrauit. Similiter & illi exemplo Sem & Iaphet iustificatur, qui reuerenter operiunt, & nõ produnt ea, quae patres suos excessisse cognoscunt. Si enim à fide deuiuerit Episcopus, erit corrigendus prius secreta à subditis suis. Quod si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, tunc erit accusandus ad praesens suos, aut ad sedem Apostolicam. Pro alijs verò actibus suis magis est tolerandus ab ouibus & subditis suis, quam accusandus, aut publice derogandus: quia quum in eis à subditis delinquitur, eius ordinationi obuiatur, qui eos eis praetulit, dicente Apostolo: Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit. Qui verò omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum Patrum instituta, aliquid vllò modo agere consentit. Sacerdotes ergò honorandi sunt, non lacerandi vel exprobrandi sunt. Legitur in Ecclesiastico: In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit, & ministros eius non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotè, & propurga te cum brachijs. Na illi partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis, & de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum,

Matt. 10. e
Luc. 6. f
Eccf. 10. a c

Eccf. 10. d
Eccf. 11. a

Gene. 9. c d

Sup. habet idè in epist. Anacle. vlt.

Roma. 13. a
11. q. 3. Qui omnipot.

Eccf. 7. d

Philip. 2. a

tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino & initia sanctorum: & pauperi porrigere manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. Nec non tantummodo vobis, sed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus, vt vnanimis, vnum sentiètes, permaneamus in Christo. Nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, sed Deo saluatori nostro placentes. Cui est honor & gloria in seculorum secula, Amen.

In decre. Iuonis lib. 4. * alijs accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent vii equitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam.

EPISTOLA FABIANI PAPAE TERTIA, AD Hilarium Episcopum.

- 1 Qui non debeant admitti ad accusationem.
- 2 De peregrinis iudicij.
- 3 De pulsatis.
- 4 Si quis iratus crimen obiecerit, vel obiecta non probauerit.
- 5 Si Episcopus accusatus sedem Apostolicam appellauit.

Dilectissimo Fratri Hilario Episcopo Fabianus: Diuinae circa nos gratiae memores esse debemus, qui nos per dignationis suae misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhaerentes, & in quadam sacerdotum eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Intantum enim in occiduis partibus, quibus moraris, audiuius astutiam diaboli saeuire in populum Christianum, atque multiplici deceptione prorumpere, vt non solum laicos seculares, sed ipsos quoque domini sacerdotes premat atque vexet. Vnde, in gradum merore positi, dissimulare nõ possumus, quod corrigere atrociter debemus.

Hec ad finem viq; epistolae habentur etiã in dec. Sixti 3.

Quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, nè immatura curandi facilitas, mortifera capitis peste nihil possit, sed segnius tracta pernicis, reatu non legitime curationis, inuoluat pariter sauciatos & medentes. Ob id ergò statuente discernimus, vt hi, qui non sunt bonae conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare, nec viles personae ad accusationem eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem aduersum maiores natum non habeant accusandi: quia suspiciosa vox & inimica, veritatem solet opprimere. Peregrina verò iudicia, salua in omnibus Apostolica autoritate, generali sanctioe prohibemus: quia indignum est ab externis vt iudicetur, qui prouinciales, & à se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si

3. q. 6. Si q. episcoporum,

aliquis Episcoporum super certis accusetur criminibus, vt ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia Episcopis: quia nõ oportet accusatum alicubi, quam in foro suo, audiri. Si quis verò iudicè aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellante autè non debet afflictio vlla aut detentionis iniuriare custodia: sed liceat appellatori, vitiatam causam appellationis remedio subleuare. Liceat etiã in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem supplicio sententia destinari. Pulsatus, ante suum iudicem causam dicat: & ante non suum iudicem, pulsatus, si voluerit, taceat: & vt pulsatis, quoties appellauerint, iudicia dentur. Si quis ergò iratus, crimen aliquod cuilibet temerè obiecerit, conuicium non est pro accusatione habendum: sed, permisso tractandi spatio, id, quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur: vt, si forsas è respiscens, quae praeracundia dixit, iterare aut scribere noluerit, non vt reus criminis teneatur. Omnis ergò qui crimen obijcit, scribat se probaturum. Reuera semper ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probauerit quod obiecit, poenam quam intulerit, ipse patiatur. Placuit etiã, vt si Episcopus accusatus, appellauit ad Apostolicam sedem, id statuendum, quod eiusdem sedis pontifex censerit. Haec tamen omnino in sacerdotum causa forma seruetur, nè quenquam sententia, nõ à suo iudice dicta, constringat. Occurrere quoque quisque fidelium ruinis debet oppressorum & miserorum subsidio, quo valeant, ex reuelatione alienae vindictae, à se dei remouere vindicta. Libet enim domino prospera, quae ab afflictis pellit aduersa. Vnde scriptum est: Frater fratrem adiuuans, exaltabitur. Ecclesia enim dei sine macula & ruga debet existere, & idè non oportet eam à quibusdam conculcari aut maculari, quia scriptum est: Vna est columba mea, perfecta mea. Hinc iterum Dominus ad Moysen ait: Est locus pedes meos, & stabis super petram. Qui est locus, qui non sit Domini, dum cuncta in ipso, per quem creata sunt, continentur? Est tamè locus apud deum, vi delicta sanctae Ecclesiae vnitas, in qua supra petra stas, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. Te frater, & omnes fratres nostros Ecclesiam Christi sanguine redemptam regentes, monemus, vt omnes à praecipitio, in quo fratres & Domini pastores detrahendo & persequendo, verbis & factis labuntur, laqueis quibus potestis, retentis, & lacerari eos in hamo ire nõ pmittatis, quia scriptum est: Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Hinc rursùm dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad iram. Haec autem vos, DEO auctore, omnia seruare non ambigo: sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris desiderijs & operibus me furtiuè subiungo, vt quod, non admoniti, facitis,

1. q. 6. Si q. iudicem.

III. 3. q. 6. Pulsatus ante.

III.

3. q. 6. Qui crimen.

V.

In dec. Iuo. lib. 4.

* consilio

Prou. 18. c

Cant. 6. c
Exod. 33. d

* labi eos in imo non Iaco. 1. c

Eccē 27. c d
*coniunge
fidem

tis, quando vobis etiā admonēs additur, iam non foli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos & omnes fideles diligere inuicē, & nō detrahēre aut accusare alterutrūm. scriptum est enim: Dilige proximum, & * coniungere fide cum illo. Quōd si denudaueris absconſa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui: & sicut qui dimittit auem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris, quoniā longē abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius. Vtrā eum nō poteris colligare, & maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Annuens oculo, fabricat iniqua, & nemo eum abijciet. In conspectu oculorum tuorum cōculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur: Nō uisum autē peruertet os suum, & in uerbis tuis dabit scādalum. Multa audiui, & nō cōtraquauī ei, & Dominus odierit illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa, dolosi diuidet vulnera. Qui fodit foueam, incidet in illam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti cōsiliū nequissimū, super ipsum deuoluetur: & non agnoscat, vnde adueniet illi. Illusio & impropertū superborū, & vindicta, sicut leo insidiabitur illis. Laqueo peribit, qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consummet illos anteq̄ moriantur. Ira & furor, utraque execrabilia sunt: & vir peccator, continens erit illorum. Qui vindicari uult, à Deo inueniet vindictam: & peccata illius seruans, seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluent. Homo homini reseruat irā, & à Deo querit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis * deprecatur altissimū? Ipse, dum caro sit, reseruat irā: & propiciationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Tabitudo enim & mors imminēt in mandatis eius. Memorare timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litē, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habētium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna syluæ, sic ignis exardescet: & secundum virtutem hominis, iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, & lis festinans effundet sanguinem, & lingua testificans adducet mortem. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illā, extinguetur, & utraque ex ore proficiuntur. Sufurro & biliguus, maledictus: multos enim turbauit pa-

Eccē 28. a b

*deprecat
Ipse

cen habentes. Lingua tertia multos commouit, & disperſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem lingue comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quomodo: qui interiērent per linguam suam. Beatus, qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiā illius non transiuit, & qui non attraxit iugū eius, & vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius infernus, quam illa. Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum. In flamma sua nō comburet iustos. Qui derelinquunt Dominum, incident in illam: & exardescet in illis, & nō extinguetur: & immittet in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito ostia, & feras auri bustuis. Aurum tuum & argentum tuum conſla, & uerbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo reſtos. Et attēde, nē forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Ista caueant omnes, & cohibeant linguā suam à malo, & labia eorū nē loquantur dolum. Deceterō, charissimi, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: Quoniam nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Stare ergō, succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitię, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritūs, quod est uerbum Dei. Hęc, frater, quæ tibi scripsim⁹, generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ cæteros tangunt, omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, & reliquos fratres nostros, ubique consistentes, protegat usque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere, Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in secula, Amen. data decimo septimo Kalendas Nouembris, Aphricano & Decio uiris clarissimis consulibus.

DECRETA FABIANI, EX DE-
creto Gratiani desumpta, nec prioribus inserta.

Inedijs

Dis. 90. Si
quis con-
tristatus.

Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari non uult.

Si quis contristatus, noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inedijs, usque dum granti animo satisfactioem recipiat.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Infamis efficitur, qui sciens peierare presumit.

Quicumque sciens se peierauerit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat. Et nunquam sit sine pœnitentia. Et nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hoc percipiat.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Furiosus & furiosa, matrimonium contrahere non possunt.

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt. Sed si contractum fuerit, non separantur.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Affines in quinta generatione copulari possunt: in quarta, si fuerint inuenti, non separantur.

32. q. 7. Neq;
furiosus. Et
in dec. Iuo.
lib. 6.

35. q. 2. & 3.
De propin-
quis.

De propinquis, qui ad affinitatem per viro & uxorem ueniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione coniungantur: in quarta, si inuenti fuerint, non separantur. In tertia tamen propinquitate nō licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir cōiungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis, post mortem suæ uxoris.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Ad titulum immediate prescriptum.

Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis quandiu utriusque uiuunt, alias uxores sibi in coniugio fociare, nisi ignorantia excusetur.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Consanguinei tantum, vel (si progenies defecerit) antiqui & veraces, propinquitatem in synodo computent.

Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater & mater, soror & frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & ueracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, Episcopus canonicè perquirat: & si inuenta fuerit propinquitas, separantur.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Tër in anno quisque fidelium communicet.

Et si non frequentius, saltem in anno tër homines communicent: nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur, in Pascha uidelicet & Pentecoste, & natali Domini.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Ante annos 30. presbyter non ordinetur.

Si quis triginta ætatis suæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valdè sit dignus: quia & ipse Domi-

De conf.
dist. 11. Et si
non. Et in
dec. Iuo.
lib. 1.

Dist. 78. Si
quis 30. Et
in de. Iu. li. 3

nus triginta annorū baptizatus est, & sic cœpit docere. Non oportet ergō, qui ordinandus est, usque ad hanc etatē legitimā cōsecrari. EIVSDEM DECRETA EX CODICE decretorum sexdecim librorum, libro quinto, capite septimo.

Ut oblatio altaris singulis diebus Dominicis fiat. Decernimus, ut in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus uiris & mulieribus fiat, tam panis quam uini, ut per has immolationes à peccatorū suorum fascibus liberentur.

EIVSDEM DECRETA EX

eodem, capite nono.

Ut presbyter illiteratus Missam celebrare non audeat.

Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes vel actiones, & reliquas obseruationes in Missa secundum ritum implere non potest.

D. CYPRIANI EPISTOLA AD clerū Urbis Romæ, de dormitione Episcopi Romani, quæ probabiliter uidetur post mortem Fabiani scripta.

Cyprianus presbyteris & diaconis Romæ consistentibus fratribus, salutem.

Libr. 3.
epist. 24.

Cum de successu boni uiri collegę meī rumor apud nos incertus esset, fratres charissimi, & opinio dubia nutaret, accepi à uobis literas ad me missas per *Clementem hypodiconū, quibus plenissimè de glorioso eius exitu instruerer. Et exultauī satis, quod pro integritate administrationis eius, consummatio quoque honesta processerit. In quo uobis quoque plurimum gratulor, quod eius memoriam tam celebri & illustri testimonio prosequamini, ut per uos innotesceret nobis, quod & uobis esset circa præpositi memoriam gloriosum, & nobis quoque fidei ac uirtutis præberet exemplū. Nam quantum pernicioſa est ad sequentiū lapsum ruina præpositi, intantum contrā utile est & salutare, cum episcopus se per firmamentū fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiā alias literas, quibus nec quis scripserit, nec ad quos scriptū sit, significanter expressum est. Et quoniam me in iisdem literis & scriptura, & sensus, & chartæ ipse quoque mouerunt, nē quid ex uero vel subtractū sit uel immutatum, eandem ad uos epistolam authenticam remisi, ut recognoscatis an ipsa sit, quā Clemēti hypodiacono perferendā dedistis. perquam etenim graue est, si epistolæ clericę ueritas mendacio aliquo & fraude corrupta est. Hoc igitur ut scire possimus, & scripturā & subscriptionem, an uestra sit, recognoscite, & nobis quid sit in uero, rescribite. Opto uos, fratres charissimi, semper benè ualere.

*Clementium

EPISTOLA PRESBYTERORUM ad diaconorum Romę consistentium, ad Cyprianum Episcopum Carthaginensem.

Cypria-

Cypriano papæ, presbyteri & diaconi Romæ consistentes, salutem.

Quamquam benè sibi conscius animus, & Euagelice disciplinæ vigore subnixus, & verus sibi in decretis cælestibus testis effectus, soleat solo iudice Deo esse contentus, nec alterius aut laudes petere, aut accufationes perterritescere: tamen geminata sunt laude condigni, qui cum conscientiam sciant Deo soli debere se iudici, actus tamen suos desiderat & ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere nō mirum est, qui pro tua verecundia & ingenita industria, cōsiliorum tuorum nō tam iudices voluisti, quam participes inueniri, vt in tuis rebus gestis laudem tecum, dum illas probamus, inueniremus, & tuorum consiliorum cohæredes, quia & affirmatores, esse possemus. Idē enim omnes crederemur operati, in quo deprehenderemur eadē omnes censuræ & disciplinæ cōsensione sociati. Quid enim magis, aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium, quam debitam feruitatem diuini vigoris tenere? Quam qui remiserit, instabili rerū cursu erret necesse est, & hūc atq; illūc varijs, & incertis negociorū tempestatibus dissipetur, & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, nauem Ecclesiasticæ salutis illidat in scopulos: vt appareat, non aliter salutem Ecclesiasticam consiliū posse, nisi si qui & contra ipsam faciunt, quasi quidam aduersi fluctus repellantur: & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculū in tempestate seruetur. Ne hoc nobis nunc nup̄r consilium cogitatum est, nec hæc apud nos aduersus improbos modò superuenerūt reprobata subsidia: sed antiqua fides, disciplina legitur antiqua: quoniam nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset, dicendo, Quia fides vestra prædicat in toto mundo, nisi ita exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est. Minus est enim dedecoris, nunquam ad præconium laudis accessisse, quam de fastigio laudis ruisse: Minus est criminis, honoratū bono testimonio nō fuisse, quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse: Minus est, sinè prædicatione virtutum ignobilem sinè laude iacuisse, quam ex hæredem fidei factum, laudes proprias perdidisse. Ea enim quæ in alicuius gloriā proferuntur, nisi anxio & sollicito labore seruentur, in inuidiam maximi criminis intumescunt. Hoc nos non falsò dicere, superiores nostræ literæ probauerunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus: & aduersus eos, qui se ipsos infideles illicita nefarioꝝ libellorum, p̄fessione prodiderunt, quasi hoc euasuri irretiētes illos diaboli laqueos viderent, quo nō minùs, quam si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso, quòd

Rom. 1. a

ipsum cōtestati fuerant, tenerētur, sed etiā aduersus illos qui acta fecissent, licet presentes, cum fierent, nō affuissent, cum præsentia suam vtique, vt sic scriberentur mandando, fecissent. Non est em̄ immunis à scelere, qui, vt faceret, impetravit: nec alienus à crimine, cuius consensu, licet nō à se admissum, crimē tamen publicè legitur. Et cum totū fidei Sacramentum, in confessione Christi nominis intelligatur esse digestū, qui fallaces in excusatione præstigijs quærit, negavit: & qui vult videri paruissē, negasse voluit. nec non etiā contra illos quoque, qui illicitis sacrificijs manus suas atq; ora polluerant, pollutis antemētibus, pprijs, vnde etiā sunt ipsæ manus atq; ora polluta, fidem nostram confesumq; monstrauimus. Absit em̄ ab Ecclesia Romana, vigorē suum tam p̄phana facilitate dimittere, & neruos feueritatis, euerfa fidei maiestate, dissoluere, vt cum adhuc non tantum iaceant, sed & cadāt euerforum fratrum ruina, properata nimis remediamunicationum, vtique nō profutura testentur, & noua per misericordiam falsam vulnera, veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, vt miseris ad euerfionē maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi em̄ indulgentiæ poterit medicina proficere, si etiā ipse medicus inter præcepta pœnitentiæ indulget periculis, si tantummodò perit vulnus, nec finit necessaria temporis remedia cōducere cicatricem? hoc nō est curare, sed obducere (si dicere verum volumus) occidere. Quamquam Confessorum quoque, quos hūc adhuc in carcerem dignitas suæ cōfessionis includit, & ad certamen euangelicum sua fides in confessione tam gloriosa semel coronauit, literas habeas, conspirantes cum literis nostris, quibus feueritatē Euangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab Ecclesiæ pudore reuocantur. Nisi hoc fecissent, disciplinæ euangelicæ ruina non facilè farciatur: præsertim cum nulli magis tam congruens esset, tenorem euangelici vigoris illibatam, dignitatemque seruare, quam qui se excruciantos & excarnificandos pro Euangelio furētibus tradidissent, nē martyrij honorem meritò perdidissent, si in occasione martyrij, præuaricatores Euangelij esse voluissent. Nam qui quod habet, non custodit in eo, ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet, violat, amittit illud quod possidebat. In quo loco maximas tibi atque vberes gratias referre debemus, & reddimus, quòd illorum carceris tenebras literis tuis illuminasti: quòd ad illos venisti, quomodò introire potuisti: quòd illorum animos sua fide & confessione robustos, tuis allocutionibus literisque recreasti: quòd felicitatis eorum condignis laudibus profectus, accendisti ad multò ardentiorē cælestis gloriæ cupiditatem: quòd pronos impulisti: quòd, vt credimus & optamus, victores futuros, viri-

viribus tui sermonis animasti. Quamquam hoc totum de fide confitentium, & de diuina indulgentia venire videatur, tamē in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse videntur. Sed vt ad id, vnde digressus sermo videbatur esse, rursus reuertatur: quales literas in Sicilia quoque miserimus, subiectas habebis. Quamquam nobis differentiæ huius rei necessitas maior incumbar, quibus (post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani) nondum est Episcopus propter rerum & temporū difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum qui lapsi sunt, possit cum autoritate & cum consilio habere rationem. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti prius, Ecclesiæ pacem sustinendam: deinde sic collatione consiliorum cum Episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus, pariter adstantibus laicis, facta, lapsorū tractare rationem. Perquam em̄ nobis & inuidiosum & onerosum videtur, nō per multos examinare, quod per multos commissum videatur fuisse, & vnam sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse: quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorū videbitur habuisse consensum. Adspice totū orbem penè vastatum, & vbi que iacere deiectorum reliquias: & idcirco tam grande expeiti consiliū, quam latè propagatum videtur esse malum; Non sit minor medicina, quam vulnus est: non sint minora remedia, quam funera: vt quomodò, qui ruerūt, ob hoc ruerūt: ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine vtantur, nē, quod non oportet factum, tanquam irritum ab omnibus iudicetur. Vnō igitur eodemq; consilio, iisdem precibus & fletibus tam nos, qui vsq; adhuc videmur temporis istius ruinas subterfugisse, quam illi, qui in hac temporis videtur clades incidisse, diuinam maiestatem deprecantes, pacem ecclesiastico nomine postulemus. Mutuis votis nos inuicem foueamus, custodiamus, armemus: oremus pro lapsis, vt erigantur: oremus pro stantibus, vt non ad ruinas vsque tententur: oremus, vt qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant, nō momentaneam neq; præpropèram desiderare medicinam. Oremus, vt effectus indulgentiæ, lapsorum subsequatur pœnitentiam: vt intellecto suo crimine velint nobis interim præstare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbare Ecclesiæ statum, nē interiorē nobis persecutionem ipsi incendisse videantur: & accedat ad minimum cumulum, quòd etiā in quieti fuerunt. Maximè enim illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Pulsent fanè fores, sed non vtique confringant: Audent ad limen Ecclesiæ, sed non vtique vt transiliant: Castrorum cæ-

vnum

lestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant, se desertores fuisse: Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant: Arment se quidem modestiæ telis: & quem negando mortis metu, fidei dimiserant clypeum, resumant: sed vt contra hostem diabolum vel nunc armati, non contra Ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecūda, humilitas necessaria, patientia non ociosa. Mittant legatos pro suis doloribus lachrymas. Aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. Immo si dedecoris admissi magnitudinē perhorrescūt, si pectoris & conscientiæ suæ læthalem plagam, & sinuosi vulneris altos recessus verè medica manu tractant, erubescant & petere, nisi quia maioris est rursus & periculi & pudoris, auxilium pacis non petisse. Sed hoc totum in Sacramento, sed in ipsius postulationis lege, temporis facto temperamento, sed postulatione dimissa, sed prece subdita: quoniam & qui petitur, flecti debet, non incitari: & sicut respici debet diuina clemencia, sic respici debet & diuina celsura: & sicut scriptum est, Donauit tibi omne debitum, quia me rogasti: sic scriptum est, Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eū coram patre meo & coram angelis eius. Deus enim vt est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens. Et sicut ad conuiuia vocat, sic habitum nuptiarum non habentem, ligatis manibus & pedibus, extra sanctorum cœtum foras iactat. Parauit cælū, sed parauit & tartarum: parauit refrigeria, sed parauit etiā æterna supplicia: parauit inaccessibilem lucē, sed parauit etiā perpetuē noctis vastam æternamq; caliginē. Cuius temperamenti moderamen nos hūc querentes tenere diū, & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex alijs prouincijs longè positis, persecutionis istius ardor eiecerat, ante constitutionē Episcopi nihil innouandum putauimus: sed lapsorum curam medio critere temperandā esse credidim⁹, vt interim dum Episcopus dari à DEO nobis sustinetur, in suspendio eorum qui foris possunt dilatione sustineri, causa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ suæ sine vrgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia, & p̄fessa frequenter suorum detestatione factorum, si lachrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac verè pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes viuendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum cautè & sollicitè subueniri, ne ipso scientē, quid de talibus faciat, qualiter iudicij sui examinet pondera: nobis tamē anxie curantibus, vt nec p̄nam nostram improbi homines laudēt facilitatē, nec verè

Matth. 18. d

Matth. 10. d

Matth. 22.

penitentes accuserent nostram, quasi duram, crudelitatem. Optamus te, beatissime ac gloriosissime Papa, semper in domino bene valere.

DECRETA CORNELII PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papae.

Anno Domini 255.

Cornelius natione Romanus, ex patre Castino, sedit annos tres in Episcopatu, & dies decem. Hic sub Cesare Decio martyrio coronatur. Sub huius Episcopatu Nouatus Nouatianum extra Ecclesiam ordinavit, & in Africa Nicostatum. Hoc facto, confessorum qui se separauerant à Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Mose fuit, ad Ecclesiam sunt reuersi, & facti sunt confessores fideles. Post hoc Cornelius Episcopus Centumcellas pulsus est, & ibi scriptam epistolam de sua confirmatione, missam à Cypriano, (quā Cyprianus in carcere subscripsit, & dedit Celerino lectori) suscepit. Hic temporibus suis rogatus à quadam matrona Lucina, corpora apostolorum beatorum Petri & Pauli, à Catacumbis leuauit nocturno. Primum quidem corpus beati Pauli beata Lucina posuit in praedio suo via Ostiensis, ad locum ubi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius Episcopus, & posuit iuxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in Vaticano palatii Neroniani, in monte aureo, tertio Kalendas Iulij. Post hoc Cornelius ambulauit Centumcellas. Eodem tempore audiuit Decius, quod epistolam accepisset à beato Cypriano Carthaginensi episcopo. Qui misit Centumcellas, & adduxit beatum Cornelium. Quem iussit sibi cum praefecto urbis in Tellude nocturno praesentari. Cui ita dixit: Sic definisti, ut nec deos consideres, nec praecipua principum audias, nec nostras minas timeas, ut contra rempublicam literas accipias, & dirigas? Cornelius episcopus respondit, dicens: Ego de corona Domini mei literas accepi & direxi, & non contra rempublicam, sed magis per spirituale consilium ad animas redimendas. Tunc Decius iracundia plenus, iussit os beati Cornelij cum plumbatis caedi, & praecipit eum duci ante templum Martis, ut adoreret. quod si non fecerit, dicens, Capite truncetur. Post hoc, id est, tertio nonas martij, antequam passus est, omnia bona Ecclesiae tradidit Stephano Archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non vellet, decollatus est in loco supradicto. Cuius corpus nocte collegit beata Lucina cum clericis, & sepeliuit in crypta iuxta coemeterium Calixti in praedio suo via Appia, decimo octavo Kalendas Octobris. Et cessauit Episcopatus dies triginta quinque.

In vetusto quodam exemplari sic legitur:

Hic iam ante passionem suam, omnia Ecclesiae tradidit Stephano archidiacono suo. hic fecit ordinationes duas per mensem decembriū, & ordinavit presbyteros quatuor, diacones quatuor, Episcopos per diuersa loca numero septem. Epistolas atque decreta Episcopis & catholicis viris per diuersa loca direxit.

EX EPISTOLA D. CYPRIANI ad Antonianum de Cornelio, quae est libri 4. Epistola 2.

Venio iam nunc, frater charissime, & ad personam Cornelij collegae nostri, ut Cornelium nobiscum verius noueris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de DEI iudicio, qui eum Episcopum fecit: & coepiscoporum testimonio, quorum numerus vniuersus per totum mundum concorditer unanimitate consensit. Nam quod Cornelium charissimum nostrum deo & Christo & Ecclesiae eius, item consecratoribus cunctis laudabili praedicatione commendat, non iste ad Episcopatum subito peruenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominum saepe promeritus, ad sacerdotij sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogantiae & superbiae suae tumor inflat: sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad huc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginis continentiae suae, & pro humilitate ingenitae sibi & custoditae verecundiae, non, ut quidam, vim fecit ut Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus exciperet. Et factus est Episcopus à plurimis collegis nostris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos literas honorificas & laudabiles, & testimonio suae praedicationis illustres, de eius ordinatione miserunt. Factus autem est Cornelius Episcopus de DEI & Christi eius iudicio, de clericorum penè omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedrae sacerdotalis, vacaret. Quo occupato de dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quis iam Episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat Ecclesiae ordinationem, quia Ecclesiae non tenet vnitatem. Quisquis ille fuerit, multum de se licet iactans, & sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum, quod solus esse debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est. Tum deinde post Episcopatum non exambitum, non extortum, sed de Dei, qui sacerdotem

cerdotes facit, voluntate susceptum, quanta in ipso suscepto Episcopatu suo virtus? quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos simplici corde & perspicere penitus, & laudare debemus, sedisse intrepidum Romae in sacerdotali cathedra eo tempore, quo tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, cum multo patientius & tolerabilius audiret, leuari aduersus se a muli principem, quam constitui Romae Dei sacerdotem. Nonne hic, frater charissime, summo virtutis & fidei testimonio praedicandus est? Nonne inter gloriosos confessores & martyres deputandus, qui tantum temporis sedit, expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis virores, qui Cornelium aduersus edita feralia resistentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio inuaderent, vel crucifigerent, vel igne torreret, vel quolidet inaudito genere poenarum viscera eius & membra laniarent? Etiam si maiestas domini protegentis & bonitas, sacerdotem quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet & timorem, passus est quicquid pati potuit, & tyrannum armis & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Quod autem quaedam de illo inhonesta & maligna iactantur, nolo mireris, cum scias hoc opus semper esse diaboli, ut seruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet: ut quod conscientiae suae luce clarescunt, in alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias & verissimè comperisse, nulla illum libelli, ut quidam iactant, labe maculatum esse: sed neque, cum Episcopis qui sacrificauerunt, communionem sacrilegam miscuisse: sed eos demum, quorum causa audita & innocentia probata sit, coniunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, & de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam sicut & antecessores nostri saepe fecerunt, colligendis fratribus nostris charissimis, frater noster Cornelius necessitate succubuit: & quonia cum Trophimo pars maxima plebis abesseerat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trophimo & satisfaciente, & poenitentia deprecationis errorem pristinum consistente, & fraternitatem quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione reuocante, audita sunt eius preces, & in Ecclesiam Domini non tam Trophimus, quam maximum fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes ad Ecclesiam regressuri non essent, nisi cum Trophimo comitate venissent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito, susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus, & restituta multorum salus: sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litera

pertrulerunt, quasi locum sacerdotij vsurpet. Sed & quod passim communicare sacrificatis Cornelius tibi nunciatus est, hoc quoque de apostatarum fictis rumoribus nascitur. Neque enim possunt laudare nos, qui recedunt à nobis: aut expectare debemus, ut placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratribus violenter insistant. Quare & de Cornelio, & de nobis quaecunque iactantur, nec audias facile, nec credas frater charissime.

Haecenus Cyprianus: quae utique insignem habent Cornelij à tanto martyre commendationem.

EX HISTORIAE ECCLESIASTICAE Eusebij Caesarensis libr. 6. cap. 35. iuxta versionem Iohannis Christophorofoni Episcopi Cicerstrensis in Anglia: nam alij alium habent capitulum numerum.

Nouatus Ecclesiae Romanae presbyter, arrogantia quadam & fastidio contra istos (lapsos) elatus, asseruit non amplius illis, quamuis omnia quae viderentur ad veram poenitentiam, ad conuersionem animorum, ad puram denique confessionem spectare, omnino peragerent, spem ullam salutis omnino reliquam fieri. Unde proprii cuiusdam erroris, & sectae eorum, qui praeflata quadam mentis insolentia seipso *καταποδο* esse, id est, puros & vacuos à labe peccati asseuerant, author & dux fuit. Ob quam rem concilium maximum Romanae cogitur, in quo sexaginta Episcopi, & presbyteri totidem atque amplius, vna cum diaconis in vnum conueniunt. A pastoribus etiam separatim per singulas cuiusque regionis prouincias, quid de ea agenda esset, deliberatibus colloquia fuerunt. A quibus omnibus tandem decernitur, Nouatum eiusque fautores tanta superbia inflatos, & quotquot illius inhumanissimae, & à fraterna charitate alienissimae opinioni assentirentur, in eorum numero, quae erant ab Ecclesia exclusi, haberi: fratres autem, qui casu infelici prolapsi fuissent, poenitentiae medicamentis curari, & ad sanitatem restitui. Epistolae quidem Cornelij Episcopi Romani scriptae ad Fabium Episcopum ecclesiae Antiochenae, ad nos perueniunt, quae tum acta concilij Romanae habiti, ab omnibus in Italia, in Africa, in quae alijs locis de eo errore decreta erant, euidenter declarant. Alij item extant epistolae à Cypriano & alijs Episcopis, qui cum eo in Africa in eum errorem inquisuerunt, Latino sermone compositae: ex quibus constat, illis etiam visum esse, ut & fratres qui per tentationem ceciderant, consolationis subsidio leuarentur, & auctori illius haeresis vna cum illis omnibus, qui pari ratione cum eo à veritate essent abducti, catholica ecclesia, idque merito, interdiceretur. His alia quaedam Cornelij an-

ne dicitur epistola de illis, quæ erant in Concilio Romæ sancita. Alia rursus de Nouatibus gestis, ex qua aliquot loca citare non grauibimur, quod qui sint istam fortè historiam perlecturi, ea quæ ad eum spectant, manifestè cognoscant. De Nouato igitur, quali vitæ instituto & moribus fuerit, Fabium certiore faciens Cornelius, hæc ipsa scribit: Vt verò intelligas hunc admirabilem virum iam pridem in Episcopatu petendo ambitione incensum esse, & eam temerariam effrenatamque cupiditatem occultasse intra se, & simulatione ac tanquam in uolucro, quo arrogantiam tegeter, in initio confessores CHRISTI, viros sanè probos secum habuisse, tibi volo apertè ostendere. Presbyter nomine Maximus & Urbanus è nostris, qui bis ex constanti fidei cõfessione summam gloriæ amplitudinem collegerant, Sidonius item & Celerinus, vir qui DEI clementia adiutus, omnia tormentorum genera, maxima cum tolerantia pertulerat, & corporis imbecillitate vi ac robore fidei suæ cõfirmata, strenuè ac viriliter ab aduersario victoriam reportauerat, cum Nouatum attentius considerassent, & callidam eius fraudè, versutiam, periuriam, mendaciam, agrestem inhumanitatem, ab omni vitæ communione alienam, veteratoriam denique instar lupi amicitiam depræhendissent: eo relicto, ad sanctam Ecclesiam reuerterunt, atque omnes eius fallacias & maleficia, quæ longo tempore intimo pectore obtexisset, multis præsentibus tum Episcopis, tum presbyteris, tum laicis quamplurimis, palam ostendere, & cum lachrymis ac querela, cum dolore & pœnitentia suam vicem deplorare cœperunt, quod subdole illius & efferatæ bestię consilio adducti, ab Ecclesia etiã vel ad exiguum temporis spatium desciuissent. Paulò post ait: Vix credibile est, charissime frater, quantam in moribus varietatem, quantam mutationem exiguo momẽto in illo factam conspexerimus. Nam splendidissimus iste scilicet, qui inusitato ac terribili iureiurando adiecto, fidem suis fecerat, se non aliquãdò Episcopatum appetiuisse, tanquam ex fallaci quadam præstigiarij impostura, in medium proiectus, derepentè episcopus apparuit. Etenim ista nouæ sectæ inuentor, & doctrinæ Ecclesiasticæ, si dijs placet, propugnator, quandò Episcopatum à DEO certè minimè ei donatum, sibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodò extorquere nitebatur, duos sibi socios de sua ipsorum salute propè desperatos adsciuit, vt eos in exiguam aliquam partem, & minimum quasi Italiæ angulum mitteret, indeque Episcopos tres, homines agrestes, rudes ac simplices simulatione quadam veteratoria in fraudem inductos abduceret, asserens & cõstanter affirmãs, eos quàm celerimè debere Romam venire, vt videlicet omnis lis & dif-

cordia, per sententiam illorum aliorumque Episcoporum interpositã, dirimeretur. Episcopi igitur, quoniam (vt supra diximus) homines simpliciores erant, & in perditorum fallacijs dolisq; discernendis minùs perspicaces, Romam aduentant. Iste tum per quosdã suis similes ad eam rem cõparatos, eos in vnũ locum cõcludendos curauit: ac cum circiter horam decimam ebrios & crapula oppressos cerneret, vi cõegit imaginaria quadam & vana manuum impositione Episcopatum ipsi tribuere: quem dignitatis gradum parum sibi accommodatum, ad hunc modum per fraudem & astutiam acquisiuit. Ex quibus Episcopis vnus non longè post, peccatum flebiliter lamentatus, & idem apertè confessus, ad Ecclesiam reuenit: quem populo vnuerso pro eo rogante, tandè vt laicum in cõmunionem recepimus: atque alios, qui in reliquorum duorum Episcoporum loca, qui eũ creassent, succederent, misimus. Istum igitur lepidum Euangelij patronum Nouatũ omnino præterijt, scilicet vnũ solũ Episcopũ oportere esse in hac Ecclesia Catholica: in qua tamen non ignorabat (quomodo enim poterat?) presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos quadraginta duos, exorcistas & lectores vnã cum ostiarijs quinquaginta duos, vi duas & alios morbo atque egestate afflictatos, mille & quingentos: quos omnes Domini gratia & benignitas abundè sustentat. Sed tamen nemo ex tanta ministrorum multitudine, tamq; in Ecclesia necessaria, nemo ex tanto egentium numero, Dei prouidentia locupletato, & rerum abundantia circumfluenta, nemo denique ex maxima illa & innumerabili populi frequentia, istum quẽ dico Nouatum, ab ea desperatæ mētis cõcitate & cõtumacia auertere, & ad Ecclesiam denuò reuocare potuit. Quinetiam paulò post annexit ista: Dein cõps dicamus, quibus actis quibusque vitæ institutis cum tanta confidentia Episcopatum prensaret. Num quoddã primæ ætatis tempore in Ecclesia versatus fuit? Num quoddã multa certamina pro eius defensione subiit? Num quoddã multis magnisque periculis pro pietate se obiecit? Non est certè eius generis ille quidẽ, cui ex fatana, qui ingressus in illum, diũ est in intimo pectore cõmoratus, primũ data fuit credèdi occasio. Qui quidem vbi exorcistarum præsidio spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbũ, vt iam ferè mori putaretur, incidisset, in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus, baptismum accepit, si modò talem hominem baptismum accepisse dicendũ sit. Verũ morbo tandè elapsus, neq; cætera quibus post baptismum secundũ Ecclesiæ canonem imbui oportuerat, acquisiuit, neq; Dñi sigillo ab episcopo obsignatus fuit. Quo quidem neutiquam positus, quomodo (quẽso) spiritum sanctum adeptus est?

Atque

Clerus Romanæ Ecclesiæ.

Atque paucis interpositis, iterũ addit: Iste persecutionis tempore metu debilitatus, & nimia vitæ cupiditate adductus, se presbyterum esse denegauit. Nam cum à diaconis rogatus oratusque esset, vt domo, qua se conclusum occultauerat, egressus, quãtũ presbytero liceret, quantumque in eius situm esset potestate, fratres in periculo constitutos, opisque & auxiliij indigentes, iuaret, tantũ abfuit vt Diaconis eum obsecrantibus obtè peraret, vt etiã non sinè stomacho & bile ab illis abiret, discederetq;. Nam se nolle amplius esse presbyterum, sed alteri vitæ generi se dicaturum asseruit. Qui paulò longius progressus, rursũ adiungit: Iste præclarus scilicet & insignis Nouatus, Dei penitens reliquit Ecclesiam: in qua post fidem receptam, presbyteri munere donatus fuit, idque propter amorem & benevolentiam, qua Episcopus qui illi manus imposuerat, eum complexus est: qui quidem Episcopus nõ modò ab vnuerſo clero, sed etiã à multis laicis vetitus, (quoniam minimè licebat, quenquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi) magnoperè potestabat sibi potestatem dari huic soli manus in sortem presbyterij imponendi. Deindè post ista aliud eius facinus, omnium sanè pessimum, hoc ferè pacto tradit: Cũ fecisset oblationes, & singulis partem Sacramenti distribuisset porrexissetque, miseros homines & infelices pro benedictione, & gratiarũ actione iusiurandum dare cõegit. Atque suis vtrisque manibus manus accipientis præhendens, non prius dimisit, quàm hoc iureiurando eum obstrinxisset, (illius enim verbis vtar) Iura mihi per corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi, te nunquam nec me deserturum, nec ad Cornelium reuersurum. Atque miser homo non antè degustauit, quàm ita illi se deuouisset. Et qui illum acceperat, pro Amè, quod dicere debuerat, hoc dixit, Non deinceps ad Cornelium reuertar. Post alia quædam, iterũ hæc narrat: Scias velim, propterea quod in dies singulos iam fratres eum deserunt, & ad Ecclesiam redeunt, iam illum omnium ferè societate denudatum destitutumque esse. Cuius amentem audaciam & insolentiam etiã Moyſes beatus martyr, qui nupèr apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perspicuè animaduertens, tum illi, tum alijs quoque presbyteris, qui vnã cum illo sese ab Ecclesia segregauissent, fidelium societate & cõmunionem interdixit. Porro in extrema epistola Episcopos, qui Romam profecti, Nouati dementia cõdemnabant, enumerat, & non solũ nomina cuiusque, sed ecclesias etiã, quibus singuli præerant, recenset. Quin etiã episcoporum, qui minimè Romam se contulerant quide, sed per literas decreto eorũ quos diximus, assentiebatur, nomina pariter & ciui-

tates, vndè quisque scripsit epistolã, cõmemorat. Ista Cornelius Fabio Antiochię Episcopo per literas significauit.

Hucusquẽ ex Eusebio.

EPISTOLA CORNELII PAPAE
prima, de trãlatione corporum Apostolorum Petri & Pauli. Et de Nouato, alijsq; hæreticis.

Charissimis atque dilectissimis fratribus, sanctæ Dei Ecclesiæ filijs, & omnibus domino recta fide famulantibus, Cornelius Episcopus:

Videns charitatis vestræ benevolentiam, quia Apostolorum amatores estis, eorumque fidem & doctrinam tenetis, decreui vobis scribere (Domino authore) quãdam ex his, quæ nunc temporis necessaria sunt sciri, & quæ apud nos in Ecclesia Romana (auxiliante Domino) meritis Apostolorũ nupèr acta sunt siue geruntur: quoniam patrocinante charitate, credo vos paterna gratia scripta sedis Apostolicæ libenter suscipere, & mandata eius peragere, atque de eius profectibus gratulari: quia quisquis se in radice charitatis inserit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inanescit, nec amore fecunditatis opus efficacè amittit. Ipsa enim charitas exercet corda fidelium, sensus corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, sed fiat totum dulce quod agitur, dum eius proprium sit, nutrire concordiam, seruare mandata, atque dissociata coniungere, praua dirigere, & cæteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare. Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cuiusdã deuotæ fœminæ atque nobilissimæ matronæ Lucinæ, leuata sunt corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis. Et primò quidem beati Pauli corpus, leuatum silentio, & positũ est in prædico prædictæ matronæ, via Ostiẽn, ad latus vbi decollatus est. Postea verò beati Apostolorũ principis Petri accepimus corpus, & condecenter posuimus illud iuxta locum, vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vatiçao palatij Neroniani, tertio Kalendarum Iuliarum die, orantes Deũ & Dominũ nostrum Iesum Christum, vt intercedentibus suis sanctis Apostolis, maculas vestrorum purget peccatorũ, & in sua vos conseruet voluntate diebus vitæ vestræ, & in fructu boni operis vos perseuerabiles reddat. Vos verò his congaudete, quia & ipsi sancti Apostoli de vestro congratulantur gaudiò. Vos semper Deum laudate, & ipse glorificetur in vobis. Scriptum est enim: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio cõmendare. Vndè quidẽ tãdò

*depositum

Psal. 115.

nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quantum nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque Dominicæ vocis ad suscipiendam eius requiem suadet assertio. Hæc invidens antiquus hostis, suscitavit nobis aduersarium Nouatum, rectæ fidei & sanctæ doctrinæ æmulum, qui extra ecclesiam ordinavit Nouatianum, & in Africâ Nicostatum, utrosq; hæreticos, sicut ille erat. Hi verò conatibus quibus potuerunt, multos à recta & catholica fide suadentes recedere fecerunt, & post se in peruersam & Deo odibilem doctrinam corrumpere persuaferunt. Sed sicut istorum tergiversationibus nimis sumus contristati, & de eorum perditione contriti, sic de aliorum conuersatione, domino auxiliante, sumus lætificati. Deus autem omnipotens, qui tristibus miscet læta, oppidò nos lætificauit, quòd quidam confessores, qui dudum fuerant fideles, à nobis & à recta fide, diabolo instigante, se separantes, cum Maximo presbytero ad Ecclesiam catholicam & fidem rectam sunt reuersi, & denuò, sicut prius, facti sunt cõfessores fideles. Quapropter, charissimi, hortamur vos & deprecamur per dominum nostrum Iesum Christum, prædictos hæreticos, & omnes quos à recta fide & doctrina apostata cognoueritis, exhortationibus & bonis studijs vestris ad catholicam fidem & rectam doctrinam conuertere contendite, & in Dei voluntate persistere suadete. Et non solum hos, sed omnes qui nõdum fidem rectam perceperunt, ad catholicam fidem perducere festinate. Quia neque mors, neque vita, neque angeli, neq; principatus, neque instantia, neque futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia (magistro gentium docente) poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsq; in finem conseruantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certare properant. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submituntur. Quòd si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo, aduersus omnes inimicos sanctæ Ecclesiæ & vestros, & induite vos lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus asiluentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignita extinguere.

Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum DEI, per omnem orationem & obsecrationem, radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo IESU domino nostro. Sed & nunc fratres, commendamus vos Domino, & omnes verbo gratiæ eius, qui potest perficere & dare hereditatem nobis cum omnibus sanctis. Ipse autem DEVS pacis & consolationis, det vobis id ipsum sapere in alterutrum, ut vobis inuicem succurratis, & nõn sitis diuisi, ut vnanimis, vno ore & vno corde honorificetis eum, in concordiam & consolationem fratrum, qui potest confirmare vos secundum Euangelium eius, iuxta reuelationem æterni mysterij, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summoperè considerate etiam debetis, quòd illi qui fratribus inuident, eosq; damnare atque perdere cupiunt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim Dominus: *Omne regnum in se diuisum, non stabit: & omnis scientia & lex aduersum se diuisa, non stabit. Ideo quæ necesse est, ut cõcorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimis, diuinis & Apostolicis constitutionibus pareatis. Data * septimo Idus Septembris, Decio & Maximo viris clarissimis consulibus.*

EPISTOLA CORNELII PAPAE
secunda, * Rufo cõepiscopo Orientali directa.

- 1 Si sacramentum ab Episcopis fieri debeat.
- 2 De causis Episcoporum, & ut quicquid aduersus absentes agitur, vacuum habeatur.

Cornelius episcopus * Rufo cõepiscopo in Domino salutem:
Exigit dilectio tua, frater charissime, ut ex autoritate Sedis Apostolicæ, tuis debemus consultibus respondere. Quod licet non prolixè, sed succinctè agere festinamus, propter quasdam importunitates, quæ nostris præpedientibus peccatis, in nos superuenere: tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studijs perquirere latius & inuestigare, permittimus. Non enim potest mens attrita, & oneribus atque importunitatibus grauata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc & alia, quæ necessaria fore cognouerimus, tuæ sanctitati velimus denegare: sed quod hic minus inuenitur, latius perquiratur. Sacramentum autem hætenus à summis sacerdotibus vel DEI ministris exigi, nisi pro fide recta, minimè cognouimus, nec spontaneos iurasse reperimus. Summoperè ergo sanctus Iacobus Apostolus prohibens sacramentum, loquitur, dicens: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per

Rom. 8.g

Hebr. 10.g

Abac. 2.

Iacob. 5. b

Apoc. 2. c

Hebr. 10. g

Eph. 6. b c

Rom. 15. b

Matth. 12. b

Marci 3. c

Luc. 11. c

Philip. 2. a

* Octauo

* Rustico

* Rustico

* Rustico

2. q. 4. Sa-

cramentum

hætenus

Iacobi 5. c

per

Matth. 5.

2. q. 4. Nos

sanctorum

seq.

Exod. 20. b

2. q. 4. Nos

sacramentum

Matth. 5.

Iacobi, 5. c

Sap. 1. c

Eph. 4. b

Zach. 8. c

Col. 3.

2. Petr. 3. b

per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem dies DOMINI ut fur, in qua cæli magno impetu tranfient, elementa verò calore soluentur. Cum hæc igitur omnia dissoluenda sunt, ex his potestis considerare, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & sperantes in aduentum diei Dei, per quem cæli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Vos autem charissimi, dixit Iudas Apostolus, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniã in nouissimo tempore venient illusores, secundum sua desideria ambulantes impietatum. Hi sunt, qui segregant semetipfos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, charissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Nullus enim sacerdoti causam suã alieno committat iudicio, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum. Sed vnusquisq; cõprovinciales iudices & notos habeat, nisi aliquã vim temerarię multitudinis illic timuerit, aut infestus, aut suspectos inibi iudices habuerit, pro quibus causis ad maioris auctoritatis iudices, & ad alias puincias appellare & venire cõcessum est. omnia ergò, quæ aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omninò euacuentur: quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat. Facile ergò homo hominè fallere potest, non tamen Deum, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. Vndè ait propheta: Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanę sunt. Sapiens ergò non est, qui nocet. Nec quicquam mali vult, qui fidelis est, aut cuiquam insidias machinatur. Hortamur frater, & monemus tuam dilectionem, ut omnes semper, prout melius potueris, adiuues, confortes & consoleris. Et sacramenta, super quibus hanc sanctam romanam ac vniuersalem Ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas, & neminem vnquam infestes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas peruenire, ut omnes hæc mala caueant. Et sicut generaliter tam ab ipso Domino, quàm à sanctis & reliquis Apostolicis viris, & cæteris patribus, sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene valere beatitudinem tuam semper optamus, & sacris virtutibus proficere te desideramus, frater charissime atque amantissime. Data vndecimo Kalendas Iunij, Maximo & Decio viris clarissimis consulibus.

sed omnes ad pœnitentiam reuertuntur. Aduentum autem dies DOMINI ut fur, in qua cæli magno impetu tranfient, elementa verò calore soluentur. Cum hæc igitur omnia dissoluenda sunt, ex his potestis considerare, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & sperantes in aduentum diei Dei, per quem cæli ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Vos autem charissimi, dixit Iudas Apostolus, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniã in nouissimo tempore venient illusores, secundum sua desideria ambulantes impietatum. Hi sunt, qui segregant semetipfos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, charissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Nullus enim sacerdoti causam suã alieno committat iudicio, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum. Sed vnusquisq; cõprovinciales iudices & notos habeat, nisi aliquã vim temerarię multitudinis illic timuerit, aut infestus, aut suspectos inibi iudices habuerit, pro quibus causis ad maioris auctoritatis iudices, & ad alias puincias appellare & venire cõcessum est. omnia ergò, quæ aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omninò euacuentur: quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat. Facile ergò homo hominè fallere potest, non tamen Deum, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. Vndè ait propheta: Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanę sunt. Sapiens ergò non est, qui nocet. Nec quicquam mali vult, qui fidelis est, aut cuiquam insidias machinatur. Hortamur frater, & monemus tuam dilectionem, ut omnes semper, prout melius potueris, adiuues, confortes & consoleris. Et sacramenta, super quibus hanc sanctam romanam ac vniuersalem Ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas, & neminem vnquam infestes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas peruenire, ut omnes hæc mala caueant. Et sicut generaliter tam ab ipso Domino, quàm à sanctis & reliquis Apostolicis viris, & cæteris patribus, sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene valere beatitudinem tuam semper optamus, & sacris virtutibus proficere te desideramus, frater charissime atque amantissime. Data vndecimo Kalendas Iunij, Maximo & Decio viris clarissimis consulibus.

In epistola sua canonica. fg

II. In dec. Iuo. lib. 4.

3. q. 6. Omnia quæ aduert.

Hebr. 4. d Psalm. 93. 6. q. 1. Sapiens non est. al. legatur tamen ibi sub nomine Lucij papæ successoris Cornelij, Vbi etiã habetur.

EX.

EX DECRETIS CORNELII Papæ, quæ non habentur in prioribus, ex Gratiano desumpta.

Conuicia perditorum, à via rectitudinis nos mouere non debent.

Hæc sunt Cypriani verba. dist. cap. 47. Quod ad nos attinet.

Quod ad nos attinet, conscientia nostræ conuenit, semper dare operam, nè quis culpa nostra pereat. Si quis autem vltro, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii in culpato futuros credimus, qui eorum cõsuluimus sanitati, & illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus à via recta, & à certa regula nõ recedamus, quam Apostolus instituit, dicens: Si hominibus placeam, Christi seruus non essem.

Galat. 1. b

ITEM EIVSDEM ALIVD DECRETUM ex Gratiano.

Ante 14. annos nullus iurare cogatur, & vt à ieiunijs iuramenta præstentur.

22. q. 5. Honeftum etiã videtur. Et in. dec. luo. lib. 3.

Honestum etiã videtur, vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cū omni honestate & timore Dei.

Ibidem quoquẽ quo ad annos, quibus conceditur alicui iurare, subditur.

Et vt pueri ante annos quatuordecim nõ cogantur iurare.

CORNELII AD CYPRIANVM Epistola 3. De confessoribus ad vnitatem regressis.

Libr. 3: Epist. 11. apud Cyprianũ, vbi falsò inferbitur Cypriano, sicut & sequens epistola.

Cornelius Cypriano fratri salutem: Quantam sollicitudinẽ & anxietatem sustinimus de his confessoribus, qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris, fuerant circumuenti & penè decepti, & ab ecclesia alienati, tantam lætitiã adepti sumus: & Deo omnipotenti, Christo Domino nostro gratias agimus, cū eos, cognito suo errore, intelligamus hominis maligni velut serpentis astutia venenatã derelictã, ad Ecclesiam, vnde exierant, sicut ipsi ex suo cordo profitentur, simplici voluntate venisse. Et primò quidem fratres nostri probatã fidei, amantes pacem, vnitatẽ optantes, tumorem illorum, horum mollitiem nunciabãt: Fides tamen non idonea, vt facillẽ nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. Postea verò quàm Vrbani & Sidonii Confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum cõfessorem & presbyterũ secum pariter cupere in Ecclesiam redire: sed quoniam multa præcesserant, ab eis designata, quæ tu quoquẽ Episcoporum nostrorum & meis literis cognouisti: nè temerẽ eis fides haberetur, ex ipsorum ore & cõfessione, ista quæ per legationem mandauerant, placuit audiri. Qui cū venissent, & à presbyteris, quæ gesserant, exigerentur, nouissimẽ quod per omnes Ecclesias literẽ calumnijs & maledictis plenã, eorum nomine frequenter

missẽ fuissent, & penè omnes Ecclesias perturbassent, circumuetos se esse affirmauerunt, neq; in istis literis quid in esset, scisse: tãtummodò circumductos se, commississe quoquẽ schismata, & hæresis authores fuisse, vt paterentur & manus quasi Episcopatu imponi: qui, cū hæc & cetera eis fuissent exprobrata, vt abolerentur, & de memoria tolleretur, deprecati sunt. Omni actu ad me perlato, placuit cõtrahi presbyterium. Assuerunt etiã Episcopi quinq; q; & hodiẽ pssentes fuerunt, vt firmato consilio, quid circa personas eorum obseruari deberet, cõsensu omniũ statueretur. Et vt motum omnium, & cõsiliũ singulorũ dinosceres, etiã sententias nostras placuit in notitias vestras perferri, quas & subiectas leges. His itã gestis, in presbyteriũ venerunt Maximus, Vrbani, Sidonius, & pleriq; fratres, qui eis se adiunxerunt, summis precibus desiderãtes, vt ea quæ antè fuerant gesta, in obliuionem cederent, nullaq; eorum mentio haberetur, perinde atquẽ si nihil esset vel commissum vel dictum. Inuicẽ omnibus remissis, cor mundum & purum, sequentes Euangelicam vocem, beatos esse pueros cordẽ, quod iam sperent Dominum. Quod erat cõsequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, vt & ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos iã viderant, & dolebant, quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis cõkursus factus est. Vna vox erat omniũ, gratias Deo agentium, gaudium pectoris lachrymis exprimentium, complectentiũ eos, quasi hodiẽ pœna carceris fuissent liberati. Et vt ipsorum propria verba designem, Nos, inquit, Cornelium Episcopum sanctissimã Catholicẽ Ecclesie, erectũ à Deo omnipotente, & Christo Domino nostro, scimus. Nos errorem nostrum confitemur. Circumuenti sumus perfidie loquacitate & factione amentes. Videbamur quasi quandam cõmunicationẽ cum schismatico homine habuisse. Syncera tamẽ mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec ignoramus vnum Deum esse, & vnum Christum esse Dominum, quẽ confessi sumus, vnum spiritum sanctũ, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere. Ista eorum professione non moueremur, vt quod apud potestatem seculi erant confessi, in Ecclesia constituti, comprobarent? quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus: Ceteros cum ingetĩ populi suffragio recepimus: Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia seruata. Hęc igitur, frater, eadem hora, eodem momento ad te perscripra transmisi, & Nicephorũ acolythum, descendere ad nauigandũ festinantem, ad vos statim dimisi, vt nulla procrastinatione habita, velut presens in isto clero, & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & CHRISTO Domino nostro gratias ageres.

*manu

*votum

Matth. 5. a

*vident vel videbunt

*factio amentes

Vnus Episcopus in Catholica Ecclesia.

Cre.

Crẽdimus autẽ fore, quinimò iam pro certo confidimus, ceteros quoquẽ qui in hoc errore sunt constituti, in Ecclesiam breuĩ reuersuros, cū authores suos viderint nobiscũ agere. Has literas, puto, te debere, frater, & ad ceteras Ecclesias mittere, vt omnes sciant, schismatici huius & hæretici doli & præuaricationem, de die in diem euacuari.

EIVSDEM AD EVNDEM EPISTOLA 4. De factione Nouatiani.

Libr. 3. Epist. 12.

Cornelius Cypriano fratri salutem: Nẽ quid minus ad pœnam futuram huius scelerati hominis deesset, prostratus virtutibus dei (cũ Maximus & Lõginus & Machæus indẽ fuissent expulsi) denuò resurrexit: & sicut prioribus literis tibi, quas per Augendum confessorem misi, significaueram, Nicostратum, & Nouatum, & Euaristũ, & Primum, & Dionysium, illò iam peruenisse. Inuigiletur ergò, vt omnibus cõepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostратum multorum criminum reum, & non solum patronã suã carnali, cuius rationes gestit, fraudes & rapinas fecisse, verũ etiam quod est illi ad perpetuã pœnam reseruatu, Ecclesie deposita nõ modica abstulisse: Euaristum verò authorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antea præfuerat, in locum eius Episcopum esse cõstitutum. Maiora verò & grauiora hęc designauit malitia & inexplebili prauitate sua, quàm quæ illic apud suos semp exercuit, vt scias quales duces & protectores schismaticus & hæreticus lateri suo semper iunctos habeat.

CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI sanctissimi atque doctissimi Epistolæ quædam, certa ratione hoc loco insertæ, sequuntur.

CYPRIANI AD CORNELIVM PAPAM Epistola 1. quod ordinationem Nouatiani non receperit.

Libr. 2. Epist. 11.

Cyprianus Cornelio fratri salutem: Venerunt ad nos, frater charissime, missi à Nouatiano, Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Machæus quidam, & Longinus. Sedenim cū ex literis, quas secũ ferebant, & ex eorũ sermone atque asseueratione Nouatianũ Episcopum factũ comperissemus, illicitã & cõtra Ecclesiam Catholicam factã ordinationis prauitate commoti, à cõmunicatione eos nostra statim cõhibendos esse censuimus, refutatis interim ac retusis, quæ obstinatẽ ac pertinaciter asserere tentabant: nam ego & collegẽ mei plurimi, qui ad me cõuenerant, expectauimus aduentum collegarũ nostrorum Calydonij & Fortunati, quos ad te nupẽr & cõepiscopos nostros, qui ordinationi tuẽ affuerant, legatos miseramus, vt eis aduentantibus, & rei

gestã veritatẽ reportantibus, maiore autoritate, & elucidata per eos probatione, partis aduersã improbitas frangeretur: superuenerunt verò Pompeius & Stephanus collegæ nostri, qui & ipsi quoq; ad instruendos istic nos, manifesta secundũ grauitatẽ ac fidem suam indicia ac testimonia, ptulerunt, vt nec necesse fuerit audiri vltra eos, qui à Nouatiano venerant missi: qui cū statione, inuidiosis quoquẽ conuicijs & clamoribus turbulentis prouerent, & flagitarent, vt crimina, quæ se afferre ac probare dicebant, publicè à nobis & à plebe cognoscerentur, grauitati nostrẽ negauimus conuenire, vt collegæ nostri iã delecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, ventilari vltra famam ore maledico & æmulantiũ voce pateremur. Et qui à quibus refutati & cõpressi sunt, & illicitis conatibus hæresim fecisse nudati sunt, in epistolam cõgerere, longũ fuit, ex Primitiuo compresbytero nostro plenissimè singula, cū ad vos venerit, audietis. Ac nõ eorũ furens audacia vnquã desisteret, hęc quoquẽ in schismatis partes Christi mēbra distrahere, & Catholicẽ ecclesie corpus vnũ scindere ac laniare nitunt, vt ostiatim per multorũ domos, vel quãsdã ciuitates discurrentes, obstinatiõis suẽ & erroris scissi sibi querãt comites. Quibus semel respõsum dedimus, nec mãdare desistimus, vt pniciosa dissensione & cõcertatione deposita, impietatem esse sciant matrẽ deserere, & agnoscant atq; intelligant, episcopo semel factõ, & collegarũ ac plebis testimonio & iudicio comprobato, alium constitui nullo modo posse: proinde pacificè sibi ac fideliter consuluisse, vt si se assertores euangelij & Christi esse cõfitemur, prius ad Ecclesiam reuertantur. Opte te frater semper benè valere.

EIVSDEM AD EVNDEM Epistola 2. De ordinatione eius à se comprobata, & Felicitissimo.

Libr. 2. Epist. 10.

Cyprianus Cornelio fratri salutem: Quod seruis Dei, & maximè sacerdotibus iustis & pacificis congruebat, frater charissime, miseramus nupẽr collegas nostros Calydonium & Fortunatũ, vt non tantum persuasione literarum nostrarum, sed præsentia sua & consilio omnium vestrũ, eniterentur, quantum possent, & elaborarent, vt ad Ecclesie Catholicẽ vnitatem scissi corporis membra componerẽt, & Christianæ charitatis vinculo copularent. Sed quoniam diuersẽ partis obstinata & inflexibilis pertinacia, nõ tantum radice & matris sinũ atq; cõplexum recusauit, sed etiã gliscente & in peius recrudescente discordia, Episcopum sibi constituit, & contra Sacramentum semel traditum diuinẽ dispositionis & Catholicẽ vnitatis, adulterum & cõtrarium caput extra ecclesiam fecit: acceptis literis tam tuis,

tuis, quàm collegarum nostrorum, item aduentantibus bonis viris, & nobis charissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia nobis cum læticia communi affuerata sunt firmiter & pbata, secundum quod diuinæ traditionis & ecclesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter veritas exigebat, literas nostras ad te direximus. Sed & per prouinciam nostram hæc eadem collegis nostris singulis in notitiâ perferentes, ab his quoquē fratres nostros cum literis dirigendos esse mandauimus, quanquàm mens nostra & propositum iam tunc fratribus & plebi isthæc vniuersæ manifestum fuisset, quando literis nupèr ab vtraque parte susceptis, tuas literas legimus, & Episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimaui-
 mus. Honoris etiã communis memores, & xgrauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea quæ ex diuerso in librum missum cõgesta fuerant, acruationibus criminosis respuimus, considerantes pariter & ponderantes, quòd in tãto fratrum religioso cœtu, confidentibus Dei sacerdotibus, & altari posito, nec legi debeãt, nec audiri. Neque enim facilè promèda sunt, & incautè ac temerè publicanda, quæ discordioso stylo audientibus scandalum moueant, & fratres longè positos, ac trans mare constitutos, incerta opinione cõfundant. Viderint, qui vel furori suo, vel libidini seruietes, & diuinæ legis ac sanctitatis immemores, iactitare interim gestunt, quæ probare non possunt. Et cum innocentiam destruere atque expugnare non valeant, fati habent, fama mendacij & falsorum ore maculas inspergere. Certè quod præpositis & sacerdotibus congruit, danda opera est, vt talia cum à quibusdã scribuntur, per nos respuantur. Vbi enim erit, quod discimus ac docemus scriptũ esse, Cõtine linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur insidiosè? Item alibi: Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua complectebatur malitias: Sedès aduersùs fratrem tuum detrahebas, & aduersùs filium matris tuæ ponebas scandalũ? Item quod Apostolus dicit: Omnis sermo malus de ore ore vestro nõ procedat, sed bonus ad edificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Porro hæc fieri debere ostendimus, si quando talia quorundam calumniosa temeritate conscripta sunt, vt legi apud nos nõ patiamur. Et idcirco, frater charissime, cum ad me talia aduersum te & presbyteros tecum cõsidentes scripta venissent, clero & plebi præcepi, quæ religiosam simplicitatem sonabant, nec vllis maledicorum & conuiciorũ latratibus perstrepebãt. Quòd autem scripta collegarum nostrorum, qui illic ordinationi tuæ affuerant, desiderauimus, nõ veteres mores obliti, nouũ aliquid quærebamus. Nam satis erat, vt tu te Episcopum, factis literis, nunciare: nisi esset ex diuerso discrepã factio, quæ criminosis & calunio-

xgratiæ

Psal. 33.

Psal. 49.

Eph. 4. f

sis commētis suis, collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei sopiendæ necessariũ duximus, vt scribentiũ nobis indè collegarum nostrorũ firma & solida autoritas ^{*pararetur} pareretur, qui moribus ac vitæ & disciplinæ tuæ condigna literarum suarum testimonia prædicantes, æmulis quoquē & rerum vel nouitate vel prauitate gaudentibus, omnem ambigendi & discrepandi scrupulum sustulerunt, & secundum consiliũ nostrum salubri ratione liberatas in hoc fluctu æstuantium fratrum mentes, syncerè ac firmiter tuum sacerdotiũ probauerunt. Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus, & laborare debemus, vt vnitatem à Domino, & per Apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus, obtinere curemus: & quòd in nobis est, palabundas & errantes oues, quas quorundam peruicax factio, & heretica tentatio à matre fecerunt, in Ecclesiam colligamus, illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perseverarunt, & ad nos redire noluerunt, discretionis ac separationis à se factæ, & Ecclesie derelictæ, ipsi rationem Domino reddidituri. Quantum verò hic ad presbyteriũ quorundam, & Felicissimi causam pertinet, quid hic actũ sit, vt scire posses, literas ad te collegæ nostri, manu sua subscriptas, miserunt. Qui auditis eis, quid senserint, & quid pronunciauerint, ex eorũ literis disces. Melius autè frater facies, si etiã exemplaria literarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi, per Calydonium & Fortunatũ collegas nostros proximè miseram, quæ de eodè Felicissimo & de presbyterio eiusdem, ad ^{*ecclesiam} clerum istic, non ad ^{*nostram} plebem, scripseram, legi illic fratribus iubeas, quæ & ordinationem & rationem rei gestæ loquantur, vt tam istic, quàm illic circa omnia per nos fraternitas instruat. Exemplaria autè eadem nunc quoquè per Messium hypodiaconum, à me missum, & Nicephorum acolythum transmisi. Opto te frater charissime semper benè valere.

EIVSDEM AD EVNDEM
 Epistola 3. quòd ad Confessores
 Romanos literas fecerit.

Cyprianus Cornelio fratri salutem:
 Et religiosum nobis, & necessarium ^{Lib. 2.} existimaui frater charissime, ad confessores, ^{Epist. 9.} qui illic sunt, & Nouatiani & Nouati obstinatione & prauitate seducti, de Ecclesia recesserunt, literas breues facere, quibus eos, p affectione mutua cõuenirem, vt ad matrem, id est, ecclesiam Catholicã, reuertatur: quas literas tibi ab Ethippo diacono legi prius mandauim, nè quis aliud me scripsisse fingeret, quàm quod meis literis cõtinetur. Mandauim tamen eidem Ethippo à me ad vos missum, vt de tuo arbitrio rem gerat: & si eadem literas confessoribus putaueris esse credendas,

das, vt eas tradat. Opto te, frater charissime, semper benè valere.

EIVSDEM AD EVNDEM EPI-
 stola quarta, de Polycarpo
 Adrumetino.

Lib. 4.
Epist. 8.

Cyprianus Cornelio fratri salutem. Legi literas tuas, frater charissime, quas per Primitiũ cõpresbyterũ nostrum misisti, in quibus te comperi motũ, quòd cum de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigeretur, postea quòd nos, ego & Liberalis, in eundè locum venissemus, cõpissent illuc ad presbyteros & diaconos literæ dirigere. Quòd scire te volumus, & pro certo credere, nulla leuitate aut cõtumelia facti. Sed cum statuissemus quãplures, qui in vniũ cõuenemus, vt legatis ad vos cõepiscopis nostris Calydonio & Fortunato missis, omnia interim integra suspèderetur, donè ad nos ijdè collegæ nostri, rebus illic aut ad pacè redactis, aut, p veritate cõperts, redirent: presbyteri & diaconi in Adrumetina consistentes, Polycarpo cõepiscopo nostro absente, ignorabãt, quid nobis in commune placuisset. At vbi nos in præsentem venim, cõperto cõsilio nostro, ipsi quoque id, quod & ceteri, obseruare cõeperunt, vt in nullo ecclesiarũ istic cõsistentium consensus discreparet. Quidam tamen mentes nõnunquã & animos sermonibus suis turbant, dũ aliter quædã, quæ habet veritas, nunciant. Nos em̄ singulis nauigantibus, nè cũ scandalo villo nauigarèt, ratione reddidisse nos scim, & hortatos esse, vt ecclesie catholicæ matricè & radicè agnoscerent, & tenerèt. Sed quã latius fusa est nostra puincia, habet etiã Numidiã & Mauritaniã sibi cohærentes, nè in vrbe schisma facti, absentium animos in certa opinione cõfunderet, placuit, vt per episcopos, retèta à nobis rei veritate, ad comprobandã ordinatione tuã, factã autoritate maiore, tũ demũ scrupulo omni de singulorũ pectoribus excusso, om̄inò in puincia ista positos, literæ fierent, sicut fuit, vt te vniuersi collegæ nostri & cõmunicatione tuã, i. catholicæ ecclesie vnitatè pariter & charitatè, pbarent firmiter ac tenerent. Quòd diuinitus euenisse, & consiliũ nostrũ prouidenter pcessisse gaudemus. Sic em̄ nunc episcopatus tui & veritatis pariter & dignitas, apertissima & firmissima est cõfirmatione fundata, vt & ex rescriptis collegarũ nostrorum, quæ ad nos literas indè fecerunt, & ex relatiõe ac testimonijs cõepiscoporum, Põpeij & Stephani, & Calydonij, ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio iusta, & gloriosa quoque; innocètia ab omnibus nosceretur. Quòd vt simul cõ ceteris quoque; collegis nostris stabiliter ac firmiter adinistrum, atque; vt catholicæ ecclesie cõcorditer vnanimitatè teneam, perficiat diuina ptectio, vt Dominus, quæ sacerdotes sibi in Ecclesia sua eligere & constituere dignatur, electos quoque; & constitutos, sua vo-

luntate atque opitulatione tueatur, gubernanter inspirans ac subministrans, & ad improborũ contumaciã frenandã, vigore, & ad lapsorũ fouendã poenitentia, lenitatè. Opto te frater charissime semper benè valere.

EIVSDEM AD EVNDEM EPI-
 stola quinta, qua respondet ad primam
 eius epistolam.

Lib. 2.
Epist. 12.

Cyprianus Cornelio fratri salutem:
 Et egisse nos, & agere, frater charissime, maximas gratias sine cessatione profite-
 mur Deo patri omnipotenti, & Christo eius, Domino & deo nostro salutari, quòd sic ecclesia diuinitus protegatur, vt vnitatis eius & sanctitas non iugiter, nec in totum perfidiæ & hereticæ prauitatis obstinatione vitietur. Legimus enim literas vestras, & voti communis amplissimum gaudium exultanter excepimus, Maximum presbyterum & Urbanũ confessores, cum Sidonio & Macario ad Ecclesiam Catholicam regressos esse, id est, errore deposito, & schismatico, immò heretico, furore deserto, vnitatis ac veritatis domiciliũ fidei sanitate repetisse, vt vndè ad gloriam processerant, illuc gloriosi redirent: nè qui Christum cõfessi essent, Christi postmodum castra desererent: nec tentaret charitatis atque; vnitatis fidè, qui victi robore & virtute non fuerat. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida consitentium dignitas, à desertoribus & profugis recessisse, proditores fidei & ecclesie Catholicæ impugnatores reliquisse. Meritò illos reuertetes, summo (vt scribitis) gaudio & clerus, & plebis fraternitas omnis excepit, quoniam in confessoribus gloriam suam conseruantibus, & ad vnitatem reuertentibus, nemo non socium se & participem eorum gloriæ computat. Huius rei lætitiã de nostris possumus sensibus estimare. Nã cum istic ad literas vestras, quas de eorum confessione misistis, lætus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hunc nuncium communis gratulationis exceperit, quid illic, vbi res ipsa & præfens læticia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim Dominus in Evangelio suo dicat, esse summum gaudiũ in cælo super peccatore poenitentia agente: quãto magis est gaudiũ & in terris pariter & in cælo, super cõfessoribus ad ecclesiam dei cõ gloria sua & cõ laude redeuntibus, & redeuntibus viã ceteris exèplo sui, fide & pbatione faciètib? Hic em̄ quosdã fratres nostros error induxerat, quòd sibi communicationem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & Ecclesia Catholica vna esse, nec scindi nec diuidi posse monstrata est. Nec quisquã iam facile poterit schismatici furētis verbis loquacibus decipi, cum probatum sit, bonos & gloriosos Christi milites, non potuisse diũ, aliena fallacia & perfidia extra ecclesiam detineri.

v EIVS-

EIVSDEM EPISTOLA AD CORNELIUM PAPAM sexta, qua respondet ad secundas illius literas.

Lib. 2. epi. 8.

Cyprianus Cornelio fratri salutem: Et cum diligentia & dilectione fecisti frater charissime, festinato ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confessoribus regreſſis glorioſam lætitiã nunciaret, & aduerſus Nouatianũ & Nouatianos, & pernicioſas, ad impugnandum Chriſti Eccleſiam, machinas pleniffimè inſtrueret. Nam quum pridè iſthuc veniſſet hæreticæ prauitatis nocens factio, ipſa iam perſita, & alios qui ſibi conſenſerint, perſitura, poſtero die Nicephorus cum veſtris literis ſuperuenit: quibus & didicimus, & docere atque inſtruere cæteros cœpimus, Euariftũ de Epifcopo iam nec laicum remanſiſſe, cathedræ & plebis extorem, & de Eccleſia Chriſti extorem, per alias longè prouincias oberrare, & ipſum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quofdã ſui ſimiles paria naufragia concitare: Nicoſtratum verò, diaconio ſanctæ adminiſtrationis amiſſo, eccleſiaſticis pecunijs ſacrilega fraude ſubtractis, & viduarum ac populorum depositis denegatis, nõ tam in Aphricam venire voluiffet, quàm conſcientia rapinarum & criminum nefandorum, illinc ab vrbe fugiſſe: & nunc Eccleſiæ deſertor ac profugus, (quafi mutãſſe ſit hominẽ, mutare regionem) Confeſſorem ſe vltro iactat & prædicat, quum Chriſti confeſſor nec dici, nec eſſe iam poſſit, qui Eccleſiam Chriſti negauit. Nam quum Paulus Apoſtolus dicat, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in vnã carnem, Sacramentum iſtud magnum eſt, ego autem dico in Chriſtum & in Eccleſiam: quum hoc, inquam, B. Apoſtolus dicat, & Chriſtum pariter atque Eccleſiæ vnitatem indiuiduis nexibus coherentem, ſancta ſua voce teſtet, quomodo poteſt eſſe cũ Chriſto, qui cum ſponſa Chriſti atque in eius Eccleſia nõ eſt? Aut quomodo aſſumit ſibi regendæ aut gubernandæ Eccleſiæ curam, qui ſpoliauit & fraudauit Eccleſiam Chriſti? Nam de Nouato nihil indè ad nos fuerat nunciandum, quum magis per nos vobis debeat Nouatus oſtẽdi, rerum nouarum ſemper cupidus, auaritiæ inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſthic Epifcopis malè cognitus, quaſi hæreticus ſemper & perſidus, omnium ſacerdotum voce damnatus, curioſus ſemper, vt pdat: ad hoc adulat, vt fallat: nunquam fidelis, vt diligat: fax & ignis, ad conſtandã ſeditionis incẽdia: turbo & tempeſtas, ad fidei faciendã naufragia, tranquillitatis aduerſarius, pacis inimicus. Deniq; Nouato illinc à nobis recedete, id eſt, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni cõfeſſores, qui de Eccleſia, illo incitante, diſceſſerãt, poſtea quàm ab vrbe ille diſceſſit, ad Eccleſiam

* pupillorũ

Eph. 5. g & Gene. 2. d

reuertentũ. Id eſt Nouatius, qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminauit, qui quofdam iſthic ex fratribus ab epifcopo ſegregauit, qui in ipſa perſequutione ad auertendas fratrum mentes, alia quẽdem perſequutio fratrum noſtris fuit. Ipſe eſt qui Feliciſſimum ſatellitẽ ſuum, diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſua factioe & ambitione cõſtituit: & cũ ſua tẽpẽſtate Romę quoq; ad euertendã eccleſiã nauigãſ, ſimilia illic & paria molitus eſt, à clero portionem plebis auellẽs, fraternitatis benè ſibi coherẽtis, & ſe inuicẽ diligentiſ conſortium ſcindens. Planè quoniam pro magnitudine ſua debeat Carthagine ſemper malũ ſuũ ſuũ dementis: & poſtea quàm ſcelera fecerint, conſcientia ipſa ſcleratę mentis agitatur. Nec remanere in eccleſia Dei poſſunt, quõ deificam & eccleſiaſticam diſciplinam nec actũ ſui conuerſatione, nec morum pace tenuerũt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatę viduę, pecunię quoquẽ eccleſię denegatę, has de illo exigũt pœnas, quas in eius furore conſpicimus. Pater etiã eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſtmodũ nec ſepultus. Vterus vxoris calce percuffus, & partitione properante, in parricidium partus expreſſus, & damnare nunc audeat ſacrificantiũ manus, quum ſit ipſe nocentiũ pedibus, quibus filius, quã naſcebatur, occiſus eſt? Hanc conſcientiam criminũ iam pridẽ timebat: propter hoc ſe non de preſbyterio excitari tantũ, ſed & communicatione prohiberi, pro certo tenebat. Et vrgentibus fratribus, imminēbat cognitionis dies, quo apud nos cauſa eius agerẽt, niſi perſequutio antè veniſſet, quam iſte voto quodam euadendę & lucrandę damnationis excipiens, hæc omnia commiſit & miſcuit, vt qui eiſi de eccleſia & excludi habebat, iudiciũ ſacerdotum voluntaria diſceſſione præcederet: quaſi euafiſſe ſit pœnam, præueniſſe ſententiam. Circa cæteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumuẽtos dolemus, vt veteratoris pernicioſum latus fugiant, vt læthales laqueos ſolicitantis euadant, vt, de qua ille pelli diuinitũ meruit, eccleſiam repetant. Quos quidem, Domino adiuuante, per eius miſericordiam regredi poſſe conſidimus. Neque enim poteſt perire, niſi quem conſtat eſſe periturum, quum Dominus in euãgelio ſuo dicat: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Qui plantatus non eſt præceptis Dei, patris monitis, ſolus poterit de eccleſia ille decedere: ſolus, epifcopis derelictis, cum ſchiſmaticis & hæreticis in furore manere. Cæteros verò nobiſcum adunabit DEI patris miſericordia, & Chriſti Domini noſtri indulgentia, & noſtra

Matth. 15. b

ſtra patientia. Opto te, frater chariſſime, ſemper benè valere.

AD EVNDEM EPISTOLA eiusdem 7. contra hæreticos.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutẽ: Legi literas tuas, frater chariſſime, quas per Saturum fratrem noſtrum acolythum miſiſti, & dilectionis fraternæ & eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſacerdotalis cenſuræ ſatis plenas, quibus ſignificãſti, Feliciſſimum hoſtẽ Chriſti, non nouum, ſed iam pridẽ ob crimina ſua plurima & grauiffima oſtenſum, & non tantũ mea, ſed & plurimorum coepifcoporum, ſententia condemnatum & reiectũ, & à te illic eſſe ab Eccleſia prohibitũ: & quũ veniſſet, ſtipatus & caterua & factioe deſperatorum, vigore pleno (quõ Epifcopũ agere oportet) pulſum de Eccleſia eſſe, de qua iam pridẽ cum ſuis ſimilibus, DE Imaſtate & Chriſti Domini iudicis noſtri ſeueritate, depulſus eſt, nõ ſchiſmatis & diſſidij author, nõ pecuniæ commiſſæ fraudator, nõ ſtuprator virginum, nõ matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, vltro adhuc ſponſam Chriſti in corruptam, ſanctam, pudicam, præſentia ſua dedecore, & impudica atque inceſta contagione violaret. Sedenim lecta alia tua epiftoſa, frater, quam primis literis ſubiunxiſti, ſatis miratus ſum, quũ animaduertiſſem, te minis atque terroribus eorum qui venerant, aliquatũ eſſe cõmotũ, quũ te (ſecundũ quod ſcripſiſti) aggreſſi eſſent cum ſumma deſperatione, comminantes, quũ ſi literas quas attulerant, non accepiſſes, publicè eas recitarẽt, & multa turpia ac pbroſa, & ore ſuo digna, proferrent. Quod ſi itã res eſt, frater, vt nequiſſimorum timeatur audacia, vt quod mali iure atque æquitate non poſſunt, temeritate atque deſperatione perſicere, actũ eſt de Epifcopatũs vigore, & de Eccleſiæ gubernandã ſublimi ac diuina poteſtate: nec Chriſtiani vltro aut durare, aut eſſe poſſumus, ſi ad hoc ventũ eſt, vt perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. Nam & Gentiles & Iudæi minantur, & hæretici, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolus obſidet, venenatam rabiẽ ſuã quotidie ſurioſa voce teſtantur: nõ tamen idcirco cedẽdũ eſt, quia minantur: aut ideo aduerſarius & inimicus maior eſt Chriſto, quia tantum ſibi vèdicat & aſſumit in ſeculo. Manere debet apud nos, frater, fidei robur immobile, & ſtabilis atque inconcuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctũ, velut petre obiacentis fortitudine & mole debet obſiſtere. Neque inter eſt, vnde Epifcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis viuunt obnoxius, & tamẽ ſit de ipſis terroribus & periculis glorioſus. Neque enim ſolas Gentilium vel Iudæorum minas cogitare & ſpectare debemus, quũ videamus ipſum Dominũ à fra-

Nouatianũ intellige.

* acerba factioe

Nota.

tribus eſſe detentũ, & ab eo, quem inter apoſtolos ipſe delegerat, proditum: inter initia quoquẽ mundi, Abel iuſtum non niſi frater occiderit, Iacob fugientem, perſequutus ſit frater inſeſtus, & Ioseph puer veniẽrit vendentibus fratribus. In Euãgelio etiã legimus eſſe prædictũ, magis domeſticos inimicos futuros: & qui priũ copulati ſacramẽto vnanimiſ fuerint, ipſos inuicẽ tradituros. Nihil intereſt, quis tradat aut ſcãiat, quũ neus tradi pmittat, quos diſponit corõſari. Neque nobis ignominia eſt, pati à fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus: nec illis gloria eſt, facere quod fecerit Iudas. Quæ autẽ ſuã elatio eſt, quæ comminantium tumens & inflata ac vana iactatio, illic abſenti minari, quũ hic me habeat in poteſtate præſentem? Conuicia eorum, quibus ſe & vitam ſuã quotidie lacerant, non timemus: fuſtes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus iactant, non perhorreſcimus. Quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deũ tales: necare tamen non poſſunt, niſi eis Dominus permiferit. Et quum nobis ſemèl moriendum ſit, illi tamen & odio & verbis & delictis ſuis quotidie perimunt. Sed non idcirco, frater, relinquenda eſt nobis Eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſoluenda cenſura, quoniam cõuicijs inſeſtamur, aut terroribus quatimur, quũ occurrat & ſcriptura diuina, dicẽs: Ille verò qui præſumit, & contumax eſt, vir ſuã iactans nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanquã infernus animam ſuã. Et iterũ: Verba viri peccatoris nõ timueritis, quia gloria eius in ſtercora erit & in vermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quoniam conuerſus eſt in terram ſuã, & cogitatio eius peribit. Et iterũ: Vidi impium exaltatũ, & extolli ſuper cedros Libani: & tráſui, & ecce non erat: & quãſi uideam eum, & non eſt inuentus locus eius. Exaltatio & inflatio, & arrogans ac ſuperba iactatio, non de Chriſti magiſterio, qui humilitatẽ docet, ſed de Antichriſti ſpiritu naſcitur, cui exprobrat per prophetã Dñs, & dicit: Tu autẽ dixiſti in animo tuo, in cælum aſcendam, ſuper ſtellas Dei ponã ſedem meã, Sedebo in monte alto, ſuper montes altos in aquilonem, aſcendam ſuper nubes, & ſimilis ero altiffimo. Et addit, dicẽs: Tu verò ad inferos deſcendes in fundamẽta terrę, & qui videbũt te, ſuper te mirabuntur. Vnde & parẽ talibus pœnã ſcriptura diuina loco alio cõminatur, & dicit: Dies enim dñi Sabaoth ſuper oẽm iniurioſum & ſuperbũ, & ſuper oẽm elatũ & excelſum. De ore itaq; & de verbis ſuis vnusquifq; ſtatim pditur, & vtrũ Chriſtum in corde ſuo, an verò Antichriſtũ habeat, loquẽdo detegitur, ſecũdũ quod Dñs in Euãgelio ſuo ait: Progenies viperarũ, quomodo poteſtis bona loq; cũ ſitis nequã? De abũdãtia eũ cordis os emittit. Bonũ homo de bono theſauro emittit bonũ, & nequã homo de nequam theſauro emittit nequam.

Mar. 3. c
Marth. 26. b
Mar. 14. c
Ioan. 18. a
Gen. 4. b
Ibidem 32. b
Ibidem 37. f

Matth. 10. d
Ibidem c

Eſa. 5. d &
Abacuc. 2. a
ſecundũ 7o.

1. Mach. 2. g

Pſalm. 36.

Matth. 11. d

Eſa. 14. d

Ibidem

Eſa. 2. c

Matth. 3. b
Luc. 3. b
Matth. 12. c
Luc. 6. g

nequā. vndē & diues ille peccator, q. de Laza-
 ro in sinu Abrahę positus, atque in refrigerio
 constituto, implorat auxiliū, cū in tormē-
 tis cruciābūdis flāgē cremātis ardorib⁹ adu-
 ratur, inter omnes corporis partes magis os
 eius & lingua dat pœnas, q. plūs scilicet lin-
 gua sua & ore peccauerat. Nam cū scriptū
 sit, Neque maledici regnum Dei consequen-
 tur: & iterū in Euangelio suo Dominus di-
 cat, Qui dixerit fratri suo fatue, q. dixerit rā-
 cha, reus erit gehennę ignis: quomōdō pos-
 sūnt censuram Dei vltoris euadere, qui talia
 ingerūt non solūm fratribus, sed & sacerdo-
 tibus, quibus honor tantus de dei dignatio-
 ne conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, &
 ad tempus hīc iudicanti, nō obtemperaret,
 statim necaretur? In Deuteronomio Domi-
 nus deus loquitur, dicens: et homo * quicū-
 que fecerit in superbia, vt non exaudiat sa-
 cerdotem aut iudicē, quicūq; fuerit in di-
 ebus illis, morietur homo ille, & omīs popu-
 lus, cū audiērit, timebit, & non agēt impiē
 etiā nūc. Item ad Samuelem, cū a Iudgīs
 sperneretur, Deus dicit: Non te spreuerunt,
 sed me spreuerunt. Et Dominus quoquē in
 Euangelio: Qui audit, inquit, vos, me audit,
 & eū q. me misit: Et q. reijcit vos, me reijcit: q.
 me reijcit, reijcit eū q. me misit. Et cū lepro-
 sum mūdāset, Vade, inquit, & demōstra te sa-
 cerdoti. Et cū postea tēpore passiois alapa
 accepisset a seruo sacerdotis, cumq; ei dixis-
 set, Sic respondes pontifici? aduersus pōti-
 ficem Dominus cōtumeliosē nihil dixit, nec
 quicquā de sacerdotis honore detraxit, sed
 innocentiam suam magis asserens & osten-
 dens, Si malē, inquit, locutus sum; exprobra
 de malo: si autem benē, quid me cedis? Item
 in Actibus Apostolorum postmodū bea-
 tus paulus, cū ei dictum esset, Sic insimulas
 in sacerdotē Dei maledicendo? quāuis Do-
 mino iam crucifixo, sacrilegi & impij & cru-
 entī illi esse cœpissent, nec iam quicquam de
 sacerdotali honore & autoritate retinēt,
 tamen ipsum, quanuis inane, nomen & vm-
 bram quandam sacerdotis cogitās, expauit:
 Nesciobam, fratres, inquit, quia pontifex est.
 Scriptum est enim: Principi plebis tuę non
 maledices. Cū hęc tanta actalia, & multa
 alia exempla p̄cedant, quibus sacerdotalis
 autoritas & potestas diuina dignatione fir-
 matur: quales putas esse eos, qui sacerdotum
 hostes & contra Ecclesiā Catholicam rebel-
 les, nec p̄monentis domini cōminatiōe,
 nec futuri iudicij vltione terrentur? Nequē
 enim aliundē hęc obortę sunt, aut nata
 sunt schismata, quā in dē, quōd sacerdoti
 Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia
 ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice
 Christi cogitatur: cui si secundū magiste-
 ria diuina obtemperaret fraternitas vniuer-
 sa, nemo aduersūm sacerdotum collegium
 quicquam moueret, nemo post diuinum iu-
 diciū, post populi suffragium, post coepi-

scoporum consensum, iudicem se non iam
 episcopi, sed Dei faceret: nemo diffidio vni-
 tatis Christi Ecclesiam scinderet: nemo sibi
 placēs, ac tumens, seorsūm foris nouam hęc-
 resim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegę
 temeritatis ac perditę mentis, vt putet, sinē
 Dei iudicio fieri sacerdotem, cū Dominus
 in Euangelio suo dicat: Nōne duo passerēs
 affe vñeūt, & neuter eorum cadit in terram
 sinē patris vestri voluntate? Cū ille nec mi-
 nima fieri sinē voluntate Dei dicat, existimat
 aliquis summa & magna, aut nō sciente, aut
 non permittēte Deo, in Ecclesia Dei fieri? &
 sacerdotes, id est, dispensatores eius non de
 eius sententia ordinari? Hoc est fidem non
 habere, qua viuimus: hoc est Deo honorem
 non dare, cuius nūtu & arbitrio regi & gu-
 bernari omīa scimus & credimus. Planē ep-
 scopi non de voluntate Dei fiunt, qui extra
 Ecclesiam fiunt, sed cōtra dispositionem &
 traditionem euangelij fiūt, sicut ipse Domi-
 nus in duodecim prophetis ponit, & dicit:
 Sibimetipsi regem constituerunt, & non per
 me. et iterū: Sacrificia eorum tanquā pa-
 nis luctūs: omnes qui manducant ea, conta-
 minabuntur. Et per Esaiam quoquē spiritus
 sanctus clamat, & dicit: Vx vobis filij deser-
 tores, Hęc dicit Dominus: Habuistis confi-
 lium, & nō per me: & fecistis conuētionem,
 & non per spiritum meum, adijcere peccata
 super peccata. Ceterū dico, dico enim, pa-
 uocatus, dico dolens, dico compulsus, quan-
 dō Episcopus in locum defuncti substitui-
 tur, quā dō populi vniuersi suffragio in pa-
 ce deligitur, quā dō dei auxilio in persecu-
 tione protegitur, collegis omnibus fideliter
 iunctus, plebi suę in episcopatu quadrien-
 nio iam probatus, in quiete seruies discipli-
 nę, in tempestate proscriptus, applicato &
 adiuncto episcopatus sui nomine, toties ad
 leonē petitus in circo, in amphitheatro Do-
 minicę dignationis testimonio honoratus:
 ijs ipsis etiā diebus, quibus has ad te literas
 feci, ob sacrificia quę de edicto proposito
 celebrare populus iubebatur, clamore po-
 pulariū ad leonem denuō postulat in cir-
 co, quum talis frater a quibusdam despera-
 tis & perditis, & extra Ecclesiam constitutis,
 impugnari videtur: apparet, quis impugnet,
 non scilicet Christus, qui sacerdotes aut cō-
 stituit aut protegit, sed ille qui Christi ad-
 uersarius, & Ecclesię eius inimicus, ob hoc
 Ecclesię p̄positum sua infestatione per-
 sequitur, vt gubernatore sublato, atrocius
 atq; violentius circa Ecclesię naufragia graf-
 setur. Nec quenquam fidelem, & Euangelij
 memorem, atq; Apostoli p̄monentis mā-
 data retinentē, mouere debet, frater, si qui-
 dam in extremis temporibus superbi & con-
 tumaces, & sacerdotum Dei hostes, aut de ec-
 clesia Dei recedunt, aut contra ecclesiam fa-
 ciunt, quā dō tales nunc futuros, & Dñs
 & Apostoli eius antē p̄dixerint. Nec p̄po-
 sitū

Matth. 10, d

Osee. 7, a
Ibidem 9, a

Esa. 30, a

fitum seruum deserui a quibusdam, miretur ali-
 quis, quā dō ipsum Dominum magna &
 mirabilia summa facientē, & virtutes sancto-
 rum suorum Dei patris testimonio compro-
 bantem, discipuli sui reliquerint: & tamen il-
 le non increpuit recedētes, aut grauius com-
 minatus est, sed magis conuersus ad aposto-
 los suos, dixit: Nunquid & vos vultis ire? ser-
 uans scilicet legem, qua homo libertati suę
 relictus, & in arbitrio proprio cōstitutus, si-
 bimetipsi vel mortem appetit, vel salutem.
 Petrus tamen, super quem ædificata ab eo-
 dem Domino fuerat ecclesia, vnus pro omi-
 bus loquens, & Ecclesię voce respōdens, ait:
 Domine, ad quem ibimus? Verba vitę æter-
 nę habes. Et nos credimus & cognouimus,
 quoniam tu es filius dei viui. Significans sci-
 licet & ostendens, eos qui a Christo recesser-
 rint, culpa sua perire: Ecclesiam tamen, quę
 in Christo credat, & que semē id, quod co-
 gnouerit, teneat, nunquā ab eo discedere:
 & eos esse Ecclesiā, qui in domo Dei perman-
 cant. Plantationem verō, plantatam non a
 Deo patre, videmus non frumentū stabilitate
 solidari, sed tanquā paleas, dissipantis ini-
 mici spiritui ventilari. De quibus & Ioannes
 in Epistola sua dicit: Ex nobis exierunt, sed
 non fuerūt ex nobis. Si enim fuissent ex no-
 bis, mansissent vtiquē nobiscum. Item Pau-
 lus monet nos, quum mali de Ecclesia pere-
 unt, non moueri, nec recedentibus perfidis
 fidem minui. Quid em, inquit, si exciderunt
 a fide quidam eorum? nūquid infidelitas, il-
 lorū, fidem Dei euacuauit? Absit. Est enim
 Deus verax, omnis autē homo mēdax. Quōd
 ad nos attinet, conscientia nostrę conuenit,
 frater, dare operam, nē quis culpa nostra de
 Ecclesia pereat. Si autem quis vltro & crimi-
 ne suo perierit, & penitentiam agere, atque
 ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudi-
 cij inculpatos futuros, qui consulimus sani-
 tati: illos solos in pœnis remansuros, qui no-
 luerint consilij nostri salubritate sanari. Nec
 mouere nos debent conuicia sanctorum,
 quōd minū a via recta & a certa regula nō re-
 cedamus, quā dō & Apostolus instruit, di-
 cens: Si hominibus placerem, Christi seruus
 nō essem. Interest, vt rē quis homines pro-
 mereri, an Deum, cupiat. Si hominibus pla-
 cetur, DEVS offenditur. Si verō illud eniti-
 mur & laboramus, vt possimus Deo placere,
 & conuicia & maledicta debemus humana
 cōtemnere. Quōd autem tibi de Fortunato
 isto pseudoepiscopo, a paucis & inueteratis
 hęceticis constituto, non statim scripsi, fra-
 ter, non ea res erat, quę in notitiam tuam de-
 beret festinatō statim, q̄ si magna aut metu-
 enda, perferri, maximē quā dō & Fortunati
 nomē iam satis nōsses, qui est vnus de quin-
 que presbyteris, iam pridē de Ecclesia pro-
 fugis, & sententia cōepiscoporū nostrorum,
 multorum & grauissimorū virorum nup̄r
 *i. separatis * abstentis, qui super hac rep̄iore anno ad

te literas fecerunt. Item, Felicissimum signi-
 ferum seditionis recognosceres, qui & ipse
 in eisdem cōepiscoporum nostrorum factis
 ad te pridē literis continetur, qui non tan-
 tūm ab ijs istic abstentus, sed abs te illic nu-
 p̄r de Ecclesia pulsus est. Cū hęc in noti-
 tia tua esse cōsiderem, & pro certo haberem
 memoria & disciplina tuę seriem: necessari-
 um non putauī, celeriter & vrgenter hęceti-
 corum tibi in eptias nunciādas. Nequē enim
 ad catholicę Ecclesię maiestatem, pariter ac
 dignitatē pertinere debet, quid apud se hęc-
 reticorum & schismaticorū, moliatur auda-
 cia. Nam & pars Nouatiani Maximū presby-
 terum, nup̄r ad nos a Nouatiano legatum
 missum, atque a nostra communicatione re-
 iectū, nūc istic pseudoepiscopum sibi fecisse
 dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripseram,
 quā dō hęc omnia contemnuntur a nobis,
 & miserim tibi proximē nomina episcopō-
 rum istic constitutorum, qui integri & sani
 in ecclesia catholica fratrib⁹ p̄sunt. Quod
 vtiquē idē de omnium nostrorum consilio
 tibi placuit scribere, vt erroris diluendi, ac
 perspicendę veritatis compendium fieret,
 & scires tu & collegę nostri, quibus scribere,
 & literas mutuo a qbus vos accipere opor-
 tet. Si quis autem p̄ter hos, quos epistola
 nostra cōplexi sum⁹, scribere vobis auderet,
 sciretis eum vel sacrificio, vel libello esse ma-
 culatū, vel vnū de hęceticis, peruersum scili-
 cet & prophanum. Nactus tamen occasione
 familiarissimi hominis & clerici, sed & per
 Felicianum acolythum, quem cum Perseo
 collega nostro miseris, inter cetera, quę in
 notitiam tuam perferendā hinc fuerant, etiā
 de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum istic
 Felicianus frater noster vel v̄to retardatur,
 vel accipiendis alijs epistolis a nobis detine-
 tur, Felicissimo ad vos properante, p̄uen-
 tus est. ita enim scelera festinant, quasi con-
 tra innocentiam festinatione p̄aualeāt. Per
 Felicianum autem significauī tibi, frater, ve-
 nisse Carthaginē Priuatum veterem hęceti-
 cum, in * Lambestana colonia ante multos
 ferē annos, ob multa & graua delicta, nona-
 ginta Episcoporum sententia condemnatū,
 antecessorū etiā nostrorum (quod & ve-
 stram conscientiam non latet) Fabiani & Do-
 nati literis seuerissimē notatū, qui cū cau-
 sam suam apud nos in Cōcilio, quod habui-
 mus Idibus Maijs, quę proximē fuerunt, vel-
 le se agere diceret, nec admissus esset, Fortu-
 natum istum pseudoepiscopum, dignū col-
 legio suo fecit. Venerat etiā cum illo & Fe-
 lix quidā, quem ipse extra Ecclesiam in hęc-
 resi pseudoepiscopum olim cōstituerat. Sed
 & Iouinus & maximus comites cum Priuato
 hęcetico affuerunt, ob nefanda sacrificia &
 crimina in se probata, sententia nouem col-
 legarum nostrorum condemnati, & iteratō
 quoq; a pluribus nobis anno priore in Con-
 cilio abstēti. Cum his autē quatuor iunctus
 est &

*separatus

*P̄bestana

conciliū 90
episcoporū,

Conciliū 9,
episcoporū,

* Saturnice,
* Sucrone,
* Tuburne

est & Repositus * Quoturnicenis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suae sacrilega persuasio deiecit. Hi quinque cum paucis vel sacrificantibus, vel male sibi conscijs, Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptraverunt, ut criminibus in vnum conuenientibus, talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc iam & caetera mendacia, frater charissime, potes agnoscere, quae illic homines desperati & perditii ventilauerunt, ut cum de sacrificatis vel haereticis, amplius quam quinque pseudoepiscopi non fuerint, qui Carthaginem venerunt, & Fortunatum sibi dementie suae socium constituerint, illi tamen quasi filij diaboli & mendacio pleni, ausi sunt (ut scribis) iactare, viginti quinque Episcopos affuisse, quod mendacium & istuc prius apud fratres nostros iactitabant, dicentes, viginti quinque Episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi Episcopum facerent: quo in mendacio suo, postea quinque solis conuenientibus naufragis, & a nobis abstentis, detecti sunt atque confusi, Romanam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt: quasi veritas post eos nauigare non posset, quae mendaces linguas rei certae probatione conuinceret. Atque haec est, frater, vere dementia, non cogitare nec scire, quod mendacia non diu fallant: noctem tam diu esse, quam diu illucescat dies: clarificato autem die & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere: & quae grassabantur per noctem, latrocinia cessare. Denique si nomina ab eis quaereres, non haberent vel quos falso nominaret. Tanta apud illos etiam malorum penuria est, ut ad eos nec de sacrificatis, nec de hereticis res colligi possint: & tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium, mendacio numerus inflatur, quasi etsi verus esset hic numerus, aut ab hereticis Ecclesia, aut ab iniustis iustitia vincatur. Nec me oportet, frater, paria nunc cum illis facere, & ea quae commiserunt, atque hucusque committunt, meo sermone decurrere, quum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotibus Dei oporteat: ne tam dolor apud nos debeat, quam pudor, loqui, & ne videar, prouocatus, maledicta potius, quam crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus Ecclesiae factis: coniurationes & adulteria, & varia delictorum genera praeter eo. Vnum illud, in quo nec mea, nec hominum, sed Dei causa est, de eorum facinore non puto esse reticendum, quod a primo statim persecutionis die, quum recentia delinquentium facinora feruerent, & sacrificijs nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsae lapsorum atque ora maderent, communicare cum lapsis, & poenitentiae agendae intercedere non destiterunt. Clamat deus: Sacrificas dijs eradica-bitur, nisi Domino soli. Et Dominus in Euangelio dicit: qui me negauerit, & ego eum negabo. Et alio in loco indignatio & ira Diuina non tacet, dicens: Illis sudistis libamina, & illis im-

Mendacia non diu fallunt.

Exod. 22. c

Matth. 10. d
Luc. 9. c
Esa. 57.

posuistis sacrificia. Super haec non indignabor, dicit Dominus: Et intercedunt, ne rogetur deus, qui indignari se ipse testatur: intercedunt, ne exoret precibus & satisfactionibus Christus, qui negant se negare profiteretur. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso literas misimus, nec auditi sumus: concilio frequenter actio, non confessione tua nostra, sed & comminatione decreuimus, ut poenitentiam fratres agerent, ut poenitentiam non agerent, nemo temere pacem daret. Illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotibus Dei impio furore temerarij, de Ecclesia recedentes, & contra ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant (ut opus suum diaboli malitia consummet) ne vulneratos diuina clementia in ecclesia sua curet: miserorum poenitentiam, medicamentum suorum fraude corrumpit, ne Deo indignati satisfiat: ne Christum Dominum suum, qui Christianus esse vel erubuit vel timuit, postmodum querat: ne ad ecclesiam, qui de ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactio nibus & lamentationibus iustis delicta redimatur, ne vulnera lacrymis abluatur. Pax vera, fides pacis in mendacio tollitur: salutaris sinus matris, non uerba intercedente,cluditur, ne de peccatore atque ore lapsorum, sicutus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, ut linguis atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus conuictum faciant. confessores & virgines, & iustos quosque: fidei laude pcpuos, atque in Ecclesia gloriosos, contumelios & maledicis uocibus persequuntur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia & humilitas & pudor. caeditur, quam illorum lapsum spes & vita laceratur. Neque enim qui audit, sed qui facit conuictum, miser est: nec qui a fratre vapulat, sed qui fratrem caedit, in lege peccator est. Et quum nocentes innocetibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis peruersa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira est Dei, non intelligere delicta, ne sequatur poenitentia, sicut scriptum est: Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis, ne reuertantur. & deprecationibus & satisfactionibus iustis peccata sanentur. Paulus Apostolus in epistola sua ponit, & dicit: Delectum ueritatis non habuerunt, ut salui fierent: ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicetur oes, qui non crediderunt ueritati, sed sibi placet in iniustitia. Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocetia integra & illibata, quae feruet: hic succedit medela, quae sanat: quod utrunque isti, offenso Deo, perdidit, & ut amissa sit gratia, quae de baptismi sanctificatione percipitur: & non subueniat poenitentia, per quam culpa curatur. An putas, frater, leuia esse apud Deum facinora, parua & modica delicta, quae per illos non rogetur maledictas indignantis Dei? quod non timetur ira & ignis,

Concilij mentio.

Roman. 11. b
Esa. 6. c &

* dilectione
2. Theff. 2. c

Malach. 2. a

Petri cathedra, & ecclesia principalis, Romae est.
Rom. 1. b

inuolutam

ignis, & dies Domini? quod imminente Antichristo, exarmatur fides militantis populi, dum tollitur timor & vigor Christi? Viderint laici hoc, quomodo curent. Sacerdotibus maior labor incumbit in asserenda, propicianda, & procuranda Dei maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere, quum ad moneat Dominus & dicat: Et nunc preceptum hoc ad vos est, o sacerdotes, si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini meo, dicit Dominus, immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem uestram. Honor ergo datur Deo, quando sic Dei maiestas & censura contemnitur, ut quum indignari se ille & irasci sacrificantibus dicat, & quum poenas aeternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur a sacrilegis, atque dicatur, ne ira cogitetur Dei, ne timeatur iudicium Domini, ne pulsetur ad ecclesiam Christi, sed sublata poenitentia, nec uilla exomologesi criminis facta, despectis episcopis atque calcatis, pax a non ueris presbyteris uerbis fallacibus praedicetur, & ne lapsi surgant, aut foris ad Ecclesiam redeant, communicatio non communitibus offeratur? Quibus etiam non satis fuit, ab euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & poenitentiae sustulisse, fraudibus inuolutos, vel adulterijs commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in Ecclesia exomologesi criminum faceret, ab omni sensu & fructu poenitentiae remouisset: foris sibi extra Ecclesiam, & contra ecclesiam constituisse conuenticulum perditae factiois, quum male sibi consciis, & Deum rogare ac satisfacere nolentium caterua conflueret. Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis & prophanis literas ferre: nec cogitare, eos esse Romanos, quorum fides (Apostolo predicante) laudata est, ad quos perisita habere non possit accessum. Quae autem causa ueniendi, & pseudoepiscopum contra episcopos factum nunciandi? Aut enim placet illis, quod fecerunt, & in suo scelere perseverant: aut si displicet, & recedunt, sciunt quod reuertantur. Nam quum statutum sit omnibus nobis, & aequum sit pariter ac iustum, ut unusquisque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quam regat unusquisque; & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus: oportet utique; eos, quibus praesumus, non circumcurfare, nec episcoporum concordiam coherentem, sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint: nisi paucis desperatis & perditis, minor uideatur esse autoritas episcoporum in Africa constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis uincunt, iudicij sui murem

grauitate damnauerunt. Iam causa eorum cognita est, iam de ijs dicta sententia est, nec cessare congruit sacerdotum, mobilis atque inconstans animi leuitate reprehendi, quum Dominus dicat: Sit sermo uester, est est, non non. Si eorum, qui de illis priore anno iudicauerunt, numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc adfuerunt in iudicio & cognitione, quam sunt iudei isti, qui cum Fortunato uidentur nunc esse coniuncti. Scire enim debes, frater charissime, eum, posteaquam pseudoepiscopus ab haereticis factus est, iam penes ab omnibus esse desertum. Namque hi, quibus in praeteritum prestigia obtendebantur & uerba fallacia, quod simul ad ecclesiam regressuri diceretur, posteaquam uidentur illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie, & ecclesiam pulsant, nobis tamen, a quibus ratio Domino reddenda est, anxie ponderantibus, & soligite examinantibus, qui recipi & admitti ad ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obstitit, aut fratres obstinat & firmiter renitent, ut recipi omnino non possint sine scandalo atque periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quaedam colligenda sunt, ut quae integra & sana sunt, uulnerentur: nec uilis atque consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oues gregi admiscet, ut gregem totum mali coherentis afflictione contamine. Non attendas numerum illorum. Melior est enim unus timens Deum, quam mille filij impij, sicut loquutus est Dominus per prophetam, dicens: Filij, ne iucunderis in filiis impijs, si multiplicentur tibi, quum non fuerit timor Dei in ipsis. O si posses, frater charissime, isthic interesse nobiscum, quum prauis isti & peruersi de schismate reuertuntur: uideres, quis mihi labor sit, persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito, recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & letantur, quum tolerabiles & minus culpabiles deunt, ita contra fremunt & reluctantur, quotiens inemedabiles & perui, & vel adulterijs vel sacrificijs contaminati, & post hoc adhuc insuper & superbi, sic ad Ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, immo extorqueo, ueritales patientiam admitti. & iustior factus est fraternitatis dolor ex eo, quod unus atque alius, obnitente plebe & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, peiores extiterunt, quam prius fuerant, nec fide poenitentiae seruare potuerunt, quia nec cum uera poenitentia uenerunt. De istis uero quid dicam, qui nunc ad te, cum Felicissimo omnium criminum reo, nauigauerunt legati, a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te literas adferentes, quam est & ipse (cuius literas ferunt) falsus, quam est & eius peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis uita, quam turpis, ut & si in Ecclesia essent, eijci tales de Ecclesia debuissent? Denique, quia conscientia

Matth. 5. f

Ecc. 16. e

am suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiam limē accedere, sed foris per provinciam circumueniendis fratribus & spoliandis peregrant, & omnibus iam satis noti, atque vndique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiā ad vos nauigant. Neque enim potest illis esse frons ad nos accedēdi, aut apud nos consistendi, quā sint acerbissima & grauissima crimina, quae eis à fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum volūt experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus, quem habeant satisfactiois suae sensum, quem afferant poenitentiae fructum. Nec Ecclesia isthuc alicui clauditur, nec Episcopus alicui denegatur. patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus praestō est. Opto omnes in Ecclesiam regredi, opto vniuersos commilitones nostros intra Christi castra & Dei patris domicilia cōcludi. Remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendae fraternitatis: etiā quae in Dei commissa sunt, non pleno iudicio religionis examino. delictis, plusquam oportet, remittendis penē ipse delinquo. Amplector propterea & plena dilectione cum poenitentia reuertentes, peccatum suum satisfactioe humili & simplici confiteates. Sic autem sunt, qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum sibi non lamentationibus & satisfactioibus, sed terroribus facere, pro certo habeant, contra tales stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi inuicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei euangelium tenens, & Christi precepta custodiēs, occidi potest, vinci non potest. Suggestit & subministrat nobis exēpla virtutis ac fidei Zacharias antistes Domini, quos quā terribis minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est, clamans & identidem dicens, quod nos quoque contra haereticos clamamus & dicimus: Hæc dicit Dominus: Dereliquistis vias Domini, & Dominus derelinquet vos. Neque enim quia pauci temerarij & improbi, caelestes & salutare vias Domini derelinquunt, & sancta non agentes, à sancto spiritu deseruntur, ideō & nos diuinae traditionis immemores esse debemus, vt maiora esse furentium scelera, quam sacerdotum iudicia censeamus, aut plus existimemus ad impugnandum posse humana conamina, quam quod ad protegendum preualet diuina tutela. An ad hoc, frater charissime, deponenda est Ecclesiae Catholicae dignitas, & plebis intus positae fidei atque incorruptae maiestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, vt iudicare velle se dicant de Ecclesiae proposito extra Ecclesiam constituti? de Christiano haeretico? de sano saucij? de integro vulnerati? de stante lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, nisi vt Ecclesia Capitulo cedat, & recedentibus sacerdotibus ac de

Matth. 23. d

1. Par. 15. a

altari se remouentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque confessum, simulacra atque idola cum aris suis transeant, & Nouatiano declamandi aduersum nos, atque increpandi largior & plenior materia praestetur, si mihi, qui sacrificauerunt, & Christum publice negauerunt, non tantum & sine acta poenitentia admitti, sed adhuc insuper ceperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulat, arma deponat: si satisfaciunt, qui dminantur? Aut si comminantur, sciant quia à sacerdotibus Dei non timentur. Neque enim & Antichristus, quum venire ceperit, introibit in Ecclesiam, quia minaturus est: aut armis eius, aut violentiae cedetur, quia resistentes perempturum se esse profitebitur. Armatos heretici, dum nos putant sua comminatione terri: nec in pacenos deiciunt, sed magis erigunt atque accendunt, dum ipsam pacem persequutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, ne quod loquuntur furor, impleant crimine: ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquat. Oramus ac deprecamur dei, quae prouocare illi & exacerbare non desinant, vt eorum corda mitescant: vt furore deposito, ad sanitatem mentis redeant: vt peccatores, à delictorum tenebris poenitentiam agnoscat: & magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidijs ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei sacerdos sic infirmus, sic iacens, sic abiectus sit, imbecillitate humanae mediocritatis ita inualidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & infirmitas, vigore & robore Domini protegētis animetur. Nostra nihil interest, aut à quo aut quando perimamur, mortis & sanguinis premium à Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda conditio est, quos sic diabolus excæcat, vt aeterna gehennae supplicia non cogitantes, Antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari. Et quamquam sciam, frater charissime, pro mutua dilectione, quam debemus & exhibemus inuicem nobis, florentissimo illic clero tecum praecedenti, & sanctissimae atque amplissimae plebi legere te semper literas nostras: tamen nunc admoneo & peto, vt quod alias sponte atque honorifice facis, etiā petente me facias, vt hac epistola mea lecta, si quod illi contagiū venenati sermonis & pestiferæ seminationis irreperat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exatur, & honorum integra ac sincera dilectio, ab omnibus haereticæ detractionis sordibus repurgetur. Declinent autem decetero fortiter, & euitēt dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermo vt cancer serpit, sicut Apostolus ait: Corruptunt in vobis genera bona confabulationes pessime, et iterum: Hæ-

*contaminatio

2. Tim. 2.

1. Cor. 15. c

Hæ-

Tit. 3. e

Prou. 16. d

Ecc. 1. d

Pro. 17. a

Matth. 18. b

1. Theff. 3. b

2. Cor. 6. c

Luc. 11. c

Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem euita, scies quia peruersus est huiusmodi, & peccat, & est à semetipso dānatus. Et per Salomonem Spiritus sanctus loquitur: Peruersus (inquit) in ore suo portat perditionem, & in labijs ignem condit. Item denuò monet, dicens: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Et iterum: Malus obaudit linguam iniquorum, iustus autē non intendit labijs mēdacibus. Quamquam sciam illic fraternitatem nostram, vestra scilicet prouidentia munitam, & sua vigilantia satis cautam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tantumque apud illos preuolare & magisteria & precepta diuina, quantum illis in Deum timor est: tamen ex abundantia vel sollicitudine nostra, vel charitas scribere ad vos ista persuasit, vt nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis conuiuia vel colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesia profugi, quia scriptum est: Si autem & Ecclesiam contēperit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Et B. Apostolus non monet tantum, sed iubet, à talibus vt recedat. Precipimus (inquit) vobis in nomine domini nostri Iesu Christi, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatē, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Nulla societas fidei & perfidiae potest esse. Qui cum Christo non est, aduersarius Christi est. Qui unitati & paci eius inimicus est, nobiscum non potest coherere. Si cum precibus & satisfactioibus veniunt, audiantur. Si maledicta & minas ingerunt, respuantur. Opto te, frater, semper bene valere.

AD CORNELIUM PAPAM, CYPRIANI EPISCOPI Carthaginensis epistola 8. De Confectione eius.

Cypriano Cornelio fratri salutem. Cognouimus frater charissime, fidei ac virtutis vestrae testimonia gloriosa, & Confessionis vestrae honorem sic exultanter accepimus, vt in meritis ac laudibus vestris, nos quoque participes ac socios computemus. Nam cum nobis & Ecclesia vna sit, & mens iuncta, & indiuidua concordia, quis non sacerdos in consecratione sui laudibus, tanquam in suis proprijs, gratuletur? Aut quae fraternitas in fratrum gaudio non vbiq; lætetur? Exprimi satis non potest, quanta ista exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de vobis prospera & fortia comperrissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessione ducis de fratrum consensione creuisse, vt dum praecedis ad gloriam, multos feceris gloriae comites: & confessorum populum sua feris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: vt non inueniamus, quid prius praedicare in vobis debeamus, vt vram tuam promptam & sta-

*confessio

bilem fidem, an inseparabilem fratrum charitatem. Virtus illic Episcopi praecedētis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est: dum apud vos vnus animus, & vna vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, fratres charissimi, fides, quam de vobis beatus Apostolus praedicauit. Non claudem virtutis & roboris firmitatem iam tunc in spiritu prauidebat, & preconio futurorum merita vestra contestans, dum parētes laudat, filios prouocat. dum sic vnanimis, dum sic fortes estis, magna & ceteris fratribus vnanimis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adherere, plebē sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres à fratribus non separari: concordiam simul iunctam, vinci omnino non posse: quicquid simul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Profligat aduersarius terrore violento Christi castra turbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est: & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit & roboris. Supplantare se iterum crediderat posse Dei seruos, & velut tyrones & rudes, quasi minus paratos & minus cautos, solito suo more concutere. Vnum primò aggressus, vt lupus oues secernere à grege, vt accipiter columbam ab agmine volantium separare tentauerat. Nam cui non est aduersus omnes satis virium, circumuenire quærit solitudinem singulorum. Sed retusus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare iam sobrios, & armatos ad praelium stare: vinci non posse, mori posse: & hoc ipso inuictos esse, quia nec mori timent: nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentē liceat: sed promptē & animas & sanguinem tradere, vt cum tanta in seculo malitia saeuitia grassetur, à malis & seuis velocius recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum, quale in conspectu Christi & eius Ecclesiae gaudium, ad pugnam, quam tentauerat hostis inferre, non singulos milites, sed semel tota castra prodijisse? Omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, cum accurrerit properanter & venerit, quisquis audiuit. Quot illic lapsi, gloriosa confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore poenitentiae facti ad praelium fortiores: vt appareat, nuper subitatos esse, & nouae atque insuetae rei pauore trepidasse: redisse ad se postmodum, fidem veram & vires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam constantem & firmiter roborasse: nec iam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam. Quid ad hæc Nouatianus, frater? Vtrumne iam deponit errorem, an verò (qui demeritum mos est) ipse bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis

Rom. 1. a

1. Petr. 5. b

* simul tota

* dubitasse

fionis & zeli crudescit infania? Nec vulnus suum miser curat, sed adhuc grauius & se & suos vulnerat in perniciem fratrum lingua sua perstrepens, & facundiae venenatae iacula contorques, magis durus secularis philosophiae prauitate, quam philosophiae dominicae lenitate pacificus, desertor Ecclesiae, misericordiae hostis, interfector poenitentiae, doctor superbiae, veritatis corruptor, perditor charitatis? Agnoscat ne iam quis sit sacerdos Dei, quae sit Ecclesia & domus Christi? qui sint Dei serui, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim querit illos, quos iam subegit: aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesiae, quos alienauit ab Ecclesia & foras duxit, ut captiuos & victos contemnit & preterit. eos pergit lacerare, in quibus Christum cernit habitare. Quamquam & si aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi huiusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed poenam potius esse perfidiae: nec in domo dei inter vnanimes habitaturos esse, quos videmus de pacifica & diuina domo furor discordiae recessisse. Hortamur plane, quantum possumus, pro charitate mutua, qua nobis inuicem cohaeremus, ut (quoniam prouidentia Domini monentis instruimur, & diuinae misericordiae consilii salubribus admoneamur, appropinquare iam certaminis & agonis nostri diem) ieiunijs, vigilijs, orationibus infiltere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Haec sunt enim nobis arma caelestia, quae stare & perseverare fortiter faciunt. Haec sunt munimenta spiritalia & tela diuina, quae protegent. Memores nostri inuicem sumus, concordes atque vnanimes, utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate releuemus. Et si quis hinc nostrum prior diuinae dignationis celeritate precesserit, perseveret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. Opto te frater charissime semper bene valere.

CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS & SYNODI AFRICANAE EPISTOLA AD CORNELIUM, DE LAPSIIS.

Cyprianus, Liberalis, Calydonius, Nico-medes, Caecilius, Iunius, Marcellus, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Sattius, Secundinus, alius Saturninus, Euthyces, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculanus, Victorius, Quintus, Honoratus, Manthanes, Hortensianus, Gerianus, Iambus, Donatus, Pomponius, Polymarcus, Demetrius, alius Donatus, Priuatius, Fortunatus, Rogatus, & Mummillus, Cornelio fratri sa-

Roma. 13. d
Iudith. 4. d

Defunctos
pro viujs
orare.

*Monnullus

lutem. Statueramus quidem iam pridem, frater charissime, participato inuicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab aduersario, & lapsi fuissent, ac sacrificijs se illicitis maculassent, agerent diu poenitentiam plenam: & si periculum infirmitatis vrgeret, pacem sub ictu moris acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus & deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de seculo recedentes, sine communicatione aut pace Domini dimitteretur, qui permiserit ipse, qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in caelis ligata essent: solui autem possent illic, quae hic prius in Ecclesia soluerentur. Sed quum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare coepisse, & crebris atque assiduis orationibus admoneamus, ut ad certamen, quod nobis hostis idicet, armati & parati simus, plebem etiam nobis diuina dignatione commissam, exhortationibus nostris preparamus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant & praesidium flagitant, intra castra Domini colligamus: necessitate cogente celsimus, eis qui de ecclesia Domini recesserunt, sed poenitentiam agere, & lamentari, ac Dominum deprecari, a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dadam esse, & eos ad praesidium (quod imminet) armari & instrui oportere. Obtemperantis est nanque ostensionibus atque admonitionibus iustis, ut a pastoribus oves in periculo non deserantur, sed grex omnis in vnum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiae armatus. Merito enim trahebatur dolentium poenitentia tempore longiore, ut infirmis, si qui essent, in exitu subueniretur, quando quies & tranquillitas aderat, quae differre diu plangentium lacrymas, & subuenire sermo morientibus in infirmitate patereatur. At verò nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est: nec morientibus, sed viuentibus communicatio a nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad praesidium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & quum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipere, ut sit esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus, munimento dominicae saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad Martyrij poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in ecclesia poculum Domini, iure communicationis admittimus? Interesse debet, frater charissime, inter eos, qui vel apostatauerunt, & ad seculum, cui renunciauerant, reuersi, getiliter viuunt: vel ad hereticos transfugas facti, contra Ecclesiam paricidalia quoridie arma suscipiunt: & inter eos, qui ab ecclesiae limine non recedentes, &

Matth. 16. c
& 18. c

implorantes iugiter & dolenter diuina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse & pro Domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem non delictis, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus, fortiter steterint, & aduersarium nobiscum in congressione prostrauerint, non poenitentiam pacem concessisse tam fortibus: immo episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas preparemus. Si autem (quod Dominus auertat a fratribus nostris) aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, & impendentis praesilij tempore, communicationem non praestituerit accipiat, seipsum fallit & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce denunciat. Nos, in quantum nobis & videre & iudicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari & mentem perspicere non possumus. De his iudicat occultorum scrutator & cognitor, cito venturus, & de arcanis cordis atque abditis iudicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adiuuari. Nec ideo martyrium facturus pax neganda est, quia sunt quidam negaturi, cum propter hoc pax sit danda omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat praeteriri, qui habet in praesilio coronari. Nec quisquam dicat, Qui martyrium tulit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab Episcopo necessaria est, habituro gloriae suae pacem, & accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. Primum idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad praesidium: & mens deficit, quam non recepta eucharistia erigit & accendit. Dominus enim in Euangelio suo ait: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare, quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquamini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Cum autem dicat, in traditis atque in confessione nominis constitutus, loqui spiritum patris, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inueniri, qui non prius, pace accepta, receperit spiritum patris, qui corroborans seruos suos, ipse loquitur & confitetur in nobis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis, fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus, in latrones forte incurrerit, aut in sebris & in languore decesserit: nonne nobis imputabitur, quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo & parentibus ac liberis, sequi Dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione decesserit? Nonne nobis vel negligentia segnitas, vel duritia crudelis ascribetur in die iudicij, quod pastores, creditas & commissas nobis oves nec curare in pace, nec in acie voluerimus arma-

1. Reg. 16. b

Matth. 10. b c

Matth. 10. c

res? Nonne nobis ingeretur a Domino, quod per prophetam suum clamat, & dicit: Ecce ego lac consumitis, & lanis vos tegitis: & quod crassum est, interficitis, & oves meas non paciscitis: quod infirmatum est, non confortastis: & quod male habuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, non consolati estis: & quod errabat, non reuocastis: & quod perijt, non inquisistis: & quod forte fuit, confestim labore: & dispersae sunt oves meae, eo quod non sunt pastores, & facti sunt in comesturam omnibus bestiis agri: & non fuit qui inquiret, neque qui reuocaret. Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram ovas meas de manibus eorum, & auertam eos, ne pascant oves meas, & iam non pascet eas, & extraham oves meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Ne igitur, quod ore nostro pacem negamus, quod duritiam magis humanae crudelitatis, quam diuinae & paterna pietatis dulcedinem apponimus, oves nobis commissae a Domino repossantur: placuit nobis, sancto spiritu suggerente, & Domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere praenunciatur & ostenditur, colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere: quod credimus vobis quoque, paterna misericordiae contemplatione, placitum. Quod si de collegis aliquis extiterit, qui urgente certamine, pacem fratribus & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicij Domino, vel importuna celsura, vel inhumanae duritiae suae. Nos, quod fidei & charitati & sollicitudini congruebat, quae erant in conscientia nostra, protulimus: diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem, qualis fuit, sed grauiorem multo & acriorem venire: hoc nobis diuinitus frequenter ostenditur, de hoc nos prouidentia & misericordia Domini saepius admonere dignatur, de cuius ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram praenunciat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam.

Eze. 34. a b c

CYPRIANI ET ALIORVM EPISTOLA AD FIDVM PRESBYTERVM, DE INFANTIBVS BAPTIZANDIS.

Cyprianus & ceteri collegae, qui in Concilio adfuerunt, numero sexaginta sex, Fido fratri salutem.

Lib. 3. epi. 8.

Legimus literas tuas, frater charissime, quibus significasti de Victore quodam presbytero, quod ei, antequam poenitentiam plenam egisset, & Domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & ppropere festinatione pacem dederit. Quae res nos satis mouit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine petitione &

Gen. 17.

Luc. 9.

4. Reg. 4.

Galat. 2.

Tit. 1.

tu & conscientia plebis, nulla infirmitate vrgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu consilio, factis fuit obiurgare Therapium collegam nostrum, quod temere hoc fecerit, & instruxisset, ne quid tale decetero faciat: pacem tamen quomodocunque à sacerdote Dei semel datam, non putauimus auferendam: ac per hoc Victori communicationem, sibi concessam, vsurpare permisimus. Quantum verò ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem, quo nati sunt, constitutos, baptizari non oportere, & considerandam legem esse circumcisionis antiquae, vt intra octauum diem eum, qui natus est, baptizandum & sanctificandum non putares, longè aliud in Concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegadam. Nam cum Dominus in Euangelio suo dicat, Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare: quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in vtero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum secularium cursum accipere, qui nati sunt, incrementum videntur: ceterum quaecunque à Deo fiunt, dei factoris maiestate & opere perfecta sunt. Esse denique apud omnes siue infantes, siue maiores natum, vnam diuini muneris æqualitatem, declarat nobis diuinæ scripturæ fides, cum Helisæus super infantem viduæ filium, qui mortuus iacebat, ita se, Deum deprecans, superstravit, vt capiti caput, & faciei facies applicaretur, & superfusi Helisæi membra singulis paruuli membris, & pedes pedibus iungerentur. Quæ res si secundum natiuitatis nostræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & prouecto infans non posset æquari, nec cohærere & sufficere possent parua membra maioribus: sed illi æqualitas diuina & spiritalis exprimitur, quod pares atque æquales sint omnes homines, quando à Deo semel facti sunt, & possit ætas nostra incrementis corporum secundum seculum, non secundum Deum habere discrimen, nisi si & gratia ipsa, quæ & baptizatis datur, pro ætate accipientium vel minor vel maior tribuitur, cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus præbeatur. Nam DEVS vt personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cælestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat parem. Nam & quod vestigiū infantis in primis partibus sui diebus constitutum mundum non esse dixisti, quod vnusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cælestem gratiam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim, Omnia munda sunt mundis. nec aliquis no-

strum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam & si adhuc infans à partu nouus est, non ita est tamen, vt quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat exosculari, quod in osculo infantis vnusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modò formato & recens nato, quodammodò exosculamur, quando id quod Deus fecit, amplectimur. Nam quod in Iudaica circumcisione carnali octauus dies obseruabatur, sacramentum est in vmbra atque imagine antè præmissum, sed veniente in Christo in veritate completum. Nam quia octauus dies idem post sabbatum primus dies futurus erat, quo Dominus resurrexerit, & nos viuificaret, & circumcisionem nobis spiritalem daret, hic dies octauus, id est, post sabbatum primus & dominicus præcessit in imagine: quæ imago cessauit superueniente postmodum veritate, & data nobis spiritali circumcisione. Propter quod neminem putamus à gratia consequenda impediendum esse ea lege, quæ iam statuta est: nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere. sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiæ Christi, cum & Petrus in Actibus Apostolorum loquatur & dicat, Dominus mihi dixit, neminem communem dicendum & immundum. Ceterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natum possent impedire peccata grauiora. Porro autem si etiã grauissimis delictoribus, & in Deum multum antè peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & à baptismo atque gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit: qui ad remissionem peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittitur non propria, sed aliena peccata. Et idcirco frater charissime, hæc fuit in concilio nostra sententia, à baptismo atque à gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa vniuersos obseruandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de diuina misericordia plus merentur, quod in primo statum natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes, nil aliud faciunt, quam deprecantur. Optamus te frater charissime semper benè valere.

CYPRIANI AD CLERVM ET plebem Furnitanorum, Epistola xj. quod nulli liceat presbyterum tutorem testamenti constituere.

CY.

AG. 10.

Lib. 1. epi. 9.

2. Tim. 2.

Num. 18.

Cyprianus presbyteris & diaconis & plebi Furnis consistentibus, salutem. Grauius commoti sumus ego & collegæ mei, qui presentes aderant, & presbyteri nostri qui nobis affidebant, fratres charissimi, cum cognouissemus quod Geminus Victor frater noster de seculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum, tutorem testamenti suo nominauerit, cum iam pridem in Concilio Episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamenti suo constituat, quando singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deferuire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: Nemo militans Deo, obligat se molestijs secularibus, vt possit placere ei, cui se probauit. Quod cum de omnibus dictum sit, quanto magis molestijs & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuini rebus & spiritalibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos & seculares actus vocari non possunt? Cuius ordinationis & religionis formam Leuiticus prius in lege tenuerunt, vt cum terram diuiderent, & possessiones partirentur vnde decem tribus, Leuitica tribus, quæ templo & altari & ministerijs diuinis vacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet: sed alijs terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad victum atque alimentum suum ab vndecim tribubus de fructibus, qui nascebantur, decimas reciperet. Quod totum fiebat de autoritate & dispositione diuina, vt qui operationibus di-

uinis insistebant, in nulla re auocarètur, nec cogitare aut agere secularia cogerètur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, vt qui in Ecclesia Domini ordinatione clericali promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestijs & negocijs secularibus alligètur, sed in honore sportulantium fratrum tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificijs non recedant, & die ac nocte cælestibus rebus & spiritalibus seruiant. Quod episcopi antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter prouidètes, censuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros suos Leuitas voluit auocare. Et idèo Victor cum contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est, quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur: vt sacerdotum decretum, religiosè & necessariè factum, seruetur à nobis: simul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotis & ministros DEI, altari eius & Ecclesiæ vacantes, ad seculares molestias deuocet. Obseruari enim decetero poterit, ne vltra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est, fuerit vindicatum. Opto vos, fratres charissimi, semper benè valere.

AD LECTOREM.



ONCILIVM hoc Carthaginense tamen si hoc loco ponitur, attamen noueris lector, illud ad Stephani Papæ tempora pertinere: de quo etiam pauca huic adscribere visum est, ex D. Hieronymo & Vincentio Lyrinensi scriptore vtroque peruesto: quorum prior extremo ferè dialogo aduersus Luciferianos, sic habet: Conatus est beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: et idcirco hæreticorum baptisma reprobans, ad Stephanum tunc Romæ vrbis Episcopum, qui à beato Petro vigesimussextus fuit, super hæc re Africanam synodum direxit, sed conatus eius frustratus fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem reuoluti, nouum emisere decretum. Quid facimus? Ità & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidit Maiores: Hæc ille. Posterior verò, Vincentius Lyrinensis, in aureo illo libello, aduersus profanas hæresum nouationes scripto, paulo fusius hinc agens: Quondam igitur, inquit, venerabilis memoria Agripinus Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortaliu contra diuinum Canonem, contra vniuersalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consecratorum, contra morem atque instituta Maiorum, rebaptizandum esse censebat. Quæ præsumptio tantum mali inuexit, vt non solum hæreticis omnibus formam sacrilegiæ, sed etiam quibusdam catholicis occasione præberet erroris. Cum ergo vndique adnotat emrei cuncti reclamarent, atque omnes quaquauersum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur, tunc beate memorie Papa Stephanus, Apostolicæ Sedis antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit: dignum, vt opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci autoritate superabat. Denique in Epistola, quæ tunc ad Africam missa est, idem his verbis sanxit nihil nouandum, nisi quod traditum est. Intelligebat enim vir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vt omnia, quæ fide à Patribus suscepta forent, eadem fide filijs consignarentur, nosque religionem non quam vellemus, ducere,

Ex Hieronymo.

Ex Vincentio Lyrin.

ducere, sed potius quã illa duceret, sequi oportere: idq̄ esse proprium Christiane modestie & grauitatis, non sua posteris tradere, sed à Maioribus accepta seruare. Quis ergo tunc vniuersi negotij excitus? quis vtiq̄, nisi vñ status & solitus? Retentã est scilicet antiquitas, explosã nouitas. Sed forte tunc ipsi nouitate adinuentioni patrocina defuerunt. Immo verò tanta vis ingenij adfuit, tanta eloquentiã flumina, tantus assertorum numerus, tanta veri similitudo, tanta diuine legẽs oracula, sed planè nouo ac malo more intellecta, vt mibi omnis illa conspiratio nullo modo destrui potuisse videatur, nisi solum tantã moliminis causã ipsã illa susceptã, ipsã defensa, ipsã laudatã nouitatis professio destruisset. Quid postremò ipsius Africani Concilij siue decreti quæ vires? Donante Deo, nulla, sed vniuersã tanquam somnia, tanquam fabule, tanquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt. Et ò rerum mira conuersio, aut hores eiusdem opinionis catholici, consecratores verò heretici iudicantur. Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli, conscriptores librorum, filij regni erunt: assertores verò gehenna suscipiet. Nam quis ille tam demens est, qui illud sanctorum omnium & Episcoporum & martyrum lumen, beatissimum Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? Aut quis contrã tam sacrilegus, qui Donatistas & cæteras pestes, qui illius auctoritate concilij rebaptizare se iactant, in sempiternum neget arsurus esse cum diabolo? Quod quidem mibi diuinitus videtur promulgatum esse iudicium, propter eorum maximè fraudulentiam, qui cum sub alieno nomine heresim concinnare machinentur, captant plerunquẽ vt eris cuiusdam viri scripta, paulò inuolubris edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant, vt illud nescio quid quodcumque proferunt, neque primi, neque soli sentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico, vel eò quod hereseos venenum propinare alijs non permissum, vel eò etiam, quod sancti cuiusque viri memoriã, tanquam sopitos iam cineres, prophana manu ventilent, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuidua opinione diffamant: sequentes omninò vestigia auctoritatis sui Cham, qui nuditate venerandi Noë non modo operire neglexit, verum quoque irridendam cæteris enunciant. Vnde tantã læsa pietatis meruit offensam, vt etiam posteri ipsius peccati sui maledictis obligaretur, beatis illis fratribus longèq̄ dissimilibus, qui nuditate ipsam reuerendi patris nequius temerare oculis, neq̄ aliis patere voluerunt, sed auersi, vt scribitur, texerunt eum: quod est, erratũ sancti viri nec approbasse, nec prodidisse, atq̄ idcirco beata in posteros benedictiõ donati sunt. Hactenus ille.

Gen. 9.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO EPISCOPO.
SENTENTIAE EPISCOPORVM DE HAERETICIS BAPTIZANDIS.



Huius provincialis concilij decreta non recipit Catholica Ecclesia.

& diaconis, præsentem etiã plebis maxima parte, & lectã est literã Iubaiani ad Cyprianum factã, item Cypriani ad Iubaianũ rescriptã, de hereticis baptizãdis, quidq̄ postmodum Cypriano Iubaianũ idẽ rescripserit, Cyprianus dixit: Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, cõsulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hereticorũ baptismo, & quid ego ei rescripserim, cõsens f. quod semel atq̄ iterum censuimus, hæreticos ad Ecclesiam ve-

nientes, Ecclesiã baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item, lectã sunt vobis & aliã literã Iubaiani, quibus pro sua sincera & religiosa deuotione ad Epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed & instructum se esse gratias egit. Superest, vt de hac ipsa re quid singuli sentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquẽ, si diuersum senserit, amouentes. Neq̄ enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat ois Episcopus pro licentia libertatis, & potestatis suã arbitrium propriũ, tanquam iudicari ab alio non possit, cum nec ipse possit alterũ iudicare. Sed expectemus vniuersi iudicium Dñi nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem, & præponedi nos in ecclesiã suẽ gubernatiõẽ, & de actu nostro iudicãdi. Cæcilius à * Bilta, dixit: *Bidil *Bida Ego vnum baptisma in Ecclesia sola scio, & extra Ecclesiam nullum. Hoc erit vnum, vbi spes vera est & fides certa. Sic enim scriptum est: Vna fides, vna spes, vnũ baptisma. Ephe. 4. a Non

Non apud hereticos, vbi spes nulla est, & fides falsa: vbi omnia per mēdaciũ aguntur, vbi exorcizat demōiacus: sacramentum interrogat, cuius os & verba cancer emittunt: fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit Antichristus: benedicit, à Deo maledictus: vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegus, ad hæc omnia accedit & illud malũ, vt antistes diaboli, audeat eucharistiã facere, aut qui illis assistunt, dicat hæc omnia falsa esse de hereticis. accẽ ad qualia ecclesia cõsentire cogitur, & sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rē, fratres, fugere ac vitare debemus, & à tanto scelere nos separare, & vnum baptisma tenere, quod soli Ecclesiã à Deo cõcessum est.

Ephe. 4. a

Primus Felix à Migirpa, dixit: Censeo omnem hominem ab heresi venientem, baptizandum. Frustrã enim illic putat se esse baptizatũ, cum nõ sit baptismum, nisi in ecclesia vnũ & verũ: quia Dominus vnus, & fides vna est, in qua stat vnum baptisma, & sanctitas, & cætera. Nam quæ foris exercetur, nullum habent salutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto, dixit: Qui hereticorum baptisma probant, hæreticis cõmunicant.

Nouatus à Thamugade, dixit: Licet sciamus omnem scripturã testimonium reddere de salutari baptismo, debem⁹ tamen fidem nostram exprimere: Hæreticos & schismaticos ad Ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati vidētur, debere eos in fonte perẽni baptizari. Et idẽ secundum testimonium scripturarum, & secundum decretũ collegarum nostrorum sanctissimorũ viro- rum, omes schismaticos & hereticos, qui ad ecclesiam cõuersi sunt, baptizari: sed & quicumq̄ ordinati videbãtur, inter laicos recipi. Nemesianus à * Tubinis, dixit:

* Tubinis,

Baptisma, quod dant heretici & schismatici, non esse verum, vbiq̄ in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi prepositi eorum, falsi Christi sunt, & falsi prophetæ, dicente Domino per Salomonem: Qui fides est in falsis, hic paciscit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes. Nere linquit autẽ vias vinearũ suarũ, & à semitis agri sui errauit. Ingredditur autem per auiã loca atq̄ arida, & terram distinet à messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et iterum: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno nõ biberis, vt longum viuas tempus, adijciantur etiã tibi anni vitæ. Et in Euangelio sua voce Dominus noster Iesus Christus locutus est, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ D E I. Hic est spiritus, qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neq̄ aqua sine spiritu.

Prouer. 10. a

Prouer. 5. b

Ioan. 3. a

Gene. 1. a

Malè ergò sibi quidã interpretantur, vt dicant, quòd per manũ impositionem spiritum sanctum accipiant, & sic recipiantur, cum manifestum sit, vtroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filij Dei esse, dicente Apostolo, curantes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis: Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Et hæc omnia Ecclesia catholica loquitur. Et iterum in euangelio dicit: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quoniam spiritus Deus est, & de Deo natus est. Ergò omnes heretici & schismatici omnia quęcunq̄ faciunt, fugalia sunt, dicentẽ Apostolo: manifesta enim sunt opẽra carnis, quę sunt fornicationes, immuditie, incestus, idololatrię, veneficia, inimicitie, certamina, zelus, ira, diuisiones, hæreses, & his similia. De quib⁹ prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicumque hæc faciunt, regnũ Dei nõ hereditabunt. Condemnat æquẽ Apostolus cum omnibus malis & eos qui diuisionem faciunt, hoc est, schismaticos & hereticos. Nisi ergò acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica, quæ vna est, salui esse non possunt, sed cũ carnalibus in iudicio domini Christi condemnabuntur.

Ephe. 4. a

Ioan. 3. a

Ioan. 4.

Galat. 5. d

Ianuaris à * Lambese, dixit: Secundum scripturarum sanctarũ auctoritatem decerno, hæreticos omnes baptizandos, & sic in ecclesiam sanctam admittẽdos. Lucius à Castragalba, dixit: Cũ Dominus in euangelio suo dixerit, Vos estis sal terrę: Si autem sal infatuatũ fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valebit, nisi vt projiciatur forã, & conculcetur ab hominibus: et iterum, post resurrexerit suam, mittens Apostolos suos, mandauerit, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: Ite ergò, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Cũ ergò manifestũ sit hereticos, id est, hostes, non integram sacramenti confessionẽ habere, item schismaticos nõ posse condire sapientia spirituali, cum ipsi ab ecclesia, quæ vna est, recedendo, infatuati, contrarij facti sint, fiat sicut scriptum est: Domus contrariorum legis debent emundationem: & consequens sit, eos qui à contrarijs baptizati, inquinati sunt, primò purgari, & tum deũum baptizari.

* Lambese

Matth. 5. b

Matth. 28. d

Crescens à Cirta, dixit: In tanto cõtũ sanctissimorum consacerdotũ, lectis literis Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum, item quẽ ad Stephanum, quæ tantum in se testimoniorum descenditium ex scripturis deificis continent, vt merito omnes per dei gratiam adunati consentire debeamus, censeo omnes hæreticos siue schismaticos, qui ad catholicam ecclesiam vo-

*Seggera,
*Semero,
*Suringa.

Iuerint venire, non antè ingredi, nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sanè, q in Ecclesia catholica fuerint antè baptizati, ità tamè, vt per manùs impositionē in pœnitentiam ecclesiæ reconcilientur.

Nicomedes à * Segermis, dixit:

Mea sententia hæc est, vt heretici ad ecclesiam venientes, baptizentur, eò quòd nullà foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

*Mommillus
*Girba

* Mommillus à * Girpa, dixit:

Ecclesiæ Catholicæ matris nostræ veritas semper apud nos fratres & mansit, & manet, & vel maxime in baptisimatis Trinitate, Domino nostro dicente: Ite, baptizate gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Cùm ergò manifestè sciamus, hæreticos non habere nec patrem, nec filium, nec spiritum sanctum, debent venientes ad Ecclesiam matrem nostram, verè renasci & baptizari, vt cancer quod habebant, & damnationis ira & erroris offensa, per sanctum & cœleste lauacrum sanctificetur.

*Chufis
*Cuiza

Secundinus à * Chezas, dixit:

Cùm dominus noster Christus dicat, qui non est mecum, aduersus me est: Et Ioannes Apostolus hos, qui ab ecclesia exeunt, Antichristos dicat, indubitanter hostes Christi, quiq; Antichristi nominati sunt, gratiam baptisimi salutaris ministrare non possunt. Et ideò cenfeo, eos qui de insidijs hæreticorum confugiunt ad Ecclesiam, baptizandos esse à nobis, qui amici appellati sumus Dei, eius dignatione.

*Vagae
*Vagal

Felix à Bigai, dixit:

Sicut cæcus cæcum ducens, ambo in foueam cadit: ità hæreticus hereticum baptizans, simul in mortem cadunt. Et ideò baptizandus, & viuificandus est, nè nos viui mortuis communicemus.

Matth. 15. b
Lucæ 6. f

Theogenes ab Hippone regio, dixit:

Secundum sacramentum gratiæ cœlestis, quod accepimus, vnum baptisma, quod est in Ecclesia sancta, credimus.

*Milleo

Pollianus à * Mileo, dixit:

Cenfeo hæreticum baptizari in Ecclesia sancta.

*Badrin,
*Baradrim,

Datiuus à * Badis, dixit:

Nos, quantum in nobis est, hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, & remissionē peccatorum acceperint.

Successus à Birgermaniana, dixit:

Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet. Si baptizare possunt, & spiritum sanctum dare possunt. Si autem spiritum sanctum dare nō possunt, quia nō habent spiritū sanctū datū, nec baptizare spiritualiter possunt: ppter eā censuimus hæreticos baptizandos esse.

*Tucca
Terebentina

Fortunatus à * Thuccabori, dixit:

Iesus Christus dominus & Deus, natus Dei patris, & creatoris filius, super petram ædificauit ecclesiam suam, non super hæresim, &

Matth. 7. d
& 16. c

potestatem baptizadi Apostolis habere dedit, non hæreticis. Quarè, qui extra ecclesiam sunt, & contra Christum stantes, oues eius & greges spargunt, baptizari foris nō possunt. Sedatus à Tuborba, dixit:

In quantum aqua, sacerdotis prece in ecclesia sanctificata, abluit delicta, intantum hæreticus sermone velut cancer infecta cumulat peccata. Quarè omnibus quidem pacificis viris nitendum est, nè quis hæretico errore infectus & tinctus, singulare & verū ecclesiæ baptisimum detrectet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus, à regno cælorum sit alienus.

Matth. 28. d

*Sufacula

Priuatius à * Sufacula, dixit:

Qui hereticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius, quis hæresim condiderit. Si enim heresis à Deo est, habere & indulgentiam diuinam potest. Si verò à DEO non est, quomodo gratiam Dei aut habere, aut conferre alicui potest?

*Baruc

Quietus à * Buruc, dixit:

Qui fide viuimus, obsequi ijs, quæ in scripturis nobis antè prædicta sunt, sedula obseruatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonē: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Quod vtique de his, qui ab hæreticis tingunt, & de tingentibus loquitur. Si enim, qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad Ecclesiam veniunt? Si verò à mortuis nihil salutis accipitur, ac ppter eā agnito errore pristino, ad veritatem cum pœnitentia reuertuntur, vno vitali baptisimato, quod est in Ecclesia catholica, sanctificari debent.

Ecc. 34.

Castus à Sicca, dixit:

Qui contempta veritate, præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidiosus est & malignus, quibus veritas reuelatur: aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesiæ eius instruuntur.

Eucratius à Thenis, dixit:

Fidem nostram & baptisimatis gratiam, & legis ecclesiasticæ regulam, Dominus & Deus noster Iesus Christus suo ore Apostolos docens, impleuit, dicens: Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Falsum ergò hæreticorum baptisma & iniquum, à nobis pellendum est, & omni detestatione refutandum, de quorum baptisimato non vita, nec gratia cœlestis, sed blasphemia Trinitatis exprimitur. Et ideò venientes ad Ecclesiam hæreticos, integro & Catholico baptisimato baptizari debere, manifestum est, vt à blasphemiam suam præsumptione purificati, possint spiritus sancti gratia reformari.

*Agiria,
Ioan. 14. a

Libofus ab * Agra, dixit:

In euangelio Dominus: Ego sum, inquit, veritas: non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati, vt & si in præteritum quis hæreticus in Ecclesia non baptizauit, nec nunc baptizare incipiat.

Leucius à Thabeste, dixit:

Hæreticos blasphemos atque iniquos, verbis varijs decerpentes sancta & adorabilia scripturarum verba, execrandos cenfeo,

& ideò exorcizandos, & baptizandos esse.

Eugenius ab Ammedera, dixit:

Et ego hoc idem cenfeo, hæreticos baptizandos esse.

Item alius Felix ab Accura, dixit:

Et ipse secutus diuinarum scripturarum autoritatē, baptizandos esse hæreticos cenfeo, sed & eos, qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. Si autē secundum cautum Christi, priuatus fons noster est, intelligant cuncti Ecclesiæ nostræ aduersarij, qui alieni sunt, nobiscum esse non possunt. Nec duobus populis salutarem aquā tribuere potest ille, qui vnus gregis pastor est. Et ideò manifestum est, nec hæreticos, nec schismaticos aliquid cœleste posse suscipere, qui à peccatoribus hominibus, & ab ecclesia extraneis, audeant accipere. Quandò danti locus non est, vtique nec accipienti prodest.

Item alius Ianuarius Muzuleñ, dixit:

Miro, quòd cùm omnes confiteantur, vnum esse baptisma, non omnes intelligant eiusdem baptisimatis vnitatē, Ecclesia enim & hæresis, duæ & diuersæ res sunt. Si heretici habent baptisma, nos non habemus. Si autē nos habemus, heretici habere non possunt. Dubium autem non est, ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi, & veritatem.

Adelphus à Thasbaltē, dixit:

Sinè causā quidem falso & inuidioso verbo impugnant veritatem, vt rebaptizare nos dicant, quandò ab ecclesia hereticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

Demetrius Aleptunius, dixit:

Vnum baptisma nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam vendicamus. Qui autem dicunt, quia heretici verè & legitime baptizare possunt, ipsi sunt, qui non vnum, sed multa baptismata faciunt. Nam cùm hereses multæ sint, pro earum numero & baptismata computabuntur.

Vincencius à Thibari, dixit:

Hæreticos scimus esse peiores, q̄ ethnicos. Si ergò conuersi ad Deum venire voluerint, habemus vtique regulam veritatis, quā Dominus præcepto diuino mandauit Apostolis, dicens: Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco: Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ergò primò per manùs impositionem ad Christi pollicitationem venire, aliàs autem fieri secundò per baptisimi regenerationem cenfeo non debere.

Marc. 16. d
Matth. 28. d

Marcus à Maçari, dixit:

Mirandum non est, si heretici, hostes atq; impugnatores veritatis, rem sibi vendicent potestatis & dignationis alienæ, sed illud mirandum est, quòd quidam nostri, preuaricatores veritatis, hæreticis suffragantur, & Christianis aduersantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos.

Satius à Sicilippa, dicit:

Si hæreticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicii peccata sunt quæ puniuntur, nihil est quod timere possint hæretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

Victor à Gor, dicit:

Cum peccata non nisi in Ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, vtrunque contra rationem facit: nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat.

Aurelius ab Vtica, dicit:

1. Timo. 5. Cum dicat Apostolus, non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam peccatis alienis communicat, qui hæreticis sine Ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos, ut accipiant remissionem peccatorum, & sic illis communicetur.

Confessor Iambus à Germanicana, dicit:

Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant, ut extra Ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos, negent in Ecclesia baptizari oportere.

Lucianus à Rucumma, dicit:

Gene. 1. a. Scriptum est: Et vidit Deus lucem, quia bona est, & diuisit inter lucem & tenebras. Si potest luci & tenebris conuenire, potest nobis & hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo, hæreticos baptizandos esse.

Pelagianus à Luperciana, dicit:

3. Reg. 18. d. Scriptum est: Aut enim Deus, Deus est: aut Baal, deus est. Ita & nunc: Aut ecclesia, ecclesia est: aut hæresis, ecclesia est. Porro si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hæreticos baptisma Ecclesiæ potest?

Confessor & martyr Iader à Midila, dicit:

Scimus, non esse nisi vnum baptisma in ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæreticum, nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra Ecclesiam catholicam baptizatum esse.

Item alius Felix à Mazrazana, dicit:

Ephes. 4. a. Vna fides, vnum baptisma, sed ecclesie catholice, cui soli licet baptizare.

Confessor Paulus ab Obba, dicit:

Roma. 3. a. Me non mouet, si aliquis Ecclesiæ fidem & veritatem non vendicat, quando Apostolus dicat: Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum? Nunquid infidelitas eorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est enim Deus verax, est autem omnis homo mendax. Si autem Deus verax est, quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos DEVS non est?

Confessor Pomponius à Iosiniana, dicit:

Matth. 18. c. Manifestum est, hæreticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, quod potestatem non habent, ut aut soluere, aut ligare aliquid in terris possint.

Confessor Venantius à Tinsa, dicit:

Si maritus peregrinè proficiscens, amico suo commendat uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille, quanta posset diligentia, conseruaret, ne ab aliquo sanctitas & castitas adulteraretur. Christus Dominus & Deus noster, ad patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendauit: vtrum ne eam incorruptam & inuiolatam custodimus, an integritatem eius & castitatem moribus & corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma Ecclesiæ commune cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodat.

Aymnius ab Aufuagiga, dicit:

Ephes. 4. a. Nos vnum baptismum accepimus, & ipsum tenemus & exercemus. Qui autem dicit, quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

Saturninus à Victoriana, dicit:

Matth. 12. e. Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt & defensi illicita facientes: nec video, quare eos aut Christus aduersarios suos, aut Apostolus antichristos appellauerit.

Confessor Saturninus à Tucça, dicit:

1. Ioan. 2. c. Hæc Tucça est in Numidia, & est alia ab illa, quæ dicta est prius Tucça Terebentina. Similiter quæ adhuc postmodum ponenda est. Sunt tamen omnes & singule in Aphrica.

Gentiles, quantum ad idola colant, tam summum deum, patrem creatorem cognoscunt, & confitentur. In hunc Marcionem blasphemant, & quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare? quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut seruant, aut vendicant, qui hostes Dei non baptizant, & sic illis communicant?

Marcellus à Zama, dicit:

Cum peccata non nisi in Ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

Confessor Hireneus ab Vlulis, dicit:

Si ideo ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur iam baptizatus esse, hæresis maior est.

Donatus à Cibaliana, dicit:

Ego vnam ecclesiam & vnum baptismum eius noui, si est qui dicat, apud hæreticos esse baptismi gratiam, antequam est ut ostendat & probet, esse illic Ecclesiam.

Zosimus à Tharassa, dicit:

Galat. 2. e. Reuelatio facta veritatis, cedat error veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

Iulianus à Telepte, dicit:

Ioan. 3. d. Scriptum est: Nemo potest aliquid accipere, nisi datum illi fuerit de cælo. Si hæresis de cælo est, potest & baptismum dare.

Confessor Faustus à Timida regia, dicit:

Non sibi blandiatur, qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedit, illos Christianos, & nos hæreticos facit.

Geminus à Furnis, dicit:

Qui-

Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt. Et ideo quod semel decreuimus, tenemus, ut ab hæreticis venientes, baptizemus.

Rogatianus à Noua, dicit:

Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo potest habere baptismum Christi synagoga satanæ?

Confessor Terapius à Bulla, dicit:

Ioan. 9. f. Qui hæreticis Ecclesiæ baptismum cõcedit & prodat, quid aliud sponsam Christi, quam Iudas exiit?

Confessor item alius Lucius à Membressa, dicit:

Scriptum est: Deus peccatorem non audit. Hæreticus, qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest?

Item alius Felix à Bullaccenis, dicit:

In hæreticis sine baptismo Ecclesie admitte tendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat, quoniam consuetudine ratio & veritas semper excludit.

Alius Saturninus ab Itinis, dicit:

1. Ioan. 2. e. Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

Quintus ab Aggia, dicit:

Matth. 6. c. Ille potest dare aliquid, qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?

Alius Iulianus à Marcellina, dicit:

Ephes. 4. a. Si potest homo duobus dominis seruire, Deo & mamonæ, potest & baptismum duobus seruire, Christiano & hæretico.

Tenax ab Horreis Cæliæ, dicit:

Baptisma vnum est, sed Ecclesiæ. Vbi Ecclesia non est, baptismum illic esse non potest.

Confessor alius Victor ab Assuris, dicit:

Ephes. 4. a. Scriptum est: Quia Deus vnus est, & spiritus vnus est, & ecclesia vna, & baptismum vnũ. Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest, vbi Deus, & Christus, & Ecclesia vna non est?

Donatus à Capse, dicit:

Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad Ecclesiam conuertuntur, baptizentur.

Martyr de schismaticis Verulus à

Ruscicæ, dicit:

Homo hæreticus dare non potest, quod non habet: multo magis schismaticus, quicquid habuit, amittit.

Pudentianus à Cuiculi, dicit:

Nouitas Episcopatus effecit, fratres charissimi, ut sustinerem, quid maiores iudicarent. Nam hæreses nihil habere nec posse, manifestum est: atque ita, si qui ex ijs venerint, baptizari æquissimè est statutum.

Martyr Petrus ab Hipponezarito, dicit:

Cum baptismum vnum sit in Ecclesia Catholica, manifestum est, extra ecclesiam non posse baptizari. Et ideo in hæresi tinctos siue in schismate, venientes ad Ecclesiam, censeo baptizari oportere.

Item alius Lucius ab Auasafa, dicit:

Ephes. 4. a. Secundum autem motum animi mei, & spiritus sancti, cum sit vnus Deus, pater Domini nostri Iesu CHRISTI, & spiritus sanctus, & vna spes, & vna Ecclesia, vnum debet & esse baptismum. Et ideo dico, si quid ab hæreticis motum aut factum fuerit, rescindi debere: & eos, qui inde veniunt, baptizandos esse.

Item alius Felix à Gurgitibus, dicit:

Ego censeo, ut secundum sanctorum scripturarum præcepta, baptizatus ab hæreticis extra Ecclesiam illicitè, cum confugere voluerit ad Ecclesiam, gratiam baptismi, vbi licet ei dari, consequatur.

Puffillus à Lamasba, dicit:

Ego credo, baptismum salutare non esse, nisi in Ecclesia catholica. Quicquid ab alijs catholica fuerit, simulatio est.

Martyr Saluianus à Gauzafala, dicit:

Hæreticos nihil habere constat. Et ideo ad nos veniunt, ut possint accipere, quod non habent.

Honoratus à Tucça, dicit:

Ista est alia à priori, quæ est in Numidia. Ista autem ciuitas est mediterranea, inter Tabracam ciuitatem, & Bragadam annem.

Ioan. 14. a. Cum Christus veritas sit, magis veritatem, quam consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, Ecclesiæ baptismum sanctificemus.

Victor ab Ostauo, dicit:

Quod & ipsi scitis, non olim sum Episcopus constitutus: & ideo expectabam prædecessorum consilium. Hoc itaque existimo, ut quicumque ex hæresi venerint, sine dubio baptizentur.

Confessor Clarus à Mascula, dicit:

Manifesta est sententia Domini nostri Iesu CHRISTI, Apostolos suos mittentis, & ipsis solis potestatem, à patre sibi datam, permittebat, quibus nos successimus, eadem potestate Ecclesiam Domini gubernantes, & credentium fidem baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem foris, nec ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismum eius possunt.

Martyr Secudianus, à Tabeis, dicit:

Non debemus hæreticos nostra presumptione decipere, ut in Ecclesia Domini nostri Iesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum iudicii venerit dies, nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, & indulgentiam diuinæ gratiæ consecuti. Propter quod, cum sit vna Ecclesia, & vnum baptismum, quando ad nos conuertuntur, simul cum Ecclesia & Ecclesiæ baptismum consequantur.

Item alius Aurelius à Cillani, dicit:

Ioannes Apostolus in epistola sua posuit, dicens:

2. Ioan. c

dicens: Si quis ad nos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & Aue illi nē dixeritis. Qui enim illi dixerit Aue, communicat factis eius malis. Quomodo admitti tales in domum Dei possunt, qui in domum nostram priuatam admitti prohibentur? Aut quomodo cū eis sine Ecclesie baptismō cōmunicare possumus, quibus si Aue tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus?

Matth. 23. b

Confessor Licetus à Gemellis, dixit: Cæcus cæcum si ducat, ambo in foueam cadunt. Quum ergo hæreticos, constet, non posse illuminare quenquam, vtpote cæcos, baptismus eorum non valet.

Natalis à Boëa, dixit: Tam ego præsens, quam Pompeius Sabraten, quam etiã Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandauerunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentis, censemus, quod & collegæ nostri, quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi Ecclesiastico baptismō baptizati fuerint.

Iunius à Neapoli, dixit: Ab eo, quod semel censuimus, non recedo, vt hæreticos, venientes ad Ecclesiam, baptizemus.

Confessor & martyr Cyprianus à Carthagine, dixit:

Matth. 12. c
1. Ioan. 2. c

Meam sententiam plenissimè expressit Epistola, quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, hæreticos, secundum euangelicam & apostolicam contestationem, aduersarios Christi, & antichristos appellatos, quandò ad Ecclesiam venerint, vnico Ecclesie baptismō baptizandos esse, vt possint fieri de aduersarijs amici, & de Antichristis Christiani.

Finis Concilij Carthagin. sub Cypriano.

DECRETA LVCII PAPAE

Ex lib. Pontificali Damasi Papæ.

Anno Domini 278.

LVcius natione Romanus, ex patre Porphyrio, sedit annos tres, menses tres, dies tres. Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Galli & Volusiani, vsque ad Valerianū secundò & Gallienum cōs. hic in exilio fuit relegatus, post eã nutu Dei, incolumis ad Ecclesiam reuersus est. hic præcepit, vt duo presbyteri & tres diacones in omni loco Episcopum non defererent, propter testimonium Ecclesiasticū. Qui etiã à Valeriano capite truncatus est, quarto Nonas Martij. Hic omnem potestatem Ecclesie dedit Archidiacono suo Stephano, dum ad passionem pergeret. Hic fecit ordinationes * duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca septem. Qui etiã sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, & cessauit Episcopatus dies xxxv.

*tres

EIVSDEM DECRETALIS EPISTOLA AD GAL: lia atque Hispaniæ Episcopos.

- 1 Vt Episcopus semper testes secum presbyteros ac diaconos habeat.
- 2 De criminationibus Episcoporum, siue maiorū natū, & vt audientia ad maiores personas appellantiū non negetur.
- 3 Vt metropolitani sine consilio Episcoporum nihil agat, nec ipsi sine illius, nisi quod ad proprias Ecclesias pertinet.
- 4 Vt metropolitanus sine Episcopis causas eorum non audiat.
- 5 Nē posteriores Episcopi prioribus se præferant, nec eis inconsultis aliquid agant.
- 6 De his, qui res Ecclesie, vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis consentiunt.

Dilectissimis fratribus omnibus in partibus occidentibus, tam in Gallijs q̄ in Hispanijs consistentibus, Lucius Episcopus in Domino salutem: Litteras dilectiōis vestræ, quas ad beati Petri Apostoli sedē pro vestri causa negocij misistis, libenter suscepimus: sed de vestris afflictionibus non modicè contristati sumus. Significastis enim, vos tam à quibusdam, non rectam fidem tenentibus, sed erroribus implicitis, quàm & ab alijs eos imitantibus, persequi & infamari, atque vestras Ecclesias suis dotibus & fidelium oblationibus spoliari, vestrosq; ministros nimis vexari: & ideò multos à vobis, & à recta fide discedere, quoniã eis non potestis defensionem impendere, nec ea quæ necessaria sunt, ministrare. Nolite mirari, fratres, si vos maleuoli & impij persequuntur, cum ipsum Christum caput nostrū sint persecuti. Vndè & cōsolatricem ipsam habetis veritatem, quæ ait: Si patrefamilias Beelzebub vocauerūt, quāto magis domesticos eius? Ipsa iterum cōsolans nos, loquitur, dicens: Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: sed quia nō estis de mundo, sed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mundus. Propter tales, fratres, hortamur vos, sicut & in hac sancta Ecclesia cōstitutum habemus, vt semper testes vobiscum sacerdotes & diaconos habeatis. Et licet conscientia sufficere possit, propria, tamē propter maleuolos, iuxta Apostolum, etiã testimonium vos oportet habere bonum ab his qui foris sunt. Quoniam & in hac sancta sede cōstitutum habemus, vt duo presbyteri vel tres Diaconi, in omni loco Episcopum non deserant, propter testimonium Ecclesiasticum. Episcopi ergo non sunt leuiter accusandi vel detrahendi, quia iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius vice & legatione funguntur in Ecclesia. Vndè nobis & omnibus, qui nobiscum sunt in nostro solatio, sicut & olim factum inuenimus, cōstitui placuit, vt criminationes maiorum natū per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina

Matth. 10. c

Ioan. 15. c

de cōs. dif. r. Iub. em. apo stolica auctoritate. 1. Tim. 3. b

II.

2. q. 7 criminationes maiorum.

na

III.

9. q. 3. Nullus aut primas, sub nomine Calixti ponitur ibi.

Matth. 20. d Marc. 10. g Luc. 22.

III.

V.

*seruos

*sacerdotes

Ecc. 10. c d

na intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni se carere suspitione atq; inimiticia, & irreprehensibilem fidem ac conuersionem ducere. Vndè placuit, vt à quibusdamque iudicibus Ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas, si fuerit prouocatum, audientia nō negetur. Item constituimus, sicut & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus, decretum reperimus, si quis metropolitanus Episcopus, nisi quod solummodo ad propriam pertinet parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum, extrā aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprouincialium cōepiscoporum causis, eorumq; ecclesiarum & clericorum atq; secularium necessitatibus, aut de quibuscumq; communibus causis agere aut disponere peccasse fuerit, hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed concordia & humilima administratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, & rel. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi, cuncta cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta sanctorum constituta patrū, vt vno animo, vno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Similiter, auctoritate vultu apostolica, precipimus, vt nullus metropolitanus Episcopus, absq; cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum: quia irrita erit, & ipse causam pro facto dabit. Episcopi verò per singulas prouincias obseruent, nē posteriores, se prioribus suis præferant: nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant: sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant & determinēt, quoniam aliter acta, nullas vires habebunt, nec Ecclesiastica reputabuntur. Bonum esset, fratres, & valdè (neum timentibus & piè viuere volentibus) necessariū, si intra catholicam ecclesiam nullius mali, aut infestationis alicuius, erga Domini sacerdotes, aut iuste & piè volentes viuere, germen exurgeret. Sed quia prævalente inuidia, quod deterius est, surgit & crescit, atque nimis se in omnes partes extendit, idcirco necesse est, illud Ecclesiastico & Apostolico abscondi mucrone, nē *seruis Dei ac Domini *sacerdotibus valeat nocere, aut perdere. Exhonorauit enim Dominus (vt in Ecclesiastico legitur lib.) conuentus malorum, & destruxit Deus eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gētium superbarum arefecit DEVS, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit

Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorū de terra. Perdidit Deus memoriam superborum, & reliquit memoriam humiliū sensu. Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur hominū, quod præterit mandata Domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis illius. Gloria diuitem, honoratorum & pauperum, timor DEI est. Noli despiciere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem. Magnus est iudex, & potens est honore, & non est maior illo, qui timet DEVM. Seruo sensato liberi seruiant, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo * opera tua, & noli cunctari in tempore angustie. Melior est, qui operatur & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum: Peccantem in animam suam quis iustificabit? Et quis honorificabit ex honorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo, qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum confidere illum faciet. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu nē glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi folius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Multi tyranni federunt in throno, & insuspiciens portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt *valdè, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges, nē vituperes quenquam: & quum interrogaueris, corripe iuste. Priusquam audias, nē respondeas verbum, & in medio seniorum nē adicias loqui. De ea re, quæ te non molestat, nē certēris, & in iudicio peccantium nē confistas. Fili mi, nē in multis sint actus tui, & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si enim sequutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si præcurrens. Est homo, laborans, & festinans, & dolens, impius: & tanto magis non abundat. Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltabit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deū. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas

*opere tuo, vel op. tuū.

Ecc. 11. a b c

*valdè

stas à Deo sunt. Datio Dei permanet iustis: & profectus illius, successus habebit in æternum. Est qui locupletatur, parcè agendo, & hæc pars mercedis illius in eo, quod dicit, In ueni requiem mihi, & non manducabo de bonis meis solus: & nescit, quod tempus prætereat illum, & relinquet omnia alijs, & morietur. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opera mandatorum tuorum ueterasce. Nè manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

*** opere** Facile est enim in oculis Dei, subito * honestari pauperem. Benedictio Dei in mercedè iusti festinat, & in honore ueloci processus illius * iustificat. Nè dicas, quid est mihi opus? & quæ erunt mihi ex hoc bona? Nè dicas, sufficiens mihi sum, & quid ex hoc pessimabor? In die bonorum, nè immemor sis malorum: & in die malorum, nè immemor sis bonorum: quoniam facile est coram Deo in die obitibus retribuire vnique secundum uias suas. Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis, denudatio operum illius. Ante mortem nè laudes hominè quenquã, quoniam in filijs suis agnoscitur uir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim insidie sunt dolosi. Sicut enim eructant præcordia * scetantium, & sicut perdidit inducitur in caueam, & ut caprea in laqueum: sic & cor superbiorum, & sicut prosector uidens casum proximi sui. Bona in * malum conuertit insidiator, & in electis ponet maculam. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. homo uero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi à pestifero: fabricat enim mala, nè forte inducat super te subannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & subuertet in turbine, & abalienabit te à * tuis proprijs.

*** vijs** Tales, charissimi, valdè sunt cauendi, vsque dum aut conuertantur, aut abscondantur uerbo diuino. Beatus autem est ille, qui non est lapsus in uerbo ex ore suo, & non est stimulat in tristitia delicti. Felix, qui non habet animi sui tristitiam, & non * abscedit à spe sua. Scriptum est enim: Melior est vnus timens Deum, quam mille impij. Sapiens uero non est, omnis qui nocet. Res quoque Ecclesiarum uestrarum, & oblationem fidelium, quas significastis à quibusdam irruentibus vexari, vobisque & Ecclesijs uestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, testante ipsa scriptura quæ ait: Qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse peccatum, homicidæ particeps est. Pater ergo noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: & mater nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter genuit. Et ideo qui Christi pecunias & Ecclesiæ auferit, fraudat & rapit, homicida in conspectu iusti iudicis esse deputabitur. Vndè scriptum est: Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit: qui autem pecunias vel res Ecclesiæ abstulerit, fa-

crilegium facit. Vndè & Iudas qui pecuniam fraudauit, quæ vsibus Ecclesiæ, id est, pauperibus, quos Ecclesia pascere debet, distribuenda iussu Saluatoris, (cuius vicem Episcopi tenent) non solum fur, sed fur & sacrilegus factus est. De talibus enim, id est, qui facultates Ecclesiæ rapiunt, fraudant, vel auferunt, Dominus comminans omnibus, per Prophetam loquitur, dicens: Deus, nè taceas tibi, nè sisileas, & non quiescas, Deus: Quia ecce inimici tui tumultuati sunt, & qui oderunt te, leuauerunt caput. Contra populum tuum nequiter tractauerunt, & inierunt consilium aduersus arcanum tuum. Dixerunt: Venite, & conteramus eos de gente, & non sit memoria nominis Israel ultra. Quoniam tacerunt corda pariter, contra te fœdus pepigerunt tabernacula Idumæ & Ismaelitarum, moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalech, Palæstina cum habitatoribus Tyri. Sed & Assur iunxit se cum eis, facti sunt brachium filiorum Loth. Fac illis sicut Madian, sicut Sisare, sicut Iabin in torrente * Cifon. Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquilinum terræ. Pone facies eorum sicut Oreb & Zeb, sicut Zebec & Salmana. Omnes principes eorum, qui dixerunt, Possidemus nobis pulchritudinem Dei. Deus meus, pone illos ut rotam, quasi stipulam ante faciem venti. Quomodo ignis comburit syluam, & sicut flamma deuorat mœtes, sic persequeris eos in tempestate tua, & in tuo turbine turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Confundantur & conturbentur vsque in æternum, & erubescant, & pereant: et sciant, quia nomen tuum Dominus: solus tu excelsus super omnem terram. Hæc fieri propheta, hæc Apostoli, hæc successores eorum, & omnium catholicorum patrum vetant decreta: & tales præsumptiones, sacrilegium esse iudicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales præsumptores, & Ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores, vnà nobiscum à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ, anathematizatos, Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed omnes consentientes eis: quia non solum, qui faciunt, rei iudicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus. Par enim pœna & agætes & consentientes comprehendit. Vos ergo, fratres, uigilate & orate. Viriliter agite, & confortamini in domino, & omnia uestra (iuxta Apostolum) in charitate fiant. A recta ergo fide & Apostolico tramite propter ullam persecutionem nolite recedere, scientes, quia (iuxta Saluatoris sententiam) beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Hæc est Apostolorum uia traditio, hæc uera charitas, quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda ac fouenda, atque fidentialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta &

Apostolica, mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hereticis nouitatibus * deprauata succubuit: sed, ut in exordio normam fidei Apostolicæ percepit ab autoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata finem hunc manet, secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est euangelij: Petre, in quiete, ecce satanas expetuit, ut cribraret vos, sicut q cribrat triticum. Ego autem pro te rogauit, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaque uestra excellens prudètia, quam bonum sit, persistere in dispensatione uobis credita, & in fide recta, atque hereticis & emulis Christi repugnare, & nunquam à ueritatis tramite declinare: quoniam Dominus & saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit: quod Apostolicos Pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, profuscepto tamen, diuina dignatione, ministerio, pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si ueritatem saluatoris nostri Iesu Christi, quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silètio ueritatem oppræserimus, quæ erogare numeralijs iubemur, id est, Christianos populos imbuiere & docere. Quid in ipso Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius ueritatem confundimus prædicare? Quid erit de nobis, quum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationem iustus iudex Christus dominus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor dilectionem uestram, obtestor & moneo, ut quæ debetis & potestis sollicitudine, uigiletis ad inuestigandos hereticos & inimicos sanctæ DEI Ecclesiæ, & à sanis mentibus, nè pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua potestis pro uiribus extirpetis: quoniam, ut habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit exequutus: ita ante tribunal Domini de reatu negligentia se nõ poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Kalendis Aprilis, Gallo & Volusiano uiris clarissimis consulibus.

EX DECRETIS LVCII PAPAE,
ex Gratiano desumptis.

Officio & beneficio priuetur Episcopus, presbyter, vel diaconus, uxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Ministri altaris, presbyteri siue diaconi,

Dist. 81. Ministri

ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam seruent. Si uero post ordinationem suam ministros contigerit propriæ uxoris inuadere cubile, sacrarij non intrent limina, neque sacrarij portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neque ad dominici corporis portionem accedant, neque propinquent, neque sine maioris natu auctoritate maiora gerant officia, uicem sanè ad altare vel calicem non suggerant.

EX EISDEM.

Clericus matronarum domicilia frequentans, deponatur.

Clericus solus ad scemina tabernaculum non accedat, neque frequenter properet sine maioris natu sacerdotis iussione. Nec solus presbyter cum sola scemina fabulas miscat. Nec archidiaconus, sub prætextu humilitatis aut officij, frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per clericos aut domesticos matronæ mandet aliquid secretè. Si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Ecclesiæ arceatur.

EX EISDEM.

De eodem titulo.

Sed si fortè aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam ire debent, ipse per interuentum pergat. Sin autem, de latere suo dirigat cum duobus aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet scemina, nisi foror aut proxima fuerit, & cum magna sollicitudine fiat. Nõ enim ignoro malitias satanæ.

AD LVCIVM PAPAM
CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS EPISTOLA.

CYPRIANVS cum collegis, Lucio fratri salutem: Et nupèr quidem tibi, frater charissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in Ecclesiæ suæ administratione cõfessorem pariter & sacerdotem constituit diuina dignatio: sed & nunc non minus tibi & comitibus tuis, atque uniuersæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudibus uestris reduces vos denuò ad suos fecerit benigna homini & larga protectio, ut pastore gregi pastor, & gubernandæ nauis gubernator, & plebi regendæ rector redderetur: ut appareret, relegationem uestram sic diuinitus esse dispositam, non ut Episcopus relegatus & pulsus Ecclesiæ deesset, sed ut ad Ecclesiam maior rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quam morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt: aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, quia q leonibus missus fuerat ad prædam, protectus à domino, uixit ad gloriam. In confessoribus Christi dilata martyria

Dist. 81. Clericus.

Dist. 81. Sed si fortè.

2. Cor. 2. c

Lib. 3. Epi. 1.

Dan. 3, b

Dan. 6. & 14. g

Dan. 3.

martyria non merita confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt. Repraesentatū in vobis videmus, quod apud regem fortes atque illustres pueri praedicauerunt: Ipsos quidem paratos ardere flammis, nē dijs eius seruirent, aut imaginem, quā fecerat, adorarent: Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentē esse, vt eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de poenis praesentibus liberaret. Quod inuenimus in confessione vestrae fide, & in domini circa vos protectione nunc gestum, vt cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamē vos poenę subtraheret, & Ecclesie referuaret. Regredientibus vobis, breuiata non est in Episcopo confessionis suae dignitas, sed magis creuit sacerdotalis auctoritas, vt altari DEI assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur: & imminete Antichristo, pareat ad praelium milites, nō solum sermonis & vocis in citameto, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligim⁹, frater charissime, & tota cordis nostri luce perspiciamus diuinę maiestatis salutaria & sancta consilia, vnde illic repentina persequutio nup̄ exorta sit, inde contra Ecclesiam Christi & Episcopū, Cornelium beatum martyrem, vosq; omnes, secularis potestas subito, pruperit, vt ad confundendos haereticos & retundendos ostenderet dominus, quae esset Ecclesia, quis Episcopus eius vnus, diuina ordinatione delectus, qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore coniuncti, quis adunatus & verus Christi populus, Dominici gregis charitate connexus, qui essent quos inimicus laceraret: qui e contra, quibus diabolus, vt suis parceret. Neq; enim persequitur & impugnat Christi aduersarius, nisi castra & milites Christi: haereticos, prostratos semel & suos factos, contemnit & praeterit. Eos querit deijcere, quos videt stare. Atque vtinam nunc facultas daretur, frater charissime, vt interesse illic, vobis regredientibus possemus, qui vos mutua charitate diligimus, vt aduentus vestri laetissimum fructum, praesentes cum caeteris, ipsi quoque caperemus. Quae illic exultatio omnium fratrum? qui concursus atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adhaerentium potest satisfieri, vix vultus ipsi atq; oculi plebis possunt videndo satiari de aduentus vestri gaudio. Cognoscere illic fraternitas cepit, qualis & quanta sit sequutura, Christo veniente, laetitia, cuius quia citō appropinquabit aduentus, imago iam quaedam praecessit in vobis, vt quomodō Ioānes praecursor eius & prauius veniens, praedicauit Christum venisse, sic nunc Episcopo cofessore Domini & sacerdote redeunte, appareat & Dominū iam redire. Vicarias verō pro nobis ego & collegae & fraternitas omnis, has ad vos literas mittimus, frater charissime: &

* qd vnde

Matth. 3.

repraesentantes vobis per epistolam gaudium nostrum, fida obsequia charitatis exprimus, hic quoque in sacrificijs atque in orationibus nostris non cessantes Deo patri & Christo filio eius Dño nostro gratias agere, & orare pariter ac petere, vt qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestrae gloriosam coronam. Qui & ad hoc vos fortasse reuocauit, nē gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestrae consummata martyria. Nam victima, quae fraternitati praebet exemplum virtutis & fidei, praesentibus debet fratribus immolari. Optamus te, frater charissime, semper bene valere.

Finis eorum quae concernunt Lucium Papam.

DECRETA STEPHANI PAPAE I.

Ex lib. Pontificali Damasi Papae.

Stephanus natione Romanus, ex patre Iulio, sedit annos 7, menses quinque, dies duos. Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Gallieni & Maximi, vsque ad Valerianum quarto, & Gallicanum tertio. Hic constituit, sacerdotibus & Leuitas vestibus sacris in vsu quotidiano nō vt, & nisi in Ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembrem, presbyteros sex, diaconos 5, Episcopos per diuersa loca tres. Sepultus est in caemeterio Calixti via Appia, quarto Nonas Augusti. Et cessauit Episcopatus dies 22.

EPISTOLA DECRETALIS I. EIVSDEM STEPHANI PAPAE, AD HILARIUM EPISCOPUM.

- 1 Qui sint infames, vel qui ad gradus Ecclesiasticos, siue ad accusationem non sunt admittendi.
- 2 De reuerentia praepositis exhibenda.
- 3 De vestimentis Ecclesiasticis.

Dilectissimo fratri atque familiari amico Hilario, Stephanus Episcopus intimae charitatis salutem: Quanquam sperem, dilectionem tuam ad omne opus bonū esse deuotam, tamē pro familiaritate, qua nobis coniunctus esse cognosceris, vt tua efficacior fiat industria, congruū nobis visum est, has fraternitatis literas tuae dilectioni debere dirigere. Monemus te charissime, semper in bonis manere, & a malis cauere: cū bonis & rectae fidei ac sanctae conuersationis hominibus assidue esse, & a peruersis ac fratrum infidiatoribus (nisi vt eos conuertas, & ad concordiam reducas) separari: quoniam vt ait Apostolus, corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ipsa p se veritas dicit: Si oculus tuus scandalizauerit te, erue eum, & projice abs te. Et si manus tua scandalizauerit te, abscinde eam, & projice abs te. Similiter & de pede agendum est, quia melius est tibi, luscum

Anno Domini 261.

* Gallieni

* Coss.

1. Cor. 15. c

Matth. 18. b & Marc. 9. g

Ecc 12. b d

Ecc 13. a b c

* induct superbiam.

* nē

* coniunges, * sociabitur, * Sicut

Ecc 18. d

luscum aut claudum intrare in regnum caelorum, quā duos oculos, aut duas manus, aut duos pedes habentem, mitti in gehennā ignis. Et in Ecclesiastico inuenitur libro: In bonis viri, inimici illius: in tristitia verō & in malitia illius, amicus agnitus est. In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. Et qui tetegit picem, inquinabitur ab ea. Et qui communicauerit superbo, * induetur superbia. Pondus super se tollit, qui honestiori se comunicat. Ditioni te nē fueris socius. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quandō se colliserint, confringent. Diues iniuste aget, & fremet, pauper autem laesus ta cebit. Si largitus fueris, assuet te: & si nō habueris, derelinquet te. Si habes, cōiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & dicit: Quid opus est tibi? Et confundet te in cibis suis, donē te exinaniat bis & tē, & in nouissimo deridebit te. Postea, vidēs, derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. Humiliare Deo, & expecta manus eius. Attende, nē seductus in stultitia humiliter. Noli esse humilis in sapientia tua, nē humiliatus, in stultitia seducaris. Aduocatus a potentiore, discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Nē improbus sis, nē impingaris, & nē longē sis ab eo, * & eas in obliuionem. Nē retineas ex quo loq. cum illo, & nē credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conseruabit verba tua, & non parcat de malitia & de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subuersione tua ambulas. Audiens verō illa quasi in somnis, vide, & vigila. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximū sibi. Omnis caro ad similem sibi * coniungitur, & omnis homo simili sibi * sociatur. * Si comunicabit lupus agno aliquandō, sic peccator iusto. Quae communicatio sancto homini ad canē? Aut quae pax bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis, onager in eremo: sic pascua diuitum sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio diuiti pauper. Diues commotus, confirmatur ab amicis: humilis autem quū ceciderit, expelletur & a notis. Diuiti decepto multū recuperatores: loquutus est superba, & iustificauerunt illum: humilis deceptus est, insuper & arguitur. Loquutus est senfatē, & non est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicūt: Quis est hic? Et si offenderit, subuertent illum. Bona est substantia, cui non est peccatū in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciem illius, siue

in bona, siue in mala. Vestigium boni cordis & faciem bonam difficilē inuenies, & cum labore. Haec, frater, caue tibi, & post concupiscentias tuas non vadas. Quod verō consulisti sedem Apostolicā, qui sunt infames, aut qui ad gradus Ecclesiasticos nō sunt admittendi, & nō esse te credimus, & pro auctoritate sedis apostolicae te informare non denegamus. Infames autem esse eas personas dicimus, quae pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes, qui Christianae legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulcrum quoque violatores, & apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptos, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesiae abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant: vel qui contra innocentes, principū animos ad iracundiam prouocant: & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos: & omnes, quos Ecclesiastica vel seculi leges, infames pronūciat: hos verō nō ad sacros ordines licet promouere, nec seruos ante legitimam libertatem, nec poenitētes, nec bigamos, nec eos, qui curiae deseruiunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem val intellectū, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur: hi omnes nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem vel dignam conuersationem non habētes, summos sacerdotes possunt accusare. Sed & qualiter obedientia vel reuerentia sit praepositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse nō ambigis. In qua re valde est vtile, si id, quod disciplinae vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda serauerit. Omnipotens Deus, in cuius manu sunt omnia, de quo scriptum est, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum: ipse te tuosque, & diuina & Apostolicae sedis instigata illibata seruare, & nos atque omnes fideles ad potiora semper conscendere, & de die in diem deteriora cauere, & meliora ac Deo placita, sectari atque perficere concedat. Vestimenta verō Ecclesiastica, quibus Domino ministratur, cultusque diuinus omnino cum honorificentia & honestate, a sacerdotibus, reliquisque Ecclesie ministris celebratur, & sacra debent esse, & honesta. Quibus alijs in vsibus (quum Deo, eiusque seruitio consecrata & dedicata sint) nemo debet frui, quā ecclesiasticis & DEO dignis officijs. Quae nec ab alijs debent contingi, aut ferri, nisi a sacris hominibus, nē vltio, quae Bal-

6. q. 1. Infames esse eas. Et in decre. Tuon. lib. 4.

ii.

Prou. 21. d

iii. De cof. dist. 1. Vestimenta Idē habetur in decre. Si. xti Papae 1.

y thasar

thasar regem percussit, super hæc transgredientes & talia præsumentes, veniat diuina, & corrumpere eos faciat diuinæ vltionis iustum flagellum ad ima. Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & obseruare apostolica mādato autoritate: quia & nostri, nobisque commissi, in sancta Apostolica & vniuersali Ecclesia, omnes hæc obseruare, nunc & futuris tēporibus professi sunt. His breuiter tuis, frater magnifice, respondi literis. Quibus tua dilectio itā societur, vt nihil in his, quæ ad vniuersalis Ecclesiæ statum pertinent, aut dubiè agatur aut segniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, vt nec beneuolentię partes, nec iustitię negligantur, sed absque personarum acceptiōne diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod vt recta obseruantia valeat custodiri, catholicæ primitus seruetur fidei integritas. Et quia per omnia angusta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, neque in sinistram, neque in dextram ab eius tramite deuiet. Data quinto Nonas Maij, Valeriano & Gallieno viris clariss. coss.

Matth. 7.

EPISTOLA STEPHANI PAPAЕ I. SECUNDA, DL
accusationibus sacerdotum.

- 1 De Episcopis rebus suis expoliatis, aut à sede puls.
- 2 Si quis Episcopos vel actores sine defensores Ecclesiæ, antequam eos charitatinè conueniat, accusare præsumpserit, vt sit puniendus.
- 3 Qui non debeant admitti ad accusationem.
- 4 Accusationem per scripta non suscipiendā, nec absentē posse accusari vel accusare, nec debere respondere, priusquam locum accipiat deserēd.
- 5 De Primatibus, & Metropolitanis, & de negocijs Episcoporum ad ipsos referendis.
- 6 Vt Episcopus accusatus, ab omnibus comprouincialibus Episcopis audiatur.
- 7 Vt omnis accusatio intra prouinciam terminetur, nisi ad Sedem Apostolicam fuerit appellatum: & de accusationibus criminalibus implicatis, vel spontè confessis, aut olim inimicis.
- 8 Si clericus Episcopum accusauerit, aut insidiatus fuerit.
- 9 Si laici res Ecclesiasticas dispensare debeant.
- 10 De personis accusatorum.
- 11 De criminationibus Doctorum, vel quodd diuini vocibus damnati, Episcopos non possunt accusare, vel in eos testificari.

Stephanus sanctæ Apostolicæ & vniuersalis Romanæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus per diuersas prouincias constitutis Episcopis, in Domino salutē: Plurimum gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quodd fides vestra per bona opera crescit magnificè, & dilatatur amplissimè. Sed nimis affligimur & tribulamur de vestra oppressiōne, super qua crebrior commeanantium vsq; ad nos fratrum sermo perlatus est. Nō oportuerat quidē ab illis, à quibus sustē-

tari & portari atq; honorari debuēratis, tātis vos oppressiōnibus cōcuti. Quapropter necessarium est, vt remotis talium tergiuersationibus, quib; venenosa malitia reuelari, atq; obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non modicum vobis à fidelibus impendatur, atq; ab hac Apostolica sede suffragetur, quos per diuinam gratiam Christi auxilio dignum est adiuuari, nē in totius Ecclesię perturbationem imprudens procedat intentio, & ea, quæ à sanctis prædecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus, dudum fuerant prohibita, denuò reuiuiscāt. Locū nanq; nostri consideratione compellimur, ea, quæ ad notitiam nostram emendanda peruenerunt, propter Dominum non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si secularibus officijs ordo suus, & tradita à Maioribus disciplina seruanda est: quis ferat, Ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendāda, non opem ferendo, postponere? Audiuius enim, vos à quibusdam accusari, nō tam pro vestra culpa, quàm pro eorū libitu, vt vestra rape possint: & idēdē vos nimis affligi, & conculi intantū, vt etiām à sedibus proprijs pellamini, & tali occasione Ecclesiæ facultatesq; vestræ vastentur ac deprēdentur. Ista, charissimi, non oportet fieri, nec denuò replicari. Tamen necesse est, vt quæ toties vsurpatur, sæpius replicētur & prohibeantur. Nam quod in sacratis Deo rebus & Episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, & violari à quoquam non debēt. Nullus enim Episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede propria quolibet occasione pulsus, debet accusari, aut à quoquam ei potest crimen obijci, priusquam integerrimè restitueretur: & omnia, quæ illi ablata quocunq; ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedi & pristino statui regulariter reddatur, itā vt omnes possessiōnes, & cuncta sibi iniuste ablata, atque fructus omnes, ante cceptam accusationem, primates & synodus Episcopo, de quo agitur, funditus restituant: quia hoc non solum Ecclesiasticæ, sed etiām seculi leges fieri prohibēt. Neque aliquis eorum, aut ecclesiarum Actorum vel defensorū ad aliquos prius accusari debet, quàm ipsi charitatiuè bis aut tēr ab eis, qui se læsos æstimant, vel eos pro aliquibus erratibus corrigere cupiunt, conueniantur, vt ab eis aut familiarem emendationem, aut iustam percipiāt excusationem. Quod qui præsumpserit, liminibus arceatur Ecclesiæ vsq; ad condignam satisfactionem. Accusatores verò & accusationes, quas seculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submouemus. Nullus enim alienigena, aut accusator eorum fiat, aut iudex. Vndē & de Loth scriptum est: Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Accusator autem vestrorum nullus

2. q. 2. Nulli episcoporum,

11.

117. 3. q. 5. Accusatores. Et supra in de. Telephori & Iulij,

Gen. 19. b

nullus sit seruus, aut libertus, nullaq; suspecta persona, aut infamis. Repellantur etiām cohabitantes inimicis, & omnes laici: quia infestationem blasphemiar, affectio amicitiar incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infestatione. Nullus anathema suscipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis vel dicuntur, vel conscribuntur. Eos quoq; dico anathematizatos esse, quos Episcopi suis scriptis anathematizauerunt, aut eorum statuta anathematizāt. Per scripta enim nullus accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima & condigna accusatoris persona fuerit, presentē videlicet eam, quem accusare desiderat: quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare. Nullus tamen præfati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter à suo primate vocatus sit, locumq; defendēdi & inquirendi accipiat ad abluenda crimina. Nulli enim metropolitani, aut alij episcopi appellentur primates, nisi hi qui primas sedes tenēt, & quorum ciuitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui verò, qui cæteras metropolitanas ciuitates adepti sunt, non primates, sed aut Archiepiscopi, aut metropolitani vocentur. Vrbes enim & loca, quibus primates præsidere debēt, non à modernis, sed etiām multis ante aduentū Christi sunt statuta temporibus, quarum primates etiām gentiles, pro maioribus etiām negocijs appellabāt. In ipsis verò vrbibus post Christi aduentum, Apostoli & successores eorum patriarchas vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negocia, salua in omnibus Apostolica autoritate, & maiores causa, post Apostolicam sedem sunt referendæ. Et licēt (Apostolo prohibente) inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi nō poterit, accusationes episcoporum aut memoratos primates debēt ab accusatoribus deferri: studendum est tamen episcopis, vt dissidentes fratres magis ad pacem, quàm ad iudicium cōerceantur. Episcopus autem aliter non debet audiri aut iudicari, nisi in præsentia omnium comprouincialium, & ab omnibus cōprouincialibus episcopis: quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quæ verò personæ ad accusationem eorum non sunt admittendæ, & superius ex parte iam dictū est, & latius tam hi, quàm & infames personæ, in epistola, quā dudū Hilario misimus, sunt annumeratæ. Ultra prouinciam verò terminos accusandi licentia nō progrediatur, sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, nisi ad apostolicam sedem fuerit tantum appellatum. Et neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum cōfessionem, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius pro-

anathematizatorum. 3. q. 4. Nulli anathe. 2. q. 8. per scrip.

111. *accusatio, accusatore, & eo qui accusatur, absentibus.

*abluendi Idem sup. in decret. Ant. ceteri papa.

Dist. 80. Vrbes, sed sub noie Lucij, non Stephanus ni.

1. Cor. 6.

11.

117. 3. q. 6. Ultra prouinci. Et in decret. Iuon. lib. 4.

3. q. 11. Neganda est. Et in decret. Iuon. lib. 4.

bauerint innocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunq; professio. Familiares verò, & spontè confessi, atque sceleribus irretiti, non debēt admitti, nec hi, qui hesternæ die, aut pridie, aut antè fuerunt inimici. Clericus ergò, qui Episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & à gradu debet recedere, aut curiæ tradi seruiturus. Laicis quoq; quauis religiosi sint, nulli tamen de Ecclesiasticis facultatibus aliquid respondendi legitur vnquam attributa facultas. Scimus, dilectissimi, quia semper carnales, spirituales solent persequi, & maleuoli beneuolos infamare & lacerare. Ideoque Apostoli & successores eorum, ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem Episcoporum accusationem, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modò inueniretur. Throni enim DEI vocantur: ideo non debent moueri, aut affligi, vel perturbari. De ipsis ergò ait Propheta: Cæli enarrant gloriam DEI, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Hi verò, qui non sunt bonæ conuersationis, & quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita & libertas nescitur, non possunt eos accusare. Primò semper accusatorum personæ, fides, vita, & conuersatio est enucleatim inquirenda: & postea, quæ obijciunt, fideliter sunt pertractanda, quia nihil prius fieri debet, quàm impetitorum personæ, fides, vita quæ & conuersatio diligenter discutiantur, nē alicuius inuidia, aut inimicitia vel intentione mala quisquam vexetur. Criminationes aduersus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, quàm lædendi, aut infamandi. Vndē ait Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Charitas autem non est ambitiosa, non æmulatur, non inflatur, non quærit quæ sua sunt, sed quæ IESV CHRISTI. Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEVS in eo. Et qui in DEO manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adiuuare & sustentare, sicut ipse Dominus omnes venit saluare, & animam suam dare in redemptionem pro nobis. Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnoscimus. Præuidere ergò summopere debent omnes, qui sacerdotes Domini persequuntur, tam occultè quàm manifestè, nē subiectis Domini damnentur præceptis. Per Hieremiam autem Prophetam, talibus comminando Dominus loquitur, dicens: Iniquitates vestræ declinauerunt omnia, & peccata vestra amouerunt bona à vobis: quia inuenti sunt in populo meo impij, & loquentes vana, statuerunt ad disperdendos viros, & compræhenderunt, vt laqueus venātis plenus volatilibus, sic domus

1111. 3. q. 4. Clericus qui episcopum.

11.

Idē in epist. Fabiani pp.

Psal. 18.

2. q. 7. Querendum est.

1. q. 8. Accusatorū pso. Et in decret. Calixti pp.

111.

Galat. 6. a

1. Cor. 13. b

1. Ioan. 4. c

Matth. 20. d

Hier. 5. f

*hæc

eorum plenæ dolo. Et per Daud ait: Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die versati sunt in prælijs: Exacuuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Et paulò post: Cadent super eos carbones in igne, deijcies eos in foueas, vt non cõfurgant. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum iniustum mala capient in interitu. Scio, quia faciet Dominus causam inopis, iudicia pauperum. Item, idem: Muta fiant labia dolosa: Et iterum per Michæam inquit: Omnes in sanguine * iudicatur, vnusquisq; proximum suum tribulat, omnes in malum manus suas præparant. Hos Dominus prouidens, Apostolis præcepit, nè facillè serui lacerarentur, nè fortè perderentur, aut in talem tentationem inciderent, quam ferre minimè possent. Idcirco sancti Apostoli & successores eorum, decretorum normas statuerunt, nè talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes & simplices, quàm saluare) facillè reciperetur, sed ipsi his iaculis pellerentur procul, & Domini discipulos iuxta voluntates & veritates eorum, minimè perdere possent. Vnde & ipse Dominus ait: Excute puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Et alibi ipsa per se veritas de talibus dicit: Melius est illi vt suspendatur mola a farina in collo eius, & demergatur in profundum maris, quàm scandalizet vnũ de pusillis istis. Et Iacobus Apostolus inquit: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. Qua enim fronte quis peccatorum suorum veniam sperat à Deo se impetraturum, qui delinquenti fratri, nihil per pietatis & clementiæ officium vult condonare? Profectò necesse est, vt æstimet se talem in iudicio Deum experturum, (cum ante iusti iudicis tribunal fuerit constitutus) qualem se fratri suo exhibuerit. Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis. Et Ioannes Apostolus & Euangelista ait: Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

¶ Vos tamen (filij charissimi) hortamur, vt patienter mala vobis illata, Domini adminiculo portetis, & his Apostolicis præceptis tales procul pellite, nè more canino vos lacere, aut mordere valeant. Mementote etiam, quia iuxta Psalmographi vocem, Homo sicut fœnum dies eius, & vt flos agri, ita floreat. Et Apostolus ait: Totus mundus in maligno positus est. Vnde precamur, nè tales multum timeatis, quia infames sunt, & nõ multum vobis nocere possunt, quia eorum vox extincta est: quoniam sic odit Deus eos qui aduersus patres armantur, vt patrum inuafores, qui in omni mundo infamia sunt notati. Armamini ergo his Apostolicis adminiculis contra eos, & spiritu principali roborate corda vestra, vt Deus, qui vos pastores in populo suo vocari voluit, non negli-

gentes aut tepidos, aut lupis superuenientibus fugietes inueniat, sed exemplò boni pastoris, agnos pariter cum matribus & filijs ac filiabus viriliter defensas, atque ad sanctam matrem Ecclesiam fideliter reportantes semper inueniat. Et quaquam dies mali sint, vos tamen nolite esse imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Quamobrem confortamini, & state in fide, viriliter agentes, ac omnia vestra in charitate fiant, & secundum sanctum euangelium, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Recordamini quoque sanctorum Apostolorum & Prophetarum: & quia multum laborauerunt in Domino, ideo adepti præmia sempiterna. Scitote etiam, quoniam iuxta Psalmistæ vocem: Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Quapropter, filij charissimi, hortamur vos & deprecamur, vt crebris orationum vestrarum precibus Deum exoretis, vt liberemur nos & vos, iuxta dictum apostoli, ab importunis & malis hominibus, quia nõ omnium est fides. Flagitate etiam, vt Deus & Dominus noster, qui est refugium pauperum & spes humilium, sanctam suam Ecclesiam, preciose videlicet sanguine suo redemptam, & nos, qui eandem sanctam Ecclesiam docere, regere, portare & tueri debemus, de prædictis oppressiõibus & tætionibus huius seculi nequæ, atque de omnibus necessitatibus nostris: misericorditer eruat, vt sermo dei currat, & glorificetur gloriosum euangelium Domini nostri Iesu Christi, & gratia eius in nobis vacua non fiat, nè sine fructu euangelij (quod absit) sterile in conspectu Dei appareamus, & vacui filiorum filiarumque numero reuertamur, nec de abscondito talento, Domino veniente, rei esse iudicemur. Ista enim semper inuidet satan. Et idcirco tales aduersum nos suscitatur, qui nos premant & suffocent, vt Domini oues absque nobis rapiat, & in ima, nõ existentibus pastoribus, qui eos custodiant & defendant, ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate, & orate, atque vigilate, nè hæc fiant, scientes, nos semper paratos esse in omnibus, quibuscunque Dominus posse dederit, modis vobis opem ferre, licet nos ab ipsis æmulis sanctæ DEI Ecclesiæ, & nostris, non simus excepti, & tribulationes cordis nostri pro nostra & vestra tribulatione, siue ouium nobis commissarum, admodum sint dilatatae. Vos quoque obsecramus, vt iniunctum vobis à Domino famulatum non negligatis, & omnes oppressos, & cunctos Dei seruos, atque generaliter omnes Christianos, prout Dominus posse dederit, adiuuare studeatis, vt ante tribunal CHRISTI mercedem habeatis perpetuam. Et scitote, quod memoria vestra coram DEO est assidue. Nam quemadmodum dolentes cognoscimus, vos ab iniquis & scelestis hominibus obturbari, ita continuò vobis compatimur

patimur, Deum orantes pro liberatione ac subleuatione vestræ afflictionis, quæ vobis (vnde grauiter angimur) ab iniquis indiès irrogatur. Et ante corpora apostolorum pro vobis preces fiunt quotidie, vt & vos liberemini ab importunis & malis hominibus, Domini auxilio, & oues vobis commissa, ad pascua æternæ vitæ vnà vobiscum perueniant sempiterna. Vnitatem & communionem dilectionis vestræ, valentem atque proficentem in salutem omnium populorum, creator omnium Deus omnipotens memorem nostri æternaliter custodiat. Amen. Data Nonis Aprilis, Valeriano & Gallieno viris clarissimis consulibus.

EX DECRETIS STEPHANI, IV- xta Gratianum,

Veruntamen nec scitur, an primi, vel secundi, vel tertij. Occidentalis, non orientalis, Ecclesia castitatis votum obtulit.

Dist. 37. Aliter se orient. Et in decret. luan. lib. 4.

Aliter se orientaliū traditio habet Ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam illarum sacerdotes, diaconi, aut subdiaconi, matrimonio copulantur: istius autem Ecclesiæ nullus sacerdotum, à subdiacono vsque ad episcopum, licentiam habet coniugium sortiendi.

EX EISDEM.

In apostolatûs culmen nullus, nisi ex Cardinalibus, promoueatur.

79. di. Oportebat vt hæc

Oportebat, vt hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, iuxta quod à beato Petro & eius successoribus institutum est, ritè ordinaretur, & in apostolatûs culmè vnus de cardinalibus presbyteris aut diaconibus, consecraretur.

¶ Finis decretorum Stephani.

EPISTOLA I. D. CYPRIANI ad Stephanum Papam, de Martino Episcopo Arelateni, fautore Nouatiani.

Lib. 3. Epist. 75.

Cyprianus Stephano fratri, salutem. Faustinus collega noster Lugduni consistens, frater charissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam vobis scio vtiq; nunciata tam ab eo, quàm à cæteris cõepiscopis nostris in eadem prouincia cõstitutis, quod Martinus Arelate consistens, Nouatiano se coniunxerit, & à catholice Ecclesiæ vnitate, atque à corporis nostri & sacerdotij consensione discesserit, tenens hereticæ presumptionis durissimam prauitatem, vt seruis DEI poenitentibus & dolentibus, & ad Ecclesiam lachrymis & gemitu & dolore pulsantibus, diuinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudantur, nec ad fouenda vulnera admittatur vulnerati, sed sine spe pacis & cõmunicationis relictus, ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciatur. Cui rei nostrum est consulere & subuenire, frater charissime, qui diuinam clementiam cogitantes, & guber-

nandæ Ecclesiæ librâ tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, vt tñ lapsis erigendis & curandis vulneratis, bonitatis & misericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas literas ad cõepiscopos nostros in Gallia constitutos, nè vltra Martianum peruicacem & superbum, & diuinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quæ necdum à nobis videatur absentus, qui iam pridem iactat & prædicat, quod Nouatiano studens, & eius peruicaciam sequens, à cõmunicatione se nostra segregauerit: cum Nouatianus ipse, quem sequitur, olim abstentus & hostis Ecclesiæ iudicatus sit: & cum ad nos in Africam legatos misisset, optans ad cõmunicationem nostram admitti, hinc à concilio plurimorum sacerdotum, qui presentes eramus, sententiam retulerit, se foris esse cepisse, nec posse à quoquam nostrum sibi cõmunicari, qui Episcopo Cornelio in catholica ecclesia de Dei iudicio, & cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedrâ collocare, & sacrilega cõtra verum sacerdotem sacrificia offerre tetauerit. Proindè si respicere, & ad sanæ mentis consilium redire vellet, ageret poenitentiam, & ad Ecclesiam supplex rediret. Quam vanum est, frater charissime, vt Nouatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem à sacerdotibus Dei abstentis, nunc adultores adhuc nobis patiamur illudere, & de maiestate ac dignitate Ecclesiæ iudicare? Dirigantur in prouinciam, & ad plebem Arelate consistentem à te literæ, quibus abstentis Martino, alius in locum eius substituatur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus cõtemnitur, colligatur. Sufficiat, multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine pace: vel cæteris subueniatur qui superfunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt, & diuinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatiū nostræ opitulatiõis exposcunt. Idcirco enim, frater charissime, copiosum corpus est sacerdotum, cõcordiæ mutua glutino atque vnitate vinculo copulatum, vt si quis ex collegio nostro heresin facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentauerit, subueniant ceteri, & quasi pastores viles ac misericordes, oues dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliquis munitionibus suis ruptis, infestus & periculosus esse nauibus cõperit? nõne nauigantes, ad alios proximis portus naues suas dirigunt, vbi sit tutus & salutaris introitus & statio securus? Aut si in via stabulum aliquod obsideri & teneri à latronibus cõperit, vt quisquis ingressus fuerit, infidiatum illic infestatione capiatur: nõne commeat, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, vbi sint fida hospitia, & receptacula commeatibus tuta? Quod necesse est apud nos esse, frater charissime, vt fratres nostros, qui iactati Martiani

Luc. 10.

tiani scopolis petunt Ecclesie portus salutares, suscipiamus ad nos prompta & benigna humanitate, & stabulum commeatibus prebeamus tale, quale est in Euangelio, quo a latronibus sauciati & vulnerati suscipi & foueri & tutari ab stabulario possint. Quae est enim maior aut melior cura praepositorum, quam diligenti sollicitudine & medela salubri fouendis & conseruandis ouibus prouidere? cum dominus loquatur & dicat, Quod infirmatum est, non confortatis: & quod male habuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, non consolidastis: & quod errauit, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis. & dispersae sunt oues meae, eod non sint pastores, & factae sunt in comesturam omnibus bestijs agri, & non fuit qui inquireret, neq; qui reuocaret. Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos, vt non pascat oues meas, & iam non pascent eas, & extraham eas de ore eoru, & pascam eos cum iudicio. Cum ergo pastoribus talibus, per quos dominica oues negliguntur & pereunt, sic Dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater charissime, quam colligendis & refouendis Christi ouibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapsorum vulneribus paternae pietatis adhibere medicinam, quando etiam Dominus in Euangelio moneat & dicat, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus? Na estis pastores multi sumus, vnum tamen gregem pasчимus, & oues vniuersas, quas Christus sanguine suo & passione quaesiuit, colligere & fouere debemus, nec pati supplices & dolentes fratres nostros crudeliter despici, & superba quorundam presumptione calcari, cum scriptum sit: Ille autem qui contumax est, vir susiacians, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanquam infernus animam suam: & eiusmodi homines Dominus in Euangelio suo culpet & danet, dicens: Vos estis, qui iustificatis vos in conspectu hominum, Deus autem dignoscit corda vestra: quonia quod excelsum est in hominibus, execratio est in conspectu DEI. Execrabiles & detestabiles dicit esse, qui sibi placeant, qui tumidi & inflati, aliquid sibi arrogate assumant. Ex quibus cum Martianus esse ceperit, & se Nouatianum coniungens, aduersarius misericordiae & pietatis extiterit, sententiam non dicat, sed accipiat, nec sic agat quasi ipse iudicauerit de collegio sacerdotum, cum ipse sit ab vniuersis sacerdotibus iudicatus. Seruandus est enim antecessorum nostroru beatorum martyrum Cornelij & Lucij honor gloriosus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu frater charissime honorificare & seruare grauitate & autoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni spiritu Domini, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis

Eze. 34.

Matth. 9.

Esa. 5.

Luc. 16. d

En quantum tribuit decretis pontificum.

pacem censuerunt, & poenitentia acta fructu communicationis & pacis negandum non esse literis suis signauerunt, quam rem omnes omnino vbiq; censuimus. Neq; enim poterat esse apud nos sensus diuersus, in quibus vnus esset spiritus, & ideo manifestum est, cum Spiritus sancti veritatem cum ceteris non tenere, quem videmus diuersa sentire. Significa plane nobis, quis in locu Martiani Arelate fuerit substitutus, vt sciamus ad que fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus. Opto te frater charissime semp bene valere.

D. CYPRIANI EPISTOLA II. ad Stephanu Papam, De baptizandis ijs qui ab hereticis sunt baptizati: quae eius sententia non recipitur: item de non admittendis in clerum, qui ab haeresi redeunt.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri salutem. Ad quaedam deponenda & communis Concilij examinatione limanda, necesse habuimus frater charissime, conuenientibus in vnu pluribus sacerdotibus cogere & celebrare conciliu, in quo multa quidem prolata atq; transacta sunt: sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua grauitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem autoritate, & ad Ecclesiae catholicae vnitatem pariter ac dignitate, de diuinae dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra Ecclesiam tincti, & apud haereticos & schismaticos, pfaue labemaculati, quando ad nos atq; ad Ecclesiam, quae vna est, venerint, baptizari oportere, eod quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & Ecclesiae baptismu. Tunc enim demum plene sanctificari & esse filij DEI possunt, si sacramento vtroq; nascatur, cum scriptum sit, Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Inuenimus enim etiam in Actis Apostolorum hoc esse ab Apostolis custoditu, & salutaris fidei veritate seruatu, vt cum in domo Cornelij centurionis super ethnicos, qui illic aderant, fidei calore seruantes, & in Dominum toto corde credentes descenderet Spiritus sanctus, quo adimpleti varijs linguis Deum benedicerent, nihilo minus tamen beatu Apostolum Petrum, diuini precepti atque Euangelij memorem, precepisse vt baptizarentur ijdem illi, qui iam fuerant sancto spiritu pleni, vt nihil pretermisum videretur, quod minus per omnia diuini precepti atq; Euangelij legem apostolicae magisteria seruarent. Baptismum autem non esse quo heretici vtuntur, nec quequam apud eos qui Christo aduersantur, per gratiam Christi posse proficere, diligenter nuper expressum est in Epistola, quae ad Quintu collegam nostru in Mauritania constitutu, super ea rescripta est: item

Lib. 2. epi. 17

Ioan. 3.

Act. 10.

DECRETA *SIXTI PAPAE II.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

Sixtus natione Graecus, ex philosopho Anno Domini 264. de Athenis, sedit a num vnum menses mini 264. decem, dies 24. martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Decij. Eodem tempore hic comprehensus est a Valeriano, & ductus vt sacrificaret demonijs, Qui quia contempnit precepta Valeriani, capite truncatus est, & cum eo sex diacones, Felicissimus, Agapetus, Ianuarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus octauo Idus Augusti. Et presbyteri preferunt a consulatu Maximi & G. abriosis, vsq; ad consulatū Tusci & Bassi, 14. Kalen. Augusti. Quo tempore fuit magna persecutio sub Decio, et post passionem beati Sixti die tertio, passi sunt Laurentius eius archidiaconus, & subdiaconus Claudius, Seuerus presbyter, & Romanus ostiarius, & Crescentius lector. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diacones septē, episcopos per diuersa loca duos. Sepultus est in coemeterio Callixti via Appia, & sex diaconi eius in coemeterio Pretextati, via Appia, octauo idus Augusti. Beatus vero Laurentius sepultus est via Tiburtina in crypta, in agro Verano, quarto idus Augusti. et cessauit episcopatus dies 35.

EPISTOLA SIXTI PAPAE PRIMA, ad Gratum quendam Episcopum.

Licere accusatis vel damnatis Episcopis appellare, siue adire sedem Apostolicam, sine cuius auctoritate causae eorum terminari non debent.

Episcopus Sixtus Grato coepiscopo salutem: Lactari & gaudere me plurimum in Christo Iesu Dño nostro dilectionis tuae scripta fecerunt, quibus euidenter ostenditur, quantum catholica diligis fidem, & quantum prauorum hominum detestaris errorem. Omnis enim haeresis nimis est impia, & euangelice veritatis inimica, quae non portionem aliquam laedere, sed ipsa Christianae religionis conatur fundamenta conuellere. Memor enim sum, me sub illius nomine Ecclesiae praesidere, cuius a Dño nostro Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides nullu vnquam fallit, sed omnes quidem haereses destruit. Intellego autem mihi aliter non licere, quam vt omnes conatus meos ei cause, in qua vniuersalis Ecclesiae salus infestatur, impendam. Agnosce, fili charissime, non ex tempore, neq; post tempora filium Dei natum, sed ante omnia tempora de paterno vtero inenarrabiliter generatum, ipso Deo patre per prophetas dicentes: In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Quam sententiam & Esaias propheta dubijs atque incredulis euidenter exprefsit, dum non aliunde filium, quam de patre natum ineffabiliter ostendit: In hu-

Hulus tempore oratio est haeresis Sabelliana.

*veritati

24. q. 1. Me. mor su, me

Pfal. 109.

Esa. 53.

Haereticoru profana ordinatio.

Leuitic. 22.

Exod. 19. d

Exod. 28. g

in literis, quas collegae nostri ad Episcopos in Numidia praesidentes ante fecerunt, cuius vtriusque epistolae exempla subdidi. Addimus plane & adiungimus, frater charissime, consensu & auctoritate comuni, vt etiam qui presbyteri aut diaconi, qui vel in Ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum pfaue ac rebelles contra Ecclesiam steterint, vel apud hereticos a pseudoepiscopis & Antichristis contra Christi dispositione, pfaue ordinatione, p moti sint, & contra altare vnu atq; diuinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoq; hac condicione suscipi cum reuertitur, vt comunicent laici, & satis habeant, quod admittuntur ad pacem, q hostes pacis extiterint: nec debere eos reuertetes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint. Oportet enim sacerdotes & ministros, qui altari & sacrificijs deseruiunt, integros atq; immaculatos esse, cum Dño Deus in Leuitico loquatur & dicat: Homo in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo. Item in Exodo haec eadē precipiat & dicat: Sacerdotes qui accedunt ad Dñm Deum, sanctificantur, ne forte derelinquat illos Dñs. & iterum: Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducunt in se delictum, ne moriantur. Quod autem maius potest esse delictum, aut quae macula deformior, quam aduersus Christum stetit? quam Ecclesiam eius, quam ille sanguine suo parauit & condidit, dissipasse? quam Euangelicae pacis ac dilectionis oblitum, contra vnanimem & concordem DEI populū, hostilis discordiae furore pugnassee? Qui estis ipsi postmodum ad Ecclesiam redeunt, restituere tamen eos & secum reuocare non possunt, qui ab eis seducti & foris morte preuenti, extra Ecclesiam sine communicatione & pace perierunt, quorum animae in die iudicij de ipsoru manibus expetentur, qui perditionis auctores & duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus reuertentibus veniam dari, non tñ debet in domo fidei perfidia promoueri. Nam quid bonis & innocentibus, atq; ab Ecclesia non recedentibus reseruamus, si eos qui a nobis recesserint, & contra Ecclesiam steterint, honoramus? Hec ad conscientiam tuam, frater charissime, & pro honore comuni, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuae & fidei veritate placere, quae & religiosa pariter & vera sunt. Ceterum scimus quosdam quod semel imbiberint, nolle deponere, nec propositum suu facile mutare, sed saluo inter collegas pacis & concordiae vinculo, quaedam propria, quae apud se semel sint usurpata, retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legē damus, cum habeat in Ecclesiae administratione voluntatis suae arbitrium liberum vnusquisq; prepositus, ratione actus sui Domino redditurus. Optamus te frater charissime semper bene valere.

Iob 28.e

militate, inquit, iudicium eius sublatum est. Natiuitatem eius quis enarrabit? Et in libro Iob: Sapientiam Dei, ait, vnde inuenies? Latet enim ab oculis hominum, & à volucris celi absconsa est. Expergiscere paululum, & si lumen scientiæ in te ipsum aliquantum habes, inuenies, cuius natiuitas à propheta nõ potuit enarrari ex tempore, vel vt adstruere ipse conaris, non potuit generari. In principio (inquit Ioannes euangelista) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et iterum: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In isto igitur, quod dicitur, erat, si tempus querere volueris, non inuenies: quoniam ex quo pater, ex illo & filius: & quod pater est, id est etiam filius, Salomone dicente: Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci, vt in celo oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texti omnem terram. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis: Gyrum celi circuiui sola, & profundum abyssi penetraui. In omnem terram stiti, & in populo primatum habui. Item ibi, Cùm prepararet cælum, aderam illi, & cùm sedem suam fecerneret. Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, & cùm certos ponebat fontes sub celo, cùm fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens, & ego eram, cui adgaudebat, cùm letaretur orbe perfecto. Et in Psalmo centesimo primo: Tu Domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi: Ipsi peribunt, tu autem permanes: & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Non enim erat ætas, aut aliquod tempus, antequam de patre filius nasceretur: quoniam qui tempora vniuersa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci nõ potuit. His paucis sententijs, breuiter consultis tuis respondi, frater charissime. Decetero tuam moneo dilectionem, vt cunctos, quos errare cognoueris, ad catholicam fidem, & ad vnitatem recte credentium, conuertere studeas, & tu nunquam ab Apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod absit) permanserint, nobis eos manifestare, quam citius poteris, non tardes, vt Apostolica auctoritate aut citò ad Ecclesiã conuertantur, aut ab Ecclesia separentur. Audiuimus etiam, quod quidam erronei & consentientes eis, te & reliquos infestè Episcopos, & Episcopos aliquos comprouinciales ad vestram infamationem atque damnationem sectantur. Quapropter in hac sancta sede dudum à multis Episcopis constitutum erat, & modò ad vestrum & ceterorum fratrum auxilium est denuò roboratum, vt omnes Episcopi, qui in quibusdã grauioribus pulsantur

2. q. 6. cap. Omnes Epi qui in.

vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) piè fulciatur, defendantur, & liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas & Episcoporum iudicia, antiqua Apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reseruauit, quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiusdem sedis Papæ fieri placuerit. Vnde placuit, vt accusatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet & adeat Apostolicæ sedis pontificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos eiusdem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur Episcopus: quoniam quamquam à comprouincialibus Episcopis accusati causam pontificis, scrutari liceat, non tamen diffiniri, inconsulto Romano Pontifice, permittitur, cùm beato Petro Apostolo non ab alio, quam ab ipso dictum sit Domino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in celo: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in celo. Et si quis putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud Primatem dicentes, aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ Papam iudicetur. Ait enim Iacobus Apostolus: Iudicium sine misericordia illi fiet, qui non fecit misericordiam. Superextollit autem misericordiam iudicio. In omnibus ergò, fili dilectissime, cor custodi, sicut scriptum est: Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Hæc breuiter pro commemoratione rescripsi: sed peto, vt pro me orare debeas, quatenus omnipotens DEVS & à malignis me spiritibus, & à peruersis hominibus custodire dignetur: quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me simul & multa circundant, ita vt cum Psalmista iure dicam: In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Cælestis gratia & nos in vrbibus, & vos vbique protegat, quia antiquus hostis terrarum locis à tentatione non excluditur: quia si in paradiso hominem strauit, quis locus extra paradysum esse potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat? Antiqui enim hostis (cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum) sunt semper oculi vigiles, ad animos hominum illaqueandum. Multosque sua prauitate secum in perditionem trahere cupit, qui suapte malitia à gloria lapsus est in miseriam. In sola ergò creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus: Esto mihi in Deum protectorem & in locum munitum, vt saluum me facias. & 70. Data Kalend. Septembris, Valeriano & Decio viris clarissimis consulibus.

EPI.

EPISTOLA SECVNDA SIXTI PAPAE SECVNDI.

- 1 Si qui aduersus Episcopos vel actores Ecclesiæ causam habuerint, qui se egerint.
- 2 De Episcopis rebus expoliatis, aut à sede pulsatis.
- 3 Vt nullus Episcopus alterius parochianum relineat, ordinet vel iudicet.
- 4 De Episcopis iniuste damnatis, & Apostolicæ auctoritate restituis.
- 5 Quod excommunicati Episcopos accusare non possunt, nec illi qui eos in sua non recipiunt accusatione, nec maior à minori iudicari vel damnari.

Iudic. 16.

Matth. 5, b

Rom. 1.

Matth. 13. d
Marc. 4. c
Luc. 13. d

Matth. 13. d
Luc. 13. d

Danic. 2. e

Dilectissimis Fratribus per Hispaniarum prouincias constitutis, Sixtus Episcopus in Domino saluem: Magno munere misericordiæ Dei, totius Ecclesiæ catholice multiplicata sunt gaudia, cùm ecclesiarum status eo viget ordine, quo Apostoli, eorumque successores, illum statuerunt. Et cùm antiqui hostis astutia eum turbari cognoscimus, nõ modico contristamur mœrore. Quam ob causam fratres hortamur vos, monemus, & flagitamus, vt à tramite Apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec à capite diffideatis, sed fidem & ordinem, quam Apostoli & Apostolici viri statuerunt, absque hesitatione teneatis. Nam si columnæ alicuius magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minimè stabit. Sic & vos, qui columnæ Ecclesiæ estis, si labefacti cœperitis, sancta Ecclesia (quæ per vos regitur) tabescet & labetur. Hæc fratres quæ dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant, cauenda. Ipsa enim veritas per se dixit: Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Et cætera. Ideò vos, charissimi, moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, congratulor satis: & e contra, quando aduersa, nimis conturbor. Ego verò quantis vobis per longa terrarum interualla disunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde coniunctus. Ideoque de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cùm me vicissim diligitis, à me longè non estis. Vnde magis gratias referimus illi grano sinapis, quod ex modici despiciabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, vsque quaquæ diffusum est, vt in eis volatilia celi cuncta nidificent, gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinæ satis, totius humani generis massam in vnitatem conspersit: atque paruo lapidi, qui abscessus de monte sine manibus, occupauit vniuersam faciem orbis terræ. Qui ad hoc naturam nostræ carnis, & status seruilis formam assumens, humiliter se vsque quaquæ distendit, vt omni humano genere in vnitatem redacto, totius corpus vnium perficeret Ecclesiæ: atque ita ad totius compaginis

pertineret commodum, membrorum partialis ista distinctio. Vnde nos quòquæ à vobis longè non sumus, quia in illo, qui vbique est, vnus sumus. Agamus ergò ei gratias, qui solutis inimicitijs in carne sua, fecit, vt in omni orbe terrarum vnus esset grex & vnus ouile sub vno pastore: semper memores, quod vos veritatis prædicator admoneat, dicens: Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vinculum enim pacis nemo seruat, dum alium infestat aut verbis, aut factis persequitur. Ideò, fratres, ista prætulimus, quia audiuimus inter vos accusationes exerceri, & pulsos à sedibus Episcopos, aut suis rebus expoliatos, iudicari. Quapropter statutum est, vt si quis contra Episcopum, vel actores Ecclesiæ, se proprium crediderit habere negotium, non prius adeat iudices, quam ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio comoniti, ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communionem priuetur. Nemo Pontificum deinceps aliquem Episcopum suis expoliatum rebus, aut à sede pulsatum, excommunicare aut iudicare præsumat, quia non est priuilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque eius voluntate, vel iudicare: quia sicut irrita eius erit ordinatio, ita & dijudicatio: quoniam censemus, nullum alterius iudicis, nisi sui, sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit. Ista enim vobis deinceps tenenda, & fratres vicissim adiuuare, mandamus. Fratres verò, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote à nobis iuste esse restitutos. Quibus ex sancti Petri & Apostolica auctoritate, omnia quæ eis ablata sunt, integerrimè reddi præcipimus, si non vultis vos & principes vestri, à collegio nostro & membris Ecclesiæ separari. Iusto enim iudicio DEI datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu DEI iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt, nullatenus euadent pœnam: quia vt ait DOMINVS, Væ illi per quem scandalum venit. Et quamquam iuxta Saluatoris sententiam, necesse sit venire scandala, vt tamen per quem veniunt. De occultis enim cordis alieni temerè iudicare, peccatum est: & eum, cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est, ex suspitione reprehendere, cùm eorum quæ homini sunt incognita, solus DEVS iudex sit iustus, qui inspector est verus. Vnde scriptum est: Incerta nõ iudicemus, quousque adueniat nomen, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et quæuis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi certis indicijs comprobentur, nisi quæ iudicario ordine publi-

Epho. 4. a
* seruare

I
2. q. 7. Si qs
contra epm.

II.
Id est in
dec. Alexan
dr. papæ
Et infra in
decre. h. 1. j.
pp. Supra in
decre. 8. xvi
primi, & c.
militer in
decre. h. 1. j.
papæ.
III.

III.
9. q. 3. Fra-
tres quos
timore

Matth. 13. a

I. Cor. 4. a
In dec. Iuo-
nis, lib. 4.

2. q. 7. Accu-
satio ep̄orū

Exod. 23. a
1. Tim. 5. c

publicatur. Nullus ergo potest humano cō-
demnari examine, quem Deus suo iudicio
referuauit. Hęc omnia summoperè sunt præ-
cauenda, nè præsumptores esse videamur. Et
accusatio Episcoporum non est facilè reci-
pienda, dicente Domino: Non suscipies vo-
cem mendacij. Et apostolus inquit, aduer-
sus presbyterum inscriptione non recipien-
dam absque duobus vel tribus idoneis testi-
bus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fide-
libus sunt præcauenda, quantò magis de
Episcopis? Quibus cognitis, magis vos do-
minari velle manifestum est, quàm consule-
re fratribus, aut sustentare eos, quia honor
inflat superbiam: & quod prouisum est ad
concordiam, tendit ad noxam. Decuerat
nanque iuxta præfatas regulas, vt si aliquid
egissent contra suum ordinem, mandare no-
bis, & expectare, quid ad vestra consulta re-
scriberemus, intarum, vt si etiã quicquam
grate intolerandumque committerent, no-
stra præstolaretur censura, vt nihil prius aut
aliquid aliud decerneretis, quàm quod no-
bis placere cognoueritis, & à regulis p̄stitutis
nulla aut negligentia aut præsumptione
recederetis. Cesset huiusmodi, pressa nostra
authoritate, præsumptio: vitentur huiusmo-
di nocumenta, quia nequaquam talia pati-
ter ferre possumus machinameta, quoniam
conuenit nobis, paternarum sanctorum dili-
gentes esse custodes. Meritò nanque causa
nos respicit, si silentio faueamus errori. Est
insuper à sanctis prædecessoribus nostris ple-
runquè iam statutum, vt nemo anathema in
nostra suscipiatur accusatione, nec illi, qui
nos in sua nolunt recipere querela vel accu-
satione, cum nos super illos sciamus à domi-
no constitutos, non illos super nos. Et sicut
maior non potest à minore iudicari, ita nec
colligari: quia rarum est omne, quod magnū
est. Portemus onera omnium qui grauan-
tur, quinimò hæc portat in nobis beatus
Apostolus Petrus, cuius vice fungimur lega-
tione, & cuius regula informamur, quate-
nūs eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in
perpetuum tueamur aduersis. Data xvij. Ka-
lendas Augusti, Valeriano & Decio viris cla-
rissimis consulibus.

DECRETA SIXTI SECUNDI
(vt putatur) ex Gratiano, prioribus
non inserta.

Qui grauat à proprio metropolitano, ad pri-
mates aut vniuersalem ecclesiam sedem appellet.

1. q. 6. Quo-
tius Episco-
pi se

Quoties episcopi se à suis comprovincia-
libus, vel à metropolitano, putauerint præ-
gruari, aut eos suspectos habuerint, mox ad
Romanam appellent sedem, ad quam eis li-
berè ire liceat. Et dum ad prædictam Ro-
manam ecclesiam appellauerint, aut ab ea se
audiri poposcerint, nullus eos aut excom-
municare, aut eorum sedes subripere, aut res
eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre
præsumat, antequàm amborum causa Ro-

mani pontificis autoritate terminetur.

EX EODEM, VT SVpra.

Super appellatione, alterius prouincie iudi-
ces audire non oportet.

Si quis clericus super quibuslibet crimini-
bus accusatus fuerit, in prouincia, in qua cō-
sistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiões:
nec existimet eum accusator suus alibi, aut
longius, ad iudicium protrahendum.

DECRETA DIONYSII PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papae.

Dionysius ex monacho, cuius ge-
nerationem reperire non potui-
mus, sedit annos vj. menses ij. di-
es iij. Fuit temporibus Gallieni,
ex die xj. Kalendarum Augusti *Emiliano &
Basso consulibus, vsque in diem septimum
Kalendarum Ianuarij consularis Claudij &
Paterni. Hic presbyteris Ecclesias diuisit &
cæmeteria, parochiasque & dioceses con-
stituit. Hic fecit ordinationes duas per men-
sem Decembrem, presbyteros xij, diacones
vj, episcopos per diuersa loca numero septē.
Qui etiã sepultus est in cæmeterio Calixti
via Appia, * iij. Kalendas Ianuarij. Et cessa-
uit Episcopatus dies quinque.

**EPISTOLA DECRE-
TALIS DIONYSII PAPAE PRI-
ma, ad Vrbanum præfectum.**

Dionysius Episcopus Vrbanus præfecto
salutem: Summum bonum est, ama-
re amantes se: Et econtrà, peius malum non
est, quàm vt ciues ciuibus inuideant. Grati-
as si quidem agimus tuę charitati, quòd fide-
les sancti Petri benè suscipis & adiuuas. Vn-
dè scias, te & à nobis nostrisque diligere, & tu-
tuorumque non modicam curam haberi. Qua-
propter tuam hortamur dilectionem, vt bo-
num quod cœpisti, semper implere non dif-
feras: quia non laudatur initium, sed finis.
Sapientiam etiã te hortamur diligere & scru-
tari, vt rationabiliter & sapienter disponas &
iudices ea, quæ tibi commissa sunt, dicente
nominò per prophetã: Erudimini, qui iudi-
catis terram. Time ergò Deum, & manda-
ta eius serua. Et dilige eum totis visceribus,
& proximum tuum sicut teipsum. Deus alti-
ssimus creauit sapientiam in spiritu sancto.
Et vidit, & dinumerauit, & mensus est. Et ef-
fudit illam super omnia opera sua, & super
omnem carnem. Secundum datum suum
præbuit illam diligentibus se. Timor domi-
ni gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona ex-
ultationis. Timor Domini delectabit cor, &
dabit lætitiã & gaudiũ in longitudine die-
rum. Timenti Deum benè erit in extremis,
& in die defunctionis suæ benedicetur. Di-
lectio dei honorabilis sapientia. Quibus autem
apparuerit in visu, diligunt eum in vi-
sione, & in agnitione magnalium suorum.

Anno Dñi
166.

* Aureliano

* sexto

Psal. 2.
Ecces 12. d

Marth. 22. d
Marci 12. c
Lucæ 10. e
Ecc. 1. b. c. d

* carnẽ secũ-
dum datum
suũ, & p̄bet

* eam

Ini-

Psal. 110.
Prou. 1. a
& 9. b
* iustis &

* consolati-
onis

* Sciẽtia &
intellectum
prudẽtię sa-
piẽtia com-
partietur, &

Ecc. 4. c. d

* verbo sen-
sati.

Initium sapientiæ timor Domini. Et cum fi-
delibus in vultu concreatus est, & cum ele-
ctis fœminis graditur, & cum iustis fidelibus
agnoscitur. Timor Domini scientię religio-
sitas. Religiositas custodiet, & iustificabit
cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Ti-
menti Deum benè erit, & in diebus cõsum-
mationis illius benedicetur. Plenitudo sapi-
entiæ est, timere Deum, & plenitudo à fru-
ctibus illius. Omnem domum illius imple-
uit à generationibus, & receptacula à thesau-
ris illius. Corona sapientiæ timor Domini,
replens pacem & salutis fructum: & vidit, &
dinumerauit eam. Vtraque autem sunt dona
Dei * scientia & intellectus. Sapientia com-
partietur prudentiæ, & gloriam tenentium
se exultat. Radix sapientiæ est, timere Deum:
rami enim illius longæui. In thesauris sapi-
entiæ, intellectus & scientiæ religiositas: ex-
ecratio autè peccatoribus, sapientia. Timor
Domini repellit peccatum: nam qui sinè ti-
more est, non poterit iustificari. Iracundia em
animositatis illius, subuersio illius est. Vsq;
in tempus sustinebit patiens, & postea reddi-
tio iucunditatis. Bonus sensus vsq; ad tem-
pus abscondet verba illius, & labia multorum
enarrabunt sensum illius. In thesauris sapi-
entiæ, significatio disciplinæ: execratio autem
peccatorum, cultura Dei. Fili concupiscens sa-
pientiam, conserua iustitiam, & Deus præbe-
bit illam tibi. Sapientia enim & disciplina,
timor Domini: & quod beneplacitum est il-
li, fides & mansuetudo, & adimplebit thesau-
ros eius. Contumax non sis, & incredibilis
timori Domini, & nè accefferis ad eum du-
plici corde. nè fueris hypocrita in conspectu
hominũ, & non scandalizeris labijs tuis. At-
tende in illis, nè forte cadas, & ponas scãda-
lum animæ tuæ, & adducas in honorationẽ
tibi, & reuelet Deus absconsa tua. Pro fide
frater & iustitia, ac pro salute animę tuæ cer-
ta semper, & pro adiutorio fratrum viriliter
age, vt à Domino recipias remunerationem.
Scriptum est enim: Fili, conserua tempus, &
deuita à malo. Pro anima tua nõ confundaris
dicere verum. Est enim confusio adducens
peccatum, & est confusio adducens gloriam
& gratiam. Nè accipias faciem aduersus faciẽ
tuam, nec aduersus animam tuam mendaci-
um. Non reueraris proximum tuum in casu
suo, nec retineas verbum in tempore salutis.
Non abscondas sapientiam tuam in decore
eius. In lingua em̄ agnoscat sapientia, & sen-
sus, & sciẽtia, & doctrina in verbis veritatis,
& firmamentũ in operibus iustitię. Non con-
tradicas veritati villo modo, & de mendacio
ineruditionis tuæ confundere. Non confunda-
ris cõfiteri peccata tua, & nè subijcias te ho-
mini, p̄ peccato. Noli resistere contra faciem
potentis, nec coneris contra icũ fluuij. Pro
iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad
mortẽ certa p̄ iustitia, & deus expugnabit p̄
te inimicos tuos, & eos euertet viriliter. Noli

citatus esse in lingua tua, & inutilis & remis-
sus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in do-
mo tua, euertens domesticos tuos, & oppri-
mens subiectos tibi. Non sit porrecta manus
tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.
Nis fultus scripturarum autoritatibus, sem-
per sta rectus, & à via veritatis nè auertaris,
vt gratiam dei semper acquiras, & bonorum
hominum amicitia semper fruaris: tantoque
tua facilius ab amore huius seculi mens exe-
at, quanto & impellitur, dum vocatur. Nam
vos & presentes videre cupimus, & absentia-
bus colloqui, saltem per epistolam, deside-
ramus. Vndè optamus, vt vos beatus Petrus
apostolorum princeps ac sua limina feliciter
perducatur, quatenus in omnipotentis gratia,
perfrui vestra presentia mereamur. Data iij.
Nonas Februarij, Aureliano & Basso viris
clarissimis consulibus.

**EPISTOLA DIONYSII PAPAE SECUNDA AD
Seuerum episcopum.**

De Ecclesijs parochianis, vt singula singulis
dentur presbyteris, & vt nullus alterius
parochiæ terminos velius inuadat.

Dionysius Episcopus Seueri Episcopo
salutem: Olim & ab initio tantam p-
ceptimus à beato Petro apostolorum princi-
pe fiduciam, vt habeamus autoritatem vni-
uersali Ecclesie, auxiliante Domino, subue-
nire: & quicquid nocuum est, autoritate
Apostolica corrigere & emendare. Ad hoc
enim diuinæ dispensationis prouisio, gradus
& diuersos cõstituit ordines esse distinctos,
vt dum reuerentiam minores potioribus ex-
hiberent, & potiores minoribus dilectione
impenderent, vna concordie fieret ex diuer-
sitate contextio, & recte officiorum genera-
retur administratio singulorum. Neque enim
vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi
huiusmodi magnus eam differentię ordo ser-
uaret. Quia verò creatura in vna eademque
æqualitate gubernari vel viuere non potest,
cælestium militiarum exemplar nos instruit:
quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet
quia non æquales sunt, sed in potestate & or-
dine, sicut nõsti, differt alter ab altero. Si er-
gò inter eos, qui sinè peccato sunt, ista cõ-
stat esse distinctio, quis hominum abnuat
huic se libenter dispositioni submittere?
Hinc etenim pax & charitas, mutua se vice
complectuntur, & manet firma concordia
in alterna & Deo placita dilectione synce-
ritas: quia vnumquodque tunc salubriter cõ-
pletur officium, cum fuerit vnus, ad quem
possit recurrere, præpositus. De ecclesijs ergò
parochianis, vndè Apostolicam sedem cõ-
sulere voluisti, qualiter sint custodiendę per
Cordubensem prouinciam, ac diuidendę sa-
cerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis
videt intimare, quàm vt sequaris, quod nos
in Ro-

* parochia-
libus,

13. q. 1. Eccle-
sias singulas
singulis.

in Romana Ecclesia nupèr egisse cognoscitur. Ecclesias verò singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus, ità videlicet, vt nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat, sed vnusquisq; suis terminis sit contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis, ex omnibus sibi commissis, rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis a se ipsis accipiat. Hanc quoque normam, charissime, te & omnes Episcopos sequi conuenit: & quod tibi scribitur, omnibus quibuscunque potueris, notum facias, vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. Crimina verò, quæ episcopis impingere dicis, per alios non finas vllò modò fieri, nisi per ipsos qui crimina intendunt: si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni se carere suspitione & inimicitia, & irreprehensibilem fidem conuersationemque ducere. Nemini enim de se confesso, credi potest super crimen alieni: quoniam eius omnisque rei confessio periculosa est, & admitti non debet. Similiter alieni erroris socium, vel à sui voluntariè propofiti tramite recedentem, aut à sacris patrum regulis & constitutionibus inobedientem, suscipere non possumus, nec debemus, nec impetere rectè credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes, permitimus: quia infames omnes esse censemus, quæ suam, aut Christianam præuaricatur legem, aut Apostolicam vel regularem libèter opponunt auctoritatem. Hæc itaque frater charissime, quæ pro affectu sacerdotalis nominis & honoris impendimus, tibi, tuisque subditis, & omnibus tenenda, & alijs nuncianda atque prædicanda mandamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & sit ad fructum dilectio. Vndè obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando, prodesse, quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis aculeus. Timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuatur, desides hortando succendat, refugiètibz suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, vt quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quandò perditam ouem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas dominicas reuocare contendamus, vt de pastoris nomine quod habemus, non supplicium, sed præmiu cõsequamur. Quia ergò in his omnibus diuine gratiæ adiutorium opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc nobis operanda, & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via, cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatur est, dirigat, vt sine quo

15. q. 3. Nemi-
ni prætere-
q.

* professio

3. q. 4. Alieni

nihil agere possumus, per ipsum implere omnia valeamus. Data quinto Idus Septēbris, Claudio & Paterno viris clarissimis cõsulis.

SYNODVS ANTIOCHENA, habita temporibus Dionysij Pontificis Romani, ab Eusebio Casareñ Historiæ Ecclesiast. lib. 7. cap. 22. describitur in hæc verba:

Cum Xystus (alij legunt Sixtus) Romanam Ecclesiam vndecim annis rexisset, Dionysius gentilis, illius, qui fuit Episcopus Alexandriæ, Episcopatu Romanum obtinuit. Interea demetriano antiochiæ vità deserente, paulus ex Samosata episcopatus dignitatem assequitur. Et quoniam iste abiectus & humilium nimis de Christo contra doctrinam Ecclesiasticam habebat opinionem, nempe quod solum cõmuni natura erat cum homine præditus, Dionysius Alexandrinus rogatus est, vt veniret ad Synodum. Qui quanquã senectutem simul & imbecillitatem corporis causando præstid esse renuit, per epistolam tamen illos, quam habebat de controuersia sententiã, fecit certiores. Cæteri autem ecclesiarum pastores, alius aliunde, cõtra istum Paulum tanquam pestem & perniciem gregis Christi, itinere cum celeritate confecti, omnes Antiochiæ in vnum conuenerunt. Inter hos maximè præstare videbantur, Firmilianus Casareæ Cappadocum Episcopus, Gregorius & Athenodorus fratres, pastores Ecclesiarum quæ sunt in Ponto: Helenus prætereã, qui Tarfi rexit Ecclesiã, & Nicomas, qui Iconij Ecclesiæ ministerio functus est. Huc accedit Hymeneus ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopus, Theotecnus, qui Casareæ Palæstinae, Hierosolymis finitimæ, administrationem obtinuit. Adde his Maximu, qui fratribz Bostræ decorè & insigniter præfuit. Ac tametsi alios penè infinitos Episcopos vnã cum presbyteris & diaconis, qui eius rei gratia in vrbe supra demonstrata id temporis coacti erant, vix aut nẽ vix quidem aliquis poterit enumerare, inter eos tamen hi, quos dixi, facillè primas tenuerunt. Omnibus igitur varijs temporibus, vt tulit occasio, & persepe in vnum conuenientibus, in vnoquoque cõgressu orationes habite sunt, & quæstiones posite, cum à Paulo Samosatenò, qui peregrinam suam & ab Ecclesia alienã doctrinã adhuc occultare & obtegere moliebatur: tũ ab illis, qui eius errorem & in Christum blasphemiam patefacere, & in apertum proferre omni studio elaborabant. Interea temporis Dionysius, cum iam decem & septem annis Episcopatu Alexandriæ administrasset, duodecimo anno Imperij Gallieni morit. Huic successit Maximus. Gallienus vbi quindecim annos inter-

Cap. 23.

Observan-
dũ est, Epi-
scopos cre-
bro Antio-
chiæ conue-
nisse, & tan-
dem in ex-
trema Syn-
odo Paulũ
Samosatenũ
impietatis
apertè con-
uictum da-
mnãse.

Epistola epi-
scoporũ
contra Pau-
lum, cap. 24.

fabatur, in postremo concilio Episcoporu, numero propè infinitorum, cõtra eum conuocato, sui erroris & peregrinæ opinionis perspicuè conuictus, & omnium iam cõsensu palam condemnatus, ab vniuersa & Catholica Ecclesia, quæ sub celo est, penitus exturbatus fuit. Ex quibus Malchion in primis scholæ humanioris literaturæ, quæ erat Antiochiæ, magister, vir cum in alijs disciplinis disertus, tum in sapientiã studio eximius, ac propter singularem fidem in Christum ingenitatem, presbyterij munere in illa ecclesiã donatus, eum velut intègmentis dissimulationis euoluens, acriter coarguit. Ille enim disputationem contra illum instituens, (quã id temporis à scribis celeri manu exceptam, & hucusquẽ referuatam scimus) hominem animo veteratoris præditum & fraude plenum, solum præ ceteris retegendum vim habuit, & tanquam omnium oculis subiiciendi. Omnes igitur Episcopi & pastores, qui in concilio supra commemorato erant conuocati, vnam communi consensu Epistolam ad Dionysium Episcopum Romanum, & ad Maximum Alexandriæ Ecclesiam procuratorem, nominatim cõscripserunt: cuius exemplaria ad omnes prouincias miserunt. In qua quidem epistola & suum studiũ ac diligentiam in ea repositã omnibus declarãrũt, & peruersam Pauli hæresim, argumenta in ea refutanda, quæstiones quas ei proponebãt, omnem prætereã hominis vitam & mores dilucidè exposuerunt. Eorum igitur voces ex ea Epistola petitas, in præsentia memoriæ & posteritatis causã persequi præclarum fortassè & cõmodum videbitur: Dionysio, Maximo, & omnibus vbiq; in orbe terrarum collegis, episcopis, presbyteris & diaconis, & vniuersæ & catholice sub celo Ecclesiæ, Helenus, & Hymeneus, & Theophilus, Theotecnus & Maximus, Proclus, Nicomas & Aelianus, Paulus, Bolanus & Protogenes, Hierax & Euty chius, Theodorus, Malchion & Lucius, & reliqui omnes Episcopi, & presbyteri, & diaconi, qui ciuitates & regiones finitimas apud nos incolũt, & Ecclesiæ Dei quæ apud nos sunt, dilectis fratribz in domino, salutem. Istit paulò post hæc subiungunt: Scripsimus Epistolas ad Episcopos, qui longiore locorum interuallo à nobis distabant, eosque obsecrauimus, vt ad hanc lætalem & perniciosam doctrinam curandam accederent: vt potè ad Dionysium Episcopum Cappadociæ, homines beatos & Felices cõmemorationis: quorum alter, Dionysius scilicet, quanquam neque ad erroris ducem scribere, neque omninò eum salutare dignatus est, ad vniuersam tamen Ecclesiam Antiochiæ epistolam misit: cuius exemplar huic nostræ epistolæ subiunximus. Alter autem, nempe Firmilianus, bis huc accessit, & ea quæ à Paulo innouata erant & excogitata peruersè, quæ-

admodum cum nos, qui aderamus, & scimus & testificamur, tum alijs complures, qui eiusdem rei nobiscũ conscij sunt, coram eruditè confutauit. Vndè cum Paulus sententiã se mutaturum fuisset pollicitus, iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens, causam controersiam quæ sine vlla verborum contumelia commodè fore compositam, eam ad tempus distulit, & ità ab illo, qui & DEVM suum negasset & Dominum, & fidem quam antè habuerat, minimè conseruasset, dolo deceptus fuit. Firmilianus ergò, vt potè qui iam de impia eius prauitate, qua Christu DEVM pernegauerat, satis fecisset periculi, cum esset rursus Antiochiam peruenturus, & ad Tarfos vsq; perrexisset, interea loci dum nos cõueniremus, dum illum accerferemus, dum eius expectarem aduentum, extremũ vitæ diem obiit. Postea in eadem Epistola Pauli vitam, quomodò instituta fuerit, quo pacto morata, his verbis describitur: Quoniam Paulus relicto Ecclesiæ canone, ad adulterinam deprauatamque doctrinam se transfudit, eius res gestas, cum sit extra Ecclesiæ fines eiectus, nihil attinet disquirere, neque quod antè indigentia & mendicitate oppressus, neque quod à parentibus opum, aut facultatis nihil omninò nactus, neque quod arte aut instituto aliquo quicquam adeptus, iam ad maximam diuitiarum affluentiam peruenit, id quæ ex nefarijs sceleribus, sacrilegijs & muneribus, quæ à fratribz iniuria affectis (quos se adiutorum pollicitus, callidè ludificatus est) cum flagitando, tum eorum animos ad aliquid sibi largiendum impellendo, per fraudem extorferat, & ità dum quantum pietatem ducebat, eorum liberalitate, qui litibus implicati tenebantur, quique quod ab aduersariorum calumnijs liberarentur, ad dandum valdè erant propensi, nequiter abusus est. Neque commemorare opus est, quo pacto se insolenter extulerit, & secularium honorum gradus sibi assumpserit, seq; arroganter in ipsidem gesserit, & Ducenarius potius (Ducenarijs hodiè pares esse volunt docti quidam Cancellarios regum & principum) quam Episcopus nuncupari voluerit, & per forum volitãrit, & modò epistolas legendo, modò quid illis respõsi daretur præscribendo, magna satellitum turba, partim eum antecedentium, partim subsequendum stipat, superbo gradu palam inceserit ad eum, vt propter intolerandum eius fastidium, & nimiam animi elationem, fides nostra grauè inuidiæ notam, odiumque permagnum subièrit. Neque necessum est dicendo perse qui illius præstigias, in Concilijs Ecclesiasticis vsurpatas, quas falsæ gloriæ umbras cõsecrando, & variarum ineptiarum species aucupando, & imperitorum mètes eo pacto in sui admirationem traducendo, callidè excogitauit: neque qua ratione sedem & thronum sublimem sibi parãrit, eumque non vt Christi

Tales mores
ducunt ad
heresim, q
est fidei ab-
negatio.

discipulum decet, sed vt mudi principes solent, secretum & separatim habuerit, nomine suo appellabit, femur in eo sedens manu percussit, calcibus aliquando ipsum pulsabit, & q. cum eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non vt in theatris fieri solet, se agitationibus, quod illi applauderent, in orbem versarent, non more gladiatorum & muliercularum, quos apud se habent, inconcinnè ei acclamarent, & quasi tripudij gestirent, sed vt in domo Dei par est, moderate & que auscultarent, eos grauius increpabit, & verbis contumeliosius exceperit: neque quo modo in verbi Dei interpretes, qui à vita excessissent, dum in hominum frequentia palam predicaret, petulanter & importunè debacchatus fuerit, & non tanquam Episcopus, sed tanquam sophista & prestigator de seipso verba magnifica iactitaret. Porro quid vobis in memoriã circumemus, quem admodum psalmos & cantus, qui ad Domini nostri Iesu Christi honorem decantari solent, tanquam recentiores & à viris recentioris memorie editos, explosit, & in media ecclesia soleni Paschatis die mulieres, que inanes cantilenas (quas si quispiã audiret, planè exhorresceret) in ipsius laudem funderent, pararit? Aut quid vobis exponamus ea blasphemiarum genera, que episcopos & presbyteros, qui agros & ciuitates finitimas incolebant, quod illi blandirentur, in concionibus suis ad populum habitis loqui permiserit? Nam noluit (vt aliqui iam obiter inferamus, quod post dicitur apertius: neque id nostris solum verbis confirmabitur, sed multis & varijs locis commentariorum ipsius, quos ad vos misimus, & maximè, vbi asserit CHRISTVM terrenum esse & humi natum, perspicue ostenditur) filium Dei è celo descendisse: sed qui in istum Paulum impium ipsorum magistrum cantus recitabant, & palam apud populum laudibus efferebant, eum angelum dixerunt è celo demissum. Atque ista fieri non prohibuit, sed cum in ipsum impudenter dicebantur, insolens & fastidio tumidus adfuit. Præterea quid est cur literis prodamus adscititias (Alij subintroductas, alij extraneas vertunt. Extat de his Homilia Chrysostomi) illius mulieres, (quas *ovvovdovvov* Antiocheni appellat) & mulieres etiam Presbyterorum & Diaconorum suorum, quorum non hoc peccatum solum, sed alia propè insanabilia, cum eorundem conscius esset, exploreteque cognita haberet, callidè occultauit, quod illi ita ipsi obæratu adstrictique, dum sibijpsis metuebant male, scelerum, que ille vel verbo vel factis consciuisset, reum agere non aliquando audent: quin etiam ipsos magnoperè locupletauit, & propterea apud illos, qui talium rerum cupiditate incendebantur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque vt hoc pro certo habemus cognitum, fratres in Christo

Herefis impia pauli Samosat.

dilecti, non Episcopum modò, sed sacerdotium etiam vniuersum populo omnium bonorum operum & rectè factorum exemplar esse debere: sic illud minimè ignoramus, permultos ab ista mulieru in suam societate adsciscendaru ratione & modo, pietate penitus excidisse, alios autem venisse in suspitionem flagitij. Quare licet aliquis hoc daret, eum nihil lasciuiæ aut petulantia in illas admisisse, suspicio tamen, quæ ex eiusmodi re oriri solet, sedulo cauenda fuisset, nè fortasè aliqui esset offensionis, alios autem ad se imitandum impellere potuisset. Quo pacto enim alium aut reprehendere poterat aut admonere, vt deinceps se à mulieris consuetudine abstineret, diligenterque caueret, nè eius illæcebris, sicut scriptum est, laboretur in turpitudine, quæ vna repudiata, duas etate flores, & ad spectu perliberales ac venustas secum habuit? quas si quopiam fortè iret, circumduxit vna: idque delicias consecrando, quibus cæcam animi libidinem extra modum explere laborauit. Quibus de causis tamesi omnes intra se grauius lametati & cõquesti sunt, eius tamen potentiam & quasi tyrannidem ita extimuerunt, vt eum accusare omnino non auderent. Sed ista vitia, vt diximus, in homine sensu recto & fide catholica imbuto, & vna nobiscum in fidelium numero habito possent corrigi, & ab illo, qui nefario errore Artemonis (quidni enim patrem eius, vnde heresim suam hausit, vobis significemus?) abductus, mysterium fidei ac religionis nostræ prodiderit, nefarijsque conuicijs affecerit, non necessum arbitramur illarum rerum rationes reposcere. Tandem in ipso calce Epistolæ hæc addunt: Istum igitur tam Deo aduersarium, tamque contumacem eramus coacti Ecclesia & congregatione fidelium eicere excludereque, & alium Episcopum, qui huic Ecclesiæ catholicæ præesset, in eius locum substituere. Vnde Donnum diuina certè, vt putamus, prouidentia designauimus, Demetriani hominis felicis commemorationis (quippe qui hanc Ecclesiam antè hunc præclarè rexisset) filium, omni genere virtutum, quæ Episcopum decent, exornatum. Ac vos de eius electione per epistolam certiores fecimus, vt illi scribatis, & ab eo literas accipiatis communionis. Paulus autem ad Artemonem literas scribat, & si qui Artemonis partibus faueant, cum eo deinceps communicent. Atque hæc hoc loco sint à nobis collocata. Vbi Paulus igitur simul cum orthodoxa fide Episcopatum amisisset, Donnus, vt dictum est, ministerium Ecclesiæ apud Antiochiam suscipit. Verum cum Paulus ex Episcopi domo, eius Ecclesiæ propria exire nollet, Imperator Aurelianus de ea re rogatus sententiam, sanctissimè, quid esset agendum, decreuit. Præcepit enim, vt domus Ecclesiæ illis traderetur, quibus Christiani Italiæ & vrbis

Nota primatum Romanæ Ecclesiæ.

bis Romæ Episcopi per literas tribuendam præscriberent. Sic demum Paulus, de quo documentum, cum summo dedecore secularis imperij ac potestatis autoritate ab Ecclesia penitus extruditur. Hactenus ex Eusebio Cæsarensi. Videat lector etiam Nicephori Callisti Historiam ecclesiasticam lib. 6. cap. 27. &c.

Finis decretorum Dionysij Papæ, cum alijs eundem concernentibus.

DECRETA FELICIS PAPAE PRIMI.

Ex lib. Pontificali Damasi Papæ.

Anno Domini 272. Manes Persa Manichæam introducit sectam.

Felix natione Romanus, ex patre Constantino, sedit annos 4, menses 3, dies 15. Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Claudij & Aureliani, à consulatu Claudij & Paterni, vsque ad consulatū Aureliani & Capitolini. Hic constituit, supra sepulcra aut memorias martyrum, Missas celebrari. Hic facit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 9, diacones 5, Episcopos per diuersa loca quinq; Sepultus est in cœmeterio suo, vbi & basilicam fecit via Aurelia, milliario ab vrbe Roma secundo, tertio Kalendas Iunias. Et cessauit episcopatus dies quinque.

EIVSDEM FELICIS PAPAE PRIMI, epistola prima decretalis, ad Paternum episcopum.

Charissimo atque dilectissimo Paterno coepiscopo, Felix episcopus in Domino salutem. Gaudere me plurimum, & exultare in domino, dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus euidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum hereticum detestaris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quoscumque enim rapit ad se, nõ solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit: & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores Ecclesiæ, sed etiam sacerdotum eius, fiunt. Vna igitur mente corrigere curemus & insequamur tales, & ab hoste suo Ecclesiam, eiusque fideles & sacerdotes Domini, nitamur liberare. Præstabit vires omnipotens redemptor noster charitati atque iustitiæ: præstabit nobis longè à se positus, vnitatem spiritus sui ipse, cuius artificio, quasi in arcæ modum, quatuor mundi constructa lateribus, atque imputribili lignorum cõpage & bitumine charitatis adstricta est Ecclesia, vt nullius aduersitate spiritus, nullius venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur. Sed quemadmodum, illius gubernante gratia, petendū est, vt nulla nos superueniens exterius vnda conturbet, ita ex totis orandum est visceribus, frater charissime, vt suæ prouidentie dextera, cum ulu sententiæ nobis interioris exhauriat. Aduersari-

us quippe diabolus, qui contra humiles fauens, sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, non iam, vt cernimus, caulas circuiuit, sed ita validè in quibusdam ecclesiæ necessarijs membris dentè figit, vt nulli sit dubium, quia nisi vnanimiter, faciente Domino, cunctorum prouida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ouile dilaniet. Quapropter detractores, qui diuina autoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorum, ab episcopali submouemus accusatione. Similiter nè summorum quispiam, minoru accusacionibus impetatur aut dispereat. Neque in re dubia certa iudicetur sententia, nec vllum iudicium, nisi ordinabiliter habitū, teneatur. Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in prouincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones, nec estimet eum accusator alibi, aut longius pertrahendū ad iudicium. Illi verò, qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare primates. Primates quoque accusatū discutientes episcopum, non antè sententiam proferat damnationis, quam Apostolica freti autoritate, aut reū se ipse confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter testes conuincatur. Aliter irritam esse censemus & iniustā Episcoporum damnationem, & idcirco à synodo retractandam, ita vt oppressis ab omnibus, in cunctis subueniatur casibus. Cæueant iudices Ecclesiæ, nè absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, qui etiã rationem pro actione fratrum in presentia dabunt. Proditoris verò nec calumnia, nec vox audiaur. Nemo enim debitorè amplius potest cognoscere, quam ille, qui iniuriam, eiusque sustinuit nequitiam. Omnes ergo qui in Christo volūt p̄de viuere, necesse est vt ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquam stulti & insani, qui presentia bona perdunt, vt inuisibilia & futura acquirant. Despectio tamen & irrisio talium, in ipsos retorquebitur, qui ipsos infestant: quia & abundantia eorum in egestatem, & superbia trāsibit in confusionem. Et quicquid iustis aduersitatū vel malorum irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Et sicut aurum, quanto plūs excoquitur, tato melius efficitur: sic iustus, quanto plūs tribulatur, (si ipsam tribulationem patienter portauerit) multo purior & charior Deo redditur. Vnde ipsa per se veritas dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnū celorū. De talibus dominus per Esaiam loquitur, dicens: Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius. Dixerūt fratres vestri, odientes vos & abijcientes, propter nomen meum: Glorificetur Dominus, & videbimus in latitia vestra, ipsi autem cõfundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem

1. Pet. 5. c.

3. q. 4. Detractores quosquæ quæ.

2. q. 7. maiorū quispiã.

3. q. 6. Si quis clerici.

2. q. 1. Primates accusatum dis.

1. q. 3. Irritū esse episcoporum.

* calumnia-toris vox vnuquam

Matth. 5. a

Esa. 66.

inimicis suis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculinum. Quis audiuit unquam tale? & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die una? aut parturietur gens simul, quae parturivit, & peperit Sion filios suos? Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generatione ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Laetamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea universi gaudio, qui lugetis super eam, ut fugatis, & repleamini ab ubere consolationis eius, ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omni moda gloria eius: quia haec dicit Dominus, ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam lugetis. Ad vbera portabimini, & super genua blandietur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut herba germinabunt. Et cognoscetur manus DOMINI servis eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorē suū, & increpationē suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus iudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam & abominationem & murem, simul consumuntur, dicit Dominus. Ego autem opera eorum & cogitationes eorum, venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum. Et mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes, in mari, in Africa, in Lydia, tenentes sagittam in Italiam & Graeciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donū Domino, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Hierusalem, dicit Dominus: quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domo Domini, et assumam ex eis in sacerdotes & in levitas, dicit Dominus: Quia sicut caeli novi & terra nova, quae ego facio stare corā me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui praeparati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad fatietatem visionis omni carni. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem flant, atque in oculos suos terram

*parietur

*iudicabit

*Libya

excitant? Et vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videtur? Tales tamen, frater charissime, portandi sunt & corrigendi, quia caeci sunt & duces caecorum. His, charissime, respondi breuiter consultis tuis, quae te & omnes episcopos regulariter tenere mandamus. Tuam tamen frater monemus prudentiam, ut pro statu ecclesiae & sacerdotum eius, pro viribus elaborare studeas, & ordinē sanctae Romanae & Apostolicae Ecclesiae per omnia teneas, & violari sanctorum decreta non permittas, sed omnes quoscunque poteris, instruas, ut fructuosos manipulos domino repraesentent. Vale. Data * Nonis Iunij, Claudio & Aureliano viris clarissimis consili.

Matth. 27, b

*nono Kalend. *Mariniane

EPISTOLA FELICIS PAPAE primi, secunda.

De auctoritate iudicis sedis Apostolicae, & de Episcopis accusatis.

Felix Episcopus universis Episcopis per Gallie provincias constitutis, in Domino salutem: Bonorum operum & spiritualium studiorum Deū autorem esse, non dubium est, qui eorum incitat mentes, & adiuvat actiones. Vnde laetari me fecerunt scripta vestra, ex bono studio & ex integritate fidei devotionis vestrae: sed ex afflictione & contritione vestra magna, ex parte tristitiae. Tristes enim tristes legi literas vestras, & scripta mœsta mœrore debito percurri: quae sicut nos ecclesiarum pax, sacerdotum quae eius concordia, & tranquillitas plebis, & audire facit gaudium, ita nos affligit & deiecit fraternam afflictio. Vos tamen nolite multum tristari, quae sicut ipsa per se veritas ait, Si de hoc mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, id est, mundi amatores. Quicquid tamen hi loquantur, aut adversum vos agant, vos tamen semper integram servate fidem, & puram habetote conscientiam, ut integer spiritus & anima, servetur in die Domini. Nos vero ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocavimus amplius quam septuaginta, cum quibus haec, quae subter habentur inserta, regulariter tractando decrevimus. Vestris enim epistolis in omnium audientia perlectis, quae multas (ut nostis) querimonias & oppressiones in se continebant vestras, decretis quibus sunt de accusationibus episcoporum, sancta synodus dixit: Haec sunt, quae deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam & in ecclesiasticos faciunt viros indifferenter, conservare firmissimè volumus in secula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitativè cōventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa eius canonicè deferatur, qui in congruo loco intra ipsam pro-

*adire

Joan. 17, a

1. Theff. 5, d

Concilij mentio.

provinciam, tempore congruo, id est, autumnali vel aestivo, concilium regulariter convocare debebit, ita ut ab omnibus eiusdem provinciae episcopis inibi audiatur. Quod & ipse regulariter convocatus, si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit: quia ultra provinciam terminos accusandi antè licentia non est, quam audientia rogetur. Nā si suis fuerit, aut ecclesiae sibi commissae rebus expoliatus, aut (quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus) à sede propria eiectus, aut in detractione aliqua à suis omnibus fuerit sequestratus: tunc canonicè, antequam in pristino statu restitueretur cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quae insidijs inimicorum suorum ei oblata fuerint, legibus redintegretur, nec convocari, nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minimè tamen iudicandus) advenire spontè elegerit. Nullatenus ergo à quoquam respondere rogetur, antequam integerrimè omnia, quae per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegretur. Praesul verò cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisque liberè atque securè diu suis, tunc regulariter infra quatuor vel quinque aut septem menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, & non antè, convocatus ad tempus concilio in legitimo & canonico, veniat ad causam: & si ita iuste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summo perè providendum est, ne antequam haec omnia fiat, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causae eius exitus appareat, nulli Christiano videri iure potest, quia talis praesumptio sacrilegia est, & author talis episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum iudicium die statuta literis evocatus, minimè occurrerit: hoc est, nisi eum aliqua preoccupatione necessitas infra spatium praedictorum mensium, & eo amplius, prout causa dictauerit. Quod si ex vtraque parte ad causam dicendam venerint, quia vnus absque altero audiri non debet: querendum est in iudicio, cuius sint conversationis & fidei atque suspicionis, accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debet, nisi bonae conversationis & rectae fidei viri, hi videlicet, qui omni suspitione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. Quod si accusatorum personae, in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas afferere (non tamè criminales vel ecclesiasticas voluerint. Infamis enim persona, nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente verò

3. q. 2. Si episcopus fuerit.

*cogatur,

*sex, aut

3. q. 3. Si aegrotans

3. q. 10. Si accusatorum persona.

3. q. 7. Infamis persona.

adversario, non audiatur accusator: nec sententia, absente parte alia, à iudice dicta, vllam obtinebit firmitatem: neque absens per alium accusari, aut accusare potest, nec affinis testis admittatur. Neminè ergo exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut actor semper rei forum sequatur. Si quis autem iudicem adversum sibi senferit, vocè appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Peregrina verò iudicia, generali sanctione prohibemur: quia indignum est ut ab externis iudicetur, qui comprouinciales & à se electos debet habere iudices. Haec fratres, ad vestra & omnium coepiscoporum opem & defensionem in synodo unanimiter sunt decreta, ut si forte aliqui stultorum vos accusare (qui diabolicae deceptionis errore decepti sunt) voluerint, dum ista legerint vel audierint, respiciant, & ad unitatis concordiam revertantur: & quod prius erat in ultionem, transibit in gloriam. Nam proculdubio multi sunt, qui (secundum Apostoli vocem) prurientes auribus, à veritate auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur, & ad nocumenta bonorum transeunt. Ait autem idem Apostolus de infidelium ignorantia: Si cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Similiter, si hi Dominum perfectè agnovissent & amassent, nunquam servos eius perturbassent, nec verbis aut factis persequuti essent. Quod verò idem Apostolus dicit: Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus DEO per mortem filij eius: cur insequimur fratres? cur perturbamus statum ecclesiae Dei? & eos, qui ei servire debent, affligimus? Martyres enim passi sunt, non tamen animae eorum occisae sunt in corporis passione, ore veritatis attestante: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vbi agnosci oportet, quod si animae martyrum, corpore perempto, supplicij extingui non possunt, nec animae Praedicatorum & Doctorum persequi debuissent aut perturbari, & à Dei famulatu auerti, quia cum corporibus non deficiunt. Tales autem perturbatores Ecclesiae, non solum praedicta agunt mala, sed & memorias martyrum execrantur. Quapropter in praefata constituimus synodo, vobisque & omnibus Ecclesijs tenendum & agendum mandamus, ut super memorias martyrum Missae celebrentur, ne memoriae eorum à talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. Vos verò, fratres, nolite multum turbari, nolite vexari, sed confortamini in Domino, & in potentia claritatis eius. Habetote interim ista ad suffragium vestrum, Apostolica auctoritate decreta: & scitote, nos semper paratos habere etiam (si necessè fuerit) usque ad mortem, ad quoscunque vobis necessaria fuerint (Domino opem ferent-

3. q. 9. Absente aduersario

3. q. 9. Absens per alium.

3. q. 6. Peregrina iudicia.

2. Tim. 4. b.

1. Cor. 2. b.

* Quum Roma, 5. b

Matt. 10. c

Ephe. 6. b

1. Cor. 13. g
Abacu. 2. c

Sap. 1. c

Pro. 2. c.

Roma. 12. a

Ecc. 5. c
* in lingua
hominis,

1. Cor. 6. b
Esa. 64. b

te) perficienda. Illi tamen, authore deo, peribunt, & vos stabitis, si tamen labor vester non fuerit inanis, sed plenus fide & charitate. Vae (inquit propheta) qui potu dat amico suo, mittens fel suum. Et iterum sapientissimus Salomon ait: Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec preteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus ergo impij interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad Dominum perueniet, & ad correptionem iniquitatum illius. Quonia auri zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Hac enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu, ad reprobum sensum minimè laberentur: sed per DEI timorem sermonum suorum præcauentes custodiam, piam sanctorum patrum diffinitio-nem, sine quadam nocenti præsumptione, utique conseruassent. Quoniam dicit sacrum eloquium: Consilium bonum conseruabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutaribus spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusationes & detractioes, atque ideò competenter nos B. Paulus apostolus præmunens, ait, non debere plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hæc prætereunt, non tantum Iesu sunt, decidetes à corroboratione sua, sed in sapientia sua dereliquerunt domibus memoriam, ut in his, in quibus peccauerunt, contumeliam latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela, & in loquela linguæ hominis, casus illius est. Ideo que conueniens est, hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum, nostris actibus inferi, ne ulterius iam talia patiamini, seminantibus eis zizania & scandala, sed lætari in officijs & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant, actalia & huiusmodi blasphemiam subtrahere festinet, si noluerint à sacerdotali nostro collegio segregari, & à totius Christiani populi societate dielli. Licet nanque de his plura & perneccaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab Apostolis eorumque successoribus, nostris videlicet prædecessoribus, statuta inueniuntur, dicere & conscribere potuissimus, tamen melius nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus: Deus omnipotens & huius vnigenitus filius, & saluator noster Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus & coepiscopis nostris, quibuscunque tribulationibus laboratibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatibles, crucem eiusdem Domini saluatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, ut & vos & qui vobiscum sunt, hic & in futuro meliora possideatis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Per dominum nostrum IESVM CHRISTVM, per quem & cum quo, omnipotenti Deo gloria

in secula seculorum, Amè. Valere vos opto, charissimi fratres. Data quinto idus Augusti, Claudio & Paterno viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA FELICIS PAPAE primi tertii, ad Benignum Episcopum.

- 1 Errant, qui filium non videre patrem contendunt, eò quòd Deum nemo vidit vnquam.
- 2 Errant affirmantes filium minorem patre, quia ille inuisibilis, filius verò visibilis.

Dilectissimo fratri Benigno Episcopo, Felix episcopus in Domino salutem: Suscipientes fraternitatis tuæ epistolas, quibus me requisisti super fidei documentis, quæ ab alijs habebantur aliter, quam rectæ fidei contineant sacramenta, prout Dominus dedit, pro fraternitatis amore respondere non resolutauimus. Semper enim dubia & maiora negocia, terminum ab hac sancta sede, à tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueuerunt. Et ideò tu rectè fecisti, quod huius sanctæ sedis còsultis, te cæterosque firmari & instrui voluisti. Continebant enim literæ tuæ fratrumque tuorum, quòd quidam dicunt, filium non posse proprie videre patrem, quia scriptum est: Deum enim nemo vidit vnquam. Et alij fingunt, Ideò minor est pater filius, quoniam pater illi perhibet testimonium. Quidam autem garrunt, quòd ideò pater minor est, quia inuisibilis ipse dicitur, filius verò visibilis comprobatur. Hi enim ignorantes diuinarum scripturarum & Apostolorum iura, ex proprio aut adulterino sensu talia fabricant, & seducere corda fidelium quærunt. Nos verò ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo filium patrem semper videre potuisset vel posse, euidenti-ori- bus testimonijs de veteri: & noui instrumenti literis doceamus, Salomone dicente: Est tecum sapientia, quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum, & ipsa nouit, quid sit placitum coram oculis tuis. Et Dominus in euangelio: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et iterum: Nemo deum vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. Et iterum Iudæis dixit: Vos non nouistis eum, ego autem noui eum. Quòd si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax. Item ibi: Qui ex deo est, hic nouit eum. Et iterum: Ego noui eum, quia ab ipso sum. Quomodo adstruit, eum patrem non posse videre, in cuius sinu noscitur permanere? Si sereno sensu diuinas recenseas scripturas, inuenies non solum patrem filio testimonium perhibet, sed totam simul inseparabilem Trinitatem, ipso Domino protestante, qui ait: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de

I
Ioan. 1. b
Matth. 17. a
Mar. 9. a
Luc. 9. d
1. Cor. 4. a
Coloss. 1. b
1. Tim. 1. d
Sap. 9. b
Matth. 11. d
Luc. 10. d
Ioan. 1. b
Ioan. 8. g
Ioan. 7. d
Ioan. 8. c

Ibidem b

Ioan. 15. d

ii.

Rom. 11. d

Esa. 40. c

Eph. 3. b

Col. 1. b

Col. 1. d

Coloss. 2. a

Ecc. 1. a

Ibidem

Ibidem

Ecc. 11. a

Psalm. 2.

24. q. 7. A re-
cta ergo fi-
des.

me, qui misit me, pater. Et iterum: Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio vnde venio, & quòd vado. Et de spiritu sancto: Quomodo venerit paracletus spiritus veritatis, ille testimonium perhibebit de me. Intende, quæso, intende, quoniam in quibus vna testificatiois virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior, neque inferior iudicatur. Sæpius ista iam diximus, quia secundum hominis formam filius visibilis dicitur, secundum verò deitatis substantiam, inuisibilis predicatur, Paulo attestante apostolo: O altitudo, inquit, diuinitatis sapientia & scientia Dei, quam incòprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Et in Esaia: Cui similem æstimatis eum, quomodo sit ipse inuisibilis? Et item Apostolus: Mihi autem minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispositio sacramenti absconditi à seculis, in quibus omnia creauit. Item ipse: Qui est, ait, imago Dei inuisibilis. Et ad Coloss. Ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & supplico, quæ desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, in ministerium Christi, quod absconditum fuit à seculis & à generationibus. Item ibi: Ut consoletur corda eorum in charitate, in omnes diuitias adimplentionis intellectus, in agnitionem mysterij, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi. Et in Psalm. 76. In mari est via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscuntur. Et in Salomone: Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Item ibi: Radix sapientia cui reuelata est? & astutias illius quis agnouit? Item ibi: Disciplina sapientia cui manifestata est, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Item ibi: Quoniam mirabilia sunt opera Domini folius, & gloriofa, & abscondita, & opera illius inuisa hominibus. Ecce sicut pater inuisibilis est, ita etiam & filius inuenitur. Quomodo ergo ab illis, qui hoc dicunt quod mandastis, in eo, quòd nobis carnaliter se videri dignatus est, patre inferior iudicatur? Talibus nolite credere vos, & alios ab eorum sensu auertere docete. Vos ergo seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehedite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Hæc verò Apostolorum est viuua traditio, hæc vera charitas, quæ predicanda est, ac veraciter diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta & Apostolica mater omnium ecclesiarum, Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apostolica traditionis nunquam errare probatur, nec ab hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit: sed ut in exordio normam fidei

Christianæ percepit ab authoribus suis, apostolorum Christi principibus, illibata finet, nunc manet, secundum ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est euangelij: Petre, inquit, ecce satanas expetiuit, ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit, persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & amulis Christi repugnare, & nunquam à veritatis tramite declinare: Quonia Dominus & saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidem B. Petri non defecturam promissit, & confirmare eum fratres suos admonuit: quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepta tamen diuina dignatione ministerio, pedissequa cupit existere. Vae enim nobis erit, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi, quam Apostoli predicauerunt, prædicare neglexerimus. Vae erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuiere & docere. Quid in ipso futuro Christi dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem confundimus prædicare? Quid erit de nobis, quum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto ratione iustus iudex Christus Deus noster dilectam exegerit? Ideò, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut quæ potestis & debetis, sollicitudine vigiletis, ad inuestigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & à sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua potestis, pro viribus extirpetis: quonia ut habebit à Deo dignæ remunerationis premium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit exequutus: ita ante tribunal Domini de reatu negligentia se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasiois authores noluerit custodire. Data Nonis Februarij, Claudio & Paterno viris clarissimis consulibus.

**DECRETA EVTY-
CHIANI PAPAE.**

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

Evtychianus natione Tuscus, ex patre Marino, de ciuitate Lunæ, sedit Anno Domini 276. anno vno, mense vno, die vno. Fuit temporibus Aureliani, à consulatione Aureliani tertio & Marcellini, usque in diem Iduum Decembris, Caro secundò & Carino consulibus. Hic constituit fruges saba & vuae super altario benedici. Hic temporibus suis

Luc. 22. c

Anno Do-
mini 276.

per loca diuersa 342. martyres manibus suis sepeliuit. Qui hoc constituit, vt quicumq; fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica aut collobio purpurato nullatenus sepeliret, dum tamen huius constitutionis ad illu peruenisset notitia. hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros 14, diacones quinq;, episcopos *per loca nouem. Et martyrio coronatur. Qui etiam sepultus est in coemeterio Calixti via appia, 8. Kalendas Augusti. Et cessauit Episcopatus dies nouem.

*per diuersa

EPISTOLA DECRETALIS EVTYCHIANI PAPAE prima, ad Ioannem & ad omnes episcopos Baticae prouincię.

Christus vt salua proprietate veriusque natura, verus Deus, & homo verus extiterit.

Charissimis fratribus Ioanni & omnibus per Baticam prouinciã constitutis Episcopis, Eutychianus Episcopus in Domino salutē: Hortatur nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuę gratanter annuere, & consultis tuis breuiter respondere. Et quãuis dilectionem tuam, sciam ad omne opus bonum esse deuotam, vt tamen efficacior fiat ad illos, qui sanè non sapiunt, qualiter eos de incarnatione saluatoris nostri informare debeas, mandamus. Vnũ igitur hoc immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: Tu es, inquit, Christus filius Dei viui, tãta in se argumenta sustinens veritatis, quantę peruersitatis questiones & infidelitatis calumnię mouebuntur. Iam in ceteris dispensatio voluntatis paternę sit. Ergo partus & corpꝰ, postq; crux, mors inferni, salus nostra est. Humani enim generis causã Dei filius natus ex virgine est & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua (Dei videlicet) inumbrante virtute, corporis sibi initia conseruit, & exordia carnis *instituit, vt homo factus ex virgine, naturã in se carnis acciperet, per quam huius admixtionis societatem, sanctificatum in eo vniuersi humani generis corpus existeret. Et quemadmodum omnes in ipso per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, itã rursum in omnes ipse per id, quod eius est inuisibile, referretur. DEI igitur imago inuisibilis, pudorem humani exordij non recusauit, & per cõceptionem, partum, vagitum & cunas, omnesque nostrę naturę contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantę dignationis * affectu rependetur? Inenarrabilis ergo à Deo originis, vnus vnigenitus Deus, in corporis humani formam sanctę virginis vtero insertus accrescit: qui omnia cõtinet, intra quem & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur. Ad cuius vocem archangeli atque angeli tremunt, cælum & terra, & omnia huius mundi resoluuntur elementa, vagitus infan-

Matth. 16, c

*instruit,

*affectui

tia auditur: Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cuius est obuolutus: hæc si quis indigna Deo recolit, tanto se maioris beneficii obnoxium constitetur, quanto minus hæc Dei conuenerunt maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus, vt Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis, vnus interna vniuersę carnis incoheret. Humilitas eius, nostra nobilitas est: Contumelia eius, honor noster est. Quod ille Deus in carne confitēs, hoc nos vicissim in Deum ex carne renouati. * Planè vitam suam nescit, qui Christum Iesum vt verum Deum, itã & verum ignorat hominem. Et eiusdem periculi res est, Iesum Christum vel spiritum sanctum, Deum non credere, vel carnem nostri corporis in Christo denegare. Omnis ergo (ait) qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est: Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cælis. Hęc verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus, dominus maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem Ecclesię constitutus, & ipso illo inter Deum & homines Mediatoris sacramento, vtrinque vnus existens, dum ipse ex vnitatis in idipsum naturis, nature vtriusque res eadem est, itã tamen, vt neutro careret in vtroque, nè fortè Deus esse, homo nascendo, desineret: & homo rursum, Deus manendo, non esset. Hęc itaque humanę beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem cõfiteri: neq; Deum nescire, quod homo sit: neq; carnem ignorare, quod verbum sit. Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinẽ temporum in semetipso profuturus in Deũ hominem, hunc per omnia euãgelij sermonis modum tenuit, vt se Dei filiũ credi doceret, & hominis filium prædicaret & admoneret, loquens & gerens homo vniuersa, quæ DEI sunt, loquēs & gerens deinde deus vniuersa, quæ hominis sunt, itã tamen, vt in ipso illo vtriusq; generis sermone, nõquã nisi cum significatione hois loquutus sit & Dei. Hęc itaq; fallēdi simplices atq; ignorantes, hereticis occasio est, vt quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum diuinę naturę infirmitatẽ mentiantur: & quia vnus atq; idẽ est, loquēs omnia, quę loquitur de semetipso, oĩa eum de diuinitate loquutũ esse contendat. Nec sanè negamus, totum illum, qui ei manet, nature suę esse sermonẽ. Sed si Iesus Christus & homo & Deus, & neq; quĩ homo sit, tum primũ Deus, neq; tum quum & homo sit & Deus, tum non etiã & Deus, neq; post hominẽ in Deo, non totus homo totus deus, vnum atq; idem necessè est dicatur eius esse sacramentum, quod generis. Et quĩ in eo secundum tẽpus discernis hominẽ à Deo

* Nam sic planè

Matth. 10, d

Ioan. 1, b

Eccle. 5, b c d

Eccle. 6, a

Deo, Dei tunc atque hominis discernere sermonem. Et quum Deum atque hominem in tempore confiteris, Dei tunc atque hominis in tempore dicta dijudica. Quum verò ex homine & DEO, rursum totius hominis, totius iam dei tempus intelligis si quidẽ illud ad demonstrationem temporis dictũ est, tempori coaptato quæ dicta sunt: vt quĩ aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deũ, totus homo & totus DEVS, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum, alium cum sacramento hominis necessè est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium etiã æterno. Nostri igitur causã hæc omnia Iesus Christus gerens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem nature nostrę loquutus est, non tamen omittens naturã suã esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu & passionẽ & morte, nature nostrę rem peregerit, res tamẽ ipas omnes virtute nature suę gessit. Vidēsne itã Deum & hominem prædicari, vt mors homini, Deo verò carnis excitatio deputet? non tamẽ sit alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata em̃ carne, Christus est mortuus: & rursum, Christi à mortuis excitans, idem Christus est, carne se expolians. Naturam Dei, in virtute resurrectionis intellige: dispensationem hominis, in morte agnosce. Et quum sint vtraque suis gesta naturis, vnum tamen Christum IESVM eum memento esse, qui vtrunq; est. Hęc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, vt vtriusque nature formam tractari in Domino nostro Iesu Christo meminissim: quia qui manens in forma Dei, formam serui suscepit, ipse diuinitatem nequaquam amisit. Ceterum fratres, hortamur vos, vt moneatis eos conuerti ad Deum. Vnde scriptũ est: Fili, nè tardes conuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictę disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis, nihil proderunt tibi in die obductionis & vindictę. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probat duplici lingua. Esto firmus in via Domini & in veritate sensus tui, & scientia: & prosequatur te verbum pacis & iustitię. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei, vt intelligas: & cum sapientia fer responsum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, nè capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati: lingua verò imprudētis, subuersio illius. Nõ appelleris susurro, & lingua tua nè capiaris, & confundaris. Super furem enim est confusio & pœnitentiã, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Iustificati pusillum & ma-

gnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improprium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator, inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, nè fortè elidatur virtus tua per stultitiam: & folia tua comedet, & fructus tuos perdet: & relinquēris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdit, qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducit in sortem impiorum. Talibus vos exhortationibus, fratres, vicissim monetote, & bona semper sectamini, malaq; vitate. Magnis em̃ studijs (secundum beatum Apostolum) præcauendum est, nè fides & disciplina Domini blasphemetur. Etsi illa non nunquam sinenda sunt, quæ (si cæterorum cõstet integritas) sola nocere non valeant: illa tamen sunt magno perẽ præcauenda, quæ recipi sinẽ manifesta decoloratione nõ possunt. At si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda credentur, vel rerum temporumq; cogit intuitus, vel acceleratę prouisionis respectus excusat: quanto magis illa sunt nullatenus mutilanda, quæ nec villa necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas? Idcirco, fratres, ista prætulimus, vt hæc species, quas non licet offerri super altare, iuxta constitutionem Apostolorum, eorumque successorum, ad domum sacerdotum deferantur, & à sacerdotibus benedicantur, & per simplicem benedictionem benedicta, demum à populis sumantur: fabæ tantum & vuar, & cætera, quæ Apostoli constituerunt, super altare offerantur. Optamus igitur, fratres charissimi, & totis omnipotentem Dominũ precibus exoramus, vt dilectionem vestram in amoris sui constantiam faciat magis magisque feruescere, atque in pace Ecclesię in vna vos concedat manere concordia. Admonemus etiã fraternitatem vestram, vt in commissis vobis animabus solerter inuigiletis, animarum que magis lucris, quam commodis vitę præsentis intendatis. In continentis verò ac disponendis rebus Ecclesiasticis, diligentes custodes existatis, vt ex omni parte, susceptum vos condignè gessisse pastoris officium, venturus iudex, quum ad iudicandum venerit, debeat approbare. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque à deo vobis collatum, moribus seruare concedat, atque cum multiplici fructu animas vobis commissas, ad pascua æterna adducere, sibi que condignè repræsentare, adiuuet, vosque inter sanctos & electos suos collocare dignetur. Data 2. Idus Aprilis, Aureliano & * Marcello viris clarissimis consulis.

1. Tim. 6, a

Canonum cap. 4.

* Marcellino

EPISTOLA EVTYCHIANI PAPAE secunda, vniuersis episcopis per Siciliam constitutis directa.

Dile-

Ephes. 1. a. b. c.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Siciliam constitutis, Eutychnus: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, predestinans nos in adoptione filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae: in qua gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiae eius, quae abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, in saecula omnia in Christo, quae in caelis & quae in terra sunt in ipso. In quo etiam forte vocati sumus, praedestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suae, ut simus nos in laudem & gloriam eius, qui ante sperauimus in Christo: in quo & vos, quum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestrae: in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae, in redemptione acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. Propterea & ego, audiens fidem vestram in Domino Iesu Christo, & dilectionem in omnes sanctos, non cessans, gratias agens pro vobis, memoriam vestri facti in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis, quae sit spes vocationis eius, & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credidimus secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed & in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quae sit spes vocationis eius, & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis, qui omnia in omnibus adimplet. Et vos quum effectis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus & nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrae, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij irae, sicut & ceteri. Modò, fratres, quia ex filiis irae, sua gratia & gratuita miseratione fecit nos Deus filios suos: & nos, qui digni serui non eramus,

Ephes. 2. a.

mus, nullis meritis precedentibus, sed sua (ut diximus) gratia facti sumus filij eius, in quo clamamus, Abba pater: sequentes eius exemplum, simus filij misericordiae & iustitiae atque dilectionis, ut veri filij Dei & dici & esse, ipso auxiliante, valeamus: deponentes (iuxta Petrum Apostolum) omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones. Hi vero qui talia agunt, non filij Dei, sed potius filij nequam esse comprobantur, sicut Paulus ait Apostolus: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Graue, fratres, verbum & horrendum nimis, quod ait: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ipsa per se veritas dicit: Quid prodest homini, vniuersum mundum lucrari, animam vero suam detrimentum pati? Grauius sunt nimis, quae praetulimus, & perualde cauenda. Quibus enim regnum Dei pracluditur, proculdubio & ecclesia denegatur. De quibus Dominus in Euangelio, potestatem Apostolorum, eorumque successorum annuncians, ait: Quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis: & quorum alligaueritis, alligata erunt: id est, quibus Ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis & ianua regni caelestis clausa erit. Vnde ista precauentes, & stultorum animos prauidetes, cura pastoralis cum omnibus episcopis, & sanctae Romanae atque vniuersalis Ecclesiae vtriusque ordinis fidelibus, statuimus, non ita in Ecclesiasticis agendum esse negocijs, sicut in secularibus. Nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venit, & in foro decertare coeperit, non licet ei ante peractam causam recedere. In Ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se pregruari viderit. Accusationis vero ordinem talem & didicimus, & seruari iubemus, id est, si quis clericorum in crimine impetitur, non statim reus existimetur, qui accusari potuit, ne suspectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat: nomen rei indicet: vinculum inscriptionis arripiat: custodiat similitudinem: habita tamen dignitatis estimatione: potestatur: nec forte sibi nouerit licentiam mentendi, quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Heretici enim omnes, & suspecti, & excommunicati, homicidae quoque, atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu quae ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. Nulli infami vnquam, atque sacrilego, de quocunque negotio liceat aduersus

Rom. 8. c.

1. Pet. 2. a.

Galat. 5. d.

Matth. 16. d.

Matth. 18. c.

Ioan. 20. c.

1.

2. q. 6. Non ita in ecclesiasticis.

2.

esse

2. q. 8. Quisquis ille est.

3. q. 4. Nulli vnquam infam.

3.

3. q. 4. Nulli vnquam infam.

III.

2. Tim. 3. c.

Matth. 5. c.

Ioan. 17. a. b.

Psal. 40. & 108.

uersus religiosum Christianum, quauis humilis seruilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione vel inscriptione, Christianum impetere. Omnibus quoque similiter accusandi vel testificandi licentia denegatur, qui Christianae religionis & nominis dignitatem, & suae legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint. Similiter prohibemus, ut nulla causa ad iudicium Ecclesiasticum audiantur, quae legibus non continentur, vel quae prohibita esse noscuntur. Haec non solum Ecclesiasticis, sed & seculi leges obseruari praecipunt. Non enim passim vageque sacerdotum accusatio debet fieri. Nam si facile admitteretur, perpauci nimis inueniretur: quia omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Vnde & ipsa per se veritas ait: Pater, manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quae dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt: & cognouerunt verum quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut vnus sint, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex his periit, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & haec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: & mundus odio habuit eos, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnus sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnus sint, & mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint vnus, sicut & nos vnus sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in vnum, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut vbi ego sum, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te co-

gnoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Et idem Ioannes Apostolus & Euangelista, in prima epistola sua loquitur, dicens: Charissimi, diligamus inuicem, quia charitas ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc est charitas, non quati nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est, et omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos DEI, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Haec est enim charitas DEI, ut mandata eius custodiamus: & mandata eius grauius non sunt. Et per Prophetam Dominus, monendo, ne laedantur discipuli sui, eorumque successores, inquit: Circundat angelus Domini in gyrotimentes eum, & eruet eos. Gustate & videte quoniam bonus est Dominus. Beatus vir qui sperat in eo. Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timetibus eum. Leones indigerunt, & esuriuerunt: querentibus Dominum, non deerit omne bonum. Ambulate filij, audite me, timore Domini docebo vos. Quis est vir qui velit vitam, diligit dies videre bonos? Custodi linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum: Recede a malo,

1. Ioan. 4. b. c.

1. Ioan. 5. a.

Psal. 33.

à malo, & fac bonum: quare pacem, & perse-
quere eam. Oculi Domini super iustos, &
aures eius ad clamorem eorum. Vultus au-
tem Domini in facientes malum, vt perdat
de terra memoriam eorum. Clamauerit ius-
ti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus
tribulationibus eorum liberabit eos. Iuxta
est Dominus contritus corde, & contractos
spiritu saluabit. Multa mala iusto, & ex omni-
bus illis liberabit eum Dominus. Custodit
Dominus omnia ossa eius, vnum ex his non
confringetur. Interficiet impium malitia, &
odientes iustum, culpabuntur. Redimet do-
minus animas feruorū suorum, & liberabit
eos. Vos ergo fratres super Dominum poni-
te corda vestra, & ipse enutriet vos, quia non
dabit in aeternum fluctuationem iustis. Deus
autē Dominus noster deducet inimicos no-
stros, iuxta Prophetæ vocem, in puteum in-
teritū, quoniam viri sanguinum & dolosi
non dimidiabunt dies suos. Vos autem sem-
per sperate in Domino, & fiduciam habeto-
te in eo, quia ipse liberabit nos. Ipse est enim
benedictus à seculo vsque in seculum, & re-
gni eius non erit finis. Data decimotertio
Kalend. Octobris, Caro secundò & Carino
viris clarissimis consulibus.

DECRETA EVTYCHIANI PAPAE,
(si in ipso Eutychiani nomine error non est) quæ nõ
habentur in prioribus, desumpta ex Gratiano
& Iuone & alijs. Et sunt numero decem.

PRIMUM.

Non est obediendum Episcopo, qui pro hæreticis
Missam canere iubet.

11. q. 3. Si q̄
episcopus.

Si quis Episcopus aut abbas, presbytero
aut monacho suo iusserit Missas pro hæreti-
cis cantare, non licet. Non enim expedit eis
obedire.

SECUNDUM.

Abbatissa præsumens velare virginem vel vi-
duam, excommunicetur.

In dec. Iuo.
lib. 3.

Nihilominus etiã in quibusdam locis
inolitum inuenimus vsum stultitiæ plenum,
& Ecclesiasticæ authoritati contrarium, eò
quòd videlicet nonnullæ abbatissæ, & aliq̄
ex sanctimonialibus, viduis & puellis virgi-
nibus, contra fas velum imponere præsumat:
& id eò nonnullæ iniuste velatæ, putant se li-
berius suis carnalib⁹ desiderijs posse seruire,
& suas voluntates explere. Quapropter sta-
tuimus, vt si abbatissa aut quælibet sanctimo-
nialis, post hanc diffinitionem, in tãtam au-
daciã proruperit, vt aut viduam aut puel-
lam virginem velare præsumat, iudicio cano-
nico vsque ad satisfactionem subdatur.

20. q. 2. Sta-
tuimus, vt si
abbatissa.

TERTIUM.

Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam
peritij agere noluerit.

22. q. 1. Præ-
dicandū est.
Leuit. 6. a
Iosue 9. d
Malach. 3. b
Matth. 5. c

Predicandum est etiã, vt periurium fi-
deles caueant, & ab hoc summoperè absti-
neant, scientes hoc grande scelus esse, & in
lege & in prophetis & in Euangelio prohi-

bitum. Audiuimus autem quosdam parui-
pendere hoc scelus, & leuem quodammodò
periurij pœnitentiã modò imponere. Qui
etiã nõsse debent, talem de periurio pœni-
tentiã imponi debere, qualem & de adul-
terio, & de fornicatione, & de homicidio
spontè commissio, & de ceteris criminalibus
vitijs. Si quis verò perpetrato periurio, aut
quolibet criminali peccato, timens pœnitē-
tiam longam, ad confessionem venire nolue-
rit: ab Ecclesia repellendus est, siue à com-
munionem & consortio fidelij, vt nullus cum
eo comedat, neque bibat, neque oret, neque
in domo sua eum recipiat.

QUARTUM.

Membra detruncans, domos incendens, absque iudi-
ciali authoritate excommunicetur.

Si quis membrorum truncationes & do-
morum incendia fecerit, siue fieri iusserit,
aut facienti consenserit, quousq; de his vni-
cuique legaliter & amicabiliter coram Epi-
scopo ciuitatis, alijsque ciuib⁹, non emen-
dauerit, ab Ecclesia se priuatum cognoscat.
Si verò post secundam & tertiam conuenti-
onem, cuncta in quibus arguitur, non emen-
dauerit, tanquã ethnicus & publicanus, ab
omni Christianorum collegio separetur.

QUINTUM.

In potestate fidelis sit, post baptismum recipere vxor-
em quam antè dimiserat.

Si quis gentilis gentilem vxorem dimise-
rit ante baptismum, post baptismum in po-
testate eius erit, eam habere, vel non habere.

SEXTUM.

Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.
Simili modo, si vnus ex coniugatis bap-
tizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult,
sicut dicit Apostolus, Infidelis si discedit,
discedat.

SEPTIMUM.

Synodale iuramentum.

Episcopus in synodo residens, post con-
gruam allocutionem, septem ex plebe * eius
parochiæ, vel eo amplius, prout viderit ex-
pedire, maturiores, honestiores, atque vera-
ciores viros, in medium debet aduocare: &
* illatis sanctorum pignoribus, vnumquen-
que illorum tali sacramento constringere, vt
amodò in * antè quicquid nõsti, aut audisti,
aut postmodum inquisiturus es, quod con-
tra voluntatem Dei & rectam Christianitatē
in ista parochia factum sit, aut futurum erit,
si in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam
cognitionem quocunq; modo perueniat,
si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem
causam esse, & ad ministerium Episcopi per-
tinere, quòd tu nec propter amorē, nec pro-
pter timorem, nec propter præmiū, nec pro-
pter parentelam, vllatenus celes Episcopo,
aut ei⁹ misso, cui hoc inquirere iusserit, quã-
docunq; ex hoc te interrogauerit: sic te deus
adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ, & illud
sacra-

23. q. 8. Si q̄
membrorū.

28. q. 1. Si q̄
gentilis.

Ibidem vlt
sup.

1. Cor. 7. e

35. q. 6. Epi-
scopus in
synodo res.
* ipse

* allaris
* autca

sacra-

* iste sacramentum, quod iuste iurauit de syno-
dali causã, quòd tu illud ex te itã obseruabis,
inquantum sapias, aut audisti, aut ab hac die
in antea inquisiturus es, sic te Deus adiuuet.

OCTAVVM.

Ex Decreto, quod est librorum sedecim,
libro decimoquarto, cap.
secundo.

Vt malum ebrietatis omnia vitetur.

Magnum malum ebrietatis, vnde omnia
vitia pullulant, Christianis modis omnibus
cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare
noluerit, excommunicandum esse decreui-
mus, vsq; ad congruam emendationem.

NONVM.

Ex eodem, Cap. 3.

Quòd episcopi & Dei ministri, ebrietate non
debeant grauari.

Episcopi & Dei ministri, non debent co-
mestationibus & vinolētij nimij incūbere,
sed cōsiderent sententiam domini, dicentes:
Attendite, nē grauentur corda vestra in cra-
pula & ebrietate. Moderatè enim cibum &
necessarium sumptū sumat, vt iuxta Aposto-
lum, sobrii sint, & parati ad seruitium Dei.

DECIMVM.

Ex eodem, Cap. 10.

Quales personæ sacerdotum epulis in-
teresse debeant.

Obseruadum est nobis, vt & vos ab ebrie-
tate abstineatis, & vt plebes subditæ abstine-
ant, prædicetis. Et neque per tabernas eatis
bibendo aut comedendo, neque domos aut
vicos curiositate qualibet peragretis, neque
cum sceminis, aut cum quibuslibet personis
impuris cōiuiua exerceatis, nisi fortè pater-
familias quilibet vos inuitauerit ad domum
suam, & cum coniuge sua, & cum plebe velit
vobiscum spirituali gaudio lætari, & verbo-
rum vestrorum refectiõnem accipere, & vo-
bis refectiõnem carnalem charitatis officio
exhibere. Oportet enim, vt si quandò quili-
bet fidelium carnalibus vos reficit epulis, à
vobis reficiatur spiritualibus epulis.

Luce 21. g

1. Theff. 5. b
1. Pet. 1. c. 5. b

DECRETA GAI PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papæ.

Gaius natione Dalmata, ex genere
Dioletiani Imperatoris, ex patre
Gaio, sedit annis vñdecim, men-
ses quatuor, dies duodecim. Fuit
autem temporibus Cari secundò & Carini,
ex die decimo sexto Kalendarum Ianuarij,
vsque in diem x. Kalendarum Maij, sub Di-
ocletiano sexto & Constantio secundò. Hic
constituit, vt omnes ordines in ecclesia sic as-
cenderēt: Si quis episcopus fieri mereretur,
vt esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus,
seques subdiaconus, diaconus, presbyter, &
exindè episcopus ordinaretur. Hic fugiens
persecutionem Diocletiani, in cryptis habi-
tans, confessor quicquid, martyrio coronatus

Anno Do-
mini 284.

post annos octo. Hic facit ordinationes iij.
per mensem Decembrem, presbyteros xxv,
diacones 8, episcopos per loca, 5. Qui post
annos xj, cum Gabino fratre suo, propter fi-
liam Gabini presbyteri, nomine Sufannam,
martyrio coronatur. Sepultus est in cœme-
terio Calixti via Appia, 10 Kalend. Maij. Et
vacauit episcopatus dies 11.

TITVLI DECRETORVM

Gaij papæ.

1. Paganos & hæreticos non posse accusa-
re Christianos.
2. Episcopum non accusandum apud iu-
dices seculares.
3. De episcopo, presbytero, aut diacono, vel
reliquis clericis apud Episcopos accusandis.
4. De his qui negat verbi dei incarnationē.
5. Quòd ad spem vitæ æternæ perueniri nõ
possit, nisi per mediatorem dei & hominum
Christum Iesum.
6. De ordinibus ecclesiasticis.

EPISTOLA DECRETALIS GAI PAPAE ad Felicem episcopum.

Dilectissimo fratri Felici Episcopo Ga-
ius: Directas ad nos tuæ charitatis
epistolas, plenas catholicæ inquisitionis solici-
tudine, gratanter accepimus, benedicentes
Dñi nostri clementiã: quia tales ab extremis
mudi partibus dignatur suis ouibus, pui-
de re pastores, per quos & pacuis valeat saluta-
rib⁹ abudare, & ab iniqui lupi rapacitate ser-
uari, vt insidias nequeant eius subreptionis
incurrere. Vnde certū est, quia promissæ vos
beatitudinis gratia subsequat, quandò à vo-
bis celestiuū perfectio doctrinarū, tam votiuã
sciscitatione perquiri. Scriptū est enim: Be-
ati qui perscrutatur testimonia eius, & in to-
to corde exquirunt eū. Hoc ergo, frater cha-
rissime, ppositū tuę cōsultationis tota mēte
tractantes, de te quoq; puenire confidimus,
qui regulã catholicę fidei iisdē studeas tenere
vestigijs, quibus eam in Apostolica sede co-
gnoscis esse fundatã. Et quantum sonus eorū
toto orbe diffusus, & vsq; ad fines orbis ter-
ræ verba eorū distensa, dilectionis tuę corda
Christo probauerunt esse fidelia: tamē si qd
ex his in ecclesia, quę tuę gubernatiõni (Dño
auxiliante) cõmissa est, necdū plena luce cla-
ruerit, ad eundē fontem, de quo illa salutaris
manarat lymp̄ha, recurreris, id est quod debi-
ta charitate sum⁹ amplexi: quã fiducialiter de
his, vnde apud vos obseruantia esse dixisti
ambiguã, nostra voluisti respõsione firma-
ri. Quapropter dilectionē tuam in Domino
salutantes, de singulis, qd iuxta catholicã di-
sciplinam teneat apostolicę sedis authoritas,
subiectis aliquibus etiã sanctorū capitulis re-
gularū, te credimus instruendū. Primò qui-
dē scias, paganos & hæreticos, nõ posse Chri-
stianos accusare, aut vocem eis infamationis
inferre. Deindè, nemo vnquã episcopum
apud iudices seculares, aut * alios clericos, * reliquos
accusa-

Psal. 118.

Psal. 118.

1.
2. q. 7. paga-
ni & hæret.

11.

* reliquos

22 accusa-

III.

accusare presumat. Et si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus, apud episcopos (quia alibi non oportet a qualibet persona, quae rite recipienda est) fuerint accusati, quicumque fuerit, siue ille sit sublimis vir honoris, siue vilius alterius dignitatis, quod hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit: non erit, probationis documenta se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sancti inrelligat se iacturam infamiae sustinere, ut dano pudoris, estimatiouis dispendio discat, sibi aliene verecundiae impune insidiari, saltim decetero non licere. Nam qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de suis rebus expoliati, vel eiectioni a sedibus propriis, aut qui accusatores sint recipiendi, quive non sint, aut qualiter eiectionis & expoliationis sint omnia legibus redintegrandae, quae eis ablata sunt: & quia priusquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis obijci poterit, & qualiter illis inducitur post integram restaurationem annuere sariis vel sex mensium, indulgentiae sint, & qualiter sua omnia licenter & pacifice, absque vilius graui impedimento disponere, & suorum amicorum & Ecclesiasticorum patrum consilijs uti debeant: sufficienter ab apostolis, eorumque successoribus, ac nostris predecessoribus statutum esse putamus. Super his aut non reor amplius nunc fore disputandum, nisi si surrexerint talia, quae adhuc non sunt manifesta. Si eorum autem statuta non habueritis, mittite fidelissimos scriptores, quae haec coram fidelibus testibus excipere, vobisque reportare sub stipulatione valeant. Ceterum, ut satisfactam consultiis tuis de verbo incarnationis & veritatis, quicumque illi sunt, ita obsecrati, & a lumine veritatis alieni, ut verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum euangelio veritatis, qua ratione concordent, si beatam virginis partu, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, euangelista dicente, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ita negari non potest, beato apostolo Paulo praedicata, quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quae autem reconciliatio posset esse, qua humano generi repropiciaretur deus, si hominis causam mediator dei hominumque non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleat, nisi qui in forma Dei equalis est patri, in forma serui particeps esset & nostri, ut mortis vinculum, vnius prauaricatione contractum, vnius morte (qui solus morti nihil debuit) solueretur? Effusio enim iusti sanguinis CHRISTI, tam fuit diues ad precium, ut si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent: quoniam sicut Apostolus ait, Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Et cum sub peccati prauiudicio nati, potestatem acceperint ad iu-

3. q. 1. Episcopus suis rebus expoliatis

III.

Hec ab isto loco fere vsq; ad huius epistole finem, habetur infra in epistola Leonis 1. ad Leonem Augustum. Ioan. 1. b 2. Cor. 5. d

Philip. 2. a

Roman. 5. d

stitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti praesidio spem relinquit, qui in saluatore nostro negat humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicant, quo sanguine sint redempti. Quis est, ut ait Apostolus, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odore suauitatis? Aut quod vniquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus & aeternus pontifex, altari crucis per immolationem suae carnis imposuit? Licet in conspectu Domini preciosa iustorum mors fuit, nullius tamen insontis occisio, redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt, coronas. De fortitudine fidelium, exempla nata sunt patientiae, non dona iustitiae. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quicquam debitum suo sine persoluit, cum filius hominis, vnus solus Dominus noster Iesus Christus, qui verus erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati. De quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Fides etenim iustificans impios, & creans iustos, ad humanitatis retracta participium, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens, per gratiam Dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno Domino nostro Iesu Christo, vero DEI atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, quae inseparabiliter atque indiuisim communes habeat actiones, intelligenda tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sincerae fidei contemplatione cernendum est, ad quae prouehat humilitas carnis, & ad quae inclinatur altitudo deitatis: quid sit, quod caro sine verbo non agit: & quid sit, quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis, obuoluta panis infantia non iaceret. Sine verbi potentia, non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum: sine veritate carnis, non iuberetur transferri in Aegyptum puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi potentia non diceret vox patris, missa de caelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite: & sine veritate carnis non protestaretur Ioannes, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret redintegratio debiliu, & viuificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibibus ieiunio, nec somno esset necessarius fatigato. Postremo, sine verbi potentia non se Dominus patri profiteretur aequalem: & sine veritate carnis non idem diceret, patrem se esse maiorem, cum Catholica fides vtrumque suscipiat, vtrumque defendat, quae secundum confessionem

Eph. 5. a

Psal. 115.

Iohan. 12. d

Luc. 1. c. 2. a

Matt. 2. b d

Matt. 3. & 17.

Ioan. 1. d

Matt. 4. a

Ioan. 11. f

Marci. 4. d

Iohan. 10. & 14.

Matth. 16. c

Ioan. 19. d

Matth. 28. a

Luc. 24. d

Ioan. 20. g

V

Apo. 4. c

1. Tim. 2. b

Philip. 2. a b

Philip. 2. b

Ioan. 10. f

tionem beati Petri apostoli, vnum Christum Dei filium, & hominem credit & verbum. Quamuis itaque ab illo initio, quo in vtero virginis verbum caro factum est, nihil vnquam inter vtranque formam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, vnius personae fuerint totius temporis actiones: ea ipsa tamen, ut ita dicam, quae inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quid cuiusque formae sit, ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocritae, qui caecis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus maiestatis CHRISTVS affixus sit, quid iacuerit in sepulcro, & reuoluto lapide monumenti, quod tertia die caro resurrexerit: & in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & hesitatione cunctantium confutabat, cum diceret, Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere: & apostolo Thomae, Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis: quia vti que manifestatio de corporis sui, iam haereticorum mendacia destruebat, ut vniuersa ecclesia Christi in noua doctrina, hoc sibi non dubitaret credendum, quod apostoli susceperant praedicandum. At si in tanta luce veritatis tenebras suas haeretica obduratio non relinquit, ostendant, vnde sibi spem vite polliceantur aeternae, ad quam nisi per mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, non potest perueniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus, non est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri: nec est redemptio captiuitatis humanae, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, & qui sicut praedicat Apostolus, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Cum ergo vnus sit Dominus Iesus Christus, & verus deitatis, vereque humanitatis in ipso vna prorsus eademque persona sit, exaltatione tamen, quam illum (sicut doctor gentium dixit) exaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ad eam intelligimus pertinere formam, quae ditanda erat tantae glorificationis augmento. In forma quippe Dei, equalis erat filius patri, & inter genitorem atque vni-genitum nulla erat in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas: nec per incarnationis mysterium aliqd decesserat verbo, quod

ei patris munere redderetur. Forma autem serui, per quam impassibilis Deitas sacramentum magnae pietatis impleuit, humana humilitas est, quae in gloria diuinae potestatis euecta, est in tantam vnitatem, ab ipso conceptu virginis, deitatis & humanitatis conferta, ut nec sine homine diuina, nec sine Deo ageretur humana. Propter quod, sicut Dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate equalis est Deo, dicitur exaltatus: quae inseparabiliter manente vnitatis personae, vnus atque idem est & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter vnam cum patre deitatem. Quicquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quae non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam diuinitatis, indifferenter omnia, quae habet pater, etiam habet filius: & quae in forma serui a patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donauit. Secundum dei enim formam, ipse & pater vnus sunt. Secundum formam autem serui, non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius, qui misit eum. Secundum formam dei, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secundum formam serui, tristis est anima eius vsque ad mortem. Et idem ipse est sicut Apostolus praedicat, & diues & pauper. Diues, quae euangelista dicente, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper vero, quia propter nos verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quae autem est exinanitio eius, quae ve paupertas, nisi formae seruilis acceptio, per quam, verbi maiestate velata, dispensatio humanae redemptionis impleta est? Nam quia captiuitatis nostrae resolui originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostraeque naturae, quem peccati prauidicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum laethale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus praordinatum, ita est in plenitudine temporis perfectum, ut multis modis significata promissio, in diu expectatum veniret effectum: nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se versari haereticorum manifestat impietas, cum sub specie diuinitatis honoranda, humanae carnis in Christo denegant veritatem: & religiose existimant credi, si dicatur, in saluatore nostro verum non esse, quod saluat: cum ita secundum promissionem omnia secula praecurrerem, mundus sit deo reconciliatus in Christo, ut nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum Christianae fidei, magno (ut haeretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis, sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quicquam sibi eru-

Ioan. 5. d

Ioan. 10. f

Ioan. 4. 5. 6.

Matth. 26. d

1. Cor. 8. b

Ioan. 1. a

Ioan. 1. b

Coloss. 2. b

*cum specie deitatis honorando

*praecurrerem Tit. 1. a 2. Cor. 5. d

hescendū existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli, apostolorumque discipuli, & preclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrij coronam, vel ad confessionis meruerunt gloriā peruenire, in huius fidei lumine splenduerunt, consonis vbiq̄ sententijs inonates, quōd in Domino Iesv Christo, deitatis & carnis vna sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua diuinorū voluminum portione haeretica impietas se existimat adiuuari, quē veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non propheta precinere, non euangelia docere, non ipse desisterit Christus ostendere? Querant per omnem feriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumē obfcurant: & per omnia secula ita veritatem inuenient cōfucantem, vt magnum hoc & mirabile sacramentum, ab initio videant creditum, quod est in fine cōpletum. De quo cum sanctarum literarum nulla pars fileat, sufficit quēdam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & syncere intelligentiē luce perspiciat, quōd in filio Dei, qui se ineffabiliter filiū hominis, & hominē proficitur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissimē gloriandum: quoniam sicut ait beatus Apostolus, Magnū est pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est gentibus, creditum est in mūdo, assumptum est in gloria. De episcoporum verō & presbyterorum, diaconorumque & sequentium clericorum ordinationibus, sanctos Apostolos & successores eorum, & precipuē Anacletum, & præterea alios, sufficienter statuisse cognoscimus: & idcirco nō est necesse nūc replicari, nisi quod illi non statuerunt. Illud tamen nos statuentes, vobis & omnibus seruare mandamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur, i. si quis Episcopus esse meretur, sit primō ostiari⁹, deindē lector, postea exorcista, indē sacret acolythus, demū verō subdiaconus, deindē diaconus, & postea presbyter: & exindē, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac vrbe fecimus, per singulas vrbes, quæ populosa fuerint, diaconibus diuidantur. Et quęcunque difficiles quęstiones per singulas prouincias exortæ fuerint, semper ad Sedem Apostolicam referantur. Benē vale frater, & ora pro nobis. Data Kalendis Martij, Diocletiano sexto, & Constatio secundō viris clarissimis consulibus.

DECRETA MARCELLINI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

1. Tim. 3. d

vi.

* nos replicare, nisi

Marcellinus natione Romanus, ex patre Proiecto, sedit annos 9, menses 2, dies 16. Fuit autem temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kalendarum Iulij, a consulu Diocletiani sexto, & Constantij secundo. vsq; ad Diocletianum nonō & Maximianū octauō. Quo tempore fuit persecutio magna, ita vt intra 30 dies, 17 millia hominum promiscui sexūs, per diuersas prouincias martyrio coronarentur. De qua re & ipse Marcellinus ad sacrificiū ductus est, vt thurificaret. Quod & fecit. Et post paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi, cum Claudio & Cyrino & Antonino, capite truncatus est, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad passionem suam, adiurauit Marcellum presbyterum, vt præcepta Diocletiani non impletet. Iacuerunt autem corpora sanctorū in platea dies 36 ex iussu Diocletiani. Exindē marcellus presbyter noctū collegit corpora sanctorum cū presbyteris & diaconibus cum hymnis, & sepeliuit ea 6 Kalendas Maij, in via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, in cubiculo claro, quod patet vsq; in hodiernū diem, secundum quod ipsi sanctus Petrus præceperat, in crypta iuxta corp⁹ sancti Crescentionis. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 4, episcopos per loca, 5. Et cessauit episcopatus annos 7, menses 6, dies 25, persequente Diocletiano Christianos.

EPISTOLA EIVSDEM DECRETALIS prima, ad Salomonem Episcopum.

Consutat error dicentium, Patrem esse Filio maiorem, &c.

Marcellinus episcopus sanctæ Ecclesię catholicæ vrbs Romanæ, Salomoni coepiscopo in Domino salutem: Quam laudabiliter pro catholicę fidei veritate mouearis, & quam sollicitē Dominico gregi deuotionem officij pastoralis impēdas, tradita nobis per diaconum tuū fraternitatis tuę scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qui errorum morbi in regionibus vestris modō exorti sunt. Nam epistolæ sermo, & commonitorij series, & libelli tui textus eloquitur, quōd quidam errore decepti, dicunt, ideō patrem maiorem filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur, & quōd filius nullā cum patre communionis operam habeat, & quōd illud propheticum de solo patre dictū sit, Sciant gentes, quoniā nomen tibi Deus, tu solus altissimus super omnem terram. Sive quōd idē minor est filius, quia ipse in cruce pendens, dixit: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Quibus competēs & congruū reddatur responsum, quia sicut patri, ita etiā filio, non solum Christianis tēporibus, verū etiā priscis tēporibus a sacerdotibus, varijs multisq; modis

Psal. 82.

Psal. 27. Matth. 27.

Danie. 3.

Psal. 71.

Matth. 2. a

Gene. 1. c

Gene. 11. b

Gene. 19. c

Ioan. 5. c

Ioan. 7. b

Luce 1. g

dis probamus, sacrificiū fuisse oblatum, Daniele propheta dicente: Non est locus (inquiunt tres pueri) ad sacrificandum nomini tuo, & inuenire misericordiam tuam, sed in anima contrita, & in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocaustomata arietum & taurorum agnorumque pinguium, ita fiat sacrificium nostrum in cōspectu tuo hodiē, vt placeat tibi. Et vt filium fuisse agnosceas, cui hi tres pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti præceperat, confessione addisce, qui se cum tribus quartum, in ipso æstantis camini incendio sociatum, prodidit conspexisse. Nonne, inquit, tres viros misimus in fornacem vincētis? Et dixerūt ei, Verē rex. Et dixit, Ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in medio ignis: & ad spectū quarti, similis filio Dei est. Idem Dēi filius per prophetam loquitur, dicens: Tibi offerent reges munera. Et vt hæc de filio DEI se dixisse doceret, dixit: Reges Tarsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducēt: & adorabūt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Et vt hæc omnia, superius designata, Christo filio dei doceamus fuisse oblata, in natiuitate eiusdem filij Dei, quæ secundum carnem facta est, probamus fuisse completa, euangelio comprobante: Cum natus esset Iesus in Bethlehē Iudæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerūt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorū? Et infra: Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & prociētes, adorauerūt eum: & apertis thesauris suis, obtulerūt ei munera, aurum, thus & myrrhā. Sacrificium itaque, quōd a Christianis sacris altaribus admouetur, non solum Deo patri, sed etiā filio communi deuotione offertur: quoniam nec patri sine filio potest offerri, neque filio sine patre sacrarī. Quōd autem communem operationem habeant pater & filius, hoc modo docetur, dum primi hominis plasma DEVS ad imaginem Dei communi operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicente: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item ibi: Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Et pluit DOMINVS à DOMINO ignem & sulfur super Sodomam. Et in Euangelio: Pater meus vsque modō operatur, & ego operor. Similiter & opera quæ ego facio, non sunt mea, sed eius qui misit me, patris. Quæ omnia non discretam patris & filij potentiam monstrant, sed vnam diuinitatis operationem annunciant. Et is, qui paternū opus exequitur, à paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex euangelio filium Dei cognoscētes altissimū nuncupatum, nunquā filio derogans, hoc de solo Deo patre dictum ponerēs testimonium, cum scriptum sit: Tu puer propheta

altissimi vocaberis. Et vt filius cum patre indiscretē in altissimis habitasse credatur, Salomonis testimonio comprobatur: Ego sapientia (inquit) habitauī in altissimis, & thronus meus in columna nubis. Et in Psalmo * 92. tu autem altissimus es in æternum, domine, quoniā ecce inimici tui peribunt, nam cum diabolus thronum suum contra creatoris sui thronū in altissimis collocaret, elatus superbia, hæc ausus est nefando ore depromere: Ponam sedem meam ad Aquilonem, ascēdā (inquit) sup sidera cæli, sedēbo super montes excelsos, & ero similis Altissimo. Item in Salomone: Nē dixeris, peccati, & quid accidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditor: Si auditum cordis tui scripturis nō vis accommodare diuinis, quæ filium doceant altissimum nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare. Vt eum agnoscat filium, a patre (vt vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in euāgelio posuit testimonium: Pater, qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia, quæ placita sunt ei, facio semper. Vnde pro surrēptione mandamus, vt omnis cura atque sollicitudo inuigilet, nē fides temeretur, & violetur. Jam nullus est ignorantis locus, nullus vtatur simplicitatis excusatione præterita, scienti peccare, necessaria est confusio: & quod ore contraxit, scientia reformetur. Ista frater tene, & hæc doce. Vtinam ad plenioris affectus, satietatem præsentia tuę nobis gaudia contigissent, vt gratularemur nos & colloquio & præsentia tui frui, quam sumus antē scripto complexi. Veruntamen probasti dilectissime frater, quo Christianā fidem veneraris affectu, dum ea, quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, sine aliqua cupis transgressione seruare: & spreta erratica & noxia doctrina, catholica & apostolica tenere præcepta, & recte fidei regulas docere atque seruare. Hæc, frater charissime, & alia, quæ patrum regulis continent, in labijs & cordibus nostris indiuisa retractatione meditemur, & sicut scriptū est, narrem⁹ ea filijs nostris, vt ea meditentur in cordib⁹ suis, sedētes in domo, ambulantes in itinere, dormiētes atq; surgētes: quia beatus in Dño, q. in lege ei⁹ meditabit⁹ die ac nocte. Hæc etiam magister gentiū sequutus, discipulū suū instruens, admonet: Hęc meditare, in his esto, subijciens plenitudinē. Attēde tibi ac doctrine: quoniā si fidelib⁹ sine intermissione incubimus institutis, separamur à vitijs, dū impensa cura diuino operi, humano locū non relinqt errori. Quōd si ea, q̄ p̄dicta sunt, validis teneant fixa radicibus: nec à paterna traditione recedūt, & cōstanter quęstionibus obuia, ac prauorū intentio cassat, bonorūq; fides & cōstantia roborat. Data octauo Idus Septēbris, Diocletiano sexto & Constantio secundō viris clarissimis consulibus.

Eccle. 24. a

* 91

Esai. 14. d

Eccle. 5. a

Esai. 14. d

Ioan. 8. d

Psal. 77.

Psal. 1.

1. Timo. 4. d

lij, & replebatur multitudine malitiarum, & cepit cum eo habere altercationem de thurificatione dijs, dicens ad Marcellinum Episcopum vrbis Romae: Si Christus vester, quem dicitis natum de virgine Maria, quod apud semetipsum prima luce missi Magi ab Herode, obtulerunt ei munera: quae, aurum, thus, & myrrha, vt sciret sacerdotes per quod placeretur hunc quem dicitis resurrexisse, & super thronum. Dicit ei Marcellinus Episcopus: Non obtulerunt ei, vt sacrificarent vanitati, sed ideo, vt Deum & Dominum altissimum quem negabant, ostenderet. Vrbanus ad eadem respondit, dicens: Per vnam nominae simul adstemus ante Dominum Imp. inuictissimos Diocletianum & Maximianum, & dabo tibi questionem de thurificatione. Venientes autem die quo dicant Vulcanibus, dicit ei Vrbanus: Faciamus hic & inde duas chartulas, quasi in incrementa petitionum, & afferamus clementissimis principibus. Fecerunt ambo simul, sicut dixerant, Marcellinus & Vrbanus. & venientes ad sacratissimos principes, offerrebant eis. Marcellinus itaque vrbis Romae Episcopus, fidem seruans, Christum predicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles vniuerso mundo, quoniam vana est superstitio thurificandi? Dicit autem Vrbanus: Loquemur nos contra pontifices clementissimi atque inuictissimi principes, quoniam am deum fouem, atque inuictum Herculem corporei fabricatur, & Iouem, quem dicimus caelum, terram, mareque, cum Saturno mensurante. Quare ergo hoc Marcellinus pontifex, sicut & ego, non thurificat maiestatis? Dicit itaque Diocletianus: Non execrare hominem hunc, quoniam nostra clementia non difficultate exhibet inflamari, sed eius consilium accipiamus vtrunque, quoniam non probamus postferentem esse obscurum, nec eum contra deos immortales dare sententiam. Romanus ita-

erat pontifex Capitolij, & repletus multitudine malitiarum, cepit cum eo habere altercationem de thurificatione dijs, & dixit ad Marcellinum vrbis Romae Episcopum: Si Christus vester, quem dicitis natum de virgine Maria, Deus est, quare ad ipsum praevia luce missi Magi ab Herode, obtulerunt ei munera? quae? Aurum, thus, & myrrham. Quare hoc, nisi vt sciret sacerdotes, per quid placarent hunc, quem dicitis resurrexisse & viuere, & sedere super thronum? Dicit ei Marcellinus Episcopus: Non obtulerunt ei, vt sacrificaret vanitati, sed ideo, vt Deum ac Dominum altissimum, eum quem postea negabat Iudaei, ostenderent. Vrbanus ad eadem respondit, dicens: Vna nominae stemus ante Dominos imperatores inuictissimos Diocletianum & Maximianum, atque clementissimos principes, & dabo tibi questionem de thurificatione. Venientes autem eis die, quae dicit Vulcanibus, dicit ei Vrbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quasi instrumenta petitionum, & offeramus clementissimis principibus. Fecerunt ambo similiter, sicut dixerat, Marcellinus & Vrbanus. Et venientes ad sacratissimos principes, offerrebant eis. Marcellinus itaque vrbis Romae Episcopus, fidem seruans, Christum predicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles vniuerso mundo, quoniam vana est superstitio thurificandi? Dicit autem Vrbanus: Loquemur nos contra pontifices clementissimi atque inuictissimi principes, qui deum Iouem, & inuictum Herculem corporeos fabricantur, & Iouem quoque, quem dicimus caelum, terram, mareque, simul cum Saturno mensurantem? Quare ergo hic Marcellinus pontifex non thurificat, sicut & ego, maiestatis? Dicit itaque Diocletianus, Non execrate hominem hunc, quoniam nobis nullam difficultate exhibet, qua offendamur, sed eius consilium accipiamus, quoniam intel-

cepit eo habere altercationem de thurificatione dijs, & dicens ad Marcellinum Episcopum vrbis Romae: Si Christus vester, quem dicitis natum de virgine Maria, quod apud semetipsum prima luce, nisi magi ab Herode obtulerunt ei munera, quae? aurum, thus, & myrrham, ita vt sciret sacerdotes, per quid placeret hunc, quem dicitis resurrexisse & viuere super. Dicit ei Marcellinus: Non obtulerunt ei, vt sacrificaret vanitati, sed ideo, vt Deum & Dominum eum, quem negabant, ostenderet. Vrbanus ad eadem respondit, dicens: Vna nominae stemus ante Dominos Imperatores inuictissimos Diocletianum & Maximianum, atque clementissimos principes, & dabo tibi questionem de thurificatione. Venientes autem quae dicit Vulcanibus, dicit ei Vrbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quasi incrementa petitionum, & afferamus clementissimis principibus. Fecerunt ambo simul, sicut dixerat Vrbanus, & venientes ad sacratissimos principes, offerrebant eis. Marcellinus itaque vrbis Episcopus, fidem seruans, Christum predicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis terribiles vniuerso mundo, quoniam vana est superstitio thurificandi? Dicit autem Vrbanus: Loquemur nos contra pontifices clementissimi atque inuictissimi principes, qui deum Iouem atque inuictum Herculem corporeum fabricatur, & Iouem quem dicimus caelo, terram, mareque cum Saturno mensurante. Quare ergo hic Marcellinus pontifex non thurificat, sicut & ego maiestatis? Dicit itaque Diocletianus: Non execrare hominem hunc, quoniam nostrae clementiae non difficultate exhibet inflammare, sed eius consilium accipiamus vtrunque, quoniam non probamus nostrae serenitati esse obscurum, nec contra deos immortales dare sententiam. Romanus itaque & Alexander

itaque & Alexander secreto direxerunt Diocletiano: Si hunc domine atque inuictissime principis consilio teneris blandimenti, omnem vrbanam plebem habebis vnitatem conseruare, & gentes per sacrificia fidelissima obiurgare.

intellexim eum non esse aduersum nobis, nec contra deos immortales dare sententiam. Romanus itaque & Alexander dixerunt secreto Diocletiano: Si hunc domine atque inuictissime principis, consilio teneris & blandimentis, habebis omnem vrbanam plebem vnitatem conseruare, & gentes propter sacrificia fidelissima obiurgare.

der dixerunt Diocletiano: Si hunc domine atque inuictissime principis consilio teneris, blandimentis omnem vrbanam plebem munitam conseruare, & gentes per sacrificia fidelissima obiurgare.

DE DIOCLETIANO, ET DE THURIFICATIONE Marcellini Episcopi vrbis Romae.

Dicit autem Diocletianus ad Marcellinum Episcopum vrbis Romae: Video prudentiam tuam, quoniam magna est. Vt nostra sit amicitia, quae dijs & vniuerso mundo sit inimicitia. Veni itaque, & loquentiam tuam, nostrum incrementum facias fauori. Veniens autem ad templum Vestae & Isis, & introduxit Episcopum. Qui dum introissent,

Euntes autem multi Christiani per veritatis exemplum, abierunt & viderunt eum mittentem & thurificantem, & factum amicum principum, qui abierunt ab eo, vt testimonium veritati exhiberet. Isti sunt,

Bonofus, Maximus, Carpilio, Cyprianus, Olympius, Priscus, Hercules, Androphemus, Victor, Benenatus, Epiphanius, Crispinus, Theodolus, Alexander, Romanus, Baiulus, Quiriacus, alias Quiricus, Theodolus, Caritofus, Omitasio, alias Octavianus, Honoratus, Crescentio, Maximus, Probinus, Vrbicus, alias Vrbinus, Concordius, Neapolus, Refrigerius, Sebastianus, Calphurinus, Iulianus, Epiphorus, Haberdeu, Crispianus, alias Crispinianus, Cresces, Rapula, alias Rabula, Cyprianus, Abentius, alias Habentius, alias Iubentius, Exquiro, alias Exper, Venerius, Oyfitus, alias Orphitus, Carpulianus, alias Carpinianus, Constantius, Vrbus, alias Vrbinus, Valentinianus, alias Valentinus, Priscus, Seuerus, Probus, Faustus, Antonius, Quirillus, Homobonus, Abulus, alias Aibulus, Pulsanus, alias Pulsatius, Caritto, alias Carotto, Crispianus, alias Crispinianus, Herculentius, alias Herculanus, Petrus, Nonnosus, Telpias, Marinus, Fabius, Honestulus, alias Honestatus, Furinus, alias Firminus, Domitianus, alias Dominicus, alias Domninus, Hymulus, alias Hynnulus, Capillatus, alias Catellus, Lugundinus, alias Iucundus, Venerofus, alias Benerofus, Aurelianus, Impeditus, Agapitus, Concordius, Bonifacius, Cyprus, alias Cyprius, Maior, alias Maioranus, Reparatus, Auxentius, Corporanus, alias Corporalis, Bonus homo, Salustius, Origanus, Abundius, Tinius, alias Terula, Nepotianus.

Hi

Hi omnes electi sunt viri libra occidua, qui testimoniū perhibent, vidētes eum Marcellinum thurificasse.

Hi omnes electi sunt viri libra occidua, qui testimoniū perhibent, se vidisse, eundem Marcellinum thurificasse.

Hi omnes electi sunt viri libra occidua, qui testimoniū perhibent, vidētes eum Marcellinum thurificasse.

DE SYNODO, ET DE NEGATIONE MARCELLINI

Episcopi, quod non thurificasset.

FActa est itaque synodus, non tamen collecti sunt in integro sacerdotes, quia curricularum vrgebatur persecutionis. Veniens autem Episcopus Marcellinus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit, quia dimiserunt eum qui cum eo esse videbantur, in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus autem vniuersa hoc dixit cunctorum iudicio: Tu enim eris iudex. Ex te enim damnaberis, & ex te iustificaberis, tua presentia. Illuc vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te damnaberis, ex te iustificaberis. Tu enim iudex, tu reus. Presbyteri autem vel Diaconi, quoniam pontificem qui eos creauit in ordinem presbyterij vel diaconatus honorē, & dimiserunt arcam, & euacuauerunt horreum, eos ad probandum admissio ordine intrent examen, quoniam euacuauerunt horreum. Debit enim pontifex mori cum quinque, quam viuat suo iudicio condemnatus. Introiuit autem vniuersa synodus in crypta clero Patriēse in ciuitate Sefsuana: & quia nō multitudo referebatur in crypta synodi, quinquageni introibant.

DE DAMNATIONE VRBANI ET CASTORII, ET DE TESTIMONIO EPISCOPORUM ADVERSUS MARCELLINUM VRBIS ROMÆ EPISCOPUM.

PRima autē die synodi introierunt hi damnantes Vrbanus, Castorius & Iuuenalem presbyteros, & diacones Gaium & Innocentium. Hi sunt qui introierunt Episcopi audientes, non tamē iudicantes pontificem:

Petrus, Castorius, Habet Deum, Castinus, Victor, Felicianus, Parterius, Maiorinus, alias Maioranus, Auxentius, alias Amplexus, Iacintus, alias Iacynctus, alias Hyacinthus, Sabinus, alias Sabinus, Felix, Paulus, Constantius, alias Constantinus, Catelus, alias Catellus, Anastasius, alias Athanasius, Castalius, Spes in Deo, Castinus, Tranquillinus, Victor, Anastasius, Laurentius, Betiferuantius, Bonosus, Iohannes, Firminus, Epiphanius, Herculianus, Castus, Orfytus, alias Oyfytus, Cyprus, Gaudiofus, Reparatus, Fortunatus, Quadratianus, Cyprianus, Seba-

FActa est itaque synodus, non tamē collecti sunt in integro sacerdotes, quia curricularum vrgebatur persecutionis. Veniens autem Episcopus Marcellinus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit, quia dimiserunt eum, qui cum eo esse videbantur in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus autem vniuersa hoc dixit cūctorum iudicio: Tu eris iudex: ex te enim damnaberis, & ex te iustificaberis, tamē in nostra presentia. Illuc vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te tunc damnaberis, & ex te iustificaberis. Tu enim iudex, tu reus, (alias, tui eris.) Presbyteri autem & diacones (quoniam quos creauit in ordinem presbyterij vel diaconatus honorē, & dimiserunt arcam, & euacuauerunt horreum) ad probandum eos, amisso ordine, intrēt examē, quoniam euacuauerunt horreū. Debit enim pontifex potius mori cum quinque, quam vt viueret, suo iudicio condēnatus. Introiuit autem vniuersa synodus in cryptā Cleopatrésem in ciuitate Sinuesana. Et quia tota multitudo nō recipiebatur in crypta synodi, quinquageni introibant.

FActa est itaque synodus, non tamen collecti sunt in integro sacerdotes, quia curricularum vrgebatur persecutionis. Veniens autem Episcopus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hoc sententiam proposuit, quia dimiserunt eum qui cum eo esse videbantur, in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Castorius, & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus vniuersa hoc dixerunt cuncto iudicio: Tu enim eris iudex. Ex te enim damnaberis, & ex te iustificaberis, tamē in nostra presentia: illud vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te enim damnaberis, & ex te iustificaberis. Tu enim iudex tui eris. Presbyteri autem & diaconi, quoniam potificem quos creauit in ordinem presbyterij vel diaconatus honorē, & dimiserunt arcam, & euacuauerunt horreum, ad probandum amisso ordine intrent examen, quoniam euacuauerunt horreū. Debit enim pontifex mori cum quinque, quam viuat suo iudicio condemnatus. Introiuit autem vniuersa synodus in cryptam Cleopatriensem in ciuitate Sinuesana. Et quia non multitudo referebatur in Crypta synodi, quinquageni introibant.

Sebastianus, Paschasius, Innocens, Valerius, Seruulus, Cerasianus, Quintilianus, Montanus, Polycarpus, Hermias, Nepotianus, Petrus, Ariftonicius, alias Aristo.

Hi introeutes in cryptam propter metum Augustorū, vno ore quasi trecenti vno die eius concilio iudicantes damnauerunt Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros, & diacones Gaium & Innocentium, qui euacuauerunt horreum, & dimiserunt arcam apertam, vt introiret immundus, & comederet triticum. Ipsos enim (alias etiam) damnauerunt, & iudicabant, non tamē iudicabant pontificem, quia hoc ex vno ore erant corroborati, vt inter hanc septuaginta duo testimonio, ipse iudex, ipse reus, ipse semetipsum presentia eorum se innocentem referuaret, & infidelem se damnaret. Quoniam in septua dua accidia reparationem resurgit annus. Hanc itaque gesta miraculum, vt introiret vnus de testimonio talis, vnus vxoris filios habens, sicut & hic: Qui habet vxorem & filios, adulterabit super vxorem, & dedit vxori repudium. Et introierunt alij decem, & alij tres, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificantem Herculi, Ioui, & Patufino. Dicit autem Marcellinus: Quo die? Respondit vnus eorum, & dixit: Qua die excidisti purpuram, & induisti coctum, & gaudebat super te Diocletianus, quod satis paulo ante negabas, & ante eius tribunal thurificabas. Athanasius Episcopus dixit: Ita sunt quæ testantur isti? Et respondit Petrus Episcopus, & dixit: Loquere ex pontifex, & iudica causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta episcopi, qui supra dicti sunt, in quatuordecim verō ex vno ore loquebantur, de septuaginta duo, & firmabant iudicium.

DE TRIGINTATRIBVS PRESBYTERIS VRBIS ROMÆ, qui celebrabant synodum seruandam.

ALia autem die venerūt trigintatres presbyteri vrbis Romæ, & in eorum iudicio

Hi introeutes in cryptā propter metum Augustorū, vno ore quasi trecenti, vno die in concilio iudicantes, damnauerunt Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros, & diacones Gaium & Innocentium, qui (alias, quia) euacuauerunt horreū, & dimiserunt arcam apertā, vt introiret immundus, & comederet triticum. Presbyteros & diacones damnāt, qui Marcellinū papā dimiserunt, ipsos etiam iudicabant, non tamen iudicabant pontificē, quia sic ex vno ore erant corroborati, (alias, corroborati) vt intra horū septuaginta duo testimonio ipse iudex, ipse reus, ipse semetipsum in presentia eorum se innocentem seruaret, aut infidelem se damnaret: quoniam in septuaginta duorum libra occidua in (alias, per) reparationem resurgit annus. Hoc quoque factum est noui, vt introiret vnus de testibus, qui ex ea, ipse tū illi spretæ adulteram superinduxit, & dedit vxori repudium. Et introierunt alij decē, & alij quatuor, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificatē Herculi, Ioui & Saturno. Dicit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit vnus eorum, & dixit: Quo die exuisti purpurā, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus, & quos paulo ante negabas, & ante eius tribunal eis thurificabas. Athanasius Episcopus dixit: Ita vera sunt, quæ testantur isti? Et respondit Petrus Episcopus, & dixit: Loquere potifex, & iudica causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta episcopi, qui supra dicti sunt, cum quatuordecim viris, qui ex vno ore loquebantur cum septuaginta duobus, & firmabāt iudiciū.

Hi introeutes in cryptā propter metum Augustorū, vno ore quasi ccc. vno die eius concilio iudicantes, & damnauerunt Vrbanum, Castorium, & Iuuenalē presbyteros, & diacones Gaium & Innocentium, quia euacuauerunt horreum, & dimiserunt arcam apertā, & introiret immundus, & comederet triticum. Presbyteros & diacones damnāt, qui Marcellinum papam dimiserunt, ipsos etiam damnauerunt & iudicabant, non tamē iudicabant pontificem, quia hoc ex vno ore erant corroborati, vt intra hos septuaginta duo testimonio ipse iudex, ipse reus, ipse semetipsum in presentia eorum innocentem se seruaret, aut infidelem se damnaret, quoniam in septuaginta duorum libra occidua in reparationē surgit annus. Hoc itaque gestum miraculum, & introiret vnus de testimonij talis, vnus vxoris filios habens, sicut & hic qui habet vxorem & filios, adulterauit super vxorem, & dedit vxori repudiū. Et introierunt alij decem, & alij tres, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificatē Herculi, Ioui & Patufino. Dicit autem Marcellinus: Quo die? Respondit vnus eorum, & dixit: Quo die excidisti purpuram, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus, & quod satis paulo ante negabas, & ante eius tribunal thurificabas. Athanasius episcopus dixit: Ita sunt quæ testantur isti? Et respondit Petrus episcopus, dicēs: Loquere pontifex, & iudica causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta Episcopi, qui supra dicti sunt in quatuordecim viris, qui ex vno ore loquebantur de septuaginta duobus, & firmabant iudicium.

ALia autem die venerūt trigintatres presbyteri vrbis Romæ, & in eorum iudicio

dicio Vrbani, Castorij & Iuuenalis presbyterorū, & Gaggi & Innocentij diaconorum damnationem integram perspexerūt, ipsi de suo ordine, suo iudicio iustitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine negēt se esse, horumq; socios Ecclesiae. Venientes autē per secundum diem post damnationem presbyterorū Vrbani, Castorij & Iuuenalis, & Gaggi & Innocentij diaconi, venerūt alij quinquaginta Episcopi, & introierunt in cryptam, vt tertia pars synodi completeretur. Et dum ingressi fuissent in cryptā, propter tempestatem temporis introiuit & Marcellinus vrbis Romae Episcopus, cum adhuc itaq; nomē teneret Episcopatus. Nondum enim fuerat damnatus, nisi numerus secundum ordinem synodi libra probaret exemplum. Introiuit autem

Castinus, Carpunianus, alias Carpulianus, Domitianus, alias Domninus, alias Dominicus, Deus dedit, alias Dominus dedit, Domninus, alias Domninus, Crescentius, alias Crescētio, Asterius, Crispus, Maior, alias Maiorinus, alias Maioranus, Quirillus, alias Quirinus, Quiricus, alias Quiriacus, Anastasius, Valentinus, alias Valentinianus, Vltius, alias Vitus, Vrsus, alias Vrsinus, Anthimus, Ambrosius, Agatho, Bonus, Alexander, Venerosus, Felix, Iohānes, Honestatus, alias Honestus, Marcus, Vrbani, Crescentius, Salustius, Firminus, Spectator, Sebastianus, Trifator, Serius, Marcus, Montanus, Andreas, Philippus, Placētianus, alias Priscilianus, alias Prifalianus, aliās Pulfanus, Magnus, Exuperantius, Adrianus, Petrus, Gorgonius, Simplex, Victor, Veneriosus, Honestatus, Benenatus, Petrus. Introibāt autem in cryptā.

DE RESPONSIONE ATHANASII (alias ANASTASII) & Anthimi Episcoporum.

Respōdit Athanasius & Anthimus Episcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica causam, non nostro solue conditionem. Respondens autem Sebastianus episcopus, dixit: Noli in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, & introduc testes, vt testificentur veritatem. Quoniam ex te iustificaberis, & ore tuo cōdemnaberis: quoniam rectē anticipantes nostri & coepiscopi damnauerunt, sicut & nostro ore petimus, vno consorti iudicio damnari Vrbani, Castorij & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diaconos: quia heri speluncam fregerunt, & tepefactum hi demiserunt. amisso ordine intret examen, quoniam oēs regulā, dicit Petrus Episcopus,

iudicio Vrbani, Castorij & Iuuenalis presbyterorum, & Gaggi & Innocentij diaconorum damnationē integrā perspexerunt, ac ipsi de suo ordine, suo iudicio iustitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine negēt se esse horum, qui sunt socij Ecclesiae. Conuenientibus autē eis secundo die post damnationem presbyterorū Vrbani, Castorij & Iuuenalis, Gaggi & Innocentij diaconorum, venerūt alij quinquaginta Episcopi, & introierunt in cryptā, vt tertia pars synodi completeretur. Et dum ingressi fuissent in cryptā propter tempestatem temporis, introiuit & Marcellinus vrbis Romae Episcopus, tum adhuc nomē tenens Episcopatus. nōdum enim fuerat damnatus, (alias damnandus) nisi numerus secundum ordinem synodi libra probaret exemplum. Introiuit autem

Responderūt Anastasius & Anthimus Episcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica causam tuā, & non nostro iudicio solue conditionē. Respondēs autē Sebastianus episcopus, dixit: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuā, & introduc testes, vt testificentur veritatem, quoniam ex te iustificaberis, aut ex ore tuo cōdemnaberis, quoniam rectē præsripti patres nostri, & coepiscopi dānauerunt, sicut & nostro ore petimus & vno consorti iudicio dānari Vrbani, Castorij, & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diaconos. Vndē quia isti ex spelunca fugerunt, & tepefactum Marcellinū Episcopum hi dimiserunt, amisso ordine intrēt examē, quia oēs regulā

dicio Vrbani, Castorij & Iuuenalis presbyterorum, & Gaggi & Innocentij diaconorum damnationem integram perspexerunt, ipsi de suo ordine, suo iudicio iustitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine negent se esse horum, quae socij Ecclesiae. Venientes autem post secundum diem post damnationem presbyterorum Vrbani, Castorij & Iuuenalis, Gaggi & Innocentij diaconorum, venerunt alij quinquaginta Episcopi, & introierunt in cryptam, vt tertia pars synodi completeretur. Et dum ingressi fuissent in cryptam propter tempestatem temporis, introiuit & Marcellinus Episcopus, cum adhuc nomen tenens episcopatus. Nondum enim fuerat damnatus, nisi numerus secundum ordinem synodi libra probaret exemplum. Introiuit autem

Responderunt Anastasius & Anthimus Episcopi, & dixerunt: Tuo ore iudica causam, non nostro iudicio solue conditionem. Respondens autem Sebastianus Episcopus, dixit: Noli in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, & introduc testes, vt testificentur veritatem: quoniam ex te iustificaberis, & ex ore tuo cōdemnaberis, quoniam rectē anticipantes patres nostri & coepiscopi damnauerunt, sicut & nostro ore petimus vno consorti iudicio damnari Vrbani, Castorij & Iuuenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diaconos, quia heri ex spelunca fugerunt, & tepefactum hi dimiserunt, amisso ordine intrent examen, quia omnes regulā dicit

pus, dum tultē fuerint de fornace iam coctae, iterum coquantur. Sol & pluuia in eodem probantur, vt sint super habitacula hominum. Mora autem non faciente, vt in damnatione eorum interdictorum subscriberent hi quinquaginta Episcopi, vt amisso ordine, introirent in synodum.

regulā (dicit Petrus Episcopus) dum culta (alias, formata, in fornace fuerint coctae, iterum, coquantur sole & pluuia, & ibi probantur, vt sint super habitaculis hominū. Moram ergo non faciētes (vt damnationi eorū iam antedictorum subscriberēt hi quinquaginta episcopi) omisso ordine, introierunt in synodum.

dicat Petrus Episcopus, dum tultae fuerat, fornace iam coctae, iterum coquantur sole & pluuia, & in eo probantur, vt sint super habitaculis hominum. moram autem non facientes, vt damnationem eorum interdictorum subscriberent hi quinquaginta episcopi, amisso ordine introirent in synodum.

DE TESTIMONIO ADVERSUS MARCELLINUM

Episcopum, quod vidissent eum thurificantem.

Ecce introierūt testes 14. qui dicebant se Marcellinum vidisse thurificantem. Respondit vnus Episcopus, nomine Salustius, dicens: Dicite coram veritate. Respondit Petrus & dixit ad Marcellinum episcopum: Iam audi ex pontifex, & iudica causam tuam, quoniam ex ore tuo cōdemnaberis, & ex ore tuo iustificaberis, quoniam omnia membra sana esse non possunt, sic apud me statuit. Respondit Marcellinus Episcopus, & dixit voce clara: Non dijs sacrificauī, sed tantū grana leuatis manib' super prunas combussi. Leuauerunt se omnes quinquaginta Episcopi, dicentes ad quatuordecim testimonia: Quid vidistis hunc facientem? qui ex ore suo testati sunt, quasi vno ore loquentes? Et subscriperunt omnes 55. quinquaginta & quinque testimonia etiam quatuordecim virorum autem viginti & septem cōplerentur, cum anticipantes. Vnus autem de Episcopis, nomine Quirinus, dixit: Infudisti cor tuum pontifex malitia, quod & octo annis sic caueras castitate. Praesul vulnerasti vniuersa membra tua, propterea ego non recedam de omni introitu synodi omni purpureo corde tuo.

Alia autem die constituerūt hi ducenti Episcopi, quasi & ipsi introierunt quinquaginta in synodum, & facta colloquutione in vno, cum os anticipantes centum federunt in eadem ciuitate omnes ex vno examine trecenti & alligauerunt, & dānauerunt hos

Vr-

Et ecce introierūt & 14. testes, qui dicebāt, se vidisse Marcellinum thurificantem. Respondit vnus Episcopus, nomine Salustius, dicens: Dicite coram veritate. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum episcopum: Iam audi pontifex, & iudica causam tuam, quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo cōdemnaberis, quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput mœstauit. Respondit Marcellinus Episcopus, & dixit clara voce: Non dijs sacrificauī, sed tantum grana leuatis (alias, leuata) manibus super prunas cōbussi. Leuauerunt se oēs quinquaginta praescripti episcopi, dicentes ad 14. testificantes: Quid vidistis hunc facientem? qui ex ore suo testati sunt, quasi vno ore loquentes. Et subscriperunt oēs 55. testimonia 14. virorū. (alias, Et subscriperunt oēs 55. testimonia 14. virorū) ita vt 28. complerētur cum participatibus. Vnus autem de Episcopis, nomine Quirinus (alias, Quirillus) dixit: Infudisti cor tuū pontifex malitia, quod decē & octo annis siccaueras (alias sanctificaueras, alias, annis siccaueras manifestare) castitate, praesul vulnerasti vniuersa membra tua. Propterea ego nō recedā de omni cœtu synodi, donec purpureū cor tuū manifestet.

Altera autē die hi ducenti Episcopi constituerunt, quasi & ipsi introierunt quinquaginta in synodum, & facta colloquutione in vno cum his anticipantibus, centum federunt in eadem ciuitate omnes ex vno examine ccc. & alligauerunt & dānauerunt hos, Vrbani

num

Ecce introierūt & 14. testes, qui dicebāt se Marcellinum vidisse thurificantem. Respondit vnus Episcopus, nomine Salustius: Dicite coram veritate. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum episcopum: Iam audi pontifex & iudica causam tuam, quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo cōdemnaberis, quoniam omnia membra sana esse non possunt, si caput mœstauit. Respondit Marcellinus Episcopus, & dixit clara voce: Non dijs sacrificauī, sed tantum grana leuatis manibus super pruna combussi. Leuauerunt se omnes quinquaginta praescripti episcopi, dicentes ad quatuordecim testimonia: Quid vidistis hunc facientem? quod ex ore tuo testantur, quasi vno ore dicentes? & subscriperunt omnes quinquaginta quinque testimonia quatuordecim virorum, ita vt viginti octo complerentur cum anticipantibus. Vnus autem de Episcopis, nomine Quirinus, dixit: Infudisti cor tuum pontifex malitia, quam decem & octo annis sic caueras castitate, praesul vulnerasti membra tua. Propterea ego non recedam de omni introitu synodi, omne purpureum cor tuum.

Altera die autem constituerunt hi ducenti Episcopi, vt quasi & ipsi introierunt quinquaginta in synodum, & facta colloquutione in vno cum his anticipantibus, centum federunt in eadem ciuitate omnes ex vno examen ccc. & alligauerunt & clamauerunt hos, Vrbani

bb Vrba-

Vrbanum & Castorium & Iuuenalem presbyteros, Gaiū & Innocentium diacones. Respondit Sebastianus Episcopus: Hoc tribunal nostro sermone, nostro cyrographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia & veritate, & præclara dispositione auditionis exhibemus legamen. non enim nostro ore iustificaberis, aut nostro ore condemnaberis, quoniam sue tunicam tuam in te, quam paulo non induebas sutam, modo excissam sue ex corde tuo, & ex manibus tuis inuoluere in peccato tuo, Marcelline expontifex Romæ. Respondit Vrbanus Episcopus ad Sebastianum Episcopum, & dixit: Introducuntur testes viri viriliter numero quadraginta & quatuor, vt libra occidua compleatur à multis, quod à multis fabricatum est. Et introierunt testes:

Tranquillinus, Priscus, Bonus, Seruulus, Cyprianus, Petrus, Quadratianus, Aristo, alias Aristonicus, Tefpius, Quadrus, Epiphorus, Maximus, Gordianus, Gaudiosus, Saturninus, Vrbanus, Priscus, Reparatus, Exper, alias Exquiro, Iacintus, alias Hyacinthus, Nicorus, alias Noricus, Probianus, alias Probatianus, Probus, alias Probinus, Terula, alias Tinulus, Vrsus, alias Vrsinus, Venerosus, Romanus, Exuperius, Crispianus, Barbarus, Leforianus, Ba cauda, Ambrosius, Iubentius, alias Iuuentius, alias Habentius, Proculus, Octavianus, Valerius, Romanus, Mellicianus, Petrus, Claudius, Vrbanianus, Iohannes.

Singulis autem astantibus in gremio trecentorum Episcoporum, & triginta episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & octo viginti supradictorum testium, vt libra cõpleretur, quoniam duodecim vnciæ in libra, pbabitur sensus, & in 22. comparatus damnabunt præful respondit. Quiriacus Episcopus dixit ad Marcellinū: Nunc cognosces vniuersum velamē cordis tui. Iudica em causam, & lacera macerationem tuam. Non ex nobis iudicaberis. Tuo enim pontificio cõdemnaberis, & nostro testimonio explicaberis, quoniam nos in damnationem nihil opponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus hos, q̄ eua cuauerūt templū, & dimiserūt fabrica manu desuper constructā, vt introissent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos, & ex his qui ex veteri

num, Castorium, & Iuuenalem presbyteros, Gaiū & Innocentium diacones. Respondit Sebastianus Episcopus: Huic tribunali nostro sermone, nostro chirographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia, & veritate fixa & præclara dispositione auditionis exhibemus ligamen. Non enim nostro ore iustificaberis, aut nostro ore condemnaberis. Quapropter consue tunicam tuam, & quam paulo ante induebas sutam, modo cõscissam cõsue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis inuoluere in peccato tuo Marcelline pontifex Romæ. Respondit Vrbanus Episcopus ad Sebastianum Episcopum, & dixit: Introducuntur testes viri viriliter numero quadraginta & quatuor, vt libra occidua cõpleatur à multis, quod (alias, quoniam) à multis fabricatum est. Et introierunt testes:

Singulis autem adstantibus in gremio trecentorum episcoporum & triginta presbyterorum Romanorum, & vigintio octo testium supradictorum, vt libra cõpleretur: quoniam xij. vnciæ in libra probabitur census, & in 72. cõparentibus dānabitur præful. Respondit Quiriacus episcopus, & dixit ad Marcellinū: Nunc cognosces (alias, Nunc cognosces) vniuersum velamē cordis tui. Iudica ipse causam tuā, & disiectā à te maceriem tuā ipse scrutare. Non em nostro, sed tuo ipsius iudicio condemnaberis, nostro aut testimonio excusaberis. Nihil time, quoniam nos in tui dānationem nihil opponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus eos, q̄ euacuauerūt templū, & dimiserūt fabricā manu desuper constructā, vt introirēt lupi, & facerent speluncas, & cõderent agnos immaculatos, & eos, q̄ ex veteri adno-

Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros, Gaiū & Innocentium diacones. Respondit Sebastianus Episcopus: Hoc tribunal nostro sermone, nostro cyrographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia, & veritate fixa & præclara dispositione auditionis exhibeamus ligamen. Non enim nostro ore iudicaberis, iustificaberis, aut nostro ore condemnaberis, quoniam sue tunicam tuam in te, quam paulo non induebas sutam, modo excissam siue ex toto corde tuo & ex manibus tuis inuoluere in peccato tuo Marcelline pontifex Romæ. Respondit Vrbanus episcopus ad Sebastianū episcopum, & dixit: Introducuntur testes viri viriliter numero quadraginta & quatuor, vt libra occidua compleatur multis, quoniam à multis fabricatum est. Et introierunt testes:

Singulis autem astantibus in gremio trecentorum episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum & 28. supradicti testes vt libra completeretur, quoniam 12. vnciæ in libra probabitur sensus, & in 70. & duobus comparatus damnabitur præful. Respondit Quiriacus Episcopus, & dixit ad Marcellinum: Non cognosces vniuersum velamē cordis tui? Iudica enim causam tuā & lacera, macera macerationem tuam. nō ex nobis iudicaberis, tuo em pontificio condemnaberis, & nostro testimonio explicaberis metas, quoniam nos in damnationem nihil opponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus hos, qui euacuauerūt templum, & dimiserunt fabricā manu desuper constructam, vt introirent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos, & eos qui ex veteri ad nouum

veteri ad nouum venerant, inueterarent. Te enim non condemnamus præful, quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinus autē in cõspectu synodi cecidit in terram. Ibi ergo iacentem, & moram eum facientē, dānauerunt super Vrbanum, Castoriū, & Iuuenalem presbyteros. Hi autem

nouum venerāt, inueterarēt. Te em nō cõdemnamus præful, quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinus autē in cõspectu synodi cecidit in terram. Ibi ergo iacentem, & moram eum facientē, dānauerunt. Synodus autē & presbyteri triginta voce clara cyrographū firmauerūt super Vrbanum, Castorium, & Iuuenalem presbyteros. Hi,

nouum venerant, inueterarent. Te enim non condemnamus, quoniam ex ore synodi cecidit in terram. Ibi autem iacens, & ibi eo moram faciente, damnauerunt synodus & presbyteri triginta voce clara cyrographum firmū Vrbanum, Castorij, & Iuuenalis presbyterorum. Horum

Prisilianus, alias Pulfanus, alias Placentianus, alias Priscillianus, Herculanus, alias Herculanus, alias Herculentius, Homanus, alias Humanus, Valentinus, alias Valentinianus, Corporalis, alias Corporanus, Virus, alias Vltius, Audax, Capuanus, Collectitius, Cyprianus, Castinus, Castorius, Eusebius, Castorius, Homo bonus, Innocentius, Petrus, Quiriacus, Serenus, Ioānes, Nepotianus, Spes in Deo, Victor, Mattheus, Iulianus, Lucianus, Vincomalus, Et diacones isti, Hermes, Xystus, Petrus.

Subscriperunt autē in damnationem horum quinq; Vrbanum, Castorij, & Iuuenalis presbyterorum, & Gagi & Innocentij diaconorum:

Subscriperunt autē in damnationem horum quinq; Vrbanum, Castorij, & Iuuenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentij diaconorum.

DE CONFESSIOE MARCELLINI EPISCOPI, & condemnatione eius.

In sinu autem trecentorum Episcoporum caput cinere conuolutū, Marcellinus episcopus vrbs Romæ voce clara clamans, dicebat: Peccaui coram vobis, & non possum in ordine sacerdotum esse, quoniam avarus me corrupit auro. Subscriperunt autem in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem. Sacerdos nomine Helchiadis, subscripsit primus in eius damnationem, non tantum tempore, quod exigebat ordo, sed etiam & futuri temporis, quod etiam & ipse voce clara dicebat: Iuste ore tuo condemnatus es, & ore tuo anathematus, accipit maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim vnquam iudicauit pontificem, nec præful sacerdotem suum, quoniam prima sedes non iudicabitur à quoquam. Hoc audito Diocletianus dum esset in bello Perfarum, audiuit quod trecenti Episcopi & triginta presbyteri, & tres diacones in eius damnationem conuenirent, dum scripsissent omnes, ipse omnium primus manu sua propria Marcellinus con-

In sinu autem trecentorum Episcoporum, caput cinere conuolutū habens Marcellinus Episcopus vrbs Romæ, voce clara clamans dicebat: Peccaui corā vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum quoniam avarus me corrupit auro: Subscriperunt autem in eius dānationem, & damnauerūt eum extra ciuitatem. Sacerdos nomine Helchiadis, subscripsit primus in eius damnationē, non tantum tempore, quod exigebat ordo, sed etiam & futuri temporis, quod etiam & ipse voce clara dicebat: Iuste ore suo condemnatus est, & ore suo anathema suscepit Maranatha, quoniam ore suo cõdemnatus est. Nemo enim vnquam iudicauit pontificem, nec præful sacerdotem suum, quoniam prima sedes nō iudicabitur à quoquam. Hoc autem audito Diocletianus, cum esset in bello Perfarum, audiuit quod trecenti Episcopi, & triginta presbyteri, & tres diacones in eandem damnationem conuenirent, dum scripsissent omnes, ipse omnium primus manu sua propria Marcellinus con-

clufit in fua anathemate, anathemate fubfcriperunt, Iratus autem Diocletianus, in eandem ciuitatem mifit, & multos Epifcopos ad Martyrij coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, dum primo damnati fuiffent tres presbyteri & duo Diaconi damnati. Damnatus autem & Marcellinus epifcopus fuo iudicio, x. Kalendas Septembris, Diocletiano 8. & Maximiano 7.

Marcellinus manu fua cōcluferat in fuū anathema, anathemati fubfcribēs. Et iratus Diocletianus, in eandē ciuitatē mifit, & multos epifcopos ad martyrij coronā traxit. Factū est autē nihil aliud, nifi quod dum primo damnati fuiffent tres presbyteri & duo diacones, damnatus est & Marcellinus Epifcopus fuo iudicio, x. Kalendas Septembris, Diocletiano 8. & Maximiano 7. clariffimis confulibus.

thema, anathemati fubfcribens. Iratus autem Diocletianus, in eandem ciuitatem mifit, & multos epifcopos ad martyrij coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, dum primo damnati fuiffent tres presbyteri & duo diacones damnati, damnatus autem & Marcellinus Epifcopus fuo iudicio, x. Kalendas Septembris, Diocletiano viij. & Maximiano 7.

ANCYRANVM CONCILIVM, NON LONGE POST TEMPORA MARCELLINI PAPAE CELEBRATVM.

Ancyra, teste Plinio lib. 5. cap. vltimo, dicta est ab ancoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex fuppeticas Galatis feu Gallogræcis miferat, cuius meminit Ptolemæus lib. 5. cap. 4. Concilium Ancyranum celebratum in ciuitate Ancyra in prouincia Galatiæ, antiquius est Niceno. Hęc Synodus tamen provincialis est, & ea de caufa poftponitur Nicenæ, in 6. Synodo cap. 2. approbata est. Celebratum fuit hoc Concilium poft tempora Marcellini Papæ, circa annum Domini ferè 308. & aliqui ex Epifcopis, qui huic Synodo interfuere, conuenerunt etiã in Nicenam Synodum.

TITVLI CANONVM ANCYRANI CONCILII.

Horum quia duplex est verſio, & vtraque vetus, viſum est vtranque, vetuſtatis honorandæ gratia, hic ſubiungere, tamenſi ingratuſ labor iſte forſan haud ita gratus ſit futurus.

EDITIO PRIMA.

EDITIO SECUNDA.

- De presbyteris, qui immolauerunt tempore perſequutionis. 1
- De diaconis qui immolauerunt. 2
- De his, qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim pagani ritus aliquid pertulerunt. 3
- De his, qui diuerſis cauſis gentilitatis ritus aliquid peregerunt. 4
- De his, qui timore ritus gentilium peregerunt. 5
- De his, qui in locis idolorum manducauerunt. 6
- De his, qui frequenter idolis immolauerunt. 7
- De his, qui & alijs ſacrificandi cauſas attulerunt. 8
- De diaconis, qui tempore ordinationis de nuptijs atteſtati ſunt. 9
- De deſponſatis puellis, & ab alijs corruptis. 10
- De his, qui quum eſſent catechumeni, idolis immolauerunt. 11
- Quod nõ oporteat chorepifcopos ordinare clericum, niſi in agris & villis. 12
- De his, qui eſum carniū, in clero conſtituti, diffugiunt. 13
- De rebus eccleſiaſticis, eo tempore diſtractis, quo ipſe eccleſie viduantur epifcopis. 14
- De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur. 15

De

- De presbyteris lapſis in perſequutione. 1
- De diaconibus, qui immolauerunt. 2
- De clericis ſive laicis, quorū manus alij cum iniuria ſuper idolorū ſacrificia poſuerunt. 3
- De his, qui in templis idolorum cenauerunt. 4
- De his, qui timore ritus gentilium peregerunt. 5
- De his, qui in locis idolorum manducauerunt. 6
- De his, qui frequenter idolis immolauerunt. 7
- De his, qui coacti vi, idolis immolauerunt. 8
- De his, qui alijs ſacrificandi cauſam attulerunt. 9
- De diaconibus proteſtantibus, quum ordinantur, &c. 10
- De deſponſatis puellis, & ab alijs corruptis. 11
- De his, qui ante baptiſmum ſacrificauerunt idolis. 12
- De chorepifcopis, & eorum poteſtate & auctoritate. 13
- De presbyteris, à carnibus ſe abſtinentibus. 14
- Non debere presbyteros Eccleſiaſtica iura vedere, vel de rebus eccleſiaſticis, eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur epifcopis. 15

De

- De his, qui in pecudes vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut haftenus hoc vitio tabeſcunt. 16
- De his, qui ad Epifcopatum promoti ſunt, nec recepti. 17
- De his, qui virginitatem profeſſi ſunt, & quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur. 18
- De his, qui adulteras habet vxores, vel ſi ipſi adulteri commorentur. 19
- De his, quæ partus ſuos ex fornicatiõe diuerſis modis interimunt. 20
- De homicidijs. 21
- De his, qui ſpõte homicidiū cõmiſerunt. 22
- De his, qui diuinationes expetunt. 23
- De his, qui virginum corruptionibus conſentiunt. 24
- De his, qui irrationabiliter vixerint, aut qui cum pecudibus verſantur. 16
- De his, qui alios ad antedicta peccata induxerint. 17
- De Epifcopis, qui ordinati, non ſuſcipiuntur, vel qui ad Epifcopatū promoti ſunt, nec recepti. 18
- De his, qui virginitatem proſtitentur, & quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur. 19
- De adulteris & eorum penitentiã, ſiue vir ſit, an mulier. 20
- De mulieribus, quæ fornicatę partus ſuos necant. 21
- De his, qui volentes homicidiū fecerunt. 22
- De his, qui more gentilium viuunt. 23
- De eo, qui ſorore ſponſę ſuę vitiauit, vel virginum corruptionibus conſcij ſunt. 24

REGVLAE, SIVE CAPITVLA SINGVLORVM TITVLORVM, ſecundum diuerſa exemplaria & tranſlationes.

Iſte regulae tempore & ordine priores ſunt Nicenis, ſed ideo Nicenæ in aliquibus exemplaribus ante-poſite ſunt, propter auctoritatem eiufdem magni ſanctique Concilij, congregati apud Niceam, quo minus autem id hic fiat, tempus & ordo quem ſequimur, facit.

Editio prima.

Editio ſecunda.

Verſio noua Canonum Concilij Ancyranij, Gentiani Herueti.

Canon 1.

CAP. I.

CAP. I.

diſt. 50. Presbyteros q.

Presbyteros immolantes, & iterum luſtamentum adeuntes, ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis ſubiici, quo facinus pati videntur, inuiti: hos ergo, placuit, honorem quidem ſedis retinere: offerre autem, illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officijs fungi, non liceat.

Cap. 2.

Diaconi ſimiliter, qui immolauerunt, honorem quidem habeant: ceſſare verò ab omni ſacro miniſterio, ſiue à pane, ſiue à calice offerendo, vel predicando. Quod ſi quidam Epifcoporum conſcij ſunt laboris eorum, & humilitatis, & manuſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, penes ipſos erit poteſtas.

Cap. 3.

Qui fugientes timore perſequeutionis, comprehenſi ſunt, vel à domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodiam truſi, proclamantur.

Presbyteros, qui immolauerunt, & poſtea certamen iterum iniierunt, ſi hoc ipſum ex fide, & non aliquo argumento ſibi met præparantes, egerunt, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis ſubiici, quo facinus pati videntur, inuiti: ſi ex fide ergo luſtati ſunt, & non ex pacto, ad oſtentationem, vt caperentur, ipſi fecerunt: hos, placuit, honorem quidem ſedis proprię retinere: offerre aut, illis, et ſermonem ad populū facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officijs fungi, non liceat.

Cap. 2.

Diaconos ſimiliter, qui immolauerunt, poſtea autem iterum reluſtati ſunt, illum quidem honorem habere oportet: ceſſare verò debet ab omni ſacro miniſterio, ita vt nec panem, nec calicem offerat, nec pronunciet: niſi forte aliqui Epifcoporum conſcij ſint laboris eorum, & manuſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipſos ergo de his erit poteſtas.

Cap. 3.

Qui fugientes timore perſequeutionis, comprehenſi ſunt, vel à familiaribus, ſeu à domeſticis traditi, vel bona propria amiſerunt, vel ſuſtinuerunt tormenta.

Presbyteros, qui ſacrificauerunt, deinde contra reluſtati ſunt, non fraudulenter & inſidioſe, ſed verè, nec hoc prius machinati ſunt, nec conſultò ac de induſtria id fecerunt, & perſuaſerunt, vt tormentis ſubiici viderentur, cum ea ſpecie & opinione tantum inferrentur: viſum eſt eos cathedræ quidem honoris eſſe participes, non licere autem ipſis offerre, ſeu ſermonem conferre (Græcè, ὁμιλῆν) vel omnino ſacerdotale aliquid munus obire.

Can. 2.

Diaconos ſimiliter qui ſacrificauerunt, poſtea autem reluſtati ſunt, illum quidem honorem habere, ipſos autē ab omni ſacerdotali miniſterio ceſſare, & panem vel calicem offerendi, vel predicandi: ſed ſi ex epifcopis aliqui in ijs vel afflictionem aliquam, vel humilitatem ac manuſuetudinem viderint, & aliquid amplius dare vel offerre voluerint, in eorum poteſtate id eſſe.

Can. 3.

Eos, qui fugientes timore perſequeutionis, comprehenſi ſunt, vel ſunt à ſuis traditi, vel ſuis alio qui facultatibus priuati, vel tormenta perpeſſi, vel in carcerem coniecti ſunt.

b b 3

clamauerunt se Christianos esse, & eò vsq; adfriti sunt, vt manus eorum comprahēdentes, violenter attraherēt, & funestis sacrificijs admo-uerent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur: confitentes iugiter se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostēdentes. omni deiectione & habitu & humilitate vitæ, hos velut extra delictum constitutos, à communionis gratia nō vetamus. Si verò prohibiti sunt ab aliquibus, propter ampliorem cautelam, vel propter quorundā ignorantia, statim recipiatur. Hoc autem similiter & de clericis, & de laicis cæteris obferuari conueniet. Perquisitum est autem & illud, si possunt etiā laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatū ordinem promoueri: placuit ergò, & hos, tanquā qui nihil peccauerunt, si & præcedens eorum vita, pbabilis sit, ad hoc officium prouehi.

Cap. 4.

De his, qui sacrificare cōacti sunt, insup̄ & cenauerunt in idolio, quicumq; eorum, cum ducerentur, lætior habitu fuerunt, & vestimentis preciosioribus vsi sunt, & præparatæ cenæ indifferenter participes extiterunt: placuit, eos inter audientes vno anno constitui, succumbere verò tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam peruenire.

Quotquot autem asscenderunt templa veste lugubri, & recumbentes per omne tempus fleuere discubitis, si compleuerunt pœnitentiam triennij temporis, sine oblatione suscipiantur. Si autem nō manducauerūt, biennio subiecti pœnitentiæ, tertio anno sine oblatione communicēt, vt perfectionem quadriennio consequantur. Penes autē episcopos

tormenta, vel etiā carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerūt se esse Christianos, quin etiā, perseuerate violentia, ad id vsq; pducti sunt, vt manus eorum apprehēsas & violēter attractas, super sacrificia imponerent, illis scilicet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus: hoc ergò, quod eis inuitis, alijs cogentibus, contigit: si luctu & mœrore animi acerbè se ferre demonstrant, ipsiq; humili per bonam cōuersationem habitu incedentes, dolere se id quod inuiti coacti sunt, doceant, hos tanquā inculpato, à cōmunionē nō vetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus à cōmunionē, maioris diligentia & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. Hoc autē obseruari conuenit & de clericis, & de laicis omnibus. Laicos sanè, q in similes necessitatis causas inciderūt, tanquā nihil peccauerint, maximè si eos, pbabilis vita cōmēdet, ad ordinationem recipi placuit.

Cap. 4.

De his, qui sacrificare coacti sunt, insup̄ in tēplis idolorum cenauerūt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa pducti sunt, atq; ibi, preciori veste adhuc mutata, cenæ participes facti sūt idolorū, indifferenter sumētes omnia quæ fuerūt apposta: placuit, eos inter audientes vno anno cōstitui, tribus autē alijs annis agere pœnitentiā: sed ex ipso trienio per biennium tantummodò orationi communicare, tertio autem anno recōciliari sacramētis.

Cap. 5.

Quotquot autē asscenderunt templa cum veste lugubri, & recubentes inter alios manducauerūt, stentes, si compleuerint pœnitentiā triennij temporis, sine oblatione suscipiantur ad communionē, id est, vt ipsi oblationē nō offerant. Si autē perducti ad templa, nō māducauerūt, biennio maneāt in pœnitentiā. Tertio verò anno communicēt, sed sine

sunt, clamantes se esse Christianos, & diuulsi ac distracti sunt, vel ijs qui vim afferebāt, thus in manus immittentibus, vel cibo aliquo per necessitatem suscepto, se tamen esse Christianos perpetuò factentes, & eius quod accidit, dolorem & amictu, & habitu, & vitæ humilitate præferentes, à cōmunionē nō arceri. Sin autē etiā ab aliquo sunt prohibiti, maioris cautionis gratia, vel etiā propter aliquorum ignorantiam, statim admittantur. Hoc autem similiter in clericis & alijs laicis. Hoc quoquē est examinatum, an possint etiā laici, qui in eandem necessitate inciderunt, ad ordinem promoueri. Visum est ergò, & eos, vt qui nihil peccassent, si etiā præcedens eorum vitæ instituentæ ratio recta inueniatur, promoueri.

Can. 4.

De ijs qui vi sacrificarunt, & p̄terea ad idola præsi sunt, quicumque abducti quidem, & lætior habitu accesserūt, & veste sumptuosiore vsi sunt, & parati prandij, non agrè id ferētes, participes fuerunt, visum est anno audire, tribus autem annis substerni (ὕπνωσεν) ac supplices esse, soli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad id quod est perfectū, accedere.

Can. 5.

Quicumq; autem cum veste lugubri accesserunt, & accumbentes comederunt, interea toto accubitus tempore lachrymas fundentes, si triennale substrationis tempus impleuerint, sine oblatione recipiantur. Si autem nō comederūt, cum duobus annis supplices substratiq; fuerint, tertio anno communicent sine oblatione, vt id quod perfectum

scopus erit potestas, modum cōuersationis eorum probātes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tēpus adijcere. Ante omnia verò præcedens eorum vita, & posterior inquiratur, & itā eis impertiat humanitas.

Cap. 5.

De his, qui minis tantum celsere pœnarū, aut priuatione facultatū territi, aut demigratōne, sacrificauerunt, & hæctenus pœnitentiæ negligētes, neq; cōuersi, nunc huius concilij tempore semet obtulerunt, cōuersionis suæ consilia capiētes: placuit vsq; ad magnū diem eos inter audientes suscipi, & post magnum diem triennio pœnitentiam agere, & postmodum duobus diebus sine oblatione cōmunicare, & tūc demum sex annis completis, ad perfectiōis gratiā peruenire. Si verò quidam ante hanc synodū suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore in initū eis sexennij computetur. Si quod aut periculum, vel mortis expectatio, aut infirmitas, aut ex aliqua occasione, contigerit, his, sub definitione statuta, cōmunicatio non negatur.

Cap. 6.

De his, qui festis diebus gētilium, in remotis eorum locis conuiuia celebrarunt, cibosque proprios deferentes, ibidem comederunt: placuit, post pœnitentiam biennij eos suscipi: vtrum verò cum oblatione, singuli Episcoporum, probantes vitam eorum & singulos actus, examinent

Cap. 7.

Hi, qui secūdō & tertio sacrificauerūt, coacti, quatuor annis pœnitentiæ subijciantur:

sine oblatione, vt dictum est. In quarto autem anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hāc habere licentiā oportet, vt p̄specta singulorum cōuersatione, normam regulamq; cōuersationis attribuat: id est, aut humanius agēs, secūdum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiet, aut etiā prolixius, quod correctiōi necessarium viderit, addat. Discutiat autem omnium horū & præcedēs vita, & posterior: & itā circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

Cap. 6.

De his, qui minis tantum cesserunt, aut bonorū ablatione, aut trāsportationis pœna deterriti, sacrificauerūt, & nunc vsque non pœnituerunt, neque cōuersi sunt, modo aut, id est, tempore huius synodi se obtulerunt, cōuersionis suæ cōsiliū capiētes: placuit, eos vsque ad magnū diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione cōmunicare, & itā demum sex annis p̄actis, ad perfectum peruenire. Quod si aliqui ante hoc conciliū suscepti sint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis in initū sexennij constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum, aut ex ægritudine, aut ex qualibet causa imminerit, his cōmunicatio propter viaticum suū non negabitur.

Cap. 7.

De his, qui festis diebus paganorū, in remotis locis eorum conuiujs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerūt & comederunt: placuit, vt post biennij pœnitentiam suscipiatur, itā tamen, vt vtrum cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, vnusquisq; Episcoporum examinet, vitæ eorū præteritæ ac præsentis habita consideratione.

Cap. 8.

Hi autem, qui secūdō & tertio sacrificauerunt, vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam

sectum est, triennio accipiāt. Statuimus autem vt Episcopi, modo cōuersationis examinato, potestatem habeant vel vtendi clementia, vel plus temporis adijciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ cōsecuta est, examinetur, & sic eis clementia impertiat.

Can. 6.

De ijs, qui supplicij minis, & bonorum ablationis, vel exterminationis tantum cesserunt, & sacrificauerūt, & ad præsens vsque tempus pœnitentiam non egerunt, nec cōuersi sunt: nunc autem circa tempus synodi processerunt, & cōuersionis cogitationē induerunt: visum est ad magnū vsq; diem eos ad auditionē admitti, & post magnū diem tribus annis esse supplices & substerni, & post alios duos annos cōmunicare sine oblatione, & sic ad id quod perfectum est venire, vt totū sexennij impleant: si qui aut ante hanc Synodum ad pœnitentiam admissi sunt, ab illo tempore eis sexennij reputari. Sed si periculum, mortisque expectatio ex morbo vel aliqua alia occasione euenierit, ij sub definitione (ἐπιπένη) recipiantur.

Can. 7.

De ijs qui in festo ethnico, in loco gentilibus deputato conuiuati sunt, & proprios cibos attulerunt, & comederunt: visum est, cum biennio substrati fuerint, esse recipiēdos. An vnusquemque autē cum oblatione recipere oporteat, est episcoporum examinare, & aliam vitam in vnoquoque inquirere.

Can. 8.

Qui autem bis vel tēter sacrificarunt per vim, trienio substernantur, duobus autem

*a fide errauerunt.

* immutata.

bb 4 an-

tur: duobus autem alijs sine oblatione communicent, & septimo anno perfecte recipiantur.

CAP. 8.

Quotquot autem non solum ipsi deuiarunt, sed etiam insurrexerunt, & compulerunt fratres, & causas praeberunt ut cogentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium poenitentiae subiiciantur acriori, & alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut perfectionem (expleto decennio) consequantur. Inter haec autem & eorum vita pensanda est.

CAP. 9.

Diaconi, quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, & dixerunt, velle se coniugio copulari, quia sic manere non possunt: hi, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneat, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, & postea nuptijs obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

Nota, tacita continentiae professio in susceptione diaconij.

CAP. 10.

Desponsatas puellas, & post ab alijs raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerat desponsata, etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit.

27. q. 2. De sponsatas puellas

CAP. 11.

Eos, qui ante baptismum sacrificauerunt idolis, & postea baptismum consequuti sunt: placuit, ad ordinem prouehi, eo quod probentur abluti.

CAP. 12.

Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare: sed nec presbyteris ciuitatis, sine precepto episcopi vel literis, in vnaquaque parochia aliquid imperare, nec sine autoritate literarum eius, in vnaquaque parochia aliquid agere.

*id est, Episcopos regionales seu rurales.

nitentiam submittant, duobus autem alijs sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

CAP. 9.

Quotquot autem non solum a fide Dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis: hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur, per aliud autem sexennium poenitentiae recipiant locum: alio vero anno, id est, decimo, communionem sine oblatione percipiant, ut completo decennio, perfectione fruantur. In eo autem ipso tempore, etiam eorum & conuersatio consideranda est.

CAP. 10.

Diaconi quicumque, cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio vel clero cessare debebunt, laici tantum recipientes communionem.

CAP. 11.

Desponsatas puellas, & postea ab alijs raptas, placuit erui, & his reddi, quibus fuerant ante desponsatae, etiam si a raptoribus florem pudoris sui amisisse constiterit.

CAP. 12.

Eos, qui ante baptismum sacrificauerunt, & postea baptismum consequuti sunt, placuit, ad ordinem prouehi, tanquam ab omni crimine, lauacri salutaris sanctificatione, purgatos.

CAP. 13.

Vicarijs episcoporum, quos Graeci chorepiscopos vocant, non licere, vel diaconos ordinare: sed nec presbyteris ciuitatis, sine episcopi precepto, amplius aliquid imperare, vel sine autoritate literarum eius, in vnaquaque parochia aliquid agere.

Cap.

annis sine oblatione communicent, & septimo perfecte suscipiantur.

CAN. 9.

Quicumque autem non solum desciuerunt, sed etiam insurrexerunt, & fratres suos coegerunt, & cause fuerunt ut cogerentur, ij annis quidem tribus auditionis locum suscipiant, alio autem anno sine oblatione communicent, ut decennio expleto, eius quod est perfectum, sint participes. Eorum autem in eo quoque tempore vitam examinare oportet.

CAN. 10.

Quicumque diaconi constituti, in ipsa constitutione testificati sunt & dixerunt, oportere se uxores ducere, cum non possint sic manere, ij si uxorem postea duxerint, sint in ministerio, eo quod hoc sit illis ab episcopo concessum. Si qui autem hoc silentio praeterito, & in ordinatione, ut ita manerent, suscepti sunt, postea autem ad matrimonium venerint, ij a diaconatu cessent.

CAN. 11.

Desponsatas alijs puellas, & ab alijs postea raptas, visum est ijs, quibus desponsatae erant, reddi, etiam si vim passae sunt.

CAP. 12.

Eos qui ante baptismum sacrificauerunt, & postea baptizati sunt, visum est ad ordinem prouehi, ut qui abluti sunt.

CAN. 13.

Chorepiscopos non licere presbyteros vel diaconos ordinare, sed neque vrbis presbyteros, nisi cum literis ab episcopo permisisse fuerit, in aliena parochia.

Can.

Cap. 13.

Hi, qui in clero sunt presbyteri & diaconi, & a carnibus abstinent, placuit, eas quidem contingere, & ita, si voluerint, continere. Quod si intantum eas abominantur, ut nec olera, quae cum eis coquantur, existimet comedenda, tanquam non consentientes regulae, ab ordine cessare debebunt.

Cap. 14.

De his, qui in clero sunt presbyteri vel diaconi, & abstinent a carnibus, hoc placuit statui, ut non eas, tanquam immundas, contemnant, sed contendant. A quibus quidem, si se abstinerere volunt, habeant potestatem, ita tamen, ut si quando cum oleribus coquantur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicent, sed ex his ad cibum adsument, quibus a carnibus se abstineant. Quod si intantum eas immundas & abominabiles iudicauerint, ut nec olera, quae cum carnibus coquantur, estiment comedenda, tanquam non consentientes huic regulae, cessare eos oportet & a ministerio & ordine suo. Si quis autem huic regulae monitus non obediit, sed carnes, ut dictum est, immundas & abominandas existimauerit, cessare debet ab ordine suo.

Cap. 14.

De his quae pertinent ad Ecclesiam, quaecumque, cum non esset Episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit reuocari, ad iura Ecclesiastica reuocari. In iudicio autem erit Episcopi, si pretium debeat recipi, necne: quae rerum distractarum redditus, ampliore summam pro precio dato reddiderit.

Cap. 15.

Si qua de rebus Ecclesiae, cum Episcopus non est, presbyteri vendiderint, placuit, reuocari contractu, ad iura Ecclesiastica reuocari. In iudicio autem erit Episcopi, si pretium debeat recipi, necne: propter quod sepe contingit, distractarum rerum redditus, ampliore summam pro dato precio reddidisse.

Cap. 15.

In hoc titulo verba Graeca haec sunt, quae nos Latine possumus dicere: De his qui irrationabiliter versati sunt, siue versantur.

Sensus autem in hac sententia duplex esse potest, qui ex subiectis conijcitur: aut de his, qui cum pecoribus commixti sunt, aut more pecudum cum propinquo sanguine incestu commixti sunt.

Quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in poenitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, quales tempore poenitentiae extiterint, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplabiliter his haesere criminibus, ad agenda poenitentiam prolixius tempus infumant. Quotquot autem peccata viginti annorum

Can. 14.

Qui in clero sunt, presbyteros vel diaconos a carnibus abstinentes, visum est eas attingere, & sic, si velint, ab eis abstinerere. Si autem nolint olera, quae cum carnibus apponuntur, comedere, & canonici non cedant, ab ordine cessare.

Concil. Bracaren. 1. cap. 32.

Can. 15.

Ex ijs, quae pertinent ad Dominicum, quaecumque, dum non esset Episcopus, presbyteri vendiderunt, reuocare Dominicum: episcopi autem iudicio relinqui, an oporteat precium recipere, an non: utpote quod eorum, quae sunt vendita, redditus eis ipsius maius precium reddiderit.

12. q. 2. Si quis de re quis.

Can. 16.

De ijs, qui rationis expertia animalia iniierunt, vel ineunt (αλογουσα μένων) quicumque, priusquam sedecim quidem annos nati essent, peccauerunt, postquam quindecim annis substrati ac supplices fuerint, communionem ad preces assequantur. Deinde & cum in communionem quinque annis perseuerauerint, tunc etiam oblationem attingant. Examine autem & vita eorum, in substratione vitae, & ita humanitatem consequantur. Quod si quis peragendam poenitentiam prolixius tempus, 20 annorum poenitentiam, suscipiat.

Qui

trans.

rum ætate, & vxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis pœnitentiam gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & vxores habentes, & transcentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

Cap. 16.

Eos, qui irrationabiliter vixerint, & lepra iniusti criminis alios polluerint, præcipit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

Cap. 17.

Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præfulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, hos abijci placuit. Quod si voluerint in presbyterij ordine, ubi prius fuerant, ut presbyteri residere, non abijciantur propria dignitate. Si autem seditiones commouerint ibidem constitutis episcopis, presbyterij quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

Cap. 18.

Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt professionem, inter bigamos censentur. Virgines autem, quæ conuenient cum aliquibus tanquam sorores, habitare prohibemus.

Cap. 19.

Si cuius vxor adultera fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

Cap. 20.

De mulieribus, quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut vtero con-

qui vero exacta 20 annorum ætate, & vxores habentes, in hoc crimine inciderunt, post viginti & quinque annos pœnitentia acta, ad communionem orationum admittantur, in quibus communionem orationum, altero quinquennio perdurantes, ad plenam communionem cum oblatione suscipiantur. Quod si aliqui & vxores habentes, & excedentes quinquagesimum ætatis annum, in hoc prolapsi sunt scelere, ad exitum tantum vitæ, communionem mereantur.

Cap. 17.

Hos eisdem sane non solum leprosus crimine huiusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate iactantur, qui a nobis energumeni appellantur.

Cap. 18.

Si qui episcopi suscepti non sunt a sua diocesi, in qua fuerant denominati, & voluerint alias Ecclesias occupare, & vim facere Episcopis, quibus ibi inuenerint, seditiones excitando aduersus eos, hos segregari oportet. Quod si volunt in presbyterij honore in Ecclesia, ubi prius fuerant, residere, non repellantur a propria dignitate. Quod si etiam ibi seditiones concitare probatur episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterij dignitate priuari.

Cap. 19.

Quotquot virginitatem pollicitam preuaricati sunt, professionem contempta, inter diuinos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debent. Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

Cap. 20.

Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

Cap. 21.

De mulieribus, quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum, ut vtero

transgressi, & habentes vxores, in hoc peccato inciderunt, 25 annis subtrati, communionem ad preces assequantur. Deinde cum in precum communionem quinque annos peregerint, oblationem assequantur. Si qui autem & mulieres habentes, & quinquagesimum annum transgressi, peccauerunt, in vitæ exitu communionem assequantur.

Can. 17.

Eos, qui rationis expertia animantia inierunt, & qui leprosi sunt vel fuerunt, iussit sancta Synodus inter hyemantes orare.

Can. 18.

Si qui constituti Episcopi, & ab illa parochia, in qua nominati fuerunt, non suscepti, alias velint parochias inuadere, & ijs qui constituti sunt, vim afferre, & seditiones aduersus illos excitare, eos segregari: Sin autem velint in presbyterio residere, in quo prius erant presbyteri, ipsos honore non moueri: Quod si aduersus eos, qui illic constituti sunt, Episcopos seditiones excitauerint, honorem quoque presbyterij ab eis auferri, & illos abdicatos effici.

Can. 19.

Quicumque virginitatem profitentes, professionem suam irritam reddunt, inter bigamos definitionem impleant. Virgines quidem certe, quæ cum quibusdam tanquam cum fratribus congregantur, prohibemus.

Can. 20.

Si alicuius vxor adulterata fuerit, vel quis eam adulterauerit, oportet eum in septem annis, quod perfectum est, assequi per gradus qui eò deducunt.

Can. 21.

De mulieribus quæ sunt fornicatæ, & foetus in vtero perimunt, & foetuum necant

conceptos excutiant, antiqua quidem definitio, usque ad exitum vitæ, eas ab Ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus pœnitentiæ largiamur.

Cap. 21.

Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter se submittant. Perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

Cap. 22.

De homicidijs, non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcipit, secunda vero quinquennij tempus explere. Modus autem huius pœnitentiæ in Episcoporum sit arbitrio, ut secundum conuersationem pœnitentiæ, possint & extendere tardatibus, & minuire studiosè festinatibus.

Cap. 23.

Qui diuinationes expetit, & morem gentiliū subsequitur, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennij iaceant, secundum gradus pœnitentiæ, definitos.

Cap. 24.

Quidam sponsam habens, fororem eius violauit, & gratiam reddidit, postmodum desponsatam sibi duxit vxorem: illa vero quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi qui fuerunt conscij, post decennem satisfactionem iussi sunt suscipi, secundum gradus pœnitentiæ constitutos.

¶ Et subscriperunt numero 18. episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt:

Vitalis Antiochenus Syriae Cœles, Agricolaus Cæsareæ Palæstinæ, Marcellus Ancyræ * Armeniae Galatiæ primæ, Lupus Tarsen Ciliciæ, Basilus Amasenus * Helleponti, Philadelphius Iu-maioris Iopolis, Galatiæ primæ, Eustolus Nicomediæ Bithyniæ, Heraclius * Zelen Armeniae maioris, Petrus Iconiæ * Lycæoniæ, Nunechius Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ, Sergianus Antio-chiæ Pisiæ, siue Cariae, Epidaurus Pisiæ Pamphylie, Narcissus Neroniæ Ciliciæ, Leontius Cæsareæ Cappadociæ primæ, Loginus Neocæsareæ Põti Polemoniæ, Amphion Epiphaniæ Ciliciæ secundæ, Salamenus Germaniciæ Cœles Syriæ, Germanus Neapolis Palæstinæ.

CAPITVLA DVO ANCYRANI CONCILII, EX QVODAM LIBELLO SEXDECIM librorum partialium desumpta, lib. 6. cap. 6.

vt vtero conceptos excutiât, antiqua quidem definitio est, usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur.

Cap. 22.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiæ quidem iugiter se submittant. Circa exitum autem vitæ, communionem digni habeantur. Eos vero, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiæ communionem sociari secundum gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio, quinquennij tempus tribuit.

Cap. 23.

Qui auguria vel auspicia, siue somnia vel diuinationes quaslibet, secundum morem gentiliū obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut vt domos suas lustrēt, confessi, quinquennio pœnitentiæ agant, secundum regulas antiquitatis constitutas.

Cap. 24.

Si quis sponsam habens, forori eius forsitã intulerit vitium, eiq; inhæserit tanquam suæ: hæc autem decepta, postea vxorem duxerit desponsatam: illa vero, quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi, qui facti huius sunt conscij, decem annis in pœnitentiæ redigantur, secundum Canones constitutos.

rijs medicamentis (Græcè est, φάρμακον) faciendis dant operam, prior quidem definitio usque ad vitæ exitum prohibebat, & ei quidam assentiuntur. Sed humanitate tamē vtentes, de creuimus vt decennium per gradus pœnitentiæ impleant.

Can. 22.

De inuoluntarijs cædibus prior quidem constitutio iubet, in septennio per pœnitentios gradus esse perfecti participes: secunda vero, septenniū

Can. 23.

De voluntarijs cædibus, supplices quidem substernantur: eo autem quod perfectum est, in fine vitæ digni habeantur.

Can. 24.

Qui vaticinantur, & gentiliū consuetudines sequuntur, vel in suas aedes aliquos introducunt ad medicamentorum inuentionem, vel lustrationem, in quinquennij canonem incidunt, secundum gradus pœnitentiæ, tres anni substructionis, & duo anni orationis sine oblatione.

Can. 25.

Quidam cui erat puella desponsa, eius forori vitium attulit, ita vt ea etiam conciperet. Sponsam aut postea vxorem duxit. Ea autem cui vitium erat allatum, se suffocauit. Qui conscij fuerant, iussi sunt decennio in eos qui constituti sunt, recipi per gradus definitos.

dist. 50. Eos vero, qui non

26. q. 5. Qui diuinationes exp.

*violentiā

De

De illo, qui Domino suo iubente, homicidium fecerit.

Si quis liber (iubente Domino suo) seruū eius occiderit, vt homicidium spōtē commissum, pœniteat.

EX EODEM CONCILIO IV. xta exemplar prædictum, lib. 6. cap. 7.

Vt Episcopi de parochijs suis sortilegos & maleficos expellant.

26. q. 1. 2. 3. & 4. & potissimum 4. 5.

VT episcopi eorumque ministri, omnibus viribus elaborare studeant, vt perniciosam & à diabolo inuentam, sortilegam & maleficā artem, penitus ex parochijs suis eradiceant. Et si aliquem virum aut sceminā, huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum, de parochijs suis eijciant. At enim Apostolus: Hæreticum hominem post secundam & tertiam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, eiusmodi est. Subuersi sunt, & à diabolo capti tenentur, qui derelicto creatore suo, à diabolo suffragia querunt. Et ideo à tali peste mundari decet sancta ecclesia. Illud etiā non est omitendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retrō post satanam, conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt & profitentur se nocturnis horis cum Diana paganorū dea, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierū, equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia intēpente noctis spatio pertransire, eiusque iussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hæc solæ in sua perfidia perissent, & non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nā innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo, à recta fide deuiat, & in errore paganorum reuoluitur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrat. Quapropter sacerdotes, per ecclesias sibi commissas, populo omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnimodis esse falsa, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Si quidem ipse satanas, qui trāfiguratur se in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, ilicō transformatur se in diuersarum personarum species atque similitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in somnis deludēs, modō læta, modō tristia, modō cognita, modō incognita personas ostendens, per deuia quæque; deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, sed in corpore opinatur euenire. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus, extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquā viderat vigilando? Quis verō tam stultus & hebes est, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiā

Tit. 3. c

2. Cor. II. c

in corpore accidere arbitretur, cū Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit? Et Ioannes apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore, vidit & audiuit, sicut ipse dicit: Statim, inquit, fui in spiritu. Et Paulus nō audeat dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quod qui talia & his similia credit, fidem perdit. Et qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo credit posse fieri, aliquam creaturam aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

Ezechiel in multis cap.

Apoc. 1. c

2. Cor. 12. 4

Ioan. 1. 4

DECRETA MARCELLI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

Anno Domini 304

MARCELLUS natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Viatalata, fedit annis quinque, mensibus sex, dies 21. Fuit autem temporibus Constantij & Galerij, & peruenit vsque ad Maxentium, consulatu Maxentij quarto & Maximi, vsque post consulatum. Hic fecit coemeterium via Salaria, & viginti quinque titulos in vrbe Roma constituit, quasi dioceses, propter baptismum & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum. Hic ordinauit viginti quinque presbyteros in vrbe Roma, & duos diacones per mensem Decembrem, Episcopos per diuersa loca viginti unum. Hic coarctatus & tētus est, eō quod ecclesiam ordinaret, & compræhensus à Maxentio, vt negaret se esse episcopum, & sacrificijs se humiliaret demoniorum. Qui semper cōtemnens & deridēs dicta & præcepta Maxentij, damnatus est in catabulo. Qui dum multis diebus seruiret in catabulo, orationibus & ieiunijs domino deseruire non cessabat. mense autem nono venerunt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctū de catabulo. Matrona verō quædam (nomine Lucina) vidua, quæ vixerat cū viro Marco annis quindecim, & in viduitate sua habebat annos nouendecim, suscepit beatū virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedit, vbi die noctūque hymnis & orationibus, domino Iesu Christo consitebantur. His auditis à Maxentio, misit, & tenuit iterū beatum Marcellum, & iussit in eadem ecclesia iterū planas externi, vt ibidem animalia catabuli congregata starent, & ipsi beatus Marcellus deseruiret. Qui tandē in seruitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus est. Cuius corp⁹ collegit beata Lucina, & sepeliuit

peluuit in coemeterio Priscillæ via Salaria, decimo septimo Kalendas Februarij. Et cessauit episcopatus dies viginti. Lucina verō, p̄scriptioe damnata est.

EPISTOLA DECRETALIS MARCELLI PAPAE prima, ad Episcopos Antiochensium prouinciæ.

De Romana Ecclesie primatu & auctoritate, &c.

2. Cor. II. g

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Antiochenam prouinciā constitutis, Marcellus: Sollicitudinem omnium ecclesiarum iuxta Apostolum circunferētes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexim, vt mandatis ipsius inhaerētēs, in quadam sacerdotum eius specula cōstituti, prohibeamus illicita, & sequēda doceamus. Vnde directis per Bonifacium diaconum nostrum literis, admōnemus, vt quæ malè pullulant, abscindantur, & malefacta corrigantur, atque bona sectentur, & patrum nostrorum exempla & statuta imitentur. Rogamus ergo vos, fratres, vt non aliud doceatis neque sentiat, quā quod à beato Petro Apostolo, & à reliquis apostolis & patribus acceptis. Ab illo enim primō instructi estis: ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesie, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et reliqua. Eius enī sedes primitus apud vos fuit, quæ postea (iubente Domino) Romanam translata est, cui (adminiculante gratia diuina) hodierna præsidemus die. Nec ab eius dispositione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia (diuina disponente gratia) iussa sunt referri, vt ea regulariter disponantur, à qua sumpserunt principia. Si vestra verō Antiochena, quæ olim prima erat, Romana cessit sedi, nulla est, quæ eius non subiecta sit ditioni, ad quam omnes, quasi ad caput, iuxta Apostolorum eorumque; successorum sanctiones, episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, suffugere, eamque; appellare debent, vt in dē accipiāt tuitionem & liberationem, vnde acceperunt informationem atque consecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegare Episcopis, sed absque vlla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione, liberè ire concedatur. Simulque iisdem (inspirante Domino) constituerunt, vt nulla synodus fieret præter eiusdem sedis auctoritatem, nec vllus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore Apostolica auctoritate cōuocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel iudicetur: quia (vt paulo superius prælibatum est) Episcoporum iudicia, & summariū causarum negotia, siue cun-

2. q. 1. Rogamus vos iures.

Matth. 16. c

2. q. 6. Ad Romanam ecclesiam.

cta dubia, Apostolicæ sedis auctoritate sunt agēda & finiēda. Et omnia comprouincialia negotia, huius sanctæ vniuersalis & Apostolicæ Ecclesie sunt retractanda iudicio, si huius Ecclesie pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præiudicio Romanæ Ecclesie (cui in omnibus causis debet reuerētia custodiri) relicti his sacerdotibus, qui in eadem prouincia dei ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicium experiri vel pati, sed omnibus eiusdem prouinciæ episcopis congregatis, iudicium auctoritate huius sedis terminetur, quod tamen (vt præfatum est) per eius vicarios, si libererit, erit tractandum: & quicquid iniuste actum est, reformandum. Pastoralis ergo cura officij nos admonet, & destitutis succurrere, & cuncta neglecta vel malè acta reformare, vt ignis ille, quem Dominus veniens misit in terram, motu crebro emendationis vel crebræ meditationis, agitatus, sic caleseat, vt ferueat: & sic inflammetur, vt luceat.

Luc. 12. f

Sepè enim dicendum & agendum est, quia mala pullulantia fraterna charitate oportet refecari, vt bona, crescendi & augmentandi amplissimum locum inueniant. Nolite ergo (vt Iacobus apostolus ait) plures fieri magistri, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiā freno circūducere totum corpus. Si autē in equorū ora frenos mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorū circunferimus: Ecce & naues, cum magnæ sint, & à ventis validis minentur, circunferuntur autē à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit: ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exultat. Ecce quantus ignis, quā magnam syluam incendit. Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totū corpus, & inflammat rotā natiuitatis nostræ, inflammata à gehēna. Omnes enim naturæ bestiarum & volucrum & serpētum, etiā cæterorum, domantur & domita sunt à natura humana. Linguam autem nullus hominū domare potest. Inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus beum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, quod similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nūquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarā aquam? Nūquid potest, fratres mei, ficus oliuas facere, aut vitis ficus? Sic neque; salsa dulcē potest facere aquam. quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione opera sua in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem.

cc Non

Non enim est ista sapientia defursum descēdens, sed terrena, animalis, & diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Quae autem defursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cōfentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans, sine dissimulatione. Fructus autē iustitiæ in pace seminatur faciētibus pacem.

Propter quod succincti liberos metis vestrae, sobrii, perfecti, sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam in reuelatione IESU CHRISTI, quasi filij obedientiae, non configurati prioribus ignorantiae vestrae desiderijs, sed secundum eum, qui vocauit vos, sanctum, vt & ipsi sancti in omni conuersatione sitis, quoniam scriptum sit: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat, secundum vniuersi cuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini, scientes, quod non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternae traditionis, sed precioso sanguine, agni quasi in contaminati & immaculati, Iesu Christi, praecogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem nouissimis temporibus, propter vos, quod per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum a mortuis & dedit ei gloriam, vt fides nostra & spes esset in Deo: animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex femine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis: quia omnis caro vt scēnū, & omnis gloria eius tanquam flos scēni. Exaruit scēnum, & flos eius decidit, verbum autem domini manet in aeternum. Hoc est autem verbum, quod euangelizatum est in vobis. Depoentes quidem omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si tamē gustatis, quoniam dulcis est Dominus: ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui, superedificamini: domos spirituales, sacerdotium sanctum, offerri spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod cōtinetur scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem & electum, preciosum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autē lapis quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Estote

1. Pet. 1. c. d

Leuit. 19. a
Deut. 10. d
Coloss. 3. d
Iaco. 2. d
Roma. 2. b
1. Ioan. 1. c
Apoca. 1. b

Esa. 40. b
1. Co. 1. b
1. Pet. 2. a. b

Eph. 4. f

* domus
spiritualis,

Esa. 28. d

Psal. 117.

1. Pet. 4. b

ergo, charissimi, prudētes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutua in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione, vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illa administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae DEI. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat DEVS, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amē. Data Kalend. Aprilis, Maxentio & Maximo viris clariss. consulis.

EPISTOLA MARCELLI PAPAE SECUNDA ad Maxentium tyrannum.

Commones Tyrannum, vt desinat seruire in Christianos.

Marcellus episcopus sancte & Apostolice & Catholice vrbs Romae, Maxentio: Magistra bonorum omnium charitas, quae nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil, quod honori diuino repugnet, animę proprie nocet, aut proximi commodo derogat, oblita sui, non quae sua sunt, sed quae DEI vel proximi, quarens, nemini inuidens, omnibus consulens: non sauiens, sed compatiens: non rapiens, sed largiens: non murmurans, sed omnia aequanimiter tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum a malis, sauire desineres, DEI ecclesiam ac sanctos eius persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satageres. Charitas enim exercet corda, sensus corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum est sit proprium nutrire pacifica, seruire cōposita, dissociata coniungere, praua dirigere, & virtutes reliquas perfectionis suae munimine solidare. De ipsa ergo, omnes monens Apostolus, ita loquitur, dicens: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non iritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia

Phillip. 2. e

1. Cor. 13. a

Math. 5. a

Ioan. 15. c

* religiosi
* concussas,
vel cōfessas
Dist. 96. Boni principis est.
ogocirca id notandum, paucos antehac fuisse summos potestates, qui haec non cōstituerint.

3. q. 9. Non oportet.

Act. 25.
Prou. 18. c
& dist. 29. ca. 1. & 11. q. 3. Eorum qui accu.

Zach. 2. c
2. Cor. 2.

Coloss. 3. d

omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Quisquis ergo in eis se radice inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus inanescit, quia amore fecunditatis opus efficax non amittit. Licet modò charitas, in persecutoribus Ecclesiae seruatorumque Dei, arefacta sit, viget tamen in amatoribus eius, & in eis qui patiuntur propter iustitiam. De quibus ipsa per se veritas testatur, dicens: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Et alibi: Si me persecuti sunt, & prosequetur. Potius enim nos & omnes Domini sacerdotes, qui eius videlicet sunt veri sacerdotes, eligimus propter iustitiam & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis diuitijs ditari, honoribusque copiosissimis abundare, & caelesti regno carere. Ista enim temporalia sunt, illa aeterna: ista caduca, & ad horam transeuntia, illa verò perpetua, & sine fine mansura. Tu ergo qui nos suades cultum dimittere diuinum, & a recta fide recedere, dijsque immolare, melius tibi foret, vt tu prius mutabilem te praebes, omnesque exhorteris fidei documenta & diuini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti Apostoli sibi tradita praedicaerunt & docuerunt. Boni enim principis ac regis est, Ecclesias contritas atque scissas restaurare, nouas aedificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persequutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro nominico, neque expellere aeterni regis dispensatores: sed, si qui expulsi fuerint, aut suis rebus expoliati, primo omnia legaliter reddi, quae eis ab inimicis aut a persecutoribus ablata sunt, & sedes proprias, cum omnibus ad se pertinentibus, regulariter restitui, & postea tempore congruo vocari ad synodum regulariter congregatam. Nec liceat ei, priusquam fiant haec, de se iuxta statuta praedictorum respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit pregrauari, reddere rationem. Sed his rite peractis, suisque omnibus liberè dispositis, si tum iuste videtur, suis respondeat accusatoribus, & inducias, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, vt explorare valeat ea quae obijciuntur ei, nē aliqua delusus fraude, innocenter ruat: quoniam non oportet quenquam iudicari vel damnari, priusquam legitimos habeat presentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Vnde ait Propheta: Priusquam agnoscas, non iudices quenquam. In hoc ergo, quod Episcopi & reliqui serui Dei, persequutionem patiuntur, non tantum ipsi persequutionem patiuntur, quantum ille cuius vice funguntur, sicut scriptum est: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et alibi: Qui vos contristauit, me contristauit. Et qui facit iniuriam, recipiet id quod

iniquè gessit. Vos ergo licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere: nec gradus nobis, diuinitus collatos, potestis auferre. Synodum ergo, absque huius sanctae sedis autoritate, episcoporum (quanquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere: neque vllum episcopum, qui hac appellauerit Apostolicam Sedem, damnare, antequam hinc sententia finitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quanto magis sacerdotibus haec eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Et ideo nullus Episcopus, nisi in legitima synodo, suo tempore Apostolica aut regulari autoritate conuocata, super quibuslibet pulsatus criminibus, audiatur vel iudicetur, nē innocens damnetur, aut perdat communionem. Quod laici aut suspecti episcopos non debeant accusare, neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus, credendum sit, & à beato Clemente, ipsis eum instruentibus Apostolis, legimus definitum, & nos eadem firmamus: quoniam ijdem odio multoties incensi, rectè viuentes atque credentes perturbare nituntur. Propterea persona, fides, vita, & conuersatio, atque suspicio accusantium, enucleatim primo inquirenda est: deinde, quae obijciuntur, fideliter pertractanda: quia nihil antè fieri debet, quam impetitorum vita & suspicio atque odium inquiretur. Et si bonae conuersationis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio resersi fuerint, nequaquam in Episcoporum recipiatur accusatio. Haec vobis, à quibus nimis infestè persequimur, scienda mandamus, vt ab his vos caueatis, & cessetis persequi eos, qui Deo ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedantur, & Deus peccatoribus conciliatur. Et si amplius nos elegeritis persequi, quam Deo placere: & nos magis eligimus sustinere persequutionem, quam regulam cōfundi Ecclesiasticam, hortante nos ipsa veritatis voce, atque testante ita: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et iterum: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animam verò suam detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vniciq; secundum eius opus. Ista vobis valde timenda & cauenda sunt, à quibus Ecclesia dei eiusque ministri vexantur, & persequutionem patiuntur, quibus Dominus per prophetam minando loquitur, dicens: Homo in honore non commorabitur: Psa. 48.

dist. 17. Synodum episcoporum.

Psal. 81.

In epistola Clementis papae prima.

Matth. 10. c

Matth. 16. d

Psal. 48.

affimilatus iumentis, exaquatus est. *Hæc est via eorum, insipientia eorum, & post eos iuxta os eorum current. Quasi oves in inferno positi sunt, mors pascet eos. Et subijciēt eos recti in matutino, & figura eorū contere tur in inferno post habitaculum suum. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum assumpserit me. Noli time re, cū ditatus fuerit vir, cū multiplicata fu erit gloria domūs eius. Neque enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria eius. Quia animæ suæ in vita sua benedicet. Laudabunt te, cū benè fuerit tibi. Intrabit vsque ad generationem patrū suorū, vsq; in finem non videbit lumen. Homo cū in honore esset, nō * cōmouebitur affimilatus iumentis, exaquatus est. Et alibi: Quid glo riaris, qui potens misericordia Dei tota die? Insidias cogitauit lingua tua, quasi nouacu la acuta faciens dolum. Dilexisti malum, ma gis quàm bonum, mendacium magis quàm loqui iustitiam. Dilexisti omnia verba ad deuorādum linguā dolosā. Sed DEVS de struet te in sempiternum, terrebit te, & eu ellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra uiuentium. Et videbunt iusti, & time bunt, & super eum ridebunt. ecce vir, qui nō posuit Deum fortitudinem suam, sed spera uit in multitudine diuitiarum suarum, con fortatus est in insidijs suis. Ego autem sicut oliua uiuens in domo DEL, speraui in mise ricordia Dei in seculum, & in æternum. Cō fitebor tibi in seculum, quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum. Ista uobis omnia ad interitum, nobis autem ad confor tationem, nē pereamus, dicta sunt. Vobis ergo ideò hæc scribimus, q̄a debitor es uobis fumus, dicente D O M I N O : Diligite ini micos vestros, benefacite eis, q̄ uos oderunt. Et alibi scriptura loquitur, dicens: Si esuri erit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc em̄ faciens, carbones ignis * con gregas super caput eius. His snti authorita tibus, bellum, quod aduersum nos excitatis, ad eò feliciter, dextera Domini protegente nos, atque pro nobis pugnante, pacificè por tare cupimus, vt triumphante Christo, omni um verorum fiat vna victoria sacerdotum: & coruscante lumine veritatis, solæ erroris tenebræ cum suis authoribus pellantur: quia non est in hominis potestate consilium Dei. Iustus est em̄ dominus, & omnia iudicia eius iusta sunt, atque omnes viæ eius, misericor dia & veritas & iudicium. In manu DEI po testas terræ, cui execrabilis est omnis ini quitas. In manu Dei potestas hominis, & su per faciem scribe imponent honorem suum. Perdidit Deus memoriam superbortū & ini què agentium, & non dereliquit memoriā humilium & bonorum hominum. Hoc aut̄ pro certo habet omnis, qui rectè colit Deū, quia si vita eius in probatione fuerit, corro-

*intellexit, comparatus est iumentis, & silebitur.

Psal. 51.

Matth. 5. g

Roma. 12. d

* congeres

Apoc. 19. a
Ecc. 10. a

borabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si verò in correctione fuerit, ad misericordiā perueniet. Tu ergo nē delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit Deus tranquillitatem, & post lachrymationem & fletum, exultationē infundit. Benedicēt Dominus Deus patrum nostrorum, qui cū iratus fuerit, misericordiā faciet, & in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus est Dominus in æternum, & ipse re get nos in secula seculorum. Amen. Data decimo sexto Kalendas Februarij, Maxentio & Maximo uiris clarissimis consulibus.

Tob. 3. d

Tob. 3. c
Psal. 47.

DECRETA MARCELLI PAPAE
duo, quæ in prioribus non habentur.

Sunt enim desumpta ex decre to Gratiani.

PRIMUM.

Extra voluntatem propriam retrufi in mo nasterijs non teneantur.

Illud autem statuendum esse censemus, vt si in minori ætate filij monasterio oblati fue rint, vel sacram tonsuram vel velamina susce perint, dignum quidem duximus, vt 15 anno à prælatis moniti, uerbis inquirantur, vtrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si verò permanere professi fuerint, vltieris pœnitēdi locum minimè amplecti possunt. Si verò ad secularem habitum reuertī volu erint, redeundi licentia nullo modo deneget̄: quia satis inutile est, vt coacta seruitia Do mino præstentur.

20. q. 1. Illud autē statu endum.

Palca.

SECUNDUM.

Neque pro causa ciuili, neque pro criminali, ad ciuilem iudicem episcopus pertrahatur.

Nullus Episcopus neq; pro ciuili, neque pro criminali causa, apud quēuis iudicem si ue, ciuilem, siue militare, producat̄ vel ex hibeat̄. Magistratus enim, qui hoc iubere ausus fuerit, amissione rerum & cinguli condemnatione plectetur.

11. q. 1. Nullus episcopus neque pro,

DECRETA EVSEBII
PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papæ.

Evsebius natione Græcus, ex patre Medico, sedit annis sex, mense vno, diebus tribus. Fuit temporibus Cō stantini. Sub huius tēpore crux Do mini nostri Iesu Christi, quinto Nonas Maij in ueta est. Baptizatur quoquē & Iudas, pōst Quiriacus vocatus, crucis inuētor. Hic, scilicet Eusebius, hæreticos inuenit in vrbe Ro ma, quos sola manuum impositione recōci liauit. Fecit hic ordinationem vnam mense Decembrio, presbyteros 13, diacones tres, episcopos per loca, 14. Sepultus est in ceme terio Calixti via Appia, sexto Nonas Octo bris. Et cessauit episcopatus dies septem.

Anno Do mini 309

EPI.

EPISTOLA EVSEBII
DECRETALIS I. AD
omnes Gallia episcopos.

Charissimis fratribus Domino & Deo dilectis, episcopis omnibus per Galli canas prouincias constitutis, Eusebius: Scripta sanctitatis vestrae cum magna gratia rum actione suscepi, gauisus scilicet de vestra sospitate, sed cōtristatus nimis de vestra oppressione. Quod significastis enim, quid de conuersis hereticis fieri debuisset, scitote, nos eos, qui in sanctæ Trinitatis fide bapti zati sunt, per impositionem manūs suscipe re, de accusationibus verò clericorum, super quibus mandastis, scitote, à tēpore Aposto lorum in hac sancta vrbe seruatum esse, accu satores & accusationes quas exterarum con suetudinū leges non adsciscunt, à clerico rum accusatione submotas. Similiter, laicos non accusasse Episcopos, hætenus obserua tum & constitutum est, quia eiusdē non sunt conuersationis. Et oppidò eis quidam infe sti existunt, quippe cū vita eorum & con uersatio debeat esse secreta, & à laicorū acti bus remota. Nec ab his impeti debeant, quo rum castitatem & grauitatem nolūt imitari, maxime quum nechi eos in suis volunt reci pere accusationibus. De ipsis verò, suis vide licet agricultoribus atque ministris, Domi nus laicis & cunctis eos persequentibus, ait: Nolite tangere christos meos, & in prophe tis meis nolite malignari. Et ipsa sacra scri ptura dicit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Talia enim & his similia, sancti pa tres prouidentes pericula, laicos seculo mili tantes, ab accusatione sacerdotum prohibu ère: similiter seruos & liberos, atque censib⁹ publicis vel priuatis subiugatos, omnesq̄ue infames, ab eadem accusatione vel tergieru satione subiuouerunt. Non enim oportet, vt permittantur carnales, spirituales persequi, nec sceleribus irretiti vel seculo militantes, Episcopos infamare vel lacerare, aut crimen opponere. Nam si hoc apostoli aut successo res eorū permitterēt, per pauci remansissent, qui Domino in sacerdotali ordine militā sent. Idcirco & nos sequentes patrum vesti gia, pro saluatione seruorum dei, quascunq; ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam submouemus. Et nullæ accusatio nes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus seculi prohibentur. Quapropter illi, quibus indita non est ad vnguem polita per fectio, talia filere debent, ita vt nec mutilen tur, nec proponantur. Nec illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pul sationem prædictorū admittantur: quia ve ritatem professionis infidelitas & inimicitia impedire solet. nec illi credendi sunt, aut ad mittendi, qui aliorum spontè crimina confi tentur. Et ideò replicanda sollicitudine eorum ve-

* autem

3. q. 5. De ac cusationib⁹ clericorum.

2. q. 7. Laicos nō accusasse

Psal. 104.

Zach. 2.

3. q. 5. De ac cusat. cleri. Et 6. q. 1. Nos sequen tes patrum

5. q. 5. illi qui aut in fide.

ritas: quam spontè prolata in illis vox habe re non potest, hanc diuersis cruciatibus è la tebris suis rigorosus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora subijciuntur, quæ gesta sunt, fideliter & veraciter exquiratur. Vndè, quæso, primū ad leges publicas, deindè ad iudices, ora conuertite, qui possunt & volūt in defensione omniū iuste loqui. Nos enim (quos Dei seruitium post istarum rerum ab iectionem fecit ingenuos, qui talium insulta tiones aut contumelias, aut despiciamus aut deridemus, quibus scriptum est de famulis & vulgi hominibus per Apostolum: memē tote, quia vester & illorum Dominus in cæ lis est) ad hæc seculi mala reuocabimur? Faci endum à nobis est, quod, faciente altero, p phanum esse contendimus? Quod p ministe riū iussiois & manūs alienæ in cœstaret ad spe ctum, nostro peragetur imperio? Nolite hæc per vniuersas Ecclesias mentem, rapaciū lu porum more & natura, seruare: quia postq̄ nos maculat fortè pro desiderijs eorum cru enta discussio, effectum in his, quò tendunt, non habebunt, dicente nobis Propheta: Po namus circulum in naribus eorum, & frenū in labijs, & reducamus eos in viam rectam. Quia eodem Propheta afferente, impugnā tur, qui dicunt: Erunt quasi non sint, & per ibunt viri, qui contradicunt nobis. Infames enim sunt proculdubid impugnatores Epi scoporum, omnesq; qui aduersus patres ar mantur, & conculcatores ecclesiarum, sacer dotumq; eius, & qui de publicis fugiūt præ lijs, & mandata Dei contemnunt, & qui ali qua culpa infamæ adspergūtur maculis, his omnibus impugnandi Episcopos, patrum sequentes instituta, & nos licentiam submo uemus: Quia sic odit DEVS eos, qui patres persequuntur, vt patrum inuafores, qui in omni mundo infamia notātur, & ideò iuste & regulariter respuuntur. Nun longa non opus est admonitione. Iam perditis odium debemus operire, de quibus iam non super est, quod damnentur, authoribus. De quibus Dominus per Prophetam loquitur, dicens: Reprobantes verbum, sperastis in calumni am & intumultum, & innixi estis in eo. Pro ptercà erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio. Rursus etiā de talibus Propheta cla mat, dicens: Accedite huc semen adulteri & fornicarij. Super quem iussistis? Super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Nunquid non vos filij scelesti estis, semen mendax? Cessent impij commentitia aduersus simpli ces iam fraude mentiri. Custodi, inquit Pro pheta, linguam tuam à malo, & labia tua nē loquantur dolum. Recede à malo, & fac bo num: quere pacem, & persequere eam. Oculi domini ad iustos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autem Domini super facien tes mala, vt perdat de terra memoriā eorum. Et paulopōst: Interficiet impium malitia, & odientes iustum culpabūtur. Nos quanquā

* vulgarib⁹ * vulgus Eph. 6. b

Esa. 3. 7. f

Esa. 30. c

Esa. 57. a *adultero rum

* fornicarij

Psal. 33.

1. Ioã. 4. bcd

multa patiamur à talibus, diligamus nos, charissimi, inuicem, quoniam charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam pater misit filium suum, saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos agnouimus, & credimus veritati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor poenam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum, quem videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandat à Deo habemus, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognouimus, quoniam diligimus natos Dei, quum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata eius custodiamus. Et mandata eius grauius non sunt: quia omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant, spiritus, sanguis, & aqua: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est de filio suo Deus. Et hoc testimonium est, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus.

1. Ioã 5. a b c

*cognoscimus,

Et hæc vita in eius filio est. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habebitis æternam, qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audivit nos. Et scimus, quia audit nos, quicquid petierimus. Scimus, quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat: & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus enim, quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus & vita æterna. Propter mala sua multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Benedictio autem Dei in mercedem iusti festinat, & in honore veloci processus illius fructificat. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulat in tristitia delicti. Scitote, charissimi, pro ea pietate, quæ vobis Dei famulis impendenda est, omnes suggestiones vestras fidei catholice profuturas, me dignanter suscepisse, ut ipsarum quoque opera & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Et si amplius de talibus, aut de his similibus aliqui d fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate horum, nostra, quid obseruari debeat, sollicitudo constituat. Data vj. Kalendas Augusti, * Constantino Conf.

*habebis

*audit

Ecc. 11.

*hora Ecc. 14. a

*Constantino

EPISTOLA EVSEBII PAPAE SECUNDA, ad Aegyptios.

Evsebius Romanæ & Apostolicæ ecclesiæ episcopus, dilectissimis in charitate Christi unanimis, charitatis glutino connexis fratribus, per Alexandriam & Aegyptum Domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in Domino salutem: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi à Deo. Quoniam sicut abundat passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur per vestra exhortatione & salute, siue exhortamur per vestra exhortatione & salute, quæ & operam tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur. Et spes vestra

2. Cor. 1. a

2. Cor. 5. d

2. Co. 6. abc

*nobis *in visceribus vestris

Ecc. 13. c 1. Cor. 3. c

Leuit. 26. b Efaia 52. c

2. Cor. 7. a

stra firma est pro vobis, scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Vetera (dilectissimi) transierunt, & ecce facta sunt noua. Omnia autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortate per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in loganimitate & suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut equum, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum patet ad vos, Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in carnalibus, angustiamini autem in spiritualibus. eandem autem habentes remunerationem, (tanquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ autem participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Beliam? Aut quæ pars fidei cum infidelibus? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini de medio eorum, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Has igitur habentes promissiones, charissimi, mundemur nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Error vestrum corrigite, fratres, & ab omni erroris macula vos custodite, ut purum Deo munus offerre valeatis. Seruos Dei nolite persequi, episcopos nolite infamare, neque accusare, quia Deus eos suo iudicio voluit reseruari.

Quod enim non ab humanis, aut prauæ vitæ hominibus eos deprauari, aut accusari voluit, ipse dedit exemplum, quando per se ipsum, & non per alium, negociantes eiecit sacerdotum de templo, & mensas nummulariorum proprio euerit flagello, & eiecit de templo. Et sicut alibi ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Dei ergo ordinationem accusat, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritualia quam terrena sectatur. Causa enim fidei & dilectionis, quibus salus Christiana consistit, multa me solitudine laborare compellit, metuentem, ne prauitas, que in suis fuerat amputanda principijs, processu temporis & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum nimis est atque incongruum, eos qui episcopos vel reliquos veros sacerdotes, sua persequutione vexant, catholicorum nominibus sine discretionem misceri, cum damnata impietate non deserentes, ipsi sua prauitate condennantur, quos conuenit percelli pro perfidia, aut liberari pro venia: quia sicut plenum pietatis est, oppressis charitatem dominicam reddi, ita iustum est, omnia perturbantis auctoritatem amputari. Miror, charissimi, quare tam cito mouemini, atque à vestro sensu transferimini, quum scriptum sit: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si prestes animam tuam concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis. * Adest enim commissio illorum. Ne fueris medicus in contentione ex fenore, & non est tibi nihil in seculo. Eris enim inuidus vitæ tuæ. Operarius ebriofus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos: & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Putredo & vermis hædita bunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper * habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam suam, poenitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare. Audier enim te, & custodiet te: & quasi defendens peccatum, odiet te, & sic * adherbit tibi semper. Audisti verbum aduersus proximum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te disrumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixæ femori carnis, sic verbum in corde stulti. Corripiamicum, ne forte non intellexerit, & quum fecerit iniuriam, & non intellexerit, dicat, Non feci: aut si fecerit, ne

Ecc. 7. b Marci 11. b Ioan. 2. c

Psal. 31.

Ecc. 18. d

Galat. 1. a Ecc. 18. d

*Assidua enim est

Ecc. 19. abc

*vermes

*habebitur

*aderis

iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, saepe enim fit commissio, & non omni verbo credas. Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim, qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum, antequam commineris: & da locum timori altissimi, quia omnis sapientia & scientia, timor Dei, & in illa est timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis. Non est sapientia, neque scientia, & non est cogitatus bonus nisi in illa. Peccatorum prudentia est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens, qui imminuitur sapientia. Melior est homo, qui deficit sapientia, & deficit sensu in timore DEI, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi. Est solertia certa, & ipsa iniqua: & est, qui emittit verbum certum, enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Et est enim iustus, qui se nimium submittit a multa humilitate: & est iustus, qui inclinat faciem: & fingit non videre se, quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium veteret peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurfu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. Est correptio mendax in ore contumeliosi: & est iudicium, quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens. Quam bonum est arguere, quam irasci, & contentem, in oratione non prohibere? Concupiscentia spadonis deuirginavit iuenculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum. Quam bonum est, correpto manifestare poenitentiam? sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui pro cax est loquendum. Est autem tacens, non habens sensum loquelae: est & tacens, tempus sciens apti temporis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lasciuus autem & imprudens, non seruabit tempus. Qui multis vitur verbis, laedit animam suam: & qui potestatem sibi assumit iniuste, odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum. Est datum, quod non est vile: & est datum, cuius retributio duplex. Est propter gloriam minoratio: & est, qui ab humilitate leuabit caput. Est, qui multa redimat modico precio, & est restituens ea septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratia autem fatuorum effundentur. Datum insipientis non erit vitelibri, oculi enim illius septemplex sunt. Exigua dabit, & multa impperabit: & aperio oris illius, inflammatio est. Hodie scenerat qs, & cras expetit, & odibilis homo huiusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsa lingua sunt. Quoties & quanti iridebunt eum? Neque enim, quod habendum

* nequitia
scientia, vel
disciplina,
* peccatorum
prudentia,
est prudentia
nequitia,

* ira
Ecc. 20. a. b. c.

* laedit

* Datum

erat, directo sensu distribuit, similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsa lingua, quasi qui a pauimento cadens, sic casus malorum festinatiter venient. Homo ingratus, quasi fabula vana in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Est, qui vetatur peccare ab inopia, & in requie sua stimulabitur. Est, qui perdet animam suam pro confusione, & ab imprudenti persona perdet eam, personam autem acceptatione perdet se. Est, qui pro confusione promittit pro amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. Laudat furem assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo haereditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Vos (fratres) admonemus, & futura hominibus iniucem indefinenter sectari in charitate Christi: similiter obsecramus vos in domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes iniucem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae: vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quod est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut adimplet omnia. Et ipse dedit quosdam quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad circunventionem erroris. De occultis enim cordis alieni temerè iudicare, iniquum est: & eum, cuius non videntur nisi opera bona, peccatum est, ex suspitione reprehendere. Oues ergo, quae pastori suo commissae sunt, eum nec reprehendere (nisi a reata fide exorbitauerit) debent, nec vlatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquam rectè reprehendenda videantur. Idem ista dicimus, quia in scripturis vestris reperimus, quosdam Episcopos vestris in partibus a proprijs ouibus accusatos, aliquos videlicet ex suspitione, & aliquos ex certa ratione: & idcirco quosdam

* acharis

* pra

* promittit
amico.

* Porior
fur quam

* phes. 4. a. b.

2. Cor. 10. d

Psalm. 67.

Ioan. 3. b

1. Co. 12. d

Ephes. 4:

2. q. 2. In scri
pturis vest.

EPISTOLA EVSEBII
PAPAE TERTIA, EPISCO-
PIS TUSCIAE & CAMPANIAE DIRECTA.

1. q. 2. Prius
ergo oportet
omni.

In dec. lib. 4

2. q. 2. Null
Episcoporum

3. q. 1. Redin.
sunt omnia.

12. q. 7. In an
tiquis eccle.

Luc. 19. b

Deute. 28. c

Ephes. 4. d

2. Cor. 13. d

* Constantino

quosdam esse rebus suis expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos sciatis nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta quae eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & Ecclesias, quae eis sublatae sunt, cum omni priuilegio sibi restitui, & postmodum, non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur, & ab omnibus quibusque suae prouinciae Episcopis audiantur. Nam nec conuocari ad causam, nec diiudicari potest expoliatus vel expulsus: quia non est priuilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum est, ut omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos, antelitem contestatam perceptor vel Primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam per tulit, vniuersa in statu, quo fuerant, recipiat: & quae possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis & regum editis legitur statutum: Redintegrandae sunt omnia expoliatis vel eiectis Episcopis, praesentialiter ordinatione pontificum, & in eorum, vnde abscesserunt, loca funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quacunque iniustas causas, res ecclesiae vel proprias aut substantias suas, perdidisse noscitur ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis Ecclesiae statutis decretum, ut qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in Euangelio scriptum est: Quod si quid alicuius defraudati, reddo quadruplum. & in legibus seculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam, illi cuius res direpta est, in decuplum, quae sublata sunt, restituat. Et in lege diuina legitur: Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicit omnis populus, Amen. Talia ergo non praesumantur absque vltione, nec exerceantur absque sua damnatione. Pacem, & non damnum, aut iniustitiam alicuius, sectamini iniucem, & in omnes. Veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque; membri, augmentum corporis facit in edificatione sua in charitate. Decetero, charissimi, gaudete, & perfecti estote: exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Dominus custodiat vos & nunc, & in die aeternitatis. Amen. Data 1x. Kalendas Octobris. Constantino clariss.

Conf.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Campaniam & Tusciam constitutis, Eusebius: Benedictus Dominus Deus noster, qui per misericordiam suam, Romanam Ecclesiam beati Petri Apostolorum principis sacerdotio ditauit, nobisque viam monstrandam circa nos (propter vniuersalem curam, quae nobis est propter priuilegium eiusdem Ecclesiae) inuicem charitatis indulget, ut qui cohaeremus firmitate fidei, iungamur quoque votiui incunctitate colloquij, quod facilius dum per literarum ministeria ad vos usque pertedimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus: & dum dilectionis nostrae spei reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monstremus affectum. Iungamus ergo, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces: & Deum nostrum, oris & cordis lacrymis supplicantes, iugi deprecatione poscimus, ut institutione & opere, illi, cuius esse membra cupimus, haereamus, nec vnquam ab illa via, quae Christus est, deuo tramite declinemus, ne ab eo iuste, quem nos impie relinquimus, deferamur infelices. Quod superni fauoris auxilio, ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si patrum mandata seruamus. Dicit enim Dominus noster: Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansione apud eum faciemus. Et licet haec possint generaliter dicta sufficere, ut vel declinemus errata, vel custodiamus catholica: ab Apostolis tamen, eorumque successoribus nouimus constitutum, criminationes aduersus doctores non debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, nec quenquam alterius iudicis, quam sui, sententia debere constringi. Caput enim Ecclesiae, Christus est. Christi autem vicarij, sacerdotes sunt, qui vice Christi legatione funguntur in Ecclesia. Idcirco quicquid ad eorum sit iniuriam, ad CHRISTVM pertinet, qui dixit: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et qui spernit me, spernit eum qui me misit. Ista, fratres, terribilia sunt, & oppidè diligenter consideranda & cauenda, & tam propter eos, qui seipsum aut cupiditate, aut avaritia, aut inuidia perdere moluntur, (ne in profunda labantur, aut in talia incidant mala) quam propter persecutiones Ecclesiae, seruorumque eius, qui iuxta veritatis vocem, oculos habentes, non videt, & aures habentes, non audiunt, nec intelligunt, quae placent Deo. Sequentes itaque in omnibus Apostolicam regulam, & predicantes eius omnia constituta, ob custodiam episcoporum, qui columnae Ecclesiae a Deo dicti sunt, & ceterorum verorum sacerdotum,

* dilectioni

Ioan. 14. a

Ioan. 14. g

Ephes. 5. c

Coloss. 1. c

Luc. 10. d

Matth. 13.

Galat. 2. c

3. q. 5. Con-

stituium cu

firmam.

firmantes cana patrum statuta: statuiamus iterum cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sacrilegos diuinorumq; concurrerunt, similesque eorum, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt, & iuste repellendi, quia funesta est vox eorum. Vocem enim funestam in omnibus interdici potius, quam audiri oportet. Periculum ergo, quod doctores imminet, summo per se semper cauendum est & declinandum, & illi sunt à cunctis portandi & custodiendi, dicente Domino: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Prima enim salus est, recte fidei regulas custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare. Nec potest Domini nostri Iesu Christi prætermittentia, dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica, extra maculam, semper est catholica seruata religio. Ideo, charissimi, & vos iuxta sanctam scripturam discite benefacere, & mala declinare, & patrum regulis imbui, sicut scriptum est: Fili, si habes, benefac tecum, & deo dignas oblationes offer. Memor esto, quonia mors non tardat, & testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi. Testamentum huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens, da pauperi. non defrauderis à die bona, & particula boni doni non te prætereat. Nonne alijs relinques dolores & labores tuos? In diuisioe fortis da & accipe, & iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum. Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deiiciuntur. Sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis illius intelligens erit, vadens post illam quasi inuestigator, & in vijs illius consistens. Qui respicit per fenestram eius, & in ianuam illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur. Protegetur sub ramis illius à seruore, & in gloria eius requiescet. Qui timet dominum, faciet illud: & qui continens est iusti-

tiæ, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate, suscipiet illum. Cibabit illum panem vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabit in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit eum apud proximos suos. Et in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & implebit eum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hereditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non videbunt illam. Longè enim abest à superbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & accessum habebunt vsq; ad inspectionem Dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quonia à Deo profecta est sapientia. Sapientiæ enim Dei stabit laus, & in ore fidei abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris, per Dominum abest: quæ enim odit, non feceris. Non dicas, ille me implanauit: non enim necessarij sunt illi homines impij. Omne execrumentum erroris odit deus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi: quonia multa sapientia DEI, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Oculi Domini ad timentes eum, & ipse cognoscit omnem operam hominis. nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi. non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Nè iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur, nec oblecteris super ipsos, si non est timor DEI cum illis. Non credas vitæ illorum, & non respexeris in labores eorum. Melior est enim vnus timens DEVM, quam mille filij impij. Et vile, mori sine filijs, qui relinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deseretur. Multa alia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. In synagoga peccantium exardebit ignis, in gente incredibili exardescet ira. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt, confidentes suæ virtuti. Et non percipit peregrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus est illos, præ superbia verbi illorum. non misertus est illis, totam gentem perdens, & extollentes se in suis peccatis. Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus iuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis. Misericordia enim & ira est cum illo, potens exoratio,

In 2. dec. nu. ychiani pp.

Matth. 25. d

Matth. 16. c

24. q. 1. In sede apostolica.

Ecc. 14. b c d

*bonæ dici

Ecc. 15. a. b c * illa

* successum

*procella

*inania

Eph. 4. g

*mandata conseruare,

*nâ

*talita

ratio, & effundens iram. Secundum misericordiam suam, sic correptio illius. Hominem secundum opera sua iudicabit. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia facientis misericordiam. Omnis misericordia faciet locum vniciuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius. Non dicas, à Deo abscondar, & ex summo quis me memorabitur? In populo magno non agnoscar. Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Ecce cælum, & cæli cælorum, abyssi, vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, montes simul & colles, & fundamenta terræ. Et quum conspexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius quis intelligit, & procellam quam nec oculus vidit hominis? Nam plurima opera illius sunt in absconditis, sed opera iustitiæ illius quis enarrabit, aut quis sustinebit? Longè enim est testamentum à quibusdam, & interrogatio hominum in consummatione est. Qui minoratur corde, cogitat mala: & vir imprudens & errans cogitat stulta. Omnis ergo, fratres, sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad edificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores DEI sicut filij charissimi, & ambulat in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpido, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & DEI. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentia. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulat, (fructus enim lucis, est in bonitate & iustitia & veritate) p-bantes, quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaq; fratres, quo-

modo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimètes tempus, quonia dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas DEI. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subiecti inuicem in timore Christi. Crucis ergo Domini nostri Iesu Christi, quæ nupèr nobis gubernacula sanctæ Rom. Ecclesiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta est, in prædicto Kalendarum die Inuentionis festum vobis solenniter celebrare mandamus. Similiter & hereticos omnes, quicumq; Dei gratia conuertuntur, & in sanctæ Trinitatis nomine credentes, baptizati sunt, Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari precipimus. Manus quoque impositionis sacramentum, magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis apostolis legitur, aut scitur peractum esse: neque ab alijs (sicut iam dictum est) quàm ab illis, qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur & vacuū, nec inter Ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. Deceterò, fratres, gaudete & exultate in Domino, ut sancti spiritus gratia illuminati & confortati, vos ad pacua æternæ vitæ peruenire, vestrosque perducere, administrante Domino, valeatis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & comunicatio spiritus sancti sit semper cum omnibus & nobis. Amen. Data 8. Kalen. Septemb. * Constantino clarissimo consule.

De cõ. dif. 3. Crucis Dñi.

De cõ. dif. 5. Manùs quæ què imp. Confirmatio nis sacra mentum.

2. Cor. 13. d

* Constatio

EIVSDEM EVSEBII PAPAE decreta ex Gratiano & aliunde desumpta, numero quatuor.

PRIMUM.

Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere. Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere, licet tamen illi monasterium sibi eligere.

26. q. 2. Desponsatam puellam licet tamen monasterium eligere, si voluerit.

SECUNDUM.

Non in serico panno, sed in lineo, sacrificium consecratur altaris. Consulto omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quicumque celebrare presumat, sed in puro lineo vel linteo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in findo ne linea munda sepultum fuit.

De cõ. dif. 1. consulto omnium Ioan. 19.

TERTIUM.

Ieiunia non soluantur legitima, absque necessitate probabili.

Iciu.

Ieiunia, in Ecclesia à sacerdotibus constituta, sine necessitate rationabili non soluantur.

QVARTVM EIVSDEM DECRE-
tum, secundum codicem 5. librorum,
lib. 1. cap. 41.

Qualescunque personae sacerdotum epulis
debeant interesse.

Episcopi
mensa qualis.

Oportet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque conuiuas ad comedendum & bibendum non virgere: quin potius sobrietatis prebeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis augmenta, non ludicra spectacula, non acroamatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur prestigia. Adint peregrini & pauperes & debiles, qui de sacerdotali mensa Christi benedicentes, benedictionem percipiunt. Recitetur sacra lectio, subsequatur viuus vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, immo verbi spiritualis alimento, conuiuantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum Dominum nostrum.

DECRETA MELCI-
ADIS PAPAЕ.

Ex libro pontificali Damasi Papaе.

Anno Do-
mini 311.

Melciades natione Apher, sedit annos tres, menses septem, dies octo, ex die Nonarum Iulij, à consularu Maximini nono, vsque ad Maxentium secundo, qui fuit mense Septembris, Volusiano & Rufino consularibus. Hic constituit, ne vlla ratione die dominica aut quinta feria ieiunium quis fidelium ageret, quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrant. Et Manichaei inuenti sunt in vrbe Roma ab eodem. Hic fecit, ut oblationes consecratae per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrem, presbyteros 6, diacones 5, episcopos per loca, xj. Hic sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, 4. Idus Decembris. Et cessauit Episcopatus dies 17.

EIVSDEM EPISTOLA DECRE-
talis, ad omnes Hispaniae Episcopos.

- 1 De iudicijs Episcoporum, siue maioribus causis ad Apostolicam sedem deferendis: & ut nullam eam probibeatur appellare.
- 2 Quod sit maius sacramentum, impositio manus Episcoporum, an baptismus.
- 3 De ieiunio Dominica diei, & quinta ferie.

1. Cor. 10. g

Dilectissimis fratribus, Marino, Benedicto, Leontio, & ceteris Hispaniarum, ac illis in partibus constitutis Episcopis Melciades: Apostolici precepti verba sunt, apud Iudaeos atque gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc, quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod quum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante

Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui in eum imperare volumus, ista cōtristat, quae auctoribus Christianis percellunt, animos Christianos, dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator, quod expedit scandalizanti vnum de pusillis, in maris profundum demergi. Ideo, quae sit eius iam poena, quaeramus, cui tale supplicium legimus expedire. Quapropter ista, charissimi, verba valde sunt ponderanda, & cauenda, ne pro temporalibus aeterna, & pro caducis mansura, & pro paruissimis temporalibus perdantur (quod absit) perpetua gaudia. Vnde vos rogamus & obsecramus, ut nullus alteri noceat, neque infestus aut nocens existat, sed (iuxta Apostolum) alter alterius onera portet, ut legem Christi adimpleat. Et nolite iudicare inuicem, sed (iuxta eundem Apostolum) hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Primum semper ante omnia diligenter inquirete, ut cum iustitia & veritate definiatis. Neminem condemnatis ante verum & iustum iudicium. Nullum suspicionis arbitrio iudicatis, sed primum probate, & postea charitativam proferte sententiam. Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere. Mementote sermonis Domini semper, qui ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Episcopos nolite iudicare, nolite condemnare absque sedis huius auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra iudicia, & vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctae sedi à temporibus Apostolorum statutum est seruare, quod illaefum manet vsque in hodiernum diem. Episcopos ergo, quos sibi Dominus tanquam oculos elegit, & columnas Ecclesiae esse voluit, quibus etiam ligandi & soluendi dedit potestatem, suo iudicio referuauit, hocque privilegium beato clauigero Petro sua vice solummodo commisit. Quod eius iuste prerogatiuum succrescit sedi, futuris hereditandum atque tenendum temporibus, quoniam & inter beatos apostolos fuit quaedam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est, ut alijs premineret, eorumque quae ad querelam venirent, causas & interrogationes prudenter disponderet. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum cuncta sibi vindicarent, sed semper maiores causae, sicut sunt Episcoporum & potiorum curae negotiorum, ad vnam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent, ut inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium institutionis, ne quandoque à suo discreparent capite. Si vero se viderit quisquam vestrum praegravari, hanc sedem appellet, huc recurat, ut semper instituta fuit consuetudo: quia & voluntarie eis

Matth. 18. a
Marc. 9. f
Luc. 17. a

Galat. 6. a

Rom. 14.

* charitate
* neminem
condemnan-
tes ante

Tob. 4. c

Matth. 7. a

Luc. 6. f

Zach. 2. c

Matth. 16. c

compatiemur, & libenter, prout Dominus dederit, adminiculū feremus. Nec à quoquam fratres, inhibeatur aut obiurgetur, quod nostrae confors communionis esse voluerit, sed magis ei veniendi auxilium praestetur, quia sufficit vnicuique obiurgatio, quae fit à plurimis, ut (iuxta Apostolum) magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, ut ipse ait, ut confirmetis in illo charitatem. Eorum enim os accusandi sacerdotum, vel testificandi in eos, obstruimus, quos non humanis, sed diuinis verbis mortuos esse scimus, quonia infidelis homo mortuus est in corpore viuente. Nec in suspicionem veniat homo fidelis, ut dicatur aut faciat ea, quae pati non vult. Si quis fidelis est, videat ne falsum loquatur, aut cuiquam infidias ponat. Facile est ergo hominem fallere, non tamen Deum. Sapiens non est, qui nocet. Et nihil mali vult, qui est fidelis. In his enim fidelis & infidelis hominem cognoscere possumus, in nocendo & adiuuando, ut ipsa veritas ait: Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bona: & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Pro nobis enim dicit dominus per prophetam: Eos vero qui iudicant vos, ego iudicabo. Et iterum ad seruos suos dixit: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuat. De talibus quoque propheta canit, dicens: Non sic impij, sed tanquam pulvis quem proiecit ventus, propterea non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in congregatione iustorum: Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Quare conturbatae sunt gentes, & plebes meditantur inania? Consurgent reges terrae, & principes tractabunt pariter aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Disrumpamus vincula eorum, & proieciamus à nobis iugum ipsorum. Habitator caeli ridebit, & Dominus subfannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et alibi dixit: Scelus impij in medio cordis eius, non est timor Dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit aduersus eum in oculis eius, ut inueniret iniquitatem eius ad odium. Verba oris eius, iniquitas & dolus: cessauit cogitare, ut beneficeret. Iniquitatem cogitat in cubili suo, stabit in via non bona, malum non abijciat. Domine, in caelo misericordia tua, fides tua vsque ad nubes. Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. Homines & iumenta saluos facies, Domine: quam preciosa misericordia tua, Deus? Et filij Adam in vmbra alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuae, & torrete deliciarum tuarum potabis eos. Quoniam tecum est fons vitae, & in lumine tuo videbitur lumē. Attrahe misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam rectis corde.

1. Cor. 2. b

Matth. 12. c
Luc. 6. g

Esa. 49. g

Esa. 51. c

Psal. 1.

Psal. 2.

Psal. 35.

Non veniat mihi pes superbie, & manus impiorum non me commoueat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt, & non potuerunt surgere. Audiuimus à quibusdam fratribus, quibus infestis eratis nimis, quod iurgia & discordiae sint inter vos. Propterea ista scripsimus vobis, mandantes, ut ita tenetis, sicut & ab Apostolica sede vobis tenenda mandantur. Vnde & Domini praecursor in Euangelio militibus interrogantibus respondit, dicens: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris. Concutit enim hominem, qui illum iniuste conturbat. De his haec vobis in terdum misufficiant. Si autem maioribus indigeritis, vita committite, mittite, & mittentur vobis. De his vero, super quibus rogastis vos informari, id est, vtrum maius esset sacramentum manus impositio Episcoporum, aut baptismus, scitote vtrumque magnum esse sacramentum. Et sicut vnū à maioribus sit, id est, à summis pontificibus, quod à minoribus profici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt haec duo sacramenta, ut ab inuicem nisi morte praueiente, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero ritè perfici non potest. Nam vnum (preueniente morte) saluare sine altero potest, aliud autem non potest. Vnde scriptum est: In diebus illis, dicit Dominus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertamus summas diuitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc spiritus sancti descensio in credentium populos, donauit vniuersis. Sed quia diximus, quod manus impositio & confirmatio ad baptismi perfectionem pertineat, & qui iam regeneratus in Christo est, confirmare aliquid possit, forte cogitat sibi aliquis: Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Non ita, dilectissimi. Attēdat charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator, quemcunque in militum receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum: ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dediti militem, da ei adiumentum militiae. Nunquid prodest, si quisquam parentum magnam pupillo conferat facultatem, nisi prouidere studeat & tutorem? Itaque paracletus regeneratis in CHRISTO, custos & consolator & tutor est. Ideo dicit sermo diuinus: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Ergo spiritus sanctus, qui super aquas baptismi saluifero descendit illapsus, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum praestat ad gratiam. Et quia, in hoc mundo tota aetate victuris, inter inuisibiles

Luc. 3. c

De cō. dist. 5.
Spiritus sanctus, qui super. ac i dec.
luon. lib. 1.

11.

Iohel 2. g

Psal. 126.

De cō. dist. 5.
Spiritus sanctus q super

biles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. At si continuo transitoris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat, mox in pace beati seculi recipiendos. Confirmatio autem armat & instruit, ad agones mundi huius & praelia, referandos. Qui autem post baptismum, cum acquirit innocentia, immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hic, si forte illud etiam requirere velimus, post passionem & resurrectionem Christi, quid Apostolis profuerit aduentus spiritus sancti, ipse Dominus eis euidenter exponit. Quae dicitur (inquit) vobis, non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, ipse docebit vos omnem veritatem. Vides, quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatur? Itaque ante descensionem spiritus sancti, vsque ad negationem Apostoli deterrantur: post visitationem vero eius, vsq; ad martirium contemptu salutis armantur. Secundum hoc per Christum redimimur, per spiritum vero sanctum dono sapientiae spiritualis illuminamur, aedificamur, erudimur, instruimur, consummamur, vt illam sancti spiritus vocem audire possimus: Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradiaris. De spiritu sancto accipimus, vt spirituales efficiamur, quia animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. De spiritu sancto accipimus, vt sapiamus inter bonum malumque discernere, iusta diligere, iniusta respuere, vt malitia ac superbiae repugnemus, vt luxuria ac diuersis illecebris, & fcedis indignisque cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus vitam amorem & gloriae ardorem, vt succensi diuinitus, erigere a terrenis mentem ad superna & diuina valeamus. Ieiunium vero Dominici diei & quintae feriae nemo celebrare debet, vt inter ieiunium Christianorum & gentium, veraciter credentium atque infidelium & haereticorum, vera, & non falsa, discretio habeatur. Vnde scriptum est: Quae pars Christi ad Belial? aut quae pars fidei cum infideli? Quae autem participatio iustitiae cum iniquitate? Et iterum: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Decetero, fratres, videte, ne quis vos decipiat inanibus verbis, neque per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circumcisi estis circumcissione, non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in

Ioan. 16. c

Psal. 31.

1. Cor. 2. d

2. Cor. 6. c

2. Cor. 6. c

Coloss. 2. b c

circumcissione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum a mortuis. Et vos, cum mortui essetis in delictis & preputio carnis vestrae, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod aduersum vos erat; chirographum decreti, quod erat contrarium vobis, & ipsum tulit de medio, & affigens illud cruci, expoliens principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quae non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suae, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexum & coniunctionem subministratum & constructum, crescit in augmentam fidei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, quae sunt omnia in interitu ipso vsu, secundum praecipua & doctrinas hominum, quae sunt rationem quidem habentia sapientiae, in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Igitur si resurrexistis cum Christo, quae iussum sunt, quaerite, vbi Christus est in dextera DEI sedens: quae iussum sunt, sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam, quae est simulacrorum seruitus, propter quae venit ira DEI in filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueretis cum illis. Nunc autem deponite & vos omni iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit eum, vbi non est Iudeus & gentilis, circumcisio & praeputium, barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Christus donauit vobis, ita & vos. Super autem omnia haec charitate habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi vigeat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum Dei

* nexu & coniunctione

Colo. 3. a b c

* omnia,

Dei habitat in vobis abundanter, in omni sapientia docentes & componentes vos metipso psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes DEO & patri per ipsum. Vos, charissimi, nolite deficere beneficientes. Quod si aliquis fuerit,

qui non obediit verbis Apostolicis, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Deus autem pacis det vobis id ipsum sapere in alterutrum & in omnes, & ipse sit semper vobiscum in omni loco, Amen. Data Kalendis Martijs, Volusiano & Rufino viris clarissimis consulis.

Rom. 15. b

2. Theff. 3. d

NEOCAESARENSE CONCILIVM, SVB EVSEBIO VEL MELCIADE.

AD LECTOREM BREVIS ANNOTATIO.

Concilium hoc Neocaesarensis posterius est Ancyra Synodo, non tamen longo tempore interuallo. Vtrique interfuit quidam insignis vir, Basilius nomine, Amasee Episcopus, sub Licinio Caesare martyrio coronatus, teste Eusebio in Chronicis, anno 320. Porro vtraque Synodus, tum Ancyra, tum Neocaesarensis Nicenam praecessit: idem Episcopus, Longinus nomine, & Nicenae, & Neocaesarensis interfuit. Plinius lib. 6. cap. 3. meminit ciuitatis Neocaesarensis. meminit & Ptolemus in 1. Tabula Asiae, quae continet minorem Asiam in prouincia Cappadociae. Synodo huic interfuisse 17. Episcopos a quibus editi sunt 14. Canones, quos VI. Synodus approbavit can. 2.

TITVLI CANONVM NEOCAESARENSIS concilij, sub duplici interpretatione.

EDITIO I.		EDITIO 2.	
DE presbyteris, qui vxores acceperunt, vel fornicati sunt.	1	DE presbyteris, quod vxorem ducere non debeant.	1
De his, quae duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores acceperint vxores.	2	De muliere, duobus fratribus nubere non licere.	2
De multinubis.	3	De his, qui multis nuptijs comunicauerunt.	3
De his, qui proponentes fornicari, vetant.	4	De concupiscentia non consummata.	4
De catechumenis peccantibus.	5	De catechumenis peccantibus.	5
De catechumena praegnante.	6	De praegnantibus baptizandis.	6
Quod non oporteat in bigami nuptijs orare presbyterum.	7	Presbyteros in secundis nuptijs non debere orare.	7
De his, qui mulieribus adulteris iuncti sunt.	8	Vxor adulterae virum, clericum fieri non debere.	8
De his, qui ad presbyterium promouent, & ante ordinationem sunt sibi peccatorum conscij.	9	De presbyteris, corporali peccato praecipue occupatis.	9
De diaconibus similiter.	10	De diaconibus, corporali peccato praecipue occupatis.	10
Quo tempore conueniat presbyterum ordinare.	11	De presbytero minus triginta annorum, minime ordinando.	11
De his, qui in aegritudine baptismi conueniunt.	12	De his, qui in aegritudine sunt baptizati.	12
De presbyteris agrorum.	13	De presbyteris alterius regionis.	13
De numero certo diaconorum.	14	De diaconibus septem.	14

CANONES NEOCAESARENSIS CONCILII, sub duplici translatione.

Et hi canones post eos quidem probantur esse, qui apud Ancyram expositi sunt, sed Nicenis priores reperiuntur. Sunt autem qui sequuntur:

EDITIO I.

CAP. I.

Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad poenitentiam redigi.

Cap. 2.

Mulier si duobus fratribus nupserit

EDITIO II.

CAP. I.

Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine suo illi deponi debere: Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abijciatur, & poenitentiam inter laicos redactus agat.

Cap. 2.

Mulier si duobus nupserit fratri-

Versio noua canonum Neocaesarensis Synodi, Gentiani Herueti.

CAN. I.

Presbyter si vxorem duxerit, ordine suo moueatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, penitus extrudatur, & ad poenitentiam deducatur.

Can. 2.

Faemina si duobus fratribus nupserit

nist. 28. Presbyter. Et in decre. Iao, lib. 3.

pferit, abijciatur vsq; ad mortem. Veruntamē in exitu, ppter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis, huius coniunctionis vincula dissoluat, fructum poenitētiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptijs, difficilis erit poenitentia in vita permanenti.

31. q. 1. De his, q. freq. De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem prefinium, manifestum est: sed conuersatio eorum & fides, tempus abbreviat.

Cap. 4. Si quis mulierem concupiscens, proposuerit cum ea concumbere, & cogitatio eius non perueniat ad effectum, apparet quod gratia Dei liberatus est.

Cap. 5. Catechumenus si ingrediatur ecclesiam, & in ordinem eorum qui instruuntur, affistat, hic autem si deprehensus fuerit peccans, si quidem genua flectit, audiat, vt non delinquat ulterius: si verò & audiens peccauerit, expellat vi-

Cap. 6. Grauidam oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc, quæ parit, nascēti comunicat, ppter eam quod vnus cuiusque suum propositum in confessione declarat.

31. q. 1. De his qui freq. Et in decr. Iuon. lib. 6. Presbyteris in nuptijs bigami prandere, non conuenit: quia cum poenitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter conuiuium talibus nuptijs possit prebere consensum?

34. Dist. Si cuius vxorē. Mulier cuiusdam adulterata laici constituti, si euidenter arguatur, talis ad ministerium cleri venire nō poterit. Si verò post ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam conuenit. Quod si cum illa conuixerit, ministerium sibi

fratribus, abijciatur vsque ad diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramētis reconciliari oportet, ita tamen, vt si fortē sanitatem recuperauerit, matrimonio soluto, ad poenitentiam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in huiusmodi confortio cōstituta, difficilis erit poenitentia remanenti. Qua sententia tam viri quam mulieres teneri debebunt.

Cap. 3. De his, qui frequēter vxores ducit, & de his qui sepius nubunt, tēpus quidē poenitētiæ, quod his constitutum, obseruabunt: sed conuersatio & fides eorum, tempus abbreviat.

Cap. 4. Si quis concupita muliere, etiā concubitus eius desiderium habeat, non autē subsequatur effectus: manifestū est, hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum.

Cap. 5. Catechumenus, id est, audiens, qui ingreditur Ecclesiam, & stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus, si gens genua, audiat verbū, vt se abstineat ab illo peccato, quod fecit: quod si in eo perdurat, abijci omnino debet.

Cap. 6. De pregnantibus, q. oportet eas baptizari quando volunt. Nihil enim in hoc sacramento commune est pariturae, & illi, qui de eius vtero fuerit editus, quia vnus cuiusque in illa confessione libertas arbitrij declaratur.

Cap. 7. Presbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse nō debere, maximē cum precipiatur, secundis nuptijs poenitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptijs?

Cap. 8. Si cuius vxorem adulteriū commisisse, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticū admitti penitus nō debet. Quod si in clericatu iam constituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eam debet. Si verò

nupserit, extrudatur vsq; ad mortē. Sed in morte propter humanitatem si dixerit, quod vbi cōualuerit, soluet matrimonium, habebit poenitentiam. Sed si mortua fuerit mulier existens, vel eius maritus, in tali coniugio, difficilis est poenitentia.

Can. 3. De ijs, qui in plurima matrimonia incidunt, tempus quidem prestitutū esse manifestum est. Sed conuersio & poenitentia eorum tempus contrahit.

Can. 4. Si quis proposuerit concupiscere mulierem ad dormiendum cum ipsa, eius autē desiderium ad opus non uenerit, videtur esse à gratia liberatus.

Can. 5. Catechumenus, si in Dominicum ingrediens, in catechumenorū ordine steterit, is autem peccat, si genua quidem flectens, audiat, nō amplius peccans. Sin autem etiā audiens adhuc peccet, extrudatur.

Can. 6. De ea, quæ vterum gerit, quod ea oporteat illuminari quando velit: neque enim ea quæ parit, cum foetu qui paritur, ea in re habet aliquid cōmune, q. propriū vnus cuiusque institutū ac propositū in confessione ostendatur.

Can. 7. Presbyter in nuptijs eius, qui duas vxores ducit, seu digamus efficitur, nē conuiuetur. Cum enim requirat poenitentiam digamus, quis erit presbyter, q. eo quod sit conuiuio acceptus, nuptijs assentiatur?

Can. 8. Si alicuius vxor, cum esset laicus, adulterata fuisse conuicta fuerit, is non potest ad ministerium accedere. Sin autem etiā post ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere. Quod si cohabitet, non potest sibi commissum

sibi commissum obtinere nō poterit.

Cap. 9. Presbyter, si preoccupatus corporali peccato prouocatur, & confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non cōsecret, manēs in reliquis officijs, ppter studiū bonum. Nam peccata reliqua, pleriq; dixerūt, per manus impositionē posse dimitti. Quod si de se nō fuerit ipse cōfessus, & argui manifeste nequiverit, potestatis suæ iudicio relinquatur.

Cap. 10. Simili modo etiā diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerij subtrahatur.

Cap. 11. Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus obseruet. Nam dominus noster trigesimo ætatis suæ anno baptizatus est, & sic cepit docere.

Cap. 12. Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorē presbyterij nō potest promoueri, q. non ex proposito fides eius, sed ex necessitate descendit, nisi forte ppter sequens studiū eius & fidē, atq; hoīm raritatem talis possit admitti.

Cap. 13. Presbyteri ruris, in ecclesia ciuitatis Episcopo presente vel presbyteris vrbis ipsi, offerre nō possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemq; porrigere. Si verò absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocētur, soli dare debent. Chorepiscopi quoq; ad exemplum quidem & formam Septuaginta, videntur esse: vt comministri autem, propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.

Cap. 14. Diaconi septem debēt esse iu-

verò retinere eius confortiū velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Cap. 9. Qui admiserit corporale peccatū, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccauerit, non quod offerat, maneat tamē in alijs officijs, propter eius studij vtilitatem. Nam cetera peccata, censuerunt plurimi, etiā ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquo potest manifeste conuinci, huic ipsi de potestas est permittenda.

Cap. 10. Similiter & diaconus, si in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, sese à ministerio cohibeat.

Cap. 11. Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quauis sit probabilis vietus, sed obseruet vsque ad prefinium tempus. Dominus enim noster Iesus Christus trigesimo anno baptizatus est, & tunc predicauit.

Cap. 12. Si quis in ægritudine cōstitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari nō debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

Cap. 13. Presbyteri, qui conregionales sunt, in ecclesia presentibus episcopis vel presbyteris ciuitatis, offerre non possunt, nec dare panem sanctificatum, nec calicem porrigere. Quod si absentes sint ciuitatis sacerdotes, & fuerint inuitati ad dandam orationem, soli poterunt dare. Vicarij autem episcoporum, quos greci Chorepiscopos vocant, constituti sunt quidē ad exemplum septuaginta seniorum, sed tanquā sacerdotes, propter sollicitudinē & studium, quod in pauperes agūt, offerant, & honorabiles habeant.

Cap. 14. Diaconi septem esse debēt se-

missum ministeriū exequi.

Can. 9. Si presbyter, qui corpore prius peccauerat, promotus fuerit, & si ante ordinationē peccasse confessus fuerit, nē offerat, manens in alijs, propter aliud eius bonæ vitæ studium. Reliqua enim peccata dicūt multi manuum impositione tolli. Quod si ipse nō confiteatur, apertē autē conuinci nō potuerit, illius quocūque ei fiat potestas.

Can. 10. Similiter & diaconus, si in idem peccatum inciderit, ministri ordinē habeat: (id est, hypodiaconi, vel lectoris, vt exponit Balsamon.)

Can. 11. Presbyter ante 30. annos non ordinetur, etiam si fuerit homo valde dignus, sed referuetur. Dominus enim Iesus Christus in 30. anno baptizatus est: & cepit docere.

Can. 12. Si quis ægrotans fuerit illuminatus, non potest in presbyterum euehi. Fides enim eius non est ex instituto, sed ex necessitate: nisi fortē propter consequens eius studiū & fidem, hominumque raritatem.

Can. 13. Vicarij autē presbyteri non possunt in Dominico offerre presente Episcopo, vel vrbis presbyteris, neq; panem dare precationis, neq; calicem. Sin autem absint, & solus ad precationem vocatus fuerit, dat.

Can. 14. Chorepiscopi autem sunt quidem in figura septuaginta: vt autē comministri, propter studium in pauperes, offerunt honorati.

Can. 15. Diaconi septem esse debēt dd 3 ex

15. q. 8. Qui admittit corporale. ut in decr. Iuon. lib. 3.

15. q. 8.

dist. 78. Presbyter a 30

Luca 3.

dist. 57. Si quis in ægritudine

pi qui.

dist. 93. Diaconi septem deb.

iuxta regulam, licet & valde magna sit ciuitas. Idipsum autem & Actuum apostolorum liber insinuat.

secundum regulam, quauis magna sit ciuitas: cui regulæ authoritas erit liber Actuum apostolorum.

ex Canone, etiam si sit magna ciuitas. Eius autem rei fidem faciet liber Actorum.

FINIS.

CONVENERVNT AVTEM IN VNVM SANCTI ET venerabiles Episcopi hi qui infra scripti sunt, & cum cæteris, qui statuerunt superius scripta, subscripserunt, id est:

Vitalis * Antiochenus Cœles Syriæ. Germanus Neapolis Palæstinae. Gregorius * Cincinoneñ Galatiæ primæ. Alphius Apameæ Cœles Syriæ. Heradius * Zeloneñ Armenia maioris. Basilius Amasiæ Hellepontii vel Armenia maioris. Leontius Cæsareæ Cappadociæ primæ. Amphion Epiphaniæ Ciliciæ secundæ. Stephanus chorepiscopus Cappadociæ. * Eretius * Placianen * Galatiæ primæ.

Alias * Hiltius Timoniaceñ Cappadociæ Polemoniaceñ.

Lupus Tarfeñ Ciliciæ primæ. Gerontius Larissæ Cœles Syriæ. Narcissus Neroniadis Ciliciæ secundæ. Loginus Neocæsareñ Ponti Polemoniaci. Salaminus Germaniciæ Cœles Syriæ. * Rudus chorepiscopus Cappadociæ. * Decasius * Tauicn Galatiæ. Valentinus Lætius. * Tabicn

DE PRIMITIVA ECCLÉSIA, ET MVNIFICENTIA CONSTANTINI magni Imperatoris erga eandem.



NEMO, qui diuinas Scripturas legit, ignorat, quod in principio nascentis Ecclesiæ discipuli in vnũ congregati sunt, cum multitudine credentium, in quibus erat cor vnum & anima vna, qui que vendentes prædia & possessiones suas, afferebant precia, & diuidebatur singulis, prout cuique opis erat. Futuram namque Ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebant, maximeque quia dominus illis prædixerat: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium. Vel quia expellendos se nouerant à Iudæa, & in gentibus dispergendos, ecclesiamque congregandam ex rudi populo, idcirco prædia in Iudæa minimè sunt adepti, sed precia tantummodò ad fouèdos egentes. At verò cum inter turbines & aduersa mundi succresceret Ecclesia, eoque peruenit, vt non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui penè totius orbis monarchiam tenebāt, ad fidem Christi & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare Ecclesias & prædia tribuere posse constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa cõtulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri principis Apostolorum instituit, adeò vt sedem imperialem, quam Romani principes possederant, relinqueret, & B. Petro, suisque præfulibus profutura cederet. Idem verò præfatus in sancta synodo, quæ apud Niceam congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: Vos à nemine diiudicari pote-

stis, quia solius Dei iudicio reseruamini. Dii enim vocati estis, idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps viri religiosissimi non solum possessiones & prædia quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrârunt, edificantes basilicas in suis fundis, in honore sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera, in quibus cœtus Domino seruientium conueniret. Denique reges & præfides ac magistratus, non solum hanc licentiam tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per vniuersa regna terrarum, vnde alerentur egentes, qui nihil in mundo possidebant, ecclesiæque Dei fabricarentur atque restaurarentur, Deoque & Ecclesiæ eius ritè famulantibus, seruisque illius supplementa (vt absque necessitate essent) tribuerentur, vt hæc accipientes, possent (secundum monita Apostoli) orationes, postulationes, obsecrationes, gratiarumque actiones facere, pro omnibus hominibus, pro regibus, & qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam habeant. Et hoc bonum & acceptum esse coram Deo, idem magister gētium protestatur, cui sollicitudo omnium ecclesiarum incumbit, quiq; Episcopos regere per spiritum sanctum constituit ecclesiam Dei. Quibus ait: Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè. Quibus & dicebat: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Quæ autem sint negocia secularia, sancti canones manifestant & inhihent, dum perspicuè docent, quòd quidam, qui in clero videtur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & secularia negocia sub cura sua accipiant, & Domini quidem misterium

* Zelamita-
nus.

* Redus
* Rodon

Actu. 2. g

Actu. 4. g

12. q. 1. Futu-
ram ecclesiã
apostoli.

Marc. 16. g

* successori-
bus

Plalm. 81.

In decreti-
luon. lib. 2.

1. Tim. 2. b

2. Cor. 11. g

1. Petr. 5. a

2. Tim. 2. a

* Dei

Dist. 88. de-
creuit fan-
cta synodus.

Exo. 33. b

1. Cor. 12. a

1. Cor. 7. a

Gen. 2. 8. c

1. Cor. 7. c

* Romæ

Galat. 5. d
1. Tim. 1. a

nisterium paruipendentes, per seculariũ verò domos discurrerent, & propter auaritiam, patrimoniorum sollicitudinẽ fumentes. Deceuit namque supradicta sancta synodus, nulum deinceps clericũ aut possessiones cõducere, aut negocijs secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum & orphanorũ ac viduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarũ rerũ sollicitudinem habere præcipiat. Vbi liqdò patet, quia alia sunt negocia secularia, alia Ecclesiastica. Nonne Moses in seculo erat, cum crebrò tabernaculum intraret & exiret? qui intus cõtemplatione raptus, foris infirmatium negocijs vrgebatur: intus Dei arcana consideras, foris onera carnalium portabat. Cuius typũ sacerdotes in Ecclesia agere debent, vt dum foras exeunt ad exercenda negocia pro necessitatibus subditorum, intus ad se redeant per cõtemplationem mandatorum, sicut Paulus, qui cœlestibus secretis inseruit, & tamen per condescensionis viscera, carnaliũ cubile perscrutatur. Sic & Iacob ascendentes & descendentes angelos vidit, quia videlicet rectores Ecclesiæ, non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando cõdescendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitatur, & se custodiunt, & subditorũ onera portant, & videntur tales esse, quales idem egregius prædicator præcipit: Vt qui vtuntur hoc mundo, tanquam nõ vtantur: & qui gaudet, tanquam nõ gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes.

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris scilicet & filij & spiritus sancti, Imperator Cæsar Flavius Constantinus, in Christo Iesu, vno ex eadem trinitate sancta, saluatore Domino DEO nostro, fidelis, mansuetus, beneficus, Alamanicus, Gothicus Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunicus, pius, felix, victor ac triumphator, semper Augustus, sanctissimo ac beatissimo patri patrũ Syluestro, vrbis Romanæ Episcopo & Papæ, atque omnibus eius successoribus, qui in sede beati Petri vsque in finem seculi sessuri sunt pontificibus, necnon & omnibus reuerentissimis & Deo amabilibus catholicis Episcopis, eidem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ per hanc nostram imperialem constitutionem subiectis in vniuerso orbe terrarum, nunc & in posterum cunctis retrò temporibus constitutis, gratia, pax, charitas, gaudium, longanimitas, misericordia à Deo patre omnipotente, & IESV Christo filio eius, & spiritu sancto, cum omnibus vobis. Ea que saluator & redemptor noster, Dominus Iesus Christus, altissimi patris filius, per suos sanctos Apostolos Petrum & Paulum, interueniente patre nostro Syluestro, summo pontifice & vniuersali Papa,

mirabiliter dignatus est operari, liquida enarratione per huius nostræ imperialis institutionis paginam, ad cognitionem omnium populorum, in vniuerso orbe terrarum studuit & propalare nostra mansuetissima serenitas. Primum quidem nostrã fidem, quam à prælibato beatissimo patre & oratore nostro Syluestro, vniuersali pontifice docti sumus, intima cordis confessione ad instruendas omnium vestrum mentes proferentes, & ita demum dei misericordiam super nos diffusam annunciantes, nõsse vos volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticam iussionem, significauimus, nos à culturis idolorum, simulacris mutis & surdis, manufactis, diabolicis cõpositionibus, atque ab omnibus fatanæ pompis recessisse, & ad integram Christianorum fidem, quæ est vera lux & vita perpetua, peruenisse, credentes iuxta id, quod nos idem almificus & summus pater & doctor noster Syluester pontifex instruxit, in Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in IESV Christum, filium eius & vnigenitum, Dominum nostrum, per quem creata sunt omnia. Et in spiritum sanctum, Dominum & viuificantem vniuersæ creaturæ. Hos, patrem, & filium, & spiritum sanctum, confitemur ita, vt in Trinitate perfecta & plenitudo sit diuinitatis, & vnitas potestatis. Pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & tres vnus sunt in IESV Christo. Tres itaque formæ, sed vna potestas. Nam sapiens retrò semper DEVS edidit ex se, per quod semper erant gignenda secula, verbum. Et quando, eodem solo suæ sapientiæ verbo vniuersam ex nihilo formauit creaturam, cum eo erat, cuncta suo arcano componens mysterio. Igitur perfectis cœlorum virtutibus, & vniuersis terræ materijs, pio sapientiæ suę nutu, ad imaginem & similitudinem suam, primum de limo terræ fingens hominem, hunc in paradiso posuit voluptatis. * Quem antiquus serpens & hostis inuidens diabolus, per amarissimum ligni vetiti gustum, exulem ab eisdem fecit gaudijs: eo que expulso, non desuit sua venenosa multis modis protelare iacula, vt à via veritatis humanum abstrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturæ, & non creatori, deseruire suadeat: quatenus per hoc eos, quos suis valuerit irretire insidijs, secũ æterno efficiat concremandos supplicio. Sed Deus noster misertus plasmatis sui, dirigens sanctos suos prophetas, per hos lumen futuræ vitæ, aduentum videlicet filij sui, Domini DEI & saluatoris nostri IESV Christi, annuncians, 1. Cor. 12. d

misit eundem vnigenitum filium suum & sapientiæ verbum. Qui descendens de cælis propter nostram salutem, natus de spiritu sancto ex Maria virgine, verbum caro factus est, & habitauit in nobis: Non amisit, quod fuerat: sed cœpit esse, quod non erat. Deũ per-

dd 4 factum,

* propagare

* vnicum

Gen. 1.

Gen. 2. b

Gen. 3. a b c d

* Cui

1. Cor. 12. d

Ioan. 1. b

fectum, & hominem perfectum, vt Deus mirabilia perficiēs, & vt homo humanas passiones sustinens, ita verbum hominem, & verbum Deum, prædicante patre nostro Syluestro summo pōtifice, intelligimus, vt verum Deum, verum hominem fuisse, nullo modo ambigamus. Eleētis que duodecim Apostolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruscavit. Cōfitemur eūdem Dominum Iesum Christum adimplēse legē & prophetas, passum, crucifixum secundū scripturas, tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cælos, atque sedentem ad dexteram patris, indē venturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperij non erit finis. Hæc est enim fides nostra Catholica orthodoxa, à beatissimo patre nostro Syluestro summo pontifice nobis prolata. Exhortamur idcirco omnem populum, & diuersas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere & prædicare, & in sanctæ Trinitatis nomine baptismi gratiam consequi, & Dominū nostrum Iesum Christum saluatorem nostrū, qui cum patre & Spiritu sancto per infinita secula viuūt & regnat, quem Syluester beatissimus pater noster vniuersalis prædicat pontifex, corde deuoto adorare. Ipse enim Dominus noster, misertus mihi peccatori, misit sanctos suos apostolos ad visitandum nos, & lumen sui splendoris infulsit nobis, vt abstractum à tenebris, ad verā lucem & agnitionem veritatis, me venisse gratularemīni. Nam dum valida squaloris lepra totam meī corporis inuassisset carnem, & multorū medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vilius quidem cura promeruissemus salutem, ad hoc venerunt sacerdotes Capitolij, dicentes, mihi debere fieri fontē in Capitolio, & compleri hunc innocentium sanguine, & eo calentes loto me, posse mūdari. Et secundū eorum dicta, aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos macitare, & ex eorum sanguine fontem repleri, cernens serenitas nostra la chrymas matrum eorum, ilicō exhorruī facinus: miseratus que eas, proprios illis restitui præcepimus filios suos, datisque vehiculis & donis concessis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur transacta die, nocturno nobis facto silentio, dum somni tempus aduenisset, assunt Apostoli sanctus Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniam flagitijs posuisti terminum, & effusionem sanguinis innocētis horruisti, missi sumus à Christo Domino Deo nostro, dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audi ergō monita nostra, & fac quodcunq; indicamus tibi. Syluester episcopus huius ciuitatis ad mōtem Soracte persecutiones tuas fugiēs, in cauernis petrarum cum suis clericis latebram fouet. Hunc ad te cū adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua, dum tertio te merferit, omnis te valetu-

*lotum

*replere,

do ista deferret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo saluatori compensa, vt omnes, iussu tuo, per totum orbem restaurentur ecclesie. Te autem ipsum in hac parte purifica, vt, relicta omni superstitione idolorum, DEVM viuū & verum, qui solus est & verus, adores & excolas, vt ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur à somno, protinus iuxta id, quod à sanctis Apostolis admonitus sum, peregi: aduocato que eodem præcipuo & magnifico patre, & illuminatore nostro Syluestro, vniuersali papa, omnia à sanctis Apostolis mihi præcepta dixi verba: percontati que sumus ab eo, qui isti dii essent Petrus & Paulus. Ille verò, non eos deos verè dici, sed Apostolos saluatoris nostri Domini Dei Iesu Christi, respondit. Et rursū interrogare cepimus eundē beatissimum papam, vtrum istorum Apostolorum imagines expressas haberet, vt ex pictura disceremus hos esse, quos reuelatio docuerat. Tunc idē venerabilis pater imagines eorundem Apostolorum per diaconem suum exhiberi præcepit: quas dum adspicerem, & eorum quos in somno videram, figuratos in ipsis imaginibus cognouissē vultus, ingēti clamore coram omnibus satrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno videram. Ad hæc beatissimus idem Syluester pater noster, vrbis Romæ episcopus, in dixit nobis penitentia tempus intra palatium nostrum Lateranense, in vno cilicio, vt de omnibus, que à nobis impiè peracta, atque iniuste disposita fuerant, vigilijs, ieiunijs, atque lacrymis & orationibus, apud Dominum Deum nostrum Iesum Christum saluatorem, veniam impetremus. Deindē per manus impositionem clericorum, vsque ad ipsum præfulem veni. Ibi q; renuncians satanę pompis & operibus eius, vel vniuersis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terre, visibilibus omnium & inuisibilibus, & in Iesum Christum filium eius vnicū, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, spontanea voluntate coram omni populo professus sum. Benedictio que fonte, illic metrina mersione vnda salutis purificauit. Posito q; me in fontis gremio, manū de cælo me contingentem proprijs oculis vidi. De qua mūdus exurgens, ab omni me lepræ squalore mūdatur agnoscite: leuato q; me de venerabili fonte, induto vestibis candidis, septiformis gratiæ sancti Spiritus consignationem adhibuit beati chrysmatis vñtione, & vexillum sanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicēs: Signet te Deus sigillo fidei suę, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, in consignatione fidei. Cunctus que clerus respondit, Amen. Et adiecit præful, Pax tibi. Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis mysterium, & post curatiōem corporis mei à lepræ squalore, agnoui non esse

aliū

Psal. 113.

Math. 16, c

Ibidem

dist. 96. Cō. stātinus Imperator quarta die

Hæc Græcè & Latine habentur in Nomocanone Phocaj Episcopi constantinopol.

alium Deum, nisi patrem & filium & spiritū sanctum, quem beatus Syluester papa prædicat, Trinitatem in vnitatem, & vnitatem in Trinitatem. Nam omnes dii gentium, quos vsque hæc tēns colui, demonia, opera hominū manufacta, comprobantur. Etenim quantā potestatem idem saluator noster suo Apostolo beato Petro contulerit in cælo ac terra, lucidissimè nobis idē venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus, & super hanc petrā edificabo ecclesiam meam, & portę inferi nō præualebunt aduersus eam. Aduertite potētes, & aure cordis intendite, quid bonus magister & Dominus vno discipulo adiunxit, inquit: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Mirum est hoc valdè & gloriosum, in terra ligare & soluere, & in cælo ligatum & solutum esse. Et dum hæc, prædicante beato Syluestro, agnoscerē, & beneficijs ipsius beati Petri, integerrimè sanitati me comperi restitutum, vtile iudicauimus, vñā cum omnibus nostris satrapis, & vniuerso senatu, optimatibusque meis etiā & cuncto populo Romanę glorię imperij subiacenti, vt sicut in terris S. Petrus vicarij filij Dei esse videtur constitutus, etiā & pontifices, qui successores sunt ipsius principis Apostolorum, principatus potestatem, amplius quam terrena imperialis nostrę serenitatis māfuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostro que imperio, obtineat, eligētes nobis ipsum principem Apostolorum, & eius successores, firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decreuimus veneratè honorari, & amplius quam nostrum imperium & terrenum thronum, sedem sacratissimā beati Petri gloriosè exaltari, tribuentes ei potestatem & glorię dignitatem, atque vigorem & honorificentiam imperialem, atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes, Antiochenā, Alexandrinam, Hierosolymitanam, & Constantinopolitanam, q; etiā super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei ecclesias. Et pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctę Romę ecclesię extiterit, celsior & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & eius iudicio, quęque ad cultum DEI vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. Iustum quippe est, vt ibi sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor, saluator noster, beatus Petrus Apostolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum sustinens, beata mortis sumpsit poculum, sui que magistri & Domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectāt, vbi eorum doctor B. Paulus apostolus, pro Christo, extēso collo, martyrio coronatus est. Illic vsq; in finem quæ-

rant doctorem, vbi sanctum doctoris quiescit corpus: & ibi proñac humiliati, cælestis regis dei saluatoris nostri Iesu Christi famulenti officio, vbi superbi terreni regis seruebāt imperio. Interea nõsse volumus oēm populum vniuersarum gentium ac nationum, per totum orbem terrarum, construxisse nos intra palatium nostrum Lateranense, eidem saluatori nostro Domino Deo Iesu Christo ecclesiam à fundamentis cum baptisterio, & duodecim, nos sciatis, de eiꝰ fundamentis secundū numerū duodecim Apostolorū, cophinos terrę onustatos proprijs abspontāsse humeris: quam sacrosanctā ecclesiā, caput, & verticē omnium ecclesiarū, in vniuerso orbe terrarū dici, coli, venerari ac prædicari sancimus, sicut per alia nostra imperialia decreta cōstituiimus. Construximus quoq; ecclesias beatorū Petri & Pauli: primorū Apostolorū, quas auro & argēto locupletauimus, vbi & sacratissima eorū corpora cū magno honore recondentes, thecas ipsorū ex electro (cui nulla fortitudo pualet elementorū) construximus, & crucē ex auro purissimo, & gemis preciosissimis, per singulas eorum thecas posuimus, & clauis aureis confiximus. Quibus ecclesijs pro concinnatione luminariorum, possessionum prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram imperialem iussione sacram, tam in oriente, quam in occidente, vel etiā septētrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Aphrica & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate eis libertatē concessimus, ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Syluestri pontificis, successorumque eius omnia disponantur. Gaudeat ergō vñā nobiscum omnis populus, & gentium nationes in vniuerso orbe terrarum, & exhortantes, monemus omnes, vt DEO nostro & saluatori Iesu Christo, immensas vñā nobiscum referant gratias, quoniā ipse Deus in cælis desuper, & in terra deorsum, nos per suos sanctos apostolos visitans, sanctum baptismatis sacramentū percipere & corporis sanitatem, dignos effecit, pro quo concedimus ipsis sanctis apostolis, dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per eos etiā beato Syluestro patri nostro, summo pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ papæ, & omnibus eius successoribus pōtificibus, qui vsq; in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri: atq; de præfenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarū præfertur atque præcellit palatijs: deindē diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygiū, id est, mitrā, necnon & superhumerales, videlicet lorum, quod imperiale circumdare assolet collum: verum etiā & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, sed & dignitatem imperialium præfidentium equitum, conferentes eti-

*principum

dist. 96. Cō. stātinus Imperator quarta die

Donatio Constantini augusti, que hic tēgitur, latius patet in donatiōe facta Ecclesie B. Petri, atq; alijs, in seruis à Damaso papa descripta.

dist. 96. Cō. stātinus Imperator quarta die

Nota phrygiū factum ex pennis pauonum,

am

am & imperialia scepra, simulque & cuncta signa, atque banta, vel banda etiam, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostrae. Viris autem reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctae Romanae ecclesiae seruentibus, illud culmen singularitate, potentia & praecellencia habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patricos atque consules effici, necnon & caeteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur, ita & clericum sanctae Romanae ecclesiae ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officij diuersis, cubiculariorum nempe & ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam romanam ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissimè pontificale decus prefulgeat, decernimus & hoc clericorum eiusdem sanctae Romanae ecclesiae manipulis & linteaminibus, id est, candidissimo colore decorari equos, & ita equitare. Et sicut noster senatus calceamentis virtutis cum vdonibus, id est, candido linteamine illustratis, sic vantur & clerici, ut sic celestia, sicut terrena ad laudem Dei decorentur. Prae omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro, vrbis Romae episcopo & Papae, & omnibus qui post eum in successum, & perpetuis temporibus aduenierint, beatissimis pontificibus, pro honore & gloria Christi Dei nostri, in eadem Dei magna Catholica & Apostolica ecclesia, ex nostro indico, ut quem, placatus proprio consilio, clericali voluerit, & in numero religiosorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus praesumentem superbe agere: Decreuimus itaque & hoc, ut idem venerabilis Pater noster Syluester summus pontifex, & omnes eius successores pontifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus) ex auro purissimo & gemmis preciosis uti debeant, & in capite ad laudem DEI & pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus uti coronam, nos phrygium quoque candidi nitoris, splendidam resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum equi illius, pro reuerentia B. Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes, eodem phrygio omnes eius successores singulariter uti in processionibus, ad imitationem imperij nostri. Vnde ut pontificalis apex non vilescat, sed amplius etiam quam terreni imperij dignitas, & gloriae potentia decoretur, eccè tam palatium nostrum, ut praedictum est, quamque urbem Romam & omnes totius Italiae & Occidentalium regionum provincias, loca & ciuitates, praefato beatissimo

*clericare

pontifici nostro Syluestro, vniuersali papae, concedimus atque relinquimus, & successorum ipsius pontificum potestati & ditioni, firma imperiali cesura, per hanc diualem nostram & pragmaticum constitutum, decernimus disponendum, atque iuri sanctae Romanae Ecclesiae concedimus permanens. Vnde congruum prospeximus, nostrum imperium & regni potestatem, in Orientalibus transferri ac transferri regionibus, & in Byzantiae prouinciae optimo loco, nomini nostro ciuitatem aedificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam ubi principatus sacerdotum & Christianae religionis caput ab Imperatore caelesti constitutum est, iustum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Haec verò omnia, & per alia diuina decreta statuimus atque confirmamus, usque in finem mundi illibata & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram deo vivo, qui nos regnare praecipit, & coram terribili eius iudicio obtestamur, per hoc nostrum imperiale constitutum, omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos optimates, satrapas, etiam amplissimum senatum, & vniuersum populum, in toto orbe terrarum, nunc & in posterum, cunctis retrò temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquo modo licere, haec quae nobis imperiali sanctione sacrosanctae Romanae ecclesiae, vel eius omnibus pontificibus, concessa sunt, refragari aut infringere, vel in quoquam conuellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temeratur, aut contempserit, aeternis condemnationibus subiaceat innotatus, & sanctos Dei principes apostolorum Petrum & Paulum, sibi in praesenti & futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperialis decreti nostri paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis apostolorum posuimus, ibi eidem Dei apostolo spondentes, nos cuncta inuiolabiliter conseruare, & nostris successoribus Imperatoribus conseruanda in mandatis relinquere, ac beato patri nostro Syluestro summo pontifici & vniuersali papae, eiusque cunctis successoribus pontificibus, Domino Deo & saluatore nostro Iesu Christo annuente, tradimus perenniter atque feliciter possidenda. Et subscriptio Imperialis: Diuinitas vos conseruet per multos annos, sanctissimi ac beatissimi patres. Datum Romae, sub tertio die Kalendarum Aprilium, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater & Gallicano viris clariss. consulibus.

DECRETA SYLVE- STRI PAPAE PRIMI.

Ex lib. Pontificali Damasi Papae.

Sylue-

Anno Do.
mini 315.

Syluester natiue Romanus, ex patre Rufino, sedit annis vigintitribus, mensibus decem, diebus vndecim. Fuit autem temporibus Constantini & Volusiani, ex die Kalendarum Februarij, usque in diem Kalendarum Ianuarij, Constantino & Volusiano consulibus. Hic in exilio fuit in monte Soracte, & postmodum rediens cum gloria, baptizauit Constantinum Augustum, quem curauit Dominus à lepra, cuius persecutionem primò fugiens, in exilio fuisse cognoscitur. hic fecit in vrbe Roma ecclesiam in praedio cuiusdam presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, iuxta thermas Traianas, quem titulum Romanum constituit, & usque in hodiernum diem appellatur titulus Equitij, ubi & haec dona contulit: Patenam argenteam pensantem libras 20, ex dono Augusti Constantini. donauit autem & scyphos argenteos 2, qui pensauerunt singuli libras denas. Calicem aureum, pensantem libras duas. Calices ministeriales quinque, pensantes singuli binas libras. Amas argenteas duas, pensantes singulae libras denas. Patenam argenteam chrismalem, auro clausam, pensantem libras quinque. Pharos coronatos decem, pensantes singulos libras octonas. Pharos aereos 20, pensantes singulos libras denas. Cantharos cerostrotos 12 aereos, pensantes singuli libras 30. Fundum Valerianum in territorio Sabine, qui praestat solidos 80. Fundum stationum in territorio Sabine, qui praestat solidos 55. Fundum ad duas casas in territorio Sabine, qui praestat solidos quadraginta. Fundum Percilianum in territorio Sabine, qui praestat solidos 20. Fundum Corbianum in territorio Sorano, qui praestat solidos 60. Domum cum balneo in vrbe in Sicunini regione, qui praestat solidos 85. Hortum intra urbem Romam, in regione ad duos amantes, praestantem solidos 15. Domum in regione Orphea intra urbem, quae praestat solidos 58 & tremissem. Hic fecit constitutum etiam de omni ecclesia.

*precepto

Huius temporibus factum est concilium cum eius consensu in Nicea Bithyniae. Et congregati sunt 318 episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, catholicam, & immaculatam. Et damnauerunt Arrium, Photinum, & Sabellium, vel sequaces eorum. Et in vrbe Roma congregauit ipse cum consilio Augusti episcopos 277, & damnauit iterum & Calixtum, & Arrium, & Photinum, & Sabellium. Et constituit, ut presbyter Arrianum respicientem non susciperet, nisi episcopus loci designaret eum. Constituit & chrisma ab episcopo confici. Et priuilegium episcopis contulit, ut baptizatum consignent, propter haereticam suasionem. Hic & hoc constituit, ut baptizatum liniat presbyter chrisma te leuatū de aqua, propter occasionem transitus mortis. Hic quoque constituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et

hoc constituit, ut diaconi dalmaticis in ecclesia vterentur, & palla linostima laeua eorum tegetur. Idem que constituit, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curia introiret, nec ante iudicium cinctum causam diceret, nisi in ecclesia. Sed & constituit, ut sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto consecraretur, nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri IESU CHRISTI in sindone linea & munda sepultum fuit. Constituit nihilominus, ut si quis desideraret in ecclesia militare aut proficere, ut esset Ostiarius annis decem, Lector annos 30, Exorcista dies 30, Acolythus annis 5, Subdiaconus annis 5, Custos martyrum annis 5, Diaconus annis 7, Presbyter annis 3, probatus ex omni parte, ut etiam ab his, qui foris sunt, habeat bonum testimonium. Vniuersus vxoris vir, vxore à sacerdote benedicta, & sic ad ordinem episcopatus ascenderet, nullum maioris vel prioris locum inuaderet, nisi ordine temporum cum pudore cognosceret omni clericorum vota grata, nullo omnino clerico contradicente, vel fideli. Hic fecit ordinationes 7 per mensem decembrem, presbyteros 42, diaconos 36, episcopos per diuersa loca & tempora 66.

Ioan. 19.

Huius temporibus fecit Constantinus Augustus basilicas istas, quas & ornauit. Basilicam Constantinianam, ubi posuit dona ista: Fastigium argenteum, habens in fronte Saluatorem sedentem in sella quinque pedum, pensantem libras 120. Et duo decem apostolos, habentes singuli quinos pedes, pensantes libras 90, cum coronis ex argento purissimo. Item à tergo respicientem in abside Saluatorem, sedentem in throno in pedibus quinque, ex argento purissimo, pensantem libras 140. Et angelos quatuor ex argento in quinque pedibus, qui pensant singuli libras 105, cum gemmis Alabandenis. Fastigium ipsum pensat libras duo millia 25. Coronas quatuor ex auro purissimo, cum delphinis viginti, pensantes singulae libras 15. Pharum ex auro purissimo, cum delphinis quingentis, cum catena, qui pensant libras 25. Camera basilicae ex auro, pensante in longum & in latum libras 50. Altaria septem ex argento purissimo, pensante libras ducentas. Patenas aureas septem, pensantes singulae libras triginta. Patenas argenteas sexdecim, pensantes singulae libras triginta. Scyphos ex auro purissimo septem, pensantes singuli libras decem. Scyphum singularem ex metallo, corallo ornatum, & vndique de gemis praelis & hyacinthis, auro interclusum ex omni parte, qui pensat libras viginti, & uncias tres. Scyphos argenteos viginti, pensantes singuli libras quindecim. Amas ex auro purissimo duas, pensantes singulae libras quinquaginta, portantes singulae medimnos tres. Amas argenteas 20, pensantes singulae libras 10, portantes singulae medimnos singulos. Calices minores

*25

*65

Basilica Constantiniana.

*310

24.

aureos purissimos 40, penfantes finguli libras singulas. Calices minores ministeriales quingentos, penfantes finguli libras duas.

Ornamenta in basilica, Pharum catharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardet oleum nardinum pisticum, cum delphinis octoginta, penfantes libras triginta. Pharum cantharum argenteum cum delphinis viginti, qui penfant libras quadraginta, vbi ardet oleum nardinum pisticum. Pharos cantharos argenteos in gremio basilicæ 45, penfantes finguli libras triginta, vbi ardet oleum supra scriptum. In parte dextera basilicæ pharos argenteos 40, penfantes finguli libras 20. Pharos cantharos in læua basilicæ argenteos 25, penfantes finguli libras viginti. Cantharos cerofrotos in gremio basilicæ argenteos quinquaginta, penfantes finguli libras 20. Metretas 3 ex argento purissimo, penfantes fingulæ libras trecentas, portantes medicinos decem. Candelabra ex aurichalco, numero 7, quæ habet pedes denos, cum ornatu ex argento, interclusa sigillis prophetarum, penfantis singula libras trecentas, quæ constituta in seruitio luminum. Massam Gargillanâ in territorio Suesano, præstantem solidos 400. Massam Bauronicâ in territorio Suesano, præstantem solidos 360. Massam Aurianam in territorio Laurentino, præstantem solidos 500. Vrbana in territorio Antiano, præstantem solidos 240. Massam Castis in territorio Catanensi, præstantem solidos mille. Massam Trapeas in territorio Catanensi, præstantem solidos mille sexcentos quinquaginta. Thymiamateria duo ex auro purissimo, penfantis libras triginta. Donum aromaticum ante altaria, singulis annis libras centum quinquaginta.

Ex Mariano Scotto, Anno Constantini magni septimo, ad euangelij veritatem 327, secundum Dionysij cyclum 305, Constantino quarto ac Licinio quarto consulibus, Constantino a papa Syluestro baptizato, scribit illi sua mater Helena, ut negas Christum, Iudeos sequeretur. Tunc Idibus Augusti congregati sunt cum Helena 120 sapientiores Iudeorum, cum Constantino aut Syluestro papa 24, episcopi. et superati sunt Iudei omni scriptura diuina. Hæc ille.

Nota de baptismo Constantini contra multos

Fontem sanctum, vbi baptizatus est Augustus Constantinus, ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinsecus & foris & desuper, & quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras 3008. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo, penfantes libras 50, vbi ardet balsami libras ducentæ. Annexum ex stipa amiantis in labro fontis agnū ex auro purissimo, fundentem aquam, penfantes libras 30. Ad dexteram agni, saluatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque, penfantes libras 170. In læua agni, beatum Iohannem Baptistam ex argento, in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: Ecce agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi, penfantes libras 100. Ceruus ex ar-

*lychnum *innixum

Ioan. 3.

gento 7, fundentes aquam, penfantes singuli libras 800. Thymiamateria, ex auro purissimo, penfantes libras 10, cum gemmis prasinis & hyacinthinis vndique, numero gemmarum 42. Donum sancto fontis: Massa Felti ex territorio Prænestino, præstantem solidos 300. Massa Gaba ex territorio Gabiniensi, præstantem solidos ducetos & duos. Massa Pictas, ex territorio suprascripto, præstantem solidos 205. Massa Statiliana ex territorio Sorano, præstantem solidos 300. Massa intra Siciliam Taurana ex territorio Parétiensis, præstantem solidos quingetos. Intra urbem Romam domus vel horri, præstantes solidos bis mille trecentos. Fundus Bassi, præstantem solidos centum viginti. Massa Laninas ex territorio Carisolanis, præstantem solidos ducentos. Fundus Catulli ex territorio Nomentano, præstantem solidos quinquaginta. Massa Statiana ex territorio Sabiniensi, præstantem solidos trecentos quinquaginta. Massa Murina ex territorio Appiano Albanensi, præstantem solidos 300. Massa virginis, ex territorio Sorano, præstantem solidos 200. Transmarina intra partes Aphricæ. Massa Vinis, ex territorio Mucario, præstantem solidos 800. Massa Capis ex territorio Capitanis, præstantem solidos 600. Massa varia Sardana, præstantem solidos quingentos. Massa Camaras, ex territorio Curtalupi, præstantem solidos 405. Massa Nummas ex territorio Numidia, præstantem solidos 650. Massa sulfurata ex territorio Numidia, præstantem solidos 720. Massa Baldarioliaria ex territorio Numidia, præstantem solidos 810. In Græcia: Massa Cephalica, præstantem solidos quingetos. In Mengaulo, Massa Amazon, præstantem solidos 222.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Petro apostolo in templo Apollinis, cuius loculum, cum corpus S. Petri recondidit, vndique ex ære Cyprio conclusit, quod est immobile. Ad caput, pedes 5, ad pedes, pedes quinque, ad latus dextrum, pedes quinque, ad latus sinistrum, pedes quinque. Subter, pedes quinque. Suprà, pedes quinque. Sic inclusit corpus beati Petri apostoli, & recondidit, & exornauit super columnas porphyreticas, & alias columnas tres thynas, quas de Græcia perduxit. Fecit autem & cameram basilicæ, ex crinina auri fulgentem. Et super corpus beati Petri, super os quo conclusit illud, fecit crucem auream purissimam, penfantes libras 150. Vbi scriptum est hoc, Constantinus Augustus & Helena Augusta hæc domum regali simili fulgore coruscantem, auro circūdant. Scriptum, est ex literis nigellis in cruce. Fecit autem candelabra ex aurichalco in pedibus decem, numero quatuor, argento conclusa, cum sigillis argenteis, vnde actus apostolorum cernebantur, penfantis singula libras trecentas. Calices aureos tres cum gemmis prasinis quadraginta quinque, penfantes singuli libras duodecim. Metretas argenteas duas, penfantes libras 4,

*Musci *ma-cris *Caput Ciliani. *Saldena *Cirta

*Megalua *Megaluso

Basilica S. Petri apostoli.

*thyinas for *crinno

ducentas. Calices argenteos viginti, penfantes singuli libras decem. Amas aureas 2, penfantes singulæ libras denas. Amas argenteas quinque, penfantes singulæ libras viginti. Patenam auream cum thure & columba, ex auro purissimo, ornatam gemmis prasinis & hyacinthinis, margaritisque, numero 215, penfantes libras triginta. Patenas argenteas quinque, penfantes singulæ libras quindecim. Coronam auream ante corpus, quæ est pharus cantharus, cum delphinis quingentis, penfantes libras triginta quinque. Pharos argenteos in gremio basilicæ cum delphinis, penfantes singuli libras decem. Ad dexteram basilicæ pharos argenteos triginta, penfantes singuli libras octo. Ipsum altare ex auro & argento clausum cum gemmis prasinis & hyacinthinis & albis 210, penfantis libras 350. Thymiamateria aureum cum gemmis vndique exornatum, penfantes libras quindecim. In rebus donum, quod obtulit Constantinus Augustus beato Petro apostolo per diceceses in Oriente. In ciuitate Antiochia domum Datiani, præstantem solidos 240. Domunculam Nicenam, præstantem solidos viginti & tremisse. Cella in Aphrodisia, præstantem solidos viginti. Balneum in Cereæ, præstantem solidos quadraginta duos. Pistrinū, vbi supra, præstantem solidos vigintitres. Popinas, vbi supra, præstantem solidos decem. Hortum Maronis, vbi supra, præstantem solidos decem. Hortum, vbi supra, præstantem solidos vndecim. Sub ciuitate Antiochena, possessionem Sibyllinam donatam Augusto, præstantem solidos 322. Cartadecadas 150. Aromatum libras ducentas. Balsami libras triginta quinque. Sub ciuitate Alexandrina, possessionem Timialicam donatam Augusto Constantino ab Ambronio, præstantem solidos 620. Cartadecadas 300. Olei nardini libras 300. Balsami, sexaginta. Aromatum libras centum quinquaginta. Storacis Isauricæ libras quinquaginta. Possessionem Eutimi Caduci, præstantem solidos quingentos. Cartadecadas 70. Per Aegyptum sub ciuitate Armeniæ, possessionem Agapij, quam donauit Constantino Augusto. Possessionem Panopoliten, præstantem solidos 800. Cartadecadas 400. Piperis medimnos 50. Croci libras centum. Storacis libras 150. Aromatum Casiæ, libras 200. Olei nardini libras 300. Balsami libras centum. Lini faccos centum. Caryophyllorum libras centum quinquaginta. Olei Cyprini libras centum. Papyri canas mundas mille. Possessionem quam donauit Constantino Augusto Ibronijs, præstantem solidos 450. Cartadecadas 200. Aromatum Casiæ, libras 50. Balsami libras 50. In prouincia Euphratei sub ciuitate Cyro, possessionem Armanazon, præstantem solidos 380. Sub tarso Cilicis, insulam Cordionū, præstantem solidos 900.

*Cyrretica

*Cynopoliten

*papyri canas

*Euphratei. *Charta

*Corycorū

Eodem tempore Constantinus Augustus

fecit basilicam beato Paulo apostolo, ex suggestione sancti Syluestri episcopi, cuius corpus sanctum ita recondidit in ære & conclusit sicut beati Petri, & dona obtulit. Nam omnia vasa sacra aurea, vel argentea, aut ærea, ita posuit, sicut in basilica beati Petri apostoli: & ita beati Pauli apostoli ornauit, sicut illam. Sed & crucem auream super locum beati Pauli apostoli posuit, penfantes libras 150. Sub ciuitate Tyria, possessionem Comita, præstantem solidos quingentos quinquaginta. Possessionem Fromimusa, præstantem solidos 700. Possessionem Timia, præstantem solidos 250. Olei nardini libras septuaginta. Aromatum libras quinquaginta. Casiæ libras quinquaginta. Sub ciuitate Aegyptiæ, possessionem Cyreos, præstantem solidos 710. Olei nardini libras septuaginta. Balsami libras triginta. Aromatum libras septuaginta. Storacis libras triginta. Staetes libras centum quinquaginta. Possessionem Basiliam, præstantem solidos quingentos quinquaginta. Aromatum libras quinquaginta. Olei nardini libras sexaginta. Balsami libras viginti. Croci libras sexaginta. Possessionem insulæ Machabæ, præstantem solidos quingentos decem. Papyri canas mundas 500. Lini faccos 300.

*loculum

fortem macaria for. *cannas

Basilica sancti Petri crucis in Hierusalem

*quinque

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in palatio Sessoriano, vbi de ligno sanctæ Crucis posuit, & in auro & gemmis conclusit. Vbi & nomē ecclesiæ dedicauit, quo nominatur vsq; in hodiernum diem, Hierusalem. In quo loco constituit dona ista: Candelabra ante lignum sanctum lucientia argentea quatuor, secundum numerum quatuor Euangeliorum, penfantis singula libras octoginta. Pharos cantharos argenteos quinquaginta, penfantes singuli libras quindecim. Scyphum aureum purissimum, penfantes libras decem. Calices aureos ministeriales quinque, penfantes singuli libras singulas. Scyphos argenteos tres, penfantes singuli libras octo. Calices ministeriales argenteos decem, penfantes singuli libras duas. Patenam argenteam auro inclusam cum gemmis, penfantes libras quinquaginta. Altare argenteum, penfantes libras ducentas quinquaginta. Amas argenteas tres, penfantes singulæ libras viginti. Et omnes agros circa palatium ecclesiæ dono dedit. Possessionem Sponfas via Lauicana, præstantem solidos ducentos sexagintatres. Sub ciuitate Laurento, possessionem Patras, præstantem solidos centum viginti. Sub ciuitate Nepesina, possessionem Anglesis, præstantem solidos ducetos quinquaginta. Sub ciuitate supra scripta, possessionem Terega, quæ præstat solidos centum sexaginta. Sub ciuitate Falisca, possessionem præstantem solidos centum quindecim. Item sub ciuitate Falisca possessionem Herculis, quam donauit Augusto, & Augustus obtulit ecclesiæ Hierusalem, præstantem solidos centum quinquaginta.

stantem solidos centum quadraginta. Sub ciuitate Tuder, possessionem Angulas, præstantem solidos 153.

basilica sanctæ Agnetis virginis & martyris.

Eodē tempore fecit basilicā sanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filie suæ, & baptisterium in eodem loco, vbi baptizata est soror eius Cōstantia, vnā cum filia Augusti. Et ibidem constituit hæc: Patenam aureā, pensantem libras viginti. Calicem aureum, pensantem libras decem. Coronam Pharus catharum ex auro purissimo, cū delphinis triginta, pensantem libras quindecim. Patenas argenteas duas, pensantes singule libras viginti. Calices argenteos quinque, pensantes singuli libras decem. Pharos cantharos argenteos triginta, pensantes singuli libras octo. Pharos æreos ex aurichalco quadraginta. Cerostrotos ex aurichalco, argento clufos, quadraginta sigillatos. Lucernas aureas duodecim * nixas super fontem. In redditibus circa ciuitatem Fidenas, omnem agrum, præstantem solidos 160. Via Salaria sub Parēto vndique omnem agrum, præstantem solidos 105. Agrum Muci, præstantem solidos octoginta. Possessionem in vico Pisonis, præstantem solidos 250. Agrum Casulas, præstantem solidos centum.

*lychnorū

basilica sancti Laurentij martyris

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano supra arenarium cryptæ. Et vsque ad corpus sancti Laurentij martyris fecit gradus ascensionis & descensionis. In eo loco construxit absidem, & ornauit marmoribus porphyreticis, & desuper locum conclusit de argento, & * cancellos de argento purissimo ornauit, pensantes libras mille. Et ante ipsum locum in crypta posuit lucernam ex auro purissimo lychnorum decem, pensantem libras viginti. Coronam ex argento purissimo cum delphinis 50, pensantem libras triginta. Candelabra ærea duo in pedibus denis, pensantia singula libras trecentas. Ante corpus beati Laurentij martyris argento clufit sigilla passionum ipsius, cum lucernis innixis argenteis, pensantes singule libras quindecim. In eodem loco possessionem cuiusdam Quiriacetis religiosæ femine, quam fiscus occupauerat tempore persecutionis. Veranum fundum, præstantem solidos centum sexaginta. Possessionem aqua Tusciana ad latus, præstantem solidos 153. Possessionem Augusti in territorio Sabine, præstantem solidos 120. Possessionem Micenas Augusti, præstantem solidos centum decem. Possessionem Thermulas, præstantem solidos sexaginta. Possessionem Aranas, præstantem solidos septuaginta. Pharos argenteos triginta, pensantes singuli libras octo.

*trium lychnorum

Basilica Petri & Marcellini martyrum

Eisdem temporibus Constantinus Augustus fecit basilicam via Lauicana inter duas lauros, beato Petro & Marcellino martyribus. Et mausoleum, vbi beatissimam Augu-

stam matrē suam posuit in sarcophago porphyretico. Vbi & donauit patenam auream ex purissimo auro, pensantem libras trigintaquinque; Candelabra argētea, auro clufa in pedibus 12, quatuor, pensantia singula libras ducentas. Coronam auream, quæ est pharus cantharus cum delphinis 120, pensantem libras triginta. Calices aureos tres, pensantes singuli libras decem, cū gemmis prafinis & hyacinthinis. Amas aureas duas, pensantes singula libras 40. Altare ex argento purissimo, pensantem libras ducentas. Pharos catharos argenteos viginti, pensantes singuli libras viginti. Itē altare ex argento purissimo, pensantem libras ducentas. Patenas ex auro purissimo duas, pensantes singula libras 15. Patenas argenteas duas, pensantes singula libras 15. Scyphum maiorē ex auro purissimo, vbi nomē Augusti designatur, pensantē libras 20. Scyphum aurēū minorē, pensantē libras 10. Scyphos argenteos 5, pensantes singuli libras 12. Calices ministeriales argenteos 20, pensantes singuli libras 3. Amas argēteas 4, pensantes singula libras 15. Annis singulis olei nardini pistici libras 900. Balsami libras 100. Aromatū, in incensum sanctis martyribus B. Marcellino & Petro, libras cētum. Fundum Laurentinum iuxta Formiam cum balneo, & omnem agrum à post Sessorianam viam, & in erarium, vsque ad viam Latinam, ad montem Gabum. Ipsum montem Gabum, possessionem Augustæ Helenæ, præstantem solidos mille centum viginti. Insulam Sardiniam cum possessionibus omnibus, præstantē solidos mille viginti quatuor. Messanam cū possessionibus suis omnibus, præstantem solidos 810. Insulam matyziā, præstantem solidos 600. Possessionem in territorio Sabine, quæ appellatur ad duas casas, sub monte Laureti, præstantem solidos 200.

In ciuitate Ostia, basilica S. Petri & Pauli & Ioan. Bap.

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in ciuitate Ostia iuxta portum vrbs Romæ, beatorum apostolorū Petri & Pauli & Ioannis Baptiste, vbi obtulit hæc: Patenam argenteam, pensantem libras 30. Calices argenteos decem, pensantes singuli libras quinque. Amas argenteas duas, pensantes singule libras decem. Pharos argenteos triginta, pensantes singuli libras quinque. Scyphos argenteos duos, pensantes singuli libras octo. Patenam argenteam chrisifinalem singularem, pensantem libras decem. Peluem ex argento ad baptismum, pensantem libras viginti. Insulam, quæ dicitur Assis, quæ est inter portum & Ostiā, & possessiones omnes maritimas, vsque ad digitum solis, præstantes solidos trecetos. Possessionem Gracchorum in territorio Ardeatino, præstantem solidos triginta. Possessionem Quirini in territorio Ostiē, præstantem solidos 311. Possessionem Balniolum in territorio Ostiē, præstantem solidos 42. Possessionem Nymphulas, præstantem solidos triginta. Item, quæ obtulit Gallica-

licanus basilicæ suprascriptæ sanctorū Apostolorum Petri & Pauli & Ioannis Baptiste. Obtulit autem hæc: Coronam argenteā cum delphinis, pensantem libras 20. Calicem argenteum anaglyphum, pensantem libras 15. Amam argenteam, pensantem libras 18. Massam Mallianam in territorio Sabine, præstantem solidos 115. & tremissem. Fundum Picturas in territorio Veliterno, præstantem solidos 43. Fundum Surorum via Clodia in territorio Veientano, præstantē solidos 56. Massam gargilianam in territorio Sueffano, præstantem solidos 656.

In ciuitate Albanē basilica s. Ioannis Bap.

Eisdem temporibus fecit Cōstantinus Augustus basilicam in ciuitate Albanē S. Ioannis Bapt. vbi posuit hæc: Patenam argenteam, pensantem libras 30. Scyphum argenteū deauratum, pensantem libras 12. Calices ministeriales decem, pensantes singuli libras ternas. Amas argenteas duas, pensantes singula libras 20. Possessiones Laurentinas cum adiacentibus campetribus, præstantes solidos 60. Fundum Molas, præstantem solidos 50. Possessionem Albanēsem cum lacu Albano, præstantes solidos 250. Massam Muci, præstantem solidos 170. Omnia * Scheneca deserta, vel domos ciuitatis in vrbe Albanē. oia in circuitu ecclesiæ Constantinianæ obtulit Augustus. Possessionem horti pstantem solidos 20. Possessionem Tiberij Cefaris, pstantē solidos 80. Possessionē Marinas, præstantem solidos 50. Possessionem Armatianā in territorio * Corano, præstantem solidos 150. Possessionē Statilianā, præstantē solidos 70. Possessionē Medianā, præstantem solidos 30.

*Sorano

In vrbe Capuana basilica apostolorum, quæ dicitur Cōstantiniana.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus intra vrbem Capuanam basilicā apostolorum, quam cognominauit Constantinianam. Vbi & obtulit dona hæc: Patenas argenteas duas, pensantes singula libras 20. Scyphos argenteos 3, pensantes singuli libras 8. Calices ministeriales 15, pensantes singuli libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singula libras 18. Candelabra ærea in pedibus 10, numero quatuor, pensantia singula libras 180. Pharos cantharos argēteos numero 30, pensantes singuli libras 5. Pharos cantharos æreos, numero 30. Et obtulit possessiones: Massam Statilianam in territorio Menturino, præstantem solidos 315. Possessionem in territorio Caietano, præstantem solidos 85. Possessionē Paterni in territorio Sueffano, præstantem solidos 150. Possessionē ad Centum in territorio Capuano, præstantem solidos 60. Possessionem Gauronicam, in territorio Sueffano, præstantem solidos 40. Possessionem Leonis, præstantem solidos 60.

In ciuitate Neapoli basilica.

Eisdem temporibus fecit Cōstantinus Augustus basilicam in vrbe Neapoli, vbi obtulit hæc: Patenas argenteas duas, pensantes singula libras 25. Scyphos argenteos duos, pensantes singuli libras 10. Calices ministeriales 10, pensantes singuli libras duas. Amas argē-

teas duas, pensantes singula libras 15. Pharos argenteos 20, pensantes singuli libras octo. Pharos æreos 20, pensantes singuli libras 10. Fecit autem formam aqueductūs per milliaria octo. fecit autem & forum, & donum obtulit: Possessionem Macarij, præstantem solidos 150. Possessionem Cimbranam, præstantem solidos 105. Possessionem Scinam, præstantem solidos 108. Possessionem Afilas, pstantem solidos 140. Possessionem Nymphulas, præstantē solidos 90. Possessionem Insulæ cum castro, præstantem solidos 80.

Eisdē temporibus constituit B. Syluester in vrbe Roma titulum suum in regione tertiā iuxta thermas Domitianas, quæ cognominatur Traianæ, titulum scilicet Syluestri, vbi donauit Constantinus Augustus patenā argenteam, pensantem libras 20. Scyphos argenteos duos, pensantes singuli libras 8. Amam argenteam, pensantem libras 10. Pharos cantharos argēteos 10, pensantes singuli libras 5. Cantharos cerostrotos æreos 16, pensantes singuli libras 40. Calices argenteos ministeriales 5, pensantes singuli libras 2. Fundum Percilianum in territorio Sabine, præstantem solidos 50. Fundum Barbatianum in territorio Ferentino, præstantem solidos 35 & tremissem. Fundum Stianum in territorio Trebulano, præstantem solidos 66 & tremissem. Fundū beruclas, in territorio Corano, præstantem solidos 45. Fundum Sulpitium in territorio * Corano, præstantem solidos 70. Fundū Tauri in territorio Veientano, præstantē solidos 42. Fundū Sentianū in territorio Tiburtino, pstantem solidos 30. Fundum Ceianum in territorio Prænestino, præstantem solidos 50. Fundum Termulas in territorio Prænestino, præstantem solidos 35. Possessionē Cylōis in territorio Prænestino, præstantem solidos 58. Obtulit & omnia necessaria titulo Equitij. Hic Syluester fecit ordinationes sex per mensem decembrē, presbyteros 42, diacones 26, episcopos per diuersa loca numero 65. Hic sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria, apud vrbem romā milliario tertio, pridie kalē Ianuarij. Qui catholicus & confessor quieuit. et cessauit episcopatus dies 15. Hæc Damasus.

*Sorano

DE HIS QVAE SYNO-
DVM NICENAM PRAECES-
serunt, ex Historia Ecclesiastica Nicephori Callisti, qui ea ex Eusebio Cefareē & alijs scriptoribus accuratē collegit.

Religio nostra cū in tanta effet gloria & flore, pacem & quietem Lib. 8. cap. 5. tantam intestinum turbauit bellum. Nugæ nanque & disputationes contentiosæ, veram pietatem perfectāq; diuini Numinis cognitionem prætexentes, de quibus antea inquisitum nō fuerat, ea in quæstionem deduxerunt, eaque reingentes ec 2 turbas

turbas in Ecclesijs concitarunt. Si quidem generis nostri pestis, improbusque prorsus & exitiosus hostis, nauim Ecclesiasticam tam placide secundis ventis ferri, & ab vniuersitatis huius DEO gubernari videns, ferre id non potuit, & graue molestumque sibi esse putauit, nisi submergendam eam curaret, quae tam securum citra prauorum dogmatu fluctus & procellas teneret cursum. Vt enim Graecae superstitionis praestigia proculcari, dolosaeque laqueos eius in apertum protrahi, & manifeste argui atque conuinci, & creaturam quidem, ut antehac, amplius non coli, creatorem vero eius, sicuti conuenit, laudibus vehi & adorari animaduertit, apertum rursus contra Deum mouere bellum posthabuit, & dolo rem clandestine admodum & fraudulenter aggressus est. Repertis namque quibusdam, qui Christianam quidem profiterentur fidem, arrogantia autem inanique vanae gloriae ambitione & dominandi cupiditate quasi intemperijs quibusdam agerentur, eis ipsi veluti instrumentis adinventionis fraudisque suae vtens, alio quodam modo rem in priorem reduxit errorem & seductionem, vt conditor scilicet rerum omnium Deus, creaturis ipsis exaequatus & connumeratus, creatura rursus quemadmodum antea adoraretur, cultusque diuinus adorationi illius similis fieret. Caeterum vnde, quove modo, & per quem zizania haec sata sint, re altius repetita, vt potero, exponam. Alexandria quae primaria & praecipua inter Aegypti, Thebaidis & Libyae vrbes ciuitas est, amplissima sane & populosissima, post Theonem, vt antea diximus, Petrus eximius verae pietatis propugnator, Ecclesiam gubernauit: qui certaminis sacri cursu, splendide sub impijs tyrannis peracto, Achillam breui habuit successorem. Atque huic, Ecclesiae clauo dirigendo, Alexander successus est, Apostolicae doctrinae generosus defensor: qui in ea, quam diximus, tranquillitate & pace, diuinis institutionibus quotidie ecclesiam exhilarauit. Ea tepestare Arrius quidam erat, in rationem quidem ille sacri ordinis relatus, sed qui iam inde ab initio studium suum super dogmate suo satis declarauerat. Melitio namque nouas res molienti primum adhaesit, atque eo relicto, se postea ad diuinum quem diximus, Petrum contulit, a quo etiam diaconus est factus: sed ab eodem rursus Ecclesia exactus, eo quod Petrus Melitium sectatoresque eius excommunicauit, & baptismum eius non recepit, propter nonnullas quidem causas, potissimum autem quod ille persecutionis periculo non perlato, cultum diuinum abiurauit, & daemonebus sacrificauit. Eius quippe rei gratia in ordinem redactus, neque aliam quam ob causam, quae probari posset aut defendi, ab Ecclesia proscriptus Melitius, iniuria se affectum esse dictitans, conuicijs & maledictijs Petrum pro-

Origo haeresis Arrianae.

scidit: & cum sectatores multos haberet, haeresiarcham se & ducem eorum constituit, & episcopali sibi dignitate arrogata, in oppido Lyco, quod ad Aegyptum est, quaeque sunt Episcopalis muneris, citra pudorem timoremque omnem peregit, Petro prorsus praese contempto. Itaque vna cum alijs Melitio fauētibus, Arrius quoque, qui quiescere nolens, in Petrum est inuectus. Vbi vero Petrus accepta martyrij corona, vite cursum finijit, ab Achilla successore eius Arrius veniam impetrauit: & rursus diaconi ministerio fungi permixtus, postea in presbyteroru quoque ordine est allectus. Apud Alexandrum quoque, proximum ad Achilla Episcopum, honesto loco fuit: & quod cauationum dialecticarum non imperitus, atque in eiusmodi disciplinis probe exercitatus esset, scripturarum interpretatio credita ei fuerat. Enimvero cum non bene ferret, Alexandrum Episcopi dignitate obtinere, diffidia aduersus eum latenter & contentiones mouit. Cumque non haberet, quod in vita moribusque Alexandri carperet, neque per sycophantiam facile quicquam confingere posset, ea quidem in parte quietus fuit. Quae vero ille in Ecclesia pro cōcione recte pieque doceret, in eis repugnare illi instituit. Episcopus namque filium cum patre *ὁμοτιμον*, hoc est, eiusdem honoris, atque eiusdem substantiae, & aequalemque per omnia eidem qui cum genuit esse, ex diuinarum scripturarum sententia & traditione docuit. Arrius autem inter presbyteros primas tenens, verboque veritatis prorsus repugnans, creaturam facturamque patris filium vocauit, in absurdas opiniones prouolutus. Ex non existentibus si quidem genitum esse, & fuisse aliquando tempus cum non fuerit, meraque sententiae & arbitrij libertate, vitij & virtutis capacem esse: aliaque eiusmodi censuit, quae opinari eum par erat, qui sibi de huius generis rebus differendum atque inquirendum esse constituisset. Et cum existimaret Episcopum Libyci Sabellij dogma asserere, contendendi & aduersandi studio, in errorem ex diametro illi contrarium decidit. Sane quidem permultos ad nouas eius dogmatis res pertraxit, & ex parui igniculi scintilla ingens est & altum exortum incendium. Ab Alexandria enim doctrina haec progressa, Aegyptum, Libyam & superiorem Thebaidem percurrit: mox etiam ad alias prouincias & vrbes peruenit. Quaestione tali iam in controuersiam vocata, Alexander dissuadere eam est conatus. Sed iam non pauci Episcopi & plurimi ex clero recte dicere Arrium affirmabant, sententiamque eius complectentes comprobabant. Postquam autem inter se non consenserunt, seu potius Arrius furij corruptus, palam impietatem docuit, Alexander illum, & cum eo qui partes eius sequerentur, clericos omnes excommunicauit, & sacro ordine mouit. Sentiebant porro cum eo in Alexan-

Alexandrina parocia, Aithalas, Achilles, Carponas, Sarmates, & alter Arrius, presbyteri: & Euzoius, Macarius, Iulius, Menas & Helladius, diaconi, multam etiam partem populi secum trahentes. In quo, alij idem sibi de Deo sentendum atque credendum esse, quod Episcopus arbitraretur, putabant: alij vero, sicut multis euenire consuevit, istos miserabatur, veluti iniuria affectos, & indicta causa ab Ecclesia proscriptos.

Cap. 6.

Eo tempore Romanae Ecclesiae Syluester praesuit, Miltiadi successore, qui post Marcellinum egregie in persecutione ipsa certamine defunctum, sacri muneris susceperat administrationem. Alexandriae autem post Theonem & Petrum, Achilles, ac deinde quem dixi Alexander, Ecclesiasticam tenuit praesecturam. Antiochie, Tyranno in ecclesiastico ministerio Vitalis susceptus, pace primum Ecclesijs reddita. Is a tyrannis Ecclesiam dirutam denuo excitauit: cuius structuram reliquam Philogonius perfecit, qui ex caustico Episcopus factus, illi successit, Licinijque temporibus, vt virum fortem decet, ardore emulationemque suam pro vera pietate ostendit. Porro Hierosolymis post Hermonem Macario sacrum munus creditum, digno tali nomine viro, vt qui omnibus bonis & ornamentis floruerit. Constantinopoli vero post Metrophanem Probi Imperatoris ex fratre nepotem, Alexandro sacroru cura sorte cessat. Sub Metrophane Constantinus semper Augustus, cognominem sibi vrbe (id est, Constantinopolim) magnifice condidit. Sedenim Alexandriae Episcopus Alexander, cum Arrium videret a dominandi furore flagrantem, priuatum illegitimos conuentus agere, & turbam motumque ingentem concitare: non modò ad sacros ecclesiarum praesectos, verum etiam ad fideles passim in vrbe omnes, de blasphemiam eius publicitus literas dedit.

Φιλαργία σ' οισσ' ο' π' ο' ρο' μ' ενον

ALEXANDRI ALEXANDRINI Episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum Episcopum de Arrij nouis dogmatis Epistola.

Cap. 7.

ET quidem ad cognominem sibi Alexandrum Constantinopolitanum haec scripuit: Reuerendissimo & vnanimi fratri Alexandro, Alexander in Domino salutem. Prauorum hominum, qui dominandi libidine & pecuniae cupiditate ducuntur, institutum semper, quae eis ampliores esse videntur, insidiatur Ecclesijs: qui vario sane praetextu pietatem Ecclesiasticam inuadere solent. Si quidem tamquam stimulis quibusdam ab eo, qui in illis efficax est, diabolo ad propositam sibi voluptatem incitati, religione omni proiecta, iudicij Dei timorem proculcant. De quibus necessitas mihi imposta est, multa ab eis passo, vt ad pietatem vestra scribam, vt eiusmodi homines caueatis, & ne quis eorum se

in parocias & Ecclesias vestras subinsinuare audeat, prouideatis. Instruati enim sunt per simulationem & dissimulationem, ad fraudem & seductionem impostores isti, vt siue per seipsos siue per literas, per assentationem & venditationem falsam arte quadam compositas, trāsuerfos agant simplicem atque synceram fidem consecrantes homines. Quandoquidem Arrius & Achilles, coniuuratione nupèr facta, Colluthi dominandi cupiditate, lōgè etiam deterius, quam ipse ille, sunt emulati. Ille namque accusatioe aduersus hospites instituta, maligni consilij sui aliquem reperit praetextum. Isti vero eruscationem illius sub Christi nomine susceptam videntes, Ecclesie amplius subiecti esse non sustinuerunt: sed extructis sibi ipsi latronum speluncis, continuos ibi peragentes conuentus, diu noctuque, se in calumnijs aduersum Christum & nos excogitatis, meditando exercēt, atque omnes pias & Apostolicas sententias reprehendentes, Iudaico prorsus more Christi persecutricem instituunt officinam, diuinitatem Saluatoris nostri pernegantes, omnibusque eum parē esse docentes, & voces salutaris eius oconomiae & administrationis, nostraque causa summisionis, colligentes, cogere ex illis impietatis suae dogma contendunt, verbaque diuinitatis initioque simul & sine carentis paternae gloriae eius auersantur. Quapropter impiam Graecorum & Iudeorum de Christo opinionem corroborantes, laudem ab illis quam maximè possunt venantur: oia ea, quibus illis ludibrio sumus, subornantes atque procurantes, seditionesque & persecutiones quotidie contra nos excitates: & cum iudicia aduersus nos, impudicis mulierculis, quas ipsi dolose seduxerunt, interuenientibus instituēt, tum Christianissimum ad obtreccationem traducentes, ex eo quod per plateas & vicos omnes, nouae eorum adulerata pietate res temere vulgātur. Quin etiam indissolubilem Christi tunicam, quam ne Ioan. 19. carnifices quidem illi diuidere voluerunt, scindere ipsi ausi sunt. Itaque nos ea, quae moribus improbisque & apertis conatibus illorū congruunt, adhibentes remedia, communibus suffragijs nostris illos ab ea, quae diuinitatem Christi adorat, Ecclesia proscriptum. Consilium illi quoque ceperunt, vt nos fraudulenter circunueniant, & ad consentientes nobis collegas furtim transeant, sub obtentu pacis atque vnionis, deprecationem quidem praese ferentes, re ipsa vero aliquos ex illis in contagione morbi sui pertrahere per blandiloquentia fatagentes, & vt captiois argutisque ab eis acceptis literis, habeant, quas a se in fraude abductis perperam legant: eosque impietati iam assuefactos, prorsus a poenitentia & fuga errorum, quibus sunt seducti, abstrahant, perinde atque suffragantes sibi & consentientes haberent Episcopos. Non illi sanè, quae apud nos malè & docuerūt, & egerunt

* Χρησολογία

runt (quam ob rem etiã excommunicati sunt) contentus, aut silentio ea committunt, aut confictis atque compositis verbis & scriptis adumbrates tegunt, hominesque decipiunt, atque ad persuadendum comparatis insidiosisque sermonibus pestiferam suam occultantes doctrinã, seductioni & fraudi expositos abripiunt. Sed & pietatẽ quoque nostram passim apud omnes sycophanticẽ carpere non omittunt. Quapropter illud euenit, cum nonnulli literis eorum subscribant, vt in Ecclesiã illi recipiantur: & collegæ, qui id permittere audet, vt equidem puto, graui calumniã crimine non careant: qui scilicet non solum id faciunt, quod Apostolicus canon eis non permittit: verum etiã diabolicam, quã in illis est, contra Christum efficaciam succedunt & augent, eam ob causam nihil cunctatus, dilecti, me ipsum excitauit, vt talium hominum vobis ostederem infidelitatem. Et infra: Multa, inquit, dilecti, cum dicere possem, prætereo, molestæ arrogantia esse ducens, eadem sentientes doctores pluribus admonere. Nam vos ipsi à DEO docti estis, minimè ignorantes, doctrinam hanc Ebionis ipsius, & Artemã, & Pauli Samosatani esse, quorum isti impietatis fabricibus haustis, nobis nunc ex non existentibus, illorum clam vini radices producunt: Arrius nimirum ipse, & Achilles, & quod cum eis est malignantium conciliabulum: & tres præterea illi in Syria nescio quomodo creati Episcopi, de quibus iudicium arbitrio vestro permittimus. Atque rursus infra: Quis verò, inquit, quod scriptur sum, mirabitur, dilecti, si contra me & piissimam plebem nostram ementitas eorum calumnias exposuerit? Qui etenim aduersus diuinitatẽ filij Dei aciem struere ausi sunt, contra nos quoque cum nulla prorsus gratia, probra & conuicia dicere non verentur. Qui etiã ex veteribus nullos esse dignos putant, qui cum eis conferantur: neque eis æquari se patiuntur, quibus nos à pueris præceptoribus vsque sumus: sed nè ex omnibus quidem, qui passim sunt, collegis & presbyteris quenquam ipsis comparari volunt, solos se sapientes, possessionum contemptores, & dogmatum repertoressẽ iactantes: vt quibus vnus reuelatum sit, quod nemini omnium qui sub sole sunt, hominum in mentem venerit. O tumorem impium, & furorem immensum: o opinionem insanam, & satanicum planè sensum. Deinde circa epistolę finem hæc adijcit: Hosce igitur anathematis fulmine de fidelium fratrum consensu ictos, nemo vestrum recipiat, neque vel dicta vel scripta eorum sustineat. Qui enim mentiri omnia consueuere impostores, veritatem certè nõ proloquuntur. Vrbes illi circueunt, nihil aliud agentes, quàm vt amicitia obtentu per hypocrisin & adulationem literas dent & accipiant, quibus seducant ab ipsis iam deceptas paucas mulierculas pecca-

Hæreticorum intolerantia.

tis oneratas, &c. Hosce itaque talia contra Christum ausos, & qui Christianismum cum publicè ad populum traducunt, tum in iudicijs magno studio & contentione probris manifestis exagitant: qui persecutionem temporibus pacatis, quantum in eis situm est, aduersus nos concitant: qui ineffabile naturitatis Christi mysterium eneruant: hosce, dilecti, auersantes, vnanimi nobiscum consensu & suffragio, calculis quoque vestris surbundam eorum audaciam iugulate exemplo collegarum nostrorum, qui in illorum excommunicatione acquiescunt, literis contra eos ad me datis, libelloque damnationis subscripto, quem per filium meum Apionẽ Archidiaconum misi per Aegyptum omnem, Thebaidẽ, Libyam, Pætropolim, Syriã, Lyciã, Pamphylia, Asia, Cappadocia, & alias circũcirca regiones. Ad horum sanè exemplum à vobis etiã eum confirmatum iri persuasum habeo. Multum quidem certè opis à me in eos, quod ab illis sunt detrimento affecti, est colatum: sed illud maximum fuerit depellendum à seducta plebe malorum auxilium, si collegarum nostrorum concordia consensu illa persuasa, ad penitentia decurrere studerit. Salutate vos inuicẽ eius quod apud nos est consentientis fraternitatis nomine. Valere vos in Domino opto, dilecti. Vtinam fructum aliquẽ vestrorum tã operẽ Christi amantium animorum percipiam.

Deinde anathemate excommunicatos, in Epistola recenset, quos & nos supra retulimus. In eandem sententiam Philogonio Antiochię, Eustathio Berœę in Syria, atque alijs etiã aliarum ecclesiarum antistitibus scripsit, quos Apostolicã doctrinã comprobare sciebat. Arrius porro neque ipse sibi cessandum esse putauit. Quapropter necessitate quadam ductus, occupare Episcoporum beneuolentiam voluit, & culpam deprecas, de fide sua ad eos scripsit: simulque petijt, si rectè quidẽ crederet, vt & ipsi autoritate sua id confirmarent: & Alexandro, nè sibi suisque molestiam exhiberet, significarent. Sin minus, vt quemadmodum credendum esset, ritè doceretur. Nec parum ea res Arrij partibus profuit. Opinione nanque tali vbiquẽ ferè apud Episcopos vulgata, communis omnium de ea quæstio fuit. Itaque alij ad Alexandrum scripserunt, nequaquam prius Arrium recipiendum esse, quàm solenniter blasphemiasuẽ nuncium remisisset: alij contra, vt pium & nihil in fidei doctrina nouantem, potius defenderunt. Alexander porro cum cerneret multos tum perspeciem sanctimonie & grauitatis Arrianos ad se admittere, multos etiã instigare, vt ipse ad recipiendum in gratiam Arrium persuaderetur: maximè verò Eusebium Nicomediensem, virum præclarum, atque in vtraque disciplina summè versatum, & in Imperiali palatio plurimum honoratum, (Dioctetianus enim, & qui ante

te eum fuere principes, Nicomediã Imperatorum domicilium constituerant) seipsum excitat, atque illis rescribit, Arrianos se ad communionem non recepturum. Admodum autem literis suis Nicomediensem Eusebium perstringit, quæ sic habent:

EIVSDEM ALEXANDRI AD omnes Episcopos Catholicos de Arrianis Epistola.

Cap. 8.

Charissimis & reuerendissimis, qui vbi que sunt per catholicam ecclesiam, collegis, Alexander in Domino salutem. Cum corpus vnũ sit ipsa catholica Ecclesia, præceptumque extet in diuinis literis, vt vinculum concordia & pacis retineamus: persequimur est, vt alij alijs inuicem quæ apud quosque accidit, perscribamus: vt siue doleat, seu lætetur membrum vnum, ipsi inter nos vel cõdoleamus, vel congratulemur. In Ecclesia sanè nostra exurrexerunt, nunc viri iniuri, & Christi inimici (χριστομάχοι) defectionem docetes, quã rectè quisquam præcursorẽ Antichristi existimauerit atque dixerit. Constituerã equidem id silẽtio committere, vt fortè inter solos desertores malum hoc cõsumeretur, neque in loca alia progressum, simplicium quorundam aures contaminaret. Quandoquidem verò Eusebius, qui nunc Nicomediã est, in se Ecclesiã res sitas esse existimã, (quoniam in eum, quod Beryto relicta, oculis cupiditatis in Nicomediensem Ecclesiam adiectis, eam affectatus est, legitimè vindicatum non est) præire desertoribus istis, & ad loca quæuis scribere, eos commendans, cepit: nè fortè ignorantes aliquos in extremam & Christianimicã hæresin pertrahat, necesse habeo, id quod in lege scriptum est, memoria tenes, ampliùs non silere, sed vobis rem eam omnibus annuciare, vt & defectores ipsos atque inauspicata eorum verba cognoscatis: & cum Eusebius scripserit, animũ ad literas eius nõ attendatis. Dudum nanque maleuolentiam suam tempore occultatam, nunc tandem per hos renouare volens, præsefert ille quidem tanquam pro his scribat, reuerã autẽ pro seipso id se studiosè facere declarat. Et desertores quidẽ sunt, Arrius, Achilles, Aithales, Carponas, alter Arrius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulius, (alij, Iulianus) Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus & Theonas, aliquandò Episcopi dicti. Quæ verò contra scripturas adinuenta docent, hæc sunt: Non semper Deus pater erat, sed erat cum Deus erat, sed ex non existentibus factum est. Qui enim erat Deus, eum qui non erat, ex nõ existente fecit. Itaque aliquandò erat, cum non erat: siquidem creatura & factura est filius. Neque verò equalis substantia est Patri, neque verum & naturale verbum patris est, neque etiã

Maledicti & blasphemii Arrij blasphemias.

vera sapientia eius: sed vnus quidẽ ex creatis & genitis est: abusuẽ autem verbum & sapientia factus. Et ipse in proprio seu natiuo Dei verbo, & in DEI sapientia est: in qua & omnia, & ipsum quoque fecit DEVS. Propterea etiã mutationi & alterationi natura obnoxius est, sicuti omnia quoque rationalia. Peregrinum quoque & alienum segregatumque est verbum à substantia Dei: & enarrabilis est pater filio. neque enim perfectè cernere potest verbum Patrem, neque perfectè & certò eum cognoscere. Etenim suam ipsius quoque substantiam, vt est, filius non nouit. Propter nos nanque factus est, vt nos per eum veluti instrumentum crearet Deus: neque is substitisset, nisi nos DEVS creare voluisset. Rogauit igitur eos quidam, posset ne verbum DEI mutari, sicuti diabolus mutatus est: atque illi respondere non reformidarunt, posse mutabilis enim naturæ esse, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his impudenter sese venditantes Arrianos sectatoresque eorum, nos quidem cum Aegyptijs & vicinis Libycis centum numero Episcopis, conuentu acto, anathemate iugulauimus. Eusebius verò receptos complexus est, qui mendacium veritati & impietatem pietati commiscere studeat. Sed nihil aget, vincit enim veritas. Nulla enim est communio luci cum tenebris, nulla concordia Christo cum Belial. Quis enim vnquam audiuit talia? quis ad rem tam peregrinam & insolentem, eam audiens, non obstupescit, auresque obturat, nè verborum istorum sordes auditum pertingant? Quis Iohannem audiens dicentem, In principio erat verbum, non damnat hosce asserentes, Erat aliquandò, cum non erat? Aut quis audiens in Euangelio, Vnigenitus filius: & Per ipsum facta sunt omnia, non auerfabitur sonantes, vnum esse creaturarum filium? Quomodo verò par eis esse potest, quæ per ipsum facta sunt? Aut quomodo vnigenitus, qui iuxta eorum sententiam omnibus connumeratur? Quomodo porro ex non existentibus sit, cum pater dicat, Eructauit cor meum verbum bonum: & Ex ventre ante Luciferum genui te? Quomodo inæqualis sit substantiæ patris, qui est imago perfecta & splendor patris, qui que dicit, Qui me videt, videt Patrem? Quomodo, si verbum & sapientia est filius DEI, erat aliquandò cum non erat? Perindè enim est, atque si dicant irrationalem & insipientem aliquandò neum. Quomodo mutationi aut alterationi subiectus est, qui de seipso dicit, Ego in Patre, & Pater in me: & Ego & pater vnum sumus? Per Prophetam verò, Videte me, quod ego sum, & nõ mutor? Etiam si enim in Patre dictum hoc referri queat, commodius tamen rectiusque in præsentia de verbo dicatur: quod etiam si homo factum, nõ tamẽ est

Arriani à centum ap. scopis extoã municati.

2. Cor. 6.

Ioan. 1.

Ibid.

Psal. 44.

Psal. 109.

Heb. 11.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

& 10.

Malac. 3.

mutatum: sed sicut Apostolus inquit, Iesus Christus heri & hodie, idē & in secula. Quid verò eis vt dicerent suafit, propter nos factū esse, cum Paulus scribat, Per quem omnia, & propter quem omnia? De blasphemia quidem eorum illa, quod filius non nouerit patrem, non est quod miremur. Cū enim semel Christum oppugnare hostiliter constituerint, fraudulēter & calumniosē etiā voces eius deprauant, dicentis: Sicut cognoscit me Pater, & ego cognosco patrem. Si igitur ex parte pater cognoscit filium, videlicet & filius ex parte cognoscit patrem. Sin hoc dicere nefas est, & pater perfectē nouit filium, certum est & manifestum, quemadmodum pater nouit verbum suum, ita etiā verbum nouit patrem suum, cuius etiā est verbum.

Atque equidem nos hęc differentes, & diuinas scripturas explicantes, sepe numero eos conuicimus: sed rursus veluti chamæleontes mutati sunt, certamine quodam in se pertrahere contententes illud quod scriptum est, Impius cūm venerit in profundum malorū, cōtemnit. Verumenimuerō multā ante eos extiterūt hęc res, quę longē plura quā de ceret aut oporteret, tentare aūsa, in stultitiā decidere. Isti verò omnibus verbis suis abolere verbi diuinitatem aggressi, iustitiā illas laude, prout ipsi sunt, ornauēre, quippe Antichristo propinquiores. Quapropter etiā ab Ecclesia proscripti, & anathemati subiecti sunt. Dolemus quidem nos perditionem & interitum eorum, & maximē quod & ipsi aliquādō sacra mysteria Ecclesię didicerint, & nunc ab eis descuerint: non miramur tamē, qui nihil noui accidere eis scimus. Idem enim etiā Hymenæo & Philetō euenit, & ante eos Iudæ, Seruatoris primū sectatori, postea verò proditori & desertori. Et de ijs nobis non desunt documenta & pręcepta, sed ipsemet Dominus prędixit: Videte nē quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum, & tempus propē est, & multos seducent: nē sequamini eos, Et Paulus eadē a seruatore edoctus, scripsit, quod in extremis temporibus deficient quidam a fide saniore, intendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, auersantiū veritatem. Itaque cū & Seruator atque Dominus noster Iesus Christus per se nobis pręceperit, & per Apostolum de istis significauerit, ritē sanē & ordine nos, qui auribus ipsi nostris impietatem illorum audiuius, eos, sicuti antea diximus, anathemati subiecimus, & alienos prorsus ab Ecclesia & fide catholica declarauimus. Idq; propterea pietati vestrę, charissimi atque reuerendissimi collegę, significauimus, vt neq; ex eis quenquam, si per reuerentiam ad vos accedere auli fuerint, suscipiatis: neque Eusebio aut alij cuiuspiam de eis scribēti credatis. Conuenit enim vobis, vt Christianis, omnes qui cōtra Christum vel dicunt vel sentiunt, veluti Dei ho-

stes & animarum pestes auersari, & nē salutatione quidem dignari, nē quando scilicet participes peccatorum eorum fiamus, sicuti beatus annunciauit Iohannes, Salutem dicite qui apud vos sunt fratribus. Vos qui mecum sunt, saluere iubent.

Hęc literę ad loca omnia perlatę, maiorem etiā cōtentionem peperere, malumq; propter dissidendi studium adauxere. Qui enim Alexandro sunt suffragati, eis subscripsere: alij autem contra eas venere; in primis verò Eusebius Nicomedienensis in cōtrariam sententiam est raptus, quod admodum se in eis perstrictum esse intellexerat. Per multi autem partes eius sequebantur: atque is crebras ad Alexandrum dedit literas, vt Arrianos quęstione posthabita reciperet: quem ad hoc maximē literis suis excitans induxit Arrius, ex quibus aliqua adducam, vt simul & participes eius impietatis manifesti fiant, & Alexandri fides, qui nihil perperam contra eos statuerit, ostendatur. Scribit igitur ad Eusebium Nicomediensem Arrius in hęc verba:

Desideratissimo Domino, viro Dei, fidei, orthodoxo Eusebio Arrius, qui iniuste persecutionem ab Alexandro Papa propter omnia vincētē veritatem, quam & tu propugnās, patitur, in Domino salutem. Proficiscēte Nicomediam patre meo Ammonio, rectē me facturum esse putavi, si per ipsum te compellarem, simulque insitam tibi charitatem, & quam erga fratres propter Deum & Christum eius geris affectionem admoneam, magnopere persequi me & oppugnare, omnemq; aduersum me funem mouere episcopum, vt nos perihdē atq; sinē homines vrbe eiciat, propterea quod non comprobamus voces eius publicitū dicētis, Semper Deus, semper filius: simul pater, simul filius: coexistit ingenito Dei filius, semper genitus est, ab ingenito genitus est, neque nunc neque momento aliquo pręcedit Deus filium: semper filius, semper Christus, ex ipso Deo est filius. Et propterea quod Eusebius frater tuus Cęsarensis, & Theodotus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregorius, & Aëtius, & orientales omnes dicunt, Deum qui sinē principio est, pręexistere filio, anathema facti sunt: excepto solo Philogonio, & Hellanico, & Macario hereticis, nulliusq; doctrinę hominibus: ex quibus filium quidam eructationem, aliqui germen, nonnulli coingentum dicunt: quorum impietatem ne audire quidem possimus, etiam si decies mille mortis cruciatus nobis minentur atque intendent heretici. Nos verò quid dicimus & sentimus, docuimus & docemus? Quod filius non est ingenitus, neque pars ingenta vllō prorsus modo, neque ex subiecto quopiam, sed quod voluntate & consilio subsisterit ante tempora & secula, plenus D E V S, vnigenitus, immutabilis: & priusquam

Cap. 9.

Cap. 10.

Cap. 11.

usquam gigneret, aut crearetur, aut designaretur, aut fundaretur, non erat: ingenitus enim non erat. Affligimur autem, quod diximus principium habere filium, Deum autem esse absque principio: propterea, inquam, persecutionem patimur, & quod diximus, Ex nō existentibus eum esse: idque ita diximus, quod neque pars DEI, neque ex subiecto quopiam est, hanc ob causam affligimur. Reliquum ipse nōstī. Valere te in Domino, memoremque tribulationum nostrarum esse opto Collicianista, verē pie Eusebie. Porro qui hic enumeratū sunt, Eusebius Pamphili dictus, Cęsarensis Palęstine Episcopus, Theodotus Laodiceę, Paulinus Tyri, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beryti, Aëtius Lyde, quę nunc Diospolis vocatur. Hi Arrianarū partium fuere. Aduersarum autem nominat Philogonium Antiochenum, Hellanicū Tripolitanum, & Macarium Hierosolymitanū, quos syrophanticę hęreticę vocat, quod cōternū & antefeculare, eiusdemque honoris & eiusdem substantię cum patre filii esse docuerunt. Hoc scripto permotus Eusebius, cū plures alios hęreticos venenum euomens incitauit, tum ad Paulinū Tyrię Ecclesię antistitē literas dedit, q̄s audire cōuenit:

Domino meo Paulino Eusebius in Domino salutem. Neque egregium domini mei Eusebij (Eusebium Pamphili Cęsarensis antistitem intelligit) pro verbo veritatis, de quo ad nos renunciatum est, studium, neque tuam eadem de re silentium Domine tacitū apud nos est, &c. Epistola tota habetur apud Theodoritū Historię Ecclesiasticę lib. 1. cap. 6. & apud Nicephorum lib. 8. cap. 10. Ibi qui volet, eam legat. Sequi in dē in Nicephoro:

Talia & isti scripserunt, aduersus veritatē bellū influentes. Postquam autem diū multumque scribentes, persuaderē Alexandro quod volebant non potēre, perindē atque iniuria affecti essent, egrē id ferentes, magno studio in hoc incubuere, vt Arrij dogma obtineret. Et in Bithyniā primariā vrbe impietatis instituta officina, Eusebius ad plerōsq; orbis Christiani Episcopos literas dedit, vt Arrium sectatoresque eius ad communionē admitterent. Sic enim futurum, vt ingentem de dogmate consequerētur gloriam, & Alexandro vt idem faceret, authores fierent. Vt verò nihil magis ceptum eorum ex sententia processit, quod Alexander in eis quę semel decreuisset, constanter perseueraret: desperata ea re Arrius, internuncios ad Paulinum & Eusebium Pamphili, & Patrophilum Scythopolitanum, & ad illorum collegium misit, vt sibi sectatoribusque suis populi sui in ecclesia cogendi, sicuti antea fecissent, potestas fieret, petens: quippe qui longo ipse iam tempore ordinē locumque suum inter presbyteros haberet, & ex cōsuetudine antiqua vnus quidem omnibus pręesset Episcopus, presbyteri autem suas ipsi regerēt ecclesias,

atque in eis populum congregatum pro cōcione docerent. Illi legationem hominis suscipiunt, & cum alijs in Palęstina conuenientes, petitionemq; eius adimplentes, decretū in scriptum referunt, Arrium quidem vt antea conuentus agere posse, Alexandro autē subditum esse, deprecarique & supplicare ei, quod in gratiam eius vnionemque peruenire posset, debere. Sed & alia quoq; in Aegypto Synodus hac de re acta. Arrio Melitius etiā sectatoresque eiusdem fauerūt, eumque maximē iuuerunt: qui & ipsi non ita pridē de Ecclesia descuerant, & malē erga Alexandrum animati erant. Ceterum hęc hęc per Aegyptum & alibi passim in Ecclesijs vulgarata, dissidium vbi quē implacabile excitatum est. Et vulgus iudicium earum rerum sibi sumebat: agebatur de his publicē in foro, alijs ad hanc, alijs ad illam partem animi affectione inclinantibus. Eaque rerum facies risum prorsus tragicumque prębebat spectaculū. Siquidem non peregrini & aduenę Ecclesias oppugnabant, sed ciues ac tribules, quotidianā consuetudine inter se cōiuncti, bellum intestinum gerebant, linguis pro hastis vtentes, & seipsos inuicē mordētes. In eam sanē indignitatē res euasit, vt publicē Christianismus ad iocum & ludibrium omnibus expositus esset. Iuueniliter nanque inter se decertantes, legationes circumittebant, vtra pars maiorem ad se pertraheret hominū frequentiam. Et quā plurimę Epistolę inter se contrarię passim mittebantur ab eis, qui vel Alexandrū vel Arrium opinionibus suis assentiri cupiebant. Vndē deinceps quę secute sunt hęc res Arrianorū, Eunomianorum, & si qui sunt alij, dissidij & conflictationis occasionem sumpsere.

Quę cōtentio cū ad Imperatoris quoq; aulam peruenisset, nō mediocriter ea audita laudatissimus p̄motus est atq; indoluit Principes, & graui in animo cōcepto mœrore, propriam eam reputauit esse calamitatem. Confestim ergo flammam accēsā extinguere, & quā celerrimē malorum fontem obturare studuit. Verebatur em̄, q̄ nup̄er admodum religio vigerē ccepisset, multos eiusmodi opinionum dissensione adductos, fidē auersuros esse. Itaq; literas ad Alexandrū & Arrium dedit, quas ob prolixitatē huc non adscribimus. Habet lector earū partē in Nicephoro cap. 13. in tegrā verò in Eusebio Cęsarensi de vita Constantini lib. 2. cap. 63. &c. Sequi porro in Nicephoro cap. 12. Grauius etiā admodum tulit (Constantinus) q̄ audisset quosdam in oriente festum Paschę diem non eodem tēpore, quo reliquos omnes Christianos, celebrare: eosque cū singulare quiddā sibi vsurpare, atque a destinato receptā ab alijs consuetudinis instituto recedere, tum ferias eas Iudaico quodam more peragere: quapropter fieret, vt tam lætus & festus Christianorum conuentus obscuraretur, &

Vulgus sibi rerū Ecclesiasticarū iudicium sumit pessimo exemplo.

Cap. 12.

& diffensione deprauaretur. Itaque consentientem statum Ecclesijs conciliare volens, vtraque in re inhibere mali currētem impetum priusquam latius ad plures perueniret, & seditionem ad concordiam reducere studuit. Eius rei gratia virum & doctrina insigni præditum, qui cum alijs in rebus præclarus esset, tum in tuenda fidei professione paulò antea magnam sibi gloriam comparasset, quiq; in maxima apud Imperatorem veneratione & honore præcipuo esset, nomine Hosium, ciuitatis Cordubæ in Hispania Episcopum, ex omnibus familiaribus suis delectum, cum literis ad eos, qui in Aegypto inter se diffidebant, conciliandos & ad concordiam reducendos: & item ad eos, qui in Oriēte Ecclesijs alijs se Paschali die celebrando non accommodabant, ad consentientes nobiscum cæremonias pertrahendos misit.

Cap. 14.

Et Imperator quidem Constantinus prudenter scripsit: diffidium autem magis inualeſcebat, res omnis præter omnē spem in deterius vergebat, & contentio impotens reconciliationi locum non relinquebat. Neq; enim tam pium Imperatoris studium, neque excellens oratoris virtus quicquam effecit: & tatum abest, vt ad gratiam redintegrandā homines persuaderentur, vt amplius etiā ad vindictam sint excitati. Quapropter infestis rebus ad Imperatorem redijt, qui ad pacem componendam missus fuerat, Hosius. Itaque Imperator malum id ad summum excrescere cernens, decantatissimā illam in Bithynia Nicenam Synodum promulgat, & literis locorum omnium Episcopos ad cōstitutam diem eò euocat. Illos publica vehebāt vehicula & iumēta, publici equi & muli: nec ipsos tatum, sed etiā qui eos ministerij gratia comitabantur. Conuenēre eò ex omnibus ferē prouincijs & vrbibus patres, quorū nomina vnā cum vrbibus, quibus episcopali administratione præfuerunt, magnus Athanasius in synodali suo libro recessit. Episcopi fuere circiter trecenti decem & octo, nec pauciores sacerdotes & diaconi, eorum comites. Apostolicas sedes tum tenuere Alexandriæ, ad lacum Maræoticum site, Alexander: Antiochiæ ad Orontē Ecclesia iam tum Eustathio commissā fuerat, Philogonio nō ita pridem ad eum recepto, & ad meliorem vitam translato. Hunc Eustathium inuitū admodum & reluctantem, vi plurima allata, prouinciales Episcopi, sacerdotes, communisq; Dei populus ex Berrhæa ad eum thronum pertraxerunt. Hierosolymis Episcopatum gessit suo respondēs nomini Macarius: Romæ Iulius, Constantinopoli Alexander: & Romanus antistes propter ætatem decrepitam, Constantinopolitanus verò propter multam imbecillitatem in sedibus suis remāſere: sed eorum nomine bini presbyteri missi sunt, à Iulio quidem Vitus & Vincentius, ab Alexandro autem duo alij, & vita & eruditi-

one plurimum excellentes. Habebant ij ab illis mandatum & cautionem, vt in conuentu locum illorum obtinerent, & quod ibi ritè atq; ordine actum decretumq; esset, comprobarent. In Synodo ea multi Apostolicis donis pollebāt: nō pauci etiā, propter Christianam constanter obitam confessionem, stigmata & notas in carne circumferebant: præsertim ex Episcopis Paphnutius superioris Thebaidis, & Spyridon Cyprius Trimythuntis, & Hosius Cordubæ, & Iacobus Nisibis, (sic enim Antiochia Mygdoniæ antea vocata est) qui etiā mortuos resuscitans in vitam reduxit, & innumera alia miracula edidit: Meletius Sebastia, Basilius Amasæ, Nicolaus Myrorum, Gregorius maioris Armeniæ, Paulus Neocæsareæ in Euphratis ripa condita, qui ambarum manu vfu Licinij improbitate ignito ferro venis atq; neruis, quibus vis mouendi inest, perustis, orbus fuerat. Et alij, quibus partim alter oculus stridenti ferro ademptus erat, partim poplites dextri cauterio mutilati, pedes ad gradiendū inutiles reddiderant: inter quos & Paphnutius Aegyptius fuit. Atque vt simpliciter dicam, martyrum planè populus in vnum conuenit locum. Affuere ibi etiā plurimi alij, ex præstantibus & laicis, docti & eloquētes, inprimisq; sacrarum literarum, nec nō prophandarum quoq; disciplinarum peritia præclari viri, alterutri parti momentum adferre alacriter parati. De eis porro qui ibi conuenēre, Eusebius Palessinus in 3. ad Constantinum libro hæc refert: Ex Ecclesijs omnibus, quæ per Europam, Libyam & Asiam omnē sunt, ministrorum vni columnæ conuenērūt in vna oratoria eade, perindè atquè à Deo amplificata: Syri & Cilices, Phœnices & Arabes, Palæstini, eisq; vicini Aegyptij, Thebæi, Libyes, & qui à Mesopotamia venerāt: quin & ex Perfide Episcopus aderat. Neq; Scythia in eo choro desiderabatur. Pontus quoque, Asia, Phrygia & Pamphylia, delectos suos & præcipuos viros eò miserant. Aderāt quoq; Thracæ, Macedones, Achæi & Epirotæ. Quin & qui ijs lōgin quiores remotioresque sunt, eò aduenerāt. Ab ipsis quoq; Hispanis celeberrimus ille vnā cum alijs ibi confidebat. Imperatoriæ sanè vrbis antistes propter ætatem senilem aberat, sed presbyteri eius præfentes, vicem eius implebant. Solus profectò & vnus Imperator Constantinus post secula condita, Christo seruatori suo corona pacis vinculo contexta, de victoria cōtra hostes parta, eiusmodi diuinū gratiarum & orationis consecrauit donarium, & præclarum hoc Apostolici chori apud nos exhibuit specimen. Quando quidem ad exemplum illius, conuentus coactus est ex gentis omnis, quæ sub cælo est, viris religiosis: in quibus erant Parthi, & Medi, & Elamitæ, & Mesopotamiā incolentes, Iudæam quoque & Cappadociā, Pontum & Asiam, Phrygiā & Pamphylia,

Aegy-

Aegyptum & partes Libyæ quæ est ad Cyrenæ, aduenæ Romani, Iudæi & profelyti, Cretes & Arabes. Præterquam quòd illic non omnes ex Dei ministris conueniant: in præfenti verò choro, Episcoporum turba trecentorum numerum excessit: qui verò eos comitati sunt, Presbyterorum, Diaconorum, acoluthorum, aliorumq; plurimorum, neq; numerum inire erat. Inter eos autem Dei ministros, alij quidem sapientiæ sermone, alij autem vitæ morumque firmitate & patientiæ constantia enitebant: alij rursum mediocribus dotibus ornati erant. Nonnulli porro ætate proeuctiore venerationem merebantur, nonnulli iuuenilibus annis animorumq; vigore florebant. Quidam etiā non ita dudum functionis suæ susceperāt munus. Atq; his omnibus quotidiè Imperator sumptus liberaliter præberi curauerat. Hæc Eusebius.

Cap. 15.

Plurimi sanè Arrij partib; addicti erāt, maximeq; opinionem eius comprobabant Eusebius olim Beryti, postea verò Nicomediæ antistes: Theognis Nicæ ipsius, & Maris Chalcedonis Bithyniæ, Episcopi. Quibus cum fortiter cōgrediebatur Athanasius, inter diaconos Alexandria primarius, ipsiq; Episcopo Alexandro percharus: quippe præclara doctrina & virtute præditus, & disputator grauis & acutus, non minima sanè consilij Synodi eius pars, Imperatori ipsi & familiaribus eius egregiè notus. Quamobrè magnum cōtra se Arrianorum concitauit odium. Prius autem quam omnes Episcopi in publicum coirent conuentum, pro eo atquè fieri consuevit, qui artium dislerendi periti erant homines, quasi præludētes, certamina de sententijs quas sequebantur, & contentiones inibant. Et cum quidam disputationis voluptate longius producerentur, ex confessoribus laicis aliqui, simplici prudentia ornati, qui ibi aderat, Doctrinam, inquit, nostram non verborum fraude, aut dislerendi aliqua arte, primi eius authores atq; adeò spectatores prodidēre, sentētia & fide nuda, bonisq; operibus simpliciter & apertè fundatam. Arrianis idem suaſit, nè quid de fide ab initio tradita nouarent, sed in exploratò sententiam de numinis diuini cultu complecterentur. At illi non oportere dixerunt antiq;uorū, nisi in quilita re, recipere sentētijs. Cæterum nonnulli quidem consilium confessoris minimè contemnendum esse iudicauerunt: nonnulli autem, quòd vera cum dicere scirent, sermones cum eo tum non conferuerunt. Sed & multi ex Græcorum Philosophis disputationibus se immiscuerunt, alij quidē, vt quænam esset religio nostra, discerent: alij verò, quòd indignaretur per Christianismū nupèr admodum ortum, Græcæ superstitionis imposturas supprimi & perire. Atq; ij, p- fessionem nostram in contentiosam cōtrouersiam trahebant, vt propter intestina diffidia pelsum iret, minusque multis grata esset.

Horū quidam arte dicēdi sese ambitiosè veditas, sacerdotibus nostris insultabat, & nugas ac deliramēta dicta eorū esse cum reprehensione obijciebat. Eius tam arrogante superbiā simplex quidā senex non ferēs (credidit autē celebris ille & magnus Spiridon fuisse) cū eo disputatione est congressus. Et temerarijs quidem ea res risui fuit: qui verò æquiores humanioresq; erant, verebātur nè ab homine arte multa instructo, vir Græcarum disciplinarū prorsus expers, ludus fieret, & tamen dignitate tanta spectatū inhibere reformidabant. Itaq; cum id ei permissum esset, In nomine Iesu Christi Philosophæ, inquit, audi: Vnus est Deus celi & terræ, visibilisq; & inuisibilis omnium cōditor, q; vniuersa hæc virtute verbi produxit & sustinet, & sanctitate spiritus eius stabilit & cōfirmat. Id verbum, quod à nobis filius dei nominatur, errorē & seductionē humani generis miseratū, natum est ex muliere, & humanū substantialiter recepit corpus, mortuū etiā est pro nobis, & resurrexit: & veniet primo quoq; tēpore, factorū cuiusq; quæſitor & iudex. Hæc sic se habere, citra curiosam inquisitionē credimus: nec tu quomodo hæc sint quære, neq; rationem eorū arguere aut explorare aude. Superant em̄ hæc rationē, & cognitionē oēm lōgè præcellūt. Et paululum cōticescēs, Credisne, inquit, hæc responde. Ad hæc primū hiati ore cōsternatus Philosophus, deindè credere se dixit, victumq; esse statim professus, eadem que diuinus ille senex sentiret, se quoq; sentire constituit: atq; vt & alij eundem reciperent animū, operā dedit, iureiurando cōfirmans omnibus, non sinē diuino numine religionem complexum, sed arcana quadā vi ad sacra Christianorum se traductum esse.

Cap. 16.

Imperator ipse quoq; vbi festo die propter victoriā à Licinio reportāta peracto, Nicenam venit, maximū in imperiali palatio edificatū exornauit, & subsellia sediliaq; satis multa q; conuenērāt sacris viris, parietib; quoq; productis, fieri curauit, & vnicuiq; congruenti habito honore, ordine eos oēs ingredi iussit. Cum verò ei videreſ, vt & ipse in conciliū prodiret, postremus omnium cum paucis ingressus est, digna prorsus admiratione corporis proceritate, vultuq; læto cōspicuum, & no- uam quandā gratam atq; decentē, quæ in facie eius infidebat, præferens venerationē. Et summissiore, quam Amplitudo eius ferret, throno, qui ei parat⁹ fuerat posito, nō prius sibi confidendū putauit, quam id ei ab Episcopis permitteretur. Tanta in Imperatore humanitas cum reuerētia, qua viros illos p- sequebatur, cōiuncta inerat. Et tādē prim⁹ ipse in cōuētū admonitus cōsedit, & cum eo simul sacer ille chorus. Ibi cum altum esset silentium, primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Eustathius, orationis laudibus pindē atq; recens decerpis floribus, Imperiale illi caput exornauit, spectatumq; diuinis rebus curandis

Modestia
Constantiā
Imperat.Hosius inſi-
gnis Cordu-
bæ Episco-
pus.*Hosius
Cordubæ
is est.

A. & 1.

curandis studium eius legitimo honore & faustis omnibus compescauit. Itidem & Pamphili Eusebii assurgens egit. Verba enim ad eum, quibus virtutes eius laudibus vehabat, fecit, & per cum gratiarum actiones & hymnos Deo sacrauit. His finitis, silentio rursus facto, Imperator ex ipsa cathedra exhortatione vsus est, qua illos ad concordiam excitauit: & quem quisque priuatim haberet dolorem, eum in praesentia postponere iussit. Per multi nanque alius alium accusauerant, ac tempus datum esse putantes, quo quod cuique aegre esset, auerti curariq; posset, de quibus rebus inter se conflictabatur, de eis libellos Imperatori obtulerant. Quos cum non grauiter recepisset, ad certum diem postea de eis se deliberaturum dixit: atque in praesens ad id quod de fide propositum esset agendum, procedere iussit. Multi siquidem, qui libenter diutinas & acres etiam inimicitias gererent, Episcopos quosdam criminabantur, & querelas suas scriptas Imperatori dabant. Quibus ille omnibus colligatis, sigillum annuli sui impressit, eosque diligenter seruari praecipit. Post conuentionem eam dies constitutus cum venisset, libellos eos omnes in manibus tenens, Haec, inquit, querelae & accusationes magno illi iudici decidendae remittuntur, statumque tempus extremi iudicij sit dies: cui iudici occulta etiam manifesta sunt. Mihi quidem homini errori obnoxio nefas videtur, Ecclesiasticorum virorum accusationes recipere & audire. Neque etiam omnino conuenire puto, DE I ministros tales se praestare debere, vt vel a me vel ab alio iudicentur. Si nanque sacerdotum delicta plurimis innotescant, maxima praebetur eis offendiculi occasio, qui impunè nullo timore peccare constituerent. Quapropter agite Christum aemulati, per mutuam veniam alius alij commissa remittamus. Oportere siquidem remitti ab eo debita, ille dicit, qui ipse gratiam delicti petat. His verbis dictis, libellos in conspectu eorum combussit, iuratus nihil se prorsus quae in eis scripta essent, legisse. Addidit & illud: Si in Episcopum incideret alienum coniugium violantem, se purpura sua piaculum id obiecturum esse, ne tam foedum facinus spectatoribus occasionem mali crearet. Atque haec quidem sic ante communem conuentum acta. In confesso autem Patrum, oratione ad concordiam eos cohortans, de dogmatibus fidei consultare, & sententias per suffragia dicere iussit. Haec tamen ex Nicephoro: nunc porro pauca quaedam inferemus ex libro tertio Eusebij Caesarensis de vita Constantini, vbi sic habetur oratio, qua vsus est ad Patres Constantinus, idque capite duodecimo.

Negat Constantinus ad se pertinere de Ecclesiasticis viris iudicium.

Præclarum Constantini dictum.

Oratio Constantini ad Synodum.

Quoniam mihi, inquit, in optatis fuit, amici charissimi, isto vestro confesso aliquando frui, iam eo potitus, regi & moderatori

omnium Deo ided gratias me agere debere fateor, quod mihi praeter ceteros largitus est, vt istud quod omnibus ferè bonis antecellit, nempe vos in vnu couocatos, vnamque omnium & consentientem esse voluntatem, oculis tandem adspiciam. Nolite igitur pati, vt vlla inuidia tempestas, nostris rebus prosperis inimica, istud bonum labefactet: neque cum Tyrannorum dimicatio contra Deum suscepta, iam Dei Seruatoris virtute profligata sit, vt denuò perditus daemon diuinam Christi disciplinam & religionem maleuolorum obrectationibus lacerandam obijciat: quando quidem intestina seditio in Ecclesia Dei conflata, multo plus molestiarum & acerbitatis, quam quoduis bellu pugnave, videtur mihi in se complecti. Atque istae res ad animum spectates longè plùs, quam quae ad corpus pertinent, doloris adferre videntur. Cum igitur Dei Opt. Max. nutu & auxilio adiutus, victoriam ab hostibus reportassem, nihilque amplius mihi reliquum esse putarem, quam vt tum Deo gratias agere, tum vna cum his, qui, Deo opem ferente, per me essent in libertatem vindicati, communelætitiam animo perciperem, vt primùm dissensio vestra ad aures meas preter omnem spem peruenit, rumorem illum de eo allatum non planè negligebam, sed optas in primis, vt huic rei mea opera & sedulitate remedium inueniretur, omnes vos absque mora accerserem. Ac tamen si laetor equidem vehementer, cum iam vestrum confesum intueor: tunc tamen arbitror me rem maximè ex animi sententia gessisse, vbi omnes vos animorum coniunctione colligatos, & vnam eamque communem inter omnes & tranquillam concordiam (quae quidem vos, cum sitis DEO consecrati, alijs etiam à Deo impetrare cõsentaneum est) vigere florereque intellexero. Itaque ne vlla sit questio in vobis mora, o charissimi: Ne grauemini, o sancti Dei ministri, & spectati communis omnium nostri Domini ac Seruatoris famuli, ne grauemini, in qua deinceps causas dissensionis inter vos grassantis iam penitus tollere, primoque omnium operam detis, vt omnia vincula, quibus constricta tenetur controuersia, pacis legibus omnino dissoluantur. Sic enim estis & Deo omnium gubernatori rem gratam facturi, & mihi vestro in Domino conferuo maximam praestaturi beneficium. Sequitur caput 13.

Hic ista Latino sermone, altero eadem interpretante, locutus, sermonem omnem deinceps Concilij praesidibus cõcessit. Ibi tum alij vicinos accusare ceperunt, alij & pro se respondere, & crimen in aduersarios deriuare. Cum igitur multa essent ex vtraque parte proposita, magnaque controuersia in ipso disputationis ingressu cõcitata, Imperator toleranter ac placidè omnibus animum attendere, studio acri prolatas sententias sensim excipere: vicissim ferre opem vtrique disceptantium

tium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliare, conferre cum singulis comiter & benignè sermonem, Graecè (nam ne huius quidem linguae ignarus fuit) quid ipse sentiret eloqui. Suauis fuit & dulcis, dum alijs persuadere, alios sermonem lenire, alios qui disertè dixissent collaudare, omnes denique ad concordiam reducere contendebat vsque eò, vt tandem eos in omnibus rebus, quae in quaestionem aliquam venissent, tum conspirantes animis, tum opinionibus ad eò consentientes redderet, vt non modò concors fides inter eos vigeret, sed etiam vnum idemque tempus in salutari Paschatis festo celebrando obseruandum ab omnibus concederetur. Haec Eusebii. Nemo autem dum haec legit, putet Constantinum Concilio praeseditisse, aut de rebus Ecclesiasticis sibi iudicium sumpsisse. Aliud est, Patribus quibusdam ad concordiam redigendis operam nauare: aliud, de dogmatibus & fidei negocijs ferre sententiam. Assedit ille sanctis Patribus, non vt iudex, sed vt patronus & executor eorum, quae Patres in fidei negotio statuisset. Sed nunc ad ea reuertamur, quae apud Nicephorum porro habentur lib. 8. cap. 17.

Cap. 17.

Productus est, inquit, in medium Arrius, atque de eis, quae ab ipso in quaestionem deducta fuerant, diligens & accurata disquisitio facta. In primis verò cauebatur, ne temerè atque praecipitanter in alterutram partem sententiae proferretur. Et infra eodem capite: Sedenim professio fidei à trecentis & decem & octo Episcopis in scriptum relata, atque ab eisde & simul à sapientissimo Constantino annotationibus confirmata, quae etiam nunc Ecclesijs olim tradita obtinet, de verbo ad verbum sic habebat: Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium omnium factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, genitum ex Patre, vnigenitum: hoc est, ex substantia Patris: Deum de Deo, lumè de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homo factus, & passus. Et resurrexit tertia die: ascendit in caelos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicit, fuisse aliquando, cum non esset, aut non fuisse priusquam genitus sit, aut ex non existentibus factum esse, aut ex alia substantia vel substantia fuisse, aut creatum, aut mutationi alterationive obnoxium, eos anathemate ferit Catholica & Apostolica Ecclesia Dei. Ad hunc modum omnibus inter se conuenit, vt consubstantialem Patri filium esse discernent, & sanam fidem complecterentur.

Symboli fidei Niceni.

Cap. 18.

At pauci admodum Arrij laudantur opinionem: paulò post tamen & ipsi fidem eam

approbarunt: excepto Secundo & Theona, qui etiam *εμοουσιου* consubstantialis vocem reprehenderunt. Erant autem hi: Eusebius Nicomediae, Theognis Niceae, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricae, Secundus Ptolemaidis, Menophantis Ephesi, Patrophilus Scythopolis, Narcissus Neroniadis (quae secundae Ciliciae ciuitas est, nunc Irenopolis vocata) Episcopi. Dicebant nanque *εμοουσιου* consubstantiale esse, quod ex aliquo sit per partitionem, aut per germinationem, aut per fluxum. ac per fluxum quidem, vt paterni liberi: per germinationem, vt ex radicibus furculus: per partitionem autem, vt ex massa aurea ramenta duo vel tria. At quia iuxta nullam talium modorum rationem ex Patre filius esset, propterea editam fidei professionem rejicere instituerunt. Et cum *εμοουσιου* consubstantialis vocem prorsus non receperunt, tum subscribere decreto ei, quo dignitas sacerdotalis Arrio est abrogata, noluerunt. Quae res Synodo causam praebuit, vt Arrium atque vna omnes qui eius adhererent sententiae, excommunicatos anathemati subijceret, ac ne quis eorum Alexandriam ingredi auderet, sanciret. Id est anathema in voces quoque haereseos eius, & librū extensum, quem ille contra pietatem compositum, Thaleiam *θαλειαν* inscripserat, quasi floridum & viridantem, cuius stylus & elocutio, sicuti ex scripto ipso cognoui, simplex & dissoluta, Sotadisque Poetae cantilenis persimilis fuit. Ac praeterea, si quod aliud eius aut sectatorum eius inueniretur scriptum, vt id igni mandaretur. Quin capite quoque Constantinus sanxit, si quis quicquam eorum pressum occultasset, nec statim exulisse cõpertus esset. Multas insuper epistolas per vrbes passim contra Arrium, & qui sectae eius erant, misit: Eusebium & Theognidem sedibus suis exegit: & Nicomedienses ad cõpendandam à trecentis proditam rectam fidem, etiam sub caeteris Episcopis, qui rectè sentirent, legendos, Eusebiumque obliuioni mandandum est hortatus. Qui verò cum Arrio senturi, aut opinionem eius laudaturi essent, in eos se grauius animaduersurum esse, est minitatus. quibus literis etiam significauit, aliam ob causam inuisum sibi Eusebio esse, vt qui antea Licinij partes secutus fuerit. Itaque non solum illi sunt proscripti, sed alij quoque in eorum locum lecti. Pro Eusebio enim Nicomediae Amphion, pro Theognide autem Niceae Chrestus, Episcopi facti, ambo synecrioris pietatis quam maximè studiosi. Illud scire oportet, Eusebium & Theognidem, quique praeterea factionis eius erant alios, fidei suae doctrinam in scriptum relatum seorsim Synodo obtulisse, eamque vt adulerinam & impietatis plenam disceptam esse. Quam ob causam, quod ingens turba excitata, atque omnes propter manifestam impietatem aduersus eos commoti essent, ipsi quoque;

Arrianorum libri ad igne damnantur, etiam sub caeteris pœna.

quoq; præter Secundum & Theonam, Arrium anathemati subiecerunt: exauthorati-
oni tamen illius subscribere noluerunt, quâ-
uis fidei professioni subscripsissent: quod tñ
simulante & in syncerè fecerūt, ab exilio re-
uerſi, ſicut poſtea oſtendemus. Teſtificabū-
tur id quoq; res eorum aduerſus pietatis de-
fenſores actæ, & quæ ipſi de rebꝰ his relique-
runt ſcripta, quæ itidem recenſebo. Euſebius
fanè alter, cui Pamphili cognomen inditum,
adſuit & ipſe Concilio, dubiuſq; etiã atq;
etiã ſecũ cõſiderauit, an promulgatę fidei
profeſſioni aſſentiri deberet: atq; aliquatũ
lũm aſſenſione retenta, eam tandẽm appro-
bauit, & ſubſcriptione ſua cõfirmavit. Eccle-
ſiæ quoq; ſuę quærenti, profeſſionem & de-
finitionem eam miſit, in quavoce quoquẽ
τοῦ δμοουσίου cõſubſtantialis declarat: nẽ cui
ſuſpectus fieret, tanquã tardiuſ aut negle-
ctũ, nulla adhibita cura, illi ſubſcripſiſſet.

Cap. 19.

Fidei dogmate ritẽ atq; ordinẽ confir-
mato, rursũ conuenere, ac de facris Paſchę fe-
rijs diſceptarũt: placuitq; omnibus, vt eodẽ
tempore ab omnibus feſtus is dies celebra-
retur. Tertio porrò congreſſu, de eo quem
anteã diximus, Melitio hæreſiarcha eius que
ſectatoribus, atq; rebꝰ per eum in aegypto
nouatis, in quiſitum atq; decretum, vt omẽs
illi Lyci eſſent, nudum Episcopatus nomen
retinentes, & nẽ cui eorum poſtea imponẽ-
dæ manũs poteſtas eſſet. Quos autem anteã
manuum impoſitione dignati eſſent, vt illi
in miniſterio ſuo, quod ſortiti fuerant, per-
manerẽt quidem, & abſq; metu omni com-
municarent, dignitate autẽ & honore ab alijs
cuiuſcunq; Eccleſię Episcopis ſecundas fer-
rent: atq; vt in defunctorũ locum deinceps
recẽs apud eos coopatati ſurrogarentur, ſi
quidẽ ſuffragio digni viderentur, Episcopo
Alexandrino legente: ipſi verò legendi arbi-
trio ſuo poteſtatem non haberent. Ac rectẽ
fanè & commodẽ hoc ſic Synodus cõſtituit,
vt Melitij ſectatorumq; eius temeritas atque
celeritas manuum imponendarum compe-
ſceretur. Tam præſacta nanq; audacia fuit
Melitius, vt perſecutionis temporibus cũ
fugeret atq; lateret, manũs imponẽdę pote-
ſtatem, ad celeberrimum illum Petrũ marty-
rem pertinentem, ſibi raperet atq; vendica-
ret. Qua re illud euenit, vt tantoperẽ ſchiſma
& factio eius per Aegyptum inualeſceret.

QVAE EVSTATHIUS ANTL-
othenus Episcopus, itemq; Athanaſius,
de Arrianorum impietate & actis
Nicenæ Synodi ſcripſerint.

Cap. 22.

Eustathius Antiochenus Episcopus in-
ter alia ſic habet: Ad rem ipſam, vt geſta
eſt, progredior. Quid igitur eſt? Poſtq; eas ob-
cauſas Nicenæ Synodus coacta eſt maxima,
(conueniunt enim eò ducti, & ſeptuagin-
ta ferẽ prætereã Episcopi: certum enim nu-
merum propter tãtam multitudinis turbam

referre nequeo, neq; id adeò magno ſtudĩo
ſum ſcrutatus) vt de fidei ratione eſt quæſi-
tum, perindẽ atq; manifeſtum argumentum
atq; indicium blaſphemix, Euſebij ſcriptũ
eſt productum: quod in præſentia omnium
lectum, cũ varium auditoribus motũ pro-
pter peruerſam deprauationem, tum autho-
ri ipſi probrum attulit maximum. Poſtea
autem conatus fraudulentus Euſebij mani-
feſtò eſt depræhenſus, & ſcriptum iniquiſſi-
mum in conſpectu omnium diſcerptum, ex
compoſito nonnulli pacificationis nomen
præſerentes effecerunt, vt q optime ſentẽ-
tias dicere ſoliti fuerant, ſilerent. Arriani ve-
rò metuẽtes, nẽ tam frequentis Concilij de-
creto damnati relegerentur, priores ipſi ſen-
tentia ſua abrogatum dogma anathemate
iugulãrunt, & conſentientibus annotationi-
bus profeſſioni fidei manibus ipſi ſuis ſub-
ſcripſerunt: & Episcopatus ſuis, per ambi-
tionem & circuncuſationem maximã ma-
nus plerorunq; preſtantes, quòd excidere
dignitatibus debuerint, retentis, poſtea nũc
quidem clandestinẽ, nunc autem propalam
damnatas docuere opiniones, & varijs ea in
re vſi ſunt argumentis, & inſidijs. Et cũ pan-
gere vellent zizaniorum plantas, ab homi-
nibus peritis ſibi metuẽtes, Episcopos ipſos
deuitãrunt, & alios verã pietatis præcones
atq; profeſſores fraudulenter expugnãrunt.
Non credimus autem impios atq; inẽ Deo
homines diuino Numine vnquã fore ſu-
periores. Etiamſi enim rursũ inualeſcant,
rursũ tamen vincẽtis & inſidijs. Et cũ pan-
& grauẽ prophetam Eſaiã. Hæc magnus
ille Euſtathius. Qui verò eo vel virtute vel
pietatis æmulatione inferior nõ eſt, celebra-
tiſſimus Athanaſius, ad aphros ſcribens, hæc
infert: Episcopi qui conuenerant, cũ abo-
lere ab Arrianis excogitatas impietatis vo-
ces illas, (Ex non exiſtentibus creaturam eſ-
ſe, & facturam filium, & Erat aliquãdò cũ
non erat, & quòd mutabilis ſit natura) atq;
eas, quę ex profeſſo in ſcripturis ſunt, pro-
mulgare vellent, quòd ſcilicet ex Deo filius
natura vnigenitus eſt verbum, virtus, ſapientia
ſola Patris, deus verus, vt Iohannes dixit: Iohan. 1.
& vt Paulus ſcripſit, ſplendor glorię & figu-
ra ſubſtantię eius: Euſebiani à propria infa-
nẽ opinionis perſuaſione tranſuerſim acti,
inter ſe ſunt collo cuti: Paçtũ ſeriamus, nam
& nos ex Deo ſumus. Vnus eſt enim deus, ex
quo omnia: &, Vetera præteriẽrunt, ecce nõ
na facta ſunt omnia: ex deo autem omnia. In-
mentẽ quoq; eis venit, quod in Paſtore ſcri-
ptum eſt: Primũ omnium crede, vnum eſſe Viſionẽſ.
Deum, qui omnia creauerit & perfece-
rit, atq; eũ nihilo in ſubſtantia deduxerit. At Episco-
pi, vbi verſutiã illorum atq; impietatis ma-
lignã fraudẽ animaduertent, dilucidandũ
eſſe quod ex Deo dicẽti, ex ſubſtantia dei
eſſe filium ſcripſerunt: vt creaturę quidem, q̃
à ſe ipſis abſq; authore ſubſtantia nõ capiãt,
ſed

Vastitias
hæreticorũ.Nota hære-
ticorũ ver-
ſutiã in pro-
prio dãnã-
do dogmate

ſed principium creationis ſuæ ex Deo habe-
ant, ſic ex Deo eſſe perhibeãtur: filius autem
ſolus æternus ſubſtantię patris eſſe dicatur.
hoc etenim peculiare & proprium vnigeni-
ti & veri verbi patris. Ac ſcriptionis quidem
eius, quæ eſt, Ex ſubſtantia patris, occaſio &
cauſa hæc fuit. Episcopis porrò rursũ pau-
cos, vt tum videbantur, illos interroganti-
bus, an filium dicerent non creaturam, ſed
virtutem ſapientiamque ſolam patris, atque
imaginem ſempiternam, nõ variantem neq;
differentem per omnia à patre, & Deum ve-
rum: depræheſi ſunt Euſebiani ſibi inuicẽm
innuere, atq; dicere hæc in nos quoquẽ ca-
dere, quòd & nos imago & gloria Dei dica-
mur: ac de nobis illud dictum eſſe, ſemper
enim nos qui viuimus: & Virtutes multæ
ſunt: & Exiuit omnis virtus Dei ex Aegy-
pto: & grucam atque locuſtam dici virtutem
magnam: & Dominus virtutum nobiſcum,
ſuſceptor noſter Deus Iacob. Sed & peculia-
res nos Dei eſſe, non ſimpliciter dici, verũ
fratres etiã vocari. Quòd ſi verum quoq;
Deum filium nos dicamus, nihil eos id per-
turbare: qui cũ factus ſit, verus ſit. Hæc fan-
nẽ eſt Arrianorum peruera ſententia. Qua-
propter Episcopi etiã, dolo eo perſpecto,
ex ſcripturis collegerunt, præter ſubſtantia,
ſplendorem, fontem, fluuiũ, expreſſam ima-
ginem, & In lumine tuo videbimus lumen:
& Ego & pater vnum ſumus: luculentiusq;
deinceps & compendioſũs ſcripſerunt, δμο-
ουσίον cõſubſtantialem patri. Quæ verba ſcri-
pturæ nõ eſſe, Euſebius Cæſareenſis Episco-
pus nouit, ſed ab eis ſtultẽ reprehenduntur.
Præter ſcripturã enim & ipſi impietatis au-
thores erant. Minimẽ nanque ſcripturæ ver-
ba ſunt, Ex non exiſtentibus: & Fuit aliquã-

dò cũ non eſſet. Itaque illi verbis non ex
ſcriptura quidem petitis, ſed piẽ tamen in-
uentis, cõuiſi ſunt & damnati. Ipſi ſiquidẽ
veluti è ſtercore eruti vocibus, planè è terra
locuti ſunt: Episcopi autem nõ ipſi ſibi ver-
ba conſingentes, ſed Patrum de eis teſtimo-
nium habentes, ea in ſcripto ſuo uſurpãrũt.
Veteres enim Episcopi ante annos propẽ
centum & triginta, & in magna Roma, & in
noſtra vrbe eos reprehenderunt, qui filium
creaturam, & non conſubſtantialem Patri eſſe
dixerunt. Id quod cognitũ eſt Euſebio Cæ-
ſareę Episcopo, qui priũs quidem fuit Arria-
næ ſectator hæreſis, poſtea verò ipſi Nicenæ
ſubſcribens Synodo, ad ſuos literas dedit, &
cõprobauit ex priſcis quoquẽ doctos quos-
dam & præclaros Episcopos & ſcriptores in
patris & filij diuinitate noiẽ τοῦ δμοουσίου cõ
ſubſtantialis eſſe vſos. Iſti igit morbo ſuo ſup-
preſſo, quòd tantam Episcoporum multitu-
dinem metuẽrent, in ea quę decreta ſunt, pe-
dibus iẽrunt, propheticam in ſe rephẽſi-
onem pertrahentes. Nam & ad eos huius
vniuerſi Deus exclamat: Populus iſte labijs Eſa. 29.
me honorat, corde autem longẽ abeſt à me.
Theonas porrò & Secũdus, quòd idem fa-
cere nollent, ab omnibus, ſuffragijs conſen-
tientibus, ſunt excommunicati, vt qui Arrij
blaſphemiam veritati Euangelicę antefer-
rẽt. Hęc Athanaſius. Hactenũs ex Nicepho-
ri Hiſtoria Eccleſiaſtica. Sequuntur nunc
ipſius Nicenę Synodi Canones viginti, quos
tamen conſtat longẽ plures fuiſſe, qui tem-
porum iniuria aut interiẽrũt, aut alicubi vix
pauciſſimis comperti deliteſcunt. Certũ eſt
autẽ, ab ipſa mox Nicenæ Synodo Arrianos
in id totos incubuiſſe, vt eorum Canonũ ex-
emplaria omnia penitus abolerentur.

NICENVM

CONCILIVM.

A Ntequã Canones referamus, priũs paucis de ipſa vrbe Nicenã lector admonendus venit. Nicenã
Aſiæ ciuitas, Bithyniæ metropolis, ab Antigono Philippi filio condita, Antigoniam primũ dicta
eſt: Poſtea verò à Lyſimacho nomine eius vxoris, Antipatri filix, Nicenã appellata. Hęc Strabo lib.
12. Plin. lib. 5. cap. 32. Ptolemæus lib. 5. cap. 1. Tempus huius Synodi (vt habet Nicephorus Hiſto-
riæ Eccleſiaſt. lib. 8. cap. 26.) incidit in 20. imperij Conſtantini annum, ex quo rerum in Britannia
potiri cœpit: tertiumdecimum porrò, ex quo Byzantium venit. Ipſa autem Synodus acta eſt annis tribus, &
paulò vltã.

NICENI CONCILII CANO- NUM TITVLI.

Itaque cũ conueniſſet hoc ſanctum & magnum concilium apud Nicenã Bithyniẽ ci-
uitatem, Conſtantino Auguſto, & Licinio Cæſare, conſulatu Paulini & Iuliani, decimo-
tertio Kalendarum Iuliarum, qui eſt apud Græcos 19. dies menſis eorum δεσίου, ſecundũ
Alexandriam triceſimus primus, æra 363. ſtatuta ſunt ab Episcopis, quę inſã ſcripta ſunt,
& ex Græco in Latinum verſa ſermonem. Et placuit vt hæc omnia mitterentur ad Episco-
pum vrbs Romæ Sylueſtrum.

EDITIO I.		EDITIO II.	
De eunuchis, & qui seipfos abscederunt.	1.	De eunuchis, qui seipfos abscedunt.	1
De his, qui ex gentilibus post baptismum ad clericatus ordinem promouentur.	2	De his, qui post baptismum statim ad clerum applicantur.	2
De subintroductis mulieribus.	3	De subintroductis mulieribus.	3
De his qui ad episcopatum in prouincijs, prouehuntur.	4	Qualiter episcopi debeant ordinari.	4
De excommunicatis.	5	De excommunicatis clericis vel laicis.	5
De priuilegijs, quæ quibusdam ciuitatibus competunt.	6	De primatibus episcoporum metropolitano- rum.	6
De episcopo Aelia, i. Hierosolymorū.	7	De honore episcopi Hierosolymitani.	7
De his, qui dicuntur Cathari, i. mundi.	8	De Nouatianis.	8
De his qui ad honorem presbyterij sine examine prouecti sunt.	9	De presbyteris sine examinatione constitutis.	9
De his, qui in persecutionibus negauerūt, & postmodum in clero promoti sunt.	10	De lapsis clericis ordinatis.	10
De laicis, qui negauerunt.	11	De his, qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant poenitere.	11
De his, qui abrenunciauerunt, & iterum ad seculum sunt regressi.	12	De excommunicatis, à seculo exeuntibus.	12.
De his, qui communionem tempore mortis exposcunt.	13	De catechumenis lapsis.	13
De catechumenis lapsis	14	De diaconibus, nè corpus Christi tradant presbyteris, vel ante presbyteros comunicent.	14
Quòd non oporteat demigrari.	15	De clericis temerè ab ecclesia recedētibus.	15
De his qui in ecclesijs, in quibus prouecti sunt, minimè perdurauerunt.	16	De presbyteris & diaconibus vel clericis, qui ad alias ciuitates transeunt.	16
De clericis vsuras accipientibus.	17	De clericis alienis, sine conuientia proprii episcopi, ab alio in sua ecclesia non ordinandis.	17
De priuilegijs presbyterorum.	18	De clericis, vsuram vel ampliacionem accipientibus.	18
De his qui à Paulo Samosatenō ad ecclesiam ueniunt.	19	De Paulianistis & Cataphrygis, rebaptizandis.	19
De flectendo genua.	20	De diebus dominicis & pētecostes, vt in eis stantes oremus.	20

REGVLAE SEV CANONES NICENI CONCILII.

EDITIO J. CAP. I.

SI quis à medicis propter languorem defectus est, vel à Barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscedit, hunc & in clero constitutum, abstinere conuenit, & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quòd de his, qui hanc rem affectant, audent que semetipfos abscondere, dictum sit: sic eos, quos aut Barbari, aut domini castrauerunt, si inueniuntur alijs dignissimi, tales ad clerum suscipit regula.

CAP. II.
Quonia plura, aut per necessitate, aut alijs cogētibus hominibus, aduersus ecclesiasticam facta sunt regulam, vt hoies ex gentili vita nupèr accedētes ad fidē, & instructos breui tēpore, mox ad lauacrum spirituale deducant, & simul ab baptizati fuerint, ad Episcopatum vel presbyteratum prouehant, rectè habere visum est, vt nihil deinceps tale fiat. Nam & catechumeno tempore opus est, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens nanq; est apostolicum præceptum, dicens: Non neophytum, nè fortè elatus, in iudiciū incidat & laqueū diaboli. Si verò, procedente tempore, aliquod peccatum quod animæ noceat, inuentum fuerit in ea persona, & conuincitur duobus vel tribus testibus, cessabit à clero, qui huiusmodi est. Si quis verò præter hæc facit, tanquam cōtraria statutis sancti huius concilij gerens, etiā ipse de statu sui ordinis periclitabitur.

Verfio noua Canonum Nicenorum, Gentiani Herueti. CAN. I.

SI quis à medicis in morbo excisus, vel à barbaris excisus est, is in Clero maneat. Si quis autē cum esset sanus, seipsum execut, eū etiā in clero examinatum cessare cōuenit, & deinceps nullum talē oportet promoueri. Quemadmodum autem hoc manifestum est, quòd de ijs, qui de industria hoc agūt, & seipfos audent excidere, dictum est: ita si aliqui à barbaris vel dñis castrati sint, inueniant aut & ij alio qui digni, tales in clerū admittit Canō.

CAN. II.
Quoniam multa, vel necessitate, vel vrgentibus alioqui hominibus, præter Canonem Ecclesiasticum facta sunt, vt homines, qui è gentili ad fidem nupèr accesserunt, & exiguo tempore cate-

EDITIO ij. CAP. I.

SI quis per ægritudinem à medicis sectus est, vel à Barbaris castratus, placuit, vt iste permaneat in clero. Si quis autē sanus seipsum abscedit, hic, etiā si est in clero, cessare debet, & ex hoc, nullū talem oportet ordinari. Sicut ergò de his, qui affectauerunt, vel ausi sunt seipfos abscondere, hæc quæ dixim⁹, statuta sunt: ita, si qui vel à Barbaris, vel à dominis suis eunuchi facti sunt, & probabilis vitæ sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula in clerum.

CAP. II.
Quia multa, siue per necessitate, siue ex quacūq; causa, contraregulam gesta sunt, ita vt hoies ex gentili nupèr adhuc accedētes ad fidē, & paruo tēpore catechizati vel instructi, statim ad spirituale baptis-

Dist. 55. Si quis à medicis. Et in decre. Iuo. li. 3. atq; ibi additum est, quòd sit ex editione tertia.

Dist. 48. Quia multa sunt. siue.

spirituale pducerent, simulq; vt baptizati sunt, ad episcopatum vel ad presbyterium promouerēt: optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nā & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post baptismum probatione quā plurima. Manifesta est enim apostolica scriptura, quæ dicit: Non neophytum, nè in superbiā elatus, in iudiciū incidat, & in laqueum diaboli. Si verò processu tēporis aliquod delictū animæ circa personam reperiat huiusmodi, & à duobus vel tribus testibus arguatur, à clero talis abstineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quasi contra magnū concilium se efferens, ipse de clericatus honore periclitabitur.

1. Tim. 3. d

CAP. III.

Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo, nec presbytero, non diacono, nec alii cui omnino, qui in clero est, licere, subintroductam habere mulierem, nisi fortè aut matrem, aut fororē, aut amitam, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt.

Dist. 32. In terdixit per omnia. Et in decre. Iuo. lib. 3.

CAN. III.

Vetuit omnino magna synodus, nè liceat episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorū qui sunt in Clero, introductā habere mulierem, præterquam vtique matrem vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas, quæ omnem suspicionem effugiunt.

CAP. III.

Episcopum conuenit, maxime quidem ab omnibus, qui sunt in prouincia, episcopis ordinari. Si autē hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitate, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipsum conuenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur per vnamquamque prouinciam, metropolitanum tribuatur episcopo.

Dist. 94. Episcopus ab omnibus qui. Citat in concilio Niceno, no secūdo, canone 3.

CAP. V.

De his qui communionem priuantur, seu ex clero, seu ex Laico ordine ab episcopis, p vnamquamque prouinciā sententia regularis obtineat, vt hi qui

CAN. III.

Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt in prouincia, constitui. Si autem sit hoc difficile, vel propter vrgentem necessitatem, vel viæ longitudinem, tres omnino eundem in locū cōgregatos, absentibus quoque suffragium ferentibus, tūc electionem fieri, eorū autem quæ fiunt, confirmationem in vnaquaque prouincia à Metropolitanis fieri.

CAN. V.

De ijs, qui à communionem segregati sunt, siue Clericorū siue Laicorum sint ordinis, ab Episcopis, qui sunt in vnaquaque prouincia, valeat sententia

baptismum venerint, & continuo, vt baptizati fuerint, etiā ad episcopatum vel ad presbyterium prouehantur: rectum esse visum est, de cetero nihil tale fieri. Nā & tempore opus est, vt sit catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens nanq; est apostolicum præceptum, dicens: Non neophytum, nè fortè elatus, in iudiciū incidat & laqueū diaboli. Si verò, procedente tempore, aliquod peccatum quod animæ noceat, inuentum fuerit in ea persona, & conuincitur duobus vel tribus testibus, cessabit à clero, qui huiusmodi est. Si quis verò præter hæc facit, tanquam cōtraria statutis sancti huius concilij gerens, etiā ipse de statu sui ordinis periclitabitur.

CAP. III.

Omnibus modis interdixit sancta synodus, neq; episcopo, neq; presbytero, neq; diacono, neq; ulli clericorū omnino licere habere secum mulierem extraneā, nisi fortè mater, aut foror, aut auia, aut amita, vel matertera sit. In his nanq; personis, & harum similibus, omnis, quæ ex mulieribus est, suspicio declinat. Qui aliter præter hæc agit, periclitabitur de clero suo.

CAP. III.

Episcopū oportet maxime quidem ab omnibus, si fieri potest, qui sunt in prouincia, episcopis ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, siue vrgente necessitate, siue itineris longitudine, certè omnimodò tres episcopi debēt in vnū esse congregati, ita vt etiā cæterorum, qui absentes sunt, consensum & sententiam per literas teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanè vel cōfirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

CAP. V.

De his, qui excommunicantur, siue clericis, siue laicis, ab episcopis per suas quasque prouincias seruetur & ista sententia secundum canonē, vt hi qui

Citat in epistola Aphricanorum ad Celestinum.

xviii. Cano. Carthaginiensis, iuxta Græcâ supputatione.

qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur. Requiritur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet episcopi vitio, videatur à congregatione seclusus. Vt hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit, annis singulis per vnamquamque prouinciam, bis in anno Concilia celebrari, vt communiter simul omnibus episcopis congregatis prouinciæ, discutiantur huiusmodi quæstiones. Et sic, qui suo peccauerunt episcopo euidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus extimentur, vsquequod vel in communi, vel episcopo placeat, humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia verò celebrentur, vnum quidem ante quadragesimam Paschæ, vt omni diffensione sublata, munus offeratur Deo purissimum. Secundum verò, circa tempus Autumni.

CAP. VI.

Antiqua consuetudo seruatur per Aegyptum, Libyâ & Pentapolim, ita vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & vrbis Romæ episcopo parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasq; prouincias, suis priuilegia seruentur ecclesijs. Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus diffiniuit, episcopum esse non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & secundum ecclesiasticam regulam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum.

CAP. VII.

Quia consuetudo obtinuit & antiqua traditio, vt Aeliæ episcopus honoretur, habeat honoris consequentiâ, salua metropolis propria dignitate.

CAP. VIII.

De his qui se nominant Catharos, id est mundos, si aliter...

Hi sunt Nouatiani hæretici.

sentia secundum Canonem, qui pronunciat eos, qui ab alijs eiekti sunt, non esse ab alijs admittendos. Examine- tur autem, nūquid vel pusillanimitate, vel contentione, vel aliqua eiusmodi Episcopi acerbitate, congregatione pulsi sint. Vt hoc ergo conuenientem examinatione accipiat, rectè habere visum est, vt singulis annis in vnaquaq; Prouincia bis in anno Synodi fiant: vt cum omnes Prouinciæ Episcopi in eundem locū cōmuniter conueniant, eiusmodi quæstiones examinentur: & sic quos Episcopum offendisse cōstiterit, iuste esse à congregatione separati apud omnes videatur, donec Episcoporum cōgregationi videatur pro ijs humaniorē proferre sententiam. Synodi autem fiant, vna quidē ante Quadragesimam, vt omnibus animi fordibus sublatis, purū munus Deo offeratur: Secundā autem, Autumni tēpore.

CAN. VI.

Antiqui mores seruentur, qui sunt in Aegypto, Libyâ & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem & Episcopo Romano hoc est cōsuetū. Similiter & in Antiochia, & in alijs prouincijs sua priuilegia ac suæ dignitates & auctoritates ecclesijs seruentur. Illud autem est omninō manifestū, quod si quis absq; Metropolitanis sententia factus sit Episcopus, cum magna Synodus definiuit non esse Episcopū. Quod si quidem communi omnium electioni, quæ & rationi cōsentanea, & ex regula Ecclesiastica facta est, duo vel tres propter suam qua delectantur contentionem contradicant, vincat pluriū suffragia.

CAN. VII.

Quoniam obtinuit consuetudo & antiqua traditio, vt quæ est in Aelia episcopus, honoretur: habeat honoris consequentiâ, Metropoli propria dignitate seruata.

CAN. VIII.

De ijs qui se Catharos, id est, puros quādoq; nominant, ad

ab alijs excommunicantur, ab alijs non recipiantur. Requiritur sanè, ne forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet cōmōtione stomaticantis Episcopi sui, abstent sint. Vt ergo digna hæc possint examinatione perquiri, rectè visum est, per singulos annos in singulis quibusq; prouincijs, bis in anno Episcoporum concilia fieri, vt simul in vnum conuenientes ex cōmuni prouincia, huiusmodi examinet quæstiones, vt ita demū hi, quos ob culpas suas episcoporum suorum offensam meritō contraxerunt, dignè etiā à cæteris excommunicati similiter habeant, quousq; in communi, vel ipsi episcopo visum fuerit, humaniorē circa eos ferre sententiā. Fiant autem cōcilia semel quidē ante dies quadragessimæ, vt omnibus, si concilia sunt, simul tibus amputatis, mundū & solē neo munus possit offerri. Secundū verò agat circa tēpus Autumni.

CAP. VI.

Mos antiquus perdurat in Aegypto, vel Libyâ & Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quāquidem & episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasq; prouincias, honoris priuilegia ac suæ dignitates seruentur ecclesijs. Illud autem est omninō manifestū, quod si quis præter voluntatē & cōscientiā metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hūc statuit hæc sancta & magna synodus non debere esse episcopum. Sanè si cōmuni omnium consensu rationabiliter probato, & secundum ecclesiasticam regulam facto decreto duo vel tres, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

CAP. VII.

Quoniam antiquus obtinuit & vetusta traditio, vt Aeliæ episcopo honor deferat, habeat consequenter honorē suum, manente tñ metropolitane ciuitatis propria dignitate.

CAP. VIII.

Si qui voluerint venire ad ecclesiam catholicā ex Nouatiani...

Dist. 18. Hæc beat semel

Dist. 65. Mos antiquus.

Metropolitano, habet quedam ter autem & apud Antiochiam, Latina edificæterasq; prouincias, honoris priuilegia ac suæ dignitates seruentur ecclesijs. Illud autem est omninō manifestū, quod si quis præter voluntatē & cōscientiā metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hūc statuit hæc sancta & magna synodus non debere esse episcopum. Sanè si cōmuni omnium consensu rationabiliter probato, & secundum ecclesiasticam regulam facto decreto duo vel tres, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

Dist. 65. Sanè si communi

Dist. 65. Quoniam

Dist. 1. q. 7. Si qui

quandò uenerint ad ecclesiam catholicam, placuit sancto & magno Concilio, vt impositionem manū accipietes, sic in clero permaneat. Hęc autem præ omnibus eos scriptis conuenit profiteri, quod catholicæ & apostolicæ ecclesiæ dogmata suscipiant & sequantur, id est, & bigamis se communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt, erga quos & spatia cōstituta sunt, & tempora definita, ita vt ecclesiæ catholicæ & apostolicæ placita sequantur in oibus. Vbi quæquid verò, siue in vicis, siue in ciuitatibus ipsi soli fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, in eodem habitu perseverent. Vbi autem catholice ecclesiæ episcopo vel presbytero constitutus, quidam ex illis adueniunt, certum est, quod episcopus ecclesiæ habeat episcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos episcopus, honorem presbyterij possit debere, nisi forte placuerit episcopo, nominis eum honore conferri. Si verò hoc ei minimè placuerit, prouidebit ei aut chorepiscopatū, aut presbyterij locum, vt in clero prorsus esse videatur, ne in vna ciuitate duo episcopi probentur existere.

CAP. IX.

Si qui presbyteri sine examine sunt prouecti, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, & homines contra canones cōmoti, manus confessis imponere tentauerunt, tales regula non admittit: quæ quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.

CAP. X.

Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam, vel per ordinatum dissimulationem, hoc ecclesiasticæ non præiudicantur regulæ: cogniti namque deponuntur.

CAP. XI.

De his, qui præter necessitate puaricati sunt, aut propter ablatiōem facultatū, aut præter periculū, aut aliquid huiusmodi, quod factum est sub

Dist. 81. Si quis sine exa.

Dist. 81. Qui- cūq; ex his.

deponunt

ad Catholicam autē & Apostolicam Ecclesiam accedunt, sancte magne Synodo visum est, vt impositionis eis manibus sic in Clero maneant. Ante omnia autem hoc in scriptis ipsos profiteri conuenit, quod catholicæ & apostolicæ ecclesiæ decreta, i. q. & cum digamis communicantibus, & cum ijs qui in persecutione lapsi sunt, in quibus & tempus constitutum est, & oportunitas præfinita, vt ipsi sequantur in omnibus ecclesiæ Decreta. Vbi ergo omnes siue in vicis, siue in vrbibus, ipsi soli inueniuntur ordinati, qui inueniuntur in clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholicæ Ecclesiæ Episcopo vel presbytero existere accedūt aliqui, clarum est, quod Ecclesiæ quidem Episcopus Episcopi dignitatem habeat: qui autē apud eos, qui Cathari dicuntur, nominatur Episcopus, presbyteri honorem habeat: nisi utique Episcopo placeat ipsum nomen honorem impertire. Si autem hoc illi non placeat, vel chorepiscopi, vel presbyteri locū excogitabit, vt esse omnino in Clero videat, ne in ciuitate duo sint episcopi.

CAN. IX.

Si qui citra examinationem promoti sunt presbyteri, vel examinati suā peccata confessi sunt, eisq; confessis, præter canonem moti homines manus imposuerunt, eos canon non admittit. Quod est enim à reprehensione alienum, defendit Ecclesia.

CAN. X.

Quicumque ex ijs qui lapsi sunt, vel per ignorantiam, vel scientibus ijs qui promouerunt, ordinati sunt, hoc ecclesiastico canoni non præiudicant. Ij enim cogniti deponuntur.

CAN. XI.

De ijs, qui sine necessitate, vel sine facultatum suarū oblatiōe, vel sine vllō periculo, vel aliquo eiusmodi, transgressi sunt, quod sub Licinij tyran-

*Tarahi patriarcha sancti in actis 2. Syno. Nicen. hoc p. benedictio interpretatur.

Si qui, sine examinatione promoti, presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulā venientes homines, manus eis temerè imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim, quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.

CAP. X.

Quicumque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum fuerit, deponantur.

CAP. XI.

De his, qui puaricati sunt sine vlla necessitate, sine ablatione patrimonij, vel sine periculo aut aliqua tali re, quæ accidit in nouissima tyran-

sub tyrānide Licinij, placuit synodo, quanuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commo-

CAP. XII.

De poenitētia dicitur. Si q. verò per

1. Pet. 2.

*habitu

Quicumq; vocati per gratiam, primum quidem impetū monstraerunt, deponentes militiæ cingulū, postmodum verò ad proprium vomitū sunt relapsi, ita vt quidam & pecunias tribuerent, & beneficijs militiam repperent, hi decem annis post triennij tēpus (quo inter audientes erunt) in afflictione permaneat. Sed in his omnibus propositum & speciem poenitentiae conuenit explorare. Quotquot enim metu & lachrymis, atque patientia vel bonis operibus, rebus ipsius conuersionem suam, non simulationem, demonstrat, hi definitum tempus auditiois implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent: postmodum verò licebit episcopo, de his aliquid humanius cogitare. Quicumq; verò indifferenter tulerunt, & aditum introeundi ecclesiam, sibi arbitrati sunt ad conuersionem posse sufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant.

CAP. XIII.

De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisq; seruabitur ita, vt si quis egreditur è corpore, vitimo & necessario viatico minimè priuetur. Quod si desperatus, & consequutus communionem, oblationisq; particeps factus, iterum conualuerit, sit inter eos, qui communionem orationis tatummodò consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito, & poscenti sibi communionis gratia tribui, episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

CAP. XIII.

De

tyrannide factū est, Synodo visum est, etsi humanitate indigni sunt, clementia tamen & benignitate in eos vt. Quicumq; ergò germanè & verè poenitentia ducitur, tres annos inter auditores exigent, vt fideles, & septè annis prosternentur supplices: duobus autem annis absq; oblatione erunt orationum cum populo participes.

CAN. XII.

Qui autem à gratia quidē euocati, & primum suum ardorem ostenderūt, & cingula deposuerunt, postea autem vt canes ad suum vomitū reuerfi sunt, vt nonnulli etiā pecuniam profunderent, & beneficijs militiam assequerentur, hi decem annis prosternantur supplices, etiā post triennij auditionis tempus. In his autē omnibus examinare conuenit consilium & speciem poenitentiae. Quicumq; enim & metu, & lachrymis, & tolerantia, & bonis operibus conuersionem & opere & habitu ostēdunt, hi impleto auditionis tempore quod praefinitum est, meritò orationum communionē habebunt, cum eo quod liceat etiā Episcopo humanius aliquid de eis statuere. Quicumq; autem nō adeo grauiter tulerunt, nec multum sua referre existimauerunt, satisq; esse putauerunt in ecclesias ingredi ad conuersionem, tempus omninò impleant.

CAN. XIII.

De ijs qui excedunt, antiqua & canonica lex nunc quoque seruabitur, vt si quis vita excedat, vltimo & maximè necessario viatico nē priuetur. Si autem deploratus & communionem assecutus, rursus in viuos relatus sit, cum ijs qui orationum sunt tantum communionis participes. In summa autē, de quolibet excedete, & Eucharistie participationem petete, Episcopus cum examinatione eum oblatione impertiat.

CAN. XIII.

De

rannide Licinij, placuit sanctae synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergò ex animo poenitet, tribus annis inter auditores habeantur: si fideles sunt, septem annis inter poenitentes sint. Duobus autem annis extra communionem, in oratione sola, participent populo. Si qui verò per DEI gratiam vocati, primò quidē ostenderunt fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitū reuerfi sunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rursum ad militiam, isti decem annis sint inter poenitentes, post triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò illud præcipuè obseruetur, vt animus eorū & propositū vel species poenitentiae requiratur. Quicumq; enim cum omni timore & lachrymis perseuerantibus & operibus bonis, conuersionē suā non verbis solis, sed opere & veritate demonstrant, hi tempora auditionis statuta complentes, meritò orationibus communicabunt. Libebit autem episcopo etiā humanius circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerunt lapsum suum, & sufficere sibi aestimauerunt ad conuersionem hoc ipsum, qd introire in Ecclesiam videbantur, isti omni modo tempora statuta complebant.

CAP. XII.

De his verò qui recedunt ex corpore, antiqua legis regula obseruabitur etiā nunc, ita vt si fortè quis recedat ex corpore, vltimo & necessario viatico nē defraudetur. Quod si desperatus aliquis accepta communionem, superuixerit, sit inter eos, q in sola oratione comunicant, donec statutum tempus copleatur. De omnibus tamen his, qui à corpore recedūt, & Eucharistiam postulant, in tradenda eis communionem, cura & probatio sit episcopi.

CAP. XIII.

Pla-

Fortè deest, lapsis

De catechumenis & sancto & magno concilio placuit, vt tribus annis sint inter audientes tantummodò, post hæc autem cum catechumenis orent.

Hoc capitulum, secundum hanc translationem, ponitur infra pro capitulo decimo octauo.

CAP. XV.

7. q. 1. Nō oportet epm.

Infrā in concilio Chalcedonensi, canone 25. Ab hoc loco est 7. q. 1. in decretis, & in alijs quibusdam exemplaribus.

quasi fuerat.

7. q. 1. Si qui verò sine

Propter multā perturbationē, & seditioes q̄ fiūt, placuit cōsuetudinē omnimodis amputari, q̄ præter regulā in quibusdā partibus videt admittit, ita vt de ciuitate ad ciuitatē non ep̄s, nō presbyter, nō diaconus trāferatur. Si quis aut post definitionem sancti & magni cōcilij, tale qd agere tentauerit, & se huiusmodi negotio manciparit, hoc factum prorsus in irritū ducatur, & restituatur Ecclesiae, & cuius fuit ep̄s, aut presbyter, vel diaconus ordinatus.

CAP. XVI.

Quicumque temerè aut periculosè, neq; timorem DEI præ oculis habentes, nec ecclesiasticam regulam agnoscetes, discedunt ab Ecclesia sibi commissa presbyteri, aut diaconi, vel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent

De catechumenis, & qui lapsi sunt, visum est sancte & magnae Synodo, vt ij tribus tantum annis audietes, postea orent cum catechumenis.

Placuit hoc sancto & magno cōcilio de catechumenis, q̄ lapsi sunt, vt tribus annis inter audietes verbū sint tantummodò: post hæc verò orent cum catechumenis.

CAP. XIII.

Peruenit ad sanctū cōciliū, qd in locis quibusdā & ciuitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigat. Hoc neq; regula, neq; cōsuetudo tradidit, vt hi q̄ offeredi sacrificij nō habēt potestatem, his qui offerūt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, qd quidā diaconi, etiā ante episcopos sacramenta sumūt. Hæc ergò oīa amputent, & manent diaconi intra propriā mensurā: scientes, quia episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris aut inferiores sunt. Accipiat ergò Eucharistia secundum ordinē post presbyteros ab episcopo, vel à presbytero. Quod si nō fuerit in presenti vel episcopus, vel presbyter, tūc ipsi pferat, & edat. Sed nec sedere quidē in medio presbyterorū liceat diaconis. Extra regulā em̄ & extra ordinem est, vt hoc fiat. Si quis autē non vult subiectus esse etiā post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

CAP. XV.

Propter multas perturbationes, & frequētes tumultus seditiois q̄ fieri solent, placuit omni modo istā abscindi consuetudinē, si cōtra regulā re- ptus fuerit in aliquo partibus de ciuitate ad ciuitatē trāfire vel ep̄s, vel presbyter, vel diaconus, vel clericus. Si q̄s verò post hæc statuta sancti huius cōcilij, tale aliquid agere tetauerit, infringet omni genere huiusmodi conatū, & restituet, p̄prie ecclesie, in qua vel episcopus, vel presbyter, aut diaconus ordinatus est.

CAP. XVI.

Si qui sine respectu agentes, & timorem dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta scientes, recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocunq; ecclesiastico ordine positi fuerint, hi non debent suscipi in alia ecclesia, sed

Diff. 93. peruenit ad san.

Ab hoc loco visum est huius capituli ponitur translatio opposita in decretis Gratiani.

sed

cum

in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem conuenit illis imponi, ut ad suas parochias reuertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communionem priuari. Si quis autem ad alium pertinere audacter inuadere, & in sua Ecclesia ordinare tentauerit, non consentiente Episcopo, à quo discessit is, qui regulam mancipatur, ordinatio huiusmodi irrita comprobetur.

Dist. 71. Si quis ausus fuerit.

Dist. 47. Quoniam multi sub re.

Psal. 14.

CAN. XVII.

Quoniam multi sub regula constituti, auaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique diuine scripturę, dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram: mutuam dantes, centesimam exigunt: iuste censuit sancta & magna Synodus, ut si quis inuentus fuerit, post hanc definitionem, usuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua vel quolibet modo negocium transigens, aut hemiolia, id est, fescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur à clero, & alienus existat à regula.

CAN. XVIII.

Dist. 93. Peruenit ad san.

Peruenit ad sanctum magnumque concilium, quod in quibusdam locis & ciuitatibus, presbyteris gratiam sacre communionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec consuetudo tradidit, ut ab his qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Necnon & illud innotuit, quod quidam diaconi ante episcopos oblata contingant. Hęc igitur omnia refectantur, et in sua diaconi mensura permanent, scientes quod episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacre communionis accipiant, aut episcopo aut presbytero porrigente. Sed nec federe in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, preter regulam & ordinem, proba existere. Si quis autem post has definitiones obedire noluerit, à ministerio cessare debebit.

CAN. XIX.

sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire: vel si perseuerent, eos à communione separatos esse oportet. Sin autem etiam ausus fuerit quisquam, eum qui ad alium pertinet surripere, & in Ecclesia ordinare, non consentiente proprio Episcopo, à quo recessit qui in canone censetur, irrita sit ordinatio.

CAN. XVII.

Quoniam multi qui in canone recensentur, plura habendi studium & turpe lucrum persequentes, diuinę scripturę oblitii sunt, que dicit, Argentum suum non dedit ad usuram: & fœnerantes, centesimas exigunt, æquum censuit sancta & magna synodus, ut si quis inuentus fuerit post statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel sefquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quęstus gratia, è clero deponatur, & sit alienus à Canone.

CAN. XVIII.

Peruenit ad sanctam synodum, quod in nonnullis locis & ciuitatibus diaconi dat presbyteris Eucharistiam, quod neque Canon, neque consuetudo tradidit, ut qui offerendi potestatem non habent, ijs qui offerunt, dent corpus Christi. Iam uero illud etiam cognitum est, quod iam quidam ex Diaconis etiam ante Episcopos Eucharistiam attingunt. Hęc ergo omnia auferantur, & diaconi intra suas mensuras permanent: scientes quod sunt quidam Episcopi ministri, presbyteris uero minores. Accipiant autem suo ordine Eucharistiam post presbyteros, eis prebete episcopo vel presbytero. Sed nec in medio quidem presbyterorum liceat diaconis federe, id sit enim preter Canonem & ordinem. Si quis autem non uult obedire etiam post has constitutiones, à diaconatu desistat.

CAN. XIX.

cum omni necessitate cogatur ut redeant ad Ecclesiam suam. Quod si permanerint, excommunicare eos oportet.

CAN. XVII.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua Ecclesia, quum non habeat consensum Episcopi ipsius, à quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

CAN. XVIII.

Quonia multi clerici, auaritia causa turpia lucra sectantes, oblitii sunt diuini precepti quod dictum est, qui pecuniam suam non dedit ad usuram: fœnerantes, centesimas exigunt, statuit hoc sanctum concilium: Si quis inuentus fuerit, post hanc definitionem, usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad fescuplum dare, omnis qui tale aliquid commentatus fuerit ad quęstum, abscondatur à clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

Porro in forma non habetur, nisi ab illo loco, Hęc igitur omnia. Et secundum aliam translationem habentur supra pro cap. decimo quarto.

CAN. XIX.

De Paulianistis ad Ecclesiam catholicam confugerunt, statutum est, ut in omnino rebaptizentur. Si qui uero tempore preterito in clericorum numero erant, si quidem à culpa & reprehensione alieni uisi fuerint, rebaptizati ordinentur à Catholice Ecclesie Episcopo. Si uero examinatio eos non esse aptos deprehendit, deponi eos oportet. Similiter autem & de diaconis, & omnino de his, qui inter clericos annumerantur, eadem forma seruabitur. Meminimus autem de diaconis, quę in eodem habitu esse probantur, quod non habeant manus impositionem, & ideo modis omnibus eas inter laicos deputari.

CAN. XX.

Quoniam sunt quidam in die dominico genua flectentes, & in diebus Pentecostes, ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruentur, placuit sancto concilio stantes, Domino vota persolvere.

Concilio, à Pascha usque ad octauas Pentecostes, stantes.

CAN. XX.

Quoniam sunt quidam, qui in die Dominico genua flectunt, & in diebus Pentecostes, ut omnia similiter in omni parochia seruentur, uisum est sanctę Synodo, ut stantes Deo orationes effundant.

CAN. XX.

Quoniam sunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctę & magnę Synodo, cunctos in omnibus locis consonanter & consentienter stantes Dominum orare debere.

De cõf. dist. 3. Quę sancta

Contebebantur Tonstallus Anglię Episcopus, qui pro fidei defensione in carcere fertur mortuus, lib. 1. de ueritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, citat Canonem Niceni huius concilij Gręcę, itęq; Latine de baptismo: Baptisma nostrum non sensibilibus oculis, sed mentalibus considerandum est. Aqua uidet? Considera diuinam vim, que in aquis latet. Nos enim spiritus sancto & igni baptizari tradunt sacra eloquia. Nam in fide eius qui baptizatur, & eius qui baptizatur, per sanctam inuocationem, plenas sanctificatione spiritus & diuini ignis cogit aquas. Ipse enim, inquit, baptizabit in spiritu sancto & igni. Itaq; descendit quidem is qui baptizatur, peccatis obnoxius, & corruptiois seruitute detentus: ascendit autem ab ea seruitute & peccatis liber, filius Dei factus, coheres autem Christi, ipsum indutus Christum, sicut scriptum est: Quotquot baptizati estis in Christum, Christum induti estis. Idem ibidem alium citat eiusdem Concilij Canonem de Eucharistia his uerbis: Iterum etiam hic in diuina mensa ne humiliter intenti sumus ad propositum panem & poculum: sed attollentes mentem, fide intelligamus situm in sacra illa mensa agnum illum Dei, tollentem peccata mundi, incruentę à sacerdotibus immolatum, & preciosum ipsius corpus & sanguinem nos uere sumentes, credere hac esse nostre resurrectionis symbola: propter hoc enim neque uultum accipimus, sed parum, ut sciamus quod non satietati, sed sanctimonie sumimus.

Gal. 3.

ET SVBSCRIPSERVNT TRECENTI DECEM ET

octo episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

Osius Episcopus ciuitatis Cordubę in prouincia Hispanię, dixit: Ita credo, sicut superius scriptum est.

*Vitus

*Victor & Vincentius, presbyteri urbis Romę, pro venerabili viro papa & episcopo nostro sancto Syluestro, subscripsimus, ita credentes sicut superscriptum est.

PROVINCIAE AEGYPTI.

1 *Arpocratio 2 *Naucrates 3 *Arbetion

Alexander Alexandrię magnę. *Alphocratio *Naucrates. Adamantius Cynopolites. *Alberion Pharbethi.

5 Antiochus Memphites. 6 *Caius *Ptemitheis. 7 Dorotheus Pelusianus. 8 Philippus Panephyseñ. 9 Potamon Heracleen.

*Gaius *Thinites For. *Thmutes

to Se.

10	Secundus Ptolemaidis.	68	*Pegasus *Acorabeñ.	
11	Tiberius Tentyrites.		Alías *Pelagius seu *Palladius. Alías *Acra- bateneñ. *Arbocadameñ. *Ambracianeñ.	
PROVINCIAE THEBAIDOS.				
*Aithali	12	*Atlas Schediæ.	69	*Bafon *Gabbenus. *Baffonus
*Agathus	13	Tyrannus Antinoæ.	70	Gerontius Coaræ. *Gabenus
	14	Volufianus Lycopolites.	71	*Salomonus Germaniciæ. *Salamenes
PROVINCIAE LIBYAE.				
*Dagatus	15	*Dathes *Berenice.	72	*Nicomachus Bofreñ. *Nicomas
*Dachis	16	Serapion *Antiphreñ.	73	Cyrion Philadelphie.
*Beronice	17	Zephyrus Barca.	74	Gennadius Iabrudorum.
*Antipyrgen.	18	Secundus *Thantites.	75	Seuerus Sodomitanus.
*Tanites.	19	Titus Parætonij.	76	*Sopater Bethaunenſis. *Sofpater
	20	Macarius Hierofolymitanus.	77	Seuerus Dionyſiadis.
	21	Germanus Neapolitanus.	PROVINCIAE MESOPOTAMIAE.	
*Sebaſten.	22	Marinus *Sebaſtenus.	78	*Ethilauſ Edeſſenus. *Aetholauſ
*Gadareñ.	23	Gaianus *Caſareñ.	79	Iacobus Niſibeñ. *Accoluſ
*Caſareñ.	24	Eufebius *Gadareñ.	80	Antiochus Rheſinateñ.
*Nicolopolitanus	25	Sabinus *Aſcalonitanus.	81	*Mareas Macedonopolitanus. *Marius
*Aſcalonitanus.	26	Longinus *Nicolopolitanus.	PROVINCIAE PERSIDIS.	
	27	Petrus *Iamnieñ. *Eleutheropolis.	82	Ioanus Perſidis.
*Maximinopolis.	28	Macrinus *Eleutheropolis. *Iamnieñ	PROVINCIAE CILICIAE.	
*Maximinopolis.	29	Maximus *Maximinopolis.	83	Theodorus *Tarſeñ. *Tarſi
	30	Paulus *Maximinopolis.	84	Amphion Epiphaneñ.
	31	Ianuarius Hierichuntinus.	85	Narciffus *Neronianus. *Irenopolis
	32	Heliodorus Zabulonites.	86	Moyſes Caſtabaleñ.
	33	Aëtius Lyddeñ.	87	*Nicetas Flauidiſ. *Nicetas
	34	Syluanus Azoti.	88	Eudæmon chorepiſcopus.
	35	Patrophilus Cythopolis.	89	Paulinus Adanorum.
	36	Aſclepius Gaçæ.	90	Macedonius Mopſueſtieñ.
	37	Petrus Ahilæ.	91	Hefychius Alexandria minoris.
	38	Antiochus Capitoliadis.	92	*Tarcondimantus Aegætanus. *Tarcundi- macus
PROVINCIAE PHOENICES.				
	39	Zenon Tyrius.	PROVINCIAE CAPPADOCIAE.	
	40	Aeneas Ptolemaidis.	94	Leontius Caſareñ.
	41	Magnus Damafcenus.	95	Eupſychius Tyaneñ.
	42	Theodorus Sidonius.	96	*Euphratuſ Coloneñ. *Eurithiuſ
	43	Hellanicus Tripolis.	97	Timotheus *Cizifreñ. *Erithiuſ
	44	Philocalis Paneadiſ.	98	Elpidius Comaneñ. *Cibiſtreñ.
	45	Gregorius Beryti.	99	*Gregorius chorepiſcopus. *Gorgoni
*Marinus	46	*Martinus Palmyrenus.	100	Stephanus chorepiſcopus.
*Thadon	47	*Thalaffiuſ Alaliuſ.	101	Euphroniuſ chorepiſcopus.
	48	Antolius Emiſſenus.	102	Rhodon chorepiſcopus.
	49	Eufathiuſ Antiochenus.	103	*Theophaniuſ chorepiſcopus. *Theophanes
*zenoniuſ	50	*Zenobiuſ Seleucieñ.	PROVIN. ARMENIAE MINORIS.	
*Theodot	51	*Theodorus Laodiceæ.	104	*Eulogiuſ Sebaſtenus. *Eulaliuſ
	52	Alphiuſ Apameæ.	105	*Ebetiuſ Sataleñ. *Heulariuſ
	53	Baffianuſ Raphaneñ.	PROVINCIAE ARMENIAE MAIORIS.	
*Philoxen	54	*Philotimuſ Hierapolitanuſ.	106	Arfaphiuſ Sopheneñ.
	55	Piperiuſ Samofatenuſ.	107	*Acriteſ Dioſpontanuſ. *Ariſtarceſ
*Dulichen	56	Archelauſ *Dolichenuſ.	108	Eutychiuſ *Amafeuſ. *Ariſteuſ
	57	Euphratioſ Balaneorum.	109	Heracliuſ Saleñ.
*Baiaſuſ	58	*Palladiuſ chorepiſcopuſ.	110	Elpidiuſ *Ethonieñ. *Comaneñ
*Phaladiuſ.	59	Zoiluſ Gabalenuſ.	PROVIN. PONTI POLEMONIACI.	
	60	Baffuſ Zeugmatuſ.	111	Longinuſ Neocaſareñ.
*Gerontiuſ	61	*Leontiuſ Lariffenuſ.	112	Domnuſ Trapezuntiuſ. *Pityuntuſ
*Eufafiuſ	62	*Eufathiuſ Arethuſiuſ.	113	Stratophiluſ *Ptyuſiuſ.
	63	Mauriciuſ Epiphaneuſ.	PROVINCIAE PONTI PHLAGONIAE.	
	64	Pauluſ Neocaſareñ.	114	Philadelphuſ Pompeiopolis. *Eutychiuſ
*Cyriciuſ	65	*Syriciuſ *Cyrreñeñ.	115	Petroniuſ Iunopolis. *Euphyſici
*Dyriciuſ	66	Seleucus chorepiſcopuſ.	116	*Hefychiuſ Amaſtridoſ. *Euphyſici
*Cyreſticuſ.	67	Petruſ Gindareñ.		

PRO-

PROVINCIAE GALATIAE.				
	117	*Panchariuſ Ancyranuſ.	170	*Leodiuſ Cybiritanuſ.
		Alías *Pancratiuſ *Marcelluſ *Marcus	171	Eufebiuſ Miletuſ.
*Decatiuſ	118	*Dicaſiuſ Tauieñ.	PROVINCIAE ISAVRIAE.	
*Erechore	119	*Erethiuſ Plataneñ.	172	Stephanuſ Baratheñ.
*Gregoriuſ	120	*Gorgoniuſ Cynneñ.	173	*Atheneuſ Zoropaffenuſ. *Atheneſ
	121	Philadelphuſ Iuliopolis.	174	*Etheſiuſ Claudiopolitanuſ. *Eudeſiuſ
PROVINCIAE ASIAE.				
*Marmari- cenuſ	122	Theonuſ *Cyzicenuſ.	175	*Agapetuſ Seleucie.
*Meno- phanteſ	123	*Menophantuſ Ephelenuſ.	176	Syluanuſ Metropolitanuſ.
	124	Orion Ilièñ.	177	Fauſtuſ Phüphateñ.
	125	Eutychiuſ *Smyrneñ.	178	*Antoniuſ Antiochenuſ. *Antuiniuſ
*Popeñ	126	Mithreſ *Paponeñ.	179	Neftor Syſdreñ.
*rheopolis	127	Macrinuſ *Helenopolis.	180	Hefychiuſ chorepiſcopuſ.
	128	Pauluſ Andereñ.	181	Cyriſtuſ Sinditeñ.
PROVINCIAE LYDIAE.				
*Sardioru	129	Artemidoruſ *Sardeñ.	182	Theodoruſ Vaſadeñ.
*Serruſ	130	*Soron Thyatireñ.	183	Theodoruſ chorepiſcopuſ.
*Etheuma- tiuſ	131	*Thomaſion Philadelphenuſ.	184	Anatoliuſ chorepiſcopuſ.
*Ethymaſ	132	Pollion Peperèñ.	185	Pauluſ Laradeñ.
	133	Agogiuſ Tripolitanuſ.	186	Quintuſ chorepiſcopuſ.
	134	Florentiuſ *Anticyræ.	187	Tiberiuſ Lyſtreñ.
		Alías *Antiquiraſ *Ancyræ Phrygiæ Eriſzeli.	188	Aquila chorepiſcopuſ.
*Standi	135	Marcuſ *Standitanuſ.	189	Eufebiuſ Paralaiſ Lycaoniae.
PROVINCIAE PHRYGIAE.				
	136	Nunechiuſ Laodiceñ.	190	Cyriſtuſ Paphèñ.
	137	Flaccuſ Saneñ.	191	*Gelafiuſ Salamineñ. *Selanoſ
	138	Procopiuſ Synnadeñ.	PROVINCIAE BITHYNIAE.	
	139	Pifiſticuſ Azaneñ.	192	Eufebiuſ Nicomedièñ.
	140	Athenodoruſ Doryleuſ.	193	Theogniſ Nicenuſ.
	141	Pauluſ Apamenuſ.	194	Maruſ Chalcedoneñ.
	142	Eugeniuſ Eucarpieñ.	195	Cyriſtuſ *Chiuſ. *chioſ *rij
	143	Flaccuſ Hierapolitanuſ.	196	Hefychiuſ Pruſeñ, iuxta Hypiü flui- uium.
PROVINCIAE PISIDIAE.				
	144	Eulaliuſ Iconieñ.	197	Gorgoniuſ Apollonieñ.
	145	Telemachuſ Adrianopolitanuſ.	198	Georgiuſ Pruſiadis, iuxta Olym- pum montem.
	146	Theodoruſ Vnzelen.	199	*Euethiuſ Adrianopolis. *Euethiuſ
	147	Eutychiuſ Seleucieñ.	200	*Theophaneſ chorepiſcopuſ. *Theuſti- nuſ
	148	Hefychiuſ Neapolitanuſ.	201	Rufuſ Caſareñ.
*Vraniuſ	149	*Vranion Selgeñ.	202	Eulaliuſ chorepiſcopuſ.
*Gramiuſ	150	Apagamuſ Liſimieñ.	PROVINCIAE EVROPAE.	
*Tyrficiuſ Tarſicuſ	151	*Tarſificuſ Apamenuſ.	203	*Phædriuſ Heracleæ. *Pedoruſ
	152	Patriciuſ Ambladeñ.	PROVINCIAE DACIAE.	
	153	Polycarpuſ Metropolitanuſ.	204	Protogeneſ Sardiceñ.
	154	*Acumedioſ Parieñ.	205	Marcuſ Metropolitanuſ
*Academi	155	Heracliuſ Bareñ.	PROVINCIAE MYSIAE.	
		Alías *Acumedioſ Parieñ.	206	*Piſtuſ Marcianopolitanuſ. *Epiſtuſ
	156	Eudemuſ Patareñ.	207	Marcuſ *Comeñ. *Eubœe
PROVINCIAE LYCIAE.				
	157	*Callidituſ Pergeñ.	PROVINCIAE MACEDONIAE.	
*Gallideſ	158	*Eureſiuſ Termeffenuſ.	209	Alexander Theſſalonicèñ.
*Euretiuſ	159	*Teuxiuſ Cyrbeñ.	210	*Budion Thebañ. *Budiuſ
*Hareſiuſ	160	Domnuſ Aſpendiuſ.	PROVINCIAE ACHAIÆ.	
*Seuſiuſ	161	*Quintianuſ Seleucieñ.	211	Piſtuſ Athenieñ.
	162	Patriciuſ Maximianopolitanuſ.	212	Feftiuſ Strategidiſ.
*Syntianuſ	163	Aphrodiſiuſ Magidoruſ.	PROVINCIAE THESSALIAE.	
		Alías *Aphrodiſiuſ Magidoruſ.	213	*Clioniuſ Thebanuſ. *Cleonicuſ
PROVINCIAE INSVLARES.				
	164	Euphroſinuſ Rhodieñ.	PROVINCIAE CALABRIAÆ.	
	165	Meliphron Couſ.	214	Marcuſ Calabriae.
	166	Strategiuſ Lemniuſ.	PROVINCIAE CARTHAGINEN.	
	167	Apolloidoruſ Corcyreuſ.	PROVINCIAE DARDANIAE.	
PROVINCIAE CARIAE.				
*Emmont	168	Eufebiuſ Antiochenuſ.	216	Dachuſ Macedoniae.
*Admoni	169	*Ammoniuſ Aprodouſ.	PROVINCIAE THESSALIAE.	
		Alías *Ammoniuſ Aprodouſ.	217	Claudianuſ Theſſaliae.

gg PRO-

PROVINCIAE DALMATIAE.

218 Buniu Stoborum.

PROVINCIAE PANNONIAE.

219 Domnu Stridoneſi.

PROVINCIAE GALLIARVM.

*Diuioneſi. 220 Nicaſiuſ*Diuieſi.

PROVINCIAE GOTHIAE.

221 Theophiluſ Gothiaſ metropolis.

PROVINCIAE BOSPHOREN.

222 Damnu Boſphori.

EPISCOPORVM NICENAE SYNODI
ſubſcriptioneſ hic ſinem habent.

*Certe condonandum eſt collectori, ſi forte in
aſſignatione aut conſcriptione tam Episcoporum
quam episcopatum praemiſſorum, error inueni-
tur commiſſus, maxime circa illos, qui vltra Euro-
pa provinciam deſignatur, poſſimè quod eſt ſue-
runt exemplaria vetuſtiſſima quatuor, ex quibus
collectio praefens ſumpta eſt, erant tamè adeo omnia
& ſingula deſignata, ut collectorè taderet inepta
ac multipliciſ variationiſ. Nullius enim illorum
cum altero conuenientia fuit. Liber hoc loco ex
Nicephoro adſcribere in ſigne miraculum, quod ab
illo commemoratur libr. 8. cap. 23. in hac verba:
Priuſquam acta Synodi perſicerentur, euenit, ut
duo Episcopi è vita ante diſceſſerint, quam profeſ-
ſionis fidei ſcripto annotationem ſubſcriptionemq;
ſuam appoſuiſſent. At reliqua Patrum turba ad
communem ſepulturam & dormitioniſ locum ven-
re, & monumèto illorum aſſiſtenteſ, ſcriptumq; in
manibus habenteſ, tanquam ad viuentēſ & audi-
enteſ, Bonum certamen, dixerunt, diuſ Patreſ no-
biſcum decertatiſtiſ, curſum peregreſtiſ, fidem ſeruati-
ſtiſ. Si igitur obtinere debere id cenſerit, quod à
nobis eſt actum, quantum nunc nullo interpoſito ob-
ſtaculo, Trinitatiſ ſplendore illuſtrati, clariſſè id
perſpicitiſ, per opuſ eſt voſ nobiſcū libello ſubſcri-
bere. Hac illi dixera, & libellum obſignati ad tu-
mulum depoſuere, noſtemq; totam in ſonnoſ egere.
Poſtridiè verò ad locum eum rediere, ſigna inuio-
lata inuenerunt, & libello explicato, ſubſcriptioneſ
illorum reliquiſ inſeriat cognouere, reciteſ ad huc
in hac verba conceptaſ: Chryſanthuſ et Mufoniuſ,
qui cum Patribuſ omnibuſ in ſancta prima Oecu-
menica Nicena Synodo conſenſim,ſ, quannuſ cor-
pore tranſſati, manu tamen propria noſ quoque li-
bello ſubſcripſim,ſ. Hac ibi.*

EIVSDEM CONCI-
LII DECRETA EX GRATIA-

no, duo, quae non habentur in
decretalibus epistolis.

PRIMUM.

Ab eis quiſque iudicandus eſt, quos ſibi
iudiceſ elegerit.

ii. q. i. Iudiceſ autem eſſe non debent, niſi quos
iſe qui impetit, elegerit, aut quos ſuo cõ-
ſenſu hac ſancta ſedeſ, aut eiſ primateſ au-
thoritate huiſ ſanctae ſediſ delegauerint.

SECUNDUM.

Eccleſia ſemèl Deo conſecrata, quando
iterum eſt conſecranda.

Eccleſiſ ſemèl Deo conſecrataſ, non de-
bet iterum cõſecratio adhiberi, niſi aut igne
exuſta, aut ſanguiniſ effuſioe, aut cuiuſcun-
que ſemine polluta fuerint: quia ſicut in-
fanſ à qualicunq; ſacerdote, in nomine pa-
triſ & filij & Spirituſ ſancti baptizatuſ, nõ de-
bet iterum baptizari, ita nec locus Deo di-
catus, iterum conſecranduſ eſt, niſi propter
eas cauſaſ, quaſ ſupra nominauiſm, ſi tamè
fidem ſanctae Trinitatiſ tenuerint, qui eum
conſecrauerunt.

DE NONNVLIS, QVAE POST
Synodum Nicenam geſta ſunt, ex Ni-
cephoro Calliſto.

Synodaliſ Concilij Niceni ad Alexandri-
noſ &c. Epistoſa.

SYNODUS autem Acta ſua Alexandriae, libro 8.
Aegypto, Libyae & Pentapoli literis, cap. 24.
ad hunc modum perſcripſit: Sanctae
& magnae DEI gratia Alexandrino-
rum Eccleſiae, & qui in Aegypto, Libyae &
Pentapoli ſunt, dilectiſ fratribuſ, qui Niceae
congregati magnam & ſanctam celebrarunt
Synodum, in Domino ſalutem: Quando-
quidem diuina gratia & Deo dilectiſſimo
Imperatore Constantino ſuffragante, co-
actuſ eſt magnuſ & ſanctuſ conuentuſ Niceae
diuerſiſ ex prouinciſ & vrbibuſ, omnino
neceſſariuſ viſuſ eſt, ſacram Synodum ad
voſ dare literaſ, ut intelligere poſſitiſ, cum
quae ibi in quaſtionem & diſquiſitionem
venere, tum quae decreta ſancitaſque ſunt.
Itaque ſcitote primò omnium in quiſituſ Acta Syno-
diſ in impietate & praeruaricationem Ar-
rii ſectatorumque eiſ: & in praefentia DEI
amantiſſimi Imperatoriſ Constantini con-
ſentientibuſ omnium ſententiſ placituſ,
ut anathemate impia eiſ opinio & voceſ
atque verba blaſphema condemnarentur,
quibuſ ille filiuſ DEI blaſphemant uſuſ
eſt, ex non exiſtentibuſ illuſ eſſe dicent, &
ſuiſſe aliquandò cum non fuerit, & arbitrij
libertate vitij virtutiſque capaceſ filiuſ
DEI, creaturam eundem & facturam no-
minant. Quae omnia ſancta Synoduſ ana-
themati ſubiecit, ne audire quidem impiam
opinionem, metiſ vecordiam, blaſphemaq;
eiſ verba ſuſtinent. Atque equidem
reſ eiſ quem conſecrata ſint exituſ, aut
iam audiuiſtiſ, aut certe audietis: ne inſulta-
re noſ homini videamur, qui peccati ſui con-
digna tulit praemia. Tantoperè autem inua-
luit eiſ impietas, ut ſimul cum eo peſſum
ierint Theonaſ Marmarice & Secunduſ Pto-
lemaiduſ Episcopi. Nam & hi factioniſ eiſ
ſunt. Sedenim cum per gratiam DEI per-
uerſa illa opinione, impietate & blaſphe-
mia, necnon hominibuſ eiſ, qui ſeditio-
nem atque diſceſſionem auſi ſunt concitare in
populo ante pacato, Aegyptuſ ſit liberata,
& te-

Melituſ
coercituſ.

& temeritaſ Melitiſ, atq; eoruſ qui ab eo ſunt
in ſacrum ordinem cooptati, adhuc reliqua
fuerit, quae etiã ſuper hac re Synoduſ de-
creuerit, voſ fratreſ dilecti ſignificamuſ.
Conſtituit nanque, ut Melituſ (in quem
illa quidem humaniſ affectuſ fuit: ſummo
enim iure, nullam proruſ merebatur veni-
am) in ciuitate ſua maneat, poteſtatem autè
nullam habeat vel eligendi, vel manuſ im-
ponendi: & ut neque in regione, neque in
vrbe alia, huiſ ſaltem rei gratia, appareat,
nudumque dignitatiſ nomè retineat: & qui
ab eo in ſacrum ordinem lecti fuerant, ut ar-
canioribuſ ſacratioibuſque ſuffragiſ con-
firmati, ad communionem admittantur. Prae-
tereã ut liceat eiſ quidem honorem ſimul &
functionem miniſteriſ obtinere: ſecundum
autè proruſ locum ab omnibuſ cuiuſcun-
que parociae & Eccleſiae exploratiſ, ac per re-
uerendiſſimuſ fratreſ & collegam noſtrum
Alexandruſ lectiſ atque deſignatiſ Episco-
piſ ferant. Caeterum ut nulla eiſ ſit facultas
quos viſuſ ſit deſignandi, aut nomina co-
rum ſubijciendi, aut omnino faciendi quic-
quam praeter Catholicaſ Eccleſiae Episco-
porum, qui ſub Alexandro ſunt, ſententiam.
Qui verò per gratiam Dei & precationeſ ve-
ſtraſ in nulla diſidiſ factiõne reperiuntur,
ſed integri atq; impolluti in Catholica Ec-
cleſia conſiſtant, eiſ poteſtaſ permiſſa eſt &
deſignandi, & nomina dictandi eoruſ ſal-
tem, qui ſub Alexandro ſunt, ſententiam.
Qui verò per gratiam Dei & precationeſ ve-
ſtraſ in nulla diſidiſ factiõne reperiuntur,
ſed integri atq; impolluti in Catholica Ec-
cleſia conſiſtant, eiſ poteſtaſ permiſſa eſt &
deſignandi, & nomina dictandi eoruſ ſal-
tem, qui ſub Alexandro ſunt, ſententiam.
Qui verò per gratiam Dei & precationeſ ve-
ſtraſ in nulla diſidiſ factiõne reperiuntur,
ſed integri atq; impolluti in Catholica Ec-
cleſia conſiſtant, eiſ poteſtaſ permiſſa eſt &
deſignandi, & nomina dictandi eoruſ ſal-
tem, qui ſub Alexandro ſunt, ſententiam.
Qui verò per gratiam Dei & precationeſ ve-
ſtraſ in nulla diſidiſ factiõne reperiuntur,
ſed integri atq; impolluti in Catholica Ec-
cleſia conſiſtant, eiſ poteſtaſ permiſſa eſt &
deſignandi, & nomina dictandi eoruſ ſal-
tem, qui ſub Alexandro ſunt, ſententiam.

Pafcha vno
tempore ce-
lebranduſ
ab omni-
buſ.

dete igitur de rebus Eccleſiaſticis ordina-
tiſ, de paciſ conſenſu & concordia reſti-
tuta, & de haereſibuſ omnibuſ exciſiſ: at-
que maiore cum honore prolixioreq; cha-
ritate ſuſcipite collegam quidem noſtrum,
Episcopum autem veſtruſ Alexandruſ, qui
noſ profecto praefentia ſua exhilarauit, plu-
rimuſq; in hac aetate ſua, ut pax quoq; apud
voſ eſſet, laboriſ ſuſtinuit. Orate pro omni-
buſ nobiſ, ut quae à nobiſ rectè ſunt conſti-
tuta, firma ſtabiliaque maneat per Deum
omnipotentem, & per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum cum ſancto Spiritu: cui ſit
gloria in ſecula, Amen. Nõ ipſa verò Syno-
duſ tantum, ſed & celeberrimuſ Conſtantri-
nuſ ad populum Alexandrinum eiſ gene-
riſ dedit literaſ: quibuſ oſtendit nõ ſimpli-
citer, temere aut neglectim finitionem pro-
feſſionis fidei editaſ, ſed exploratione multa
atque diſquiſitione accurata adhibita, quae-
cunque dogmati conſentanea eſſent, in me-
diuſ producta, primumque inueſtigatiõne
diligenti obſeruata, quaeque occaſionem
diſidiſ & ſeditiõniſ creare poſſent: ea ita re-
iecta, ut contra dici quicquam non poſſet, &
ſic deinde finitionem ipſam promulgatam
eſſe: & poſtremoſ DEI ſententiã, concordem
Episcoporum Synodiſ ſententiã vocat, at-
que Spirituſ ſancti tot Patrū cõſenſum ac-
ceptum refert, per queſ illi à vera & certa ſen-
tentiã nõ exciderint. Idè & ad Episcopos,
qui ad Conuentum venire non potuerunt,
& ad omneſ vbi queſ Eccleſiaſ, quae acta ibi
eſſent declarant, ad hunc modum ſcripſit:
Experientiã edoctuſ Rerum publicaruſ pro-
ſperitatem, quanta ſit diuina poteſtatiſ gra-
tia, illum mihi propoſituſ eſſe debere ſinem
iudicauit, ut à beatiffimiſ Catholicaſ Eccleſiae
populiſ fideſ vna & ſyncera charitaſ, cõſen-
tiensque in Deum pietateſ feruetur. Sed enim
cum aliter omnino fieri non poſſet, ut ordo
ſtabiliſ & firmuſ conſtitueretur, niſi ſimul
omneſ aut certe plureſ Episcopi conueni-
rent, & de re qualibet ad ſanctiſſimam reli-
gionem pertinenteſ dijudicarent: eiſ gratia
quam fieri potuit plurimiſ coactiſ, me quo-
que perinde atq; vno aliquo ex voſiſ (non
enim negauerim, quo maxime letor, conſer-
uum veſtrum me eſſe) praefente, vſque adeo
omnia in debitam ſunt diſquiſitionem vo-
cata, quoſque rerum omniuſ inſpectori Deo
placita ſententiã, ad conſentientiuſ vnitateſ
concordiam ſtabiliendam, in lucem eſt pro-
tracta, ita ut nihil iam quod ad diſſentionem
aut profeſſionis fidei ambiguitatem facere
poſſet, ſit relictuſ. Vbi cum de ſanctiſſimo
etiã Paſchae die quaſtio eſſet exorta, ſen-
tentiſ omnium decretum eſt conuenire, ut
id eodem tempore ab omnibuſ vbiq; pera-
gatur. Quid enim nobiſ eſſe poteſt vel pul-
chriuſ, vel grauiuſ, quam ſi iſ dieſ feſtuſ, vn-
de ſpem immortalitateſ percepiſim, vno or-
dine & celebri ritu ab omnibuſ certo & in-
gg 2 uio-

Cap. 25.
Literę Con-
ſtanti ad
Eccleſiaſ
omneſ.

uiolabiliter peragatur? Ac primum quidem indigna res fuit, sanctissimum eum diem imitatione atque consuetudine Iudæorum celebrare, qui manibus suis nefario flagitio contaminatis, non iniuria quoque animis sunt excæcati, homines scelerati. Quidni enim liceat, gente ea reiecta, rectiore verioreque ordine, quem à primo passionis die hucusque seruauimus, ad futura quoque secula obseruationis huius ritum transmittere? Itaque nihil vobis commune fit cum infestissima Iudæorum turba. aliam siquidem à Seruatore accepimus viam. Propositus est sacratissima religionis nostræ suus cursus, & legitima quæ illam deceat regula: quam vnanimi consensu complectentes, nos ipsos à foeda illa conscientia & societate retrahamus, fratres reuerendissimi. Et profectò omnium absurdissimum est, illos gloriando iactare, hisce obseruandis nos sufficere non posse absque illorum doctrina & præscripto. Quidnã verò illi rectè sentire atque sapere possunt, qui post illam Domini cædem mentibus capti, non ratione aliqua, sed impotenti impetu, quocunque eos insitus impellit furor, ducuntur? Quam ob causam cum in hac quoque parte verum non perspiciant, sed vti semper, affectu vitioso transuersi rapiantur, potius quæ errore corrigat, eodè anno bis Pascha peragunt. Qua igitur de causa eos sequemur, qui graui errore se implicatos esse consentunt? Bis equidem eodè anno Pascha celebrare haud vnquam sustinuerimus. Atque etiam si hæc vobis non exponerentur, conueniret tamen vos pro mentis vestræ sagacitate semper & studere & optare, ne cuiuspiam similitudine & exemplo puritatem animarum vestrarum pollueretis, neve hominum modis omnibus malorum consuetudinem imitari videremini. Ad hæc illud quoque considerandum venit, in retanta & tam solennibus religionis nostræ feriis dissensionem aliquam extare, longè esse impijssimum. Vnum nanque nobis libertatis atque redemptionis nostræ diem, sanctissimæ scilicet passionis suæ, Saluator noster dedit: vnã esse Catholicam suam Ecclesiã voluit, cuius tametsi partes in multis variisque sunt dispersæ locis, vno tamen spiritu, hoc est, diuino arbitrio fouetur. Consideret porrò sanctitatis vestræ solertia, quæ graue sit & indecorum, per eodè dies alios quidem ieiunij intentos esse, alios verò conuiuij vacare: & post Paschæ dies hos quidè ferari & conuiescere, illos autem statis ieiunij macerari. Quapropter hanc rem pro eo atque decet corrigi, atque ad vnum institutum formam que perducatur diuina vult prouidentia, quantum equidem extra omnem affectum positus perspicio. Itaque cum hoc sic corrigere conueniat, ne quid nobis cum Domini percussoribus sit commune, & decens extet ordo, quem omnes occidentalium & meridionalium septentrionalium que ha-

Vna in toto orbe Ecclesia Catholica.

bitabilis orbis partium Ecclesiæ, & quibusdam quoque in locis Orientales obseruant: ea de causa in præsentia omnibus conuenire atque placere visum est, ipseque adeoque id solertia vestra placitum esse recepi, ut quod per urbem Romanam, Italiã, Africam omnem, Aegyptum, Hispanias, Gallias, Britannias, Libyam, cunctam Græciam, Asianam atque Ponticam ditionem & Ciliciam vno atque consentienti seruetur consilio, id libenter quoque vestra prudentia suscipiat: secum ipsa perpendens, non modò ampliorem esse Ecclesiã in eis, quæ diximus, locis numerum, verum etiam idem cõmuniter omnes sentire & velle esse quam sanctissimam. Quin & strictior ipsa atque exactior ratio flagitare videtur, ne qua nobis sit cum Iudæorum periurio communio. Et vt tãdem summam rei breuiter dicam: Communi omnium iudicio placuit, sanctissimas Paschæ ferias vno eodè que die peragi. Minimè nanque decet in re tam sancta aliqua extare dissensionem: & pulchrius est eam sequi sententiam, in qua nulla sit alieni erroris & peccati contagio. Ac cum ita se res habeat, libentibus animis cælesti hoc & verè diuinum suscipite præceptum. Quicquid enim in sanctis Episcoporum agitur conuentibus, id ad diuinam refertur voluntatem. Itaque eis quæ scripsimus, omnibus dilectis fratribus nostris significatis, iam rationem hanc & obseruationem sanctissimi diei suscipere atque instituere debetis, vt cum in pietatis vestræ (quod dudum mihi fuit in votis) conspectum venero, vno eodè que die sanctas vobiscum ferias celebrare valeam, & rebus omnibus vnã vobiscum ex animo delecter, feritatem diabolicam per vim diuinam operibus nostris sublata, vestramque vbi què fidem, pacem & concordiam vigentem cernens. **DE VOS SERUET, FRATRES DILECTI.**

Aequum etiam est, quæ contra Arrium & sectatores eius omnibus passim Episcopis & populis scripsi, cognoscere.

Cum malignos & impios Arrius sibi imitandos duxerit, par est, vt eandem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius diuinæ pietatis hostis, iniquis de religione compositis libris, condignam reperit mercedem, per quam omnium futuris seculis probis obnoxius erit, plurimaque obruetur infamia, atque insuper impia eius abolita sunt scripta: ita & nunc placitum nobis est, Arrium & Arrij suffragatores, Porphyrianos quidem nominari, vt quorum imitati sunt mores, eorum quoque obtineant appellationes. Si quod autem scriptum ab Arrio compositum reperiat, vt igni id tradatur volumus: vt non modò improba eius doctrina abrogetur, verum etiam ne monumentum qui-

Constantini de Arrio & sectatoribus eius atque libris eorundem constitutio.

Arrij libri coburendi.

Cap. 26.

quidè aliquod eius relinquatur. Illud equidem prædictum volo, si quis libellum aliquem ab Arrio conscriptum celare, nec continuo igni comburere depræhensus fuerit, supplicium ei mortis esse constitutum. Illic nanque in crimine tali compræhensus, poenam sustinebit capitalem. Plures etiam alias aduersus eodem ad loca omnia misit Epistolas, verbis per ironiam ad simulationem compositis, eis illud. Nicomedensibus itidem contra Eusebium & Theognidem scripsit, Eusebium perstringens veluti Licinio aliquandò fauentem, sibi que insidiantem: atque alium episcopum legere iubens, quod & factum est.

Cæterum rebus ad hunc modum euntibus commodum euenit, vt vicesimus Constantinianus Imperij annus tum compleretur: & Romani more recepto decimo quoque Principis sui Imperij anno, communem & publicum agebant conuentum, diem que festum. Itaque & ipse decere id arbitratus, ad epulas Synodum inuitat: & toris plurimis ordine suo collocatis, eodem in loco excipit, multis que & sermonibus & donis honorificentiam & liberalitatem erga illos declarans, præclarissimos quosque eorum mensæ suæ adhibet. Quorum quidem cum ille mutilata propter CHRISTVM cerneret membra, atque fidei eorum constantiam inde colligeret, labijs ipse suis cicatrices eorum exoculari & venerari dedignatus non est, gratiam se osculo eiusmodi & benedictione eorum percipere confusus. Postquam autem finem suum conuiuium id habuit, loco suo exurgens, supplicis more Conuentum rogauit, vt qui tantum pertulissent laboris, per paucos sibi dies dare, & recens fundatam urbem iam tum perfectam adire non grauarentur, vt precationibus suis munitiones & muros eius firmarent. Atque illi statim quod petierat faciunt: Constantinopolim veniunt, encenia & consecrationis festum diem celebrant, incruento sacrificio operantur, precibus votisque urbem abundè prosequuntur & firmant, eandem que DEI genitrici dedicant, nouam Romam, imperantem que Constantinopolim cognominantes, Alexandro tum Byzantij ecclesiam regente. Hic denuò illi epulo exceptis alia dona obtulit: & literas ad Prouinciarum præfectos dedit, vt in vrbe quaque diuino cultui additis atque sacris viduis virginibusque, ad sanctiora diuinorum templorum sacraria excubantibus, annuæ annuæ tribuerentur, quæ ad liberalitatem splendidam magis, quam ad vsum necessarium pertinerent. Has Iulianus quidem postea accidit: successor autem eius ex quadrante præberi curauit. Vbi verò iam pro se quisque domum redire pararet, cohortatus eos est, vt eandem omnes colerent fidem, mutuamque pacem & charitatem ma-

ximè consecretarentur: atque vt absque seditione omni pacati atque tranquilli, rerum vniuersarum placerent DE O. Et cum multa, oratione longius producta, de communi concordia fecit verba: tum postremò vehementer eos admonuit, vt & pro se, pro liberis suis, & pro Imperio Romano orarent, perpetuoque propitium sibi diuinum numen facerent, Synodique decretis stabilem firmitatem conciliarent. Et illorum quisque tanto affectus honore, domum ad gregem suum redijt. Imperator autem supra modum lætatus, quò d vnam per vniuersum orbem ecclesiam, eam que in dogmate consentientem cerneret, DE O de omnium vbi que Episcoporum vnanimi concordia solenniter gratiarum obtulit actiões. Tempus porro Synodi, sicuti inuenimus, in mensis Maij vndecimam diem, indictionem tertiam, & cõsulatum Paulini & Iuliani incidit: qui annus sexcentissimus trigessimus sextus ab Alexandri Macedonis regno fuit: vigesimus verò Imperij Constantinianus, ex quo rerum in Britannia potiri cæpit: tertius decimus porro, ex quo ad Byzantium venit. Hactenus ex Nicephoro. Sunt qui scribant Nicenam synodum initium habuisse anno Domini 326. finem verò, 329. Quæ autem turbæ paulopost fraude Arrianorum excitatæ sint in Ecclesia, & id genus pleraque alia qui scire volet, prolixè in scriptoribus Historiæ Ecclesiasticæ legere poterit. Contemnebant illi decreta sanctissimæ Synodi, & in sua impietate perseuerabant: vt etiam nostra ætate hæreticos videmus habere cõtemptui Synodum TRIDENTINAM, cui tamen certè constat viros longè doctissimos interfuisse. Sed verissimè à Salomone dictum est: Impius cum in profundum venerit malorum, contemnit.

Tempus Nicenæ Synodi.

Prou. 8.

PRAEMONITIO AD LECTOREM pro duabus epistolis sequentibus.

Meminerit lector, sequentes epistolas, quam obsecuro, tamen de verbo ad verbum hæc ex vetusto bibliothecæ Prædicatorum Coloniae exemplari insertas esse, nosque ob reuerentiam exemplaris illius nihil addidisse, vel decerpisse, quòd malimus esse te nobiscum habere aliquid, quam temerariè quidquam mutasse videri. Idque, hic protestari libuit, ne quis hæc, aut his similia, nobis oscitantibus excidisse putaret.

EPISTOLA A SYNODO NICENÆ DIRECTA SYLVESTRO PAPÆ PRIMO.

Beatissimo papæ vrbe Romæ, cum omni reuerentia colendo Syluestro, Osius episcopus prouinciæ Hispaniæ ciuitatis Cordubensis,

SS 3 & Ma-

& Macarius episcopus ecclesie Constanti-
nopolitane, & Victor & Vincentius pre-
sbyteri vrbis Romae, ordinati ex directione
tua. Quoniam omnia corroborata de diui-
nis mysterijs ecclesiastica vtilitatis, quae ad
roborem pertinent sancte ecclesie catholice &
apostolice, ad sedem tuam Romanam, ex-
planata, & de Greco redacta, scribere confi-
temur: nuncita que ad vestram sedis augmen-
tum accurrimus roborari. Itaque censeat
vestra apostolica doctrina, episcopos totius
vestre apostolice vrbis in vnum conuenire,
vestrumque habere concilium, sicut docet
mystica veritas, vt firmetur nostra sanctimo-
nia, gradusque fixos vel textus ordinationis
tuae sanctimonie nostra possit habere regu-
la, quoniam decet numerum dictorum tuo-
rum coepiscoporum a te discere gradus, & vel
fornices consternere vrbis. Quicquid autem
constituimus in concilio Niceno, precamur,
vestri oris consortio confirmetur. Oret bea-
tudo tua pro vniuerso concilio. Data octa-
uo Kalend. Iulias. accepta 13. Kalend. No-
uembrijs, Paulino & Iuliano summis con-
silijs.

* forte, vel
ordines co-
stitueret vrbis.

RESCRIPTVM SYLVESTRI
episcopi ad synodum Nicenam.

Syluester episcopus Sedis Apostolice &
sanctae ecclesie catholice, reuerendę re-

CONCILIUM QVOD
SANCTVS PAPA SYLVESTER CELEBRAVIT, PRAESEN-

te Constantino Augusto in vrbe Roma intra thermas Domitianas, cum du-
centis 75. episcopis, qui in ipsa synodo conuenerant, vocati a
beato Syluestro.

Syluester episcopus sanctae & aposto-
licae sedis praeful vrbis Romae, dixit:
Quicquid in Nicea Bithyniae consti-
tutum est, ad roborem sancte matris Ec-
clesiae catholice & apostolice, a sanctis sa-
cerdotibus trecentis decem & octo, nostro
ore conformiter confirmamus. Omnes, qui
ausi fuerint dissoluere diffinitionem sancti
& magni concilij, quod apud Niceam con-
gregatum est, sub praesentia pijsissimi & vene-
randi principis Constantini Augusti, ana-
thematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.

DE PASCHAE SOLEN-
nitate.

Omibus episcopis & presbyteris praer-
ceptum est, paschae obseruantiam cu-
stodire a luna 14. vsque ad 21. ita vt Domi-
nicus dies coruscet. Et dixerunt episcopi:
Placet.

DE CONCILIIIS TER
in anno celebrandis.

Syluester episcopus dixit: Robustius du-
ximus consilium, si placet, vt omnis epi-
scopus, qui conuenit ad concilium, fidem

ligionis vrbis Romae, fratribus & coepisco-
pis, qui in Nicenum concilium conuenerunt,
in Domino salutem.

Gaudeo, promptam vos benignitatem
seruare. Nam & confirmo, figoque ad do-
ctrine vestre reclamantes, de mysterio vel vni-
tate Trinitatis, chrisimatis vos secundum di-
cta & doctrinam euangelicam sanctam ac-
cepisse gratiam, de quo examinationis pro-
bo veritate fuisse, & esse mansura, que in ve-
strum nostrumque manauere mysterium,
meum chirographum & discipulorum me-
orum offero in vestro sancto concilio, quic-
quid constituistis, vna parem dare consen-
sum. atque in gremio vestrae synodi, parua
propter disciplinam ecclesiae allegabo praer-
cepta, propter Victorinum, qui arbitrio suo,
quicquid vellet, affirmabat, & cyclos pasche
pronunciabat fallaces, vt cum episcopis to-
tius vrbis Italiae examinatum vniuersitas ve-
stri sancti concilij dignetur accipere verita-
tem. Et alia manu. Oret pro nobis beatitu-
do vestri sancti concilij, trecentorum decem
& octo, vt charitatis, quae vobis data est, do-
mini nostri IESV CHRISTI, seruetur
augmentum. Data 5. Kalend. Nouembrijs,
accepta 4. Idus Februarij, Constanti-
no septies, & Constantio Ca-
sare quarto, consu-
libus.

* alligabo

suam chirographo confirmet, vt deinceps
rediens ad parochiam suam, compagine no-
strae salutationis plebi suae innotescat, vt fide
concilij declarata, intemeratus ordo seruetur.
Et dixerunt Episcopi: Placet.

NVLLI CLERICO LICERE,
causam in publico examinare.

Syluester episcopus dixit: Nulli omnino
clerico licere, causam quamlibet in pu-
blico examinare, nec vllum clericum ante iu-
dicem laicum stare. Et dixerunt episcopi:
Placet.

DE PRAEFICIENDIS IN OR-
dinibus, & proficiendis.

Si quis clericatum promereri desiderat,
hoc iustum est, vt sit ostiarius annu vnu,
lector annos 20, exorcista annos 10, acoly-
thus annos 5, subdiaconus annos 5, diaconus
annos 5, et si ad honorem presbyterij accedat,
& faciens in eo ordine annos 6, si fuerit oim
votiuu gratia, non praemio, non inuasione
cupiditatis, nulli prorumpens gradum, sic
ab omni ecclesia eligatur consecrandus epi-
scopus,

* praeripiens

* intercedente, & omni ecclesia conueniente. Et dixerunt episcopi: Placet.

VT nulli episcopo liceat sine cuncta ec-
clesia, a nouissimo gradu vsq; ad pri-
mum ordinare neophytum. Et dixerunt epi-
scopi: Placet.

CONCILIUM ROMA-
NUM ALIVD SVB SYLVESTRO PAPA PRIMO.

DE Romana Vrbe Plinius lib. 3. cap. 5.
sic habet: Vrbes tres portas habent
Remulus reliquit, aut (vt plurimis
tradentibus credamus) quatuor. Ma-
ria eius collegere ambitu, Imperatoribus cesari-
busq; Vespasianis, anno condita vrbis octingentesi-
mo vicefimo octavo, passus tredecies mille ducentos,
complexa montes septem. Ipsa diuiditur in re-
giones 14. Compita earu ducenta sexaginta quinq;
passuum eiusdem spatij mensura curuete a millia-
rio in capite Rom. fori statuto, ad singulas portas,
quae sunt hodie numero 37. ita vt 12. porta semel
numerentur, praeterea vna ex veteribus 7. quae
esse desierunt. Efficit passus per directum trigiesies
mille, septingentos, sexaginta quinq;. Ad extrema
verò tectorum cum castris praetoris ab eodem mil-
liario per vicos omnium viarum, mensura colligit
paulo amplius 70. M. passuum. Quod si quis alti-
tudinem tectorum addat, dignam profecto exti-
mationem concipiat, fateaturq; nullius vrbis ma-
gnitudinem in toto orbe potuisse ei comparari. Clau-
ditur ab Oriente agger Tarquinij Superbi, inter
prima opere mirabili. Nam, eum muris aequauit,
quae maximè patebat aditu plano. Caterum muni-
ta erat praecelsis muris, aut abruptis motibus, nisi
quod ex patiantia tecta multas addidit vrbes in
prima regione. Haec ibi.

EPILOGVS BRE-
VIS SEQVENTIS CON-
cilij Romani.

Temporibus sancti Syluestri Papae, & Co-
stantini pijsissimi Augusti, factum est ma-
gnum Concilium in Nicea Bithyniae, & con-
gregati sunt regulariter eiusdem Syluestri Pa-
pae vocatione in idipsum trecenti decem &
octo episcopi catholici, qui exposuerunt fi-
dem integram, catholicam, immaculatam, &
damnauerunt Arrium, Photinum, Sabelli-
umq; atq; sequaces eorum. Eodem quoque
tempore, & 13. Kalendarum Iuliarum die,
quandò memoratum Concilium magnum
in Nicea congregatum est, canonice iam fa-
cta Papae vocatione in vrbem Romam con-
gregauit & ipse, cum consilio praefati Con-
stantini Augusti ducentos & 67. episcopos,
& damnauit iterum tam Callistum, quam Ar-
rium, & Photinum, atq; Sabellium, & con-
stituit, vt presbyterum Arrianum respiscen-

* factus Papa.

* 84. 77.

Syluester episcopus dixit: A nobis incipiē-
tes moderamine lenitatis indicare, com-
monemus, vt nulli episcopo liceat, quilibet
gradum clericum ordinare aut consecrare, nisi
cum omnia adunata ecclesia. Si placet? Et dixe-
runt episcopi: Placet.

FINIS.

tem, nemo susciperet, nisi episcopus eiusdem
loci eum reconciliaret, & sacrosancto chri-
smate, per episcopalis manus impositionem,
sancti spiritus gratia, quae ab haereticis dari
non potest, confirmaret. In qua & consensu
& subscriptione omnium constitutum est, vt
nullus laicus crimen clerico audeat inferre.
Et vt presbyter non aduersus episcopum, non
diaconus aduersus presbyterum, non sub-
diaconus aduersus diaconum, non acolythus
aduersus subdiaconum, non exorcista aduer-
sus acolythum, non lector aduersus exorci-
stam, non ostiarius aduersus lectorem det ac-
cusationem aliquam. Et non damnabitur
praeful, nisi in 72. testibus. Neq; praeful sum-
mus a quoquam iudicabitur, qm scriptum
est: Non est discipulus super magistrum. Pre-
sbyter autem cardinalis, nisi 44. testibus non
damnabitur. Diaconus cardinarius consti-
tutus vrbis Romae, nisi in 26. non damna-
bitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, le-
ctor, ostiarius, nisi (sicut scriptum est) in se-
ptem testibus non damnabitur. Testes autē
& accusatores sine aliqua sint infamia, vxor-
es & filios habentes, & omnino Christum
praedicantes. Testimonium laici aduersus
clericum nemo recipiat. Nemo enim clericum
quemlibet in publico examinare praesumat,
nisi in ecclesia. Nemo enim clericus, vel dia-
conus, aut presbyter propter quamlibet cau-
sam intret in curiam, nec ante iudicem cin-
ctum causam dicere praesumat: qm omnis curia
a cruore dicitur, & immolatio simulacro-
rum. Et si quis clericus, accusans clericum, in
curiam introierit, anathema suscipiat. Hic
inter caetera praedicta omnium & consulto
constituit in synodo, vt sacrificium altaris non in
serico panno aut tincto quisquam celebrare
presumeret, sed in puro lineo ab episcopo co-
secrato, tereno scilicet lino procreato atq;
cotexto, sicut corpus dñi nostri Iesu Chri in
sindone munda sepultum fuit. Et si quis desi-
deret in ecclesia militare, aut officere: vt esset
prius ostiarius, deinde lector, & postea exor-
cista, per tempora, q episcopus constituerit, de-
inde acolythus annis quinq;, subdiaconus
quinq; annis, custos martyru annis quinq;,
diaconus annis quinq;, presbyter annis tribus
probatus ex omni parte intus, vt etiam ab his, q fo-
ris sunt, testimonium habeat bonum, vni vide-
licet vxoris vir, q tñ a sacerdote sit bñdicta.

* 2. q. 7. Nullus
laicus.

Itē 2. q. 7. de
ricō adu. ex.

2. q. 5. Praeful

Lucē 6. f

* 64.

* 37.

* clerici ad-
uersus laicu
11. q. 1. Testi-
mon. clerici
adue.

* immolatio
simulacro-
rum est.
de cō. dist. 1.
consulto
omnium.

Matth. 27. 5

1. Tim. 3. a b

Et si probatus fuerit dignus, & vota populi & cleri concurrerint, canonicè Episcopus consecratur, quem postea nec clericus, nec populus perturbare debet: q̄a episcopi, qui throni dei vocantur, non sunt lacerandi, sed magis portandi & venerandi. De quibus ait beatus Paulus apostolus: Seniorè nè increpaueris, sed vt patrè obsecra. Legimus nanq̄, ipso domino dicente, non esse discipulum super magistrum, hoc est, non sibi debere quèquam, ad iniuriam doctorum, vindicare doctrinam, nec aliqua machinatione domini discipulis, id est, apostolorum successoribus detrudere, aut eos infamare, quia iniuria doctorum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur. Qualiter enim dominum contristent, qui hoc agere presumunt, dominus in euangelio testatur. Ait enim ipse Saluator, quod expedit scandalizanti vnum de pusillis istis, in maris profunda demergi, & molam asinariam collo eius suspendi. Si talis ergo pœna, dñi discipulos scandalizantibus hinc promittitur, quid in futuro eis prouenire debeat, summoperè pensandum est, quoniam non parum periculi illis manere poterit ante Deum, qui hæc detrectat suis exhibere ministris. Quod ita demum probari poterit, si Deum timeat, qui talia exercere minime formidant, si imposito sibi met improbo silentio, à talibus se deinceps custodiant, q̄a nihil prodest homini, reliqua bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obrectationibus lingua cohibeatur. Vnde ait propheta: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua neloquantur dolum. Diuerse à malo, & fac bonum. Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult. Et reliqua. Hic in memorata synodo constituit omnium cum consensu, vt nullus presbyter Missas celebrare presumat, nisi in sacris ab episcopo locis, q̄ sui particeps deceterò voluerit esse sacerdotij. Et pietatis affectu hic sanctissimus Papa sub gesta synodica reuocauit Apostolica auctoritate multos, ab alijs episcopis excòmunicatos & à tyrannis eiectos, ad còmunionem, & restituit eos in ecclesijs, quibus fuerant olim instituti sub satisfactione libelli, atq; purgatos eos recepit, dans exempla futuris eruendi sacerdotes de persequentium manibus. Constituit etiã, nulla ratione transmarinum hominem penè nos in clericatus gradu suscipi, nisi * quinq; * quinq; & episcoporum designatus sit chirographis. eo amplius.

1. Tim. 5. a

Luca 6. f

* dominicus sermo Matth. 18. a

Psal. 33.

ne cõf. dif. Nullus presbyter Mis. fas

98. dif. nul. lus aliqua ratione * quinq; & episcoporum designatus sit chirographis. eo amplius.

DE QVADAM CONGREGATIONE multorum episcoporum, ac plurimum Iudeorum, tempore Syluestri Papæ primi.

Nota testimoniũ Marianni Scoti, sub anno 327. Præterea Mariannus Scotus sub anno 327. narrat quod sequitur: Constantino à Papa Syl-

uestro baptizato, scribit illi sua mater Helena, vt negans Christum, Iudeos sequeretur. Tunc Constantino quarto & Licinio quarto consulibus, Idibus Augusti, congregati sunt cum Helena 120. sapientiores Iudeorum, cum Constantino autem & Syluestro Papa, 24. episcopi: & superati sunt Iudæi omni scriptura diuina.

de baptismo Constantini,

PRAEMONITIO AD LECTOREM, in sequentem synodum.

EX duobus vetustis exemplaribus Canones sequentes descripti sunt ad verbum, qui multis in locis ob exemplarum deprauationem aut vix, aut omnino non possunt intelligi. Lector boni consulat, & si quid potest habere certius, cõmunicet.

TITVLI CANONVM SYLVESTRICI PAPÆ PRIMII.

- De congregatione episcoporum vel diaconorum. 1
- De condemnatione Callisti, Victorini, Hippolyti. 2
- Per singulos gradus, vt nullus crimen obijciat. 3
- Vt de redditibus ecclesiæ quatuor partes fiant. 4
- Vt nullus presbyter chrisma conficiat. 5
- De diaconis paræciarum, & diaconis cardinalibus vrbs Romæ. 6
- Vt à subdiacono vsque ad lectorem, omnes subditi sint diacono cardinali vrbs Romæ. 7
- Vt nullus subdiaconus ad nuptias trãseat. 8
- Nullus lector, nullus acolythus vasa sacrata contingat. 9
- Nullus episcopus virginem sacram maritali consortio benedicat. 10
- Vt nullus ex laica persona ab honore acolythi vsque ad episcopatum eleuetur, nisi per singulos gradus. 11
- Nemo det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum. 12
- De mysterio quodam. 13
- Testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat. 14
- Nemo clericum in publico examinet. 15
- Vt nullus clericus vel diaconus aut presbyter, propter causam suã intret in curiã. 16
- Vt nullus peccantem clericum cæde attingat. 17
- Vt nullus diaconus aduersus præbyterum crimen afferat. 18
- Vt nullus presbyter à die presbyterij sumat coniugium. 19
- Vt nullus dijudicet primam sedem iustitiæ. 20

CANON

CANON VEL CONSTITVTIO SYLVESTRICI EPISCOPI VRBS ROMAE, ET DOMINI CONSTANTINI AUGUSTI, qualiter Ecclesiastici gradus custodiantur, vel religio.

ACTIO PRIMA.

Quod paulo ante de duabus epistolis proximis p̄monitũ est, idẽ hic ferè p̄monendum, vetustatis honore, ac diuersitatis exemplarium gratia, nullo propemodũ in his, licet obscurioribus, charactere mutato,

EDITIO j.

EDITIO ij.

CAP. I.

CANONVM constitutio, gradus vel religio qualiter custodiantur, a Syluestro episcopo vrbs Romæ, Domino Constantino. Eodem tempore cum multi nobiles gauderent, quod Constantinus baptizatus a Syluestro episcopo vrbs Romæ, & mundatus fuisset a lepra, pro beneficio quod accepit a Domino nostro Iesu Christo, per Syluestrum episcopum cepit integre prædicare Dominum Iesum Christum, & confiteri eius beneficia. Syluester igitur episcopus vrbs Romæ congregans fratres conpresbyteros & coepiscopos vel diaconos suos, ciues Romanos, & quoniam mater ecclesia genuerat filium Constantinum charissimum. Integre igitur Syluester episcopus vrbs Romæ, suis cum ordinare desiderat, & filios eius frequenter lactare, & gradus eius ordinis & consuetudinis confirmare. Collegit autem vniuersam synodum episcoporum cum consilio Augusti vel matris eius, & fecit parari in vrbe Roma in thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traianas. Collegit autem in gremio sedis suæ 284 episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula vel annonas omnino præstari præcepit, & alij 57 episcopi partis Rinocororis, quorum cyrographus in eorum concilio declaratur, & 62 presbyteri vrbs Romæ, & diaconos acolythi eius consilio facti exorcistæ 22. lectores vrbs Romæ 90. quorum presentes audiebantur. Notarij ecclesiæ 14. qui gesta diuersorum martyrum suscipientes, ordine renarrabant. Hos omnes etiam dum vno examen articulo sanctitatis colligeret in thermas supradictas, ita vero, vt nemo laicorum præesse videretur.

CAP. I.

Eodem tempore cum multi nobiles gauderent, quod Constantinus baptizatus a Syluestro vrbs Romæ, & mundatus fuisset a lepra, per hoc beneficium quod accepit a Domino Iesu Christo per Syluestrum episcopum, cepit integre prædicare Dominum Iesum Christum, & confiteri eius beneficia. Syluester igitur episcopus vrbs Romæ, congregans fratres conpresbyteros & coepiscopos, vel diaconos suos ciues Romanos. Et quoniam mater ecclesia genuerat filium Constantinum, Igitur Syluester episcopus vrbs Romæ cum suis eam ordinare desiderauit, & filios eius frequenter lactare, & gradus eius ordinis & consuetudines confirmare. Collegit autem vniuersam synodum episcoporum cum consilio Augusti vel matris eius, & fecit parari in vrbe Roma in thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Traianas. Collegit autem in gremio sedis suæ ducentos octoginta quatuor episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula & annonas præstari præcepit, & alij 57 episcopi partis Rinocororis, quorum cyrographus in eorum concilio declaratur, centum quadraginta duo presbyteri vrbs Romæ, & diaconos 6, subdiaconos 6, acolythi eius concilio facti quadraginta quinque, exorcistæ 22, lectores vrbs Romæ nonaginta, quorum presentes parentes audiebant. Notarij ecclesiæ 14, qui gesta diuersorum martyrum suscipientes, ordinare narrabant. Hos omnes etiam dum vno examen articulo sanctitatis colligeret in thermas supradictas, ita vero, vt nullus laicorum præsens videretur.

Sequuntur 139 Episcopi ex vrbe Roma, vel non longe ab illa:

Castus, Cyprus, Petrus, Abundius, Seuerinus, Lucianus, Capax, Herculanus, Ioãnes, Hilmitus, Andreas, Petrus, Renouatus, Cresconius, Ambrosius, Lucas, Hermogenianus, Augustus, Felix, Barbarus, Secundinus, Citonatus, Reparatus, Gaudentius, Sebastianus, Græces, alias Cresces, Renatus, Hirençus, Laurentius, Valerianus, Botudorus, Leo, Abundatius, Almachius, Honestofus, Victor, Plenus, Delphinus, Amabilis, Paulus, Constantius, Sixtus, Cõcordius, Nepotianus, Bedandulus, Deutherius, Amabilis, Syrus, Quadratus, Mirabilis, Audacius, Turcilianus, Ioãnes, Marcus, Fidelis, Simmachus, Probianus, Afellus, Crispinus, Rusticus, Faustus, Turdus, Maiorianus, Iobianus, Exonofus, Sanctulus, Coricosus, Nepus, Tiburtius, Petrus, Petrus, Siluestrianus, Turturanus, Leotius, Anastasius, Agapitus, Verustimilus, Afellus, Iacobus, Felicissimus, Quadratus, Alexander, Philippus, Exuperatius, Hypolitus, Iordianus, Archidamus, Lollius, Martialis, Caritosus, Cõcordius, Ianuarius, Felicianus, Redus, Auxibus, Timotheus.

isma conficeret, dicens, quoniam Christus a chrismate vocabitur.

CAPVT

Vt diaconi non essent plus, vel amplius parochiarum examen, nisi duo, & diaconi cardinales vrbis Romæ vij, ita tñ, vt dalmaticis vterent, & pallia linostmia lguâ eorū teget.

CAPVT

Ita autem Syluester clara voce dicebat ad coepiscopos, vt a subdiacono vsq; ad lectorem omnes subditi essent diacono cardinali vrbis Romæ, in ecclesia honorem representans tantum, pontifici vero presbyteri, subdiacono, diaco, acolyti exorcista lectori in omni loco representans obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ, tantum pontifici,

CAPVT

Nullum autē subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliqua præuaricationem præsumperit.

CAPVT

Nullus lector vel ostiarius vasa sacra cõtigerit, nullus acolythus rem sacratam a presbytero iam alio porrigeret, nisi tantum supportaret, quod ei sacerdos imponet suo ore benedictum.

CAPVT

Nullus etiam episcoporum virginem sacratam maritali expeteret benedici, nisi eam probauerit lxxij. annorum esse constituta, vbi probabitur iudicium, pudicitia vero, vt in lxxij. annis, requirens verum Christum, Pudicitia custodita, vncta vertice introducatur ad nuptias Christi, velamen capitis ferens, non cordis. Et subscripserunt supradicti episcopi in istud, prædicante Syluestro episcopo vrbis Romæ. Subscripsit autem & nouissimus Calpurnus præfectus vrbis. Subscripsit autem August. Constantinus, matre Helena Aug. Tunc dedit orationem, sedens in eodem loco, & discesserunt.

ACTIO

Alia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romæ, & diaconi omnes 284, in thermas Domitianas, quæ nunc Traianas, & sedit sedem suam in eodem loco. Vbi autem fecit septem regiones, & diuidit diaconibus. Erant autem diacones isti, Fabianus, Marcus, Liucius, Archidamus, Iulius. Ordinavit autem alios duos, Priscum & Theodorum, vniuersus sexus presbyteri, & diacones, & clerus hoc poposcerunt Syluestrum episcopum, vt eos ordinaret. Ibi autem in thermas hos

chrisma conficeret, diceret, quoniam Christus a chrismate vocatur.

SEXTVM.

Et diaconi non essent plus nec amplius per parochiarum examen, nisi duo, & diacones cardinales vrbis Romæ septem.

SEPTIMVM.

Ita tamen Syluester clara voce dicebat ad coepiscopos, vt a subdiacono vsq; ad lectorem omnes subditi essent diacono cardinali vrbis Romæ, in ecclesia representantes tantum. Pontifici vero presbyteri, diaconi, subdiacones, acolyti, exorcistas lectori in omni loco representantes obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ tantum pontifici.

OCTAVVM.

Nullus autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliquam præuaricationem sumpserit.

NONVM.

Nullus lector vel ostiarius vasa sacra cõtigerit, nullus acolythus rem sacratam a presbytero iam alio porrigeret, nisi tantum supportaret, quod ei sacerdos imponeret suo ore benedictum.

DECIMVM.

Nullus etiam episcoporum virginem sacratam maritali consortio expeterit benedici, nisi eam probauerit lxxij. annorum esse constitutam. Ibi probabitur iudicium a pudicitia vera, aut in lxx. annis requirēs virum Christum, pudicitia custodita, vncta vertice introducatur ad nuptias Christi, velamen capitis ferens, non cordis. Et subscripserunt supradicti episcopi in istud, prædicante Syluestro episcopo vrbis Romæ. Subscripsit autem & nouissimus Calphurnius præfectus vrbis. Subscripsit Augustus Constantinus cū matre Helena Augusta. Tunc dedit orationem, sedens in eodem loco, & discesserunt.

SECUNDA.

Alia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romæ & diacones & episcopi oēs 284, intra thermas Domitianas, quæ nunc Traianas, & sedit in sede sua in eodem loco. Ibi autem fecit 7 regiones, & diuisit diaconibus. Erant autem diacones isti, Fabianus, Marcus, Liberius, Archidamus, Iulius. Ordinavit autem & alios duos, Priscum & Theodorum. Vniuersus sexus presbyteri & diacones & clericus hoc poposcerunt Syluestro episcopo, vt eos ordinaret. Ibi autem in thermas hos

duos Priscum & Theodorum subordinavit, non ordinavit aut consecrauit eos, nisi in gremio basilicæ consecrauit, & præter synodi constituit.

CAPVT

Vt nullus ex laica persona ad honorem acolythi vsque ad episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset lector annis triginta. Deinde vna die exorcista, & postea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythus annis decē, vt acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset annis quinq; deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, rogantibus triginta presbyteris examen, vt esset diaconus cardinalis, quia a prima sede erat constitutum, vt seruiret annis septem. Hoc enim quod si quis desideraretur ordinem presbyterij, ita exigeretur, vt in septem annos cuncto clero Romano priuaretur doctrinæ, natiuitatis, generositatis, & consilio, non expetens prædam a quaquam opinione clara firma omnes presbyteri declararent & firmarent, & sic ad ordinem presbyterij accederet, & faceret in eodem ordine annos tres. Et si exigit ordo, vel dispositio, vel cura pietatis, ad onus episcopatus accedere, vt omnis clerus peteret ordinari ex vno voto perhenni. Quod ita gestum sit, & sermonibus Syluestri episcopi nil opponebat, sed magis firmabant prece. Dixit autem & hoc Syluester episcopus vrbis Romæ: Audite sancti & coepiscopi. Nemo abscondat, quod ei videtur iustitia obiurgare. Responderunt cum omnes episcopi, & dixerunt, clamantes vniuersis presbyteris clericisque: In te iustitia, & pietas a te non discedat, quoniam a nobis nihil iudicabitur, in opinionem dictorum tuorum, quoniam sapientia non est, nisi in patientia fuerit constructa. Dixit autem Syluester episcopus: Quoniam si sapientia non est, nisi in patientia, quicquid sermone fixero, vestro cyrographo confirmetur.

CAPVT

Nemo enim det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum petenti baptismum, omnibus enim prædicantes date, Matt. ultimo.

CAPVT DECIMVM

Nemo enim, nisi velamen caeleste acciperit, primum coniugij per manus sacerdotis ad clericatus honorem non accedat. Finctus est enim.

CAPVT DECIMVM

Testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat.

CAP.

thermis hos duos, Priscum & Theodorum subordinavit, non ordinavit & consecrauit eos, nisi in gremio basilicæ consecrauit, Et præter synodum constituit.

VNDECIMVM.

Vt nullus ex laica persona ad honorem acolythi vsque ad episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset lector annis triginta, deinde vno die exorcista, & postea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythi annos decē, vt acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset annos quinque. Deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus triginta presbyteris examen, vt esset subdiaconus cardinalis, quia a prima sede erat constitutum, vt seruiret annos septem. Hoc enim quod si quis desideraret ordinem presbyterij, ita exigeretur vt in septem annis a cuncto clero Romano probaretur doctrinæ, natiuitatis, generositatis, & consilio non expetens prædam a quaquam opinione clara firmarent omnes presbyteri declararent & firmarent, & sic ad ordinem presbyterij accederet & faceret in eodem ordine annos tres. Et si exigit ordo vel dispositio, vel cura pietatis aut sanctitatis, ad onus episcopatus accederet, vt omnis clerus peteret ordinare ex vno voto perhenni, quod ita gestum sit, quod & sermonibus Syluestri episcopi nil opponebat synodus, sed magis firmabat prece. Dixit autem & hoc Syluester vrbis Romæ episcopus: Audite sancti & coepiscopi. Nemo abscondat quod ei videretur iustitia obiurgare. Responderunt omnes episcopi, & dixerunt, clamantes cum vniuersis presbyteris clericisque: Vincet iustitia, & pietatis a te non discedat. Quoniam a nobis nihil iudicabitur in opinione dictorum tuorum, quoniam sapientia non est, nisi in patientia fuerit constructa. Dixit autem Syluester episcopus: Quoniam si sapientia non est, nisi in patientia, quicquid sermone fixero, vestro chirographo confirmetur.

DVODECIMVM.

Nemo enim det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum, petenti. Baptismum enim omnibus date.

VM TERTIVM.

Nemo enim nisi velamen caeleste acciperit primum coniugij per manus sacerdotis, ad clericatus honorem accedat. Testimonium clerici aduersus laicum nō admitti. Finctus est enim.

VM QVARTVM.

Testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat.

hh Ne-

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet, nisi in ecclesia.

Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet, nisi in ecclesia.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Nemo enim clericus vel diaconus, aut presbyter propter causam suam qualibet intret in curia, quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio simulachroru est. Quod si quis clericus in curia introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam. A communione autem non priuetur propter tempus turbidum.

Nemo enim clericus vel diaconus, aut presbyter propter causam suam quamlibet intret in curiam, quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio simulachroru est. Quoniam si quis clericus in curia introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam. A communione autem non priuetur propter tempus turbidum.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Nemo enim quencumque peccantem clericum caedattingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus supra clericum vel seruitorem ecclesiae ad caedem perducatur. Sed si ita causa exigit clerici, triduo priuetur honore, ut poenitentes redeant ad matrem ecclesiam.

Nemo enim quisquam peccantem clericum caedattingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus supra clericum vel seruitorem ecclesiae ad caedem perducatur. Sed si ita causa exigit clerici, duo priuentur honore, ut poenitentes ad matrem ecclesiam.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Nemo enim diaconus aduersus presbyteros afferat crimen turpitudinis.

Nemo enim diaconus aduersus presbyteros offerat crimen turpitudinis.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Nemo enim presbyter a die onus presbyterij sumat coniugium, ut si quis neglecto exierit, duodecim annis eum dicimus priuari honore. Quod si quis hunc cyrographum praesentem & publica egerit dictum condemnatur in perpetuum.

Nemo enim presbyter a die onus presbyterij sumat coniugium, ut & si neglecto egerit, decem annis eum dicimus priuari honore. Quod si quis contra hunc cyrographum praesentem ac publice egerit dictum, condempnetur in perpetuum.

CAPVT VIGESIMVM.

Nemo enim diiudicet primam sedem iustitiae desiderant temperari, neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Et subscripserunt 284 episcopi, & 45 presbyteri, & 5 diaconi, & duo sequentes, & Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Et fixit Canonem hunc Syluester episcopus urbis Romanae, & omnibus episcopis asperfit. Actum in Traianae thermas, 3. Kalend. Iunij, Donno Constantino Augusto tertio, & Prisco consule.

Nemo enim iudicabit primam sedem, quam omnes sedes a prima sede iustitiae desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Et subscripserunt 284 episcopi, & 45 presbyteri, & 5 diacones, & duo sequentes & Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Et fixit Canonem hunc Syluester episcopus in vrbe Roma, & omnibus episcopis asperfit. Actum in Traianae thermas, 3. Kalend. Iunij, Donno Constantino Augusto tertio & Prisco consule.

FINIS.

CONCILIVM ELIBERINVM

BERINVM HISPANIAE, CIRCA SYLVESTRI

papae primi, & Niceni concilij tempora.

Concilium hoc celebratum putatur circa tempora Syluestri, aut Melciadis. De Illiberi vide Ptolemaeum Geographia lib. 2. cap. 4. tit. Hispania. & Plinium lib. 3. cap. 1. Hodie ciuitas haec vulgo Granata dicitur: quam sunt qui putent Eliberim antiquam non esse hanc eandem dictam Granata, sed non longe distarem, dirutam olim bellorum iniuria, cuius vestigia & rudera adhuc ostenduntur, ad qua itur

per portam ciuitatis Granatensis, dictam vulgo & eluxato vocabulo Eluir, quasi dicas, Illiberis, quia per eam itur ad Illiberim antiquam.

CAPITVLA HVIVS CONCILIJ ELIBERINI.

De his qui post baptismum idolis sacrificant. 1
De sacerdotibus gentium, qui post baptismum immolauerunt. 2

De

De eis, si in idolis tantum munus dederint. 3
De eis, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur. 4
Si domina per zelum ancillam occiderit. 5
Si quicumque per malitiam hominem interfecerit. 6
De poenitentibus moechiae, si rursus peccauerint. 7
De foeminis, qui adulteros maritos relinquunt, & alij nubunt. 8
De foeminis, quae relicti viris suis, alij nubunt. 9
De relicta catechumeni, si alterum duxerit. 10
De relicta catechumeni, si grauiter aegrotauerit. 11
De mulieribus, quae lenocinium fecerint. 12
De virginibus DEO sacratis, si adulterauerint. 13
De virginibus secularibus, si moechatae fuerint. 14
De coniugio eorum, qui ex gentilitate veniunt. 15
De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur. 16
De ijs, qui filias sacerdotibus gentilibus coniungunt. 17
De sacerdotibus & ministris, si moechati fuerint. 18
De clericis, negocia vel nudinas sectantibus. 19
De clericis & laicis vsuarijs. 20
De his, qui ad ecclesiam tarde accedunt. 21
De catholicis in haeresim transeuntibus, si non reuertuntur. 22
De temporibus ieiuniorum. 23
De his qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant. 24
De epistolis comunicatorijs confessorum. 25
De hoc, ut omni sabbato ieiunetur. 26
De clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant. 27
De oblationibus eorum, qui non comunicant. 28
De energumenis, qualiter habeantur. 29
De his, qui post lauacrum moechati fuerint, ut nec subdiacones fiant. 30
De adolescentibus, qui post lauacrum moechati fuerint. 31
De excommunicatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent. 32
De episcopis & ministris, ab vxoribus abstinere. 33
Ne cerci in coemeterijs incendantur. 34
Ne foeminae in coemeterijs peruigilent. 35
Ne picturae in ecclesia fiant. 36
De energumenis baptizandis. 37
Ut in necessitate & fideles baptizent. 38
Ut gentilibus desiderantibus manus imponatur. 39
Ne de hoc, quod idolis datum est, fideles accipiant. 40
Ut prohibeant Domini idola colere seruis. 41

De his qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur. 42
De celebratione pentecostes. 43
De meretricibus paganis, si conuertuntur. 44
De catechumenis, qui ecclesiam non frequentant. 45
De fidelibus, si apostatauerint, quam diu poeniteant. 46
De eo, qui vxorem habet, si saepius moechatur. 47
De baptizandis ut nihil accipiant clerici. 48
De frugibus fidelium, ne a Iudaeis benedicantur. 49
De Christianis qui cum Iudaeis vescuntur. 50
De haereticis, ut ad clerum non promoueantur. 51
De his, qui in ecclesia libellos famosos ponunt. 52
De episcopis, qui excommunicato alieno comunicant. 53
De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt. 54
De sacerdotibus gentilium, qui iam non sacrificant. 55
De magistratibus & dominantibus. 56
De his, qui vestimenta ad ornandam pompam dederint. 57
De his qui comunicatorias literas portant. 58
De fidelibus, ne ad capitolium causa sacrificandi ascendant. 59
De his, qui destruunt idola, occiduntur. 60
De his, qui duabus sororibus copulantur. 61
De auguribus & pantomimis, si conuertantur. 62
De vxoribus, qui filios de adulteris necant. 63
De foeminis, quae vsque ad mortem cum alienis viris adulterantur. 64
De adulteris vxoribus clericorum. 65
De his, qui priuignas suas ducunt. 66
De coniugio catechumenae foeminae. 67
De catechumena adultera, qui filium necat. 68
De viris coniugatis, postea in adulterium lapsis. 69
De foeminis, quae concubinae maritis adulterantur. 70
De stupratoribus puerorum. 71
De viduis moechis, si eundem postea maritum duxerint. 72
De delatoribus. 73
De falsis testibus. 74
De his qui sacerdotes accusant nec probant. 75
De diaconibus, si ante honorem peccasse probentur. 76
De baptizatis, qui nondum confirmati, moriuntur. 77
De fidelibus coniugatis, si cum Iudaea vel gentili moechati sint. 78
De his qui tabula ludunt. 79
De libertis. 80
De foeminarum epistolis. 81

FINIS.

hh 2 CON-

CONCILIUM ELIBERINUM XIX. EPISCOPORUM, tempore Constantini & Syluestri Papæ primi, & circa tempora Nicenæ synodi celebratum.

Cum cõuenissent sancti & religiosi episcopi in ecclesia Eliberina, hoc est,

- *Aquitanus Felix episcopus *Auxitanus,
- *Sabinus *Savinus episcopus *Spalen,
- *Hispalen, Smagius episcopus *Bigerren,
- *Bigerten, Pardius episcopus Mentefanus,
- Catonus episcopus Corficanus,
- Valerius episcopus Cæsaraugustanus,
- Melanthius episcopus Toletanus,
- Vincentius episcopus Ossonaben,
- Successus episcopus Eliocroce,
- Patricius episcopus Malacitanus,
- Osius episcopus Cordubeni,
- Camerinus episcopus Tuccitanus,
- Secundinus episcopus Catraleuce,
- Flavius episcopus Eliberinus,
- Liberius episcopus Emeritanus,
- Decentius episcopus Legionen,
- *Salaricn, Ianuarius episcopus Sibaricn,
- Quintianus episcopus Elbore,
- Eutythianus episcopus Bassitanus,
- Residentibus etiã 36 presbyteris, adstãtibz diaconibus & omni plebe, vniuersi episcopi dixerunt:

CAPITVLVM PRIMVM.

Est Prouincialis Synodus.

Placuit, vt quicũq; post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idoli idololatratur, accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

2. Flamines, qui post fidem lauacri & regenerationis sacrificauerint, eò quòd genuerint scelera, accedente homicidio, vel triplicauerint facinus, coherentem mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

3. Item, flamines qui non immolauerunt, sed munus tantum dederunt, eò quòd se à funestis abstinerunt sacrificijs, placuit, in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item, ipsi si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vltèrius eis nõ esse dandam communionem, nõ luisse de dominica communionem videantur.

4. Item, Flamines, si fuerint catechumeni, & se à sacrificijs abstinerunt, post triennij tempora, placuit, ad baptismum admitti debere.

Dist. 50. Si qua femina 5. Si qua femina, furore zeli accensa, flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt intra tertium diem animã cum cruciatu effundat, eò quòd incertum sit, voluntate, an casu, occiderit: si volũtate, post septem annos: si casu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd si infra tempora consti-

tuta, fuerit infirmata, accipiat cõmunionem.

6. Si quis verò maleficio interficiat alterum, eò quòd finè idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impartiedam esse illi communionem.

7. Si quis fortè fidelis, post lapsum mœchiae, post tempora constituta acta pœnitentia, denuò fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

8. Item, femina, quæ nulla præcedente causa, reliquerunt viros suos, & alteris se copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.

9. Item, fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterũ duxerit, prohibeatur, nõ ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quã is quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

10. Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa feminas catechumenas erit obseruandum. (a) Quòd si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui vxorem inculpatam reliquit, & cum duxerit illum ab vxore, quã finè causa reliquit, placuit, huiusmodi in fine dari communionem.

(a) Quòd si ducitur ab eo, qui inculpatam reliquit vxorem, & eum scierit habere vxorem, quam finè causa reliquit: placuit, nec in fine huius dari communionem. Sic habet codex quidam membranaceus.

11. Intra quinquennij autem tempora catechumena si grauitur fuerit infirmata, dandũ ei baptismum, placuit, non denegari.

12. Mater vel parentes, vel quilibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eò quòd alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit eam nec in fine accipere communionem.

13. Virgines, quæ se Deo dedicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eisdem libidini seruièrint, non intelligentes, quid admiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si femetipsas pœnituerint, quòd infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ huiusmodi feminae egerint pœnitentiã, & abstinerint se à coitu, eò quòd lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

14. Virgines, quæ virginitatem suã non custodièrint, si eisdem, qui eas violauerunt, duxerint & tenuerint maritos, eò quòd solas nuptias violauerint, post annũ finè pœnitentiã reconciliari debebũt. Vel si alios cognouerint viros, eò quòd mœchate sint, placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

15. Propter copiam puellarum, gentilibus minimè in matrimoniũ dandæ sunt virgines Christianæ, nõ ætas in flore tumens, in adulterio resoluatur animæ.

Ha-

16. Hæreticis, qui errant ab ecclesia Catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neque Iudæis, neque hæreticis dari, placuit, eò quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parètes, abstinerere per quinquenniu placet.

17. Si qui fortè sacerdotibus idolorum filias suas iuxerint, placuit, nec in fine eis dandam communionem.

18. Episcopi, presbyteri, diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint quòd sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

19. Episcopi, presbyteri, & diaconi, de locis suis negociandi causa non discedant, nec circumeuntes prouincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sanè, ad victum sibi cõquirendum, aut filium, aut libertũ, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittat: & si voluerint negociari, intra prouinciã negocientur.

In dec. Iuo. lib. 3. & dist. 47. Si quis clericorũ.

20. Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit, degradari & abstinerere. Si quis etiã laicus accepisse probat vsuras, & promiserit correptus, se iam cessaturum, nec vltèrius exacturũ, placet, ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab ecclesia sciat se esse proijciendum.

* tanto

21. Si quis in ciuitate positus, per tres dominicas ecclesiam non accesserit, & pauco tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

22. Si quis de catholica ecclesia ad heresim transitum fecerit, rursusq; ad ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam nõ esse denegandam, eò quòd cognouerit peccatũ suum, qui etiã decem annos præstari cõmunio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quòd non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

*ieiunij superpositiones. dist. 98. Oes q in peregr.

23. Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulij & Augusti, ob eorumdem infirmitatem.

vide in Arelaten. concil. 1. cap. 9.

24. Omnes qui peregrè fuerint baptizati, eò quòd eorum minimè sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promouèdos in alienis prouincijs.

25. Omnis qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eò quòd sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoræ ei dandæ sunt literæ.

26. Errorè placuit corrigi, vt omni sabati die ieiuniorum superpositionem celebremus.

27. Episcopus, vel quilibet clericus aliq; aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat: extraneam verò nequaquam secum habeat.

28. Episcopum, placuit, ab eò qui non communicat, munera accipere non debere.

29. Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitur, huius nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neq; permittèdum, vt sua manu in ecclesia ministret.

30. Subdiaconem, eum ordinari nõ debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eò quòd postmodum per subreptionem ad altior gradum non sit promouendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoueantur.

31. Adolescentes, qui post fidem lauacri salutaris, fuerint mœchati, cũ duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad cõmunionem eos admitti debere.

32. Si quis graui lapsu in ruinã mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere finè episcopi consulto, sed potius apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum aut diaconorũ, cõmunionem talibus præstare debere, nisi eis iusserit episcopus.

33. Placuit, in totum prohibere episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinerere se à coniugibus suis, & non generare filios. Quod quicumque fecerit, ab honore clericatũs exterminetur.

34. Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi. Inquietandi enim sanctorũ spiritus non sunt. Qui hæc non obseruaerint, arceantur ab ecclesiæ cõmunionem.

35. Placuit, prohiberi, nõ feminae in cœmeterio peruigilent, eò quòd sepe sub obtentu orationis, scelera latenter committant.

36. Placuit, picturas in ecclesia esse non debere, nõ quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur. In dec. Iuo. lib. 2.

Hic Canon 36. tunc temporis forè ob aliquas causas necessariò vel vtiliter institutus est. At postea in 7. Synodo œcumenica pictura & imagines, atque earum pia veneratio approbata est.

37. Eos, qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandã eis esse communionem. Prohibèdum etiã, nõ lucernas publicè accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à cõmunionem.

38. Peregrè nauigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem (qui lauacrum suum integrũ habet, nec sit bigamus) baptizare, in necessitate infirmitatis positũ catechumenum, ita vt, si superuixerit, ad episcopum eum perducat, vt per manũs impositionem perfici possit.

39. Gentiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manũ imponi, & fieri Christianos.

40. Placuit prohiberi, vt cùm rationes suas accipiunt possessores, quicquid ad idolum

Ium datum fuerit, acceptum non inferant. Si verò post interdictum fecerint, per quinquen-
nii spatia temporis à communione esse ar-
cendos.

41. Admonere placuit fideles, vt, quan-
tùm possunt, prohibeant, nè idola in domi-
bus suis habeant. Si verò vim metuunt ser-
uorum, vel seipfos puros conferuent. Si non
fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

42. Eos, qui ad primam credulitatis fidem
accedunt, si bonæ fuerint cõuersationis, in-
tra biennium temporis, placuit, ad baptis-
mi gratiam admitti debere: nisi infirmitate cõ-
pellente, cõegerit ratio, vel socio subuenire
periclitanti, vel gratiam postulanti.

43. Pravam institutionem emendari pla-
cuit iuxta auctoritatem scripturarum, vt cũ
eius diem pentecostes celebremus. Quod qui
non fecerit, quasi nouam hæresim induxisse
notetur.

44. Meretrix quæ aliquandò fuerit, &
postea habuerit maritum, si postmodum ad
credulitatem venerit, incunctanter placuit
esse recipiendam.

45. Qui aliquandò fuerit catechumenus
per infinita tempora, & nunquam ad Eccle-
siam accesserit, si eum, de clero quisquã agno-
uerit, voluisse esse Christianum, aut testes ali-
qui extiterint fideles, placuit, baptismum ei
non negari, eò quòd in vetere homine deli-
quisse videatur.

46. Si quis fidelis apostata, per infinita
tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamẽ
aliquandò fuerit reuersus, nec fuerit idolo-
latra, post decem annos, placuit, eum cõmu-
nionem accipere.

47. Si quis fidelis habens vxorem, non
semel, sed sæpè, fuerit mœchatus, in fine mor-
tis est conueniendus. Quòd si se promiserit
cessaturum, detur ei communicatio. Si resusci-
tatus, rursus fuerit mœchatus, placuit, ulterius
non edere eum de communione pacis.

48. Emendari placuit, vt hi qui baptizã-
tur, (vt fieri solebat) nummos in concham
non mittant, nè sacerdos, quòd gratis acce-
pit, precio distrahere videatur. Neque pedes
eorum lauandi sunt à sacerdotibus, vel cle-
ricis.

49. Admoneri placuit possessores, vt nõ
patiantur fructus suos, quos à Deo percipi-
unt cum gratiarum actione, à Iudæis bene-
dici, nè nostram irritam & infirmam faciant
benedictionem. Si quis post interdictum
facere usurpauerit, penitus ab ecclesia abij-
ciatur.

50. Si verò aliquis clericus siue fidelis
fuerit, qui cum Iudæis cibum sumpserit, pla-
cuit, eum à communione abstinere, vt debeat
emendari.

51. Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis ve-
nerit, minimè est ad clerum promouendus.
Vel si qui sunt in præteritum ordinati, sinè
dubio deponentur.

52. Si qui inuenti fuerint libellos famo-
sos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

53. Placuit cunctis, vt ab eo episcopo q̄s
recipiat communionem, à quo abstentus in
crimine aliquo fuerit. Quòd si aliquis Epi-
scopus præsumpserit eum admittere, illo ad-
huc minimè sciente vel consentiente, à quo
fuerat communionem priuatus, sciat se huius-
modi causas inter fratres esse cum status sui
periculo præstaturum.

54. Si qui parentes fidem fregerint spõ-
saliorum, triennij tempore abstineant se à
communione. Si tamen iisdem, sponsus vel
sponsa, in illo graui crimine fuerit depræ-
hensi, excusati erunt parentes. Si verò in eo-
dem fuerint vitio, & polluerint se consenti-
endo, superior sententia feruetur.

55. Sacerdotes, qui tantum sacrificantiũ
coronam portat, nec sacrificant, nec de suis
sumptibus aliquid idolis præstant, placuit,
post biennium accipere communionem.

56. Magistratũ verò, anno quo agit du-
umuiratum, prohibere placet, vt se ab Eccle-
sia cohibeat.

57. Matronæ, vel earum mariti, vestimẽta
sua ad ornandam seculariter pompam nõ
dent. Et si fecerint, triennij tempore absti-
neant.

58. Placuit, vbicunquẽ, & maximè in eo
loco, in quo primæ cathedræ constitutus est
episcopus, vt interrogentur hi, qui commu-
nicatorias literas tradunt, an omnia rectè ha-
beant, & suo testimonio comprobent.

59. Prohibendum, nè quis Christianus
aut gentilis, ad idolũ Capitolij, sacrificandi
causã, ascendat & videat. Quòd si fecerit,
pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post
decem annos acta pœnitentia recipiatur.

60. Si quis idola fregerit, & ibidẽ fuerit
occisus, quia in Euangelio non est scriptum,
neque inuenitur ab Apostolis vnquam fa-
ctum: placuit, in numerum eum non recipi
martyrum.

61. Si quis post obitum vxoris suæ, foro-
rem eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquẽ-
nio à cõmunionem placuit abstinere: nisi for-
tè velocius dari pacẽ, necessitas cõegerit in-
firmitatis.

62. Si augur aut pantomimi credere vo-
luerint, placuit, vt prius artibus suis renun-
cient, & tunc demum suscipiantur, itã vt vl-
terius non reuertantur. Quòd si facere con-
tra interdictum tentauerint, proijciantur ab
Ecclesia.

63. Si qua mulier per adulterium, absen-
te marito, conceperit, idque post facinus
occiderit, placuit ei nec in fine dandam esse
communione, eò quòd geminauerit sce-
lus.

64. Si qua mulier, vsque in finem mortis
suæ, cũ alieno fuerit viro mœchata, placuit,
nec in fine dandam ei esse communionem.
Si verò eum reliquerit, post decem annos
reci-

5. q. 1. Si qui
inuenti.

1. q. 1. Emen-
dari placuit.

3. q. 1. Si
qua mu-
lier in

5. q. 6. De-
lator si quis
non nit

recipi ad communionem, acta legitima pœ-
nitentia.

65. Si cuius clerici vxor fuerit mœchata,
& sciat eam maritus suus mœchari, & eã non
statim proiecerit, nec in fine accipiat cõmu-
nionem: nè ab his, qui exemplum bonæ con-
uersationis esse debent, videantur magiste-
ria scelerum procedere.

66. Si quis priuignã suã duxerit vxorẽ, eò
quòd sit incestus, placuit, nè in fine dandã
esse ei communionem.

67. Prohibendum, nè qua fidelis vel ca-
techumena, aut comicos, aut viros scenicos
habeat. quæcunque hoc fecerit, à cõmunio-
ne arceatur.

68. Catechumena si per adulterium con-
ceperit, & cõceptum necauerit, placuit, eam
in fine baptizari.

69. Si quis fortè, habens vxorem, semel
fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere
debere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi
necessitas infirmitatis cõegerit, ante tempus
dare communionem. Hoc & circa fœminas
obseruandum.

70. Si, conscio marito, fuerit mœchata
vxor, placuit, nec in fine dandam ei esse com-
munionem. Si verò eam reliquerit, post de-
cem annos accipiat communionem, si eam,
cũ sciãret adulteram, aliquo tẽpore in do-
mo sua retinuit.

71. Stupratoribus puerorum nec in fine
dandam esse communionem.

72. Si qua vidua fuerit mœchata, & eun-
dem postea habuerit maritum, post quin-
quennij tempus, acta legitima pœnitentia,
placuit, eam communionem reconciliari. Si
aliũ duxerit, relicto illo, nec in fine dandam
ei esse communionem. Vel si fuerit ille fide-
lis, quem accepit, communionem non ac-
cipiat, nisi post decem annos, acta legitima
pœnitentia, nisi infirmitas cõegerit velocius
dare communionem.

73. Delator, si quis extiterit fidelis, & per
delationem eius aliquis fuerit proscriptus
vel interfectus, placuit, eum nec in fine ac-
cipere communionem. Si leuior causa fue-
rit, intra quinquennium accipere poterit com-
munionem. Si catechumenus fuerit, post quin-
quennij tẽpora admittatur ad baptismum.

74. Falsus testis, prout crimẽ est, abstine-
bit: si tamen nõ fuerit mortis, quod obiecit.
Et si probauerit quòd diũ tacuerit, biennij
tempore abstinere. Si autem non probaue-
rit in conuentu clericorũ, placuit, per quin-
quennium abstinere.

75. Si quis autem episcopum, presbyte-
rum, vel diaconem falsis criminibus appõ-
tuerit, & probare non potuerit, nec in fine
dandam ei esse communionem.

76. Si quis diaconum se permiserit ordi-
nari, & postea fuerit in crimine detectus mor-
tis, quòd aliquandò cõmiserit, si spontè fue-
rit confessus, placuit, eum, acta legitima pœ-

nitentia, post triennium accipere cõmunio-
nem. Quòd si alius detexerit, post quin-
quennium, acta pœnitentia, accipere com-
munionem laicam debere.

77. Si quis diaconus, regens plebem sinè
episcopo vel presbytero, aliquos baptizate-
rit, episcopus eos per benedictionem perfi-
cere debebit. Quòd si antè de seculo recesserit,
sub fide, qua quis crediderit, poterit esse
iustus.

78. Si quis fidelis habens vxorẽ, cum Iu-
dæa vel Gentili fuerit mœchatus, à commu-
nionem arceatur. Quòd si alius eum detexerit,
post quinquennium, acta legitima pœnitentia,
poterit Dominicã sociari communioni.

79. Si quis fidelis alea, id est, tabula luse-
rit, placuit, eum abstinere. Et si emendatus
cessauerit, post annum poterit commu-
nionem reconciliari.

80. Prohibendum est, vt liberti, quorum
patroni in seculo fuerint, ad clerũ non pro-
hibendũ uehantur.

81. Nè fœminæ suo potius quàm marito-
rum nominibus, laicis scribere audeant, qui
fideles sunt, vel literas alicuius pacificas, ad
suum solum nomen scriptas, accipiant.

CAPITVLA QVATVOR EX
concilio Eliberino, quæ desumpta ex
Gratiano, non habentur in capi-
tulis præcedentibus.

PRIMUM.

Ante sacram communionem, à propria vxore
quisque contineat.

Omnis homo ante sacram cõmunionem de cõ. dif. 2.
à ppria vxore abstinere debet tres aut quatuor dies. Nec inter Catholicos
connumerabitur, qui in istis temporibus, Pascha, Pentecoste, Natali Domini, nõ com-
municauerit.

SECUNDVM.

Ante quatuordecim annos, nullus iu-
rare cogatur.

Pueri ante annos quatuordecim non co-
gantur iurare. Puella quoquẽ si in puerili
ætate in domo patris, illo nesciente, se iura-
mento constrinxerit, & si pater statim vt au-
diãt contradixerit, vota eius & iuramenta
irrita erunt, & facilius emendabitur.

TERTIVM.

Palea præponitur capitulo huic sinè titulo.
Si qua mulier in mortem mariti sui, cum
alijs cõsiliata sit, & ipse vir aliquem illorũ se
defendendo occiderit, & si probare potest
ille vir eam ream esse consilij, potest (vt no-
bis videtur) ipsam vxorẽ dimittere, & si vo-
luerit, aliã ducere. Ipsa autẽ insidiatrix, pœ-
nitentiæ subiecta, absq; spe cõiugij maneat.

QVARTVM.

Temeritas emendetur, cũ diffinitio in-
cauta soluitur.
Diffinitio incauta laudabiliter soluenda
est. Nec est præuaricatio, sed temeritatis
emendatio.

CONCILIUM ARE-

LATENSE PRIMVM, HABITVM TEMPORE

Constantini Imperatoris I. & Syluestri Papæ primi. Et est Prouinciale.

Arelate, Gallia Narbonensis vrbs inter Salies, Plinio lib. 3. cap. 4. Colonia Sextanorū dicitur, quod est sexta legione milites, coloni ed deducit. Eam iuxta Rhodanū sitam, celeberrimūq; emporio insignem scribit Strabo lib. 4.

CAPITVLA CONCILII

Arelatenfis I.

- Vt vno die & tempore Pascha celebretur. 1
- Vt vbi quisq; ordinatur, ibi permaneat. 2
- Vt qui in pace arma proijciunt, excommunicentur. 3
- Vt aurigæ, dum agitant, excomunicentur. 4
- Vt qui in theatris conueniunt, excommunicentur. 5
- Vt in infirmitate conuersi, manus impositionem accipiant. 6
- De præsidibus, vt cum conscientia episcopi sui communicent. 7
- Vt ex hæresi conuersi, in Trinitate baptizentur. 8
- Vt qui confessorum literas portant, alias accipiant. 9
- Vt cuius vxor adulterauit, ipse aliam nō accipiat. 10
- Vt faming fideles, quæ gentilibus seiunxerunt, excommunicentur. 11
- Vt clerici sceneratores, excommunicentur. 12
- Vt proditores fratrum, vel vaforum, seu scripturarū, cum verberibus deponantur. 13
- Vt falsi accusatores fratrum, vsque ad exitū excommunicentur. 14
- Vt Leuitæ non offerant. 15
- Vt pœnitentes, vbi acceperint onerationē, ibi communicent. 16
- Vt nullus episcopus alium cōculcet episcopum. 17
- Vt diaconus nihil sinē presbytero suo agat. 18
- Vt presbyteri sinē cōscientia episcoporum suorum nihil faciant. 19
- Vt peregrino episcopo locus sacrificadi detur. 20
- Vt sinē tribus episcopis nullus episcopus ordinetur. 21
- Vt clericus alibi transiens, excommunicentur. 22
- Vt apostatæ, qui tardiū reuertuntur, nisi per dignā pœnitentiā non recipiantur. 23

PRO OEMIUM.

Domino & sanctissimo fratri Syluestro episcopo, marinus, vel cœtus episcoporū, qui adunati fuerunt in oppido Arelatenfi: Quæ decreuimus communi concilio, & charitati uē significamus, vt omnes sciant, quid in futurum obseruare debeant.

CAPITVLVM I.

De obseruatione Paschæ Domini, vt vno

die & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta consuetudinem, literas ad omnes tu dirigas.

2 De his, qui in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

3 De his, qui arma proijciunt in pace, placuit, abstinere eos à communionē.

In codice manuscripto peruenit legitur, in bello: videturq; magis consentaneum, tales puniri tanquam desertores.

4 De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit, eos, quandiū agitant, à cōmunionē separari.

5 De theatricis, & ipsos placuit, quandiū agunt, à cōmunionē separari.

6 De his, qui in infirmitate credere volunt, placuit, debere his manum imponi.

7 De præsidibus, qui fideles ad præsidatum impetu profiliunt, ita placuit, vt cū promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamē, vt in quibuscunque locis gesserint, ab episcopo eadem loci cura de illis agatur, vt cū ceperint contra disciplinam publicā agere, tunc demum à cōmunionē excludantur. Similiter & de his fiat, qui rempublicam agere volunt.

8 De Arrianis, qui ppria lege sua vtuntur, vt rebaptizentur, placuit. Si ad ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum. Et si peruiderint, in patre & filio & Spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, vt accipiant Spiritum sanctum. Quod si interrogati, nō responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

Quidam admodum antiqui codices sic habent hunc Canonem: De Afris, quod propria lege sua vtuntur, vt rebaptizent, placuit, vt si ad Ecclesiam & c.

9 De his, qui confessorum literas offerunt, placuit, vt sublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

10 De his, qui cōiuges suas in adulterio depræhendunt, & ijdem sunt adolescentes fideles, & prohibetur nubere: placuit, vt in quantum potest, consilium eis detur, nē, uiuentibus vxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

11 De puellis fidelibus, quæ gentilibus iunguntur, placuit, vt aliquanto tempore à cōmunionē separentur.

12 De ministris qui scenerantur, placuit, eos, iuxta formā diuinitus datam, à cōmunionē abstinere.

13 De

*bello

*charitati tuæ

De cō. dif. 3. De obser-

De cō. dif. 4. De Arrianis.

Simile in concilio Eliberino, cap. 25.

14. 9. 4. Ministri, q. tot. Luc. 6. e

13 De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, vt, quicumq; eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoueat.

Nam si ijdem aliquos ordinasse fuerint depræhensi, & de his, quos ordinauerunt, ratio subsistit, non illis obsit ordinatio: quoniam multi sunt, qui contra ecclesiasticam regulā pugnare videntur, & per testes redēptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittatur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint, omni se suspicionē carere.

14 De his, qui falsō accusant fratres suos, placuit, eos vsque ad exitum non communicare, sed falsum testem, iuxta scripturam, in punitum non licere esse.

15 De diaconibus, quos cognouimus multis locis offerre, placuit, minime fieri debere.

16 De his, qui pro delicto suo à cōmunionē separatur, ita placuit, vt quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco cōmunionem consequantur.

17 Vt nullus Episcoporum alium Episcopum conculcet.

18 De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris referretur.

19 Vt presbyteri sinē cōscientia episcoporum nihil faciant.

20 Vt peregrino episcopo locus sacrificandi detur.

21 De his, qui vsurpāt sibi, quod soli debeat episcopum ordinare, placuit, vt nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum alijs septem episcopis. Si tamen nō potuerint septem, sinē tribus fratribus non audeant ordinare.

22 De presbyteris, aut diaconibus, qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transferunt, placuit, vt his locis ministrent, quibus præfixi sunt. Qui si relicto loco suis, ad alium locum se transferre voluerint, deponantur.

23 De his qui apostatant, & antequam se ad ecclesiam repræsentent, nec quidē pœnitentiam agere quærent, & postea infirmitate correpti, petunt cōmunionē, placuit, eis non dandam cōmunionem, nisi reuoluērint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

CONCILIUM GAN-

GRENSE, CELEBRATVM TEMPORE SYLVESTRII

Papæ primi, circa annum Domini 324. in Paphlagonia seu regione Peflagorum.

Est Prouinciale, sed approbatum in 6. Synodo generali, Constantino poli in Trullo celebrata.

Gangra, ciuitas est Paphlagonia in minori Asia, a Deiotaro Castoris filio iusto imperio occupata. Vide Strabonem libr. 12. & Plinium libro 6. cap. 2.

ARGVMENTVM EX GRATIANO IN CONCILIO GANGRENSE.

Synodus Gangrensis post Nicenā legitur fuisse, in qua patres 16. statuerunt canones 20. propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maximē contra Eustathium, qui dicebat, quod nullus in cōiugali gradu positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ possideret, spem vllam ad Deum haberet. Et multa alia venenosa, quæ enumerare longum est. Et infra in alio loco. Item opponitur ex concilio Gangrensi, Si quis discernit presbyterū coniugatū tanquam occasione nuptiarū, quod offerre nō debeat, & ab eius oblatione idē abstinere, anathema sit. Sed notandum est, inquit, quod secundum Isidorum, pleraq; capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona cōsideranda sunt. Hinc etiā Gregorius ait: Regulæ sanctorum patrum pro tempore, loco & persona & negotio, instate necessitate, traditæ sunt. Illud ergo, quod in concilio Gangrensi legitur, ex causa cōsideratur & ex tempore. Causa fuit hæresis Ma-

nichæorum, qui coniugium detestabantur. Sicut etiā quorundā superstitione, multa in Catholicorum detestationem introduxisse inuenitur, contra quos in Gangrensi concilio statutum legitur. Hæc Gratianus.

Qua occasione Gangrensis Synodus celebrata sit, apud Nicephorū historia Ecclesiastica li. 9. ca. 16. his verbis exponitur: Apud Armenios verō & Paphlagonas, atq; in Ponti montibus monasticam philosophiam colere primū cepisse Eustathius fertur, qui Sebastia Armeniorum sacris Ecclesia rebus præfuit. Et post pauca: Vulgatum porro de eo est, nimis eum exacta cura & diligentia in absurdas quoque impiegiisse obseruationes, Ecclesiastico Canonis minime accommodatas. Sunt tamen, qui eum reprehensionem excimunt, & quosdam ex sceleratoribus eius eo nomine accusant. Nam illi precatonibus in domibus virorum, qui in matrimonio viuerent, etiam si presbyteri essent, operari recusarunt, eosq; nec alloquio dignati sunt. Diebus quoque Dominicis ieiunia seruauerunt, & conuentus ecclesiasticos plurimum domi egerunt. Locupletes, extorres prorsus regno calorū esse duxerunt. Qui vel semel carnes edissent, eos repudiauerunt. Vestitum monachorum aliorum consuetum reijcientes, nouo atque insolito amictu sunt vsi. Sed & alia multa non auerunt. Ab his multa non obscuro loco nata femina seducta, sub continentia

Prou. 19. a

Dif. 17. Prima anno-tatio.

Dif. 28. Si quis discernit.

Dif. 29. Scilicet.

Dif. 29. Regule sanctorum. Dif. 30. cap. Illud autem quod in canone,

inentia prae-textu maritos suos, quibus adolefcen- rula nupserant, reliquere. Postea autem, cum con- imere se non possent, in libidinis lubricu sunt con- iecta. Fuere ex eis, quae capillo cefo, quod mulieri- bus fas non est, virilem habitum sumpsere. Horum gratia ab episcopis finitimis Gangrensis apud Pa-

plagones Synodus coacta est. &c. Videat lector plura loco memorato: itemq; eiusdem libri ca. 45. ubi absurda Eustathij huius dogmata aperius enumerantur: inter quae etiam illud est, quod stata ieiunia auersatus, Dominicis diebus potius ieiunandum esse docuit.

TITVLI CAPITVLORVM GANGRENSIS CON- cilij, secundum diuerfas translationes.

- EDITIO PRIMA. De his, qui nuptias damnant. 1 De his, qui carnes manducantes damnant. 2 Non debere seruum, occasione religionis, dominum contemnere. 3 De oblatione presbyteri coniugati. 4 Orationes ecclesiae non debere contemni. 5 Non debere extra ecclesiam congregari. 6 De fructibus in ecclesiam, & non alibi, dan- dis. 7 De his, quae in vsu pauperum conferuntur. 8 Virginitati studentem, non debere nuptias execrari. 9 De his, qui pro virginitate superbiunt. 10 Agapen fratrum non debere contemni. 11 De continentibus & vsu palliorum. 12 Non debere mulierem, continentiae causa, virilem habitum vsurpare. 13 Non debere, condemnantem nuptias, a viro discedere. 14 Non debere quenquam continentiae causa filios suos negligere. 15 Ne filij, occasione religionis, parentes suos despiciant. 16 Caput tondere, mulieri non licere. 17 Non debere die dominico ieiunare. 18 Non licere, communia ieiunia soluere. 19 Communicandum in basilicis martyrum. 20

- EDITIO SECVNDA. De his qui nuptias execrantur. 1 De his, qui abominantur, qui carnibus ve- scuntur. 2 De seruis, qui iugum famulatus abijciunt, Christianitatis obtentu. 3 De presbyteris, qui habere coniugia. 4 De his, qui ab ecclesia conuentus spernen- dos aestimant. 5 De his, qui ecclesiastica ministeria praeter ec- clesiam faciunt. 6 De fructuum oblationibus, quae ministris ecclesiae conferuntur. 7 De his, quae in vsu pauperu conferuntur. 8 De his, qui in virginitate, continentiaq; per- sistunt. 9 De his, qui pro virginitate superbiunt. 10 De his, qui agapas, id est, pastiones pauperu, risui deputant. 11 De his, qui pallijs vtuntur, & idcirco super- biunt. 12 De mulieribus, quae vtuntur virilibus indu- mentis. 13 De his, qui velut peccatum, copulam dese- runt nuptiarum. 14 De his, qui Christianitatis obtentu, despici- unt filios. 15 De his qui patres, Christianitatis occasione, contemnunt. 16 De mulieribus, quae se attendent, Christia- nitatis obtentu. 17 De his, qui dominico die ieiunant, tanquam nihil praeter ceteris diferente. 18 De his, qui ecclesiastica ieiunia absque ne- cessitate dissolunt. 19 De his, qui collectas, quae sunt in marty- rum comemorationibus, execrantur. 20

EPISTOLA SEV PROOEMIUM CONCILII GANGRENSIS. Dominis honorabilibus consacerdo- tibus, in Armenia constitutis, coepisco- pi Eusebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Aelianus, *Bithynicus, Olympius, Bassianus, Basilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugeni- us, Osius Corbuben, *Proaeresius, Bassus, qui conuenerunt in Gangrensi concilio, in Domino salutem: Quoniam conueniens sancta Synodus episcoporu in ecclesia Gan- grensi, propter quasdam Ecclesiasticas & ne- cessarias causas inquirendas, & ea, quae secun- dum Eustathium gesta sunt, dinoscenda, in- uenit multa fieri indecenter ab his, qui eun- dem Eustathiu sequuti sunt, necessariu sta- tuit, palam omnibus factis, amputare vni-

*Bitenius *Proferius *Prestius

praesumere celebrare: Adhuc etiam vestibus communibus spretis, nouos etiam & infoli- tos habitus assumpsisse: Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum, quas veteru institutio ecclesijs tribuit, sibi vindicasse, id est, propria rationatione doctrinae, tanquam sanctis, sibi eas offerri debere, apud se & inter se dispensandas: Seruos, a dominis recedentes, per hunc inusitatum religionis more, dominos contempsisse: Mulieres quoque, praeter consuetudinem & sui sexus or- natum, hinc se iustificari credentes, virilem habitum suscepisse, pluresq; earum, occasio- ne religionis, tonsas, genuini decoris comas penitus amputasse: Ieiunia, quae in ecclesia praedicantur, contemnenda asseruisse: Non- nullos eorum, etiam cibos carniu tanquam illicitos reputasse: In domibus coniugatoru, nec orationes quidem debere celebrari, per- suasisse intantum, vt easdem fieri vetent, & oblationibus, quae in domibus factae fuerint, minimè communicandum esse decernant: Presbyteros vero, qui matrimonia cotraxerunt, sperni debere dicunt, nec sacramenta, quae ab eis conficiuntur, attingi: Loca san- ctorum martyrum vel basilicas contemnere, & omnes qui illuc conueniunt, repraehen- dere: Diuites fideles, qui non omnibus renun- ciant quae possident, spem apud Deum non habere: Et multa alia, quae enumerare nulli possibile est, singulos quoque eoru pro suo arbitrio constituere. Vnumquenque enim eorum, tales institutiones ab ecclesiastico ca-

none recedentes, tanquam proprias leges si- bimet condidisse. Sed nec communis his omnibus & vna sententia est. Singuli enim, prout videtur & libet, ad accusationem ec- clesiae nitendo, tanquam rector non fit, vel addunt decreta, vel minuunt. Propterea ergo coactum est hoc concilium, in Gangrensi ecclesia habitum, vt canones istos expone- ret, quibus probatur memorati extra eccle- siam esse. Quod si per poenitentiam con- demnauerint omnia haec, quae male senserunt, tanquam a se non bene prolata, acceptabiles fiant: atq; ideo singula, quae debeant conde- mnare, synodus credidit exponenda. Quod si quis renuerit haec, quae hodie constituta sunt, tanquam hereticus & anathematizatus & damnatus abijciatur. Et erit non solum in- communicatus, verum etiam & ab ecclesia ha- beatur extorris, donec deprecetur episcopu, & de vniuersis, quae penes eos detecta atque deprehensa sunt prodiderit, quid horu sus- ceperit obseruandum.

Episcopi huius concilij supradicti, alias nume- rantur, ordinantur, & vocantur ad hunc modum. Eusebius, Alpius, Philetus, Eulalius, Pap- pus, Basilius, Bithynicus, Heratius, Ipatius, Bassus, Eugenius, Gregorius, Eilianus, Pres- bus, Eugenius. Alias vero ad istum: Eusebius, Olympius, Aelianus, Basilius, Eulalius, Gregorius, Papius, Bassus, Eugeni- us, Bithynius, Heracles, Presbus.

Luc. 14. g

CAPITVLA CONCILII GANGRENSIS SE- cundum triplicem editionem.

EDITIO j. CAP. I. SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelē ac religiosam de- testatur, aut culpabilem aesti- mat, velut quae in regnu DEI introire non possit, anathe- ma fit. CAP. II. Si quis carnem edentem, praeter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione & fide conde- mnat, velut spem ppter hui- usmodi perceptionem non habentem, anathema fit. CAP. III. Si quis seruum, praetextu diuini cultus doceat Domi- num contemnere, proprium, vt discedat ab eius obsequio, nec ei

Dist. 37. Si quis vitu- perat. Dist. 30. Si quis nu- ptias in ac.

Dist. 30. Si quis car- nem man.

EDITIO ij. CAP. I. SI quis nuptias in accusa- tionē deduxerit, & mu- lierem fidelē ac religiosam, cum viro suo dormientem, abominandā crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in re- gnum DEI ingredi, anathe- ma fit. CAP. II. Si quis carnē manducan- tem ex fide cū religione, praeter sanguinē, & idolo immo- latum, & suffocatu, credide- rit condemnandū, tanquam spem non habentem, qui eas manducat, anathema fit. CAP. III. Si quis seruum alienū, oc- casione religionis, doceat do- minū suū debere contemne- re, & eius ministerium desti- tuere,

17. q. 4. Si quis alienū.

ei cum benevolentia & omni honore deseruiat, anathema fit.

CAP. IIII.

Quicumque discernit à presbytero, qui vxorem habuit, quòd non oporteat, eo ministrante, de oblatiõe percipere, anathema fit.

Di. 30. Si quis docet do.

CAP. V.

Si quis docet, domũ Dei contemptibilem esse, & conuentus qui in ea celebrantur, anathema fit.

Di. 30. Si quis extra ecclē.

CAP. VI.

Si quis extra ecclesiam forsũm cõuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, nõ conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema fit.

CAP. VII.

Si quis oblationes ecclesie extra ecclesiam accipere vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia cõmissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema fit.

CAP. VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiã pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema fit.

CAP. IX.

Quicumque virginitatem custodiens, aut continentie studens, velut horrefcēs, nuptias temerat, nec, ppter hoc, quòd bonum & sanctũ est, nomen virginitatis assumit, anathema fit.

CAP. X.

Si quis ex his, qui virginitatem propter Dominũ seruant, extollitur aduersũm coniugatos, anathema fit.

Dist. 42. Si quis despiciat.

CAP. XI.

Si quis despicit eos, qui fideliter

omni honore domino suo inferuire, sit anathema.

CAN. 4.

Si quis de presbytero qui vxorem duxit, contendat, non oportere eo sacra celebrante oblationi communicare, sit anathema.

CAN. 5.

Si quis docet domum dei esse contemnendam, & quæ sunt in ea congregationes (συνοχαι) sit anathema.

CAN. 6.

Si quis præter ecclesiam vult ecclesiam habere, & contemnens ecclesiã, vult ea quæ sunt ecclesiæ agere, non conueniente presbytero de Episcopi sententia, sit anathema.

CAN. 7.

Si quis vult fructus ecclesie oblatos accipere vel dare extra ecclesiam, præter Episcopi sententiam, vel eius cui cura eorum tradita est, & nõ cũ eius sententia ea velit agere, sit anathema.

CAN. 8.

Si quis dat vel accipit fructus oblatos præter Episcopum, vel eum qui est constitutus ad beneficentiã dispensationẽ, & qui dat, & qui accipit, sit anathema.

CAN. 9.

Si quis vulgò sit vel continens, à matrimonio tanquã abominando recedens, & nõ ppter ipsam virginitatis puritatem & sanctitatem, sit anathema.

CAN. 10.

Si quis eorũ, qui sunt virgines propter Dominum, insultet in eos qui vxores duxerunt, sit anathema.

CAN. 11.

Si quis contemnat eos, qui agerunt

tuere, ac potius nõ docuerit, eum suo domino bona fide & cum omni honorificentia deseruire, anathema fit.

CAP. IIII.

Si quis discernit presbyterum cõiugatum, tanquã occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione idẽ se abstinet, anathema fit.

CAP. V.

Si quis docet, domum dei contemptibilem esse debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema fit.

CAP. VI.

Si quis extra ecclesiã priuatim populos congregans, cõtemnat ecclesiasticas sanctiones, aliterq; ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non cõueniente presbytero, iuxta decretum Episcopi, ipsamq; ecclesiã apud se, sine consilio episcopi, & sine presbytero agat, anathema fit.

CAP. VII.

Si quis oblationes fructuum, vel primitias ecclesie debitas, voluerit extra ecclesiam accipere, aut dare præter conscientiam episcopi, vel huius, cui huiusmodi officia commissa sunt, & non magis cũ consilio eiusdẽ hæc agenda putauerit, anathema fit.

CAP. VIII.

Si quis dederit, vel acceperit fructuum oblationes extra episcopũ, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandã misericordiã pauperibus, qui dat, & qui accipit, anathema fit.

CAP. IX.

Si quis vel virginitatem, vel continentiam professus, tanquã abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quòd continentie & virginitatis bonum sit sanctumque propositũ, anathema fit.

CAP. X.

Si quis propter Deũ virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema fit.

CAP. XI.

Si quis contemnendos duxerit

Dist. 28. Si quis discernit.

Di. 30. Si quis vel continens, aut continentiam professus, tanquã abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quòd continentie & virginitatis bonum sit sanctumque propositũ, anathema fit.

Di. 30. Si quis propter Deum.

liter agapes, i. cõiuuiã pauperib; exhibet, & ppter honorem Dei cõuocant fratres, & noluerit cõmunicare huiuscemodi vocatiõib;, paripeds qd gerit, anathema fit.

Cap. 12.

Si quis viroũ propter continentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quasi p hoc habere se iustitiam credēs, & despicit eos, qui cum reuerentia & byrrhis & alijs communibus & solitis vtuntur, anathema fit.

Cap. 13.

Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, amictũ mutat, & pro solito muliebri amictũ virilem sumit, anathema fit.

Ibidem.

Cap. 14.

Si qua mulier, virum proprium relinquens, discedere voluerit, nuptias execrans, anathema fit.

Cap. 15.

Si quis filios suos relinquit, nec eos alit, nec quantũ in se est, ad conuenientem pietatẽ religionemq; adducit, sed exercitatiõis pretextu negligit, sit anathema.

Cap. 16.

Quicumque filij à parentibus, pretextu diuini cultũ, abscedũt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, qui diuinum cultum sibi proculdubio præferunt, anathema fit.

Cap. 17.

Si qua mulier, propter diuinum cultũ (vt estimat) crines attondeat, quos ei Deus ad subiectionis materiam tribuit, tanquã præceptũ dissoluens obedientie, anathema fit.

Cap. 18.

Si quis propter continentiam, quæ putatur, aut cõtuitiam, in die dominico ieiunat, anathema fit.

Cap. 19.

Si quis eorum, qui continentie student, absq; necessitate corporea, tradita in cõmune

agapas ex fide faciũt, & propter Dei honorẽ fratres conuocant, & nolit vocationibus communicare, quòd id quod fit, vilipendat, sit anathema.

Can. 12.

Si quis vir propter eam quæ existimatur exercitacionem, amiculo (περιβολαιον) vtitur, & tanquã habens ex eo iustitiam, eos condemnet, qui cum pietate beros ferũt, (Berros, videtur Balsamõ Episcopus Antiochenus, hunc locũ interpretas, vocare vestes ex ferico cõtextas) & alia cõmuni & cõfuetã veste vtuntur, sit anathema.

Can. 13.

Si qua mulier, propter eam quæ existimatur exercitacionem, vestẽ mutet, & pro cõfueto muliebri indumẽto virile accipiat, sit anathema.

Can. 14.

Si qua mulier relinquit maritum, & vult recedere matrimonium abhorrens, sit anathema.

Can. 15.

Si quis suos liberos relinquit, nec eos alit, nec quantũ in se est, ad conuenientem pietatẽ religionemq; adducit, sed exercitatiõis pretextu negligit, sit anathema.

Can. 16.

Si qui filij à parẽtibus, maxime fidelibus, pretextu pietatis recesserint, & parẽtibus quẽ par est honorẽ nõ tribuerint, apud eos s. præposita in Deũ pietate, sint anathema.

Can. 17.

Si qua mulier, propter eam quæ existimatur pietatẽ, tondeat comam, quã Deus ei dedit ad recordationẽ subiectionis, vt quæ subiectionis præceptũ dissoluat, sit anathema.

Can. 18.

Si quis propter eam, quæ existimatur, exercitacionem in Dominico ieiunet, sit anathema.

Can. 19.

Si quis eorũ qui exercetur, absq; corporali necessitate se insolenter gerat, & tradita ieiunia

herit agapẽ facientes, & propter honorem Dei fratres ad se pauperes conuocantes, & noluerit cõmunicare vocatiõibus eorũ, tanquã nihili, quod fit, ducēs, anathema fit.

Cap. 12.

Si quis viroũ putauerit sancto proposito (id est, continentie) conuenire, vt pallio vtatur, tanquã ex eo iustitiam habiturus, & reprehendat vel iudicet alios qui cum reuerentia byrrhis vtũtur & alia veste cõmuni, quæ in vsu est, anathema fit.

Cap. 13.

Si qua mulier, suo proposito vile iudicãt, vt virili veste vtatur, ad hoc viri habitũ imitatur, anathema fit.

Cap. 14.

Si qua mulier, derelicto viro, discedere voluerit, soluto vinculo cõiugali nuptias cõtemnendo, anathema fit.

Cap. 15.

Si quis dereliquerit, p prios filios suos, vt nõ eos alat, atq; eis secũdũm pietatẽ necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentię negligendos putauerit, anathema fit.

Cap. 16.

Si qui filij parẽtes, maxime fideles, deseruerint, occasiõe dei cultũ, hoc iustũ iudicantes esse, & nõ potius debitum honorẽ parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis veneretur, quòd fideles sunt, anathema fit.

Cap. 17.

Quæcunq; mulier, religioni iudicans conuenire, comã sibi amputauerit, quam deus ad velamẽ eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquã resoluens iura subiectionis, anathema fit.

Cap. 18.

Si qs, tanquã hoc continentię cõuenire iudicãt, die dñi co ieiunauerit, aut in eiusdẽ diei cõtemptrũ, anathema fit.

Cap. 19.

Si quis eorum, qui in proposito sunt continentie, præter necessitatem corporalem,

Dist. 30. Si quis viroũ.

Dist. 30. Si quis dereliquit.

Dist. 30. Si qui filij.

Di. 30. Quæcunq; mulier.

Di. 30. Si quis tanquã hoc.

mune ieiunia, & ab Ecclesia custodita superbiēdo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

Cap. 20.

Si quis superbiæ v̄sus affectu, conuentus abominatur, qui ad confessiones martyriū celebratur, & ministeria quæ in eis fiunt, simul cum eorum memorijs execratur, anathema sit.

ieiunia, quæ communiter feruantur ab Ecclesia, dissoluat, perfecta in eo residente ratione, sit anathema.

Can. 20.

Si quis arrogantia vtēs, & martyriū congregationes abhorrens, & sacra quæ in eis celebratur, & eorum memorias accuset, sit anathema.

& supbiens, ieiunia cōmunia toti Ecclesiæ putauerit cōtēnēda, perfectā in sua sciētia vidicās rationē, anathema sit.

Cap. 20.

Si quis per superbiam, tantam perfectū se existimans, conuētus, qui per loca & basilicas sanctorū martyriū sūt, accusauerit, vel etiā oblationes, quæ ibidē celebratur, spernēdas esse crediderit, memoriasq; sanctorū contēndas putauerit, anathema sit.

Dist. 30. Si quis per superbiam.

Can. 21.

Et subscripserunt suprā nominati xvj. Episcopi.

Et subscripserunt suprā nominati sexdecim Episcopi.

Dist. 30. Hęc autem scripsimus.

Hęc autem scripsimus, nō, qui in Ecclesia Dei se cūdum scripturas sanctum propositum continentia eligunt, vituperantes, sed eos, qui abutuntur proposito in superbiam, & extolluntur aduersus simplices, abscindimus, & damnamus eos, qui aduersum scripturas & ecclesiasticas regulas, noua introducūt p̄cepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus, & renunciationem secularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus, & diuitias cū iustitia & operibus bonis non spernimus, & habitum simplicem ac vestem viliozem, pro corporis diligentia infucatum, laudamus, sicut etiā solutas ac fractas in vestibus processiones reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conuētus qui in his fiunt, tanquam sanctos & vtilis suscipimus, pietatem in priuatis domibus nō claudentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum, honoramus, & cōgregationem in eadem Ecclesia, factā pro vtilitate cōmuni, recipimus. Et bona opera, quæ supra vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ per sanctas scripturas, & per Apostolos sunt tradita, in Ecclesia celebrari exoptamus.

Hęc autem scribimus, nō eos abscindentes, qui in Dei Ecclesia volūt secundum scripturas in continentia & pietate exerceri: sed eos, qui p̄textum exercitationis ad arrogantiam assumunt, aduersus eos qui simplicius viuūt, se efferētes, & p̄ter scripturas Ecclesiasticasq; canones nouitates inducunt. Virginitatem itaque vnā cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum pietate & grauitate exercetur, admittim: & à secularibus negocijs cessum, cū humilitate suscipimus: & honorabile matrimonij cōiunctionem honoramus, & diuitias cum iustitia & beneficentia non vilipendimus, & vestium vilitatē, p̄pter corporis tantum curam minimē curiosam ac operosam laudamus: dissolutos autē & molles in vestibus incessus auerfamur, & domos dei honoramus, & qui fiunt in ijs cōuentus, vt sanctos & vtilis recipimus, non pietatem in domibus includentes, sed omnē locum in Dei nomine ædificatum honorantes, & quæ sit in ipsa ecclesia, congressionē ad publici vtilitatem recipimus, & insignes fratrum beneficentias, quæ tanquam secundum traditiones fiunt per ecclesiam in pauperes, laudamus: & vt semel dicamus, quæ à diuinis scripturis & Apostolicis traditionibus tradita sunt, in ecclesia fieri optamus.

Hęc autē scripsimus nō abscindentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas, sanctorum, propositū continentia eligunt, sed eos, qui suscipiunt habitū eius, & in superbiam efferūt aduersus eos, qui simpliciū viuunt. Sed & hos cōdemnamus, qui se extollūt aduersus scripturas & ecclesiasticos canones, & noua introducūt p̄cepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimā dicimus, & renunciationem secularium negotiorū atq; actū cum humilitate & approbādo laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secundum castitatem secum perdurat, honoramus, & diuites cum iustitia & operibus bonis non abijcimus, & parsimoniam cum veste humili non reprobamus, sicut etiā ornatum, p̄ter corporis diligentiam, infucatum laudamus. Dissolutos autē & fractos in vestibus incessus, nō recipimus, & domos Dei honoramus, & cōuentus qui in his fiunt, tanquam sanctos & vtilis recipimus, pietatē in priuatis domibus nō cōcludentes, omnem locum in nomine Dei ædificatū, honoramus, & cōgregationē in Ecclesia factā ad vtilitatē cōmuni, recipimus, & bona opera, q̄ iuxta vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiōes beatificamus, & oīa q̄ cōueniunt traditionibus apostolicis, & sanctorū scripturarū p̄ceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

Dist. 41. Parsimoniam cum veste.

Finiunt capitula Concilij Gangrensis,

CON-

CONCILIVM ARELAE = 375

TENSE SECVDVM, TEMPORE SYLVESTRI

Papæ primi. Et est Prouinciale.

TITVLI CAPITVLORVM concilij Arelatē secundi.

- De neophytis clericis non ordinandis. 1
Qualiter coniugati ad sacerdotium prouehantur. 2
Vt nullus clericus, aut diaconus, in solatio suo extraneam habeat mulierem. 3
Vt nullus clericus in cellario vel in secreto intromittat puellam. 4
Vt Episcopus quum ordinatur, cum consensu metropolitani, tres eum ordinent Episcopi. 5
De Episcopo, qui sine metropolitani consensu fuerit ordinatus. 6
De his, qui seipfos abscindunt. 7
De his, qui excommunicatos alterius suscipiunt. 8
Vt Nouatianus in communionem non suscipiantur. 9
De his, qui in persequutione prauaricati sunt. 10
De his, qui pœnis victi, sacrificare compulsi sunt. 11
De his, qui in pœnitētia positi, vitam excesserunt. 12
Vt nē quis qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam. 13
Nē clericus vsuram accipiat. 14
Nē diaconus coram presbytero sedeat, vel eucharistiam tradat. 15
Vt Photiniani & Paulianistę baptizētur. 16
Vt hæretici, qui in Trinitate baptizati sunt, cum chrismate & manūs impositione recipiantur. 17
Vt metropolitani arbitrio synodus congregetur. 18
Vt nulli Episcopo liceat à synodo deesse, vel ante peractam synodum discedere. 19
De aurigis & theatricis fidelibus. 20
Si post acceptam pœnitentiam quis nupsierit. 21
Vt pœnitentia coniugatis ex consensu detur. 22
De sacerdotibus, qui idololatriam nō exenterunt. 23
De accusatoribus fratrum. 24
De apostatis, si non reuertuntur. 25

Plura inferius capitula synodi huius, quam hic tituli, habentur.

Et primò assignantur nomina eorum, qui interfuerunt.
Celebratum est autem idem concilium tempore beati Syluestri papæ primi, & Constantini Imperatoris, circa annum Domini 326, Volusiano & Anniano viris clariss. coll.
Ex prouincia Sicilia, ciuitate Syracusana, Sixtus Episcopus, & Florus diaconus.
Ex prouincia Campania, ciuitate Capuana, Protus eps, & Tuta & Agrippa diaconi.
Ex prouincia Apulia, ciuitate Arpiensium, Pardus episcopus, Crescens diaconus.

- Ex prouincia Dalmatiæ, ciuit. Aquileia, Theodorus Episcopus, Agathon diacon.
Ex vrbe Roma, quos Syluester episcopus misit, *Claudianus & Auitus presbyteri, Eugenius & Quiriacus diacon.
Ex prouincia Italia, ciuitate Mediolanē, Orosius episcopus, Nazareus lector.
Ex prouincia Viennensi, ciuitate Arelate, *Maurinus episcopus, Salanas presbyter. *Marinus Nicetus, Apher, Vranus, & Petrus diacones.
Ex eadem prouincia, ciuitate Vienna, Verus Episcopus, Bedas exorcista.
Ex eadem prouincia, ciuitate Vasioenē, Dammas episcopus, Victor exorcista.
Ex eadem prouin. ciuitate *Arauscorum, *Faustinus presbyter.
Ex eadem prouin. ciuitate *Carpentoraco, Innocentius diaconus, Agapius exorcista.
Ex prouin. Galliarum, ciuitate Remorum, *Ibethanius episcopus, *Prigenus diacon.
Ex eadem prouin. ciuitate Rathomageñ, *Anicianus episcopus, Nicetius diaconus.
Ex eadem prouin. ciuitate *Augustudimo, Rheticus episcopus, Amandus presbyter, Philomatis diaconus.
Ex eadem prouin. ciuitate *Niueduno, *Euotius episcopus, *Pitulus exorcista.
Ex eadem prouin. ciuitate Agrippina, Maternus secundus Episcopus, *Mauricius diaconus.
Ex prouin. Aquitaniæ prime, ciuit. *Gabali, Genialis episcopus.
Ex prouincia Aquitaniæ secundæ, ciuit. Burdegalia, Orientalis Episcopus, Flavius diaconus.
Ex ciuitate Treuirorum, *Agritius episcopus, & Felix exorcista.
Ex prouin. Narbonē, ciuitate *Bitteren, *
Ex eadem prouin. ciuitate Tolosa, Martinus episcopus, Leontius diaconus.
Ex prouin. Britannia, ciuitate Londinē, Restitutus episcopus.
Ex prouin. Bizacena, ciuit. Tubernicē, Eburius Episcopus.
Ex eadem prouin. ciuitate Culucitana, Adelphius.
Ex ciuitate Emerita, Liberius episcopus, Florentius diaconus.
Ex Hispania, ciuitate Orcelis, *Naialis presbyter, *Ceterius diaconus.
Ex prouincia Hispania, ciuitate Bætica, *Sabinus presbyter.
Ex eadem prouincia, ciuitate Tarracona, Probatas presbyter, Castorius diacon.
Ex eadem prouincia, ciuitate Cēsaraugusta, Clemētius presbyter, *Rouinus exorcista.
Ex ciuitate Tebesteñ, *Trimanus presbyter, Victor diaconus.
Ex pro. Mauritaniæ Cēsareenē, ciuit. Cēsareenē, Fortunatus episcopus, Deuterius diacon.

*Claudius & Vitus.

*Marinus

*Arauscorum

*Betaufius

*Prigenus

*Auidamus

*Augustuduno

*Heluiduno

*Euodius

*Votius

*Pitolinus

*Maurinus

*Vagalij

*Agricius

*Sauinus

*Rufinus

*Teneften

*Termausius

- Ex provin. Sardinia, ciuitate Carali,
- *Quintianus Ex provin. Aphrica, ciuitate Carthagine,
- *Oeneſ. Ex eadem prouincia *Onina,
- *Vtina, Ex eadem prouincia, ciuitate *Vtica,
- *Vegeſiliana Ex eadem prouincia, ciuitate *Begeſilitana,
- *Turbuſtina Ex eadem prouincia, ciuitate *Turburineſ,
- *Suffeſuleſis Ex eadem prouincia, ciuitate *Sitifeſ,
- *Cofloréſis Surgentius Epifcopus.
- *Cocofeltis Ex prouin. Numidia, ciuitate Volubilis,
- *Cofluenta Viſtor Epifcopus.
- Ex eadem prouincia, ciuitate Vireſ,
- Vitalis Epifcopus.
- Ex prouincia Romana, ciuitate Portueſ,
- Gregorius Epifcopus.
- Ex eadem prouincia, ciuitate Centumcellis,
- Epitatus Epifcopus.
- Ex eadem prouincia, ciuitate Oſtieſ,
- Leontius & Macarius preſbyteri.

CAPITVLA EIVS-DEM CONCILII. CAPITVLVM PRIMVM.

- Ordinari ad diaconatus vel ſacerdotij officium, neophytum non debere.
- 2 Aſſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo coniugij conſtitutum, niſi fuerit promiſſa conuerſio.
- 3 Si quis clericus à gradu diaconatus, in ſolatio ſuo mulieré, præter auiam, matrem, ſororem, filiam, neptem, vel conuerſam ſecú vxorem, habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur. Par quoq; & mulierem (ſi ſe ſeparare noluerit) pœna percellat.
- 4 Nullus diaconus, vel preſbyter, vel epifcopus, ad cellarij ſecretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.
- 5 Nullus Epifcopus ſine metropolitani permiſſu, nec Epifcopus metropolitani ſine tribus epifcopis comprouincialibus, præſumat Epifcopum ordinare, ita vt alij comprouinciales epifcopis admoneatur, vt ſe ſuo reſponſo conſenſiſſe ſignificent. Quod ſi inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, maiori numero metropolitani in electione conſentiat.
- 6 Illud autem ante omnia clareat, eum qui ſine conſcientia metropolitani conſtitutus fuerit Epifcopus, iuxta magnam ſynodum eſſe epifcopum non debere.
- 7 Si qui ſe, carnali vitio repugnare neſcientes, abſcindunt, ad clerum peruenire non poſſunt.
- 8 Si quis excommunicatum alterius, ſiue

clericum, ſiue ſecularem, recipere poſt interdictum præſumpſerit, nouerit ſe reum ſternitatis factum, cauſam in concilio reddendum.

9 Nouatianum in communionem recipi non debere, niſi, ſuſcepta pœnitentia incredulitatis, præteritum damnet errorem.

10 De his, qui in perſecutione præuaricati ſunt, ſi voluntariè fidem negauerint, hoc de eis Nicena ſynodus ſtatuit, vt quinq; annos inter catechumenos exigant, & duos inter diſcommunicates, ita vt communionem inter pœnitentes non præſumant. In poteſtate tamen vel arbitrio ſit Epifcopi, vt ſi eos ex animo errorem deſere, & agere pœnitentiam viderit, ad communionem pro eccleſiaſtica humanitate ſuſcipiat.

11 Si qui verò dolore victi & pondere perſequentionis, negare & ſacrificare compulſi ſunt, duobus annis inter catechumenos, triennio inter pœnitentes habeantur, à communione ſuſpenſi.

12 De his, qui in pœnitentia poſiti, vitam exceſſerunt, placuit, nullum communionem vacuum debere dimitti, ſed pro eo, quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur.

13 Nullus cuiuſque ordinis clericus, non diaconus, non preſbyter, nò epifcopus, quacunque occasione faciente, propriam relinquat Eccleſiam, ſed omnimodè aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod ſi aliquis, cõmorationis tempore, inuito epifcopo ſuo, in aliena eccleſia habitans, ab epifcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiuſmodi ordinatio irrita habeatur.

14 Si quis clericus pecuniã dederit ad vſuram, aut conductor alienæ rei voluerit eſſe, aut turpis lucri gratia aliquod genus negociationis exercuerit, depoſitus à clerico, à communione alienus habeatur.

15 In ſecretario diacono inter preſbyteros ſedere, non liceat, vel corpus Chriſti, præſente preſbytero, tradere non præſumat. Quod ſi fecerit, ab officio diaconatus abſcedat.

16 Photinianos ſiue Paulianistas, ſecundû patrum ſtatuta, baptizari oportet.

17 Bonofiacos autem, ex eodem errore venientes, (*quos, ſicut Arrianos, baptizari in Trinitate manifeſtum eſt) dum interrogati, fidem noſtram ex toto corde confeſſi fuerint, cum chriſmate & manûs impoſitione in eccleſia recipi ſufficiat.

18 Ad Arelatenſis epifcopi arbitrium ſynodum congregandam, (ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, ſub ſancti *Marini tempore legimus celebratum fuiſſe concilium, atq; conuentû) ſi quis commonitus, infirmitatis cauſa defuerit, perſonam vice ſua dirigat.

19 Si quis autem a deſſe neglexerit, aut cœtum fratru, antequàm diſſoluatur conciliû, crediderit deſerendum, *alienû ſe à fratrum commu-

Ex.ca.8.NI. cenſ. ſynodi

Ex 8.ca.NI. cenſ. ſynodi

Ex 11.ca.NI. cenſ. ſynodi

Ex eodem.

Ex 12.ca.NI. cenſ. ſynodi

Ex c.15. ciuf.

Ex c.17. ciuf.

Ex c.14. ciuf.

Ex c.19. ciuf.

*quo & Arrianos, qui

*Maurini,

Diſt. 18. Si quis autem ſynod. *alienatum

Di. 28. Aſſum aliquem ad

Ex 3.ca. NI. cenſ. ſynodi

Ex 4.ca. NI. cenſ. ſynodi

Ex 6.ca. NI. cenſ. ſynodi

Ex 1.ca. NI. cenſ. ſynodi

Diſt. 55. Hi qui ſe carnali.

communione cognoſcat, nec eum recipi liceat, niſi in ſequenti ſynodo fuerit abſolutus.

20 De agitatoribus ſiue theatricis, qui fideles ſunt, placuit, eos, quàm diù agitant, à communione ſeparari.

21 Pœnitentes, quæ defuncto viro, alij numero præſumpſerint, vel ſuſpecta, vel interdicta familiaritate cû extraneo vixerint, cû eodem ab eccleſiæ liminibus arceantur. Hoc etiã de viro, in pœnitentia poſito, placuit obſeruari.

22 Pœnitentiam coniugatis nò niſi ex conſenſu dandam.

23 Si in alicuius Epifcopi territorio infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel faxa venerentur, ſi hæc eruere neglexerit, ſacrilegij ſe eſſe reum cognoſcat. Dominus autem vel ordinator rei ipſius, ſi admonitus emendare noluerit, communionem priuetur.

24 Eos, qui falſa fratribus capitala obieciſſe conuiſi fuerint, placuit vſque ad exitum nò communicare, (ſic ut magna ſynodus antè conſtituit) niſi digna ſatiſſactione pœnituerint.

25 Hi, qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſeculum redeunt, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, ſine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiã iubemus ad clericatus officium nò admitti. Et quicumq; ille ſit, poſt pœnitentiã, ſecularem habitum non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, ab eccleſia alienus habeatur.

Capita hæc ſequentia in exemplaribus vetuſtis nò habentur, nec habent titulos.

26 De his, quos clericatus ipſa vitæ gratia ſuggeſſit, ſi fortè *internupta & duplicata matrimonia inciderint, non vltra ſubdiaconatû eccleſiaſticas capiant dignitates. Quod ſi facti forſitan ſunt, ab eccleſiaſtico remoueantur officio.

27 Profeſſas viduas, ſi in *cõhibenda perſtiterint, cum raptoribus eſſe damnandas.

28 Secundûm conſtitutionem ſynodi Va-

33. q. 4. Pœnitentiã con.

10. q. 1. Eos qui.

Ex hoc cap. claret, plures eſſe Nicenæ ſynodi conſtitutiones, quàm xx. quum iſta non ſit de illarum numero. Idem in primo Arelatenſi concilio, capite 14. ſub alijs verbis.

*cohabitando

ſeñ, qui oblationem fidelium ſuppreſſerit aut negauerit, ab Eccleſia, cui fraudem fecit, excludatur.

29 Si quis Epifcopus ſuæ ſententiæ non acquieſcit, ſynodi legibus audiendum.

30 Secundûm inſtituta ſeniorum, ſi à communione ſacerdotali fuerit authoritate ſuſpenſus epifcopus, hunc non ſolum à clericorum, ſed etiã à totius populi colloquio atq; conuiuio placuit excludi, donèc reſipieſcens, ad fanitatem redire feſtinet.

31 Hi, qui publicis inter ſe odijs exardeſcunt, ab Eccleſiaſticis conuentibus ſunt remouendi, donèc ad pacem recurrant.

32 Si expoſitus ante eccleſiam, cuiuſcûq; fuerit miſeratione collectus, conſteſtationis ponat epistolam. Et ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quaſitus agnitusque non fuerit, ſecurus habeat qui collegit. Sanè qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, eccleſiaſtica diſtrictiõe damnabitur, ſicut patrum ſanxit authoritas.

33 De puellis, quæ ſe vouerunt DEO, & præclari nominis decore floruerunt, ſi poſt viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias ſpõte trãſierint, id cuſtodendum eſſe decreuimus, vt cum his, cum quibus ſe obligauerint, communionem priuentur, ita vt eis poſtulantibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

34 Si quis famulorum, cuiuſlibet conditionis aut generis, quaſi ad exacerbendam domini diſcretionem, ſe diabolico repletus ſurore percuſſerit, ipſe tantum ſanguinis ſui reus erit, neque ad dominum ſceleris alieni inuidia pertinebit.

35 Placuit, in ordinatione Epifcopi hunc ordinem cuſtodiri, vt primo loco venalitate vel ambitione ſubmota, ab Epifcopis nec nominentur, de quibus clerici vel laici ciues erga vnum eligendi habeant poteſtatem.

36 Si quis ſecularium, amore religionis ſe ad quemcunque ſacerdotum crediderit conferendum, ipſe ſibi eum, quem erudienti gratia ſuſcepit, vindicabit.

37 Hoc etiã placuit cuſtodiri, vt nihil contra magnam ſynodû metropolitani exiſtiment vindicandum.

CONCILIVM CARTHAGINENSE PRIMVM, TEMPORE SYLVESTRI papæ primi, vel Marci papæ. Eſt verò Prouinciale.

Carthago, inſignis Aphrica vrbs, qua poſt Troianum bellum, teſte Eusebio, à Didone condita fuit. De ea rectè Saluſtius ait ſatiùs eſſe ſilere, quàm pauca dicere. Tanta enim eius potentia fuit, vt authore Polybio & Strabone, tota Aphrica cultiore potiretur: in Hispania verò ab Herculis columnis aduſque Pyreneos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Tandem à Romanis funditus euerſa eſt.

Porrò cum diù deſerta permãſſet, vt inquit Strabo lib. 17. eodem ſerè tempore, quo & Corinthus, à dino Ceſare inſtaurata eſt, miſiſis eò colonis, quicûq; vellent, & ex militibus nonnullis &c. Vide etiã Plinium lib. 5. cap. 4. & Ptolemæum lib. 4. cap. 3.

TITVLI CAPITVLORVM CONCILII Carthagineſi primi.

Vt baptiſmum in Trinitate ſuſceptum, non iteretur.

ii 3 De

- De martyrum sepulcris & honorificentia. 2
- Vt clerici & sanctimoniales foeminae, cu extraneis viris vel foeminis non habitent. 3
- Vt clerici cum viduis vel alijs extraneis personis non commorentur. 4
- Vt clerici, vel laici in alterius ecclesia non ordinentur. 5
- Vt clerici actus secularium vel procuratioes non suscipiant. 6
- Vt clerici vel laici in ecclesia aliena non communicent sine literis sui Episcopi. 7
- Vt implicati negocijs alienis, ante redditam rationem clerici non ordinentur. 8
- Vt laici clericos actores vel ratiocinatores sibi non constituant. 9
- Nè episcopus alterius Episcopi plebes vel fines vsurpet. 10
- De clericis contumacibus, & de numero iudicantiu presbyteroru & diaconorum. 11
- Vt pacta, inter episcopos inita, custodiantur. 12
- Vt non liceat clericis foenerari. 13
- Vt laici contemptores canonum excommunicent, clerici vero honore priuentur. 14

CONCILII PRIMI CARTHAGINENSIS EXORDIUM.

QUUM Gratus Episcopus Carthagensis, in Concilio vna cum collegis suis confedisset, & qui ex diuersis prouincijs Aphricanis ad Carthaginem conuenerunt, Felice Baianen, Fortunatiano Raptano, Crescente Vagensi, Vindiciano Lacobriensi, Abundatio Adrumerino, Priuato Vegesilitano, Gaudetio Tusdritano, Patricio Singensi, Quietio Vticensi, Rumulo Tebestensi, & caeteris, quorum manus continentur, idem Gratus Episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti & Christo Iesu, qui dedit malis schismatibus finem, & respexit Ecclesiam suam, vt in eius gremiu erigeret vniuersa membra dispersa, qui imperauit religiosissimo Constantino Imperatori, vt votum gereret vnitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos DEI Paulum & Macarium. Dei ergo nutu congregati ad vnitatem, vt per diuersas prouincias concilia celebremus, & vniuersa prouincia Aphricae hodierna die, concilium gratia Dei Carthaginem veniret, vnde, considerantibus vobis cum mea mediocritate tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est, nos, memores preceptorum diuinorum & magisterij diuinarum scripturarum, contemplantis vnitatis tempus, id de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore vnitatis aliquid durissimum statuamus.

Capitulum primum.

ERGO, si vobis placet, consideremus primum titulu rebaptizationis. Vnde sanctitatem vestram postulo, vt mentis vestrae placita producatis ad descendetem in aquam, & interrogatum in Trinitate secundum Euangelij fidem & Apo-

*Bizaceni,
*Turritano
*Setienfi,
*Simituensi,

stolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum, de resurrectione Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Vniuersi Episcopi dixerunt: Absit absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienu a sincera fide & catholica disciplina. Gratus Episcopus dixit: Magna beatitudo a deo patre per Dominum Christum concessa est tempore nostro, vt liceat religiosi mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, vt auditores percipientes regulam rectam, & DEO placentem, praemia multorum honoru percipiant, vt in ipsis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, in quo plus schismatis rabies delitescerebat, & habita moderatione, legis vigore & autoritate fides custodita est. Illud sane sapientissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa a Deo, & mereatur in pace & vnitatem consequi desuper munerata largam, tamen & ego vnus ex vobis, & qui parem vobiscum sollicitudinem gero, propter Ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

II. Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet, neque ad passiva corpora, quae sepultura tantum propter misericordiam Ecclesiasticam commendari, mandatum est, redigat, vt aut insania precipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati discretos, non ratione vel tempore competentem, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellat. At si quis ad iniuriam martyrum, claritati eorum adiungat infamiam, placet, eos si laici sint, ad poenitentiam redigi. Si autem sint clerici, post commonitionem, & post cognitionem honore priuari. Vniuersi dixerunt: Recte & stabilit sanctitas vestra. Hoc & singulis Concilij statutum est.

III. Gratus Episcopus dixit: Et illud precipue, si videtur vestrae dilectioni, cauedum est, vt pastoris cura, quantum debet & potest regularis prouidentia, praemoneat, vt nullis liceat, ab affectu abstinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandae sunt peccatorum, & tollendae omnes suspiciones, quibus subtilitas diaboli, sub praetextu charitatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus igitur, nulla que sanctimoniam & virginitati deseruiens, propter blasphemiam Ecclesiae, si vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiam meliorem eligunt partem, haec vitare debent. Et non solum non habitare simul, sed ne habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex iubet, & sanctitas vestra commendat, vt in singulis Concilij statutum est. Gratus Episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus huiusmodi con-

In cōci. arelateñ. 2. ca. 3. Et in Niceñ. cap. 3. Et in Eliber. ca. 27

stringere, si sanum consilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem, si contempserint, a communionem separentur. Vniuersi dixerunt: Placet.

III. Gratus episcopus dixit: Etsi infinita sunt, quae lege praescripta, proficiencia sunt disciplinae, & vnusquisque nostrum tractatu assiduo, & commonitione frequenti, per singulas quasque species proficientes ad disciplinam, poterit populos inuitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in Concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sententia.

V. Priuatus episcopus Vegesilitanus dixit: Suggero sanctitati vestrae, vt statuat, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum ordinet sine conscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Haec obseruata pacem custodit. Nam & memini, in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & per consensum habeat.

Cap. 16. 18. 19.

VI. Necasius episcopus Culustanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestrae, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, non accedat ad actus seu administrationem vel procuracionem domorum. Gratus episcopus dixit: Et Apostolorum statuta sunt, quae dicunt, Nemo militans DEO, ingerit se negocijs secularibus. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus.

21. q. 3. Credo do. 6. c. currant ad actiones

In Ca. apo. cap. 7. 2. Tim. 2. a

VII. Casianus Vulsensis episcopus dixit: Statuat grauitas vestra, vt vnusquisque clericus vel laicus, non communicet in aliena plebe, sine literis episcopi sui. Gratus episcopus dixit: Nisi hoc obseruatum fuerit, communio fiet passua. Nam si cum literis receptus fuerit, & concordia inter episcopos seruetur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis consulis.

fo. passim.

VIII. Magnus episcopus Astryageus dixit: Quid dilectioni vestrae videtur? Procuratores, & actores, etiam per se tutores pupilulorum, si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita vniuersa & reddita ratiocinia, actus vitae ipsorum fuerint probati in omnibus, debet & cum laude, cleri (si postulati fuerint) honore munerari. Si enim ante libertatem negocioru vel officiorum, ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt:

Recte omnia statuit sanctitas tua. Ideo quae ita est & nostra ista quoque sententia.

IX. Metus Caunenensis episcopus dixit: Recte statutum est, vt obnoxij alienis negocijs, non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & a clericorum iniuria teperare. Et ipsis non liceat, clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est, quod omnes vel domini, vel procuratores, vel quicumque praesunt, quum audierint saluberrima instituta concilij, & sibi esse consultum, nec impeditu, propriam debebunt teperare iniuria in clericis nostris. Quod si iniuria constitutionis imperatoriae clericos inquietandos putauerint, si defensio ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniuersi dixerunt: Saluberrimae professiones debuerunt a tanto concedi concilio.

X. Felix episcopus Baianen dixit: Nullus debet collegae suo facere iniuriam. Multi enim transcendunt sua, & vsurpant aliena, ipsis inuitis. Gratus episcopus dixit: Avaritiae cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhihendum est, ne quis alienos fines vsurpet, aut transcendat episcopum collegam suum, aut vsurpet alterius plebes, sine eius petitu, quia inde caetera mala omnia generantur. Vniuersi dixerunt: Placet placet.

* Byzaceni. 1. Tim. 6. b

XI. Elpidophorus Cuizitanus episcopus dixit: Statuat sanctitas vestra, vt clerici, qui superbi vel contumaces sunt, coercantur, vt qui minores maioribus irrogauerunt iniurias, metum habeant. Gratus episcopus dixit: Manifestum est, illum non esse DEI, qui humilitatem contemnit, sed diaboli, qui superbi inuentor & princeps est. Vnde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur: presbyter, a sex: si episcopus, a duodecim consecratoribus audiatur. Vniuersi dixerunt Episcopi: Contemptus debet contumaciae & superbiae in omnibus frangi, causa vero pro personis a statuto numero audiatur.

* Chusitanus

Iob 41. d. 15. q. 7. Si quis tumidus.

XII. Antigonus episcopus Madurensis dixit: Grauem iniuriam patior, & credo, dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communem iniuriam. Optatus, quum se representaret, pactum mecum habuit, & diuisimus plebes. Manuscriptiones nostrae tenentur epittacia. Contra hoc pactu circuit plebes mihi attributas, & vsurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, vt in se illiciat populoru imperitorum animas contra disciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratre aliquis deliquisset. Vnde aut inita pacta

* Optatianus

suam obtineant firmitatem, aut conuentus, si se non cohibuerit, Ecclesiasticam sentiat disciplinam. Vniuersi dixerunt: Pax seruetur, pacta custodiantur.

In 2. Arela-
tes. cōci. cā.
14. Et in 1.
Arela. ca. 12.

XIII. Abundatius Episcopus Adrumentinus dixit: In nostro Concilio statutum est, vt non liceat Clericis foenerari. Quod si & Sāctitati tuæ & huic Concilio videatur, præfenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Nouellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ à nobis, formam accipient. Cæterum, de quibus apertissimè diuina scriptura sanxit, non differenda sententia est, sed potius exequenda. Proindè quod in laicis reprehenditur, id multò magis in clericis oportet p̄damnari. Vniuersi dixerunt: Nemo contra Prophetas, nemo contra Euangelia facit sinè periculo.

XIII. Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta concilij & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem. Vniuersi tituli designati & digesti, teneant sententias suas. Sanè credo vos retinere, multis concilijs à patribus nostris & traditionem temerariam esse damnatam, & re-baptizationis impietatem esse puniendam, quas res etiā nostro Concilio, credo, iam terminum accepisse. Reliqua verò, quæ vel facta, vel dicta, superius comprehensa sunt, vel à alijs Concilijs conscripta, quæ secundum legem inueniuntur, custodire nos oportet. Si quis verò statuta supergressus corruerit, vel pro nihilo habenda putauerit, si laicus est, communionem: si clericus est, honorem priuetur. Vniuersi dixerunt: Placet placet. Gratus episcopus dixit: Superest iam, vt placita omnium nostrorum, quæ ad cōsensum vestrum sunt scripta, vestra quoquè subscriptione firmetis. Vniuersi dixerunt: Et consensisse nos, concilij huius scripta testantur, & subscriptione nostra consensus declarabitur noster. Et subscripserunt.

*ab alijs cō-
scripta

*nostrum,

DECRETA MARCI PAPAЕ.

Ex lib. Pontificali Damasi Pape.

Anno Do-
mini 336.

MARCVS natione Romanus, ex patre Prisco, sedit annos duos, menses octo, dies vigintiunum. Fuit autè temporibus Constantini Augusti, & nepotiani ac Secundi consulum, ex die Kalendarum Februariarum, vsque in diem Kalendarum Octobris. Hic cōstituit, vt episcopus Ostiensis, qui consecrat episcopos vr̄bis, tunc pallio vteretur, & ab eodem episcopus vr̄bis Romæ consecraretur. Et cōstitutum de omni ecclesiastico ordine fecit. Hic fecit duas basilicas, vnam via Ardeatina, vb̄i requiescit, & aliam in vr̄be Roma, iuxta Palatinas. ex huius suggestione obtulit Cōstantinus Augustus basilicā, quā constituit via Ardeatina, fundum rosarum

cum omni agro campestri, præstantem solidos quadraginta. In basilica in vr̄be obtulit hæc: Patenam argenteam pensantem libras triginta. Amas argenteas duas, p̄santes singulæ libras xx. Scyphum argenteum vnum, pensantem libras decem. Calices ministeriales argenteos tres, p̄santes singuli libras duas. Coronam argenteam, pensantem libras decem. Fundum Antonianum via Clodia, præstantem solidos triginta. Fundum Bacannas, via Appia, præstantem solidos quadraginta, & tremisses duos. Fundum Morrea, via Ardeatina, præstantem solidos quinquaginta, & tremissem. Hic fecit ordinationes duas in vr̄be Roma per mensem Decembrem, presbyteros viginti quinque, diacones sex, episcopos per diuersa loca viginti septè. Qui etiā sepultus est in cœmeterio Balbinge, via Ardeatina, quod ipse constituens fecit, pridie nonas Octobris. Et cessauit episcopatus dies viginti.

*xxx

*Marmore-
um

EPISTOLA AEGYPTIORVM episcoporum ad Marcum papam pro exemplaribus Niceni Concilij, quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

Domino sancto & Apostolici culminis venerando, Marco sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis, atque vniuersalis ecclesiæ papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum episcopi. Ad vos peruenisse nō dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maximè ab Arrianis quotidie patimur, quoniam intantum ab eis persequimur, vt etiā viuere iam nos tædeat. Nam instanti tempore subitè & insperatè in nos irruentes, nos quæ iuxta præceptum domini, qui ait, Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, fugiendo, propter cladem populi eos declinat, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia depopulati sunt. Intantum enim nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, alia quæ ornamenta, nec reliqua vtenilia nobis dimitterent. Libros verò nostros vsque ad minimum incendentes, nec iota vnum relinquentes, propter veritatis fidem etiā Nicenam synodum, qua modò clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliam nostram & omnium Christianorum incenderunt. Quapropter precamur, pater beatissime, quia non dubitamus, apud vos plenaria esse Niceni concilij exemplaria, vt nobis illa, quæ sanctæ recordatiōis prædecessoris vestri Syluestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatiōe. Nam quando prædictæ synodo, cum beatæ memoriæ Alexandro, digno Deo pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ ciuitatis episcopo, in diaconatus interuiui officio, sub nostræ præsentia testimonio per beatos viros Victorem & Vincetium presbyteros, apostolicæ sedis apocripharios, missa sunt præ-

*Cor. 1.

Mat. 10. c

*clamorem

dicto papæ Syluestro, cū ad stipulatiōe subnexa, capitula septuaginta. Sanè presentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo, scilicet quadraginta à Græcis, Græca edita lingua, & quadraginta à Latinis, similiter Latina edita lingua. Sed visum est trecentis decem & octo Patribus, sancto spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, & maximè iā dicto Alexandro, & apostolicæ sedis apocripharijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis inferrentur, & ad formam septuaginta discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes, vna fides, & vna sacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quisquam à suo disideret capite. Nunc ergò quia (vt prædictum est) ab inimicis sanctæ DEIE ecclesiæ, & maximè ab Arrianis, à quibus quotidie expugnatur, conterimur & opprimimur, præfata septuaginta Niceni concilij capitula, quæ de præfata Synodo, iam fato iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quæ etiā coram omnibus recitavi atque trāscripsi, sunt igne combusta: optamus, vt à vestra sanctæ Sedis autoritate, quæ est mater & caput omnium ecclesiarum, ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum, percipere per præsentem legatos mereamur, quatenus vestra fulti autoritate, vestris quæ precibus roborati, illæsi à memoratis æmulis sanctæ DEIE ecclesiæ & nostris, euadere, nobis quæ commissos erere valeamus. Verè nouimus, apostolatibus vestri cor gratia sancti spiritus intantum esse accensum, vt omnibus oppressis succurratis: quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obediētes, cum omnibus nobis commissis, & sumus, & semper esse volumus? Ided decet & oportet vos nobis hæc, quæ rogamus, & alia (quæ necessaria iuxta sapientiam, quam vobis præstitit altissimus, esse cognoueritis) absque tarditate præstare, vt tantæ miseris squalloribus à fidelium mentibus detergatur, & quasi vulnus corpori infixum, auditu tantæ miseris obserato, salutari curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, vestra quæ autoritate atque auxilio roborati, aduersantium tergiuersationes euadere valeamus, atque incōfuso vultu, non fraude cuiusquam percussis, assistere æterno iudici mereamur, & vocem audire in quietem: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Et subscriptio. Oran- tem pro nobis sanctum apostolatum vestrum, longæuis Dominus conseruet temporibus.

Matth. 25.

RESCRIPTVM MARCI PAPAЕ, de missione capitulorum Niceni concilij, Athanasio & omnibus Aegyptiorum episcopis.

Domini venerabilibus fratribus, Athanasio & vniuersis Aegyptiorum episcopis, Marcus sanctæ Romanæ Apostolicæque sedis, & vniuersalis ecclesiæ episcopus. Doleo, fratres, & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppidè cōsolor, quòd vento agitata non estis arundo, sed recti in fide, inter omnes procellarum & turbinum colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergò fraternitatis vestrae literis, vigorem cōstantiæ vestre, quem olim noueramus, agnouimus, congratulantes vobis, quòd ad custodiendum Christi gregem, pastorem curam vigilanter insequimini, nè lupi, qui specie ouium subintrarunt, bestiali scintilla simplices quosque dilacerent, qui non ad hoc subintrarunt, vt aliqua correctione proficiant, sed vt ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionem vestram, vt bonum, quod incepistis, administrante diuina gratia, vsque in finem perducere satagatis, veritatis voce monente: Beatus qui perseuerauerit vsque in finem. Vndè enim beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Nam iuxta Apostolum, omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur, quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque supplicijs, cum persecutionum scintillam suppleant & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum, quibus cōfictationibus communia semper membra pulsant, & nulla priorum portio cōfictatione sit libera, ita vt nec periculis, nec ocio careat, nec labore. Nam hæc, & omnia incrementa probabiliū studiorum, & in eis vsque in finem perseuerantia, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiā semper sunt referenda, vt in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore. De capitulorum nanque veritate & numero Niceni concilij, cui vos interfuisse literis vestrae fraternitatis significastis, à nostris, qui vnā vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisitum colloctionibus, qui ita, vt vestra testata sunt literæ, omnem nobis ordinem exposuerunt, & vestram epistolam, per omnia veram esse testificati sunt, non vt nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos & vos, illosque absque vlla in posterum titubatione vnum sentire optaremus, & sancta Romana ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino prouidente, & beato Petro apostolo opem ferente, in futuro manebit, sinè vlla hæreticorum insultatione, firma & immobilis omni tempore persisteret. His ita peractis, diligenter requirentes, in sancto no-

Matth. 11. a
Luc. 7. d

Matth. 7. c

Matth. 10. e
& 24. b

1. Tim. 3. c

stræ

70. Capita Nicen. Concilij.

*pro cisdem

*neganda nobis hæc sancti Spiritus gratia

Luc. 22. c

Hebr. 9. c Apoc. 1. b Luc. 22. c

Mat. 25. c

stræ & Apostolicæ sedis scrinio, eadem, quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Syluestro sunt directæ, septuaginta (sicut significâstis) capitula illæ inuenimus. Ipsa enim vobis, propter auctoritatem & subscriptionem tantorum patrum & eius magni concilij, minimè misimus, sed per eadem coram apocrisarijs vestris alia similia, eundem numerum, eademque verba, & ipsam subscriptionem cõtinencia, vobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus suis talia negare audeat? Nam non negligenda nobis hæc per sancti Spiritus gratiâ Dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus cõtrahenda & docenda distribuit. Hæc Apostolorum viuâ traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda, ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per omnipotentis DEI gratiam, à tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauanda, succubuit, sed vt in exordio normâ fidei Christianæ percepit ab authoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata finet, manet secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est euangelij: Petre, inquit, ecce satan expetiuit, vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi, vt nõ deficiat fides tua: Et tu aliquandõ conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quàm bonum sit, persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & emulis Christi repugnare, & nunquam à veritatis tramite declinare: quoniâ Dominus & saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit. Quod Apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum: quorum & pusillitas mea, licet impar sit & infima, pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio, pedisse quæ cupit existere. Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem Domini Iesu Christi, quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quæ erogare numularijs iubemur, id est, Christianos populos imbueri & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis eius veritatem confundimus prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationem iustus iudex, Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt,

qua debetis & potestis sollicitudine, vigiletis ad inuestigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei ecclesie, & à sanis membris, nõ pestis hæclatiõs diuulget, seueritate qua potestis, pro viribus extirpetis. Quoniam vt habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentie se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasioneis auctores noluerit custodire. Datum decimo Kalendas Nouembris, nepotiano & Secundo viris clarissimis consulibus.

DE QVIBVS DAM POST CONSTANTINI MAGNI OBITU GESTIS, EX NICEPHORI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIB. 9. CAP. 2.

Vt uenteadhuc Constantino, nemo aperte contra Nicenam fidei professionem niti audebat, quanuis nonnulli clam eam nõ receperint. Postquam autem is decessit, qui in cordis recessu hæresis venenum occultum antea habuerat, & ob id tum quoque suspecti fuerant, confessum aliunde progressi, clandestinis colloquijs posthabitis, nudo, vt dicitur, capite cum omnibus congregiebatur, vt Arrij maximè opinio obtineret, laborantes. Quorum duces erant episcopi Bithyni, Eusebius & Theognis. Facilius autem concilium suum ad optatum exitum peruenturum putabant, si Athanasij in Alexandrinam urbem reditum impedirent. Et infra, postquam dixit Eusebium Nicomediensem maximam in tota Imperatoris Constantij domo potestate obtinuisse, & ipsam quoque Imperatoris coniugem & aulam, atque adeo & ipsum Constantium Augustum Arriana hæresi laborasse, hæc subiungit: Et breuiter per aulæ interiora vagatum hoc malum, extra quoque aulam aperte progressum, omnem ubique percurrit urbem. Ibi tum bellum quoddam dialecticum atque disputatorium est exortum, & in vicis, congregationibus, cauponis, conuentibusque adeo omnibus mulieres quoque & pueri non aliud studio habuere, quam de dogmatibus blaterare: his videlicet Arrij opinionioni velut honeste & bonæ addictis, his autem decreta magis nicena complectentibus: vnde rixæ, æmulationes & inimicitie excitæ. Hic rerum status in urbibus Orientis erat. Occidentales enim Nicenum decretum inuiolatè retinere. Porro Eusebio & Theognidi res, quæ incrementa sua in deterius capiebant, & quotidie, vt ita dicam, magis magisque excitabantur, ex sententia procedebant: qui in primis studebant, id quod cõstituisset, ad exitum perducere. Id verò erat, vt vnum aliquem, qui opinionis eorum esset, Alexandrinæ ecclesie hierarcham præficerent. Sed consilium eorum ab occidente reuersus impediuit Athanasius, vnus Augustorum, iunioris

Cap. 3.

literæ Constantini iunioris pro Athanasio.

Nota ingenia & artes hæreticorum.

iunioris videlicet Constantini, qui Occidentibus Gallis imperabat, literis fretus. Is namque, ubi cognouit, patrem cognominemque suum, Athanasij exilium testamento abrogasse, reditu concessit, vt Alexandriam is reuertetur, curauit. Literæ, quas secum attulit, hisce verbis scriptæ erant: Constantinus Cæsar populo catholice Ecclesie Alexandrinorum: Nõ puto sacris animis vestris excidisse, quæ ob causam Athanasij adorandæ legis sacerdos, ad tempus in Gallias missus fuerit. Cum enim sanguinariorum infestorumque inimicorum feritas capiti eius ad periculum creandum immineret, nõ per improborum peruersitatem extremum discrimen adiret, sed vt immanitas ea eluderetur, è faucibus ingruentium ei virorum ereptus, in ditione mea viuere iussus est, ita vt in ea qua versatus est urbe, res ei necessariae omnes abundè suppeditarent: quibus præclara eius virtus, diuino confisa auxilio, durioris fortunæ graues ærumnas maximè subleuet, atque adeo contemnat. Sedenim tamen omnes noster beatæ memoriæ Constantinus Augustus, pater meus, Episcopum hunc in locum suum apud gratissimam pietatem vestram restituere constituit: tamen posteaquam humana forte præuentus prius obdormiuit, quam votum suum impleuerit: conuenire mihi visum est, consilium diuinæ recordationis Imperatoris, per successionem ad me transmissum, perficere. Qui vir ubi in conspectum vestrum venerit, qua apud me acceptus fuerit veneratiõne, cognoscetis. Neque adeo mirandum est, si quid à me pro eo est factum. Animum nanque meum ad id cum desiderij vestri facies, tum tanti viri species mouit & excitauit. Diuina prouidentia vos conseruet fratres dilecti. Secundum hæc literas suauiter ab Alexandrinis susceptus Athanasius, Aegypti ecclesiam administrauit. Eusebius verò tanquam telo quopiam, sic reditu illius ictus, scyphantijs oppugnare eum rursus, & rem ad seditionem perducere est aggressus, negociumque adeo ei nouis calumnijs exhibuit. Citra moram enim omnem Imperatore (Constantio) adito, illum vt virum seditiosum, & qui Ecclesiasticas constitutiones ordinemque turbaret, ac citra Episcoporum sententiam sibi ipsi ingressum in ecclesiam usurparit, detulit. Tantoperè certè Imperatorem permouit, vt illum rursus sede Episcopali deturbaret.

DECRETA IULII PAPAE I.

Ex lib. Pontificali Damasi Papæ.

Anno Dñi 338. *vj.

IULIVS natione Romanus, ex patre Rustico, sedit annis quindecim, mensibus duos, dies xvij. Fuit autem temporibus Constantij hæretici filij Constantini, à consulatu Feliciani & Maximini.

Hic post multas tribulationes in exilio fuit mensibus decem, & post Constantini mortem, cum gloria reuersus ad sedem beati Petri apostoli, fecit basilicas duas, vnam iuxta forum, & aliam via Flaminea: & cœmeteria tria, vnū via Flaminea, aliud via Aurelia, & aliud via Portuensis. Hic constitutum fecit, vt nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia, & vt notitia quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, & vt omnium monumentorum in Ecclesia cõfectio per primicerium notariorum celebraretur, siue quod cautiones, vel instrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut testamenta, vel colligationes, aut manumissiones clericorum in Ecclesia per scrinium sanctum celebrentur. Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per mensem Decembrium, presbyteros octodecim, diacones tres, Episcopos per diuersa loca nouem. Qui etiam sepultus est via Aurelia in cœmeterio Calepodij, pridie idus Aprilis. Et cessauit episcopatus dies viginquinque.

SE QVVNTVR QVAEDAM quæ tempore Iulij papæ contigerunt.

SOZOMENVS: Non multo post tempore & Constantinus imperator, Constantini maioris filius, dum innititur inuadere partes iunioris fratris Constantis, circa Aquileiam cõgressione facta perimitur, cõsulatu Acyndini & Procli. Quamobrem Romani Imperij principatus Occidentalium quidem partium, peruenit ad Constantem, Orientalis autè ad Constantium. THEODORETVS: Igitur Eusebius & Theognis & Theodorus Perinthius, qui eloquentior videbatur, & scripsit explanatiões Euangeliorum, quem plurimi Heracleoten vocant, isti nanque sæpius, velut propinqui Imperatori, reuersionem Athanasij multorum causam asseriebant esse malorum. Et non solum Aegyptum, sed etiam Palestinam & Phœnicen, vicinasque gentes eius gratia dicebant esse turbatas. Proinde huiusmodi verbis leuissimè obsidentes Imperatoris intentionem, suaserunt, vt Athanasium ab ecclesia rursus expelleret. Qui agnoscens eorum consilium, ad partes Hesperias abiit.

Verum Eusebius eiusque consortes, calumnias in Athanasium factas, Iulio Romano pontifici destinauerunt. Qui ecclesiasticam sequens legem, etiam ipsos Romam venire præcepit, & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. Ille continuo, euocatione suscepta, venit: calumniarum verò sarcinatores Romam quidè profecti non sunt, scientes facile suum posse capi mendacium. Sed videtes oues pastore desolatas, lupum super eas pro pastore constituerunt, id est, Gregorium, qui sex annis bestijs ferocibus

*nempe, iunioris. Vide Platinam.

*Scrutinium

*Augusti.

Ex tripartiti hist. Cassiodori lib. 4. cap. 4.

Vbi sup. cap. 5.

Vbi sup. cap. 6.

Vbi fu.ca.7. Eiusde scri- pti meminit & rufin⁹ ec- clefiast.hift. lib.10.ca.19

bus crudelius vsus, pœnam malitiæ suæ soluit, ab omnibus amarissimè laniatus.

Athanasius autem veniens ad Constantem, Arrianæ cohortis cum gemitu referebat infidias, & bellum cõtra Apostolicam fidem gestum, patrisque eius nomen, magniq; concilij ab illo celebrati mentionem faciebat, & quod communi lege synodus roborata videretur. Hæc insinuando cum lachrymis, ad paternum zelum excitavit Imperatorē. Mox nanque, vt hæc audiuit, mandavit fratri, monens, vt paternæ pietatis inuiolabilem seruet hæreditatem.

SOCRATES:

Cassiodor⁹ tripart.hift. lib.4.cap.19

Igitur Eusebius nullo modo cessare patiebatur, sed omnia commouebat, donec suum propositum perduceret ad effectum. Egit ergo, vt in Antiochia Syriæ synodus fieret, sub occasione quidē dedicationis ecclesiæ, quã pater Augustorum fabricari cœperat, & post eius obitum Constantius decimo anno eam à tempore foundationis expleuerat: in veritate autem, ad subuersionem atq; destructionem Niceni concilij. Ad quã synodum conuenerunt ex ciuitatibus diuersis episcopi nonaginta. Maximus tamē Hierosolymitanus, Macarij successor, non affuit, cogitans, quod ipsi posset subripi, vt in damnationem subscriberet Athanasij. Sed neque Iulius affuit, maximæ Romæ præsul, neque in locum suum aliquem destinauit, cum vtiquē ecclesiastica regula iubeat, non oportere præter sententiam Romani pontificis cõcilia celebrari. Fit ergo synodus in Antiochia, sub præsentia Constantij principis, consulatu Marcelli & Probini. Erat autem quintus annus mortis Constantini patris Augustorum. Præsidebatque tunc ecclesiæ Antiochenæ Flacillus successor Euphronij, fautores igitur eusebij operæ præcium iudicantes Athanasio derogare, primùm quidem calumniati sunt, quasi præter regulam egisset, quam tunc ipsi decreuerant, quoniam non ex sententia communis concilij episcoporum receperat sacerdotium, sed sibi met arrogando, in Ecclesia fuisset ingressus. Deinde, quoniam eius aduentu turba generata, plurimi feditiõne sint mortui: & quia aliqui ab Athanasio cæsi, iudicibus dicerentur esse contradicti. Hac derogatione tunc habita, constituerunt episcopum in Alexandria, primò quidem Eusebii Emissenium. Quo ordinato, & in alexandriam ire metuentes, Gregorium fecerunt episcopum. His ita gestis, transformauerunt fidem, nihil quidem culpantes Niceni concilij, sed principium præbentes, vt frequentibus concilijs alia subindè mutantur & recitantes, efficerent, vt definitio fidei paulatim in Arrianam vesaniam relaberetur.

Vbi sup.ca. 10.

Nos neque sequaces Arrij fuimus, quomodo em Episcopi presbyterum sequeremur? neque aliam quampiam fidem absque exposita antiquitus suscepim⁹. Sed etiam nos examinatores & cognitores eius fidei facti sunt,

& iudicauimus potius, quam secuti fuimus. Didicimus enim ab initio credere in vnum Deum omnium, vniuersorum intelligibilem, sensibilemque creatorem & prouisorum. Et in vnum filium vnigenitum, ante omnia secula existentem, per quem omnia facta sunt visibilia & inuisibilia, & qui in nouissimis temporibus per bonam voluntatem patris descendit, & ex sancta virgine carnem assumpsit, & omnem voluntatem patris sui impleuit, passus est, & resurrexit, & in cælos ascendit, in dextera patris sedet, vterus iudicare viuos & mortuos, & rex permanet in æternum, & DEVS. Credimus & in Spiritum sanctum. Si autem adijciendum est, credimus & de carnis resurrectione, & vita perpetua. Hęc in prima scribentes epistola, ciuitatibus mittebant. Sed post paululum aliam in Antiochia dictauerunt. Tunc etiam terræ motus maximus in Oriente factus est, & præcipue in Antiochia, quæ anno iugiter est commota.

Sed quomodo Athanasius Ecclesia pulsus, nè caperetur, effugerit, arbitror esse dicendum. Erat enim vespere, & populus in virgilijs obseruans, sperabaturq; futura collectio. Inter hæc venit magister militum, & circa Ecclesiam per cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autem videns quæ fierent, cogitauit, nè propter se vlla læsio populo proueniret. Et præcipiens diacono, vt compleret orationem, rursus psalmum fecit imponi. Cumque consonantia psalmodiæ celebraretur, per vnam ianuam Ecclesiæ egrediebantur omnes. Quo facto, milites quidem sine commotione steterunt, Athanasius autem inter medios psallentium illis abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus est.

SOZOMENVS:

Igitur Athanasius relinquens Alexandriam, Romam profectus est. Contigit autem eodem tempore, etiam Paulum Constantinopolitanum pontificem illuc vnà concurrere, & Marcellum Ancyrae, Asclepamque Gazæ. Qui dum Arrianis esset aduersus, calumniam passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazæorum Ecclesia Quintiano committitur. Lucianus autem Hadrianopolites episcopus, ob aliam accusationem Ecclesia sua priuatus, debebat in vrbe Roma. Cognoscens ergo Romanus episcopus crimina singulorum, & omnes Niceno Concilio concordare cõperiens, eos in communionem suscepit, tanquam omnium curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulisque reddidit suas ecclesias, & orientalibus scripsit episcopis, culpās quod non rectè tractassent viros inculpabiles, de suis ecclesijs eos expellentes, & quod constitutiones Niceni Concilij minimè obseruarent. Quorum paucos ad certum diem sibi met adesse præcepit, vt coram eis ostenderet,

Vbi sup. ca.11.

Ex histo. tri. parti. lib.4. cap.15.

ret, iustum se super illis protulisse decretum. Et deinceps non se esse passurum interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessarent. & ille quidem hæc scripsit, Athanasius autem & Paulus Epistolas Iulij Orientalibus episcopis miserunt, & singuli eorum suas sedes adepti sunt.

EPISTOLA INCREPATORIA IVLII PAPAE PRIMA, ad Orientales Episcopos, pro causis Athanasij, & excessibus contra Romanam Ecclesiam.

- 1. Quid soli Romano pontifici liceat generale concilium cogere, & Episcopos iudicare.
2. Non oportet præter sententiam pontificis Romani concilia celebrari, vel Episcopos damnari.
3. Vt accusatores & accusationes quas leges seculi non admittunt, repellantur.
4. Si quis Episcopum præter auctoritatem sedis Apostolicæ damnauerit, vel à sede expulerit, de gradu suo deiciatur, & excommunicetur: & Episcopi electi restituantur.

Venerabilibus fratribus, vniuersis Orientalibus Episcopis, Iulius. Decuerat vos, fratres, alios ecclesiasticis instruere disciplinis, & non talibus arguere machinationibus, dicente Ioanne Baptista: Neminem conculcatis, neque calumniâ faciatis. & reliqua. De qua re & Apostolus Paulus nos instruit, dicens: Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q; spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, nè & tu teneris. & reliqua. Et alibi Petrus Apostolus ait: Omnes vnanimis in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed econtrariò benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Qui em vult vitam diligere, & videre dies bonos, coherceat linguam suam à malo, & labia sua nè loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam: quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini super facientes mala: Quid peius est, fratres, quam vt sacerdotes Domini, qui ab omni mala coinquinatione, & à no cumento omniũ Christianorum, quãto magis à fratrum & coepiscoporum, alieni debent existere, quos tueri & subleuare ab infidijs debent, & quos fouere & diligere summoperè oportet, persequatur eos, & communionem priuari decertent? Nec recordamini sapientiam, quæ ait: Peruersæ enim cogitationes separant homines à Deo. Si peruersæ cogitationes separant homines à Deo, quãto magis opera iniqua? Quid enim nequius est, quàm vt illos, de quibus Dñs ait, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, quisquam auertere, persequi, de-

Luc. 3. e

Galat. 6. a

1. Petr. 3. b

psalm. 33.

*persequat

Sap. 1. a

Zach. 2. a

struere nitatur? Probata autē virtus portat, protegit & cõsolatur oppressos, & docet insipientes. Est enim Deus testis cordis hominis, scrutatorq; verus singularum conscientiarum, & linguarũ singularũ auditor: quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Et aliàs idem ipse ait: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundũ, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deũ, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciatione pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam pater misit filium suum, saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo, & nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeam⁹ in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam pœnam timor habet. Qui autem timet, nõ est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quẽ videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt, qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Nam & ipsa Sapientia ait: Lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij cõturbatio. Labia sapientium disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles erunt Domino, vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiam, diligitur à Domino. Item alibi: Labia iusti cõsiderant placita, os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum dirigit eos, & supplantatio peruersorum vastabit eos. Iustitia rectorum liberabit eos, & in infidijs suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberabitur, & tradet impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictio iustorum exaltabitur ciuitas. Nec con-

Psalm. 7. Hier. 17. b

*humani

Sap. 1. a

1. Io. 4. bcd

*charitatem

Pro. 15. a b

Prou. 10. d Ibi. ca. 11. a b

*exultabit

kk sidera-

Iob 29. b

sideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Iob patientissimus inter cetera, exorsus, loquitur: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns, testimonium reddebat mihi, quod liberasset pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor: Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduae consolatus sum: Iustitia indutus sum, & vestivi me sicut vestimento & diademate iudicio meo. Oculi sui caeco, & pes claudens: Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam: Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferabam praedam. Et paulopost: Si negavi, inquit, quod volebant, pauperibus, & oculos viduae expectare feci: Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum. Nam si quis haec recto omnia consideraverit oculo, nequaquam * fratres nocere, sed liberare festinabit, quia nihil deterius est, quam ciues civibus invidere, & fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes insidijs, patres sancti synodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in Ecclesia commorantium. Licet dudum instituta sanctorum multa patrum essent conscripta, posuerunt leges, quas sacros Canones appellamus, quibus multa pernecessaria ad statum Ecclesiae sanctae DEI, & supplementum columnarum eius, id est, Episcoporum, qui eam proprijs humeris gestant, sunt decreta, & nocumenta eorum prohibita, ita ut qui talia agere tentaverint, aut eis nocere praesumpserint, si quidem clerici fuerint, à proprio gradu decedant: Si verò monachi aut laici fuerint, anathematizentur. Quibus armati exemplis, oportere arbitrati sumus, ab omnipotenti DEO inspirati, ut hanc accensam discordiae flammam extinguere apostolica debeamus autoritate, & non concedere, eam ulterius animas depasci humanas. Quapropter vna cum omnibus Apostolicæ subiectis regulæ sancimus, nè quisquam deinceps Christianorum talia perpetrare, aut Episcopis temerè nocere praesumar, cum & doctor gentium id ipsum prohibeat, dicens: Seniores nè increpaveris, sed obsecra ut patrem. & reliqua. Bonum est nanque proculdubio, & omnibus timentibus DEVM desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes, fratribusque subuenire, & iniuriam non invidere, sed adiuuare. Audite, inquam, iam factam in Nicæa civitate synodum, cui & ego ipse conscientiae meae cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quam concordiam omnibus fabricare, & praecunctis arguere & removere hanc insidiantium altercationem, quas praevidentes sancti patres insidias & illicitas altercationes, vnam in praedicta Nicæna statuerunt syno-

Iob 31. b

*fratribus

Ex his & sequentibus liquet, plures esse Niceni Concilij Canones.

1. Tim 5. a

do, ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica autoritate convocata, super quibusdam criminatibus pulsatus audiatur, id est, iudicetur vel damnetur. Sin aliter praesumptum à quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica villo modo reputabitur. Ipsi verò primæ sedis Ecclesiae convocandarum generalium synodorum iura & iudicia Episcoporum, singulari privilegio, Evangelicis & Apostolicis atque Canonis cõcessa sunt institutis, quia semper maiores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec villo modo potest maior à minore iudicari. Ipsa namque omnibus maior & prælata est Ecclesijs, quæ non solummodò canonum & sanctorum patrum decretis, sed Domini saluatoris nostri voce singulare obtinuit principatum. Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & reliqua. Et quæcunque ligaveris super terram & solueris, erunt ligata & soluta in caelo & in terra. Porro dudum à sanctis Apostolis, successoribusque eorum, in praefatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hæc tenentur sancta & vniuersalis Apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiã Romani pontificis Concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc Ecclesia ipsius nomine consecrata, Domino instituyente, prima & caput sit ceterorum, & ad eam, quasi ad matrem atque apicem, omnes maiores Ecclesiae causæ, & iudicia Episcoporum recurrant, & eiusque iustæ sententia terminum sumant, nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proteuerit, & pro libitu cuiuspiam, suo proprio arbitrio, quibusque metropolitanis, sicut agere solebat, liceat, inconsulto Romano pontifice, aut maiores Ecclesiae causas deturbare, aut Episcopos damnare, sed communi sanctæ Romanæ sedis Episcopi Concilio, & concordia actione, quæque sunt Christi zelo agenda, disponant vnanimitè, recteque sentiant, & ea quæ senserint, non sibi met discrepando, sed DEO placita perficiant. Est etiam in iam facta Nicæna concorditer statutum synodo, accusatores & accusationes, quas seculi leges non admittunt, à sacerdotali funditus auerti nocumento. Ecce (inquit propheta) quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Illi verò non in vnum habitant, qui à fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Nò alieno vos, fratres, patiamini peccato grauari: quia quod necesse est, nos dicere veremur, id est, nè cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerè.

5. q. 4. Nullus episcopus

Matth. 16. c

3. q. 6. Dudum à sanctis II.

In dec. epist. Eleutherij pap. ac Vic.

*primariam In. 2. decre. epist. Anacleti papæ.

Et in 1. decre. epist. Alexandri papæ.

*iuxta eam sententiam

Habet infra in decr. Iulij pap. ad Orientales episcopos pro Athanasio.

III.

Psalim. 132.

III.

*preiudicat

25. q. 2. Amputato totius vsurpationis.

Rom. 12. a

uerenter adspicite beati Petri gloria, & cum ipso communes omnium Apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratre non destructione, sed confirmatione & veritate in Christo passi sunt. Nos ergo, qui Domini discipuli & dici & esse volumus, portare crucem Christi, & compati fratribus debemus, & non persequi. Subtrahite (rogamus) actus cogitationes quæ à talibus nocentis, si non vultis ipsam in vos suscipere vltionem: quoniam talionem meretur, qui fratri foueam præparat. Et nos, scitote, huic typum deinceps nõ esse passuros, ut ea quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut iudicia Episcoporum & maiores Ecclesiae causæ, ut paulò superius prelibatum est, vos patiamur nobis inconsultis inuadere, absque vestri status periculo. Sed si quis ab hodierna die & deinceps Episcopum præter huius sanctæ Sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, & proprio carere perpetim honore, eosque, qui absque huius Sedis sunt ciecti sententia vel damnati, huius sanctæ Sedis autoritate, scitote, pristinam recipere communionem, & in proprijs restitui sedibus: quoniam & prius, à tempore scilicet Apostolorum, hæc huic Sedi sanctæ concessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo, propter prauorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis singuli prouideant, nè talia audeant perpetrare, & caueant, si non propter Deum & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum, ruborem suum atque canonicam vltionem, saltem hæc timore & verecundia compressa, silentioque comprimantur, amputato scilicet totius vsurpationis excessu, quia nullus debet presumere, quæ sibi non videntur esse concessa. Quæ culpam nullo modo potuisset incidere, si vnde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius obseruantiae sumeretis: & beati Apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiastica magistra rationis. Vnde sicut multum nos ea quæ à vobis pie recteque sunt acta, lætificat: ita nimium ea, quæ sunt perperam gesta, contristant: quoniam necesse est, post multarum talium experimenta causarum, hæc in posterum sollicitius prospici, & diligentius præcaueri, quatenus ea, quæ sunt ab Apostolis eorumque successoribus statuta, nulla defidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. Nam sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnus corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnã sanitatem, vnã pulchritudinem facit: & hæc quidem

connexio totius corporis vnanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum, quibus & si dignitas communis non est, tamen ordo generalis est, quoniam & inter beatissimos Apostolos, in similitudine honoris, fuit quædam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, ut ceteris præemineret. De qua forma Episcoporum quædam orta est distinctio, & magna ordinatione prouisum, nè omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursum quidam in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem eius susciperent ampliolem, per quos ad vnã beati Petri Sedem vniuersalis Ecclesiae cura conflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi. Doctrinis varijs & extraneis nolite abduci. En instituta Apostolorum & Apostolicorum vltorum canonesque habetis: his frui mini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, ut his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perflittere valeatis. Satis enim indignum est, quæquam vel pontificum vel ordinum subsequetium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere. multum enim conuenit, ut totum corpus Ecclesiae in hac sibi obseruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus Ecclesiae totius posuit principatum, dicente scriptura: Ordinate in me charitatem. Et item: Omnia cum ordine fiant. Iterumque Psalmista prædicante: Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, ut enarretis in progenies alteras, quoniam hic est DEVS * Dominus noster in æternum, & ipse reget nos in secula. Officij enim nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere: libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit, nè per taciturnitatem aut fauere, aut consentire videamur fratrum nocumentis. Data Kalend. Octob. Feliciano & Maximiano viris clariss. coss.

Ex Nicephoro lib. 9. cap. 8. Vide etiam Sozomenum.

Orientalis Episcopi contumeliam esse rati Iulij obiurgatione, Antiochiæ cõgregati, de sententia omnium epistolam ad eum miserunt, luculenter quidem illam scriptam, ironijs autem aculeatisque verbis refertam, forentemque; & iudicialè in modum compositam, & quæ styli vi & grauitate, minarum expers non esset. Scripserunt enim, Romanæ quidem vrbi ab omnibus obseruantiam exhiberi & honorem, quippe quæ antiquitus Apostolorum domicilium & schola, verèque pietatis, ut

Plura ex his habentur in decre. epist. Vigiliij pape

Hebr. 13. b Dist. 11. Nolite errare.

Canti. 2. a 1. Cor. 14. g Psalm. 47.

*Deus

24. q. 1. Officij nostri cõ.

*liberum

kk 2 aliquis

aliquis dicat, metropolis & primaria vrbs fuerit: quauis ex oriente pcones eius eo venerint: se tñ nō idēo secundas ferre debere, q̄ ecclesie magnitudine superiores non essent, cū virtute & reb' alijs priores se esse existimaret. Illud etiā criminis loco obicere, cōmunicare eum cum Athanasio animū induxisse, idq; indignē tulere, veluti cōtumelia synodi eorum sententię irrogata esset. Et factū ipsum, vt quod cōtra s̄nctiones ecclesie pcessisset, iniquū esse sunt calūniati. Atq; egrē id eis esse, recteq; se eum reprehendere cū dixissent, postremō si quidē cū sententiā ipsorū quā illos condēnassent, tum electionē eorū, quos p̄ illis Ecclesijs p̄fecissent, cōprobarēt, pacatos etiā se fore & secū cōmunicaturos. Sin aduersari eis pergeret, & ipsos cōiunctos aduersus eum ituros esse intulere: cū neq; maiores eorū cōtra Cornelii Romę Episcopū conati aliquid fuerint, cū ille Nouatū presbyterū Ecclesia summoisset. De rebus verō Nicenis nihil rescripsere, superflū id esse arbitrati, etiā si plurima q̄ scriberēt, haberēt: quę tamē vt omitterēt, res p̄sentes necessariō efflagitarēt. In eam sententiā orientales Episcopi ad Iulii literas dedere. Hęc ex Niceph.

EPISTOLA ORIENTALIVM AD IVLIVM PAPAM PRIMUM, causantium quōd in communionem receperit Athanasium, & ceteros quos ipsi damnauerant.

Prodit hęc epistola hęc reticos fuisse, qui eam scripserunt.

Domino beatissimo & honorabili patri Iulio, Apostolicę Sedis venerabili Episcopo, Eusebius, Theognius, Theodorus, & Berinthus vnā cū reliquis fratribus & coepiscopis nostris, in Antiochia congregatis: Licet circa omnes Romanā Ecclesiam sciamus esse muniticā, & Apostolicā habere curam, & semper matrē existere pietatis, quantū ab Oriēte ad eam p̄dicatores pietatis aduenissent, tamen optarem vos nobiscum concordare, & quos a cōmunionē suspendimus, a vobis esse suspensos: & quos in ordine cōfirmamus Episcoporū, a vobis esse confirmados: nec nos secūdo loco habēdos, cū ex his partibus ad vos vsq; dogmatizantes Apostoli, peruenerint. Nec enim nos vestris resultauimus, quāuis hoc agere potuissemus, quāddō Nouatianus a Romana pulsus est Ecclesia, quoniā (vt iuxta vulgarem consuetudinē loquamur) inimicitias querit oīs, qui vult recedere ab amico. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum, absq; eius licentiā, a quo cōmunionē est priuatus, in cōmunionē suscepit, canonib' s̄iubentibus, vt excōmunicatus ab alijs, ab alijs nō suscipiatur, viuentibus illis, a quibus cōmunionē priuatus esse dinoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiā in his, q̄ concilia nostra dissoluitis, neq; ea rata finitis esse. Sunt nanq; a nobis, & maximē a totius Orientis Episcopis, damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constan-

Prou. 28. a In Nicena synodo c. 5. Et in Elibertino concilio cap. 53.

tinopolitanus, Marcellus Ancyrg, Asclepius Gazę, Lucianusq; Adrianopolites, p̄o certis criminibus, quibus aduersarij sunt apud nos inscripti, quę per p̄sentes huius epistolę latores, omnia sub certa relatione, vestra innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis, quā eorū machinationibus assentire, & ordinatos Episcopos in damnatorū loco firmare eligitis, pacem vobiscū & communionē habere volumus. Si verō aliter egeritis, & eis amplius, quā nobis assentire iudicaueritis, cōtraria celebrabimus, & vobiscū deinceps nec cōgrogari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisque fauere volumus, sed per nos, quicquid melius elegerimus, agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarū, etatē habens, qui ignoret p̄dictorum molimina seductorū. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa concilia diuersis & asperis temporibus celebrata, multę seditiones, multę machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa quę enumerare perlongum est. Nam si his consentire eligitis, tunc liquet, quōd nos perdere vultis, & non, vt pater filios, fouere. Dicūt enim & affirmant tam ciues istorum, quā etiam sacerdotes eorum, hos fouere vos velle homicidas, sacrorum templorum euersores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumq; vasorum, ac ceterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, Imperatorum infidos, gentis & patrię proditores, & inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eō quōd Confubstantialitatis vocem, quę scripta non inuenitur, in fidei doctrina posuissent. Quid plura enumerare necesse est, cū propter eos nobis & cunctis huius regionis habitatoribus scientibus, tāta cades hominum sit perpetrata, vt amplius quā mille homines sint prostrati? Talibus autem fauere, quid aliud est, quā scelerebus eorum consentire: quum sacra scriptura hęc prohibeat, dicens: Non solum qui faciunt, culpabiles existunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Talibus enim vos obistere totis viribus oportet, nē inuoluamini in peccatis eorum, & excommunicationem eorum nē suscipiatis. Tales em̄ a vobis procul abijcite, nē propter animositatem talium hominum, infirmę animę & ignari populi, sacrilega dissensione disperant. Itaque oportet vos, improbis probē resistere. Quapropter, si neglexeritis deturbare peruersos, liquet, quōd eorum protegatis errorem. Nec verō caret scrupulo societatis occultę, qui manifestē facinoribus desinit obuiare. Decet enim vos, ad arguendam proteruiam eorum, linguam vestram exacuere, & velut venenosos a vobis repellere, nē eorum veneno vos vestrique in aliquo sauciemini. Igitur sufficiunt nobis querimonie contra eos delatę, quoniam derelinquet nos tempus,

En vt agnoscent Romani potestatis primatum.

Rom. 1. d

* manifestis

Hebr. 11. f

pus, secundū quod ait Apostolus, si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maximē cū hęc nobis sufficiant, quę superius dicta sunt. Nec nobis necesse est, iterum eorum diuulgare mala, cū ipsa per se prodeant, & maximē omnes Orientales, testes super eorum malis existant. In ore enim (iuxta quod scriptū est) duorum vel trium testium, stabit omne verbum: quāto magis in multitudine tantorū sacerdotum & populorum, abbatū vel monachorum, in scripto & sine scripto contra horum prauitatem nos quotidiē * vox acclamantium? Nos verō diū expectauimus eos per multam patientiam, vt crearent vvas, sed illi econtrariō fecerunt labruscas. Vos ergō non oportet deceterō negligere & differre tales, nē (quod absit) memoratis criminibus eorum submittamini, irrationabiliter eos Episcopos ponentes. Ipsi enim, nisi citō corrigantur, (iuxta quod beatus Apostolus p̄testatur) secundū duritiam eorum & cor impcenitens, thesaurizant sibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij DEI, qui reddet vniciquę secundū opera eius. Qui corrigendi sunt, nē per temporalem delectationē, & per mendacia atque figmenta sua, vobis assensum p̄bentibus, æterna perdant p̄mia, quę per veram p̄nitentiam consequi poterunt. Nec hęc, quę p̄dicta sunt, solummodō Athanasio & sequacibus eius irrogamus, sed etiam quōd contra regulā egerit, quam nos decreueramus, quia non decreto communis concilij Episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando, Ecclesiam fuisse ingressus, & in sede resedis-

Deuter. 17. a 19. d

Matth. 18. b

Esai. 5. a

Rom. 2.

Hoc hereticorum esse decretū, testatur Iulius in Epistola proxima.

set, cū dudū decretum fuisset, nullum a pauciore numero restitui debere, quā depositum fuisse constaret. Deindē, quoniam eius aduentu sit turba generata, plurimiq; seditione sint mortui: & non solum hęc per eum & propter eum sunt peracta, sed etiam quidam a iam dicto Athanasio cęsi, iudicibus dicuntur esse traditi. Hęc & alia innumerabilia, sunt ab eo suisque sequacibus impudētē perpetrata, quos excommunicatos, communioni (vt audivimus) contra regulam in contumeliam omnium Orientalium sociastis. P̄fatio itaq; debita salutationis officio, p̄o p̄ter beati Petri honorem impensio, postulam, vt deinceps, ad vestras hinc venientes aures, non tam facilē admittatis, neq; a nobis excommunicatos, vltra velitis excipere, nē canonum transgressores inueniamini, sed magis salua fraterna charitate, erratum hoc in posterū minimē patiamini. Et subscriptio: Orantem pro nobis apostolatū vestrum Dominus æuo custodiat longiore beatissime pater. Amen.

Ex Nicephoro lib. 9. cap. 9. & 10. Athanasius autem Constantij minas veritus, fuga sibi consulens, disparuit. Nam ille capite in eum se animaduersurū denuncia-

uerat, quōd obtrectatores eius & insidiatores eum vt seditiosum detulerāt, reditu eius ex vrbe Romana in Ecclesiam, multitudinē ingentem conculcatam interijisse allegantes. Maximē verō Constantium in eum incitauerat calumnia ab Arrianis ei intentata, veluti annonam pauperum, quā Imperatoris pater Constantinus Alexandria in egenorum alimenta distribuēdam sanxerat, Athanasius vendidisset, atque in pecuniam rede-gisset. Iulius Romanę vrbis Episcopus literis, quas Eusebius ante obitum suum contra Athanasium scripserat, alijsque quas ij, qui Antiochię conuenerant, dedere, atque alijs rursū quorundam Aegyptiorum Episcoporum, ementita esse aduersus Athanasium omnia declarantibus, eisque sic inter se pugnantibus acceptis, Antiochenis illis rescribens, epistolę eorum arrogātem & p̄fractam sententiā coarguit: & quōd latenter aggressi essent, contra decreta Nicena fidem nouare & adulterare. Præterea quōd p̄ter Ecclesiasticam consuetudinem, se quoque in Synodum vocare intermississent. Extare enim Ecclesiasticum canonem, autoritatem omnem eis abrogans, quę præter Romani antistitis sententiā peracta essent: Rursū quōd in rebus, quas in Tyro vrbe & Mareote decreuissent, non legitimē processissent, inquisitione videlicet vna tantū p̄sente parte facta. Arsenij autem manum liquidō apparere apertam scycphantiā esse, eis obiecit. Et secundū ea omnia, æquum esse vt Athanasio & Paulo subueniretur, intulit. Breui nanque post Paulus quoque Episcopus Constantinopolitanus Corinthum se ire assumulans, in Italiam venit, & casum suum miserandum in modum deplo-ravit. Hęc Nicephorus. Vide etiā Socratis Historiam Ecclesiasticam, lib. 2. cap. 17.

RESCRIPTVM IVLII PAPAE PRIMI CONTRA ORIENTALES, PRO ATHANASIO & CÆTERIS.

Tituli capitulorum sequentis Epistolę decretalis Iulij papę primi.

- De uocatione Orientalium episcoporum ad Iulium, & restitutione damnatorum Episcoporum ab ipsis. 1
- Vt episcopi accusati, appellent sedem Apostolicam. 2
- De eadem re. 3
- Si quis putat se grauari a proprio metropolitano. 4
- De accusatoribus, vel accusationibus, quas seculi leges non admittunt. 5
- Vt nullus Episcopus alterius parochiam retineat, vel ordinet, &c. 6
- Si quis aduersus Episcopum, vel actores Ecclesię negocium habuerit. 7

kk 3 De

distulisti. Sanè manifestum est, suū eos confiteri crimen, qui toties euocati, abq; in euocabili causa venire distulerunt, & purgandi se volūtate nō vtuntur. Nam si de vestris dictis consideretis, etiā in faciē probare non distulissetis. Tales infidiatores spiritu prauidentis sancti patres in Nicea congregati, leges statuerūt, quas nos canones appellam⁹, nē facile probi ab improbis dānarent, ex quibus nonnullas sententias his inferi iudicauimus, vt tantorum patrū autoritate, nostra roboraret epistola, atq; oēs Orientales, siue reliquarū partiū episcopi hęc audiētes, in tā tā foucā non incidāt, nē dānationē à patrib⁹ decretā percipiāt. Sequūtur em̄ hęc ex prædicto concilio Niceno capitula, id est, 18, 19, 21, 23, 26, 27, 28, 33, 41, & 57 q; & *9, ac 51, 52, 53, 54, 55, 57, 58, 59, 60, 61, 63, *66.

2 Vt omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicā appellent sedem, atq; ad eam, quasi ad matrem cōfugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) piē fulciantur, defendantur & liberētur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas, & episcoporum iudicia, antiqua apostolorum eorumq; successorum atq; canonum autoritas reseruaui: Quoniam culpantur episcopi, q aliter erga fratres egerint, quā eiusdem sedis Papę fieri placuerit.

3 Placuit, vt accusatus vel iudic⁹ à comprouincialibus in aliqua causa episcopus, licēter appellet & adeat Apostolicę sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, eius retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio pōtifex causam suam audit, nullus alius in eius loco ponat̄ aut ordinetur Episcopus: quoniam quanquā à comprouincialibus Episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definiti, inconsulto Romano pontifice, permiffum est, cum beato Petro Apostolo & non ab alio, quā ab ipso dictum sit Domino: Quęcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quęcunq; solueris super terram, erūt soluta & in cælis.

4 Si quis putauerit, se à proprio metropolitanano grauari, apud primatem diœceseos, aut penes vniuersalis apostolicę ecclesię papam iudicetur.

5 Accusatores & accusationes, quas leges seculi non adfiscunt, & nos vnanimiter submouemus. Nec fiat in diffricta probatione impietas, cum recta sit iudicij in electione sententia.

6 Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque eius episcopi volūtate, vel iudicare, salua tamen in omnibus apostolica autoritate: quia sicut irrita erit ei⁹ ordinatio, itā & dijudicatio: qm̄ censemus, nullū alterius iudicis, nisi sui, sententia teneri. Nā qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vlaten⁹ poterit.

*viii. *67.

2. q. 6. omnes episcopi.

3. q. 6. Accusatus.

Matth. 16. c.

2. q. 6. Si quis pu.

3. q. 5. Accus.

7 Si quis erga episcopum, vel actores ecclesię, se proprium habere crediderit negocium, non prius adeat iudices, quā ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commoniti, ea sanare debeant, quę in querimoniam deducunt. Quod si aliter egerit, communionē priuetur.

8 Nemo pontificum deinceps, aliquem episcopum suis expoliare rebus, aut à sede pulsū, excommunicare aut iudicare præsumat: quia non est priuilegiū, quo possit spoliari iam nudatus.

9 Pari tenore decernimus, non credi accusatori, qui absente aduersario, causam fugerit ante vtriusque partis discussionem. Nec accusatores vel testes suscipi, qui non sunt idonei.

10 Placuit, vt si accusatus vel damnatus episcopus, appellauerit Romanum pontificem, id statuen dum, quod ipse iuste censuerit. Et omnes, qui aduersus patres armantur, infames esse censemus: neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

11 Placuit, vt semper in accusatione clericorum, primò persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubi⁹ in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendū, quia veritatis fidem ignorant, nec rectę conuersationis vitam ducūt: quoniam tales, & facile & indifferenter lacerant & criminantur rectē & piē viuētes. Ideò suspicio eorum discutiēda est primò & corrigenda, neque accusatoribus suspectis & de inimicorum domo prodeuntibus est credendum.

12 Quod non alię metropolitanę ecclesię, vel primates sint, nisi illę, quę prius primates erant, & post Christi aduentum, autoritate apostolica & synodali primatū habere meruerunt. Reliquę verò non primates, sed metropoles vocētur: eorumq; episcopi, nō Primatum, sed aut metropolitanorū aut archiepiscoporum, nomine fruantur.

13 Infames esse censemus omnes, qui suam aut Christianam præuaricātur legem, aut canonicam postponunt autoritatem.

14 Saluo in omnibus Romanę ecclesię priuilegio, nullus metropolitan⁹, absque cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, immò & causam in synodo pro facto dabit.

15 Alienis erroribus sociatū, vel à sui, propositi tramite recedentē, aut sacris canonib⁹ inobedientem, suscipere nō possum⁹, nec impetere rectē credētes, vel sanctorū patrū sanctis onibus obtemperantes, permittimus.

16 Peregrina iudicia generali sanctiōe prohibemus: quia indignum est, vt ab exteris iudicibus dicentur, qui cōprouinciales & à se electos debent habere iudices.

17 Salua apostolicę ecclesię autoritate, null⁹ episcopus extra suā puincia ad iudiciū deuocet: sed euocatus ipse canonicē, in loco omnib⁹ cōgruo, tēpore synodali, ab oīb⁹ comprouincialibus episcopis audiatur, qui concordem super eum, canonicamq; proferre debent sententiā: quoniam si hoc minoribus, tam clericis q̄ laicis, concessum est, quanto magis de episcopis seruari conuenit? Nam si ipse metropolitanus aut iudices, suspectos habuerit, aut insensos senserit, apud primates diœcesios, aut apud Romanę sedis pontifices iudicetur.

18 Nemini de se confesso, credi potest super crimen alienum: quoniam eius, atque oīs rei professio, periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.

19 Incerta nemo vnquam pontificum iudicare præsumat: quia quanuis vera sint, nō tamen credenda, nisi quę manifesto indicio conuincuntur, nisi quę iudiciario ordine publicantur.

20 Criminationes maiorum natū per alios nō fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se carere suspitione atq; inimicitia, & irreprehensibilem fidem atque cōuersationem ducere.

21 Et prouincialis synodus retractetur per vicarios vrbis Romę Episcopi, si ipse decreuerit.

22 Placuit, vt à quibuscūq; iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos (vb̄ est autoritas maior) fuerit prouocatum, audientia non negetur.

23 Si quis metropolitanus episcopus (nisi quod ad suam solummodò propriā pertinet parochiam) sine cōsilio & volūtate oīm comprouincialiu episcoporum, aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprouincialiu Episcoporum causis, suarumq; ecclesiarum & clericorum atque secularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cū omni consensu comprouincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humilima & concordia administratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi, cum eius consilio (nisi quantum ad proprias pertinet parochias) agant, iuxta sanctorum constituta patrum, vt vno ore, vno animo cōcorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.

24 Caueant iudices Ecclesię, nē absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferrant, quia irrita erit, quippe & rationem pro actione reddent in synodo, & vt proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur.

15. q. 3. Nemini.

In dec. Sixti pp. ij.

2. q. 7. Criminationes.

Et in conc. Carthag. 3. cap. 10.

2. q. 6. Placuit vt à quib.

Matth. 20. d. Mar. 10. g.

5. q. 9. Caueant anti. iudi.

Nemo enim debitorem ampli⁹ potest cognoscere, quā ille, qui iniuriam, eiusq; sustinet nequitiam.

25 Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in prouincia, in qua ille consistit, qui pulsatur, suas exerceat actiones. Nec æstimet eum accusator suus alibi, aut longius pertrahendum ad iudicium. Illi verò, qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare.

26 Primates accusatum discutientes episcopum, non antè sententiam proferant damnationis, quā apostolica freti autoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes & canonicē examinatos regulariter testes conuincatur.

27 Irritam esse iniustam episcoporum damnationem decernimus, & idcirco à synodo retractandam, itā vt oppressis, ab omnibus in cunctis subueniatur causas.

28 Detractores, q̄ diuina autoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorum, ab episcopali submouemus accusatiōe. Similiter, nē summorum quispiam, minorum accusationibus impetatur aut dispereat. Neq; in re dubia detur sententia, nec vllum iudicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur.

29 Plura de his idē hęc non inserimus, nē vacuare, vilēve prædictam facere synodū videremur, aut fastidium legentibus audientibusq; proluxa faceret epistola. Si quis autē de his ampliora atq; abundantiora scire voluerit, in sacro nostrę ecclesię sedis scrinio & ea, quę prædiximus, inuenire poterit. Verum me dixisse, testis est diuinitas. De receptiōe verò sedis, & sacerdotij, atq; honoris, quę dixisti Athanasium absque concilij decreto suscipere, non itā inuenimus, sicut calumniati estis, sed quorundam Episcoporu consilio atq; decreto recepit suum, quod iniuste perdidit, sacerdotium, ac resedit in sede. Quod enim scripsistis, non eum posse à pauciore numero Episcoporum restitui, quā depositus fuerat, non itā est: nec hęc regula orthodoxorū sanctę ecclesię est episcoporum, sed Arrianorum, sociorum videlicet vestrorum, hęc adinuentio, ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam vt nobis à veracibus est testibus relatū, quandò Antiochię pro dānatione fidei de consubstantialitate prolata, fuisit congregati, odio prædicti Athanasij hęc regulam protulistis, quę nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc cōcilium actum est, nec Romanę ecclesię legatio interfuit, canonicus præcipientibus, sinē eius autoritate cōcilia fieri non debere. Nec vllum ratū est aut erit vnquam concilium, quod non sultum fuerit eius autoritate.

30 Igitur de fuga, super qua Athanasium reprehenditis, non benè agitis, cum ipse Dominus mandatū hoc nobis dederit, Cum

3. q. 6. Si quis cleric.

3. q. 6. Irrita damnationem.

3. q. 4. Detractores quocunq;.

2. q. 7. Maiorum quispia.

Dist. 17. Regula vestra nullas.

* recte Matth. 10. c. per-

* demōstravit
Marth. 12. b

Ioan. 8. g

Lucæ 4. e

Ioan. 20. c

2. Cor. 11. c

Matth. 10. c

* mihi iuste depositos.

2. q. 6. Ideo huic sanctæ sedis.

Luci. 19. c

Lucæ 10. c
Col. 3. d

persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et ipse Dominus, per semetipsum exemplū nobis demonstrans, quando pharisæi concilium fecerunt aduersus eum, vt eum occiderent: sciens autem Iesus, discessit inde. Et alibi: Tulerunt lapides Iudæi, vt iacerent in eū. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Et transiēs per medium eorū, abiuit, & ita discessit. Nam & discipuli, propter metum Iudeorum, recesserūt, celātes semetipsos. Et Paulus, in Damasco à principe gentis quesitus, de muro in sporta depositus est, & manus quærentis effugit. Et alij quàm plurimi & innumerabiles sancti, tam in veteri testamento, q̄ in nouo, fugisse leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubescite potius persequi, & quiescite insidiari, quiescentq; continuò fugiētes. Nam siue perimatis eos, mors semper cōtra vos exclaimat: siue rursus exilia superponatis, vbiq; in vos mali memoriam destinare noscimini, & illi patiēdo sibi proficiunt. Vnde & Dominus ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem nō possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Multos enim cognouimus, pessimis machinationibus iniuste depositos. Ideò summopere * à me, cui vice apostolorū principis, vniuersalis ecclesiæ cura commissā est, prouidendum est, auxiliante ipso summo Apostolo, nē deinceps talia fiant: quoniā idē huic sanctæ sedis præfata priuilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis concilijs & iudicijs ac restitutionibus episcoporū, quàm & de summis ecclesiarum negocijs, vt ab ea omnes oppressi, auxilium, & iniuste damnati, restitutionem sumant, & talia ab improbis nē præsumātur absq; vltione, nec exercēantur absq; damnatione. Non ergo rectē egistis, q̄ prædictos fratres calūniati estis, dicente Domino: Non facies calūniam pximo tuo, nec vi opprimere eum. Nec rectē egistis, q̄ nobis inconsultis, concilium celebrāstis, eosq; ad conciliū vocāstis, & damnare præsumpsistis, canonicis (vt præmissum est) iubentibus, nihil ex his absq; huius sanctæ sedis autoritate fieri debere. Non rectē egistis, q̄ regulariter à nobis ad concilium vocati, venire distulistis. Non rectē egistis, quod cōtra eos rationem reddere, vt vestra erga eos, aut probaretur recta sententia, aut improbaretur, non venistis, nec rationalem mandāstis causam, vt qd hæc renuistis.

His ergo omnibus perpensis, manifestum est, vos reos existere, & illos innocētes remanere: & vos rectē excommunicatos, illosq; iuste liberari. Noluit itaq; Dominus tam leuiter suos tractari ministros, sicut facitis, aut à vobis dānari, sed (sicut memoratū est) aut ab hac sancta Sede, cui commissā sunt, aut suo referuari iudicio. Ait em̄: Qui vos contristabit, me contristabit. Qui fecerit iniuriā vobis,

recipiet id quod iniquē gessit. Et quāta pœna expectet eos, qui Dñi scandalizant discipulos, euangelium sufficienter exponit, vbi de scandalizantibus discipulos loquitur. Nā q̄ à vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta (vt præfatū est) sede, aut sibi referuandi, ipse manifestē dat exemplū, quod peccantes sacerdotes, quorum locum modò in sancta ecclesia tenent episcopi, non per aliū, sed per semetipsum vendentes & emētes eiecit de templo, & mēsas nūmulariorum proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Et ipse alibi ait: Deus stetit in synagoga deorū, in medio aut deos discernit. & reliqua talia, & his similia. Et alibi idem ipse ait: Nolite iudicare, vt nō iudicemini: nolite cōdemnare, vt non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.

31 Quapropter non tam temerē (vt vos facitis) quispiam suam præsumat euomere iniquitatem, sed iudicantem cuncta oportet rimari, & ordinē rerum plena inquisitione discutere, nec de illis, quæ ei incōcessa sunt, vilo modo iudicium præsumere interrogandi ac proponendi, adijciēdiq; patiētia præbita ab eo, vt ibi actio partū limitata sit pleniter. Nec prius litigantibus sua velit sententia obuiare, nisi quando illi peractis omnibus, iam nihil amplius habuerint in quæstione quod proponat. Nec oportet quenquā iudicari aut damnari, antequam suos accusatores præsentēs habeat, locumq; defendendi accipiat spatiosum ad abluēda crimina.

32 Similiter, in iam facta synodo statutum est, vt vltra prouincia terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit Sedem prouocatū, ad quam omnes qui voluerint, liberē & absq; vilo impedimento à quibusdam agendo, cōfluere debent.

33 Similiter in iam præfixa synodo est decretū, nē suspecti, aut infames, aut criminosi, aut * gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facilē litigantes, suscipiātur accusatores, sed tales, qui omni careāt suspicionē, quia colūnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec à quibuscumq; agitari.

34 Similiter statuit præfata synodus, vt nullū sententia, nisi à suo iudice dicta, constringat. Iudices autem alij esse non debēt, quàm quos ipse qui impetit, elegerit, aut quos, suo cum consensu, hæc sancta sedes, aut eius primates autoritate huius sanctæ sedis delegauerint. Ex his enim & alijs, quæ tā in hac sancta sede, q̄ & ab apostolis, eorūq; successoribus sunt statuta, nihil præfatis episcopis cōcessistis, sed vim eis inferētes; iniusteq; (vt superius commemoratum est) eos damnantes, aliquos absentes expulistis, quod omni Christianæ religioni est inimicum. In quibus apparet, q̄ nec Domino sua seruāstis iura, nec huic sanctæ matri & apostolicæ ecclesiæ, quæ (vt præscriptum est) eos suo iudicio, aut huic sedi

Matth. 18. a
Marc. 6. f

Matth. 21. b
Marci 11. b
Lucæ 19. g
Ioan. 2. c

Matth. 7. a
Lucæ 6. f

30. q. 5. Iud. opus, & in dec. Eleuth. papæ.

In dec. Iuon. lib. 4. * prius iudex

2. q. 6. vltra prouinciā, et in 2. epist. dec. Step. 1.

1. quibusuis inferendo,

3. q. 5. Similiter in præf. id est, aduatores, vt expōit glossa in præfata ca.

1. q. 1. Iudices aut alij

2. q. 2. Nullus potest conuocari.

3. q. 2. Si episcopus suis fue. Et in dec. Eusebij papæ sententia liter.

1. Reg. 16. b

1. Par. 28. b

In dec. Iuon. lib. 4.

Exod. 23. a

1. Tim. 5. c

fedi voluit referuari, nē à tam prauis (sicut estis) hominibus damnarētur aut eijcerētur. In his omnibus, vos stultos & præuaticatores euangeliorum & canonū esse, nulli sanē sapientium est absconditum.

35 Nec his contenti in vestra estis præuaticatiōe, sed etiā quod prius expulsos eos, & suis expoliatis rebus, quasi vocāstis atq; damnāstis, quum nullus regulariter aut vocari, aut iudicari possit, antequam sit regulariter restitutus, & sua omnia ei legibus sint integerrimē reformata. Est nanque in sepē iam dicta sancta synodo ab om̄ibus vnanimiter decretum, & apostolica autoritate roboratum, vt si quis episcoporum suis fuerit rebus expoliatus, & in accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet & decet sanctū propositum prima fronte cedere, vt omnia quæ per suggestiōes inimicorum suorū amiserat, legaliter primò potestati ei⁹ ab honorabili concilio redintegrentur, & præsul regulariter prius statui pristino reddat, & ipse, dispositis ordinatisq; suis, tunc ad tempus veniat ad causam, & si ita iuste videretur, accusantium propositionibus respōdeat. Quare ergo transgressi estis terminos patrum, iudicantes & damnātes eos, quos non debuistis? Quare iudicāstis eos, quos nō regulariter approbāstis? Non obseruāstis, quod in Regnorum libro scriptum est: Non, quo modo videt homo, videt Deus: quia homo videt in facie, Deus autem in corde videt. Et in Paralipomenon: Omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem nouit. Et alibi scriptū est: Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo referuauit iudicio. Hæc omnia summopere præcauenda sunt, nec accusatio episcoporum facile est recipiēda, dicente Domino: Non suscipias vocem mendacij. Et Apostolus inquit: Aduersus presbyterum inscriptionem non recipiēdam, absq; duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcauenda, quanto magis de episcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle, manifestum est, quàm consulere fratribus, aut sustetare eos, quia honor inflat ad superbiam: & quod prouisum est ad cōcordiam, tendit ad noxam. Decuerat nanque vos iuxta præfatas regulas, si aliquid egissent cōtra suum ordinem, mādare nobis, & expectare, quid ad vestra consulti rescriberemus, intantū, vt si etiā quicquā graue intolerandumq; committerent, nostra præstolaretur censura. Et nihil prius aut aliud decerneretis, q̄ quod nobis placere cognouissetis, ita vt à regulis prestitutis nulla aut negligētia, aut presumptione recederetis. Ceteret huiusmodi, pressa nostra autoritate, presumptio: vitētur huiusmodi nocumta: quia nequaquam talia patiēter ferre possumus machināta, quoniam conuenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Meritò nanque nos

causa respicit, si silentio faueamus errori.

36 Est insup̄ in prædicta sancta Nicena synodo statutum, vt nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione: nec illi, qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione, quum nos super illos sciamus à Dño constitutos, non illos super nos. Et sicut maior non potest à minori iudicari, ita nec colligari: quia rarum est omne, quod magnum est. Portamus onera oīm qui grauatur, quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduersis. Data Kalēn. Nouemb. Feliciano & Maximiano viris clarissimis cons. Ex Nicephori Histor. Eccle. lib. 9. cap. 10.

Verumenimuerd vbi Iulius scriptis suis apud Orientales Episcopos nihil effecit, occidentis Imperatorem Constantem de rebus Athanasij & Pauli certiore fecit: qui ei etiā adito Arrianæ factiōis subdolas fraudes exposuēre, patris mētionē illata, vt ille eumenicam & vniuersalē synodū cōegerit, consultationeq; decreta illius stabiliērit, referētes, & eum ad paternā emulationē consecūdam cohortātes. Constās, reb⁹ eis cognitis, casum eorū virorū calamitatē suā prorsus esse putauit: & ad fratres scribēs, eū admonuit, vt paternę religionis incorruptā integramq; seruariet normā. Ille em̄, inquit, vera pietate stabilito imperio, tum tyrānos Romanos omnino sustulit, tum barbaros hostes circuncircā deuicit. Significauit eidē etiā, vt tres ex oriente in occidentē mitterētur episcopi, qui rationem de Athanasij & Pauli exauratione exponerent. Ad id delecti sunt Narcissus Irenopolis Ciliciæ, Theodor⁹ Perinthi, & Marcus Arethuse Syriæ Episcopi. Qui in Italiam cum venissent, Imperatori Constāti iustā esse q̄ cōtra illos lata fuerat, sententiā persuadere voluerūt. In Athanasij verò colloquiū venire nō sustinuerūt. Porrd vbi de fidei eorū ratione quæsitū est, aliā eius q̄ quæ Antiochiæ composita erat, Constāti formulā obtulēre. Constās autē perspectū habēs eos iniquē contra diuinos viros cōspirāsse: neq; criminum aliquorū gratia, neq; propter vitę prauitatē, sicuti attestationes declarabāt, communionem illorū auersatos, sed dogmatis dissonātiā, prorsus causam dissidij esse, infecta, cuius causa venerāt, re, eos dimisit. Hęc ibi. Et rursum cap. 11. Triennio deindē elapso, orientales Episcopi, scripto alio cōposito, ad Occidentales id misere: quod *μνημόσυλον*, hoc est, longiorē vocārūt formulā, seu expositionē, q̄ f. verba & sententias plures cōplecteretur. Verūm nē in eo quidē substantię Dei nominatim mentionē fecere. eos verò, qui filiū ex nō existētibus, aut ex alia substantiā q̄ ex deo esse: & fuisse quandoq; tēpus aut seculū, cum illenō fuerit, dicerent, proscriptis. Scriptū illud ptulit Eudoxius Germaniciæ antistes, qui

2. q. 7. In sancta Nicena.

qui etiã post Macedonium Constantino- politanã præfuit Ecclesiã, & Martyri, & macedonius Mopsuestiã Ciliciã Episcopus, Occidentalis Episcopi scriptum non receperunt: sufficere sibi Nicenam fidei profes-

ROMANA SYNODVS, HABI-

TA A IVLIO PAPA PRIMO, ET RELIQVIS OR- THODOXIS EPISCOPIS.



N nomine Domini Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, imperantibus quoque Constantio & Constante Augustis, anno quarto, sub die 19. Kalendarum Octobrium, indictione sexta, p- sidente sancto ac beatissimo Iulio Papa Se- dis Apostolicæ Romæ, propositis sacrosan- ctis & venerabilibus Euangelijs, in Ecclesia Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Chri- sti, quæ vocatur Constantiniana, residentibus etiã viris venerabilibus, pariterq; cum eo audientibus, Benedicto Aquileensi episcopo, Rufo Carthaginensi Episcopo, Agapito Rauennatis Ecclesiæ Episcopo, Iulio Mediolanensi Episcopo, Luciano * Maurianensi, & reliquis cum eis 116. Episcopis, Iulio prædictus sanctissimus Episcopus vrbis Romæ, dixit sanctæ Dei & Apostolicæ synodo, & Dei voluntate & gratia in indiuisa communionem sancti spiritus, in hac consonanter & vnanimiter congregatã antiqua alma vrbe Roma, ad cõfirmationem sacram & correctionem fidei nostræ & Christianorum immaculatã disciplinã: Vt nõstis, beatissimi fratres, necesse est cogitare, & consonanter omnes nos docere, secundum naturam DEI summi & patris sapientiam, Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, omem desiderantem humanam, diuinamq; in eo, attestãte veritatis voce, naturam: quoniam qui cõfitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est: qui autem negauerit me & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo qui in cælis est. Vndè oportet, vt primò fidem trecentorum dscem & octo patrum in Nicenã synodo corroboratam, ponamus, & postmodum, quæ necessaria sunt, fideliter tractemus. Cui ab omnibus vna voce responsum est: Ad hoc conuenimus, vt hoc primò secundum Dei voluntatem faciamus, & à fundamẽto Christi Iesu incipiamus, & denuò pro fratrum oppressione tractantes, laboremus: quia dum illi tam grauius affliguntur, nos nec respirare, nec quiescere possumus: quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem aut quietẽ minimè habere poterit. Hæc est * em fides, in Nicenã generali tractata synodo.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium, inuisibiliumq; factorem: & in vnu Dominu Iesum Christum, filium Dei, natum ex patre, vni-

sonem, neq; se vterius anxie nimis & curiosè de ea inquirere velle dicentes: atque illud etiã prætexentes, aliena lingua libellu scriptum esse, & se verborum sententiam non intelligere. Hæc ex Nicephoro.

nitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus, & resurrexit tertia die, & ascendit in celos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Dicentes autem, Erat, quãdò nõ erat, aut, Non erat, antequam fieret: aut, quia ex non existentibus factus est: aut, ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut, creatum aut cõuertibilem filiu Dei, hos tales anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. Hanc fidem venerabilem trecẽti decem & octo & agnouerunt, & corroborauerunt, cõsonantesq; & vnanimis scriptis explanauerunt. Nam Dominus noster, mittens ad prædicandũ discipulos suos, ait: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. De quibus & affirmamus, itã habere, & itã sapere, * sed etiã dudum sic habuisse, & itã sapuisse, & vñq; ad mortem pro hac * stare fide, anathematizantes omnẽ sinẽ Deo hæresim. Hęc omnia ex corde & anima nos sapuisse, ex quo nouimus nosmetipsos, & nunc sapere & dicere, coram omnipotente Deo, & Domino nostro Iesu Christo, cum veritate testamur.

His * enim itã prælibatis, ingenua patris natura extranea est: sed prædicandũ est, esse consubstantialem patri filium, eò qd nullã equalitatem ad creaturas factas Dei filius habeat, sed soli patri genitori per omnem modũ sit similis, & non sit ex alia qualibet substantia vel essentia, sed ex patris. Ante omnia siquidẽ exquisita sunt impia & iniqua & sinẽ DEO dogmata Arrij, & consentietium ei, sub præsentiq; omniũ decreto, complacuit anathematizari impiã eius sectam, & iniqua atq; sinẽ Deo verba simul & nomina, quibus utebatur, filium Dei blasphemã, & dicẽs, ex nõ extãtibz esse: & iterum, Fuit aliquãdò, quãdò non fuit. Quomodò enim fuit, aut quomodò iterũ non fuit: Et pro libero arbitrio, malitiã atq; virtutis capabilem filiu Dei dicentes, & creaturam nominantes eum atque facturam. Hęc ergò omnia, fatua & anilia & blasphema, anathematizauit sanctũ & vniuersale conciliũ, & nec vñq; ad auditũ impiã sectã, atq; * tumoris huius, aut intellectũ iniquorũ sensum accommodauit. Ea quidẽ, que de illo gesta sunt, qualẽ terminũ habuerunt, omnia

* Marianẽ & fuit quondã archiepiscopus patris Calabriæ. * Maranẽ, & fuit quondã Episcopus Dalmatie.

Matth. 10. d

* autem

Matth. 1. 8. d

* sed &

* certare

* autem

Gal. 1. b

2. Cor. 6. c

* Cabilonorum

* Tassis

* rumoris

omnia iam audistis, & audietis, nõ nos fortè videamur viro obloqui propter delictũ suum impropria digna portant. Eos enim, qui diuidunt à paterna substantia & diuinitate, & alienant verbũ à patre, diuidi ab Ecclesia Catholica conuenit, & esse alienos à nomine Christiano. Sint igitur nobis & omnibus anathema, eò quòd verbum veritatis videantur esse cauponati. Apostolicum nanq; præceptum est: Si quis vobis annunciauerit, præter quod accepistis, anathema sit. His ergò nullum communicare denunciare. Nulla est enim communio luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omnibus. Nulla enim concordia Christi ad Belial. Seruate vos, fratres charissimi, vt neque scribatis eis, neque eorum scripta fuscipiat. Studete simul & vos, fratres charissimi, & ministri, tanquam spiritu præsentem, nostro concilio consentire, atque subscriptione vestra decernere, vt ab omnibus vbiq; cõministris nostris con-

sonantia vna seruetur. Abdicamus autem illos, & extra terminos Catholicæ Ecclesiæ abijcimus, qui nõ affirmant, quòd Deus est Christus, sed aiunt, verus Deus non est, quia filius est, sed verus filius nõ est, nõ genitus sit simul, & ingenitus. Sic em se intelligere natum, pfitentur, quia sic dixerunt: Quòd natum est, factum est. Et quia quum Christus ante secula sit, dederunt ei principium atq; finem, sed habet ante secula. Oremus simul & pro nobis omnibus, & reliquis oppressis fratribz, vt ipsi eruantur illã, & seruentur immaculati, vt, quæ benè placuerunt, firma permaneat per Dominum nostrum Iesum Christum, secundum bonam voluntatẽ factã, sicuti credimus, Dei & patris, in Spiritu sancto, cui est gloria in secula seculorum. Amen. Trinitas consubstantialis æterna est.

Data Kalendis Nouembris, Feliciano & Maximiano viris clarissimis consulibus.

AGRIPPINENSIS

SEV COLONIENSIS SYNODVS, TEM- pore Iulij Papæ primi celebrata.

Colonia Agrippina, insignis vrbs est Germaniæ inferioris, Vbiorum metropolis & caput: vbi quondã Romani perpetuas habuerunt stationes, & multa cum Germanis bella gesserunt. Sunt qui scribant eam prius Vbiopolim dictam, post ab Agrippa Augusti Caesaris genero, qui eam instaurauit, Agrippinam appellatam. At Cornelius Tacitus auctor est, Agrippinam Claudij Caesaris coniugem, quò vim suam socijs quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniãq; deduci imperasse, eiq; nomen inditum ex vocabulo ipsius. D. Maternus discipulus S. Petri primus apud Vbios fidem Christi prædicauit: in qua fide Agrippina Colonia in hunc vsq; diem constantissimè perseverat. Meminit eius Ptolemaus, libr. 2. cap. 9. & Plinius libro 4. cap. 17. itemq; Strabo lib. 4.

Post consulatum Amantij & Albinij, 4. Idus Maias, quũ confedissent episcopi in Agrippinensium ciuitate, id est, Maximinus Treuirorũ, Valentinus ab Arelato, donatianus * Cabelonorum, Seuerinus Senonum, Optatianus Tricassũ, * Tassis Nemetũ, Victor Vangionum, Valerianus Antiodoresium, Simplicius Augustudunensiu, Amandus Argentinẽ, Iustinianus Rauricorũ, Eulogius Ambianorũ, Seruatius Tungrorum, Dyscolius Rhemorũ, consentientibus & mandantibus Martino episcopo Moguntiacensiu, Victore Mediomatricorũ, Desiderio Lingonicæ, Panchario Viscensiu, Sanctino * Articlauo, Victorino Parrhisiorum, Superiore neruorum, Mercurio Sueffionum, Diopeto Aurelianorum, Eusebio Rothomagensium. Quum quẽ recitata fuisset epistola plebis

Agrippinensium, sed & omnium castrorum Germaniæ secundæ, de nomine Euphratæ, qui Christum Deum negauit, Maximinus episcopus dixit: Quia voluntas Dei patris & Domini nostri Iesu Christi voluit nos, iuxta postulatam fratrum, ad hoc Agrippinensẽ oppidum conuenire, propter perditum & blasphemum Euphratam, quẽ omnis mundus iam ore Domini cognouit esse damnatum, qui in Spiritum sanctum eatenus blasphemauit, quòd Christum negat, hanc mediocritas mea sententiam fert, sicut Dei & domini nostri Saluatoris ore prolata est, dicentis: Omnia peccata & blasphemiã remittuntur hominibus: qui autẽ blasphemauerit Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro, sed reus erit æterno iudicio: Ideò episcopum eum, manifestum est, esse non posse.

Valentinus episcopus dixit: Quia Euphrata Christum Deum negat, consentio eum episcopum esse nõ posse, qui ne laicam debet communionem accipere.

Donatianus episcopus dixit: In pace negauit Christum Deum, & ideò constat Euphratam non esse catholicum.

Seuerinus episcopus dixit: Quum constet Euphratam, subscriptione fratrum plurimorum, in Spiritum sanctum blasphemasse, negando Deum Christum, & ego consentio eundem iuxta Euangelicã præcepta iure ab episcopatu esse deiectum.

Optatianus episcopus dixit: Et ego sentio Euphratam in episcopatu permanere nõ posse, qui in Spiritum sanctum blasphemauit, negando Christum Deum.

Matth. 12. Marc. 3.

*quæ Telliſ epifcopus dixit: Nô ſolùm epifto-
 liſ omnî Eccleſiarum, * qui audiêrunt Euphra-
 tam negare Deum Chriſtum, ſed quòd ego
 ipſe auribus meis audiui, ſub præſentia Mar-
 tini cõſenſioris noſtri, & Metropij preſbyte-
 ri, & * Quëtini preſbyteri, & Viçtoris diaconi,
 ided cõſenſi illum iure eſſe depoſitum.

*Quëtini

Viçtor epifcopus dixit: Quoniam palàm
 factum eſt & probatum, Euphratam im-
 memorem ſacramenti cœleſtis, blaſphemãſſe in
 Spiritum ſanctum, negando Chriſtũ Deum
 Dei filium, & multis criminibus coarguitur,
 quod epifcopum nullo modo decet, con-
 ſentio eum eſſe depoſitum.

Valerianus epifcopus dixit: Etſi non omnes
 conſenſiores hîc apud Agrippinam Dei vo-
 luntate, qui ſumus adunati, conueniſſemus,
 ſuffecerat, à quinque epifcopis Euphratam
 blaſphemum, quia Chriſtum Deum negat,
 pro meritis ſuis ſententiari, eodem iure eſſe
 depoſitum. Nunc autem in præſenti maiora
 cognouiſmus: multorum etiã charorũ lai-
 corum ſubſcriptione manifeſtum eſt, quia
 primordiale dominum & Deum noſtrum
 negat, quum per vniuerſos prophetas mani-
 feſtetur, illum ante mundi conſtitutionem
 fuiſſe cum Deo patre omnipotente, & quia
 omnes cecinerunt illum venturum, & pati p
 totius mundi ſalute, ſicut ipſe compleuit.
 Quapropter Euphratas falſus doçtor, qui
 nudum tantum hominem aſſerit Chriſtum,
 rectè omnium confacerdotũ voce damna-
 tus eſt. Ided conſentio, vt ſi quis epifto-
 liſ per Catholicam Eccleſiam attulerit,
 communionem priuetur, eundemque cenſeo
 iuſtè eſſe depoſitum.

Simplicius epifcopus dixit: Eſſe epifco-
 pum non poſſe Euphratam conſentio, quia
 Chriſtum Deum negat.

Amandus epifcopus dixit: Siquidem in
 præſenti, quandò Euphrata à quinq; epifco-
 pis ſententiam accepit, me inter ipſos fateor
 eſſe cõſentaneum, qui epifto-
 liſ meis ad eundem deponendum conſenſi,
 ſecundum falſam doçtrinam ipſius, qui Chriſtum Do-
 minum Deum negat, meritò in ipſum ſenten-
 tiam collatam eſſe conſtat, ad cuius damna-
 tionem conſentio.

Iuſtinianus epifcopus dixit: Exempla cle-
 ritorũ Agrippinenſium, necnon & fratrum
 per ſingula caſtra cõſtitutorum, quorũ epi-
 ſto-
 liſ & ſubſcriptiones tenentur, cognoui-
 mus euphratam eſſe blaſphemum, qui Chri-
 ſtum ſaluatorem Dominum noſtrum, Deum eſſe
 negat: quapropter & ego cõſentio, illum ab
 Eccleſia Catholica eſſe damnatum.

Eulogius epifcopus dixit: Diabolus, qui
 ab initio fuit, qui perijt primus, & cæteros
 perdidit, ipſe hodiè in Euphrata perſiſtit. Nã
 & idem multos ſecum trahendo decepit, qui
 tamen meminiffe debuerat, Apoſtolum præ-
 dicãſſe, qui ait: Et ſi angelus deſcenderit de
 cælo, & vobis aliter prædicauerit, quàm vo-

Galat. 1.b

bis eſt prædicatum, anathema ſit. Quarè Eup-
 hrata falſus doçtor, legisq; ſubuerſor, me-
 ritò omnium epifcoporũ ſententia damna-
 tus eſt, qui benedictum Dominum & Salua-
 torem noſtrum, authorè lucis & vitæ, Ieſum
 Chriſtum, Deum negare auſus eſt. Et ided
 puſillitatis meæ cõſenſu, vt meretur, damna-
 tionem percuffus eſt.

Seruatius epifcopus dixit: Quid fecerit,
 quidve docuerit Euphrata pſeudo epifco-
 pus, nô opinione, ſed veritate cognoui, pro
 finitimi loci coniuncta ciuitate, cuiq; publi-
 cè & domeſticè obſtiti ſæpè, cum ille Chri-
 ſtum Deũ negaret, audiente Athanaſio epi-
 ſcopo Alexandriæ, & preſbyteris & diaconi-
 bus plurimis: & idcirco cenſeo, Chriſtianis
 epifcopum eum eſſe non poſſe, quia Deum
 Chriſtum ſacrilega voce negauit, neq; illum
 Chriſtianum eſſe iudicandum, qui eiſdem
 conſinitimus fuerit inuentus.

Dyſcolius epifcopus dixit: Qui Chriſtum
 Deum negat, in Eccleſia non poteſt perma-
 nere, dicente Domino noſtro Chriſto: Qui
 me negauerit coram hominibus, & ego ne-
 gabo eum coram patre meo, qui eſt in cælis.
 Et ided Euphratam, inter cæteros fratres
 meos arbitror & rectiſſimè cenſeo, eſſe epi-
 ſcopum non permitti. Item ex epifto-
 liſ epifcopi Aurelianorum: Inter omnium
 voces Euphratas damnationi tradatur atq;
 puniatur, qui Chriſtum negat eſſe filiũ Dei,
 cuius falſa machinatio multis innocentibus
 attulit prauitatem, ſed neceſſè eſt, vt ipſe ve-
 terator, qui tantum molitus eſt ſcelus, cæle-
 ſti plaga feriatur.

Matth. 10. 4

F I N I S .

QVAEDAM DESUMPTA
 ex hiſtoria beati Seruatij epifcopi Tun-
 greñ, ſynodum Agrippinenſem ſeu
 Colonienſem concer-
 nentia.

In eodem quoque loco (Traiecten vi-
 delicet ciuitate) reuelante ſibi Spiritu
 ſancto, præcognouit beatus Seruatius, quæ
 ſuperuëtura erant ſubterici ſeculo: con-
 uocatisque fratribus, prædixit, Barbaricas
 Hunnorum phalngas de puteo abyſſi ſuæ
 progrefſuras fore, orbemque rebellis & cri-
 minoſi populi, præcipuè per Gallias, nomi-
 natim urbem Octauiam, depaſtum iri. It ru-
 mor & pauor per populos & puincias. Ro-
 gatur ſanctus in Franciam aduenire Tricaſ-
 ſinam. Aſſenſit ſancti benignitas, conſcen-
 ditq; obuiam illi omnis ſacerdotalis digni-
 tas. Appellatur exponere, quæ nouerit. Exo-
 ratus, exponit. Occupat extemplò audien-
 tes horror, & mentis hebetudo, timorq; &
 tribulatio. Initur concilium, placuit ſuppli-
 cationes dirigi romam ad principè apoſto-
 lorũ, quæriturq; legatus. Eligitur ergò pri-
 mum

mum ad hoc opus, Exuperius Tolofanus
 epifcopus. Sed illo multipliciter excuſante,
 adpoſcunt voce vnanimi Seruatiũ legatio-
 ni. Aequipollentiſſimum ab omnibus pro-
 batur continud, vt qui nuncius ad populum
 electus fuiſſet à Domino, ad Apoſtolorum
 principem interpellator dirigeretur à popu-
 lo. Superatus autem vniuerſorum inſtantia,
 vix tandem acquieuit. Hortabatur igit præ-
 dicari ieiunium, & corrigi auſus indiscipli-
 natorum. Sed neque ſic expeditum ſatis iter
 ſuum iudicat, niſi Euphratam Coloniorum
 pſeudopræſulem, quem poſt tergum ſuum
 Eccleſiæ nociturum timuit, Eccleſiaſtica fe-
 ueritas iudicialiter diſcuſſerit. Illic ergò
 præcedunt vniuerſali principum decreto
 veredarij veloces Agrippinam, cogitur cœ-
 tibus clericorum, it ſenatus ad ſynodum. Pon-
 tifices poſtremodò, comitate ſingulos aliqua-
 tam mole populorum, Maximinus Treuiro-
 rum, Valentinus Arelatenſis, Donatianus Ca-
 bilonorum, Seuerinus Senonum, Optatia-
 nus Tricaſſinorum, Ieſſius Nemetum, Vi-
 çtor Vangionũ, Valerianus Antifiodoreñ,

*procedunt

*Teſtis

Amandus Argentoratensis, Seruatius Tun-
 gorum, Simplicius Auguſtodunenſis, Iuſti-
 nianus Rauricorum, Eulogius Ambianorũ,
 Dyſcolius Rhemorum, Diopetus Aurelia-
 norum, procedunt tempore ſtatuto ad con-
 cilium. Iudicantibus autem ibi quibuſdam
 debere correptionem Euphratæ in dîci, non
 tamen oportere. virum tam clara ſede ſubi-
 to deponi, alijs ſanè præparentibus, nè ex
 hac venia cauſa præſtaretur ſcelus hoc dila-
 tandi, inter hos illoſque ſententia Seruatij
 mediaſtim cenſebatur huiusmodi: Euphra-
 tam, qui Chriſtum ſaluatorem meum nega-
 uit eſſe Deum, ego nego eſſe poſſe epifcopũ,
 cum quo ſæpè (Athanaſio Alexandrino cog-
 noſcente) contendi, diræque conſcientiæ
 peccatus inflexibile deprehendi. Cuius & præ-
 nitentia ſi qua eſt expectanda, potiùs hanc
 ſentio: inter laicos q̄ inter epifcopos agen-
 dam. Nulla mora, ſingulis pontificibus ora-
 tionem ſimilem ad eandem normam dictan-
 tibus, Euphrata deordinatur, & Seuerinus,
 qui tunc ex voluntate Dei aderat, plenariè
 catholicus & ſanctus, in locũ eius exaltatur,

CONCILIVM AN- TIOCHENVM SVB IVLIQ PAPA PRIMO.

Approbatum eſt hoc concilium in ſexta ſynodo generali, Con-
 ſtantinopoli in Trullo celebrata, vt ex ſecundo ca-
 none editionis Græcæ conſtat.

Antiochia vrbs in Syria, metropolis Epiphane, quã Orontes fluvius interfluit, vna ex quatuor in-
 ſignibus ciuitatibus, quas in Syria fuiſſe Strabo lib. 16. aſſerit. Vnde etiã Tetrapolis eſt dicta.
 Scribit Nicephorus Hiſtor. Eccl. lib. 1. cap. 17. Tiberium Ceſarẽ à bello Perſico reuertentem, Antiochiam
 muro firmo & inexpugnabili cinxiſſe, porticus extruxiſſe, columnis areis, ſtatuis, alijsq; edificijs varijs
 exornãſſe, &c.

TITVLI CANONVM ANTIO- CHENI CONCILII.

EDITIO PRIMA.		EDITIO SECVND A.	
De his, qui cõtrã gerũt his, quæ regulariter de Paſcha ſtatuta ſunt in Niceno concilio. 1	De his, qui ſe à perceptione ſanctæ com- munionis auertunt, & qui excommunicatis per domos communicant. 2	Non licere Paſcha diuerſo tempore face- re, neque cum Iudæis celebrare. 1	Non licere communionem Eccleſiæ con- temnere, aut excommunicatis communica- re. 2
De his, qui ab alia parochia, præter con- ſcientiam epifcoporum ſuorum, in alijs im- morantur. 3	De damnatis, & miniſtrare tentantibus. 4	Non debere clericum ad Eccleſiam mi- grantem, ibi perſeuerare. 3	Non licere epifcopo, vel cuiquam clerico, ſi exauthoratus fuerit, miniſtrare. 4
De his, q̄ ſe à miniſterio eccleſiaſtico ſub- trahunt, & ſeorsũ colligunt. 5	De clericis excommunicatis, & laicis. 6	Non licere clericis, contempto epifcopo, ſeorsũ ſe colligere. 5	De excommunicatis. 6
De peregrinorum ſufceptione. 7	De pacificis peregrinorum, id eſt, com- mendatitijs literis. 8	Nullũ peregrinũ abſq; epifcopis ſuſcipi. 7	Vt epifto- la à ſolo fiant Chorepifcopo. 8
De metropolitaniſ ſingularum prouin- ciarum. 9	De his, qui vocantur Chorepifcopi. 10	De metropolitaniſ epifcopis. 9	De Chorepifcopis. 10
De epifcopis & clericis, adeuntibus Impe- ratorem. 11	De damnatis epifcopis aut clericis, & ade- untibus Imperatorem. 12	De his epifcopis vel clericis, qui ſinè lite- ris epifcoporũ ad Imperatorem vadunt. 11	De epifcopis vel clericis depoſitis. 12
	De	11 2	Non

De his, qui cum sint ex alia prouincia, in alijs audent ordinationes efficere. 13
 De dissensione, quæ super episcoporum diiudicatione contingit, appellantiu prouinciales antistites. 14
 De episcopis, ab eiusdem prouinciæ sacerdotibus consonanter exclusis. 15
 De vacantibus episcopis. 16
 De his, qui cum ad episcopatum conuocantur, euitant. 17
 De his, qui promouentur ad episcopatu, nec recipiunt. 18
 De episcopalibus in prouincijs ordinationibus. 19
 De synodis, quæ debent ab episcopis, suis temporibus in prouincijs celebrari. 20
 Vt nullo modo episcopus de parochia in aliam parochiam transeat. 21
 Vt in altera parochia clericos alterius parochiæ episcopus nullatenus ordinet. 22
 Vt nullum ad episcopatum pro se constituat promouendum. 23
 De rebus ad Ecclesiam pertinentibus, & de his quæ ppriæ episcopi esse noscuntur. 24
 Vt episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem. 25

Non licere episcopis, in aliena prouincia clericos ordinare. 13
 De episcopis accusatis. 14
 De quibus supra. 15
 De episcopis vacantibus. 16
 De episcopis, q accepta manus impositione, nõ acquiescunt suscipere ministerium. 17
 De his quibus supra. 18
 Non licere, sine consilio metropolitani episcopi, episcopum ordinari. 19
 Vt bis in anno synodus celebretur. 20
 Episcopum de diocesi ad diocesim non debere transire. 21
 Episcopum non debere in alienam irruere ciuitatem. 22
 Episcopo nõ licere successorem sibi constituere. 23
 De rebus ecclesiasticis & episcopalibus. 24
 Episcopum habere potestatem in rebus ecclesiasticis exponendis. 25

REGVLAE ANTIOCHENI CONCILII EXPOSITAE APVD ANTI-
 tiochiam in encænijs.

SAncta & pacifica synodus in vnũ congregata, his, qui per singulas prouincias sunt vnanimibus sanctis sacerdotibus, in Domino salutem:

Gratia & veritas Iesu Christi, Domini & Saluatoris nostri, sanctam Antiochenam Ecclesiam visitans, & in vnũ connectens per concordiam pacatissimi Spiritus, multa quidẽ & alia perfecit: in omnibus autẽ suggerente sancto & pacifico Spiritu, etiã hoc perfecit, vt quæ visa sunt rectẽ constitui, cum plurima consideratione & iudicio, vnã omnibus nobis Antiochiæ ex diuersis prouincijs in vnũ collectis episcopis, in vestra notitiam deferrentur. Credimus autẽ gratiẽ domini, & sancto Spiritui pacis, quod & ipsi cõspirabitis nobiscum, tanquã in vna fuissetis, virtute nobiscum & orationibus adnitentes, magis autem muniti, & in Spiritu sancto præsentis, ijsdem ipsis quæ definita sunt, cõsentientes, & ea quæ visa sunt recta, roborantes, cum cõsensu Sancti Spiritus consignabitis. Sunt autem præfinita canones ecclesiastici hi, qui infra sunt scripti, quos subtẽr inserti promulgauẽre episcopi:

- ¶ Prouinciæ Palæstinæ: Antiochus Rhesinatis, Syrius Cyrreticẽ.
- Eusebius Gadareñ.
- ¶ Prouinciæ Phœnicia: Archelaus Dolichenus, Alphius Apameæ, Bassus Zeugmatis, Mauricius Epiphaniæ, Petrus Gindareñ, Paulus Neocæsareñ.
- ¶ Prouinciæ Mesopotamiz: Piperius Samosatenus, Theodorus Laodiceæ, & cæteri, ex prouincijs Palæstinæ, Phœnicia, Syria cœles, Arabia, Mesopotamiz, Cilicia, Isauriz: & hæc constituerunt, quæ infra scripta sunt:
- ¶ Prouinciæ Cilicia: Macedonius Mopsuestiẽ, Hesychi Alexandriẽ minoris, Moyse Castabalæ, Nicetas Flauiadis, Narcissus Irenopolis, Tarcondimantus Aegerates.
- ¶ Prouinciæ Isauriz: Agapius Seleucia, Theodorus Vafadeñ, Eustathius.

*Petrus

*Nero- niadis, *Tarcondimantus

EDITIO j.

Cap. i.
Omnēs, qui ausi fuerint dissoluere diffinitionẽ sancti & magni cõcilij, quod apud

Canones synodi Antiochenæ, versũ ab Gentiano Herueto.

Can. i.
Omnēs, q audet dissoluere decretũ S. & magnæ synodi, q Niceæ coacta est in præ-

EDITIO ij.

Cap. i.
Omnēs, q audent dissoluere regulam sancti & magni concilij Niceni, quod cele-

apud Niceam congregatum est sub præsentia pijsissimi & venerandi principis Cõstantini, de salutifera solennitate sacratissimæ Paschæ, excommunicandos, & de Ecclesia pellẽdos esse censimus, si tamen contentiosius aduersus ea, quæ benẽ sunt decreta, pfliterint, & hæc quidẽ de laicis dicta sint. Si quis autẽ eorum, qui præesse noscuntur Ecclesiæ, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post hanc definitionem tentauerit, ad subuersionẽ populorum, ecclesiarum quæ perturbationem, seorsum colligere, & cum Iudæis Pascha celebrare: sancta synodus hunc alienum iam hinc ab ecclesia iudicauit, quod non solum sibi, sed & plurimis, causa corruptiõis & perturbationis extiterit. Nec solum tales à ministerio remouet, sed etiã illos, qui post damnationem huiusmodi communicare tentauerint, damnatos aut, omni quoquẽ extrinsecus honore priuari, quem sancta regula & sacerdotium Dei promeruit.

præsentia pietatis religiosissimi Imperatoris Cõstantini de sancto festo salutiferi Paschatis, esse excommunicatos & ecclesia eiectos statui- m, si aduersus ea, q rectẽ decreta sunt, cõtentiosius inflitere perrexerint. Et hæc quidẽ de laicis dicta sint. Si quis autẽ eorum, qui præfunt ecclesiæ, episcopus, vel presbyter, vel diaconus, audebit post hoc decretũ ad populorum subuersiõem & Ecclesiarum perturbationẽ seorsum agere, & Pascha cum Iudæis peragere, sancta synodus eũ ab hinc alienum esse ab ecclesia iudicauit, vt qui non sibi solum peccati, sed & multis exitij & subuersionis causa fuerit: & non solum eos à ministerio deponit, sed & eos, qui audet ijs communicare post depositionẽ. Depositos autem etiã externo honore priuari, cuius sanctus canon & Dei sacerdotium fuit particeps.

celebratum est in p̄sentia Dei amantissimi Cõstantini Imperatoris, de sancta & salutari festiuitate Paschali Saluatoris nostri, excommunicatos & eiectos ab Ecclesia esse decrebere, maximẽ si perseuerent studio contentionis, ad subuertẽda ea quæ optimẽ cõstituta sunt. Et hæc quidẽ dicta sunt de laicis. Si autẽ de præpositis ecclesiæ aliquis, id est, vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus, post hanc diffinitionẽ & hunc terminũ, ausus fuerit, in subuersionem populorũ & perturbationem ecclesiarũ, seorsum colligere, & cum Iudæis Pascha voluerit celebrare, hunc sancta synodus abhociam alienum ab ecclesia esse iudicauit, tanquã eum qui nõ solum pprii peccati, sed & aliorũ corruptæ mentis & cõuersationis supplãtator extiterit, reus. Et non solum huiusmodi deponit à sacerdotio & ministerio, sed & eos, qui ausi fuerint his cõmunicare post damnationẽ. Depositos autem, etiã honore qui extrinsecus est, priuari oportet, quem sanctus canon & DEI sacerdotium promeruit.

Cap. 2.

Omnes, qui ingrediuntur Ecclesiam DEI, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed p quadam intemperãtia se à perceptione sancte communionis auertunt, hi de Ecclesia remoueantur, quadiũ per confessionẽ penitentia fructus ostendant, & precibus indulgentiã consequantur. Cum excommunicatis autem nõ licere communicare, nec cũ his, qui per domos cõueniunt, deuitantes orationes Ecclesiæ, simul orandum est: ab alia quoquẽ ecclesia non suscipiendũ, qui in alia minimẽ congregatur. Si quis autem de episcopis, aut presbyteris, vel diaconis, seu quilibet ex clero, depræhensus fuerit cum excommunicatis cõmunicare, etiã iste priuetur communiõne, tanquã qui regulã confundat Ecclesiæ.

In dec. luo- nis lib. 5.

Cap. 3.

Can. 2.

Omnes qui in Ecclesiam ingrediuntur, & sacras scripturas audiunt, orationi aut cum populo non communicant, vel sanctam Eucharistia participatiõem propter aliquam insolentiã auerfantur, eos ab Ecclesia expelli, donẽc, postquã cõfessi fuerint, fructus quẽ penitentia ostederint, & implorauerint, veniam assequi possint. Non licere autem communicare cum excommunicatis, neq; in domib; conueniẽtes orare pro ijs, qui in ecclesia non communicant: neque in alia ecclesia recipi, qui in alia ecclesia non conueniunt. Si quem autem ex episcopis, vel presbyteris, vel diaconis, seu quemuis ex canone excommunicatis, communicare apparuerit, eum quoquẽ esse excommunicatum, vt qui canonem Ecclesiæ confundat.

Can. 3.

Cap. 2.

Omnes qui ingrediuntur in ecclesiã Dei, & sacras scri- pturas audiunt, non aut cum populo in oratiõẽ cõmunicant, auerfant etiam sanctam assumptionem dominici sacramenti, secundũ aliquam ppriam disciplinã, hos ab ecclesia eijci oportet, donẽc cõfitentes, fructum penitentia demõstrent, & deprecati fuerint, vt data venia suscipi mereantur. Non aut liceat cõmunicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui Ecclesiæ non participant in oratione: nec in alterã ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicant. Quod si quis episcopus, vel presbyterorum, vel diaconorũ, vel etiã q in canõẽ detinent, excommunicatis cõmunicare depræhensus fuerit, & huc oportet communiõne priuari, tanquã ecclesiæ regulas confundentem.

Ex Apосто- lorum ca- nonone 10.

11 3 Cap. 3.

Cap. 3.
Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parochia propriam deferens, ad aliam properauerit, vel omnino demigras, in alia parochia per multa tempora nitit immorari, ulterius ibidem non ministret, maxime si vocati suo episcopo, & regredi ad propria parochiam commouent, obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, a ministerio modis omnibus remoueat, ita vt nequaquam locum restitutionis inueniat. Si vero, p hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coereatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissoluat.

Cap. 4.
Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter, aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta precedentem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactoris, sed communicantes ei omnes abijci de Ecclesia, & maxime, si posteaquam didicerint aduersum memoratos, platam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerit.

Cap. 5.
Si quis presbyter aut diaconus, episcopum proprium contemnens, se ab Ecclesia sequestrauit, & seorsum colligens, altare constituit, & commouenti episcopo non acquieuerit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum conuocanti, hic damnatur omni modo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare persistat, tanquam seditiosus, per potestates externas opprimatur.

Cap. 6.
Si quis a proprio episcopo communionem priuatus est, non ante suscipiatur ab alijs, quam

Can. 3.
Si quis presbyter, vel diaconus, vel quis omnino ex sacerdotali ordine relicta sua parochia in aliam abiierit, deinde omnino commigrans, in alia parochia longo tempore versari conatur: ne amplius celebret, maxime si proprio vocanti episcopo vt in suam parochiam redeat, exhortantique non pareat. Si autem in insolentia (arrogantia) omnino perseuerat, is omnino a sacro ministerio deponatur. Si autem eum, qui propter hanc causam depositus est, alius episcopus receperit, ille quoque a communi synodo puniatur, vt qui ritus ecclesiasticos dissoluat.

Can. 4.
Si quis episcopus a synodo depositus, vel presbyter, vel diaconus a proprio episcopo, sacrum celebrare ausus fuerit, siue episcopus secundum precedentem consuetudinem, siue presbyter, siue diaconus, nullam amplius spem restitutionis in alia synodo, neque defensionis locum ei habere liceat. Sed & omnes qui ei communicant, ex Ecclesia eijciantur, & maxime si cum sententiam aduersus predictos prolatam didicerint, eis communicare ausi fuerint.

Can. 5.
Si quis presbyter vel diaconus proprio contempto episcopo, ab ecclesia seipsum segregauerit, & priuatim congregationem effecerit, & altare erexerit, & episcopo accersente non obediuerit, nec vellet ei parere nec more gerere primo & secundo vocanti, is omnino deponatur, & non amplius curationem assequi, nec suum possit honorem capere. Sin autem perseuerat perturbare & Ecclesiam euertere, is per externam potentiam vt seditiosus castigetur.

Can. 6.
Si quis a proprio Episcopo fuit excommunicatus, ne prius ab alijs suscipiatur, quam fuerit

Cap. 3.
Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua Ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quod mi grauit, perpetuo manere, ulterius ministrare non debet, presertim si ab episcopo suo, ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si & post euocationem sui episcopi non obediuerit, sed inobediens perseuerauerit, omnibus modis ab officio suo deponi debere, nec aliquando facultatem habeat ad ecclesiasticum ordinem redeundi. Si vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, & ipse a communi synodo arguatur, tanquam ecclesiastica iura dissoluens.

Cap. 4.
Si quis episcopus a synodo fuerit depositus, vel presbyter, vel diaconus, a proprio episcopo condemnatus, & presumpserit sacerdotij seu sacri ministerij aliquam actionem, non ei amplius liceat, neque in alia synodo, spem restitutionis habere, neque satisfactoris locum: sed & communicantes ei abijci omnes ab Ecclesia, maxime, si postquam cognouerint sententiam aduersus eum fuisse prolatam, ei contumaciter communicauerunt.

Cap. 5.
Si quis presbyter, vel diaconus, contempto suo episcopo, seipsum ab ecclesia segregauerit, & priuatim apud se, collectis populis, altare erigere ausus fuerit, & nihilominus, episcopo se exhortante, & semel & iterum reuocante, inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem, aut proprium honorem recipere speret. Quod si etiam perseuerauerit, conturbans & concitans Ecclesiam, per eam, quae foris est, potestatem hunc tantum seditiosum corripere oportet.

Cap. 6.
Si quis a proprio episcopo excommunicatus est, non eum prius ab alijs debere suscipi,

7. q. 1. Si quis presbyter vel diaconus,

*satisfactoris locum

11. q. 3. Si quis a proprio episcopo,

quam suo reconcilietur episcopo, aut certe ad synodum, quae congregatur, occurrens, pro se satisfaciatur, & persuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. Hec autem definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos, oesque, qui sub regula esse monstrant.

Cap. 7.
Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatijs, suscipiatur epistolis.

Cap. 8.
Presbyteri, qui sunt in agris, canonicas epistolas dare non possunt: ad solos tantum vicinos episcopos literas destinabunt. Chorepiscopi autem, qui sunt inreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est, generales epistolas.

Cap. 9.
Per singulas regiones episcopos conuenit nosse, metropolitanum episcopum sollicitudinem totius prouinciae gerere. Propter quod ad metropolim vndequaquaque concurrunt omnes qui habent negotia. Vnde visum est eum quod honore precellere, & nihil amplius preter eum ceteros episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quae ad suam diocesim pertinent, possessionesque subiectas. Vnusquisque enim episcopus habeat suae parochiae potestatem, vt regat iuxta reuerentiam singulis competentem, & propientiam gerat ois possessionis, quae sub eius est potestate, ita vt presbyteros & diaconos ordinet, & singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet preter antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacerdotum.

Cap. 10.
Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quantum manus impositionem

fuerit a proprio episcopo susceptus, vel facta Synodo accedens se defenderit, & persuaasa Synodo aliam sententiam retulerit. Idem autem decretum aduersus laicos, & presbyteros, & diaconos, & eos qui sunt in cleri catalogo, obseruetur.

Can. 7.
Nullus externus sine pacificis suscipiatur.

Can. 8.
Nec presbyteri, qui sunt in pagis, dent canonicas epistolas, vel ad solos vicinos Episcopos Epistolas emittant. Chorepiscopi autem nulli reprehensionem affines dent pacificas.

Can. 9.
Episcopos qui sunt in vnaquaque prouincia, scire oportet Episcopum, qui praest metropoli, etiam curam suscipere totius prouinciae, eo quod in metropolim vndequaquaque concurrunt omnes qui habent negotia. Vnde visum est eum quod honore precellere, & nihil magni momenti aggredi sine ipso, vt vult, quae ab initio obtinuit, Patrum Canon: vel sola, quae ad vniuersumque parochiam conferunt, & regiones quae ei subsunt. Vnumquodque enim Episcopum habere suae parochiae potestatem, & administrare pro vnicuique conueniente religione, & totius regionis curam gerere, quod suae urbi subest. Vt etiam ordinent presbyteros & diaconos, & vnaquaque cum iudicio tractent, & nihil ultra facere aggrediantur sine Metropolitanis Episcopis: neque ipse sine reliquorum sententia,

Can. 10.
Ij qui sunt in vicis vel pagis, vel qui dicuntur Chorepiscopi, etiam episcopi ordinationem

pi, nisi aut a suo fuerit receptus episcopo, aut Concilio facto, occurrat vt respondeat, & si synodo satisfecerit, statim sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & oes qui in clero sunt, conuenit obseruari.

Cap. 7.
Nullum absque formata (quam Graeci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipi oportet.

Cap. 8.
Neque presbyter ad regiones longinquas, formatas (id est, canonicas) epistolas dare, & nisi ad finitimos episcopos, simplices Epistolas mittere presumat. Vicarijs vero episcopi, qui a Graecis Chorepiscopi vocantur, formatas facere liceat.

Cap. 9.
Per singulas prouincias episcopos constitutos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui praest, curam & sollicitudinem totius prouinciae suscepisse. Propter quod ad metropolitaneam ciuitatem ab his, qui causas habent, sine dubio concurratur. Quapropter placuit eum & honore praest, & nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere, secundum antiquum patrum nostrorum, qui obtinuit, canonem, nisi haec tantum, quae vniuersumque Ecclesiae per suam diocesim competunt. Vnumquodque enim episcopum oportet habere suae diocesis potestatem, ad hanc gubernandam secundum competentem sibi reuerentiam, ad prouidendum omni regioni, quae sub ipsius est ciuitate, ita vt etiam ordinare ei presbyteros & diaconos probabilis iudicio liceat, & de singulis illius regionis causis, cum moderatione & pondere disceptare. Ultra autem nihil agere permittitur citra metropolitanum episcopi consuetudinem, nec metropolitanus sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

Cap. 10.
Qui in villis & vicis constituti sunt Chorepiscopi, tametsi manus impositionem ab Episcopis susceperunt,

*quod statuerit, sub

dist. 71. Nullum absque formata

Chorepiscopi qui

6. q. 3. Per singulas prouincias,

onem episcoporum perceperint, & vt episcopi consecrati sint, tamē sancta synodo placuit, vt modum proprium recognoscant, vt gubernent sibi subiectas Ecclesias, earūq; moderamine cura que cōtenti sint. Ordinent etiā lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus promotiōes ista sufficiant. Nec presbyterum verō, nec diaconum audeant ordinare, preter ciuitatis episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus, quo vtebatur, honore priuetur. Chorepiscopum verō ciuitatis episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

Cap. II.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut quilibet regulā subiectus ecclesiā, preter concilium & literas episcoporum prouinciae, & praecipue metropolitani, adierit Imperatorem, hūc reprobare & abijci oportere, nō solum à communione, verum & ab honore, cuius particeps videtur. Existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentauit inferre contra leges ecclesiā. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & consilio metropolitani, & ceterorum episcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiā proficiscentem suis prosequantur epistolis.

Cap. 12.

Si quis à proprio episcopo presbyter aut diaconus, aut à synodo fuerit episcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus molestus extiterit, oporteat ad maius episcoporum conuerti Concilium, & que putauerint habere iusta, plurimis episcopis suggerat, eorumq; discussiones ac iudicia praestolentur. Si verō hęc

natiōem manuumve impositionem acceperint, visum est vt suum modum sciāt, & sibi subiectas Ecclesias administrant, earumque cura & sollicitudine gerēda contēti sint: constituant autē lectores, hyppodiamonos, & exorcistas, & eorum promotionē sufficere existimēt: nec presbyterum, nec diaconū ordinare audeant absq; vrbis Episcopo, cui subijcitur ipse & regio. Si quis autem ea quae definita sunt, transgredi audeat, ipse quoq; deponatur ab eo honore que habet. Fiat autē chorepiscopus ab episcopo ciuitatis, cui subijcitur.

Can. II.

Si quis Episcopus, vel presbyter, vel omnino ex Canone, citra sententiam & literas Episcoporum prouinciae, & maxime metropolitanorum ad imperatorem proficisci aggressus fuerit, is abdicetur & eijsia nō solum à communione, sed etiā à dignitate cuius est particeps, vt qui religio sissimi Imperatoris nostris auribus molestiam adferre audeat preter ritum Ecclesiā. Si autē necessarius vsus exigat, vt ad Imperatorem se conferat, id agat: cum deliberatiōe & sentētia metropolitani prouinciae, & eorum qui sunt in ea, eorumq; literis munitus, iter inuadat.

Can. 12.

Si quis à proprio Episcopo depositus presbyter vel diaconus, vel Episcopus à synodo, ausus fuerit Imperatoris auribus molestiam exhibere, cum oporteat ad maiore synodum conuerti, & ius, quod se habere putat, ad plures episcopos referre, eorumq; examinationem & iudicium suscipere: qui itaque his contēptis

& vt episcopi sunt consecrati, tamen placuit sancte synodo scire eos oportere modū proprium retinere, & gubernare adiacentes Ecclesias sibi commissas, & esse contentos propria sollicitudine & gubernatione, quā susceperunt. Constituere autem his permittitur lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Non autem presbyterum, nec diaconum audeant ordinare, praeter conscientiam episcopi ciuitatis vel ecclesiā, cui adiacens inuenit seu ipse, seu regio, in qua praesse dignoscitur. Quod si quis prauaricari ausus fuerit constituta, deponi eum, & dignitate, qua p̄ditus est, debere priuari. Chorepiscopus autē ab episcopo ciuitatis vel loci, cui idem adiacet, ordinādus est.

Cap. II.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel quicumq; clericus, & omnis omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, praeter consilium vel literas eorum episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime metropolitani, ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari, & eijsia nō solum de communione debere, sed etiā propria dignitate priuari, tanquam molestum & importunum imperialibus auribus, contra ecclesiastica constituta. Si autem necessitas cogat ad Imperatorem excurrere, propter aliquam actionem, cum deliberatione & consilio metropolitani ipsius prouinciae episcopi, & ceterorum conscientia episcoporum, qui in eadem prouincia sunt, atque cum literis eorū, ire debebit.

Cap. 12.

Si quis à proprio episcopo depositus vel presbyter, vel diaconus, aut etiā si à synodo quilibet episcopus fuerit exauthoratus, molestiam imperialibus auribus inferre nō praesumat, sed ad maiore episcoporum synodum sese conuertat: & quae se putat habere iusta, in eorum concilio, alleget, atque ab his de se, expectet.

hęc paruipendētes, molesti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locū satisfactionis habere, nec spem futurae restitutionis penitus opperiri diiudicamus.

Cap. 13.

Nullus episcopus, ex alia prouincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerij aliquos in ecclesijs ordinare, licet cōsensum videantur prebere nonnulli, nisi literis tam metropolitani quam ceterorū qui eum eo sunt, episcoporum rogatus adueniat, & sic ad actionem ordinationis accedat. Si verō nullo vocante, inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus & ecclesiasticis negocijs, ad eum non pertinentibus, componēdis: irrita quidem que ab eo geruntur, existat: ipse verō in compositi motus sui & irrationabilis audacitiae subiectus, ex hoc iam damnatus à sancto concilio.

Cap. 14.

Si quis episcopus de certis criminibus iudicetur, & contingat de eo comprouinciales episcopos dissidere, cū iudicatus, ab alijs innocens creditur, reus ab alijs extimatur, pro totius huius ambiguitatis absolutione, sancte synodo placuit, vt Metropolitanus episcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, vt per eos, simul & per comprouinciales episcopos, quod iustum visum fuerit, approbetur.

Cap. 15.

Si quis episcopus de certis criminibus accusatus, cōdemnetur ab omnibus episcopis eiusdem

Can. 13.

Nullus episcopus audeat ab vna prouincia in aliam transire, & aliquos in ecclesijs ordinare ad sacrorum celebrationem, nec si alios vnā secū inducat, nisi venerit literis accersitus metropolitani, & episcoporum qui sunt cum ipso, in quorum regione accedit. Si autem nullo vocante, ad aliquorū ordinationē & ecclesiasticarū rerum ad se non pertinentium constitutionem inordinatē insolenterq; processerit, sint quidem irrita quae ab ipso geruntur, ipse autem suae insolentiae & praeter rationē factae aggressiōis det poenas, à sancta scilicet Synodo exinde depositus.

Can. 14.

Si quis Episcopus ob aliqua crimina iudicetur, deinde contingat Episcopos, qui sunt in prouincia, de ea dissidere, illis quidem eum, de quo fertur sententia, innocentem pronūciantibus, his verō reum: pro tota componenda cōtrouersia visum est sancte Synodo, vt Metropolitanus episcopus ex propinqua prouincia alios euocet iudicatuos, & controuersiam decisuros: & cum prouincialibus quod probatum fuerit, confirmet.

Can. 15.

Si quis episcopus aliquorū criminū accusatus, fuerit ab omnibus

et, que fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate, hoc noluerit facere, sed Imperatori fuerit importunus, huiusmodi nullam veniam habeat, neq; locum vllius assertionis suae, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

Cap. 13.

Nullum episcopum audeere debere ex alia prouincia ad aliam transitum facere, & ordinare aliquos in ecclesijs, aut prouehere ad sacrum ministerium, nec alios illuc secum attrahat episcopos, nisi forte per literas rogatus, ab ipso, non solum à metropolitanano, sed & ab his, qui cum eo sunt, omnibus ipsius prouinciae episcopis. Quod si nullo inuitante, inordinatē superueniat, & aliquos vel ordinare praesumpserit, vel quoslibet actus illi ecclesiae competentes, quae ad se minime pertinent, vsurpare tetauerit: vacua quidem & inania erūt oia, que gesserit: ipse verō huius indisciplinati ausus & irrationabilis cepti dignas causas expendat, tanquam depositus à synodo sancta, & propter huiusmodi praesumptionem iam praedamnatus.

Cap. 14.

Si quis episcopus de aliquibus causis criminalibus in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis, episcopos prouinciae, qui cōuenerunt, diuersas habere sententias, & alios quidem innocentem eum pronūciare, alios reum: propter huiusmodi itaq; cōtrouersiam amputadam, placuit sancte synodo, metropolitanū episcopum alterius viciniae prouinciae aduocari oportere, & aliquātos cum eo episcopos alios. Qui pariter residentes, quaecunq; fuerint, dirimant quaestiones, ppter hoc, vt firmum sit iudicium, quod ab vnus prouinciae Episcopis fuerit promulgatum.

Cap. 15.

Si quis Episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra prouinciam, epi-

9. q. 2. Nullū ep̄m audeat ex alia

6. q. 4. Si q̄s ep̄s crimina liter in iudic

6. q. 4. Si q̄s ep̄s crimina liter accusatus.

eiusdem prouinciæ, cunctiq; consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmâ concordatium episcoporum prouincię manere sententiam.

Cap. 16.

Si quis episcopus vacans, in Ecclesiam vacantem profiliat, sedemq; puadat, absq; integro perfectoq; concilio, hic abijciatur necesse est, et si cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum verò concilium illud est, vbi interfuerit metropolitanus antistes.

Cap. 17.

Si quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & præesse populo constitutus, ministeriũ subire neglexerit, nec acquirerit ire ad ecclesiã sibi commissam, hunc oportet communione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouincię synodus sacerdotũ.

Cap. 18.

Si quis episcopus ordinatus, ad parochiam minimè, cui est electus, accesserit, nõ suo vitio, sed quòd eum aut populus vitet, aut propter aliã causam, non tamè eius vitio perpetrata: hic & honoris sit & ministerij particeps, dum modò nil molestus Ecclesię rebus existat, vbi ministrare cognoscitur. Què etiã obferuare conueniet, quicquid synodus perfecta prouincię, quod visum fuerit, iudicãdo decreuerit.

Cap. 19.

Episcopus, præter synodũ & præsentia metropolitani, nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus corãposito, melius quidem est, vt omnes simul adsint eiusdem prouincię sacerdotes, quos metropolitanus episcopus aduocare debebit. Et si quidè omnes occurrerint, optimè: quod si difficile fuerit, saltè plures adesse omninò conuenit

omnibus prouincię episcopis condemnatus, & omnes vnã consentientè aduersus eum sententiã tulerint, is nõ ampliùs ab alijs iudicet, sed prouincię episcoporum firma maneat sententia.

Can. 16.

Si quis vacans Episcopus in vacatẽ ecclesiam irrumpens, sedem arripuerit absq; perfecta synodo, is sit eieci, etiamsi omnis populus, quẽ inuasit, eum elegerit. Sit autẽ illa perfecta synod, cui vnã quoquẽ adest metropolitanus.

Can. 17.

Si quis Episcopus accepta ordinatione & manuum impositione episcopi, & populo præesse iussus, munus non susceperit, nec vt ad sibi creditã ecclesiam proficiscatur, psuaderi possit, is sit excommunicatus, donec coactus suscipiat, vel pfecta synodus Episcoporum prouincialium de ipso aliquid decernat.

Can. 18.

Si quis ordinatus nõ ierit in parochiam, ad quã est ordinatus, nõ sua quidem culpa, sed propter populi recitationem, vel aliquam aliam causam, quã se non oritur, is sit & honoris & muneris particeps, dum modò nullã rebus ecclesię, in qua conuenit, molestiam afferat. Is autẽ id suscipiat, quod pfecta prouincię synod, eo quod ad se allatũ est iudicato, statuerit.

Can. 19.

Episcopus nõ ordinetur absque synodo & presentia metropolitani, prouincię. Eo autem presente, omninò melius est, omnes vnã cum eo adesse, qui sunt in prouincia eiusdem muneris officijq; socij (συλλειτουργοὶ) & oportet per epistolam metropolitanum eos conuocare: & si oēs quidem accesserint, benè est: sin autẽ hoc fuerit difficile, plures

episcopis, exceperit vnã consonamque sententiã, ab alijs vterius iudicari non poterit, sed manere circa eũ oportet, tanquã conuenientem, quã ab omnibus prolata est, firmam ratamq; sententiam.

Cap. 16.

Si quis episcopus vacans, in Ecclesiam vacantẽ, superuenerit, & hanc obrepenter, præter plenariam synodum, diripiendam esse crediderit, hunc abijci oportet, tametsi eum plebs, quam diripuerit, velit sibi episcopum retinere. Illa autem dicitur synodus plenaria, in qua etiã episcopus metropolitanus affuerit.

Cap. 17.

Si quis episcopus, suscepta manus impositione, & quis episcopus vacans, non suscipiat ministerium sacerdotij, nec cõsentiat abire in Ecclesiam, cui fuerat ordinatus, huc incommunicabilem esse debere, donec coactus cõsentiat plebem suscipere sibi deputatam, aut prouincię plenaria synodus episcoporum de eo aliquid statuatur.

Cap. 18.

Si quis episcopus ordinatus, non abiierit in parochia, cui ordinatus est, non suo vitio, sed plebis forsitan cõtradictione, hic honorem susceptum retinere debebit, & sacerdotio fungi, itã vt nihil molestiã afferat ecclesiã illi, in qua est constitutus. Expectare autẽ eum oportet prouincię plenariam synodum, donec de eo, quod cõpetit, statuatur.

Cap. 19.

Episcopum non ordinandum sine consilio & presentia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse nõ possunt, proprijs literis consensum suum de ipso designent, & tunc demum, post plurimorum siue per presentiam, siue per literas cõsensum, sententia consona

rit, aut certè scriptis eiusdem sententię comprobari: & itã sub plurimorum vel presentia, vel decreto, ordinatio celebratur. Quòd si fecerit cõtradicta factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat. Si verò iuxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

Cap. 20.

Propter utilitates ecclesiasticas, & absolutiones earũ rerum, quẽ dubitatione cõtrouersiamq; recipiunt, optimè placuit, vt per singulas quasq; prouincias, bis in anno episcoporum Cõcilia celebrentur. Semel quidẽ post tertiam septimanam festi paschalis, itã vt in quarta septimana quẽ cõsequitur, id est, medio pentecostes cõueniat synodus, metropolitano cõprouinciales episcopos admonente. Secunda verò synodus fiat Idib. Octobris, id est, quinto decimo die mensis Octobris, quẽ hyperbeteon Græci nominant. In ipsis autem concilijs adsint presbyteri & diaconi, & oēs, qui se lesos existimãt, & synodi experiant examẽ. Nullis verò liceat apud se celebrare cõcilia, pter eos, quibus metropolitana vident esse iura commissa.

Cap. 21.

Episcopus ab alia parochia nequaquã migret ad aliam, nec spõdè sua prorsus insiliens, nec vi coactus à populis, nec ab episcopis necessitate compulsus: maneat autẽ in Ecclesia, quam primitus à Deo sortitus est. Nec inde transmigret, secundum pristinum de hac re terminum constitutum.

Cap. 22.

Episcopus alienam ciuitatem, quẽ nõ est illi subiecta, non adeat: nec ad possessionem accedat, quẽ ad eum nõ pertinet super ordinatione cuiusquã: nec cõstituat presbyteros aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi fortè cõ consilio & voluntate regionis

plures omninò adesse oportet, vel per literas vnã cõ illis suffragium ferre, & sic cum pluriũ presentia vel electione fieri constitutionem. Sin autem aliter præter hæc quã decreta sunt, fiat, non valeat ordinatio. Sin autem ex præfinito Canone facta fuerit constitutio, aliqui autẽ propter suum contentionis studium contradicant, vincat plurium suffragium.

Can. 20.

Propter vsus Ecclesiasticos, & pro componendis cõtrouersijs, rectè habere visum est, vt Synodi episcoporum in vnaqua; prouincia fiat bis in anno: semel quidẽ post tertiam hebdomadẽ festi Paschæ, vt quarta hebdomadẽ pentecostes perficiat synodus, metropolitano prouinciales episcopos admonente secundum Synodum Idibus octobris futuram, qui est decim⁹ hyperbeteon: vt in his ipsis Synodis accedant presbyteri & diaconi, & omnes qui se iniuria affectos putãt, & à Synodo iudicium assequantur: nec vllis liceat Synodos p se facere, sine ijs qui sunt creditæ metropoles.

Can. 21.

Episcopus ab alia parochia in aliam nõ trãseat, nec se sua sponte ingerens, nec à populis vi adactus, nec ab Episcopis coactus: maneat autẽ in ea quam à DEO sortitus est Ecclesia, & ab ea nõ recedat, secũdum decretum prius de ea editum.

Can. 22.

Episcopus in alienam ciuitatẽ, quẽ ei subiecta non est, nõ ascendant, nec in regionẽ quã ad eum non pertinet, ad alicuius ordinationem, nec presbyterum vel diaconum constituat in locis alij Episcopo subiectis, nisi cum voluntate proprij illius regionis

Cap. 20.

Propter ecclesiasticas causas & quã existunt, cõtrouersias dissoluẽdas, sufficere visum est, bis in anno p singulas prouincias episcoporum cõciliũ fieri. Semel quidẽ post tertiam hebdomadẽ festi paschalis festiuitatis, itã vt in quarta septimana sancte Paschæ perfici concilium possit, cõuocante metropolitano episcopo omnes prouincię episcopos. Secundo autẽ cõciliũ fieri Idibus Octobris, qui dies apud Græcos hyperbeteon mēsis xv. inuenit: itã vt in his cõcilijs procedant omnes presbyteri, diacones, & reliqui, qui se lesos dicunt, vt in concilio eorum causa examinata, ad debitũ iudicium perueniant. Ne liceat vlli propriè apud semetipsum concilium celebrare, præter eos, quibus metropoles creditæ sunt.

Cap. 21.

Episcopum de dicecesi ad dicecesim alteram non debere trãsire, neq; si se ipsum ingesserit, neq; si à populis fuerit violenter attractus, neq; si etiã hoc ei ab episcopis suadeatur. Manere autẽ eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & nõ ab ea aliò demigrare, secundum regulam super hoc olim à patribus constitutam.

Cap. 22.

Episcopum nõ debere in alienam irruere ciuitatẽ, quẽ illi probatur non esse subiecta, neque in regionem, quã ad eius curam minimè dinoscitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque presbyteros, neque diaconos cõstituire ad alios episcopos pertinen-

nist. 18. Propter Eccle. Et in dec. Iuo. lib. 4.

7. q. 1. Episcopus de dicecesi.

9. q. 2. Episcopus nõ debere.

gionis episcopi. Si quis autē rale aliquid facere tētauerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse coërceatur à synodo. Nā si ordinare nō potuerit, nullatenus iudicabit.

8. q. 1. Epō non liceat pro se.

Cap. 23. Episcopo non licere, pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritū esse huiusmodi, est constitutum. Seruetur autē ius ecclesiasticum, id continēs, oportere non aliter fieri, nisi cum synodo & iudicio episcoporum, qui post obitum quietis, potestatem habēt eū, qui dignus extiterit, promouere.

Cap. 24. Quæ sunt Ecclesiæ, sub omni sollicitudine, & cōsciētia bona, & fide, quæ in Deū est, qui cuncta considerat iudicatque, seruentur: quæ etiā dispensanda sunt iudicio & potestate pōtificis, cui commissus est populus & anime, quæ in ecclesia congregantur. manifesta verò sint, quæ pertinere vidētur ad ecclesiam, cum notitia presbyterorum & diaconorū, q. circa ipsum sunt, ita vt agnoscant, nec ignorent, quæ sint ecclesiæ propria, nec eos aliquid lateat: Vt si contigerit episcopum migrare de seculo, certis existentibus rebus quæ sunt ecclesiæ, nec ipsæ collapsæ depereant, nec quæ propria probantur episcopi, sub occasione rerum peruadantur ecclesiæ. Iustum nanque & acceptum est corā Deo & hominib⁹, vt sua episcopus, quib⁹ voluerit, derelinquat: & q̄ ecclesiæ sunt, eidē cōseruent Ecclesiæ, vt nec Ecclesia aliquod patiat incommo- dum, nec episcopus sub occasione proscribatur ecclesiæ, & in causas incidant, qui ad eum pertinet, & ipse post obi-

Episcopi. Si quis autem tale quid ausus fuerit, infirma sit ordinatio, & ipse à Synodo puniatur.

Can. 23. Nē liceat Episcopo alium pro se successorem cōstituire, etiam si sit in fine vitæ. Si quid autē fiat eiusmodi, irrita sit cōstitutio. Seruetur autem ritus Ecclesiasticus, qui continet non aliter debere fieri, quā cum Synodo & iudicio episcoporum, qui post defuncti dormitionem potestatem habent dignū prouehendi.

Can. 24. Rectē habet, vt ea quæ sunt ecclesiæ, ecclesiæ seruentur cum omni bona cōsciētia, & fide in omnium præsidem & iudicem Deum: quæ etiā administrari conuenit cum iudicio, & potestate episcopi, cui est omnis populus creditus, & eorum anime quæ in ecclesiam conueniunt. Sint autem manifesta quæ ad Ecclesiam pertinet cum cognitione presbyterorum & diaconorum, qui sunt circa eū, vt sciant & non ignorēt quæ sunt propria ecclesiæ, vt nihil ipsos lateat: vt si contingat episcopum de vita migrare, ijs manifestis existentibus, quæ ad ecclesiam pertinent, nē ea intēcidant & pereant: nec quæ sunt propria Episcopi, prætextu rerum ecclesiasticarum vexentur. Est enim iustum, & apud Deum & homines acceptū, vt episcopus propria quibus velit relinquat. Quæ sunt autem ecclesia damnum aliquod sustineat, nec episcopus ecclesiæ prætextu proscribatur, vel qui ad eum attinent, in ne- gicia incidant, cum eo quod &

nentes, nisi fortē cum confilio & voluntate, ppriæ regionis episcopi. Quod si quispiam horū aliquid audere voluerit, irrita quidē erit huiusmodi ordinatio: & is qui malē vsurpauerit, à synodo arguatur. Nā si ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum iudicare præsumat.

Cap. 23. Episcopum non licere, tāquā successorē sibi futurum, constituere alterū, quāuis circa viciniam mortis habeatur. Quod si tale aliquid factū fuerit, irrita sit huiusmodi ordinatio. Custodiri autem oportet Ecclesiastica constituta, quæ se ita continent, non posse aliter episcopum fieri, nisi in concilio & cum consensu episcoporum, eorū dūtaxat, qui post obitum illius, qui præcessit, habuerint potestatem eum, qui dignus fuerit, prouehendi.

Cap. 24. Quæcunque res Ecclesiæ sunt, benè debent cum omni diligentia & bona fide seruari: illa scilicet fide, quæ DEO seruatū omnia prouidenti atque iudicanti: easque gubernari & dispensari oportet cum iudicio & potestate episcopi, cui toti plebis anime videntur esse commissæ. Manifesta autem esse oportet, quæ Ecclesiæ competūt, sub conscientia eorum presbyterorum & diaconorū, qui circa ipsum sunt, vt ipsi non ignorent, nec eos aliqd lateat eorum, quæ sunt propria Ecclesiæ. Vt si contigerit Episcopū ex hac vita migrare cum manifestæ sint & notæ res Ecclesiasticæ, non intēcidant atque depereāt: sed nec res propria episcopi, tanquā obnoxia, rerū Ecclesiasticarū occasiōe, vilius pulsentur iniuria: quia iustū & acceptum est apud Deum & homines, quæ ppria sunt episcopi, quibus ipse iusserit derelinqui, & quæ Ecclesiæ, ipsi seruari. Itā enim sit, vt nec Ecclesiæ damno aliquo affligatur, nec episcopus occasione rerum Ecclesiasticarum

9. q. 1. Quæ cūq; res Ec. Idē habetur in canonib⁹ Apostolorū cap. 39.

11. q. 1. Episcopus ecclesiasticarū rerum.

1. Tim. 6. b

* criminati- oni

Superi⁹ tñ xxix exprimūtur.

obitum maledictionibus in- grauetur.

Cap. 25. Episcopus Ecclesiasticarū rerum habeat potestatem, ad dispensandū erga omnes qui indigent, cum summa reuerentia & timore Dei. Partici- pet autem & ipse, quibus indiget, si tamen indiget, tam in suis, quā in fratrum, qui ab eo suscipiūtur, necessarijs vsibus profuturis, ita vt in nullo qualibet occasiōe fra- stolum sic dicentem: Habētes victum & tegumentum, his contenti sumus. Quod si contentus istis minimē fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in suos vsus domesti- cos, & ei⁹ cōmoda vel agrorū fructus, non cum presby- terorum conscientia diacono- rūque, pertractet, sed ho- rum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fra- tribus, filijsque committat, vt per huiusmodi personas occultē cæteræ lædantur ecclesiæ, synodo prouincie pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibi met vsurpēt, ita vt ex hoc affligatur quidem pauperes, *criminatori verò & blasphemijs tā sermo præ- dicationis, quā hi qui dis- pensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, san- cta synodo, id quod conde- cet, approbante. Et subscri- pserūt triginta Episcopi, qui in eodem concilio conuen- runt, qui suprā in principio alte- rius translationis huius concilij adnotati sunt.

& ipsum post mortem malis omnibus prosequantur.

Can. 25. Episcopus habeat rerum ecclesiæ potestatem, vt eas in omnes egentes dispēset cum multa cautione & Dei timore: ipse autē eorum quæ op⁹ est, sit particeps ad vs⁹ neces- sarios, & fratrū qui apud eū hospitio excipiuntur, vt ipsi nullo modo priuentur, secū- dum diuinum Apostolum, qui dicit, Habentes autē ali- menta & quibus tegamur, ijs contenti erimus. Sin autem ijs non sit contentus, & res in proprios vsus conuertat, & Ecclesiæ reditus, vel agrorum fructus nō cum presby- terorum vel diaconorū sen- tētia administret, sed suis cog- natis, vel fratribus, vel filijs præbeat facultates, vt per hęc rationes Ecclesiæ latenter læ- dantur, is det Synodo prouincie rationem. Sin autem etiam aliās infimuletur Epi- scopus, vel qui sunt cum eo presbyteri, quod quæ pertinet ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex quacunque alia causa ecclesiastica, ad seipso referat, vt pauperes quidā oppri- mant, & inuidia ac infamia verbo inuratur, & ijs qui sic administrāt, ij quoq; correptionem assequantur, sancta synodo id quod decet exami- nante.

rū, p̄scribatur, neq; pertinē- tes ad eum, causas incurant, quō post mortē memoria ei⁹ maledictis aliquib⁹ oneret.

Cap. 25. Episcopum habere rerum ecclesiasticarū potestatem, ad dispensandū omnibus in- digentibus, cum omni timore & reuerētia Dei. Ipsum quo- quē ex eis percipere, atq; vti debere, quibus indiget, si ta- men indiget, vel ad suas ne- cessarias expensas, vel fratrū, qui apud eum hospitalitatis gratia commorantur, vt nul- la ex parte per inopiā defrau- dentur, secundū Apostolū dicentem: Habentes victum & tegumentum quotidianum & tegumentum corporis, his cōtenti sumus. Quod si his minimē conten- tus atq; sufficiens, transferat in necessitates domesticas ec- clesiasticas res, vel cōmoda quelibet ecclesiæ, aut agrorū ecclesiasticorum fruct⁹ citra conscientia presbyterorum apud se redigat, & domesti- cis suis, vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filijs earum rerum tribuat potestatem, vt p eorum secretā diligentia cæ- teri ecclesiastici lædi videan- tur, reatum hunc, qui huius- modi est, apud metropolita- num puincie præstare debe- bit. Quod si aliter reprehēn- datur episcopus, vel qui cum ipso sunt, presbyteri, quo di- cat, hęc quæ ad ecclesiam perti- nēt, siue de agris, siue de alijs quibuscunq; ecclesiasticis cau- sis, eos sibi met vsurpare, pau- peres verò necessitate & pe- nuria opprimi, atque ex hoc ipso non solūm ecclesiasticæ ratiōi, verūm etiā dispēfatorib⁹ ei⁹ maledicta & rephē- sio augeat: hos igif correpti- onē oportet mereri, quā cō- decet, sancta synodo cogno- scēte. Eusebi⁹ omib⁹ q̄ cōsti- tuta sunt à sancta synodo, p- sents cōsensu. Theodor⁹, Ni- cetas, Macedoni⁹, Anatholi⁹, Tarcodimāt⁹, Aethere⁹, Nar- ciss⁹, Eustathi⁹, Hesychi⁹, mau- ricij, Paul⁹ & cæteri, quorū no- mina in Græco iā superius cōtinēt, cōsenferūt & subscripserunt triginta episcopi, in initio hui- us concilij adnotati.

410 **CONCILIVM SARDI-**
CENSE. EST AVTEM OECVMENICVM, ET TOTO
 orbe receptum. Vide Dist. 16. c. Quod dicitis.

DE QVIBVSDAM AD HANC
 Sardicensem Synodum pertinentibus, ex
 Nicephori lib. 9. cap. 12. Vide etiã
 Theodoritum lib. 2. cap. 8.
 Histor. Ecclesiast.

VT ab Occidentalibus repudiata
 est prolixior expositio quorundam
 orientalium, Constans Cæsar
 vñum illud à fratre sibi dari
 postulauit, vt Paulus & Athanasius sedes suas
 recipiant. At cum literis suis nihil effectisset,
 propterea quod aduersarij contra nite-
 rentur, & cum populus ea de causa seditione
 moueret, Paulus & Athanasius rursùm Con-
 stantem adiēre, & vt vniuersalis synodus co-
 geretur petiēre, vt de professione fidei & de
 eorum causis accuratius res explorari posset.
 Ex auctoritate enim ignominia se propter
 fidei sinceritatem sustinere affirmarūt. Quapropter
 de duorū Imperatorū istorū sententia
 statutum, vt vtriusq; Imperij Episcopi ad
 diem certū Sardicam, quę Illyrica ciuitas est,
 conuenirēt. Id quod Constans sic petierat,
 Cōstantius autē assenserat, vt videlicet seditio
 solueret. Atq; ex occidentis partibus circiter
 trecenti cōueniēre Episcopi, sicuti alibi facer
 dicit Athanasius: ex oriēte verò, Sabino Ma-
 cedoniano referēte, sex & septuaginta: quib;
 accensus est & Ischyas ille, ex sese ortus pre-
 sbyter. Ob quam causam cum negocium ei
 cum Athanasio esset, in aduersariorū partes
 cōcessit, apud quos propter mēdacia cōficta
 episcopus apud Marcoten est creatus: Reliq;
 aut angustias constituti tēporis pretexentes,
 atq; alius aliã causam allegātes, non compa-
 rare. Potissimum verò in Iulium culpā eius
 rei conferebāt, cum quidē mensibus viginti
 ante episcoporū aduentum dies esset consti-
 tuta. Decimus is erat annus, ex quo Constā-
 tinus Imperatoris vtriusq; pater, ad meliorē
 migrauerat vitā. Et oriētales, q; Philippopoli
 in Thracia venerāt, Occidentales q; Sar-
 dicæ iam prestō erāt, scripsēre, vt Athanasii
 eiusq; studiosos, vt quibus sacris ministerijs
 interdictū esset, à Concilio remouerent: ali-
 ter enim fieri non posse, vt in vñ conueni-
 rent. Quod quidē postea quoq; cum Sardi-
 cæ essent, obtinere contendebant. Occiden-
 tales autē, atq; in primis Osius Cordubensis
 Hispanus, & Protogenes Sardicensis respon-
 dere, nunq; se communionē illorū deuitasse,
 neque porro etiã vitaturos esse, cum Iulius
 Episcopus Romanus, causa eorū perspecta,
 iniquē eos insidijs circunuentos esse iudicā-
 rit: a desse ipsos quoq; & redarguere iniquū
 illud iudicium velle. Plura quoquē alia vtrō
 citroq; & scripsēre, & per internuncios alteri
 alteris significauēre: vñdē maior etiã inter
 eos est excitata simulas, maius odium: dies

Vide Ptole-
 meum lib. 3.
 cap. 11.

quoq; constituta præterijt. Et confessum dis-
 cessione facta, seorsimq; vtriusq; cōsilia agitā-
 tibus, cōtrarias alteri aduersus alteros sentē-
 tias tulēre. Orientales nanque Philippopoli
 conuentū egēre, atq; ibi decretis suis in Atha-
 nasium, Paulū, Asclepā, & Marcellum magis
 etiã confirmatis, Iulio insuper Romę anti-
 stiti magistratū Ecclesiasticū abrogauēre, q;
 primus ipse cum illis cōmunicasset. Confes-
 sorē etiã Osiū ea de causa, & præterea quod
 amicus Eustathij & Paulini Antiochenę Ec-
 clesię Episcoporū fuerit, exauctorarūt. De-
 inde & Maximinū Treuirorū antistitē, qui
 prim⁹ ad cōmunionem Paulū admisserat, re-
 ditumq; eius in vrbē Constantinopolitanam
 procurauerat, insuper q; oriētales episcops
 in occidentē venientes prescripserat. Nec ijs
 tantū sacrā ademere dignitatē, sed & Proto-
 geni Sardicēsi: quoniã Marcellū Ancyranū,
 quē antea calculo suo damnauerat, ope sua
 subleuaret: atq; itē Gaudentiū, q; quos illi
 per abrogationē ignominia affecerāt, multo
 prosequeretur honore: & q; aliter de rebus
 diuinis q; Cyriacus sentiret, cuius ipse success-
 for erat. Porro in causa fidei *ὁμοούσιον* cōsub-
 stantiale quidē repudiāruñt, *τὸ ἀνοούσιον* in-
 æqualitatis verò opinionem literis in partes
 omnes scriptis diulgārūt: in quibus lo corū
 plerorūq; Episcopis quoq; significarunt,
 nē eos quos proximē sentētia sua notassent,
 vel in communionem recipere, vel literis
 etiã dignarentur. Alij autem dicunt, eos de
 fide iuxta prolixiorē quam premissimus for-
 mulam credere iussisse, in qua *τὸ ὁμοούσιον*
 consubstantialis, verbo nullo meminēre: sed
 eorum tantum, qui tres deos esse, aut Chri-
 stum non esse Deum, aut eundem esse Patrē
 & Filium & Spiritum sanctum, aut filium in-
 genitum, aut fuisse aliquandō tempus aut se-
 culum, cum ipse non fuerit, dicunt. Hęc qui-
 dē episcopi Oriētales Philippopoli in Thra-
 cia agebant. Osius autem & qui cum eo Sar-
 dicæ erant, primū quidē illos indicta & de-
 ferta causa propter contumaciã damnarunt,
 Athanasii receperunt, & quæ aduersus eum
 Tyri acta fuerāt, anathemate sunt persecuti:
 Asclepę Episcopatum Gazeorū autoritate
 sua cōfirmarunt, q; antea quoq; multorū an-
 tistitū, & maximē Eusebij Pāphili suffragio
 Episcopale susceperat dignitatē, cui rei cer-
 titudinē acta iudicij declarabant. Lucii etiã,
 q; eius accusatores profugerāt, restituerunt:
 horumq; paracijs & Ecclesijs scripserunt, nē
 alios q; hospites haberent episcopos, eorūq;
 q; primū expectaret aduentum. Abrogārūt
 quoq; episcopatū Gregorio Alexandrino, Ba-
 filio Ancyrano, & Quintião Gazeo: & vt nō
 modò episcoporū, sed nē Christianorū, qui-
 dem appellatiōe honorarētur statuēre. Idem
 fece-

Nota impu-
 dentiam he-
 reticorum.

Georgie

Canalis hic
 & aliquoti-

fecerunt Theodoro Perinthio, Narcisso Ire-
 nopolitano, Acacio Cæsarensi Eusebij Pam-
 phili successori, Menophanto Ephesio, Vrsi-
 cio Singidonis, & Valenti Murlię Pannoni-
 orū Episcopis, & Laodicensi Georgio, quibus
 Synodo orientalium is non interesset. His
 omnibus dignitate adempta, communionē
 interdixerunt, quod filium DEI à pater-
 na substantia separarent, & q; dudum pro-
 pter Arrianam hæresim reiecti fuerant, eos
 recepissent, & ad ampliorem ministerij DEI
 euexissent dignitatem. Eis dānatis, ad omēs
 vbiq; Episcopos miserunt, vt decreta ea ra-
 tā haberent & cōfirmarent, nec non Nicenis
 placitis consentirent. Quibus roboratis, rō
ἀνοούσιον in æqualitatem repudiāruñt, *τὸ ὁμοούσιον*
 cōsubstantiale apertē promulgārunt.
 Et scripto quodam composito, quod diffu-
 sius quidem quā Nicenam esset, finitionē
 autem eius seruaret, verbisque non admo-
 dum ab illo differret, id passim ad loca omnia
 miserunt. Nē verò nouare quidquam cōtra
 Nicenā decreta viderentur, Osius & Proto-
 genes, qui tum Synodo præierant, cum certa
 attestatione ad Iulium literas dederunt, au-
 thoritatem suam se Nicenā fidei professioni
 integram relinquere: perspicuitatis autē gra-
 tia, quę Nicenā constituta essent, non itā mul-
 tis latius extendisse, nē scilicet Arriani com-
 pendio professionis fidei, ad absurdas opi-
 niones eos abducerent, qui dialecticæ sunt
 imperiti. His itā peractis, domum reuertēre.
 Et vtrique in ea erant sententia, rectē ab eis

quæ sententijs proscriptiois ferendis egif-
 sent, esse facta: Orientales quidem, quod oc-
 cidentales, quos ipsi sacro ordine mouissent
 & reiecissent, eos ad communionem admi-
 sissent: Occidentales autē, quod illi q; Atha-
 nasium & alios damnationis sententia no-
 tassent, ante publicam cognitionē profugif-
 sent. Et quod ij Nicenā decreta complecte-
 bantur, illi verò ea deprauare & adulterare
 audebant. In Sardicensi Concilio Marcello
 quoq; de quo supra diximus, Ancyre Ga-
 latie episcopatum rursùm mandarunt. Nam
 is Synodo exposuit, à multis libri sui scripta
 intellecta non esse, vñdē illi suspiciōē con-
 ceperint, eadem se cum Samofateno paulo &
 Sabellio sentire. Et rursus cap. 13. Sardicensi
 conuētū itā peractō, domum se quisque re-
 cepit, ac deinceps Occidens ab Oriente per
 secessionem diuisus est. Non amplius enim
 occidentales cum orientalibus haud eadem
 secum sentientibus, negocij sibi quidquam
 & coniunctionis esse voluēre. Et paulō post:
 Et vt paucis dicam, Ecclesia occidentalis oīs
 patriæ insistentis religioni, cōtentiōis experts,
 & à studio de dogmatis nugandi aliena fuit,
 sincerē professionem fidei Nicenam sonans
 atque profitēs. Quauis enim tum Vrsicius
 Pannonius & Auxentius mediolanensis, co-
 nati sunt Ecclesias distrahere, & ad Arrianā
 opinionem traducere, efficere tamen id ne-
 quiuēre, sede Romana & alijs occidentali-
 bus Episcopis vigilantibus, & hæresis eius
 furculos illic extirpantibus. Hęc ibi.

Insigne en-
 comiū Ec-
 clesię occi-
 dentalis.

TITVLI CANONVM SARDICENSIS CON-
CILII SVB DVPLICI EDITIONE, ADDITA ETIAM
 tertia eorundem versione, Gentiani Herueti Galli.

EDITIO PRIMA.

EDITIO SECVNDA.

De episcopis, etiã laica communionē pri-
 uandis, qui ciuitates mutauerint. 1
 De iisdem episcopis, vt si per ambitionem
 sedem mutauerint, nec in exitu commu-
 nionem laicam consequantur. 2
 Vt inter discordes episcopos, comprouin-
 ciales antistites audiant. Quod si dānatus
 appellauerit Romanū pontificem, id ob-
 seruandum, quod ipse censuerit. 3
 Vt nullus accusati sedē vsurpet episcopi. 4
 Quādō quis debeat à vicinis prouinciæ epi-
 scopis ordinari. 5
 De nō ordinandis episcopis per vicos & mo-
 dicas ciuitates. 6
 De prouinciali synodo retractanda per vi-
 carios episcopi vrbis Romę, si ipse decre-
 uerit. 7
 Quādō, & in quibus causis episcopi ad co-
 mitatum ire debeant. 8
 De diaconis, ad comitatum dirigendis. 9
 Quod ad comitatum pro pupillis & viduis,
 ac necessitatē patietibus, sit eundē. 10
 Vt qui in canali sunt episcopi, euntes ad co-
 mitatum sollicitē discutiant. 11

Episcopum non debere ad aliam ciuitatem
 transferri. 1
 Episcopum de prouincia ad prouinciã nō
 transire, nisi fuerit inuitatus. 2
 De duobus episcopis vnius prouinciæ, inter
 se contentionem habentibus. 3
 De episcopo ad iudicatum. 4
 De episcopis à synodo depositis. 5
 De quibus supra. 6
 De episcopis accusatis. 7
 Vt episcopi passim ad comitatum non per-
 gangant. 8
 De quibus supra. 9
 De quibus supra. 10
 De quibus supra. 11

De his,

mm 2 De q-

De his, qui ignorant, quid sit in synodo cō-	12	De quibus suprā.	12
stitutum.	12	Vt nē ex laico qlibet episcop⁹ ordines.	13
De laicis, nō temerē faciēdis episcopis.	13	Vt episcopus in aliena prouincia non im-	14
Quām diū episcopus in aliena ciuitate im-	14	moretur.	14
moretur.	14	De episcopis in aliena prouincia possessio-	15
Non liceat episcopo, à sua ecclesia plūs tri-	15	nes habentibus.	15
b⁹ hebdomadibus abesse.	15	De clericorum excommunicatione.	16
De clericis, à cōmunionē summotis, ab alio	16	Licere clericis, si iniuste fuerint excommu-	17
non recipiendis episcopo.	16	nicati, vicinis adire episcopos.	17
De excōmunicatis, apud vicinos episcopos	17	Non licere episcopo, alterius clericum in sua	18
audiendis.	17	ecclesia ordinare.	18
De non sollicitandis clericis alienis.	18	De quibus suprā.	19
De non ordinandis clericis alienis, sinē sui	19	Vt extranei clerici apud Thessalonicam non	20
consensu episcopi.	19	tardent.	20
De presbyteris & diaconis, qui Thessaloni-	20	Clerici vim passi aut persequutionem, si ad	21
cam veniunt, quantum temporis ibi resi-	20	aliam acceperint ciuitatem, non vententur	21
deant.	20	ibī morari, *quādiū potuerint redire. 21 i. donē	21
De suscipiendis his, qui persecutionem pa-	21		
tiuntur.	21		

CANONES SARDICENSIS CONCILII SVB IVLIO PAPA PRIMO.

Anno sexto Constantij Imperatoris, Leontio & Salustio consulibus, era 387, Sardicenis Synodus congregata est, vbi omnes per Orientem Arriani episcopi condemnati sunt, qui conuenti ad concilium occurrere, reatus conscientia noluerunt. In quo concilio inter cetera hæc regulæ pro disciplina ecclesiastica institutæ sunt:

EDITIO I.

Caput I.

Dist. 8. Mala
cōsuetudo.
sub tit. Ni-
colai 4. ad
Ignarum ar-
chiepisco-
pū Rhemesē.

Osius episcopus dixit: Nō minus mala consuetudo, quàm pernicioſa corruptela, funditus eradicanda est, nē cui liceat episcopo, de sua ciuitate ad aliam transire ciuitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentat, cum nullus in hac re inuenit episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vndē apparet, auaritiæ ardore eos inflāmari, & ambitioſi seruire, vt dominationem agant. Si omnib⁹ placet, huiusmodi perniciēs seruius & austerius vindicetur, vt nec laicam communionē habeat, qui talis est. Respondent vnuerſi: Placet.

Cap. 2.

Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt fortassis excusationem afferēs, asseueret, quod populi literas accēperit, cum manifestū sit, potuisse paucos præmio & mercede

EDITIO II.

Caput I.

Osius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quàm pernicioſa corruptela, funditus eradicanda est, nē cui liceat episcopo, de sua ciuitate ad aliam transire ciuitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentat, cum nullus in hac re inuenit episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vndē apparet auaritiæ ardore inflāmari, & ambitioſi seruire, & vt dominationem exercent. Si ergo omnibus placet, huiusmodi perniciēs austerius vindicetur, nec laicam communionē habeat, qui talis est. Vniuerſi dixerunt: Placet. Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt forsitan excusationem afferat, quod populi literas acceperit, cum manifestū sit, præmio & mercede paucos qui fidem synceram non habent, potuisse corrumpi, vt clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum, omninō has fraudes

Canones Sardicenis Concilij, interpretate Gentiano Herueto. Canon I.

Osius vrbis Cordubę episcopus dixit: Non tantum mala consuetudo, quàm pernicioſissima rerum corruptela, est ex ipsis fundamentis penitus extirpanda, nē cui episcopo liceat à parua ciuitate in aliam migrare. Eius enim causę pretextus est manifestus, propter quē talia aggreditur. Nullus enim episcopus adhuc inueniri potuit, qui à maiori ciuitate in minorem transire studuerit. Vndē cōstitit eos ardenti plura habēdi cupiditate succēdi, & magis arrogantiæ seruire, vt videant maiorem habere potestatem. Placētne hoc omnib⁹, vt eiusmodi improbitas acerbius vindicetur? Existimo enim eos nē laicorum quē debere habere cōsonem. Omnes episcopi dixerunt, Placet omnibus.

Osius Episcopus dixit: Si CAN. 1

quis aut ad eō insanus vel audax inueniat, vt de ijs videat aliquā afferre excusationem, asserens sibi à populo allatas esse literas, clarū est potuisse paucos aliquos mercede & precio

cede corrumpi eos, qui synceram fidem non habent, vt clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopū. Omninō has fraudes dānandas esse arbitror hoc modo, vt ne laicam in fine communionē talis accipiat. Si vobis omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

Cap. 3.

Osius Episcopus dixit: Illud quoque necessariō adijciendū est, vt episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua non sunt episcopi, non tranſeant, nisi fortē à fratribus suis inuitati, nē videamur ianuam claudere charitatis. Illud quoque prouidēdum est, si in aliqua prouincia aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, nē vnus è duobus ex alia prouincia aduocet episcopum cognitorem. Quod si aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum concilium renouetur, si vobis placet, san-cti Petri apostoli memoriam honoremus, vt scribatur ab his, qui causam examinārit, Iulio Romano Episcopo: & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, vt nō refricentur ea, quæ acta sunt: quæ decreuerit, confirmauerunt. Si hoc omnibus placet, Synodus respondit: Placet.

Cap. 4.

Gaudentius Episcopus dixit: Addendū, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitatem protulisti, vt quū aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis cōmorantur, & proclamauerit agēdum sibi negocium in vrbe Roma, alter episcopus in eius cathedra, post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omninō nō ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio

Cap. 2.

Osius Episcopus dixit: Illud quoque statutū sit, vt episcopus de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua sunt episcopi, non tranſeat, nisi forte à fratribus inuitatus, nē videamur ianuam charitatis claudere.

Cap. 3.

Osius Episcopus dixit: Prouidēdū est etiam, vt si in aliqua prouincia fortē aliquis episcopus cōtra fratrem suum episcopum litem habuerit, nē vnus è duobus, ex alia prouincia aduocet epos ad iudiciū.

Cap. 4.

Osius episcopus dixit: Quod si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum iudicium renouetur, si vobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his, qui examinauerit, vel etiam ab alijs episcopis, qui in propinquo morantur, Romano Episcopo. Et si iudicauerit renouandū esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talē causam, vt ea non refricentur, quæ acta sunt: quæ decreuerit Romanus episcopus, confirmauerunt. Si ergo omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.

Cap. 5.

Gaudentius Episcopus dixit: Addendum est, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitatem protulisti, vt quū aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agēdum sibi negocium in vrbe Roma, alter episcopus in eadem cathedra (post appellationem eius, qui videtur esse depositus) omninō non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio

des damnandas esse arbitror, ita vt ne laicam communionem in fine accipiat talis. Quod si vobis omnibus placet, statuite. Vniuerſi dixerunt: Placet.

Osius quoque episcopus dixit: Hoc quoque necessariō est adijciendū, vt nullus episcopus ex sua prouincia in aliam prouinciam, in qua sunt episcopi, tranſeat: nisi vtique, à suis fratribus vocetur, nē videamur dilectioſis fores claudere. Hoc autem etiam similitè prouidēdum est, vt si in aliqua prouincia episcoporum quispiam aduersus fratrem suum & cōepiscopū negocium habeat, neuter eorū ex alia prouincia cognitores euocet. Si quis autem episcopus in aliquo negotio cōdēnandus visus fuerit, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, vt etiam rursus iudicium renouetur, si vestræ dilectioni videtur, Petri Apostoli memoriam honoremus: vt de ijs qui iudicauerunt, scribatur Iulio Romanorum Episcopo, & per propinquos prouinciæ episcopos, si opus sit, iudiciū renouetur, & cognitores ipse præbeat. Si autem probari nō potest causam eius esse talem, vt eam rursus iudicari opus sit, quæ semel sunt iudicata, non infirmetur.

Can. 3.

Can. 4.

dicio Episcopi Romani de-terminata.

judicio Romani episcopi de-terminata.

Ofius Episcopus dixit: Placuit vt si q̄s Episcopus delat̄ fuerit, & cōgregati huius regiois Episcopi eū gradu mouerint, & veluti appellans cōfugerit ad beatissimum Romanum Episcopum, & velit ipsum audire, & iustū esse existimauerit eius rei examinationem renouari, cōepiscopis scribere dignabit̄ q̄ sunt propinqui prouincie, vt ipsi diligēter & accuratē singula p̄scrutētur, & ex veritatis p̄uafione de re sententiā ferāt. Si quis aut̄ postulet suū negocium rursus audiri, & ad suam supplicationē Romanorum Episcopū iudicare visum fuerit, à p̄prio latere presbyteros mittat, vt sit in potestate episcopi, quod rectē habere probauerit & statuerit, oportere eos mitti qui cum episcopis sint iudicaturi, habentes auctoritatē eius à quo missi sunt, & hoc ponendum est. Si aut̄ sufficere putauerit ad rei cognitionē & episcopi sententiā, faciet quod prudētissimo eius cōsilio rectē habere videbit̄. Responderūt episcopi: Que dicta sunt, placuerūt.

CAN. 5.

Dif. 67. ca. fi. Si for. i. prō.

Cap. 5.

Ofius episcopus dixit: Si cōtigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, vnum fortē remanere episcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare episcopū, & populi cōuenierint, Episcopi vicinā prouinciā debent illum prius cōuenire Episcopum, qui in ea prouincia moratur, & ostendere, q̄ populi petant sibi rectorē, & hoc iustum esse, vt & ipse veniat, & cum ipso ordinēt episcopum. Quod si, conuentus literis, tacuerit & dissimulauerit, nihilq̄; rescripserit, satisfaciendum esse populis, vt veniāt ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopū.

Cap. 6.

Licentia verò danda non est ordinādi Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit vnus presbyter, quia nō est necessē ibi Episcopum fieri, nē vilescat nomen Episcopi & auctoritas. Nō debēt illi ex alia prouincia

Cap. 6.

Ofius episcopus dixit: Si cōtigerit in vna prouincia, in qua fuerint plurimi episcopi, vnum fortē remanere episcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi cōuenierint: episcopi vicinā prouinciā debent illius conuenire episcopum, qui in eadē prouincia moratur, & ostendere, q̄ populi petant sibi rectorē, & hoc iustum esse, vt & ipse veniat, & cum eo ordinent episcopū. Quod si, conuentus literis, tacuerit & dissimulauerit, nihilq̄; respōderit, tunc satisfaciendū esse populis, vt veniant ex vicinis prouincijs, & ordinēt episcopū.

Cap. 7.

De quibus supra. Iterum licentia ordinandi episcopum, danda passim nō est. Si em̄ subitō aut vicus aliquis aut modica ciuitas, cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi episcopū ordinari, ad hoc, vt vilescat nomen episcopi

Ofius Episcopus dixit: Si cōtigerit in vna prouincia, in qua sunt plurimi Episcopi, vnū Episcopū remanere, & ille per quandā negligentiam noluit cōuenire, & episcoporum cōstitutioni assentiri, cōgregata autē populi multitudo suadeat & instet, vt fiat cōstitutio episcopi, q̄ ab eis queritur, oportet illū prius q̄ remāsit, episcopū admoneri per literas exarchi, prouinciā, dico aut episcopi Metropolitanī, q̄ vult populus sibi pastore dāri, & existimo rectē habere hunc quoq; admitti vt adsit. Si aut̄ literis rogatus nō adfuerit, sed neq; rescripserit, populi volūtati satisfiat. Oportet aut̄ ex vicina quoq; prouincia accersi episcopos ad Metropolitanī Episcopi constitutionē: nō licere aut̄ simpliciter Episcopum constituere in aliquo pago vel parua vrbe, cui vel vnus presbyter sufficit. Nō necesse est enim illic episcopum constitui, nē episcopi nomen & auctoritas vilipendatur. Sed prouincia, vt prius dixi, Episcopi debēt in ijs vrbeb' Episcopos constituere, vb' etiā prius Episcopi fuerunt. Si autem inueniatur vrbs aliqua tam populosa, vt ipsa episcopatu digna iudicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Responderunt omnes, Placet.

CAN. 6.

11. q. 9. Si q̄s episcopus accusatus

Cap. 7.

Ofius episcopus dixit: Placuit autē, vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regiois ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, q̄ deiectus est, & confugerit ad episcopū Romanā ecclesiā, & voluerit se audiri, si iustū putauerit, vt renouetur iudicium, vel discussiois examē, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatioe sua mouerit episcopum Romanum, vt è latere suo presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi, qd velit & qd aestimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui presentes cum Episcopis iudicent, habentes eius auctoritatē, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit Episcopos sufficere, vt negotio terminū imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

23. q. 8. Si vobis fr. a. tres chariff.

pi & summi honoris auctoritas, nō debēt illi, ex alia prouincia inuitati, facere Episcopum, nisi aut in ciuitatibus, quā Episcopos habuerunt, aut si quā tam populosa est ciuitas, vel locus, qui mereatur habere Episcopum.

Cap. 8.

De accusatis Episcopis. Ofius Episcopus dixit: Et hoc placuit, vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint &c. nam quae restant, satis in litera quadrant, etiam in capitulorum assignatione, exceptis quae in margine annotabuntur, & excepto cap. 10. eo modo, quo in margine signatum est, & annotatum ex editione secunda. Suntq; marginales additiones sumptae ex eadem secunda editione &c.

villipendatur. Sed prouincia, vt prius dixi, Episcopi debēt in ijs vrbeb' Episcopos constituere, vb' etiā prius Episcopi fuerunt. Si autem inueniatur vrbs aliqua tam populosa, vt ipsa episcopatu digna iudicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Responderunt omnes, Placet.

CAN. 7.

Ofius episcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & iniusta petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam, vel fidutiam, dum quidam non cessant ad comitatum ire episcopi, & maxime Aphri, qui (sicuti cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt atque contemnunt, vt non solum ad comitatum multas & diuersas ecclesiarum non pfuturas perferant causas, vt fieri solet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniant, sed & dignitates seculares, & administrationes quibusdam postulent. Haec itaq; prauitas olim nō solum murmuraciones, sed & scādala excitat. Honestū est autem, vt episcopi intercessionē his p̄stent, q̄ iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expoliatur, si tamen isthac nomina iustam habeant causam, aut petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet decernite, nē episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris

Ofius Episcopus dixit: Importunitas nostra & multa assiduitas & iniusta preces effecerunt, vt nos non habeamus tantam gratiam & libertatem dicendi, quantam debebamus habere. Multi enim Episcopi non intermittunt ad castra accedere, & maxime Aphri, qui quemadmodum cognouimus à dilecto fratre nostro & coepiscopo Grato, salutaria consilia nō admittunt, sed ita contemnūt, vt vnus homo plurimas & diuersas & quae nō possunt iuuare Ecclesias, preces adferat, & non, vt debet fieri & conuenit, pauperibus & Laicis vel viduis opem & auxiliū afferat, sed seculares dignitates & functiones aliquibus acquirat. Haec ergo pueritas (οικαιότης) detrimentum non sine offendiculo & condemnatione nobis conciliat. Conuenientius autem esse existimaui, vt Episcopus illi suū auxiliū p̄beat, cui ab aliquo vis affert, vel si quae vidua iniuria afficiatur, vel si quae rursus orba priuetur ijs, quae ad ipsam pertinent: si quidē haec nomina iusta habēt ca-

literis vel inuitati, vel euocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiã Ecclesiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilium vel in insulas damnantur, aut certè quamcunque sententiam excipiunt, subueniendum est his, & finè dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergò decernite, si vobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

9 Osus Episcopus dixit: Hoc quoq; prouidentia vestra tractare debet, quia decreuistis, nè Episcoporum improbitas nitatur, vt ad comitatum pergant. Quicumque ergò (quales superius memorauimus) preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri inuidiosa nõ est, & quæ impetra-

uerit, celerius poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, * vt de qualibet puincia Episcopi ad eum fratrem & destinent, tribuendo comendatitias &c.

preces mittant, qui in metropoli consistit, vt ille & diaconum eius, & supplicationes destinet, tribuens commedatitias epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si verò habet Episcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestum est) impetrare, non prohibetur per diaconum suum & rogare, ac significare his, quos scit benignam iutercessionem sibi absentis posse præstare.

10 Qui verò Romam venerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces, quas habent, tradant, vt & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atque sollicitudinem, vt ad comitatum perferantur. Vniuersi dixerunt, placere sibi, & honestum esse consilium. Alypius Episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, quæ causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis: nunc verò cum ea postulent præcipue, quæ finè inuidia * hominum, & finè reprehensione esse non possunt, non necessè est eos ire ad comitatum.

11 Gaudentius Episcopus dixit: Ea, quæ salubriter prouidistis conuenientia & estimatione omnium, & deo placitura & hominibus, tenere hæc tenus firmitatem possunt, si metus huic sententiæ coniungatur. Scimus enim & ipsi, sæpissimè propter paucorum impudentiam, religiosum sacerdotale nomen

fam & supplicatione. Si itaq; dilecti fratres hoc omnibus videtur, statuite nullum oportere Episcopum ad castra accedere, præter eos quos pius Impator noster suis literis acceperit. Sed quia sæpe cõtingit aliquos, qui egent misericordia, ad Ecclesiã cõfugere, qui propter sua peccata vel relegatione, vel in insula deportatione damnati sunt, vel quantum aliam sententiam accepere, ijs non esse negandum auxilium, sed finè cõtatione & dubitatione ijs veniam esse petendã. Si vtiq; hoc quoq; placet, oes vnà quoq; vestrum suffragium ferre. Responderunt omnes: Decernatur & hoc.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoq; vestra solertia iudicet, vt quia visum est, nè aliquis Episcopus in condemnationem incidat ad castra veniens, si qui eorum, quorum superius meminimus, tales habeant preces, per proprium ministrum peragant. Ministri enim persona non est inuidiosa, & quæ mandata fuerint, citius ferre poterit.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoq; consequens esse existimo, vt in quacunque puincia Episcopi ad fratrem & coepiscopum suum mittant supplicationes, is qui est in maiori ciuitate, hoc est, in metropoli, ipse ministrum suum & supplicationes mittat, præbès ei commendatitias quoq; literas, scribens scilicet per consequentiam etiã ad fratres & coepiscopos nostros, qui scilicet illo tempore in locis vel vrbibus agant, in quibus Imperator imprimis pius Rempublicã gubernat. Si quis autem Episcopus habet amicos in aula palatii, & velit aliquid quod honestum & iustum impetrare, nè prohibeatur per suum ministrum & rogare, & ijs mandare, vt bonum suum auxilium ei velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodum superius dictum est, dilecto fratri nostro & coepiscopo Iulio, preces quas habet dandas, præbere debent, vt ipse prius examinet, nisi aliqua earum sint imprudentes, & sic suam auctoritatem & curam (καρποκρατιαν) præbens, eos ad castra mittat. Omnes Episcopi dixerunt eis placere, & esse conuenientissimum hoc consilium.

Osus

fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisus, voluerit ambitioni magis placere, quàm DEO, is debet scire, causis redditis, honorem dignitatemque se amissurum. Quod ita demum compleri poterit, si vnusquisque nostrum, qui in canali constitutus est, quum progredientem Episcopum viderit, inquirat trãsitum eius: causas videat: quod tẽdat, agnoscat: & si quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod superius comprehensum est, nè fortè inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si verò (vt superius memorauit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ad comitatum pergat, neq; in literis eius subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt, hoc honestum esse, & placere sibi hanc constitutione.

12 Osus Episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, nè ad huc aliqui, nescientes quid decretum sit in synodo, subito veniant ad ciuitates eas, quæ in canali sunt. Debet ergò Episcopus ciuitatis ipsius, admonere eum & instruere, & ex eo loco diaconum suum mittat admonitus: ipse tamen redeat in parochiam suam.

dist. 61. Osus Episcopus.

13 Osus Episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissimè tractetis, si fortè aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex administratione Episcopus fuerit postulatus, vt non prius ordinetur, nisi antè & lectoris munere, & officio diaconi aut presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt vtiq; prolixum tempus, pbari, qua fide sit, quæue modestia, qua grauitate & verecundia. Et si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia cõueniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temerè vel leuiter ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est, maximè cum & magister gentium beatus Apostolus, nè hoc fieret, denunciasset & prohibuisse videatur, sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuersi dixerunt placere sibi hæc.

1. Tim. 3. c.

14 Osus Episcopus dixit: Et hoc quoq; statueret debetis, vt Episcopus si ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatẽ, vel ex puincia sua ad aliam puincia, & ambitioni magis quàm deuotioni seruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tempore residere, (Fortè enim euenit, episcopum loci nõ esse tam instructum, neq; tam doctum) is verò qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, vt dehoneflet & inbr-

met

Osus Episcopus dixit: Hoc quoq; necessarium existimo, vt cum omni cura & diligentia examinetur, vt si quis diues vel ex foro scholasticus, Episcopus fieri dignus habeatur, non prius constituatur, quàm lectoris, & diaconi, & presbyteri ministerium peregerit: vt in vno quoq; gradu si dignus existimatus fuerit, ad Episcopatus fastigium per progressionem possit ascendere. Habebit autè vniuscuiusque ordinis gradus non minimi scilicet temporis longitudinem, per quod & fides, & morum probitas, & cõstantia, & moderatio possit cognosci, & ipse diuino sacerdotio dignus existimatus, maximum honorem assequetur. Neque enim conuenit, neq; scientia & bona conuersatio hoc recipit, vt temerè & leuiter ad id accedatur, vt Episcopus, vel presbyter, vel diaconus promptè ac facile cõstituatur. Sic enim meritò neophytus existimetur, quãdo quidẽ beatissimus Apostolus, qui fuit etiã doctor gentium, maximè prohibuisse videt, nè celeres fieret cõstitutiones. Longissimi enim tẽporis, pbatio, & cõuersione & vniuscuiusq; mores nõ impbabiliter exprimere poterit. Omnia dixerunt ipsis placere, & oinò non oportere ea subuertere.

CAN. 10.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoq; definire debemus vt quãdo Episcopus ex alia ciuitate in aliam ciuitatem, vel ex alia puincia in aliam puincia accesserit, iactationis gratia proprijs laudibus seruiens, vel religionis sanctificationi, & velit longiori tempore illic agere: illius autem ciuitatis episcopus doctrinã nõ fuerit peritus, nè illum despiciat, & frequentius concionetur, studens dedecore afficere & vilipendere personam

Epi.

met illius personam, ita vt ex hac occasione non dubitet relinquere adsignatam sibi ecclesiam, & transeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi episcopum, inhumanum est, & si diutius resideat, perniciosum est: hoc ergo ne fiat, prouidendum est. Memini autem, superiore concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea, in qua commoratur ciuitate, tres dominicos dies, id est, per tres septimanas, non celebrasset conuentum, communionem priuaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas, quæ detineat, vt amplius à supra scripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Vniuersi dixerunt placere sibi.

15 Osus episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui non in ea ciuitate residet, in qua videntur episcopi esse constituti: vel certe quod paruum rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoscuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant, hæc tamen permitti eis oportet, vt accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui, vt post tres dominicas, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima ciuitas, in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat, vt neque res eius domesticæ per absentiam eius detrimentum sustineat, & non frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua episcopus moratur, suspitionem iactantiæ & ambitionis euadat. Vniuersi dixerunt, placere sibi.

16 Osus episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, vt siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab episcopo suo communionem fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit episcopum, & sciens ille, ad quem confugit, eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet vt ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se, conuocatis episcopis, causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacè seruabit, & concordiam custodiet.

17 Osus episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus, (quod esse non debet) citò asperè commoueat aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit: prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habeat potestatem is, qui abiectus est, vt episcopos finitimos interpellat, & causa eius audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste aut iniuste eum abiectum, patienter accipiat, vt negotium discutiatur, vt vel probet sententia eius à plurimis, vel emendetur.

Episcopi. Hic enim prætextus solet turbas excitare, & eiusmodi calliditate alienam sedem sibi conciliare & attrahere studere, cum non dubitet sibi traditam Ecclesiam relinquere, & in aliam transire. Ad hoc ergo, tempus definiendum est. Nam Episcopus non recipi, inhumanum & inuiciale existimatum est. Recordemini autem patres nostros in tempore præterito iudicauisse, vt si quis laicus in vrbe agens, tribus diebus dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communionem moueatur. Si hoc ergo de laicis statutum est, non oportet nec conuenit, sed neque est vtile Episcopo, si nullam habet grauiorem necessitatem, vel negocium difficilius, longius à sua abesse Ecclesia, & sibi commissum populum dolore afficere. Omnes Episcopi dixerunt, hanc quoque sententiam esse conuenientissimam.

Osus Episcopus dixit: Quia nihil est prætermittendum, hoc quoque definiat: Quidam fratres & coepiscopi in ciuitatibus, in quibus Episcopi constituantur, videntur valde pauca quæ sibi sint propria, possidere: in alijs autem locis magnas possessiones, ex quibus etiam possunt opere ferre pauperibus: ijs ita esse cedendum iudico, vt si in suas possessiones veteri sunt, & fructus suos collecturi, tribus diebus dominicis, id est, tribus septimanis in suis possessionibus degant: & in ecclesia, quæ præsertim est, in qua presbyter populum congregat, ne à communione alienus videatur, conueniat & sacrificium celebret, & ne frequentius in ciuitate, in qua est Episcopus, adsit. Eo enim modo & res eius propter ipsius absentiam nihil detrimenti patientur, & arrogantiam ac superbiam crimen effugere videbitur. Omnes Episcopi dixerunt: Placet hæc quoque constitutio.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, vt si diaconus, vel presbyter, vel etiam aliquis ex clericis sit excommunicatus, & ad alium episcopum qui eum nouit confugerit, scientem eum à proprio episcopo esse communionem motum, non oportet Episcopo & fratri suo iniuriam facientem, ei communionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cum conuenierint Episcopi, se ipsum causam esse dicturum.

Osus episcopus dixit: Quod autem me vndiquaque mouet, reticere non debeo. Si inueniatur quis Episcopus ad iram propensus, quod quidem ab eiusmodi homine abesse debet, & aduersus presbyterum vel diaconum citò commotus, eum ex ecclesia eijcere voluerit, prouidendum est ne is repente condemnatur & communionem priuet. Omnes Episcopi dixerunt: Qui eijcitur, potestatem habeat confugiendi ad episcopatum metropolitani eiusdem provincie. Si autem Metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, & rogandi vt suum negotium accuratè examinet. Neque enim non sunt aures præbendæ ijs qui

detur. Tamen prius quam omnia diligenter & fideliter examinetur, eum qui fuerit à communionem separatus, ante cognitionem nullus debet præsumere, vt eum communionem societ. Hi vero qui conueniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse fastidium & superbiam, quia iam non decet, vt Episcopus iniuriam vel contumeliam patiat, seuerioribus eos verbis castiget, vt obediant honesta precipienti Episcopo: quia sicut ille clericis syncerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent Episcopo suo exhibere obsequia.

18 Ianuarius Episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, vt nulli episcopo liceat, alterius Episcopi ciuitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochijs ordinare. Vniuersi dixerunt: Placet, quia ex his contentionebus solet nasci discordia, & ideò prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

19 Osus Episcopus dixit: Et hoc vniuersi constituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum, sine consensu Episcopi ipsius, & voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius. Quicumque autem hoc usurpauerit, à fratribus & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

20 Aëtius Episcopus dixit: Non ignoratis, quanta & qualis sit Thessalonicensium ciuitas. Sepè ad eam veniunt ex alijs regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti breui tempore morari, & aut residet ibi, aut certè vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerunt: Ea tempora, quæ constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas obseruari debent.

21 Osus Episcopus dixit: Suggeste fratre & coepiscopo nostro Olympio, etià hoc placuit, vt si aliquis vim perpeffus est, & iniuste expulsus pro disciplina & catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugies pericula innocens & deuotus, ad aliam venirit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quod diu aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum est, eum qui persequutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica Ecclesia in vniuerso orbe diffusa, custodiet. Et subscripserunt, qui conuenerant Episcopi omnes sic: Ego ille Episcopus illius ciuitatis & provincie illius, ita credo sicut superscriptum est.

Huic concilio, teste D. Athanasio, circiter 300 Episcopi interfuerunt.

CAN. 19.

Osus Episcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc est sententia: Quia quieti & patientes esse debemus & sufficentem in omnes habere misericordiam, eos qui semel in clerum ecclesiasticum ab aliquibus fratribus nostris promoti sunt, si nolint redire ad eas, ad quas nominati sunt Ecclesias, deinceps non admitti. Eutythianum autem ne Episcopi quidem sibi nomen

rogant. Ille quoque episcopus qui iure vel iniuria eum expulit, æquo animo ferre debet, vt rei fiat examinatio, & vel eius confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquam autem diligenter & ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi suo iure communionem tribuere. Si autem clerici aliqui conuenerint, & eius superbiam & arrogantiam viderint, quia non conuenit contumeliam vel iniustam expostulationem pati, acerbioribus & grauioribus verbis eum debent corrigere, vt ei qui iubet quæ decet, inferuiat & obediât. Sicut enim debet Episcopus ministris synceram dilectionem & affectionem præbere, eodem modo & subiecti debent Episcopis non fraudulentum ministerium & obsequium exhibere.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoque omnino definiamus, vt si quis Episcopus ex alia parochia velit alienum ministrum sine consensu proprii Episcopi in aliquo gradu constituere, irrita & infirma eiusmodi constitutio existimetur. Si qui autem hoc sibi ipsi miserint, à fratribus & coepiscopis & admoneri & corrigi debent. Omnes dixerunt: Hoc quoque decretum stet firmum & immobile.

Aëtius Episcopus dixit: Non ignoratis cuiusmodi & quanta sit Thessalonicensium Metropolis. Sepè itaque ad eam ex alijs, prouincijs presbyteri & diaconi accedunt, & breuis temporis mora non contenti, permanet, & omne tempus illic ægetes transigunt: vel vix tandem post plurimum tempus in suas ecclesias reuerti coguntur. de ijs ergo definiendum est. Osus Episcopus dixit: Ea decreta quæ de Episcopis constituta sunt, seruentur etià in huiusmodi personis.

Osus episcopus dixit: Suggeste fratre nostro Olympio hoc quoque placuit, vt si quis episcopus vim passus, iniuste eiectus sit, vel propter scientiam, vel propter catholicam Ecclesie confessionem, vel propter veritatis defensionem, & fugiens periculum, innocens execrationi subiectus in alia vrbe venerit, ne prohibeatur illic tam diu agere donec reuertat, vel à facta sibi iniuria possit liberationem inuenire. Durum enim est, atque ad eum grauissimum, eum qui iniustam eiectionem passus est, à nobis non suscipi. Is enim debet à nobis plurima benignitate & humanitate excipi.

Gaudetius Episcopus dixit: Scis frater Aëtie, quod tunc cum episcopus constitutus es, pax deinceps viguit, ne aliqua discordia reliqua remaneat, visum est vt quod à Museo & Eutythiano constitutum sunt, quia nulla eorum culpa inueniebatur, omnes susciperentur.

Osus Episcopus dixit: Meæ mediocritatis hæc est sententia: Quia quieti & patientes esse debemus & sufficentem in omnes habere misericordiam, eos qui semel in clerum ecclesiasticum ab aliquibus fratribus nostris promoti sunt, si nolint redire ad eas, ad quas nominati sunt Ecclesias, deinceps non admitti. Eutythianum autem ne Episcopi quidem sibi nomen

vsur-

CAN. 20.

vfurpare, sed neq; Musæum vt Episcopum existimari. Si autem laicum petierint, non oportere eis denegari. Omnes dixerunt, Placet.

Gaudentius Episcopus dixit: Hæc salutariter & consequenter definita, & nostræ sacerdotum dignitati conuenienter, & quæ Deo & hominibus placuerunt, potentiam & vires suas obtinere non poterit, nisi etiã metus editas sententias consecutus fuerit. Ipsi enim scimus, sæpè propter paucorum impudentiam, diuinum & inprimis venerandũ sacerdotij nomen in damnationem incurrisse. Si quis ergo præter ea, quæ omnibus visa sunt, ausus fuerit, studens fastui & arrogantiae magis quàm Deo placere, aliquid aliud agere, sciat iam se eum constituere, & Episcopatus honorem & auctoritatem amittere. Omnes responderunt: Decet, & placet nobis hæc sententia.

Porrò autem hoc quoquè illinc erit maximè notum & comprobatum, si vnusquisq; vestrum, qui estis in transitu seu canali (καταλίσσ) constituti Episcopi, cum viderit Episcopum, quærat causam aduentis, & quid pergit: & si eum quidem in castra proficiscētem inuenierit, quærat conditiones quæ superius propositæ sunt: & si euocatus veniat, ei abeunti nihil impedimenti fiat: Sin autem ostentationis gratia, quæ admodum vestræ dilectioni superius dictum est, vel propter aliquorum preces in castra festinat, nec literis eius subscribat, nec cum eo communicet. Omnes dixerunt: Hoc quoq; decernatur.

Hactenus verso Gentiâni.

Inter ceteros ergo, qui subscriperunt, nominatim sequentes exprimentur:

Athanasius Episcopus ciuitatis Alexandriæ magnæ.

Arrius Episcopus

Alexander Episcopus ciuitatis Mefeniæ.

Annianus Episcopus ciuitatis Castulonis.

Asclepius Episcopus ciuitatis Gazæ.

Athenodorus Episcopus ciuitatis Plateæ.

Alexander Episcopus ciuitatis Larissæ.

Alypius Episcopus ciuitatis Megaridis.

Asterius Episcopus ciuitatis

Alexander Episcopus ciuitatis Maronæ.

Bassus Episcopus ciuitatis Diocletianopolis.

Costus Episcopus ciuitatis Cæsaraugustanæ.

Chrocraus Episcopus ciuitatis

Calepodius episcopus ciuitatis Neapolitanæ.

Calimis Episcopus ciuitatis Ripen.

Dioscorus Episcopus ciuitatis Therassæ.

Domitianus Episcopus ciuitatis Augustæ.

Dias Episcopus ciuitatis * Asophis.

Dionysius Episcopus ciuitatis * Helidis.

Diodorus Episcopus ciuitatis Tenedos insule.

Eutherius episcopus ciuitatis Prochitæ de Cados.

Euagrius episcopus ciuitatis Heracleonopolis.

* Etius Episcopus Theffaloniciæ ciuitatis.

Eutherius Episcopus ciuitatis

Eutychnus Episcopus ciuitatis

Florentinus Episcopus ciuitatis Emeritæ.

Fortunatianus episcopus ciuitatis Aquileiæ.

Gaudentius Episcopus ciuitatis * Naifo.

Geronius Episcopus ciuitatis * Brebi.

Heliodorus episcopus ciuitatis Nicopolis.

Hymenæus Episcopus ciuitatis Cyperæ.

Ianuarius episcopus ciuitatis Beneuentanæ.

Ionas Episcopus ciuitatis * Partecopolis.

Iulius Episcopus ciuitatis * Tibiscæ.

Irenæus Episcopus ciuitatis & Insulæ.

Lucius

Lucius Episcopus ciuitatis Veronæ.

Maximus

Moyseus Episcopus ciuitatis Thebanæ.

Macedonius Episcopus ciuitatis Vlpianæ.

Martyrius Episcopus ciuitatis Neapolis.

* Paphis
* Helice

* Aetius

* Naxi.
* seri * nero q

* Parecopolis, vel, Parthenopolis
* Thisbæ

Marcellus Episcopus ciuitatis Ancyranæ.

Marcus Episcopus ciuitatis * Scissæ.

Ofius Episcopus ciuitatis Cordubensis.

Porphyrius Episcopus ciuitatis Philippis.

Paregorius Episcopus ciuitatis Scupis.

Protadius Episcopus ciuitatis Mediolanæ.

Palladius Episcopus ciuitatis Dieñ.

Pretextar episcopus ciuitatis Barchinonensis.

Protogenes Episcopus ciuitatis Sardicæ.

Prostrarcus Episcopus ciuitatis Patras.

Stercorius episcopus ciuitatis Canusis.

Seuerus Episcopus ciuitatis Raueni.

Tychius Episcopus ciuitatis * Metonæ.

Tryphon Episcopus ciuitatis * Macarcæ.

Vincentius Episcopus ciuitatis Capuanæ.

Verus Episcopus ciuitatis Lugdunensis.

Vitalis Episcopus ciuitatis Aquiripensis.

Vrsatius Episcopus ciuitatis Brixien.

Valés Episcopus ciuitatis * Scythopolis Arcadiæ.

Zosimus Episcopus ciuitatis * Lichnidi.

THEODORETVS:

Quæ verò Sardicæ gesta sint, concilij literæ clariùs edocebunt, quas propter modum explanationis huic scripturæ interponere non omisi.

* Cissæ

* Mothong
* Marathon

* Stymphali
* cadia.

Ex li. 4. hist. trip. c. 24. & Theod. lib. 2. cap. 3.

EPISTOLA SARDICENSIS concilij ad omnes Episcopos.

Sancta synodus Dei gratia Sardicæ congregata, ex vrbe Roma, Hispanijs, Gallijs, Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Theffalia, Achaia, Epiro, Thracia, Rhodopè, Asia, Caria, Bithynia, Hellefpòto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphylia, Lydia, Insulis Cycladibus, Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæstina, & Arabia, vniuersis coepiscopis & comministris sanctæ & apostolicæ Ecclesiæ dilectissimis fratribus in Domino salutem.

Multa quidem ac sapiens, Arrianam vesaniam sequentes, præsumperunt aduersus DEI seruos, & rectam fidem custodientes. Adul-

Adulteram nanq; doctrinam proponentes, orthodoxos expellere sunt conati, & intantum insurrexerunt aduersus fidem, vt neque auditus Deo amabilium lateret Imperatorum. Igitur, gratia Dei cooperante, etiam ipsi piissimi principes ex diuersis nos prouincijs & ciuitatibus colligentes, sanctum hoc concilium in Sardicensium celebrari vrbe præceperunt, vt ablata omni discordia, & omni perfidia procul expulsa, sola Christi pietas apud omnes inuiolata seruetur. Venerunt enim Orientales Episcopi, à piissimis Imperatoribus inuitati, præcipue propter famam, quæ de charissimis nostris fratribus & comministris fuerat diulgata, id est, Athanasio Alexandrino, & Marcello Ancyra Galatiæ, & Asclepa Gazæ: forsân etiã ad vos ipsos detractiones huiusmodi peruenerunt, quomodo etiã nostras aures ventilare conati sint, vt ea, quæ contra innocentes referunt, vera esse credantur, & iniqua hæreseos celetur opinio. Sed hæc diutius facere permitti non sunt. Etenim præful Ecclesiarum Dominus est, qui pro his & pro vniuersis mortem sustinuit, & per eas ascensum ad cælos nobis omnibus condonauit. Pridem itaque Eusebius, & Maris, & Theodorus, atque Theognius, Vrsatius, & Valens, & Menophantus & Stephanus, scripserunt Iulio comministro nostro, Ecclesiæ Romanæ pontifici, contra prædictos cõsacerdotes nostros, id est, Athanasium Episcopum Alexandriæ, & Marcellum Episcopum Ancyra Galatiæ, & Asclepam Gazæ. Scripserunt quoquè ex alijs partibus Episcopi, testimonium perhibentes puritati Athanasij cõsacerdotis nostri, & ea, quæ ab Eusebio & cõsecratoribus eius gesta sunt, nihil aliud quàm mendacijs & calumnijs plena esse adfirmantes. Quum vtiq; euocati à charissimo & cõsacerdote Iulio, & non occurrentes, (sicut scriptis eiusdem Episcopi Iulij comprobatur) apertè videantur calumniosos existere. Nam si de gestis contra eos habitis præsumpissent, non cunctarentur occurrere. Veruntamen etiã ex his, quæ fecerunt in hoc sancto magno que concilio, eorum machinatio euidenter apparet. Venerunt enim in Sardicensium ciuitatem, atque videntes fratres nostros, Athanasium, Marcellum, Asclepam & ceteros, ad iudicium accedere timuerunt. Et non semel, non secundò, sed etiã frequenter citati, vocationibus obedire noluerunt, congregatis videlicet in concilio, Ofio longæuo (qui, propter aetatem atque confessionem, tantumq; laborem, omni honore dignus apparuit) & reliquis, sustinentibus & inuitatibus eos ingredi iudicium, vt quæ contra absentes cõsacerdotes diffamauerant, atque conscripserant, præsentibus ostenderent. Sed (sicuti prædiximus) euocati, non venerunt, vt etiã in hoc calumniam propriam ostenderent, & quodammodo, respuendo iudicium, insi-

dias suas & molimina proclamarent. Nam qui de suis dictis confidunt, etiã ad faciem probare non fugiunt. Quia verò non occurrerunt, nullum de eis ignorare confidimus, (si forsân rursus illic quicquam machinari voluerint) quòd nihil habentes, quo possint cõsacerdotes nostros arguere, absentibus detrahunt, præsentibus effugiunt. Fugerunt enim, charissimi fratres, non solum propter caluniam aduersus istos instructam, verum quia suos pro diuersis criminibus accusatores occurrisse viderunt. Proferebantur enim vincula & catenæ, venerant homines ab exilio, & cõsacerdotes, nec non cognati, pariter & amici eorum, qui propter eos mortui dinoscuntur. Et, quod est admirandum, aderam Episcopi, quorum vnus quidem catenas gestabat & vincula, quibus vincit fuerat propter eos. Alij verò eorum insidijs mortè sibi testabantur infligam: quia ad tantã superbiam sunt perducti, vt etiã Episcopum occidere conarètur, quem nisi fuga liberasset, obièrat. Venit etiã cõsacerdos noster Theodulus, fugiens eorum molimina, quibus fuerat iussus occidi. Alij verò gladiatorum vulnera demòstrabant, alij famè se ab eis passos ingemiscebant, & hæc nõ quilibet homines testabantur, sed omnes Ecclesiæ, pro quibus hi, qui occurrerunt, & qui legatione fungebantur, insinabant violentiarum pestes, armatos milites, populos cum fustibus, iudicium terrores, falsarum literarum obiectiones. Lectæ sunt enim literæ Theognij contra cõsacerdotes nostros, Athanasium, Marcellum, & Asclepam, vt etiã Imperatores mouisse viderentur. Quas literas diaconi Theognij vulgauerunt. Super hæc autem virginum nuditates, Ecclesiarum incendia, carceres contra cõsacerdotes nostros adhibitos. Quæ omnia prelia non nisi pro detestabili Arrianorũ heresi commississe noscuntur. Quisquis enim eorũ respuisset ordinationem atq; communionem, his necessariò subdebatur iniurijs. Conspicientes igitur facinorum suorum angustias, confusi recesserunt. Et vterius hæc non valentes abscondere, in Sardicensium venerunt vrbe, vt per aduentum suum, quasi talia se nequaquam perpetrâsse monstrarent. Videntes autem quibus calumnias irrogarant, & oppressos à se, simul accusatores & increpationes præ oculis suis habentes, euocati, ad iudicium ingredi nequerunt, Athanasio quippe, Marcello & Asclepa nostris cõsacerdotibus fiducialiter agētibus, & valdè ingemiscētibus, & imminentibus, atq; prouocantibus eos, & promittentibus, nõ solum se calunias euidenter ostendere, sed etiã quæ in eorũ Ecclesiis deliquissent: illi verò tanto conscientia terrore constricti sunt, vt fugerent, & per fugam suas calumnias aperirènt, delictaq; sua iudicij declinatione faterentur. Et licet non solum ex prioribus, sed etiã ex istis malitia eorum atq; calumnie patefiant, tamè vt

Ioan. 3.

nn neq;

*Arfenius

neque per fugā occasionem alterius iniquitatis accipiant, curauimus, contra veritatem facta eorum molimina examinare. Et hoc proposito, ex his quæ gesta sunt, eos calumniatores inuenim⁹, & nihil aliud, nisi aduersus cōsacerdotes nostros infidias institutas. Nam *Arfeniū quē dicebant ab Athanasio peremptum, hic viuit, & inter viuentes commorari dinoscitur: ex quo etiā alia probantur esse cōficta. Quōd verō etiā calicem diuulgauerūt fractum à Macario Athanasij presbytero, testati sunt, q̄ de Alexandria & mareote venerunt, nihil tale fuisse gestum. Sed etiā episcopi Aegypti, Iulio cōsacerdoti nostro scribentes, valdè affirmabant, quōd neque suspicio fuisse huiusmodi. Proindè dixerūt monumenta aduersus eos fuisse confecta, quæ tamen, probantur. Est, ex vna parte celebrata: in quibus gestis pagani examinabantur & catechumeni, ex quibus vnus catechumenus inquisitus, ait intus se fuisse, quādo Macarius venerat ad eundem locum. Alter autem interrogatus, dixit illum famosissimum Ischyram tunc ægrotasse, & in cellula iacuisse: vt ex hoc appareat, nihil gestum ex omnibus sacramētis, eō quōd & catechumeni intus fuissent, & Ischyras non adesset, sed iaceret ægrotus. Is nanque malignissim⁹ Ischyras, mentitus quōd Athanasius quosdā sacros incendiisset libros, illo tempore ægrotasse declaratus est, quādo Macarius ibi fuit. Vndè etiā ex hoc calumniator apparuit. Deniquè pro huiusmodi calumniæ mercede dederunt Ischyra nomen episcopi, qui neq; presbyter fuerat aliquandō. Duo nanq; presbyteri, qui cū Melitio aliquandō degebāt, & postea à beato Alexandro Episcopo ciuitatis Alexandrinæ suscepti sunt, & cum Athanasio constituti, testati sunt, nunquā illum presbyterum fuisse Melitij, neque habuisse Melitiū in Mareote Ecclesiam vel ministrū, & qui penitus nec presbyter fuerat, nunc eum velut Episcopum prodixerunt, vt eo nomine in suis calumnijs terrere viderentur auditores. Lectæ sunt enim & literæ cōsacerdotis nostri Marcelli, & inuenta est Eusebij, similitudine nequitia. Nam ea quæ, veluti querimoniam faciens, Marcellus dixit, hæc, tanquā ipse confirmaret, accusauerunt. Hæc ergō sunt lecta, & reliqua, & præcedentes pariter quæstiones, rectæque huius viri fides inuenta est. Non enim à sancta MARIA (sicut isti confirmabant) dedit DEO verbo principium, neque finem habere asseruit eius imperium, sed regnum eius & finè principio, & finè termino esse, conscripsit. Asclepas autem comminister obtulit monumenta Antiochiæ confecta, sub accusatorum presentia & Cæsarensis Eusebij, & ex sententia iudicantium Episcoporum se ostendit innoxium. Rectè siquidem, o charissimi fratres, euocati frequēter, obedire noluerunt, rectèque fugerunt. Conscientia nā-

que sua perterriti, per fugas suas calumnias indicârunt, & quæ præsentis accusatores super eis dixerant, etiā probauerunt. Ad hæc autem etiā eos, qui dudū accusati propter Arrianam hæresim fuerant, & proiecti, non solum susceperunt, sed etiā in maiori ordine posuerunt, diaconos ad presbyterium promouentes, presbyteros ad episcopatum, nō ob aliud, nisi vt impietatem seminare & dilatare possent, & fidei corrumpere pietatē. Sunt autem horū principes, Eusebius, Theodorus Heraclæ, Narcissus Neroniadis Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiceæ, Acacius Cæsareæ Palæstinæ, Menophātus Ephesus, Vrsatius *Mygdonij, Valens Mirsi Pannoniæ. Isti nanque conuenientes, non sinebat eos, nec in sanctum concilium ingredi, nec omnino accedere ad Ecclesiam Dei. Et venientes in Sardicam, conciliabula apud semetipsos per loca singula faciebant, & acta quadam cum terroribus concinnabant, vt nihil penitus ad iudicium perueniret, neque sanctum possemus celebrare conciliū. Hæc omnia cognoscere potuim⁹ à cōsacerdotibus nostris, Macario Palæstino & Asterio Arabiæ, qui cum eis venerant, & ab eorum perfidia recesserant. Hi nanq; ad sanctum concilium venientes, violentiā, quam passi sunt, narrauerunt, dicentes nihil apud eos agi rectum: insuper adiicientes, quōd, quum essent rectæ fidei, prohibiti fuissent ab eis ad hæc loca venire, & propter interminationem vix ab eis discedere potuissent. Ob hanc causam Sardicem venientes, in vna domo cuncti manserunt, neque breui tempore à se recedere patientes. Quia verō tacere non decuit, nec sine vindicta relinquere calumnias, vincula, necesse, vulnera, cōcinnationes falsarum epistolarum, verbera, nuditates Virginum, exilia, destructiones ecclesiarum, incendia, migrationes à minoribus ciuitatibus ad maiores ecclesias, & præ omnibus aduersus rectam fidem, nunc Arrianam vesaniā per eos crudeliter insurgentem, propter eā charissimos quidē fratres nostros & comministros, Athanasium Alexandrinæ ciuitatis episcopum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, & Asclepam Gazæ, comministrantes Christo, innoxios & puros esse decreuimus, scribētes ad vniuersosq; parochiam, vt singularum ecclesiarum populi cognoscentes sui Episcopi puritatem, eum se Episcopum & habere & sperare cognoscat. Eos autem, qui in eorum Ecclesias luporum instar ingressi sunt, id est, *Gregorium in Alexandria, Basilium in Ancyra, Quintianum Gazæ, nec Episcopos nominandos, nec Christianos, nec quamlibet penitus cum eis habendam esse communionem, nec eorum literas habendas, neque scribēdum eis. Theodorum verō Heraclæ Europæ, Narcissum Neroniadis Ciliciæ, Acacium Cæsareæ Palæstinæ, & Stephanum Antiochiæ, Vrsati-

*Sigidum
in Mysia

*Georgium

Gal. 1. b
Hæretici
vitandi.
2. Cor. 6.Fides patrū
Sardicē
Concilij.Ioan. 14. b
Ioan. 10. f

um Mygdoniæ Mysiæ, Valentem ex *Mirsi Pannoniæ, Menophantum Ephesi, & Georgium Laodiceæ, licet metuentes, ab Oriente non venerint, tamen eō quōd à beatæ memoriæ Alexandro ciuitatis Alexandrinæ pontifice sunt damnati, & eō quōd secum Arrianos habeant, & propter crimina eis illata, generali eius decreto sanctum conciliū episcopatu deposuit, & decreuimus, non solum Episcopos eos non esse, sed neq; communionem cū fidelibus promereri. Eos enim, qui diuidunt à paterna substantia & diuinitate, & alienant verbum à patre, diuidi ab ecclesia Catholica conuenit, & esse alienos à nomine Christiano. Sint igitur nobis & omnibus anathema, eō quōd verbum veritatis videantur esse cauponati. Apostolicum nanq; præceptum est, Si quis vobis annunciauerit, præter quod accepistis, anathema sit. His ergō nullum communicare denunciare. Nulla enim communio luci ad tenebras. Hos pelite procul ab omnibus. Nulla enim concordia Christi ad Belial. Seruate vos, fratres charissimi, vt neque scribatis eis, neque eorum scripta suscipiatis. Studete simul & vos, charissimi fratres & comministri, tanquā spiritu præsentis, nostro Concilio consentire, atque subscriptiōe vestra discernere, quæ ab omnibus vbiquè comministris nostris consonantia vna seruentur. Abdicamus autem illos, & extra terminos Ecclesiæ catholice, procul abijcimus, qui adfirmant, quōd Deus est Christus, sed verus Deus non est: quōd filius est, sed verus filius non est: quōd genitus est, simul & ingenus. Sic enim se intelligere genitum profitentur, quia sic dixerunt, Est, quod genitum est. Et quia, quum Christus ante secula sit, dederunt ei principium atq; finem, quod non in tempore, sed habet ante secula. Proindè duæ viperæ ex aspide Arriana progressæ sunt, Valens & Vrsatius, qui gloriantur & non dubitant se dicere Christianos, profitentes, quoniam verbum, & quoniam spiritus, & vulneratus, & interfectus est, & mortu⁹ est, & resurrexit: quodq; cohors studet hæreticorum, diuersas esse substantias Patris, & Filij, & Spiritus sancti pronunciant, & eas esse diuisas. Nos autem hanc percepimus & eruditi sumus, hanc habemus catholicam, apostolicamque traditionem, & fidem atque confessionem, vnam esse substantiam patris & filij & spiritus sancti. Et si querant, quæ sit filij substantia, profitemur, eam esse quæ patris, indubitanter, nunquā patrem sine filio, neque filium sine patre fuisse credētes, nec esse posse, quod est verbum, spiritus. Absurdum nanque est dicere, aliquandō patrem nō fuisse patrem. Patrem enim sine filio nominari, nec esse posse, est ipsius filij testimonium: Ego in patre, & pater in me est. Et: Ego & pater vnum sumus. Nullus nostrum negat genitum. Sed genitum ante omnia, quæ visibilia, & inui-

sibilia nuncupantur, opificem Archangelorum, & angelorum, & mundi, & humani generis, quoniam ait: Omnium artifex sapientia docuit me. Et omnia per ipsum facta sunt. Non enim semper esse potuisset, si sumpsisset exordium: quandoquidem verbum, quod semper est, non habet initium. Deus autem nunquā terminum habet. Non dicimus, patrem filium esse, neque rursū filium patrem esse: sed pater, pater est: & filius, patris est filius. Cōfitemur, virtutem esse patris filium. Cōfitemur, verbum Dei patris esse, præter quod aliud non est. Et verbum verum Deum, & sapientiam, & virtutem, verumque filium tradimus. Et non sicut cæteri filij nominantur, ita filiū dicimus: quoniam illi, aut gratia generationis diuerunt, aut eō quōd digni fiant, filij nuncupantur, neq; propter vnam substantiam, quæ est patris & filij, cōfitemur item, & vnigenitum, & primogenitum: sed vnigenitum verbū dicimus, quōd semper fuit, & est in patre: primogenitum autem, quantum ad hominem, sed tamen differt à creatura cōmuni, quoniam & primogenitum à mortuis, cōfitemur vnum esse Deum. Cōfitemur vnam patris filijq; Diuinitatem, neq; quiquam negat aliquandō patrem filio maiorem, non propter aliam essentiam, non propter differentiam, sed quia ipsum nomen patris maius est filio. Hæc autem illorum blasphemiam, atq; corruptibilis interpretatio est: hac gratia eum dixisse contendunt, Ego & pater vnum sum⁹, propter concordiam & vnanimitatem. Sed reprobauius omnes catholici intellectum eorum fatuum & abiectum, sicuti mortalitū hominum. Qui quoniam corrumpi cœperunt, offendentes, discordare noscuntur, & ad permutationes ascēdūt, hoc modo distantiam & discordiam inter patrem Deum omnipotentem & filium esse posse dicentes, quod absurdum est intelligere, & aliquatenus arbitrari. Nos autem & credimus, & affirmamus, & sic intelligimus, quoniam sacra scriptura sic loquuta est, Ego & pater vnum sumus, propter essentia vnitatem, quæ est vna & eadem patris & filij, & credim⁹ semper finè principio & finè termino hunc regnare cum patre, & nō habere nec tempus, nec defectum eius imperium, quia semper est: nunquā enim esse cœpit, ideoque nec deficere poterit. Credimus & percipim⁹ paracletum spiritum sanctum, quem nobis ipse Domin⁹ promisit & destinauit, & eum credim⁹ missum. Sed is passus non est, sed homo, quo indutus est, quem assumpsit ex MARIA virgine, qui pati potuit, sicut mortalis, Deus autem immortalis est. Credimus quōd tertia die resurrexit, nō DEVS in homine, sed homo in DEO resurrexit, quem & obtulit patri suo donum, quem vtiquè liberauit. Credimus autem, quoniam opportuno tempore atque definito, omnes & de omnibus ipse

Sap. 7. e
Ioan. 1. a

Ioan. 10. f

Ioan. 10. f

Ioan. 17. c

indicabit. Tāta siquidem eorum stultitia, & ita crassitudine tenebrarū eorū mens excæcata est, vt nequeāt lumen cernere veritatis, nec intelligere, qua ratione dictum sit, Vt & ipsi in nobis vnū sint. Palām verò est id, cur dixerit, vnum: quoniā apostoli spiritum sanctum Dei acceperūt, sed tamen ipsi non erāt spiritus, nec aliq̄s eorū aut verbum, aut sapiētia, aut virtus, aut vnigenitus erat. Sicut ego & tu (inquit) vnū sumus, sic & isti in nobis vnū sint. Certissimè igitur scriptura diuina hoc distinxit, In nobis (inquit) vnū sint. nō ait, Sicut nos vnum sumus, ego & pater: sed discipuli in semetipsis cōiuncti & copulati, vnū sint fide, confessione, in gratiā & pietate DEI patris, & Domini & Saluatoris nostri concessione & charitate vnum esse possint.

Ioan. 17. c

EX NICEPHORI ECCLESIAST. HIST. LIB. IX. CAP. 21.

CONSTANS occidentis Imperator, actis Sardicēsis. cognitis, duobus episcopis & Saliano duce quodā, pietate & iustitia claro viro, ad fratrem missis, per literas etiā que Sardicæ gesta essēt, ei declarauit: & Paulo atque Athanasio, qui iniuria affecti fuerāt, Ecclesias suas reddere iussit. Cū autem Constantius frustra tempus extraheret, alia epistola ei Cōstans institit, vt aut Paulū & Athanasium reciperet, eisq; thronos suos reddendos curaret, aut nisi hoc faceret, ad bellum se præpararet. Atque ille re cum quibusdam episcopis deliberata, de eorum sententia factū esse statuit Athanasio de ecclesia decedere, q̄ ciuili decertare bello. Cōstantis literæ

Constantis literæ.

Laconicè his verbis scriptæ erant: Venit ad nos Athanasius, & ad se episcopatū Alexandriae pertinere probauit. Quapropter illum ope tua fac consequatur: alio qui nanque armis eum meis recuperabit. Hisce literis adactus Constantius, Athanasium publica disposita vectura, ad se vocauit. Atq; illo, quod aduersariorū dolos suspectos haberet, reditū differēte, iterū sapiusq; Cōstantius literis eum ad se inuitauit: quas ad fidem dictis faciendam, historiæ inferere libet: Cōstantius victor Augustus Athanasio episcopo: Diuitiū tanq̄ sæuis pelagi fluctib; te differri & affligi non patitur mansuetudinis nostre humanitas: neq; patrijs expulsus laribus bonisq; spoliatū atque inaccessis ferarum locis oberrantem despicit indefessa pietas nostra, quanuis diutiū ad te animi mei sententiam prescribere distulerim, sponte tua te ad nos venturū, atq; laborum remediū petiturū esse opinatus. Verū cū fortasē consiliū propositūq; tuū timor impediērit, literas hæc munificentig; plenas ad firmitatē tuā dandas existimauimus: quō citra metum omnem in conspectum nostrum quā celerrimè venire properes, vt cū integrū statū tuum recipias, tum humanitatem nostrā expertus, in ea quæ iuris tui sunt, restituaris. Hæc enim de

Litæ Constantij.

causa & dominum atque fratrem meū Constantem victorem Augustum pro te rogauimus, vt redēti tibi facultatem permitteret, quō ad eum modum, vtrisque nobis annuentibus, in patriam reduceris, & hoc nostræ in te gratiæ pignus habeas.

Constantius victor Augustus Athanasio Episcopo: Etiam si prioribus literis nostris tibi significauimus, vt absque solitudine omni in comitatum nostrum venires, quōd te maximè in ius tuum restituere cupiamus, tamē nunc quoquē hæc ad firmitatem tuam dedimus. Quapropter te hortamur, vt diffidentia metu que omni seposito, publica concendas vehicula, & ad nos venire contendas, vt quarum rerum recuperandarū desiderio tenēris, eisdem potiri queas. Constantius victor Augustus Athanasio presbytero: Cū Edessæ ageremus, & presbyteri tui ibi præstō essent, placuit nobis, vt misso ad te presbytero, in comitatum nostrum venire properares, quō in cōspectum nostrum admissus, cōfestim Alexandriam proficiscerere. Quādoq; verò plurimum iam præterijt temporis, ex quo literis nostris acceptis non venisti, nunc quoq; cōmonere te voluimus, vt aduentum ad nos tuum matures, & sic patrię tuę restitui, & voto tuo potiri possis. Misimus autem ad te Acheta diaconum, vt plenius hæc ad te referret: ex quo animi nostri voluntatem, te scilicet quod optas, consecuturum esse, cognoscere poteris. Athanasius epistolis Aquileiæ (ibi enim degebat) acceptis, Romam ad Iulium, vt de rebus suis cum eo constitueret, profectus est. Cui quidem Iulio & Romanæ Ecclesiæ ille plurimū attulit lætitię, cū literas eis exhibuisset. Credebant enim, Orientis quoquē Imperatorē cum eis professioni fidei assentire, qui tam humaniter ad se Athanasium inuitaret. Et Iulius rebus quibus oportuit, illum instruxit, viaticoque donauit: & literas insuper ei ad Clerum & populum Alexandrinum dedit, quib; se lætari & gratulari eis indicat de tanti præsulis restitutione. Ad verbum hoc modo epistola scripta erat:

Litæ alia.

Cap. 22.

IULIVS episcopis & presbyteris & diaconis, & populo Alexandriae incolenti, dilectis fratribus, in Domino salutem: Cōgratulor & ego vobis, fratres dilecti, vos fidei vestræ fructum oculis vestris percipere. Id enim verè quispiam fieri dicat in fratre & coepiscopo nostro ATHANASIO, quem & propter vitæ eius puritatem, & propter vestras preces DEVS vobis restituit. Ex hoc sanè perspicere est, puras vestras charitatisque plenas orationes, semper ad DEVM esse delatas. cælestium enim promissionum, charitatisq; in DEVM memores, quam ex doctrina eius dē fratris, quē diximus, nostri addidicistis, illud certō cognouistis, & pro inlita vobis recta fide percepistis, nō ad finem vsque a vobis segregatum eum, iri, quem in pijs vestris ani-

Litæ Iulij Papæ.

animis veluti præsentem semper habuistis. Itaque non multis mihi opus est verbis ad vos scribenti. Quæcunq; enim a me dici vobis possunt, ea fides prius vestra anticipauit. Et profectō impletæ sunt per gratiā Christi communes omnium vestrum precatōnes. Gratulor igitur vobis (iterū em id dico) inuictas vos in fide animas vestras conseruasse. Nec minū fratri meo Athanasio gratulor, quōd tametsi luctuosa multa est perpeffus, nulla tamen hora charitatis vestræ & desiderij in obliuionem venit. Quāuis nanque corpore ad tēpus a vobis distractus esse visus est, spiritu tamen continuè veluti præsens vobiscum fuit. Atque equidem, dilecti, tentationem & ærurnam eius omnem non puto gloria sua carere. Nam simul & vestra & illius fides multis est perspecta & explorata. Nisi enim hæc intercessissent, quis tādē credidisset, aut vos tantum iudiciū, tantūq; erga talem Episcopū obtinere amorem, aut illum tantum esse accumulātū virtutibus, per quas etiā cælesti spe non excidēt? Consecutus nanque est varijs modis, & in præsentia, & in futuro gloriosum confessionis martyriū testimoniumq; quōd multis terra simul & mari sæpius pcellis iactat, insidias & fraudes Arrianæ hæresis, oēs conculcauit, & sæpius per inuidiam in periculū insidiosè coniectus, mortem contempfit: p̄sidio scilicet omnipotentis Dei & Domini nostri IESV Christi tectus, sperauit simul & insidias aduersariorū se euasurum, & ad vos consolationis vestræ gratia rediturum. Et simul vobis ex conscientia vestra præclara tulit tropæa, per quæ ad orbis vsq; terminos explorata vitæ sanctitate præclarus cognitus est: multa ille quidē libertate propalām animi instituto & cælesti doctrina vsus, abūdē autem perpetuo & constāti se a vobis iudicio esse amatum testatus. Rediit igitur ad vos multō etiā splendidior, quām a vobis discessit. Si etenim preciosiorem materiam, aurum dico & argentum, ad puritatem ignis explorat: quidnam quisquam pro rei dignitate de viro isto dixerit, qui tot & tantis graminarum incendijs & periculis deuictis, vobis redditur purus & insons, non a nobis tantum, sed a cuncta etiā Synodo receptus? Suscipite ergō, dilecti fratres, cum omni que Deo accepta est gloria & lætitia Episcopum vestrum Athanasium, vnā cum eis qui aduersarum rerū eius participes fuēre: & gaudete quōd optatis vestris fruimini, & quōd pastorem vestrum, vt itā dicam, desiderantē & sitientem pietatem vestram, salutaribus scriptis aluistis & potastis. Siquidem ei peregrē versanti vos solatio fuistis, eumq; in medijs persecutionibus, procellis atque inimicorum insidijs, fidelissimis animis & mētibus vestris fouistis. Me verò iam exhilarat, quōd mecum in animo considero & præiudeo, vniuscuiusq; vestrū in reditu illius gau-

dium, & multitudinis sanctissimæ occurratōnes, necnon præclaros & festos cōcurrentium hominum conuentus. Et quæ tandē & qualis ea futura est dies, cū frater quidē meus restituetur, qui verò ante eū fuēre, destituetur, & honoratissimus optatissimusq; reditus in lætitiā gaudio plenissimā vos efferet omnes? Quod sanè gaudium maxima ex parte ad nos etiā pertingit, quibus a Deo & hoc cōcessum est, vt in tanti viri notitiā peruenire potuerimus. Sedenim pulchrum fuerit epistolam precatōne claudere. Omnipotens Deus atq; huius filius Dominus & Saluator noster Iesus Christus, gratiam hæc vobis perpetuam esse velit, qui præmium admirandæ fidei vestræ dedit, quam in Episcopo vestro præclaro testimonio exhibuistis: & vt vobis & posteris vris & hic & in futuro bona ea maneant, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis cōscendere, q̄ scilicet præparauit Deus diligentibus se, per Dñm nostrum Iesum Chr̄m, p̄ quē omnipotenti Deo gloria sit in secula seculorum, Amen. Valere vos opto, fratres dilecti.

Cap. 23.

Cap. 24.

Hisce instructis literis Athanasius, in Orientem Antiochiam Syriæ, vbi tum Cōstantius agebat, profectus est. Et Cōstantius quidē non illibenter eum suscepit, nihilo minū tamen beneuolentiam humanitatemq; eius tentauit. Captioso enim sermone eum, aduersariorū suggestione, fallere volens, sic ad eum locutus est: Ego quidē de communi Synodi sententia, fratrisq; & mea tibi quod optas perficio, & thronum tibi tuum trado. Aequum verò est, te quoq; mihi hanc reddere gratiā, vt vnam Alexandriae Ecclesiā eis pmittas, qui a te distidēs, a tua cōsonē abhorrent. Atq; Athanasius: Aequissimū sanè est, o Imperator, inquit, vt mos tibi geratur. Sed eandem rursū a te gratiā peto, qn̄quidē & Antiochiæ quidā sunt, qui sacerdotū ordinem hic auersantur, iube eos quoq; ecclesiā suam habere, in qua liberè placitas sibi & stas peragant cæremonias. Ad hæc cū Imperator quod diceret non haberet, satius esse duxit aduersarios esse quetos, petitiōeq; sua vt parū comoda sup̄edere, itaq; nihil amplius mouere. Atq; illi rectē p̄fectō eā re putarunt, nihilo scilicet minū Alexandriae res Catholicorū incrementum suum habituras, cū Athanasius non solum suos a periculo tueri, sed alienos etiā ad se allicere, p̄ industria sua posset. Si verò Antiochię quod ille petebat fieret, non exigua augmenta eustathianis, q̄ nō pauci essent, accessura: & fortasē eos ad res nouas aspiraturos esse, cū sine piculo q̄ cōsueuissent, agere possent. Ille quoq; nō minor metus, animos eorū subijt, q̄ etiā si penēs eos Ecclesiarū eius loci potestas summa esset, nō omnē tñ clerū & populum obedientē haberent. Sententiam enim quā quisq; de Deo obtineret, in choro stātes ad finē psalmodiæ declarabāt. Quidā em̄ pa-

trem & filium eodem honore celebrantes, nonnulli patrem in filio, (præpositione interiecta obscurius secundas partes filio tribuēt) alij, Gloria patri per filium in Spiritu sancto: quidā etiā, Gloria patri & filio in Spiritu sancto, canebant. Primum omnium ferūt, Antiochenum Flauianum, monachorū coacta caterua, clarē accinuisse, Gloria patri & filio & Spiritu sancto. Quod quidem, vt nihil habens suspitionis, in ecclesijs Dei obtinuit. Et paulō infra, Constantius Athanasio & alijs, scripto quoquē edito, ecclesijs suas reddendas curauit: cum quo scripto (iubebat enim eos nō grauatē recipere) illi in vacuam sedium suarum possessionem rediēre. Athanasio verō alias etiā literas Constantius dedit, quibus ei reditum permisit: & ea, quæ varijs modis in iudicijs contra eum gesta fuerant, aboleri atque obliuioni tradi iussit. Literas eas, atque itidem alteras, hīc subiiciendas esse duxi, quæ sic habent:

Cap. 25.

Victor Constantius Maximus Augustus, Episcopis & presbyteris catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ: Non destitutus est diuina benignitate Reuerendissimus Episcopus vester Athanasius. Sed quantum ad breue tempus humanæ obiectus est explorationi, tamē debitum ab ea, quæ omnia respicit, Prouidentia tulit calculum, voluntate DEI & iudicio nostro patria simul & Ecclesia, cuius præfectura diuino ei nutu contigit, recepta. Quæ æquum fuit, vt sententia consentanea nostra quoquē imitaretur mansuetudo: videlicet vt omnia quæ antehac cōtra eos, qui cum ipso cōmuniōe vti essent, decreta sunt, nunc obliuione obliterentur, suspicioque aduersus eum omnis deinceps interdicat: & immunitas, quā dudum quæ eum fuere clerici habuere, pro eo atque decet, literis hīc cōfirmetur. Quin & illud nostræ erga eum benignitati meritō adijciendum esse iudicauimus, vt vniuersi qui in sacri ordinis albo sunt, cognoscant securitatem adactam esse omnibus, qui ei fuere coniuncti, episcopis simul & clericis. Certum verō vniuersi quique rectæ sententiæ iudicium erit, si cum hoc vnitus coniunctusque fuerit. Quicūque enim præstantiore sorte & iudicio communionem ipsius sequendam sibi delegerint, eos omnes ad similitudinem, quæ nos præuenit, prouidentia, hac nostra, Dei voluntate exhibita, gratia & benignitate perfrui iussimus.

Victor Constantius Maximus, populo Catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ. Cū in rebus omnibus proposita nobis sit vestra, quæ ex recta iuris legumque Constitutione prouenit, felicitas, & non ignoremus satis diu Episcopi vos caruisse prouidentia: Athanasium antistitem, virum propter inlitam sibi fidei sinceritatem morumque natium probitatem hominibus omnibus spectatū, æquū esse duximus, vt ad vos remitteremus, eum ita vt cōsuetudo fert, & decet, suscipiētes, precūque

vestrarū ad deū adiutorē constituentes, quæ & vobis congruit, & nobis accepta est, concordia & pacem iuxta Ecclesiæ sanctiōne p̄lixē seruare studete. minimē em̄ omniū cōuenit, discordiam aliquā aut seditionem inter vos concitari in ista tēporū nostrorum tranquillitate. Atque eam quidem incōmoditatē à vobis abesse omnino volumus. In precationibus verō vt eo, quē diximus, auctore & adiutore sedulō vtentes, Diuinis rebus more recepto insistatis, vos admonem: vt tali animorū vestrorum, p̄posito ad vniuersorū vota transeunte, ex gentibus etiā, qui adhuc idolorum errore sunt implicati, ad sacrosancti sacrificij cognitionē peruenire, Alexandrini charissimi, maturēt. Quare vos iterum admonem, vt in ijs quæ diximus, persistatis. Episcopum verō Dei ipsius nutu & sententiā nostra ad vos missum, libetē recipiatis, atque cum ex animo complectendū vobis esse existimetis: id quod & vos decet, & māfuetudini nostræ conuenit. Vt enim tumultus & seditionis occasiōe omnē eorū, qui consulto deteriora cōcepta cōsecrāt, p̄ciderem, iudicib⁹ quæ apud vos sūt, literis nostris mādaui, vt oēs quos seditionis esse cognoscerēt, legū subiiciatū viderēt. Ita quæ cum vtrūque perspiciatis, simul scilicet & diuinā nostramque sententiam, curam etiā quam de vobis atque concordia vestra gerimus, & legitimā aduersus improbos pœnam, ea quæ sacre religionis sanctiōnibus conueniunt, ritē seruantes, & quem diximus episcopū omni honore & reuerentia p̄sequentes, preces cum pro vobis ipsis, tū pro vitæ totius & Reip. prosperitate & rerum vniuersarum Deum patrem fundere sedulō studete. Eodem exemplo præfectis Augustonicæ, Thebaidis & Libyæ scriptis, in quibus & illa fuere: Quod si quando antehac cum ignominia & detrimētō eorū, qui cum Athanasio Episcopo communicarunt, quidquam actum reperitur, abolitum id nunc volumus. Immunitatē namque, quæ clericis prius habuerūt, eādē eos recipere statuim⁹, & cōstitutionē hāc nostrā seruari precipim⁹, vt reddito ecclesiæ Athanasio Episcopo, participes quoque ei⁹ quā antea habuere, immunitatē retineāt: eā scilicet, quā reliqui habēt clerici, vt & ipsi ea vtentes gaudeant.

Immunitas
Ecclesiasticā.

Eiusmodi literis munitus Athanasius, per Syriā in Aegyptū contēdit, & inde per Pelusium Alexandriā p̄fectus est. Peragrās autē vrbes in Aegyptū, quos ibi Arriano dogmati addictos reperit, illis exauthoratis, quorum doctrinā exploratā p̄basset, ecclesiarū eis ad ministratiōe cōmittebat. Id quæ itidem, cū p̄ alias nationes iret, fecisse dicit: si quidē ibi quoque Ecclesiæ Arrianis gubernādē mādātē fuissent. Quæ res ei postea aliarū criminatiōnū initiū & causā fuit, quæ nimirū in parcesijs, quæ ad iurisdicciōne ei⁹ nō p̄tinerēt, electiōne ecclesiasticā vsurpare aus⁹ esset. Et cū reddito suo nō ex aduersariorū sententiā instituto,

p̄pter

propter Constantii amicitia maiore esset animo, eo minus cōtemnendus visus est, quo in maiore illustrioremque honorē & gloriam ita euect⁹ fuerat, vt ex aduersarijs multi, animos desponderint, & quod in eum gerebāt, odio desposito, communioni eius se aggregarint. Quæ admodum quidā Palæstini fecere, & Maximus Hierosolymorū episcopus, qui in Lici-nij persecutiōe egregiū se offēdit martyre, cum ei ex oculis alter propter veram pietatē effusus est: Expositis namque apud hos Sardinensibus actis, & literis Imperatoris, quæ idē decernebat, exhibitis, in sententiā eos suam Athanasius pertraxit. Atque illi Synodo ex Syria, Palæstina & regiōe finitima coacta, ad cōmunionē eum receperunt, debitumque dignitati eius honorē exhibuerunt. Vnde nō minima ab eis, qui Athanasio malē volebāt, Maximo prouenit inuidia & repræhēsiō, quod qui antea Tyri suffragator Athanasium cōdemnantium fuisset, nunc seorsim sententiā pro eo talē tulisset, auctoritate sua dignitatē illius cōfirmasset, & alacritate summa cū eo cōmunicasset. Quæ verō, p̄ eo synodus Hierosolymitana in Aegyptum, Libyā & ipsam Alexandriam ad presbyteros, & diaconos, & plebē reliquā scripsit, talia fuere: Sancta synodus Hierosolymis cōgregata, eis qui in Aegypto & Libya & in ipsa Alexandria sunt, presbyteris, diaconis & populo, dilectis desideratisque fratribus, in Christo salutē. Vniuersarum rerum deo, dilecti, pro rei dignitate debitas agere gratias, propter ea quæ semp fecit admirāda, non possumus. Fecit autem nunc quoquē cum Ecclesia vestra, pastore vestro & domino collega; nostro Athanasio vobis reddito. Quis etenim se oculis suis visurū sperauit, quæ nunc vos rebus ipsis percipitis? Sed enim verē profectō orationes vestræ exaudiat⁹ sunt ab vniuersitatis huius Deo, qui Ecclesiæ suæ curā gerit: quique lachrymas vestras & luctum respexit, & propter preces vestras exaudiuit. Eratis namque sicut oues iactatæ & dispersæ, non habentes pastorem. Et verus in cælo pastor, oues suas curans, reddidit vobis quæ desiderastis. Ecce enim & nos, qui nihil pro Ecclesiastica pace non agimus, & cum vestra conspiramus charitate, illum prius receptum complexi sumus: & per eum in communionem vos recipientes, hoc scriptum & gratiarum actionem nostram ad vos dedimus, vt dilectionis vinculo nos & illi & vobis vnitos atque cōiunctos esse intelligatis. Debetis verō etiā pro pietate Dei amātilsimorum Imperatorū orare: qui sanē & ipsi tum desiderio in illū vestro, tum sinceritate eius cognita, restituere eum vobis cum omni honore sunt dignati. Ita quæ obuijs eum excipite vnus, & debitas pro eo gratiarum actiones, à quo hanc tantam recepistis gratiā, deo reddere studete, vt perpetuō cum Deo lactari, & dominum celebrare valeatis, in Christo Iesu Domino nostro: per quem patri sit glo-

Litere synodi
Hierosolymitanæ.

ria in secula seculorum. Hæc Maximus & Palæstina synodus pro Athanasio scripsit.

Ceterum alij quoque, tametsi ingēti erga Arrianā religionem ardore essent, in illius tū cōcessere sententiā, id quod & Vrsicius & Valēs fecere, quæ cum Theognide & alijs apud Mareoten fuere: ea quæ Ischyas dixerat de cōfracto mystico poculo, & alijs rebus inquiretes. Ij priore opinione mutata, Romā profecti sunt, atque ibi Iulio episcopo libello pœnitentiæ oblato, victos se ab Athanasio sunt cōfessi, simulque in posterū se rē p̄uocati cōi substantiāli assensuros esse receperūt. Ad ipsū etiā Athanasium scribētes, benignē se cum eo communicaturos esse significarunt. Quæ sanē res publicitūs in maximū euasit velut triumphū, & documentum certum, iniquas esse Tyri dictas latasque, in Athanasium sententiā. Ad Iulium Episcopū Romanum quæ scripserant, hæc fuere: Beatissimo Dño Papæ Iulio, Vrsicius & Valēs. Quandoquidē antehac multa & graua de Athanasio Episcopo scriptis nostris suggestim⁹, bonitatis tuæ literis in sententiā aliā traducti, negotio eo, de quo ad te scripsimus, impediti, rationē eorū reddere nō potuimus. Sed enim præsentibus nunc fratribus nostris presbyteris omnibus, apud humanitatē tuā profitemur, omnia quæcūque antea de nomine, quæ diximus, Athanasij ad aures nostras peruenere, falsā & cōficta, modis quibus omnibus aliena ab eo esse. Quapropter cōmunionem ei⁹ cupidē affectam, p̄cipuē cū pietas tua, pro insita sibi integritate, gratiā nobis erroris facere est dignata. Profitemur & illud, si quādō orientales malignē, aut ipse etiā Athanasius, nos de rebus his in ius vocare voluerint, nos præter animi tui sententiā eō nō ituros. Arrium autē hereticum eiusque defensores, qui dicūt, fuit aliquādō cū nō fuit filius: & Christum ex nō existente esse: & qui Christum Deum esse & filium Dei ante secula negant, sicut & in priore libello nostro Mediolani oblato, ita nūc quoque anathemate mactamus. Hæc autem manuū nostrarum subscriptione annotates, iterum iterumque profitemur, nos, quæ admodum modō diximus, Arrianā hæresim & auctores eius damnare in seculū. Ego Vrsicius professioni huic meæ præfens subscripsi: itidem verō & Valēs. Hæc quidem ad Iulium. Quæ verō ad Athanasium scribere, sic habebant: Dño fratri Athanasio Episcopo, Vrsicius & Valēs Episcopi: Occasionem per fratrem & compresbyterum nostrum Musæum, qui ad dilectionem tuam proficiscitur, frater dilecte, nacti, compellādum te ex ipsa Aquileia duximus, optantes, vt saluus literas nostras legas. Adde autem nobis fidutiā, si tu quoque scribendo nobis responderis. Scito namque pacatos nos esse, & Ecclesiasticam tecum communicare cōiunctiōnem. Iudicium earum rerum est, literarū nostrarū isthæc cōpellatio. Res Athanasij ita

Cap. 27.

Libell⁹ pœnitentiæ.

se habuere. Et sic ille ex Occidente in Ori-
tales partes reuersus, ecclesias in Aegypto rur-
sus gubernauit. Itidem uero & Paulus, & Mar-
cellus, & Asclepas, & Lucius sedes suas rece-
pere. Eo tempore Athanasius Episcoporum
Aegyptiorum Synodum Alexandriae coegit,
in qua quae de eo vel Sardice, vel in Palestina
decreta essent, comprobarentur atque con-
firmarentur.

In fine cap.
28.

Cap. 29.

Imperator autem Constantius aduersan-
tis sectae importuna sollicitatione transuer-
sim actus, priorem mutauit sententiam. Sug-
gesserat enim ei, Athanasium rursus Aegy-
ptum & Libyam turbare. Addiderant etiam,
in paroccijs quae iurisdictionis eius non essent,
episcopos & presbyteros designasse: & quod
omnium maximum foret, ipsum quoque fra-
trem Constantem ad inimicitias aduersus eum
conciitasse. Quibus criminibus apud Con-
stantium, ut qui Euripus esset, effecere, ut quae
Sardice constituta fuerant, prorsus aboleret,
& eos qui per eam Synodum restituti fuerant Epi-
scopi, exigi iuberet. Ita factum, & Marcello
deiecto, Basilius Ancyram Galatae sit red-
uctus, & Orestiadis episcopus Lucius uinctus
in carcere interiit: Paulus uero Constanti-
nopolitanus perpetuo exilio multatus; in
oppidum quoddam Armeniae in solitudine
quodam situm, Cucusum nomine, deporta-
tus sit: ubi laqueo strangulatus, Macedonia-
norum opera periit. Tantum autem calumnia
Athanasio apud Imperatorem intentata ual-
uit, ut is quendam summiserit, qui caput illi
ubi cunque reperto amputaret: & cum eo The-
odulo iridem & Olympio, ecclesiarum qua-
rundam in Thracia Episcopis. Quam rem
ubi Athanasius praesens, minis illius cedens,
fuga vitae suae consuluit: quam deinde fugam
Arriani sunt calumniati. Porro Georgius in
locum eius surrogatus, Ecclesias Aegyptias
male tractauit. Quae autem is commiserit, ea
ex Athanasij uerbis, qui eis rebus interfuit,
easque pertulit, rectius intelliguntur. In Ale-
xandriam, inquit, rursus irruerunt, qui nos ut
occiderent inquirabant: & facta sunt poste-
riora deteriora prioribus. Subito enim mi-
lites ecclesiam circunuallarunt, & pro pre-
catorum bellum institutum. Deinde Quadra-
gesima ipsa, qui ab eis de Cappadocia missus
fuerat Georgius ingressus, clades quas ab illis
cognouerat, adauxit etiam. Post Pascha he-
bdomadae uirgines in uincula conijciebantur,
Episcopi a militibus uincti ducebantur, pu-
pillorum & uiduarum domus & panes diripi-
ebantur, impetus in aedes fiebant. Noctum
Christiani submergebantur, domus resigna-
bantur, clericorum fratres pro fratribus pe-
riclitabantur. Et dura quidem ista: quae uero
subsecuta sunt, duriora. Hebdomada enim
post sanctam Pentecosten, ieiunio absoluto,
populus ad caemeterium oratum, propterea
quod communionem cum Georgio omnes
auerfaretur, egressus erat. Atque eo cognito,

In lib. Apo-
stolico de
Fuga.

Ieiunium
post pente-
costen.

improbissimus ille ducem Sebastianum ma-
nichaeum excitauit: & ipse adeo cum ingenti
militum, arma, strictos enses, arcus & sagit-
tas ferentium, manu, ipso die Dominico con-
tra populum processit, & paucis qui precaba-
tur (plurimi namque iam propter diei horam
domum se receperant) repertis, talia ibi fecere,
qualia ab eis fieri decebat. rogo enim accen-
so, & uirginibus ad ignem admotis, ut se Ar-
rianae fidei esse dicerent, cogebat. Atque ubi
eas superiores esse, ignemque nihil curare ui-
dit, denudatis eis ita facies uerberibus con-
tudit, ut ad tempus aliquod uix cognosceretur.
Et uiris quadraginta comprehensus, no-
uo eos diuerberauit modo. Virgis namque
de palmarum arboribus repetens defectis, qui-
bus adhuc acumina sua inessent, terga eorum
tam crudeliter conscidit, ut quidam ex eis sa-
pius a chirurgis propter acumina infixata cura-
ti, quidam uero, quod curam eam ferre ne-
quirent, mortui sint. Reliquos uero simul
omnes, atque uenae uirgines in magnam Oa-
sim in exilium egit. Expulere uero Episco-
pos plures quam triginta, eosque tam acerbe exe-
gere, ut nonnulli quidem in itinere ipso, quidam
autem in exilio decesserint. Studio enim eis erat,
iuxta Achab, si fieri posset, tollere ueritatem.

Non secius uero & Macedonius Constanti-
nopolis post Paulum ecclesia ibi occupata, seque-
batur. Accepta enim plurima ab impera-
tore potestate, bellum contra Ecclesiam sus-
cepit, nihilque ad tyrannicam crudelitatem
reliqui fecit. Et Imperatore arte circunuecto,
constitutio eius rapinas & direptiones suas,
quas in ecclesijs peragere decreuerat, confir-
mauit, &c.

Constantius autem ex Oriente in Illyricum
aduersus tyrannos exercitum ducebat. Cum
autem Sirmij esset, Photini dogma in dis-
putationem adduxit. Qui eloquens quidem &
ad persuadendum idoneus, ecclesiamque Sir-
miensis antistes fuit: noua autem haeresi in-
stituta, multos in sententiam suam pertraxe-
rat: quam etiam in imperatoris praesentia, pa-
palam & liberè in primis promulgabat. Dog-
ma eius erat, unum esse Deum omnipotentem,
qui uerbo suo uniuersitatem hanc con-
stituerit. Antefecularem uero uerbi genera-
tionem & existentiam prorsus negabat. Ex
Maria autem Christum initium sumpsisse
docebat. Eo dogmate ubique locorum di-
uulgato, uniuersa tam in Oriente quam in Oc-
cidente Episcopi, siue Nicenam sequerentur
fidem, seu Arrianam complecterentur senten-
tiam, grauiter id tulere, quod ex aequo con-
tra omnes, nouas res inducere existimaretur.
Ne ipse quidem Imperator mediocriter
dissidio eo est commotus: quapropter etiam
concilium ibi coegit. Conuenere eodem ex ori-
ente Episcopi, Marcus Arethusius, Georgius
Alexandrinus, quem Arriani miserant, Basi-
lius Ancyranus, Pancratius Pelusius & Hypa-
tianus Hieracleotes. Ex Occidente, Valens
Murforus,

Cap. 30.

Cap. 31.

Photini ha-
resis.

Murforum, & propter uirtute magnus Ofi-
us Corduba: Hispaniae uerbis Episcopus, co-
fessor, & Nicenae Synodi particeps, qui qui-
dem perinuitus tum Sirmij adfuit. Arriano-
rum enim dolo non dudum antea in exiliu
pulsus, annitentibus eis qui Sirmium conue-
nerat, Imperiali edicto reductus fuerat. Spe-
rauerant enim illi, si is suffragator eorum siue
persuasione, seu uis fieret, multum eum ad con-
stituedum stabilendumque dogma eorum
momenti allaturum esse: ut qui spectata fide
testis, & ueluti miraculum quoddam ab eius
aetatis hominibus haberetur. Verum ubi as-
sentiri eis renuit, uarios rursum, contra se
iam extenuatoque grauiore aetate corpore,
sustinuit cruciatus. Sedenim Synodus cum
Photinu cum Sabellio Libyco & Paulo Sa-
mosateno facere, eademque docere manife-
sto deprehendisset, statim ei Episcopale ab-
rogauit dignitatem. Quod sane ut rite atque
ordine factum, & tum & postea omnes com-
plexi sunt, & comprobatione debita dignu
iudicauerunt. Caeterum illi diutius ibi manen-
tes, perinde atque priores fidei formulas da-
mnanent, tres alias promulgauit. Atque unam
quidem Graeca lingua Marcus Arethusius co-
posuit, reliquae Latino sermone fuerant co-
scriptae: quae simul & uerbis & eorum structura
atque compositione, ab Arethusij expositione
prorsus dissidebant. Quin neque eademque priores
formulae, complectebantur. Graeca namque neque
deum substantialem, neque deum substantialem
substantialem patri filiu dicebat. Et eos qui do-
ceret filium principij experte esse, aut qui fi-
lium dilatae Dei substantia facerent, aut qui
etiam coniunctu, non aut subiectu patri diceret,
excommunicabat. Itidem uero & altera
Latina de substantia agens, deum substantialem
iuxta & deum substantialem quibus substantialem,
omnino deinde esse inhibebat: ut quae uerba
neque in scripturis sacris usquam inueniretur,
neque notitijs primis aut cognitione hominum
perciperentur. Constituit sane, patrem ma-
iorem dicendum esse, cum honore & dignitate
& diuinitate, tum ipso paternitatis nomi-
ne. Decernit etiam, cum omnibus filiu sub-
iectu, esse patri: & principij quidem expertem
esse patrem, omnibus uero (patre excepto) filij
generatione esse incognita. Quam formulam
ut minus recte compositam, postea quam mul-
tis promulgata traditaque fuerat, Episcopi re-
tractare contenderunt: & Imperator ipse id,
serio coercitione eis & poenae, qui eam in lu-
cem prolatam non reddidissent, minatus, ma-
dauit. Verum quod ea in multorum manus
peruenerat, non prorsus est abolita. De hac
Synodo si quis plura nosse uelit, legat Socra-
tis Ecclesiasticam Historiam, lib. 2. cap. 30.
& 31. & Nicephorum lib. 9. cap. 31.

DECRETA IULII PAPAE DE
cem, iuxta Gratianum & Iuonem, quae
non sunt prioribus inserta.
PRIMUM.

Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, ut plus
vendat, uel quid sit usura.

Quicumque tempore messis uel uindemiae,
non necessitate, sed propter cupiditatem
comparat annonam uel uinum, uerbi gratia,
de duobus nummis comparat modiu unu,
& seruat usquedum uenundetur denarijs
quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lu-
crum dicimus.

SECUNDVM.

Reus est animarum presbyter, qui poeni-
tentiam morientibus abnegat.

Si presbyter poenitentiam morientibus
abnegauerit, reus erit animarum, quia Do-
minus dicit: Quicumque die conuersus fue-
rit peccator ad poenitentiam, uita uiuet, &
non morietur. Vera enim confessio in ulti-
mo tempore esse potest, quia Dominus non
solum temporis, sed etiam cordis inspector
est. Sicut latro, unius momenti poenitentia,
meruit esse in paradiso in hora ultima con-
fessionis.

TERTIVM.

Post mortem alicuius, nullus de eius con-
sanguinitate sponfam accipiat.

Si quis desponsauerit uxorem, uel subar-
rauerit, & siue praeniente die mortis, siue
irruentibus alijs causis, minime eam cognou-
erit, neque eius superstes frater, neque ullus
de consanguinitate eius, eandem sibi tollat
in uxorem ullo unquam tempore.

QUARTVM.

Licet seruo matrimonia contrahere.

Omnibus nobis unus est pater in caelis,
& unusquisque diues, pauper, seruus, & liber,
aequaliter pro se, & pro animabus eorum ra-
tionem reddituri sumus. Quapropter omnes,
cuiuscunque conditionis sint, unam legem
(quantum pertinet ad DEVM) habere non
dubitamus. Si autem omnes unam legem ha-
bent, ergo sicut ingenuus dimitti non po-
test, sic nec seruus, semel coniugio copula-
tus, ulterius dimitti poterit.

QUINTVM.

Ex propinquitate sui sanguinis uel uxoris, usque
in septimum gradum, nullus ducat uxorem.

Nullum in utroque sexu permittimus, ex
propinquitate sui sanguinis uel uxoris, usque
in septimum generis gradum, uxorem ducere,
uel incestu macula copulari. Preterea quo-
que illud adiecimus, quoniam sicut non li-
cet cuiquam Christiano de sua consanguini-
tate, sic etiam nec licet de consanguinitate
uxoris suae coniugem ducere, propter car-
nis unitatem.

SEXTVM.

Ecclesia semel Deo consecrata, quando est
iterum consecranda.

De fabrica uero cuiuslibet Ecclesiae, si di-
ruta fuerit, instauranda, & si in eo loco con-
secrationis sollemnitas debeat iterari, in quo
sanctuarium non fuerint, nihil iudicamus of-
ficere, si per eam minime iactetur aqua ex-
orcizata,

14. q. 4. q. 11.
c. 1. t. 1. p. 1.
Et in decre.
Iuo. lib. 3.

26. q. 6. Si
presbyter
poenitens,
Ezech. 18. g.

Luc 23. f.

26. q. 2. Si
desponsauit.

Mirrh. 23. b.

*sunt:
29. q. 2.
Omnibus
nobis unus.

35. q. 2. & 3.
Nullum in
utroque.
Et in decre.
Iuo. li. 7. sub
titulo aure-
lianensi con-
cilij cap. 10.

De co. dif. x.
De fabrica
uero.

orcizata, quia in consecratione cuiuslibet ecclesiae, in qua Spiritus sancti arra non ponitur, celebritatem scimus tantum esse Missarum. Et ideo, si qua sanctorum basilica a fundamētis fuerit innouata sine altaris motione, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Missarum solennitas celebrata, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si vero sanctuaria, quae habebant, ablata sunt, rursus eorum depositione, & Missarum solennitate reuerentiam sanctificationis accipiat.

SEPTIMUM.

De his, qui sacrificando, varie errabant. Cum omne crimen atque peccatum, oblatum Deo sacrificijs, deleatur, quid decetero pro expiatione delictorum Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? Audiuimus enim quosdam, schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & Apostolicas institutiones, lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare: alios quoque intinctam eucharistiam populis, pro complemento comunions porrigere: quosdam etiam expressum vinum in sacramento Domini calicis offerre: alios vero pannum lineum musto intinctum, per totum annum referuare, & in tempore sacrificij partem eius aqua lauare, & sic offerre: quod si sit Evangelicæ & Apostolicæ doctrinae contrarium, & consuetudini Ecclesiasticae aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, a quo ordinata ipsa Sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis, verum salutis nostrae sacrificium suis commendaret discipulis, nulli lac, sed panem tantum & calicem sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. Legitur enim in evangelica veritate: Accepit I E S V S panem & calicem, & benedicens, dedit discipulis suis.

Cesset ergo lac sacrificando offerri, quia manifestum & euident exemplum veritatis Evangelicæ illuxit, quod praeter panem & vinum, aliud offerri non liceat. Illud vero, quod pro complemento comunions, intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium receperunt, ubi Apostolis corpus suum commendauit & sanguinem. Seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem, alijs Christum praebuisse, non legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccella Magistri proditorum ostenderet, non quae sacramenti huius institutionem signaret. Nam quod de expresso botro, id est, de vuarum granis populus communicatur, valde est omnino confusum: sed si necessè sit, botrus in calice comprimat, & aqua misceatur: quia calix Dominicus, iuxta Canonum praecipua, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus populum in aqua intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua misceatur, Christo populus aduna-

tur, & credentium plebs, ei in quem credit, copulatur & iungitur: quae copulatio & coniunctio aquae & vini, sic misceatur in calice Domini, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quoad botrum solus offert, in quo vini efficacia tantum designatur, salutis nostrae sacramentum negligitur, quod aqua significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrunque misceatur. Et ideo, quia iam ex hoc plurima & multiplex maiorum manuit sententia, omnis deinceps talis error atque praesumptio cessare debet, ne peruersorum & inordinata compago, statum veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps erit licitum, aliud in sacrificijs diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum, panem tantum, & calicem vino & aqua permixtum. Decetero aliter quam praecipuum est faciens, tam diu à sacrificando cessabit, quam diu legitima poenitentiae satisfactio ne correctus, ad gradus sui officium redeat quod amisit.

OCTAVVM.

Item aliud Iulij papae decretum, ex decreto Iuonis Carnotensi desumptum.

Quid sit Ecclesia.

Ecclesia, Graecum nomen est, quod in Latinum vertitur conuocatio, propter quod ad se omnes vocet. Catholica (id est, vniuersalis) ideo dicitur, quia per vniuersum mundum est constituta. Vel, quoniam catholica, hoc est, generalis, in eadem doctrina est ad instructionem.

NONVM.

Item aliud ex eodem.

De illis qui Ecclesiam incendunt.

Si quis Ecclesiam comburit, quindecim annos poeniteat, & eam sedule restituat, & precium pauperibus distribuatur.

DECIMUM.

Item aliud ex eodem.

Libertam domino legitime nubere posse.

Si quis ancillam suam libertate donauerit, & in matrimonio sibi sociauerit, dubitatur apud quosdam, utrum huiusmodi nuptiae legitime esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia conubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiae, & nihil impium & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare praedictas nuptias inhibendas existimaremus?

Finis decretorum Iulij papae primi, & gestorum ipsius tempore.

DECRETA LIBERII PAPAE.

Ex lib. Pontificali Damasi Papae

Deco. dif. 2. Cum omne. Et in decre. Iuo. lib. 1.

non illis

Matth. 26. c.

in sacrificio

Matth. 26. c.

Ioan. 13. c.

Apo. 17.

* congregas sacerdotes cum Concilio suo Liberius

* congregas sacerdotes cum Concilio suo Liberius

* vna tantum comunione

Liberius natione Romanus, ex patre Augusto, sedit annis sex, mensibus tribus, diebus quatuor. Fuit autem temporibus Constantij filij Constantini usque ad Constantium Augustum octauum. Hic a Constantio deportatur in exilium, eo quod nolisset haerese Arrianae consentire: Et fuit in exilio annos tres. Et congregates sacerdotes Concilium, ordinauerunt in locum eius Episcopum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit Concilium Felix, & inuenit duos Episcopos, consentientes Constantio Augusto Arriano, nomine Ursatium & Valentem, & damnauit eos in concilio quadraginta octo Episcoporum. Post paucos autem dies, zelo ducti Ursatius & Valens, rogauerunt Constantium Augustum, ut reuocaret Liberium de exilio, ut vna tantum comunione participaret, extra secundum baptismum. Tunc missa auctoritate per Catulinum agerem in rebus, simul & Ursatius & Valens venerunt ad Liberium. Qui Liberius consensit praecipis Augusti. Tunc reuocauerunt Liberium de exilio. Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in coemeterio sanctae Agnetis apud germanam Constantij Augusti, ut quasi per eius interuentionem aut rogatum, rediret Liberius in ciuitatem. Tunc Constantia Augusta, quae fidelis erat Domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium Augustum germanum suum, quia fenserat consilium. Eodem tempore Constantius Imperator, vna cum Ursatio & Valente, conuocauerunt aliquos qui ex sece Arriana erant, & quasi facti concilio, misit & reuocauit Liberium de coemeterio beatae Agnetis, ubi federat. Et ingressus Romam, in ipsa hora Constantius Augustus fecit concilium cum haereticis, simul etiam cum Ursatio & Valente, & eiecit Felicem de Episcopatu, quod erat catholicus, & reuocauit Liberium. Ab eodem die fuit persecutio maxima in clero, ita ut intra Ecclesiam presbyteri & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Qui Felix, depositus de Episcopatu, habitauit in praedidio suo via Portuensis, ubi & requiuit in pace 4. Kalendas Augusti. Ingressus Liberius in urbem Romam quarto Nonas Augusti, consensit Constantio haeretico, non tamen rebaptizatus est, sed consensum praebuit. Et tenuit Basilicam B. Petri & beati Pauli, & basilicam Constantianam annis sex. Et persecutio magna fuit in urbe Roma, ita ut clerici & sacerdotes, neque in Ecclesiam, neque in balnea haberent introitum. Hic Liberius ornauit de platonij marmoreis sepulcrum sanctae Agnetis martyris. Omnes itaque anni Felicis in eius ordinem dinumerantur. Hic fecit basilicam nomini suo iuxta macellum Libyae. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones quinque, Episcopos per diuersa loca decem & nouem. Qui sepultus est via Salaria in coemeterio Priscillae, quinto Idus Septembris,

* septimo

aliis octauo Kalendas Maij. Et cessauit Episcopatus dies sex.

De hoc pontifice Liberio plerique graues scriptores longe aliter scriptum reliquerunt, qui etiam constanter eum defendunt, quod non consenserit Arrianis. Error autem, quod in Arrianorum transierit sententiam, inde ortus videtur, quod Eudoxius haereticus Arrianus, qui factionis eius fuit, cum essent ob Aetij haeresim congregati Antiochia, multis verbis per calumniam Liberium traduxerunt, perinde atque hominem repudiasset, & filium patri inaequalem dixisset. Facile autem ex Antiochia rumor dispergi potuit, rem ita se habere, cum tamen peruersi historici & scriptores testentur, Liberium in catholicae fidei assertionem constantissime permansisse. Videat lector praeter alios Nicephori Historiae Ecclesiasticae, lib. 9. cap. 37. qui vniquod ex veteribus hausit scripta sua.

Ex Nicephori libro 9. cap. 33.

Constantius cura & periculo tyrannorum liberatus, venit Romam, ubi de tyrannis triumphum sibi agendum esse duxit. Eodem tempore ad concordiam dogmatis orientales simul & occidentales Episcopos, sicuti putabat, adducturus, Synodum cogi in Italia praecipit. Iulius tamen, viginti quinque annis Romana ecclesia administrata, decessit, prouinciamque eius Liberius fortitus est. Tum vero opportunitatem sibi oblatam esse existimantes, qui professionem fidei Nicenam abrogauerant, calumnias rursus contexuerunt, ut totum haereticum consubstantialis professores, quos antea ut sententiae alterius sectatores exautorauerat, ecclesijs prorsus exigeret. Constante namque adhuc superstiti, non ausi fuerat fraudulenta temeritate Imperia inter se committere. Quippe bellum fratri Constanti denunciatum, nisi Athanasium reciperet. Potissimum vero Athanasium illi expellere studio omnino contendebat: qui sane, etiam Constante nodum caeso, Constantio autem propter illum, Athanasium se complecti assimulante, (tantum illorum erat odium) coquiescere non potuerunt. Sedenim triginta ex illorum maligna multitudine Antiochia congregatis, Narcisso videlicet Cilice, Theodoro Thrace, Eugenio Niceno, Patrophilo Scythopolitano, Menophato Ephesio atque alijs, reditu Athanasij illi tanquam illegitimum culpabat, & omnibus ubique Episcopis scribebatur, ne cum illo communicarent, neue ad illum scriberent. sed Georgium honore praesequerent, quem ipsi episcopum constituerant. Athanasius autem nihil prorsus haec curabat. Id ita factum, donec Constantius, tyrannis sublati, vnus ipse Orientis simul & Occidentis imperio est potitus. Et Constantius cum in occidente esset, cum Episcopis totum haereticum consubstantialis fidei assentiens, se coniunctum esse, & cum eis sibi conuenire simulauit: & fortasse in partibus eorum esse omnino constituit. Arte certe usus est, cum vim nullam eis primam adhiberet, sed tantum persuaderet, ut eandem contra Athanasium, quam Orientales Episco-

Synodus
Mediolanē.

Episcopi tulissent, ipsi etiā sententiam ferrent. Sic etem quodāmodō putauit, si omniū orientalium iuxta & occidentalium calculis Athanasius damnaretur, facillimum sibi fore, ut religionem pro arbitrio suo constitueret atq; ordinaret. Itaq; in Italia Mediolani conuentus coactus est: & ex Oriente quodam pauci admodum ibi praestō fuere. Itineris enim magnitudo, & morbus, & aetas grandior multorum impedit aduentum. Occidentales autem plures quā trecenti conuenē. Enimuerō Orientalium consiliū fuit, ut Athanasius damnaretur, eiq; Alexandrina vrbe interdiceretur. Et reliqua synodus sine errore aut metu, seu etiā ignorantia, pedibus in eam ibat. Soli verō ex omnibus Dionysius Albæ, quæ vna ex metropolitānis in Italia vrbs est, & Eusebius Vercellarum Liguriæ, & Paulinus Treuironū in Galli Episcopi, & præterea Rhodonus & Lucifer dolo depræhenso, Orientales euertendi Niceni dogmatis gratia condemnationem Athanasij vrgere, asurgentes vociferati sunt, fraude Christianismum circumueniri, neque verbis eiusmodi de Athanasio agi: sed insidias decretis, ritē atque ordinē de Deo olim factis, Imperatorem & Arrianos tendere. Hæc vbi dicta, conuentus rebus infectis solutus est. Qui autem liberius sententiā dixerant, condemnati, solum exilij causa verterunt: inter quos Hilarius etiā Pictauiensium Episcopus fuit. Porro verū fuisse, quod sub obtentu nominis Athanasij, aduersum fidē Nicenam Mediolanensis synodus sit congregata, ea quæ sequuntur, confirmabunt. Nam quæ paulō post eodem tempore & Arimini in Italia, & Seleuciæ in Isauria acta sunt concilia, res nouas contra Nicenas cōstitutiones molita sunt. Imperator stomachabūds vniuersale concilium cogere, & Episcopos Orientales omnes in Occidētem pertrahere volebat, omnem mouens funem, si quo modo facere posset, ut ad concordiam omēs adduceret. At vbi re deliberata difficile id visum est, quod ei itineris longinquitas obstaret, vnam quidem, sed duobus in locis congregandam esse synodum statuit. Et Occidentales Arimini, Orientales verō Nicomediæ conuenire literis suis iussit. Imperator sanē quidem hoc, sic concordiam omniū spectās, instituit, sed consiliū eius aliter cessit. vtrinquē enim dissensio inter eos intercessit. neq; enim Arimini qui conuenerant, concordēs erāt: maius autem inter eos, qui Nicomediæ quidem per terræmotum coire impediti, Seleuciæ verō deinde congregati fuerant, dissidium est ortum.

Cap. 35.

Imperator verō priusquā Romam iret, & solitum ob victoriam triumphum ageret, accito Liberio Romanorum Episcopo, Iulij successore, psuadere ei conatus est, ut in sententiam, quos secum habebat, Episcoporum iret: quorum vnus Eudoxius erat. quod vbi

ille ei resistens se facturum negauit, ad exiliū est damnatus. Berrhœa autem Thraciæ, quod deportaretur, designata fuerat. Sed & alia condemnationis eius causa fuisse dicta est, videlicet quod renuicere Athanasij communioni noluerit, eundemq; apud Imperatorem defenderit, qui Athanasij accusabat, quod & Ecclesias iniuria affecisset, & causa necis duobus fratribus suis fuisset. Idem cōprobanda esse, quæ Tyri aduersus Athanasij per inuidiam alienę sententię sectatorū acta constitutaque fuerant, dicebat. At Liberius penitentia libellum Vrsicij & Valētis Iulio decessori suo oblatū, Imperatori exhibuit, in quo falsa esse & ementita, quæ apud Ma-reoten facta erant, significantes, noxę gratiā petierūt. rogauit insuper, ne ita in dicta causa Athanasij damnaret, neque quæ perperam decreta & manifestę calumnię essent, cōprobaret. De fratribus autem ne prorsus Episcopali manu vindictam iniuriam vellet, dixit: quam manum Deus non ad eiusmodi facta, sed ad sanctificationem & omne aliud bonū opus constituerit. Sedenim Constantius nihil omnino illum de sententia sua decedentem videns, biduū ad deliberandum ei permisso, nisi animum mutaret, in Thraciam deportari iussit. Atq; ibi Liberius, Mihi verō, inquit, dudum hæc deliberata atq; constituta sunt: & paratus ad eum in exilium exire. Porro cum iam abduceretur, Constantius ei quingētos aureos misit. quos ille reiecit, & ei qui illos attulerat, Imperatori renunciare iussit. Non indigere se eis: daret eos, quos secum in aula haberet, adulatoribus, & ad simulandū dissimulandumque compositis hominibus, quorum insatiabilis cupiditatis inopia, animis eorū semper infidens, eosq; excrucians, nunquam expleri posset. Mihi nanq; Christus, inquit, patri æqualis, largitor semper alimentorum atq; conciliator & promus condus bonorū omnium erit. Hæc Liberio causæ, ut in Thracia exularet, extiterē. Felix autē Romanæ Ecclesię diaconus, administrationem eius fortitus est: qui Nicenā quidē fidei professiōnem retinebat, & in religiōe reprehensione carebat: vnum tamen illud vitio ei vertebatur, quod priusquā Episcopus creatus esset, cum diuersæ opinionis studiosis communicare sustinuerit. Vbi verō Constantius Romam venit, populi & nobilitatis illi striores scōminæ pro Liberio deprecantes, ut illū restitueret, ei institere. Et Imperator cū Episcopis suis re communicata, redditurum se eis hominem pollicitus est, si in eandem cum Episcopis suis concederet sententiam. Videat lector Theodoriti Historiam Ecclesiasticam, lib. 2. cap. 16. vbi hæc fusiū habent.

Per idem tempus Aëtius Syrus manifestō & liberē suam de Deo opinionem diulgabat. Diaconus tum adhuc erat, sicuti à Leontio Antiochiæ Episcopo castrato illo creatus fuerat. Opinabatur autē itidem vt Ar-

Cap. 36.

Aëtij hæc
refis.

CAP. 37.

Breui deinde cum Roma in Sirmiū Constantius rediisset, Occidentalibus Episcopis precantibus, Liberius ex Berrhœa reductus est. Atq; ibi in p̄sentia eorum quos dixim⁹, aliorumq; plurimorum Orientaliū Episcoporum, Imperator suadere Liberio, vt filiū nō esse patri cōsubstantialē opinaret, tentauit. Egit id quoq; Basili⁹, & qui cū eo erāt: eamq; illi rem Imperatori, apud quē in magno erant precio, suggesserē. Et afferētes, quæ vel de Paulo Samosateno, vel de Photino apud Sirmiū constituta fuerant omnia, & p̄terea formulam fidei Antiochiæ Encanijs in ecclesię consecratione, ob *ὁμοουσιον* consubstantialis causam editam allegantes, veluti contenderent quidam hæresim propriam p̄ pretextum & occasiōem cōsubstantialis instituire, in sententiam suam adducere studuere Liberium, & Athanasium, & Alexandrum, & Seuerianum, & Crescentem, Africanos Episcopos. Non minus id quoq; conabatur Vrsicius & Valens, & Germini⁹ Sirmienis Episcopus, & qui præterea ex Oriente ibi aderāt. Liberius autem aliam quoq; seorsim fidei conscripsit professiōnem, quæ omnes ab Ecclesiæ communione arcebat, qui filium patri non secundum substantiam & per omnia æqualem dicerent. Id propterea fecit, quod Eudoxius & qui factionis eius fuerē, non ita pridem Antiochiæ propter Aëtij hæresim congregati, cum Olij epistolam in manibus haberent, plurimum verborum fecerant, quibus Liberij per calumniā traxerāt, perinde atque *τὸ ὁμοούσιον* consubstantialē repudiasset, & patri filium omnino inæqualem dixisset. Romani legati rebus ita benē gestis, assumpto secum Liberio, Romā reueterunt, literas ab Episcopis Sirmij cōgregatis, ad Felicem Romanę tum Ecclesię præfectum, & ad clerum populūq; Ecclesię eiusdem afferentes: quibus vt pastorem suum libenter susciperent, admonebantur. Ambob⁹ porro & Felici & Liberio permisum est communiter sacra curare, & munus Apostolicum administrare. Qui quidē concordēs fuere, & quicquid medio tēpore acciderat rerum aduersarū & tristitiū, per amnestiam & obliuioem aboleuere. Quod nanq; admodum bonus vir esset Liberius, quodq;

Hic illa falsi
nata opi-
nio, Liberio
um Arri-
anis consen-
sisse.

pro recta Ecclesię doctrina Imperatori constanter restitisset, multa pietate & benignitate populus Romanus in eum fuit: vsq; adeo certē, vt in eius eiectione, per feditiōem eius causa motam, res ad eadem processerit. Sed paulō post Felix mortuus est, & solus Liberius Episcopatum administravit. Quod sic DEVS rectē prouidit, Ecclesię ita, vt decebat, rebus consulens, ne primaria Apostolorum sedes foedam illam & in cōmodā, a duobus gubernata ducibus, contraheret notam: quæ res ab Ecclesię constitutiōibus perq̄ est aliena, discordiamq; vt plurimum conciliare solet. Hęc in Sirmiō acta. Legat, q̄ vult, de his etiā Sozomeni Ecclesiasticam historiā, lib. 4. cap. 15.

Et pulchrē cōuenire tum orientalibus cū occidentalibus est visum: res verō aliter se habebat. Imperatoris enim metus id faciebat, cui propter Aëtij & Eudoxij in vrbe Antiochena excitatas res nouas, rursū Nicęe Synodum cogere, placuit. Cū autem Basilius Ancyranus contrā niteretur, q̄ primū ibi de fide disquisitum esset: magis cōuenire, vt id Nicomedię fieret, est visum. Et ex natiōibus iam omnibus, qui vel à prudentia, vel ab eloquentia aliquid valerent, Episcopi eō cōtendebāt: Cū terræmotus ingens exortus, vrbe & simul templum nuper admodum constructum, ex fundamentis ipsis concussit atq; deiecit, multosq; pro eo atq; hoc vel illo quēq; loco depræhendit, vel seruaui, vel interemit. Cecropius quidē Nicomediensis, & alius quidam Episcopus paruo momento periculū euasere. Quæ res, fama vbiq; vulgata, Episcoporum aduentum prohibuit. Et infra: Et quoniam Nicomediensis causus Episcoporum cōuentum interturbauit, primū quidem Imperatori, vt Nicęe rursum congregarentur, placuit. Basilius autem de eo loco diū multumq; deliberauit: Et sic in vrbe Nicena, populo ibi omni terræmotu cōturbato, deliberatio herebat. Porro Marco Arethufio, Georgio Alexandrino & Basilio Ancyrano, qui tum Sirmij cum Imperatore in negotio quifq; suo agebant, Tarsus Ciliciæ comoda visa. Vt verō & hæc alijs minus conuenire existimata est, tandē vt Seleucię in Isauria Synodus ageretur, cōstitutum. Atq; hoc sic decreto, quia ibi aderant Valens, Vrsicius & Eudoxius, qui potissimum inæqualitatis opiniōi præbant, effecerunt illi, vt Episcopi eo loco congregati, formulę fidei ex tempore compositę subscriberent: in qua formula substantię nomē insertum non erat. Ad hæc in animis ipsi secum perpēdere, Episcopos Seleucię coactos partim Nicenam fidem, partim Antiochię in templi dedicatione professiōem editam cōplexuros, & per emulationem ardentius defensuros: vtranq; verō formulam substantię nomen habere, & filium patri per omnia similem disertē pmulgare: ac si in locū vnū

CAP. 38.

*Bospho-
ranum fu-
isse Sozo-
menus ait.

o o Episco-

Nota actum
haereticorum.

Episcopi conuenirent, omnino eos Aetij opinionem, quae ipsi laudantes studio omni stabilire conabantur, repudiaturus esse. hoc illis minimè dubium fuit. Quid ergo faciunt? dolum instituunt, ut occiduales quidam Arimini, orientales verò Seleucia congregarentur, ut eo facilius quod agebatur, perficeretur. Procliuus nanque putabant, paucis, quam multis quod vellent, persuadere. Et patribus ita segregatis, si quidem possent, vtraque synodum dissidio in vtraque; instituto: sin minus, alteram saltem in sententiam suam se pertracturos esse confidebant. illo prouiso, ut ne calculis omnium, haereticorum damnaretur. Haec agebant per Eunuchum Eusebium, Imperatoriae tum aulae praefectum, Eudoxio quoque maximè assentientem: & alios quosdam, qui magistratus & honores gerentes, & gratia polentes, ex sententia omnia perficiebant. A quibus persuasus Constantius, perinde atque in commodum simul & Reipublicae propter graues impensas, & ipsi Episcopis propter itineris magnitudinem esset, si in eodem loco conueneret, synodum diuisit, eamque Arimini & Seleucia celebrare iussit. Atque in literis suis constituit, ut primum controversia de fidei professione decideretur: deinde de alijs Ecclesiasticis sanctiõibus deliberatio fieret. Tum autem de ijs, qui per iniuriam exautorati, & in exiliu acti visi essent, in quibus etiam Cyrillus Hierosolymorum episcopus fuit, consultaretur: postea de eis quoque Episcopis, qui rei agerentur, inquireretur. Per multi enim accusabantur, & ab Aegyptijs maximè Georgius, quod scilicet alienorum bonorum rapinis gauderet, & contumeliosus quibusdam hominibus delectaretur. Postremò, ut per decem delectos legatos se de actis suis certior facerent.

CAP. 36.
Ariminenfis
Synodus.

Episcopi, sicuti Imperator iusserat, conuenere, & primum quidem Arimini Occidentales quadringenti, & aliquot praeterea numero. Et qui grauius in Athanasium animati erant, minimè omnium de eo quicquam mouendum esse duxere, quod hoc sic commodius esse putarent. Ceterum postquam de fide, quomodo eam profiteri conueniret, quaestio proposita est, ibi Valens & Ursicius, qui primum Arrij opinionem defenderant, medio autem tempore libello supplicis Iulio Romano antistiti dato, τῶν ἁποστόλων consubstantiali assenserant, quemadmodum diximus, temporibus sese & rebus obtinentibus semper accommodantes, alijs alia, sicuti fieri solet, censentibus, dixere priores fidei formulas abolendas esse, vnamque eam obtinere oportere, quae non ita pridem Sirmij lingua Romana composita, ab ipso etiam Imperatore plurimi fieret. Debere quippe synodum quod de sententia illius professionem eam approbare, neque ulterius quicquam curiosius indagare, ut eo modo omnis discordiae occasio, verbis nihil ambigui habetibus, quae sub-

tili & accurata exploratione perpensa essent, in formula insertis praecideretur: longè praestantius esse asserentes, cum rusticitate quadam rectam de Deo tenere opinionem, quam ex Graecorum nugamentis nouis petitis verbis, quae non intelligerentur, inducere vocabula. Quibus illi dictis obscurè innuebant, seu potius propalam τὸ ἁποστόλου consubstantialis verbum per calumniam reprehenderunt, veluti in sacris literis non expressum. Sub haec verba charta, prolata, legi eam postularunt, in qua equalem patri filium secundum scripturas dicebant: mentionem verò substantiae in Deo omnino fieri interdicebant, & pro eo equalem per omnia filium patri, reponi volebant. Haec porro formula illa erat, quam antea quidem pressam seruauerat, tum verò in lucem proferebant. Eam maximè probabat Germinius, & Auxetius, & Caius, & Demophilus: ea lecta, plurimi nihil opus esse noua fidei formula eo tempore affirmabant, contentos se esse professione Nicena. In praesentia propterea in locum vnum conuenisse, si quid nouatum esset, ut id inhiberetur. Et ut quae lecta essent, nihil haberent nouarum rerum, ut diceret tamen eos qui scriptum id composuissent, atque ut illi ipsi Arrij dogma, quippe quod turbas ubique in Ecclesijs concitauerit, anathemati primum subijceret, petebat. Vbi Valens & Germinius petitionem eam repudiauerunt, illi formulas haereticorum & item Nicenam in medium proferri iussere, ut illae quidem damnatae reijcerentur, haec verò auctoritate denuò & suffragijs synodi confirmaret: et ut de cetero neque disputatio de fide moueretur, neque synodus peteret, sanxerunt. Sufficere enim, quae a maioribus dudum constituta essent: ea complecti posteros debere: & perquam absurdum esse, nunc demum fidem describere eos, quod nuper admodum credere coepissent: & veterum traditionem abolere, per quam & ipsi & patres eorum Ecclesias gubernassent, ex quibus plures martyrijs & obitu confessionis coronis cõdecorati fuissent. Et ita quidem sic dicta sententia, antiquis decretis stare, nihilque nouum inducere constituerunt. Illi autem, Valens scilicet & reliqui, quos paulo ante nominauimus, contra nisi sunt. Ibi tum Episcopi ut fidem propositam complecterentur, ab eis cõtenderunt. Quod ubi illi renuerunt, dantibus sententia ab eis sunt exautorati. Porro synodus professionem Nicenam amplius etiam confirmauit. Illi autem damnationem egrè ferentes, ad Imperatorem cõfugerunt. Ceterum synodus ea non solum formulam illorum praefationem, sed ipsam quoque formulam reprehendit, cuius verba erant: Composita est fides catholica in praesentia domini nostri Constantij perpetui Augusti, cõsultatu clarissimorum virorum Flauij Eusebij & Hypatij, Sirmij ante xj. Calend. Iunij. Ac deinde: Credimus in vnum solū & verum Deum, patrem omnipotentem, creatorem & conditorem omnium. Et in vnū vnigenitū filiū Dei

Dei ante omnia secula, & ante principium omne, & ante omne quod mente concipi intelligi potest tempus, & ante cõsiderationem & cogitationem omnem, sine perpeffione siue affectione genitum ex Deo, per quae secula condita & omnia facta sunt. Genitum verò vnigenitum, vnum ex vno, à patre, Deum ex Deo, aequalem qui ipsum genuit patri secundum scripturas: cuius generationem nemo nouit, praeterquam solus qui eum genuit pater. Hunc ipsum vnigenitum filium eius scimus nutu paterno aduenisse caelitus ad abolitionem peccati: Et natum ex Maria virgine, & conuersatum cum discipulis, & omnem cõconomiam siue administrationem executum secundum paternam voluntatem: crucifixum, & passum, & mortuum. Qui descendit ad inferos, atque res ibi constituit: ad cuius conspectum infernalium portarum ianitores exhoruerunt: Qui etiam resurrexit tertia die, & cum discipulis conuersatus est: et diebus quadraginta expletis, receptus est in caelum, & cõsedit ad dexteram patris: venturus extrema die cum paterna gloria, & redditurus vnique secundum opera eius. Et in Spiritum sanctum, quem ipse vnigenitus filius Dei Iesus Christus se missurum pollicitus est generi hominum paracletum siue consolatorum, pro eo atque scriptum est: Vado ad patrem meum, & rogabo patrem meum, & alium paracletum mittet vobis, spiritum veritatis. Ille de meo accipiet, & docebit atque admonebit vos omnia. Et circa finem hoc etiam addidit: Nomen substantiae per simplicitatem à patribus positum, non intellectum verò à populis, scandalo & officulo esse. Et quoniam scripturae id quoque non habent, placitum est id tollere, & deinceps nullam omnino substantiae in Deo facere mentionem, propterea quod diuinæ scripturae patris & filij substantiae prorsus non meminere. Aequalem autem filium patri per omnia dicimus, sicuti sacrae scripturae & dicunt & docent. Haec tenens formula. Ridelicet porro Episcopis visum est, Imperatorem quidem perpetuum seu aeternum nominare, filium autem Dei, sempiternum vocare nolle &c. Hoc loco inserere placet in gratiam lectoris partem Epistolae D. Athanasij qua hanc Sirmiensem formulam cõfutaui. Sumpta verò est ex Socratis Ecclesiast. Hist. lib. 2. cap. 27.

Epistola
Athanasij
de Sirmiensi
fidei formula.

Quid enim, inquit Athanasius, in doctrina verè pietatis, Ecclesiae catholicae defuit, ut isti nunc de fide disquirant, & cõsultatū praesentium temporum verbis suis, quae de fide promulgatae scilicet, adijciant? Fecerunt sane Ursicius, Valens & Germinius, quod neque factum, neque auditum vnquam est apud Christianos. Cum nanque scripsissent quemadmodum ipsi voluerunt credendum esse, cõsultatum, & mensum, & diem adiecerunt, ut declararent cordatis omnibus, non antea extitisse, sed nunc primum sub Constantio initium

cepisse eorum fidem. Omnes etenim illi haereticum suum spectantes scripserunt. Ad haec de Domino sese scripturos assimulantes, alium sibi nominatim designant dominum, Constantium. Is enim fuit, qui potestatem illis impietatis praestitit. Et dixerunt illi Imperatorem suum perpetuum, cum filium Dei aeternum negent. ad eum per impietatem Christum oppugnant. Fortasse autem annotandi cõsultatus causam & occasionem à sanctorum prophetarum temporis adscriptioe acceperunt. At si hoc ipsum dicere ausi fuerint, incertam suam admodum prodeunt. Sanctorum nanque hominum prophetiae, temporum continent memoriam. Sic Esaias quidem & Oseas, in diebus Osiæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiae: Hieremias autem temporibus Iosiae, Ezechiel porro & Daniel sub Cyro & Dario fuere. Atque item alij alijs annis sunt prophetae, non iacientes verè pietatis initium. Ante illorum enim tempora, & perpetua ea fuit: quippe quam ante mundi constitutionem Deus in Christo nobis praeparauit. Neque fidei suae illi tempora indicauerunt: nam & ante ea ipsa tempora fideles ipsi fuerant: sed tempora promissionum per eos factarum ostenderunt. Promissiones verò de aduentu Saluatoris nostri praecipue factae: quibus tanquam accessio quaedam & sequela, res in Israel & apud gentes futurae sunt annexe. Et tempora annotata non sunt, sicut dixi, quod tum cepisset initium fides: sed ut ipsorum prophetarum aetas, qua illi qui talia vaticinati essent, vixere, ostenderetur. At nostri isti sapientes non historiam commemorantes, neque futura praedicentes, sed scribentes, Promulgata est fides catholica, statim cõsultatū adiecerunt, & mensum, & diem. Et sicuti sancti viri historiarum & ministerij sui tempora declarauerunt, ita isti fidei suae tempus annotauerunt. Atque vti nunc de sua ipsorum fide expressè scripsissent. Illi verò in initio fidem allegant, quam cõsecrati non sunt. Non enim scripserunt, ita credimus: sed, Promulgata est fides catholica. Itaque cum cõsilio eorum temeritas summam declarat impietatem, tum nouum insolensque scripturae inuentum. Arrianum equat institutum. Atque hoc ita scribentes, satis docuerunt tum eos primum credere coepisse, atque ab eo tempore, fidem eorum in medium annunciarum voluisse. et quemadmodum secundum Euangelistam Lucam, propositum publicè est decretum descriptionis siue censuræ agendi, atque id ipsum decretum prius quidem non extitit, verum ab eis ipsis diebus esse coepit à promulgante vulgatum: itidem & isti scribentes, Promulgata nunc est fides, ostenderunt recentem esse haereticam suam sententiam, nec antea eam extitisse. Quod si addunt, Catholica non animaduertunt se in Phrygi incidere praeparationem: ita ut & ipsi, pindè atque illi, dicant, Nobis primum reuelata est, & à nobis initium cepit Christianorum fides.

Luc. 2.

Et sicut illi Maximillam & Montanū, sic isti pro Christo dñm Constantium professioni suæ inscribunt. Quod si iuxta eorum verba, ab annotato cōsultatu fides initiū habet, qd patres faciēt? qd beati martyres? qd ipsi quoque de eis faciēt, qui ab ipsis de fide sunt instituti, & ante consulatū cum obdormierūt? Quomodo eos resuscitabunt, vt quæ prius docuerunt, in illis abstergant: & quæ nunc inuenta scripserunt, eis inferant? Adeo sunt imperiti, nihil aliud quàm pretextus confingere scientes, eosq; absurdos & incredibiles, vt qui secum ipsi statim suam adferant redargutionem? Hæc tenens ex Epistola Athanasij de Socratis Historia hac adscripta. Iam ad Nicephorū reuertamur, in cuius libri noni cap. 39. sub finem hæc sequuntur. Dñati illi, sicut dixi, formulam secum ferētes, ad Imperatorem cōfugere. Concilium verò, decem ad eum legatis Episcopis, literis quoque rem actam declarauit, quæ in hæc formulam scripta fuerant:

LITERAE EPISCOPORVM Catholicorum ex Synodo Ariminensi ad Constantium Imperatorem.

Cap. 40.

ET Dei iussu, & pietatis tuæ mandato, quæ antiquitus constituta sunt, credimus. Ariminum nanq; ex omnibus Occidentis vrbibus Episcopi omnes in locum eundem conuenimus, vt simul & fides Ecclesie catholice cognoscere, & qui aliter sentiunt, manifesti fierent. Atq; vbi rem omnem diu multumq; cōsiderauimus, faciendum esse comperimus, vt quæ fides antiquitus obtinet, & quam Prophete & Euangelia & Apostoli per dominum nostrū Iesum Christum Imperij tui custodem, valedudinisq; etiā tutorem promulgārit, eam ad maioribus acceptam seruemus, & seruata ad finem vsque custodiamus. Et absurdum nefariumq; esse putauimus, quæ recte & legitime à patribus constituta, & Nicee cōmuniter vnà cum gloriosissimo parente tuo Imperatore Constantino deliberata sunt, ex eis mutare quicquam: quorum doctrina & sententia ad omnes omnium hominum aures & animos vulgata peruenit, quæ vnà Arrij hæresim expugnauit atque extinxit: per quam non solum caipsa, sed & reliquæ hæreses sunt euersæ: cui omninò vel addere quicquā non tutum, vel adimere etiā periculosum est. Atque si alterutrum in ea fiat, licentia aduersarij detur, vt quod libeat, facere eis liceat. Proinde & Vrsicius atque Valens, quod iam dudum suffragatores & participes Arriani dogmatis fuerint, à communione nostra exclusi sunt. Ad quam tamen postea admissi sunt, quā se errasse cognouerunt: atq; vt ad pœnitentiam admitterentur, & noxæ gratiā consequerentur, orauerunt: id quod scriptū eorum attestatur. Quapropter vt in gratiam reciperentur, & venia eis delictorum dare-

tur, obtinuerunt. Factū id eo tempore, cum Mediolani synodus est coacta, presbyteris quoque Romanæ Ecclesie presentibus. ^{Synodus Mediolanē.} Nōrunt illi eum, qui etiā post obitum memoria dignus est, Constantinum omni adhibita exquisitiore cura & diligentiore inuestigatione, fidei professionem, quæ edita est, publicasse. Posteaquam autem baptizatus ille inter homines esse desijt, & ad debitam sibi quietem translatus est, ineptum esse sciunt nouæ quicquam rei inuehere, & tot sanctos patres, confessores & martyres, dogmatis ipsius authores atque inuentores, despiciere: qui quidem patres iuxta veterem Ecclesie Catholicæ sanctionem, omnes in eadem sententia perseuerarunt: eorumque etiā fidem DEVS ad Imperij tui tempora transmisit, per Dominum nostrum Iesum Christum, cuius beneficio Imperium obtinens, rerumque in orbe etiā nostro potiris. At rursus miserandi & ærumnosi illi impia mente nefarioque ausu præcones, seipsos impiæ opinionis renunciarunt, & veritatis constitutionem euertere conati sunt. Postquam enim iuxta mandatum tuum Synodi concilium coactum est, seductionis fraudisquæ suæ illi consilium detexerunt. Contenderūt nanq; versutia quadā tumultuosè sese ingerentes, nouare quiddam, vbi soliditatis impietatisque eiusdem suæ comperitos homines inuenissent, Germinium, Auxentium & Caium, dissidij & seditionis authores: quorum inconstans doctrina, blasphemiarum omnium aceruū impietate sua longè excedit. Vbi verò animaduertēte, nos non eiusdem hæresis esse, neque prauis opinionibus eorum assentiri, in consilium se nostrum insinuarunt, perinde atque aliud quicquam decreturi. Perbreue autem intercessit tempus, quod eorum sententias in lucem coarguens protulit. Verumenimverò neres Ecclesie semper eodem affligeretur casu, turbaque & tumultus prouolutus omnes compræhenderet, tutissimum visum est, vt quæ antiquitus decreta sunt, integra atque inuiolata seruari, atque illi, quos diximus, à commercio communionisque nostra segregarentur. Quam ob causam oratores nostros ad humanitatem tuam misimus, qui eidem consilij nostri sententiam per scriptū quoque indicent atque declarent. Quibus illud quoque præcipue mandauimus, vt ex antiquis legitimisque decretis, veritatis fidem faciant, eamque confirment. Declarabunt illi etiā sanctitati tuæ, minimè futuram, sicuti Vrsicius & Valens dixere, pacem, si quid in legitimis constitutionibus immutatum fuerit. Quomodo nanque pacem seruent, qui pacem ipsam tollunt? Quin contentio potius & turba per cepta eiusmodi cum alibi, tum in Romana Ecclesia exorietur. Itaque humanitati tuæ supplicamus, vt sereno vultu respicias, benignisque auri-

Notatu dignum contra nouatores schismaticos.

Cap. 41.

auribus oratores nostros audias, neque cum defunctorū iniuria nouare quicquam & mutare permittas: sed nos in ijs, quæ à maioribus nostris definita legitimeque constituta sunt, conuiescere sinas, quos profecto solerter & prudenter omnia spiritus sancti afflatu egisse dixerimus. Quæ verò nunc ab istis nouantur, fidelibus quidem incredulitatem, infidelibus autem ferocitatem adferunt. Supplicamus præterea, vt Episcopos, qui in longinquis alienisque regionibus degunt, & vel ætatis grandioris imbecillitate, vel paupertatis grauioris difficultate premuntur, cum bonæ uenia redire ad suos iubeas, nē ecclesie, Episcopis eorum ab eis disiunctis, diutius in tali solitudine permanent. Ad hæc insuper omnia, illud quoque te oramus, vt nē quid adimatur, nē ue addatur ad ea quæ prius extant, quæquam: sed vt omnia intacta integraque permaneat, sicuti à patris tui pietate ad hoc usque tempus sunt conseruata. Ac nē deinceps nos itineris labore affligi, atque alienos longèque distitos à paroccijs nostris esse permittas: sed vt Episcopi potius cum populo suo in pace sacris epulis & rebus diuinis vacare possint, pro tua salute, imperio & pace orantes, quam tibi diuinum numē largiri dignetur prolixam. Legati verò nostri & subscriptiones & nomina Episcoporum secum ferunt: qui quidem etiā ex ipsis sacris literis de sententia nostra certiorum facient tuam pietatem. Hæc Episcopi Arimini cōgregati, ad Imperatorem scripsere.

Sed Valens & Vrsicius legatos præuenērūt, & Imperatori rem omnem arbitrato suo exposuerunt: scriptoque quod legerant ostenso, Synodum apud eum calumniosè proscriberunt, vt quæ formulam non receperit, cui conscribendæ ipse adfuisset. Atq; ille synodo succensens, oratores quibus diuturna mora in aula molesta erat, diem de die diffundens, differebat: contra autem quos illi damnauerant, in precio habebat. Et vix tandem excusans se scripsit, quod necessitate urgente, vt contra hostes iret, per expeditionem eam legatos facile videre nō potuerit: Adrianopoli autem redeuntem se expectare illos iusserit, vt ibi ab externis tumultibus liber, per ociū & legationē audiret, & quæ opus essent, constitueret. Addidit & illud, de diuinis rebus deliberare volentem, negocijs alijs vacuum, animumq; syncerum atq; quietum obtinere debere. Ad quæ synodus rescripsit, nihil se aliud omninò quàm decretum esset, etiam si quicquam præterea statueretur, facturam. Et non modò scripsit, sed id quoque dicere legatos iussit. Insuper eidē supplicauit, vt placidè oratoribus receptis, & quæ dicturi essent benignè acciperet, & quæ ipsi scripsissent, diligenter cognosceret. Durum etiā esse quoddammodò significarunt, ipso imperante tot Ecclesias tanto tempore viuus adhuc Episcopis orbari: opusque esse, si ipsi quoque vide-

retur, prius eos ad Ecclesiam quenque suam redire, quàm hyems eos opprimeret. Hæc atque alia hæc similia cum oratione ad persuadendum apposita per epistolam graue & tersam ad eum scripsissent, atq; ipse celeriter nihil eis respondisset, satis diu adhuc ibi morati, deinde ad sedes suas sunt reuersi. Atque quod Episcopi quidem Arimini congregati Nicenam cōfirmauerint fidem, satis iam constat. Quod verò postea multi formulæ ab Vrsicio & Valente ex Sirmio allatæ subscripserint, id quoque declarabimus: Quæ de re duplex fertur opinio: Harum altera est, Imperatorem occasione arrepta à Synodo, quasi non sua voluntate soluta, Valenti eiusq; sectatoribus facultatē permisisse, vt quas vellet in Occidente Ecclesias administrarent, omnibusq; lectam ab eis fidem traderent: & quicumque subscribere illi nollent, sedibus suis deicerent, atque alios factionis sue, illis surrogarent. Quæ potestate accepta, illos vi omnes, vt quam diximus formulā comprobarent, adortos esse, & qui id facere noluisset, quamprimum Ecclesijs expulisse: primumq; Liberium, quod dicto audiens non fuisset, vi exactum esse. Quidam sanè secundam hanc proscritionem eius fuisse dicunt: alij autem primam, cum ea etiā, quæ supra de Felice diximus, acta sunt. Atq; illos, rebus ita per Italiam gestis, eadem per Orientem quoque facere constituisse. Et per Thraciam euntes, vbi in oppidum quoddam regionis eius nomine Nica peruenissent, conuentum coegisse: fidemq; Arimini à se lectam, ex Latina in Græcam linguam conuersam, stabilire conatos esse: atque publicè sermonibus sparsisse, formulam eam Nicæ à Synodo vniuersali ritè atque ordinè editam confirmatamq; esse: vt videlicet nominum vicinitate per fraudem simpliciores scriptum id, perinde atque Nicæ in Bithynia cōpositum esset, accipientes decipere possent. Verum calliditatem caullationemq; eam deprehensam, in risum atque ludibrium abiisse. Atq; hoc sic nonnulli tradidēre. Altera autē opinio fuit: Cùm Episcopi Arimini congregati, quod Imperator responsum differret, quodq; illis redire ad sua non liceret, macerarentur, qui alteri sententiæ addicti erant, subornarunt quosdam qui dicerent non cōuenire, quod quidam vnum substantiæ verbum tantopere propugnarent, vt propterea omnes vbiq; Episcopi per seditionem dissideant: Licere æqualem patri filium dicere, & vniuersalem orbis contentionem sopire: Episcopos orientales, nisi substantiæ nomē tolleretur, cōquieturos non esse. Hæc cum ab eius sententiæ studiosis cum versuta quadam grauitate & vi dicta essent, ægrè tandem synodum adductam esse, vt Vrsicij & Valentis formulæ subscribendum putaret. Obstitisse autē istis metus ille dicitur, nē legati apud Imperatorem occidentalium Episcoporum Constantē, quæ

Nota fraudis hæreticorū.

indè ab initio præstitiffet alacritatem, & τὸ ἁποστολικὸν κο̄substantialis tollèdi causam exponerent. Quare illud eos inuenisse consilium, vt oratores in oppido Thraciæ, quod dictum est Nica, distineretur, per causæ eiusmodi obtentum, propter hyemis asperitatem & itinerum difficultatem iumenta progredi, & viæ laborem ferre non posse. Atq; in ea interim mora constituisse, fidem ab ipsis cõpositam, ex Latino in Græcum sermonè trãslatam, ad Orientales mittere Episcopos. Sic nanque fore, cum illi ad sententiam eorum inclinati essent, vt quod ageretur perficeret. Fallaciam verò talem non depræhensum iri ab eis, qui rem hanc confutaturi essent, conuentu videlicet Ariminensẽ, inuitu ab ἁποστολικὸν κο̄substantialis verbo recessisse: vtpotè ab Orientalibus Episcopis, qui dictione eã prorsus reiecerunt, coactum. Quod quidem re ipsa falsum erat. ferè enim omnes in oriente, paucis exceptis, substantiæ patri equalem filium sunt opinati: & cõtrouersia in eo tantum erat, quòd partim quidem ἁποστολικὸν κο̄substantialem, partim autè ἁποστολικὸν κο̄substantialem filium dicerent. Et hæc quidè in Occidentis partibus acta.

CAP. 43. Nunc ad Synodum Seleuciæ celebratam transeo, quam Constantius propter viæ difficultatem Ariminensẽ æmulam, in Oriente agi præcepit. Seleuciæ apud Isauros centum & sexaginta Episcopi cõuenere. Quam verò inter se turpiter tumultuati sint & distracti huius Synodi Episcopi, qui nõsse volet, legat totum hoc caput apud Nicephorum. Nõ est visum opere precii, illud huc adscribere.

EPISTOLA ATHANASII ET Aegyptiorum Episcoporum, ad papã Liberium de oppressiõibus Arrianorum.

Concilium Alexandrinum.

Domino beatissimo & honorabilissimo, sancto patri Liberio papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorum Episcopi, in vnũ synodicè apud Alexandriã congregati: Vestræ beatissime paternitatis iura penès Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis & doctrinis, veræ fidei cultura, vniuersa repleta sit terra. Per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruenta admonitiõ exhortatoria, superedificatur orthodoxa Christi Ecclesia, apostolica institutione fundata, & à fidelibus patribus firmissimè roborata, ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris & potestatis consortio p̄diti, populorum agmina conuertentes, piè sancteq; de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinæ p̄destinationis gratia p̄scitos, salutaribus præceptis ac monitis p̄duxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectiõis implens exempla, Ecclesiam Dei morum

probitate & actuum sanctitate condècorat, & fide sacra Christianisq; moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, studijs pontificalibus indefinenter operatur & p̄ficit, seruans legis diuinæ mandata, quia non legis auditores iusti sunt apud Deũ, sicut narrat Apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Nos enim hæc meditari cupientes, & ea q̄ à sancta sede vestra apostolorũ, eorumq; successorum prædicatione suscepimus, atq; q̄ in Nicena synodo roborata cognouimus, prædicare, & Arrianorum blasphemias atq; aliorum hæreticorum repellere cupientes, quotidie ab his persequimur, & damnatiõi tradimur, atq; morti destinamur. Quæ de re precamur, vt vestris exhortationibus tam p̄ vos, q̄ & p̄ apocryphos vestros adiuuemur, nõ, dum illi crescunt, & nos minuiunt, vera fides destruat, & eorũ hæresis vltra fidem nostram crescat, quoniam timemus, vt postquam abudauerit iniquitas, refrigescat charitas multorum. Pro qua re, multa vestræ fidei doctrinæ tam apud Deum, q̄ apud cunctos fideles merces & laus reposita est, si vestra hæc reseruentur auctoritate. Nosram enĩ fidẽ, quã à sanctis patribus accepimus, & tenemus, atq; docemus, subter inferimus, vt si aliquis vobis aliter nos credere aut docere, aut accusando, aut mustitudo retulerit, vel detrahendo, scriptis madauerit, p̄ hæc manifestè nos ita credere & docere agnoscatis.

Credimus nanq; in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium, nec nõ & invisibilium factorem. Et in vnũ dñm Iesum Christum, filium Dei, natũ ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deũ ex Deo, lumen ex lumine, Deũ verum ex Deo vero, natum, nõ creatũ, homouision, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt cœlestia & terrestria. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die: ascendit in cœlum, venturus indè iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autè, qui dicunt, Erat tempus, qñ non erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia, vel essentia dicunt esse trepton, hoc est, conuertibilem atq; mutabilem filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo patres agnouerunt, & amplexi sunt, & consonantes & vnanimè scriptis explanauerunt.

Sed modò, quoniã contra hæc (vt nõstis) talia exurgunt, qualia non debent, venite, & nos, dilectissimi fratres, cum Deo descendamus ad visitationem, i. inquisitionem sermonum eorũ, & confundamus p̄ approbationem verissimã ibidẽ linguas eorũ, eleuatas contra scientiam vnigeniti filij DEI, & iniquitates in altitudinem humanitatis eius loquentes.

Rom. 2. d

Matt. 24. b

Psal. 74.

Psal. 2. Ephem. 6. d

Psal. 2.

Hiere. 14. c

Abcondi

Gen. 3. b

Prover. 6. a

Psal. 49

Iudic. 7. b

Roma. 7. e

Ecc. 4. d

Luc. 11. e

tes. Disrumpamus vincula eorum per gladium spirituale, quod est verbũ Dei, & projiciamus à nobis iugum ipsorũ, per expugnationem prophani sensus illorũ. Tunc enim ipse quoquẽ Dominus irridebit eos, & subannabit, & tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, secundum beatum Hieremiam, dicens: Falsò propheta isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, & non præcepi eis, neque loquutus sum ad eos. Visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideò hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo mendacium: Erunt p̄iecti in vijs Hierusalem, & conculcatio omnium piè cõfiteũum me, & non erit qui sepeliet eos. Nemo enim se abscondere potest, quibusdã subreptionibus cõmentitijs, sicuti nec folijs fici antiquus transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriã linguã inuerecudè nudatur. Laqueus enĩ fortis viro, labia eius: & captus proprijs sermonibus, & opere manuum eius: retributio autem laborum eius dabitur ei, & impietatis reprehensio. Arguam te, inquit, & statuam contra faciem tuam. Existimãsti iniquè, quòd essem tibi similis. Propterea (sicut dicit Dominus ad Gedeon) deponamus eos ad aquam veræ discretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione, in idipsum, p̄ nos corruentes, per ostensionem prauĩ intellectus eorũ, vtrũne sint apud se sapientes, diuini verbi scientiam ignorantes, quĩ dicentes esse se sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam Catholice Ecclesiæ, propria nouitate & voluntate, siue per ea, quæ illicitè in eius defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud compènter ad nos retinentes, quòd benè ad Iesum filium Syrach dictum est: Vsq; ad mortem certa pro veritate, & Dominus Deus pugnabit p̄ te. Huius rei gratia, vniuersalis vobis à Christo Iesu commissã est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre nõ negligatis: quia dum fortis armatus custodit atriuũ suũ, in pace sunt omnia quæ possidet. Ideo quæ, tanta urgente necessitate, summo operè comprimite vestra summa auctoritate infestis, releuate oppressos, vt absque graui, Domino opitulante, difficultate ipsi gratatè omni tempore sacrificare mereamur illis. Et subscriptio: Aeterna te seruet diuinitas per multos annos, sanctissime patrum pater. Amen. RESCRIPTVM LIBERII PAPAE ad eosdem, & est eiusdem epistola I.

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in vnum congregatis, & de Trinitatis fide rectè sentientibus Aegyptiorũ episcopis Liberius papa. Olim & ab initio tantã percepimus à B. Petro apostolbrũ principe fidutiã, vt habeamus auctoritatem p̄ vniuersali Ecclesia, ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum sancte Ec-

clesiæ commouere, ad lesionem rectè creditum, absque sui periculo honoris. Epistolã siquidem vestram, nobisque directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes & persecutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus & nos vnã vobiscum condolemus, & laborare pro vobis, vt pater pro filijs, parati sumus. Fidem verò Nicenã cõciliij in eadem epistola rectam reperimus, super qua & Deo gratias vberimas retulimus, pro qua non solum modò persecutiões & passionis sustinere vobiscũ parati sumus, sed etiã, si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, in quantum nostra finit fragilitas, non respicimus. Igitur prædictum sanctum concilium (vt legimus) definit Nicenum, aliam fidem nulli licere proferre aut cõscribere vel componere, aut sapere vel docere aliter, nec quicquam in fide sentire aut proferre, quod his patrũ regulis possit obuiare. Qui autem præsumperit componere aliam fidẽ, aut proferre, docere, vel tradere aliud symbolum, ad viam veritatis conuerti desideratibus de quacunque hæresi, vel ex Iudeis, vel ex paganis Christianos se fieri volentibus, hi si episcopi fuerint aut clerici, alienari quidẽ episcopos ab episcopatu, clericos à clero: si verò monachi aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur etenim beatus Apostolus, 1. Tim. 6. dicens: Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certauerit. Et iterum Dominus ait: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Videlicet, certaminibus sacris, p̄positis nobis, pro defensione catholice Ecclesiæ, magna q; salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore DEO, non deficiant manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem cuiuslibet desidiẽ dissolutæ, sed fortes efficiamur per gratiam Domini atq; virtutem potentie eius, quoniã perfecit pedes nostros tanquam ceruorum, & super excelsum firmius statuit intellectum summæ eius humanitatis propter salutem, maximè, tantam habentes impostam sanctorum testium nubem. Deponentes ergò omne pondus & circumstantem aduersariorum nouitatem, patientiam curramus, adspicientes in auctorẽ fidei & consummatorem Iesum, qui, in proposito nobis propter eum negocio, spiritũ nobis suæ veritatis condonet, loquentem in nobis, atq; perhibentem magnalia fidei per doctrinam sanctorum patrum, quos aduersarij calũniant quotidie. In Prophetis nanq; habetur: Propter Sion nõ tacebo, & propter Hierusalem nõ quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lapsus accendatur. Profectò catholica ecclesia, quæ vera consistit Sion, & ciuitas Christi cœlorum regis, per tot annorũ spatia expugnata ab auersantibus verba fidei, qui neq; Deum timent, neq; hominem reueretur, sed incasum perducentibus pijs & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum à diuersis cãtisq;

1. Tim. 6.

Matth. 10. 8

Psal. 7.

Heb. 12. a

Esa. 62. a

Tit. 3. c

scripto & sine scripto, contestationibus inuitati fuissent corrigere propriam & a se pelle-re haeresim, sicuti & per anteriorem cogniti-onem luculentius demonstratum est, tam per libellos, quam per suggestiones reuerentissi-morum sacerdotum, & venerabilium abba-tum, Apostolo protestante nobis, vt homine haeticum post primam & secundam corre-ptionem euitare debeamus, sciētes quia hui-usmodi subuersus est, & delinquit proprio iudicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere, aut quiescere, (nē quo-quo modo iniqui iudicemur, odibilem deo pacem amplectentes: quoniam scriptum est,

Psal. 72. Sapho. 3. a

Zelau in peccatoribus, pacē peccatorum vi-dens: & dicatur etiā de nobis: Sacerdotes mei contempserunt legem meam, & pollue-runt sanctuaria mea: inter sanctū & proph-a-num non habere distantiam, inter pollutū & mundum non intellexerunt) sed consur-gere cum Deo, & consistere promptē induē-tes arma spiritūs, aduersus malignantes con-tra fidem eius, vt approbemus spiritus sapiē-ter, id est, verba eorū, si ex Deo sunt. Scriptū est enim in Hieremia: Probatorum dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum. Multa nanque nobis necessaria est vigilantia, & tanta diuina sapientie rima-tio, quae occulta tenebrarum reuelat, ad req-uisitionem huiusmodi rei & scrutationē, quoniam latet quodammodo & absconditur, vix quae comprehenditur dolosa existens ma-litia, pro eo, quod sibi pietatem callidē blan-diatur, vt valeat scrutantium mentem latere.

Ezec. 22. f

Quod utique sciens beatus Apostolus, ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli & operarij subdoli, transfigurant se in Apostolos Chri-sti. Sed non mirum, quoniam & ipse satanas transfiguratur se velut angelum lucis. Et ideo non mirum, si ministri eius transfigurantur, velut ministri iustitiae, quorum finis secun-dum opera eorum. Sed & Dominus in hoc praemuniens nos, ait: Attendite a falsis pro-phetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quaestione deprecationem, & dicē-tes cum Dauid: Reuela oculos meos, & con-siderabo mirabilia de lege tua: Lucerna enim pedibus meis verbum tuum Domine, & lu-men semitis meis: quoniam ipse est (sicut ait beatus Daniel propheta) sapientia & forti-tudo. Dat sapientiam sapientibus, & scientiā intelligētibus disciplinam. Ipse reuelat pro-funda & abscondita, & nouit in tenebris cō-stituta, & lux cum eo est. Qui sapientiam (in-quit) & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi, quae rogauit te, cum ope diuina, vniuscuiusque personae, conscripta eorum, qui pro nouitatis commēto accusati sunt, de ve-nerabili scrinio nostro obscurantibus, & nobis rationabiliter offerentibus solertiū

1. Ioan. 4. a Hier. 6. g

intendamus, ita vt qui haec praesumpserint praeuaricari, primū quidem subiaceant iu-dicio terribili omnipotentis Dei, deinde au-tem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem Episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulū, aut militiam habeant, nudetur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, sua-rum substantiarum proscriptionem patian-tur. Si autem ignobiles, non solum in cor-pore verberentur, sed exilio perpetuo casti-gentur: vt omnes timore DEI compressi, & comminata eis digna supplicia reuentes, immobilem & sine turbatione pacem san-ctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato vi-ris clarissimis consulibus. Gloria Christo Ie-su Domino nostro, pax vobis. Amen.

2. Cor. 11. c

intendamus, ita vt qui haec praesumpserint praeuaricari, primū quidem subiaceant iu-dicio terribili omnipotentis Dei, deinde au-tem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem Episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulū, aut militiam habeant, nudetur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, sua-rum substantiarum proscriptionem patian-tur. Si autem ignobiles, non solum in cor-pore verberentur, sed exilio perpetuo casti-gentur: vt omnes timore DEI compressi, & comminata eis digna supplicia reuentes, immobilem & sine turbatione pacem san-ctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato vi-ris clarissimis consulibus. Gloria Christo Ie-su Domino nostro, pax vobis. Amen.

Matth. 7. b

intendamus, ita vt qui haec praesumpserint praeuaricari, primū quidem subiaceant iu-dicio terribili omnipotentis Dei, deinde au-tem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem Episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulū, aut militiam habeant, nudetur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, sua-rum substantiarum proscriptionem patian-tur. Si autem ignobiles, non solum in cor-pore verberentur, sed exilio perpetuo casti-gentur: vt omnes timore DEI compressi, & comminata eis digna supplicia reuentes, immobilem & sine turbatione pacem san-ctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato vi-ris clarissimis consulibus. Gloria Christo Ie-su Domino nostro, pax vobis. Amen.

Psal. 115.

intendamus, ita vt qui haec praesumpserint praeuaricari, primū quidem subiaceant iu-dicio terribili omnipotentis Dei, deinde au-tem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem Episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulū, aut militiam habeant, nudetur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, sua-rum substantiarum proscriptionem patian-tur. Si autem ignobiles, non solum in cor-pore verberentur, sed exilio perpetuo casti-gentur: vt omnes timore DEI compressi, & comminata eis digna supplicia reuentes, immobilem & sine turbatione pacem san-ctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato vi-ris clarissimis consulibus. Gloria Christo Ie-su Domino nostro, pax vobis. Amen.

Dani. 2. c

intendamus, ita vt qui haec praesumpserint praeuaricari, primū quidem subiaceant iu-dicio terribili omnipotentis Dei, deinde au-tem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem Episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulū, aut militiam habeant, nudetur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, sua-rum substantiarum proscriptionem patian-tur. Si autem ignobiles, non solum in cor-pore verberentur, sed exilio perpetuo casti-gentur: vt omnes timore DEI compressi, & comminata eis digna supplicia reuentes, immobilem & sine turbatione pacem san-ctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato vi-ris clarissimis consulibus. Gloria Christo Ie-su Domino nostro, pax vobis. Amen.

Iob 12. c

intendamus, ita vt qui haec praesumpserint praeuaricari, primū quidem subiaceant iu-dicio terribili omnipotentis Dei, deinde au-tem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam, si quidem Episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant: si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulū, aut militiam habeant, nudetur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, sua-rum substantiarum proscriptionem patian-tur. Si autem ignobiles, non solum in cor-pore verberentur, sed exilio perpetuo casti-gentur: vt omnes timore DEI compressi, & comminata eis digna supplicia reuentes, immobilem & sine turbatione pacem san-ctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data 8. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato vi-ris clarissimis consulibus. Gloria Christo Ie-su Domino nostro, pax vobis. Amen.

DECRETA FELICIS PAPAE SECUNDI.

Ex libro pontificali Damasi Papae.

FELIX natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit annum vnum, men-ses tres, dies tres. Hic declarauit Co-stantium filium Constantini haereti-cum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi iuxta Nicomediam in Aquilone villa. Et pro hoc declaratu, ab eodem Constantio Constantini Augusti filio, mar-tyrio coronatur, & capite truncatur. Hic fe-cit basilicam via Aurelia, milliario ab vrbe secundo, quum presbyterij honore funge-retur. Et ad eandem basilicam emit agrum circa locum, quem obtulit Ecclesiae, quam fecit. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyte-ros xxj, diacones v, Episcopos per diuersa lo-ca xix. Qui etiam passus est in ciuitate Co-rona cum multis clericis & fidelibus, occulte iuxta muros vrbs ad lacus Traiani, iij. Idus Nouembris. Et exinde raptum est corpus ei⁹ a presbyteris & clericis noctū, cum Damaso presbytero, & sepultum est in basilica supra-dicta, quam ipse via Aurelia construxerat, xij. Kalendas Decembris, milliario secūdo. Et cessauit Episcopatus dies xxxvij.

EPISTOLA AEGYPTIORVM pontificū ad eundem, de infesta-tionibus Arrianorum.

Domino beatissimo & honorabili, san-cto patri Felici, sanctae Sedis Aposto-licae vrbs Romae Papae, Athanasius & vni-uersi Aegyptiorū, Thebaidorum, & Liby-orum Episcopi, in sancta Alexandrina syn-odo, gratia DEI, congregati: Vestro san-cto suggerimus Apostolatui, vt nostrū, more solito, sollicitudinem gerere dignemini, iu-xta

24. q. 1. Qui contra pacē.

Anno Dni 370. vt ple-riq; anna-tarunt.

* Cortona

* xvij.

3. Cor. 11. g

Esaie 49. d

xta vestram prudentissimam sapiētiam, quae omnibus luce clarius manifesta est: quia Apo-stolicis vestra beatitudo visceribus commo-ta, si per tribulationem nostra nos omnes hor-tata est, ad tuitionem catholicā & Apostoli-cae Ecclesiae in vnum conuenire, & de nostra oppressione canonicē & vnanimiter tracta-re, dum constat vos vnā cum B. Paulo Apo-stolo eadem compassibiliter dicere: Quis in-firmatur, & ego non infirmor? Quis scanda-lizatur, & ego non scandalizor, nē aliqua de his, quae vobis creditae sunt, rationabili-bus ouibus a bestijs capiatur. Ideo pater be-atissime, quia semper antecessores nostri & nos a vestra Apostolica sancta sede auxilium hausimus, & nostrū vos curam habere agno-uimus, praefatam Apostolicam & summam expetimus iuxta canonum decreta sedem, vt indē auxilium capiamus, vnde praedecesso-res nostri ordinationes & dogmata atque subleuationes ceperunt. Ad eam quoque, quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non potest mater obliuisci infantem suum. Sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos, quoniam non leuibus nos inimici nostri implicauerunt af-flictionibus, & quotidie facere molitur, & apprehendere, aut ferris nos constringi mi-nantur, nisi eorum consentiamus erroribus: quod nequaquam, vobis inconsultis, agere praesumimus, canonibus quippe iubētibus, absque Romano, nos de maioribus causis nihil debere decernere, pontifice. Ideo q; ad propositum recurrentes, & ad brauium pro-perantes, vestra Apostolica Sedis implora-ramus auxilium: quia (vt credimus) nō despe-xit Deus preces cum lachrymis sibi oblatas seruatorum suorum, sed ob id vos, praedeces-sores q; vestros, Apostolicos videlicet presu-les, in summatis arce constituit, omnium q; Ecclesiarum eis curam habere praecipit, vt nobis succurratis, nosque tuentes, cui omne Episcoporum iudicium est commissum, li-berare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicena magna synodo trecē-torum xvij. Episcoporum, ab omnibus con-corditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia cele-brare, nec Episcopos damnare, licet haec & alia quam plura necessaria, ab haereticis, qui nos quotidie infestant & perdere nituntur, vt facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa, nobis q; sublata. Qua de re, hac inuenta occasione indifferenter, omni canonica & apostolica postposita authorita-te, nos viā proprijs, vobis inconsultis, illicitē expellunt sedibus: ouesque, nobis a Christo Domino apostolica commissas gratia, inua-dunt, gradibus priuant, & quod pessimū est, & omnibus Christianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo (vt semper vestrae fedi sanctae consuetudo fuit) periclitā-tibus subuenite, oppressos roborate, tribu-

latis manum porrigite, taliaq; prohibete, & leges imponite, vt Apostolica doctrina, quae in Deo est, citō ad victoriam iudicium per-ducere valeat nostrum, nosque (Apostolorū principe suffragante Petro) ab imminenti-bus periculis liberare. Nouimus nanque, in iam praefata Nicena synodo generaliter esse decretum, vt nullus passim vageque Episco-pos, aut praesumptiuē lacerare, aut accusare, & qui non sunt rectae fidei, vel bonae vitae, vel clarae conuersationis, aut infamare praesu-mat: sed prius, si erga Episcopos vel autho-res Ecclesiae quisquam causam habuerit, eos cum charitate mansuetē conueniat, vt ab eis vulnus, vnde agitur, rectē sanetur: aut ipse, si fecus egerit, accusator excommunicetur. quōd si ab eis nihil valuerit rectē percipere, tunc primō summos adeat primates, & ipsi, tempore congruo, canonicē eos conuocare debebunt. Qui si aut suis rebus expoliati, aut a proprijs sedibus eiecti, aut exulantes, vel oppressi, aut iniquē tractati fuerint, pri-mō eruantur, & canonicē restituatur, atque omnia sibi sublata integerrimē eis legibus reddantur: quoniam priusquam haec fiant, (vt in praedicto constitutum est concilio) nec canonicē conuocari, nec distringi a quoquā possunt, quoniam nec seculi leges haec fieri permittunt, quāto magis ecclesiasticae? Si-militer & a supradictis patribus est definitū consonanter, vt li quisquam Episcoporum, aut metropolitanum, aut comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram fan-ctam Romanā interpellat sedem, cui ab ipso nomino potestas ligandi ac soluendi specia-li est priuilegio super alios concessa. Ipsa enī firmamentum a Deo fixum & immobile pe-cepit, quoniam ipsam, formam vniuersorū titulorum lucidissimam, Dñs Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes (Eccle-siae) vertuntur, sustentantur, releuantur. Et sicut in Christo Christiani, & in petra (id est, Chri- Legendū videtur, Et sicut in Christo Chri- sto) pe- siani, ita & in Petra, i. Petro, renouatur trus, Ecclesie. vt sit sensus, Rom. Ecclesie pon- tificē, si quid in ceteris Ecclesijs vitiatū reno- aut deprauatū sit, sua auctoritate & pos- se & debere corrigere. tur Ecclesiae. Tu es enim (sicut diuinum ve- raciter testatur eloquiū) Petrus, & sup funda- mentū tuū, ecclesie colūne, i. Episcopi, q. Ec- clesiam sustinere, & proprijs humeris portare de- bent, tibi sunt cōfirmatē, tibi q; clauēs regni cēlorū cōmiserit, atq; ligare & soluere potesta- tiuē, q; in terra, & q; in cēlis sunt, pmulgauit. Tu prophanarū haeresiū, & impetitorū, atq; omniū infestantiū depositor, vt princeps & doctor, caputq; oīm orthodoxe doctrine, & immaculatē fidei existis. Igit nē despicias, pa- ter, tuorū patrū pietatē, bonamq; intentio-nē. Et sicut illi, patres & praedecessores nostros a multis liberauerūt oppressionibus & angu- stijs,

Et habetur in epist. dec. Iulij contra orientales pro Athana- sio, cap. 7.

Ibidē ca. 17.

Ibidē cap. 8.

Ibidē cap. 4. Ibidem ca. 3.

Matth. 16. c

Ibidem.

stij, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestrae sanctae & Apostolicae Sedi licentia, iniuste damnatos vel excommunicatos, potestatiue sua autoritate restituere, & suis eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, apostolico punire priuilegio, sicut etiam nostris & anterioribus cognouimus actum temporibus. Porro & ipsi primates, qui Episcoporum & summorum Ecclesiasticorum negociorum causas suscipere debent, in praefixa Nicena Synodo sunt dinumerati, ne in posterum contentio ex hoc oriretur. O sanctissime pater patrum, absconde blasphemias, & iactantiam vaniloquorum, & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimendum, atque perdere volentium, qui ad vos, quasi ad caput confugimus, ut vestro suffulti auxilio liberemur, & vobis nobisque commissas Christi oues, a luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur, eripiamus. Nec enim fas est, supplicum Apostolice sedis scripto aut sine scripto preces oblatas despicere, sed (ut cõdecet, & priuilegium vestrae sedis est) & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de nostris obiectionibus canonicè cum omni probitate concertemus, sicut praedecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, & sicut canonica in praedicta sancta synodo docent instituta, & veluti palliati verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, plenam purgationem in communi consistentes auditorio, de maturis & enutrientibus Catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum consequamur institutionum. Antiquis enim regulis sancitum est, ut quicquid quantum in remotis aut longinquis positis prouincijs super Episcoporum querelis aut accusacionibus ageretur, non prius tractandū vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestrae fuisset deductum, ut huius autoritate iuxta, quæ fuisset, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur: indeque sumerentur normam, vnde ecclesiæ sumpsere praedicationis exordium, ne passim ab insidiatoribus columnæ euertentur ecclesiæ. Certum est enim, eidem sanctæ Sedi vestrae, in honorem beatissimi Petri, patrum decreta peculiarem decreuisse reuerentiam DEI, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas sollicitè decet iusteque ab ipso praesulum examinari vertice apostolico, cuius sollicitudo semp fuit & est, tam mala damnare, quam probare laudanda. Quocirca humilimum vestro Apostolico culmini persoluentes obsequium, ut ipse Dominus precepit, & sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lachrymis suggerimus, quod sine gemitu cordis reticere non valeamus. Nam intantum a persecutoribus sanctæ Dei ecclesiæ, nostrisque inimicis persequimur, ut magis nos tædeat viuere, quam

*verbs

* iuxta q̄ fuisset pronuntiatio facta, infirmaretur, aut

mori. Vnde pre omnibus fatemur intantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticū illum planctum exoptemus, dicentes: Quis dabit capiti nostro aquam, aut oculis nostris fontem lachrymarum, ut sedentes, ploremus die ac nocte? Ecce enim Ecclesia Dei non leuiter perturbatur, columnæque eius nimis infestantur, atque a prauis amoueri hominibus nituntur. Christianorum verò voces ac gemitus Episcoporum, longè lateque resonant, nouitates insurgunt, calumniae crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est enim, nobis manum porrigere, quia vobis commissi sumus. Vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumque est, a vobis auxilium expetere, vestris parere iussionibus. Prae nimio ergo dolore & gemitu, omnia quæ nobis insunt, & nos infestant, necessariò recordari, vobisque significare nequimus. Ideò alium vestrum exoramus apostolatū, ut super his legem, quæ in memorata Nicena synodo est promulgata, licet praedictorum insidiatorum & aliorum malorum hominum (ut facilius Episcopos, Dei que ministros valeat illaqueare) deprauatione sit suffocata, reparatis: & quæ necessaria fore cognoscitis, vestrae sanctæ sedis autoritate, nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum, vestra fulti autoritate, illasi, Domino opitulante, euadere valeamus: quia non est ouium, insidias luporum prauidere, sed pastorum est. Scimus enim (ut semper vestrae Sedis praesules, primò Apostoli, deinde successores eorum, fecerunt) vos vniuersalis ecclesiæ, & maximè, Episcoporum, qui oculo, propter contemplationem & speculationem, vocantur Domini, curam gerere, ac de releuatione & lege nostra assidue cogitare debere, sicut scriptum est: Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte: quæ meditatio, non lectione per figuram literarum tantum conspecta, sed exuberante in vobis Christi gratia, in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita, & nullatenus de vestro corde recedete lege Christi Dei Domini sacrosancta, sicut in psalmo dicit, propheta: Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, lex DEI eius in corde ipsius: non atramento, sed spiritu Dei viui vestra in arcana conscripta, neque in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet epistola. Quibus premis, significamus Deo placitæ paternitati vestrae, die xvij. Kalendarum Augustarum, indictionis quartæ, nostram humilitatem, diuina gratia, suo (ut precepit) munere preueniente, vestris sanctis ac deo dignis precibus in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolam, in quo dignitatis fastigio, ut a Deo omnipotente regamur altissimo, & a malis omnibus liberemur, ut non

Hier. 9. a

*necessaria

Psal. 1.

Psal. 36.

2. Cor. 3. a

sacer-

sacerdotale nomen tantum, sed Christi Domini Dei nostri protegente auxilio, & meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus, poscimus, quatenus & vestris deprecationibus, pro nobis ad Deum effusis, muniti, & eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur, cum omni nobis populo Christiano commisso illasi, protegi velamento diuino. Ad salutationem ergo vestrae sanctæ & honorandæ paternitatis vice nostra, Benedictum humilem vestrum fratrem, nostrum Episcopum, & Alexandrum presbyterum, Crispinum quocumque diaconem vestros famulos destinauimus, quos postulam, celerius nobis a vestra beatitudine persolui, ut vestris cohortationibus roborati, & vestris regulis informati, inimicis videlicet compressis, ad proprias prouidenter consolati valeamus Ecclesiæ ante hyemem Deo propicio remeare. Vestrum est quippe, pater sanctissime, canonica distinctione sollicitè, Ecclesiastica regulæ aduersantibus & fratrum insidiatoribus obuiare, nec permittere nouiter dici, quod patrum venerabilium autoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, quæ recta sunt, adiuuante Domino, sapientes, vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defendentes. Studio sius itaque a catholicis, improbis probè resistere innitendum est, ne torpentes desidia oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxij, & quasi fauorem impendentes iudicemur, dum aduersa catholicae fidei propulsare negligimus. Vnde dictum est: Negligere quippe, dum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Liqueat, doctor sanctissime, venenosa serpentium sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite (quæ sumus) oppressi, liberate nos de manu persequentium, ut cum beato Iob cætetis: Benedictio pituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo. Oculi mei caeci, & pes claudus. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de detibus eorum auferebam prædam, & reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, i. oes Episcopi, præcipue tuum mereri debemus iudicium, & non ab alijs deuorari. Merito ergo nos domini causa respicit sacerdotes, si silentio faueamus errori. Si quidem corripantur huiusmodi, nec sit liberum eis, pro voluntate facere iudicium. Desinat nouitas incescere vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam ut omnes Metropolitanani vel reliqui Episcopi, sua odia aut vindictas in reliquos Episcopos exercere non valeant, ideò

Iob 29. c

*illius

nominatim in Nicena synodo expressi sunt primates, qui reliquos Episcopos audire & iudicare debeant, ne ulla fraus in iudicio Episcoporum possit irruere. Vos ergo, qui in summa specula gratia Dei estis positi, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant. Ideoque exoramus, ut minimè despiciatis humilitatis nostræ & omnium Orientalium orthodoxorum sacerdotum & populorum afflictiones, & deprecationes cum lachrymis oblatas, sed sicut luminaria vniuerso mudo, verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatenus funditus extincta huiusmodi caliginè, lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime pater, & dogmatica definitio vbi quæ omnes lætificans, quam gloriosè Ecclesiæ sanctæ patres per propria piissima dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicasse noscuntur.

Et subscriptio:

Incoluem te & beneplacitum Deo, sanctissime pater patrum, orātem pro nobis, Dominus custodiat in æuum. Amen.

CAPITVLA SEQVENTIS

Epistolæ decretalis Felicis papæ secundi.

Vt nemo Episcopum penes arbitros secularis accuset. 1
Si quis aduersus Episcopum causam habuerit. 2
De eadem re. 3
De Episcopis rebus suis expoliatis, aut a se de pulsis. 4
Infames & sacrilegos ad testimonium non admittendos. 5
Si Episcopus vocatus ad concilium, ire non potuerit. 6
De causis quæ legibus non continentur, vel prohibita noscuntur. 7
De accusacionibus Episcoporum, & rerum suarum ablatarum redintegratione. 8
Quibus non liceat accusare, vel testificari. 9
De eadem re. 10
De personis accusatorum. 11
De primatibus & Metropolitanis. 12
De accusacionibus Episcoporum, & ineptitudine accusantium. 13
Qui non debeat admitti ad accusacionem. 14
De eadem re. 15
Licere in Ecclesiasticis negocijs, dicta causa & finita, recedere, quod in secularibus non licet. 16
De accusacionibus Episcoporum. 17
De non terminandis causis Episcoporum absque autoritate Romani pontificis. 18
Si Episcopus a comprouincialibus, vel a metropolitano senserit se pregrauari. 19
De iudicijs Episcoporum, & de tempore cõcesso ad preparandum, & comparandum. 20
De

De iudicibus & accusatoribus, quales debeant esse.

RESRIPTVM FELICIS PAPAE SECVNDI, AD eosdē in Alexandrina synodo cōgregatos, & est ipsius epistola prima.

R Euerendissimis atq; dilectissimis fratribus, Athanasio & vniuersis Aegyptiorum, thebaidorum, Libyorum episcopis, in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix almæ Romanę vrbis & vniuersalis ecclesię episcopus, & sancta synodus, quę in vrbem Romę conuenit, in Domino salutem. Sacram vestram synodicam epistolam, per gratiã sancti spiritus, & Deo placitum studium cōscriptam, vestrę à DEO honorandę sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter in synodo recitari per singula iussim⁹, & omnes intente eius colligere verba præcepimus: super quę, dum lætari sperabamus & cupiebamus, versa est in luctum cithara nostra, cantatio in plorationē, & omne totius synodi gaudium in mærorem translatum est: quia non decuerat, vt hi, qui corpus CHRISTI quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem, quoniam Domin⁹ Deus noster, salutem prouidens generis humani, mandauit persecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, nec in uideri laborantibus in agro Dominico, neque dispendiosos magni regis vexari aut expelli. Qui escite, inquit sancta magna Nicena synodus, & nolite persequi eos, qui DEO perfectē ministrant, & syncera uoluntate Dei superni mādāta custodiunt, & nostris legibus subiugantur, quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui & carnales, spirituales psequantur. Omnis enim qui resistit alicui, nunc uertendo, nunc celādo ueritatem, mentitur aduersus eum, cōtra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, & insup̄er loqui contēdit. Vos enim monemus, fratres, in speculis esse debere, vt in quantum potestis, & Dominus auxilium dederit, talibus nostra Apostolica uestraq; autoritate resistatis, nec quicquam uestrum à fratris auxilio se subtrahat, sed pro uiribus præstet adminiculum. Quoniam, licet pauci sitis, si vnanimis fueritis, nullatenus, iustitia suffragante, domino quoquē opem ferente, sup̄abimini, quia funiculus triplex difficilē rumpitur. Nam si officijs secularib⁹ humana lex subuenit, quanto magis ecclesiasticis & Domini sacerdotibus, maximeq; p̄tificibus, qui pupillæ oculorum Domini nuncupantur, diuina atque catholica lex suffragari debet? Ait enim diuinum de episcopis eloquium: Qui uos tãgit, tãgit pupillã oculi mei. Et si seculares humana multipliciter explorantur homines lege, & requisitiones atque inducię eis multorum mensium conceduntur,

Iob 30. d

6. q. 1. Qui scite, inquit sancta.

Ecces 4. c

Zach. 2. c

nē iniuste damnetur: quanto magis episcopis, qui proximiores sunt Deo, & super hos constituti, positiq; in cælesti militia, quę impensius ponderanda est, tempora sunt cōcedenda multò ampliora, nē à quibusdam grauentur, opprimantur, vel subito damnetur? Incipiamus ergò, adiuuante Deo, & sancto Petro apostolo, per quem apostolatus & episcopatus in CHRISTO cepit exordium, quoniam plures sæpē emerferunt causę, quę in quibusdam non erant causę, sed crimina: quia magis, vt comperim⁹, iniquitate, quàm charitate fratribus sunt impositę, & vt decenter sollicitudo sit, nē talia eueniant, capitula quędam, à sanctis patribus tam in Nicena synodo, quàm & in hac sede constituta, ponamus, quibus fratres & coepiscopi nostri fulti, insidias inimicorum, auxiliante domino, valeat euadere, & prout Dominus posse dederit, paucioribus uerbis tantorum malorum imitemur compēdium, & strictum, quę in volumine literarum uestrarum comperimus, retractemus, & alia nonnulla instantis temporis necessaria, prout petitis, ponamus. 1. Est nanque synodice decretū institutis, vt nemo episcopum penes seculares arbitros accuset, sed apud summos primates. 2. Si quis aduersus Episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat, vt eum accuset, quàm familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo aut iustam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente ueritate: Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripere eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuū. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum: & si non hos audierit, dic ecclesię, id est, accusa eum publice, & nō prius. & reliqua. 3. Si quis episcopum post hęc elegerit accusare, summis primatibus Episcoporum suam indicet causam, & non secularibus, qui magis ad pacem, quàm ad iudicium eos reuocent, vt charitas in omnibus & ab omni-ba custodiatur. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum, canonicē conuocatam, nō infra angusta tempora, canonicē conuocent, & non prius, quàm eis per scripta significant quid eis opponitur, vt ad responsionē præparati adueniant. Nā si aut vi, aut timore eicēti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicē euocari ad synodū possunt, nec respondere emulis debent, antequàm canonicē restituant, & sua eis omnia legaliter reddant. 4. Si quis Episcoporum fuerit suis rebus expoliatus, aut à sua Ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet & decet Episcoporum propositum semper prima fronte cedere, vt omnia quę ei ablata sunt, potestati eius legaliter reddantur, & præsul prius restituantur, & po-

*Episcoporum ppositū semper prima fronte cedere. *sanctū ppositū semper prima fronte cedere.

5. q. 2. Si primates accusatorum.

Matth. 18. b Luca. 17. a

& postea non statim, sed diu & per spatiosa tempora suis potestatiue dispositis, & ad suam necessitatē preparatis, ad tempus ueniat ad causam, & si iuste uisum fuerit, accusatoribus respondeat suis. 5. Nulli infami atque sacrilego de quo unquam liceat negocio aduersus religiosum Christianum, quantum humilis seruilisq; persona sit, testimoniū dicere, nec de qualibet re actione, aut inscriptione Christianū impetere. 6. Si quis episcopum legitime accusatus, & supradicto ordine ad concilium canonicē conuocatus fuerit, absque ulla trepidatione ire debeat, & si ire non potuerit, p se legatū ad synodum mittat. 7. Nullę causę à iudicibus ecclesiasticis audiantur, quę legibus non continentur, vel quę prohibita esse noscuntur. 8. Si quis aliter nō adqueuerit, nisi vt episcopū accuset, sup̄a taxato hoc tenore agere debeat, quia aliter rata nō potest accusatio existere. Tunc primò accusati causam accusator apud primates canonicē deferat. Nec à communiōe prohibeatur accusatus, nisi ad electorum iudicium canonicē conuocatus, infra tres aut sex vel plures menses, pro suis rationem redditurus, venire distulerit. Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille uero, qui vi aut timore à sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, nō prius uocetur ad synodum, quàm ei omnia legibus reintegrentur. Et tam diu in sede propria pacifice & potestatiue cuncta disponēs, residet, q̄ diu expulsus vel expoliatus carere uisus est rebus. Cum autem ad iudicium uenerit, si uoluerit & necessē fuerit, inducię ei petēti à patribus constitutę, absq; impedimēto cōcedantur, & iudices à se electi, tribuantur vt in loco uindē est ille, qui accusatur, aut si alicuius temerarię multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absq; timore suos si necessitas exposcerit, testes habere, & absq; impedimento suam canonicē sententiã finire ualeat, quia multa per subreptionem euenire solent. 9. Vt testificandi vel accusandi licentia denegetur his, qui Christianę religionis & nominis dignitatem, & suę legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint. 10. Multum derogatio præualet, quando derogatori credit. Ideo varijs detractionibus atq; accusationibus nō decet labefactari primatem, sed magis patrū regulis roborari. Nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente domino: Nō suscipias uocē mendacij: sed prius probare debet suspitionē & causam, aut quo animo hoc faciat, & postmodum suscipere: quia ueritatis, p̄fessionē, p̄pinitatis, inimicitia, timoris, amoris, odij & cupiditatis intētio, impedire & aduersa fratribus irrogare solet.

Et idem habetur in decretis Iulij cap. 35.

3. q. 2. rā diu in sede. ut in de. luo. li. 4. 3. q. 3. Cū accusatus ad. ut in de. luo. lib. 4.

Exod. 24. a

11. Personę accusantium tales esse debent, quarum fides & conuersatio & uita, probabilis & absq; reprehensione sit, & quę omni careant suspitione: quia & hoc, te præsentē, vt benē nōsti, in nicena synodo, propter malorum hominum infestationem, ab omnibus diffinitum est, licet prauorū hominū infidij sint hęc & alia q̄ plura deleta. 12. Primates illi, & non alij, sint, q̄ in Nicena synodo sunt constituti. Reliqui uero, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi uocant, & non primates, salua in omnibus apostolicę sedis dignitate, quę ei ab ipso Domino est concessa, & postea à sanctis patribus roborata. 13. Primò semper in omni Episcoporum accusatione, uita, persona & conuersatio accusanti enucleatim inquirat: & postmodum ea, quę obijciuntur, fideliter pertractentur: quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personę, uita, & actus discutiantur: quia non debet prauorum aut insidiantium hominum pernicie, uita lacerari innocentium. Sanē sapissimè boni à malis persequuntur, qui non cessant suis calamitatib⁹ alijs derogare. Ideo summo perè prouidendū est, nē hęc fiant. 14. Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum vel detrahendū est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicę non admittūt, permittantur episcopos accusare: quoniam accusatores & accusationes, quas leges seculi nō recipiunt, qua ratione sacerdotales eas recipere debet ordo, inuenire nequeo, cum hęc & in Nicena synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant: & Apostolus dicat, Spiritus iudicat omnia, ipse uero à nemine iudicatur. 15. Hæretici, à quib⁹ nimium opprimimur, excommunicatiq; homicidę, malefici, fures, sacrilegi, raptores, uenefici, adulteri, & q̄ raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad fortilegos magosq; concurrerint, nullatenus ad accusationē vel ad testimonium erunt admittendi. 16. Nec ita in ecclesiasticis agendum est negotijs, sicut in secularibus. Nam in secularibus, postquam legibus uocatus uenerit, & in foro decertare cœperit aliquis, nō licet ante peractã causam recedere: in ecclesiasticis uero, dicta causa, recedere licet, si necessē fuerit, aut si se prægruari uiderit. 17. Quoties episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste & canonicē recipi debeant, legitima in synodo suo in tēpore cōgregata, ab omnibus canonicē audiat, qui sunt in prouincijs, episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur Episcopus: quia pp sacer-

Hic nota q̄ dā de decre. in Nicena synodo deleta.

Matth. 16. e

*deceat

*calumnijs alios denigrare.

1. Cor. 2. d

pp sacer-

facerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui throni DEI vocantur, prauorū hominū insidijs turbari debent, sed liberè Christo Dño famulari.

18 Quinquam comprouincialibus episcopis vnā cum eorum metropolitano, suę prouincie causas Episcoporum liceat charitativè & concorditer agitare, non tamen (sicut in prædicta, te præsentē, cōstitutum est synodo) licet definire absque Romani pontificis autoritate. Quod si secūs à quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerint, suę præsumptionis suscipiant damnū: & illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, autoritate huius sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri clauigeri Petri potestate soluantur, atq; restituatur. Ipse enim ait dominus: Quęcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælis.

Math. 16. c

19 Quoties episcopi se à suis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint p̄grauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatiōe liberè ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorū res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani pontificis autoritate finiatur. Quod si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicena synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, benè Athanasi nōsti: quoniam quando tu & Paulus Constantinopolitanus, Asclepius gaze & Lucianus Adrianopolites, ab Orientalibus Episcopis, inconsulto sanctæ memoriæ Iulio prædecesore nostro, damnati estis, & ad eum quasi ad totius orbis caput (vt semper huic sedi sanctæ licitum fuit) confugistis, cognita eorum nequitia, & vestra iustitia, vos in communionem suscepit, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, suas singulis reddens ecclesias, Orientalibus scripsit, culpans eos, quod non rectè tractassent viros inculpabiles de suis ecclesijs expellentes, & constituta Niceni concilij minimè cōseruantes. E quibus ad certū diē nonnulli, sibimet adesse p̄cepit, vt de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, & coram eis ostenderet, iustum se super eis protulisse decretum. Interminatus est etiā non talia deinceps fratres esse passuros, & nisi ab huiusmodi præsumptionibus cessarent, à proprijs esse gradibus eos recessuros. Tali enim huius sanctæ sedis priuilegio tu & fratres tui proprias recepistis Ecclesias, cum omnibus sibi pertinentibus. His em̄ & alijs quāplurimis documentis manifestum est, nullum

damnari aut suis expoliari rebus debere episcopum, qui hāc sanctam sedē interpellauerit, aut sibi defensoricē adscuerit, donē iudicium de eo nostrę apostolicę autoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri agnoscat, quia solūmodo Christus Iesus huic sanctę sedi, id est, apostolicę, hoc facere commisit, vt potē quoniam solus atque præ omnibus præfatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit à rege regū Christo Deo claus regni cælorum.

Matth. 16. c
20 De iudicijs verò Episcoporum, super quibus consulistis, diuersas à patribus regulas inuenim⁹ institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes cōfirmandos, & consilia Episcoporum atque amicorum quærenda, annum aut sex madauerunt menses concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus verò quā sex mēses nō reperī, quia & laici hæc indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus? Nam & à nostris antecessorib⁹, atque reliquis sanctis patribus multotiēs inhibitum est, nē quis Domini sacerdotib⁹ detractiones irroget: quanto magis accusatiōnes, nō ex radice charitatis prolatas? Quiescite, inquit, & nolite persequi eos, qui p̄fectē Deo ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedatur, & recedentiū à Deo angelorū pelluntur incurfus, qui que omnes demones, qui corrupti sunt, precum assiduitate confundunt. Inducjē nanq; non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communicatores in prouincijs positos conuenire, & testes præparare, atque cōtra insidiatores se pleniter armare valeat.

*recipi

Suprà in principio huius dec. vbi allegat Nicenū cōcilium.

21 Iudices em̄ & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, & ex radice charitatis suam desiderēt promere sententiam. His ergò tam legaliter, quā & canonicè prolatis, etiā omnium Christianorum reuerentiam congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione & timore Dominico, per que humana remouetur offensio, & ecclesiarum ædificatio preponitur vniuersis, vt magis vniuersi ad ædificationē fratrum laborent, quā ad damnationem, quoniam ait Dominus: In hoc cognoscent omnes q̄a mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Iam em̄ formā dedimus, & à prædecessoribus nostris datam esse cognouimus, vt si quis se agnouerit Christianum, illud seruet, quod ab apostolis nescitur esse contraditum, dicente apostolo Paulo: Si quis vobis annūciauerit, præter quod accepistis, anathema sit. Christus em̄ DEI filius, Dominus noster, humano generi, p̄pria passione salutem plenissimam cōdonauit, vt nos liberaret. Et si Deus intantum nos dilexit, vt etiā p̄prio filio nō parceret, sed pro nobis

3. q. 3. De inducijs verò

Ioan. 13. d

Galat. 1. b

Roma. 8. f

Rom. 14. c

1. Petr. 5. c

Abascuc. 2. b

Sap. 1. b

Proou. 2. c

Rom. 12. a

Ecc. 5. c

*ab huiusmodi blasphemia se sub.

nobis omnibus illum traderet, vt nos liberaret: vt quid nos nō diligimus fratres, aut eos temerè iudicamus, cum prædictus dicat Apostolus, Nolite iudicare inuicem, sed hoc magis iudicate, nē ponatis offendiculum fratri vel scandalum? Nam si illi qui fratres diligūt, ex Deo nati sunt, & vident Deum: quid ergò erunt illi, qui eos persequūtur, & eos, detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliantur? Si illi filij Dei, proculdubid⁹ hi filij sunt diaboli, qui semper, sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, itā fratres insequuntur, vt perdant. Qui verò adiuuare fratres refugiunt, maius peccatorū onus acquirūt, & fraternitatis solatio rei existunt: Væ (inquit propheta) qui potum dat amico suo, mittens felium. Et iterum sapientissimus Salomō ait: Quoniam qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripies iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum aut illius ad Deum perueniet auditio, ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurātium non absconderur. Hæc enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu, ad reprobum minimè laberētur, sed per Dei timorem sermonum suorum præcauentes custodiā, piam sanctorum patrum definitionem, sinē quadam nocuenti presumptione vtique conseruarent: quoniam dicit sacrum eloquium, Consilium bonū cōseruabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutariferis, spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ, procedunt tales accusatiōnes & detractiones. atq; idēo competenter nos beatus Paulus admonens, ait: Non debere plus sapere, quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. In definitione pietatis perduremus. Qui enim hanc prætereunt, non tantum ipsi sunt decidetes à corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerūt omnibus memoriam, vt in his, in quibus peccauerunt, minimè latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela: & in lingua hominis, casus illius est. Ideoq; cōueniens est, hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum, nostris actibus inseri, nē vltiū iam talia patiamini, seminantibus illis zizania & scandala, sed letari in officijs & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia, & huiusmodi blasphemia subtrahere festinet, si noluerint à sacerdotali nostro collegio segregari, & à Christiani populi societate diueli. Licet nanque de his plura & pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab Apostolis eorumq; successoribus, nostris videlicet prædecessoribus, statuta inueniuntur, dicere & cōscribere potuissimus, tamen melius nobis visum est, vt epistolā oratione claudamus: Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius, & saluator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fra-

tribus & coepiscopis nostris, quibuscunque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatientes, crucē eiusdem Domini saluatoris portetis, vt veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, vt & vos, & qui vobiscum sunt, hīc & in futuro possideatis meliora, quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus diligētibus se, per Dominum nostrum Iesum Christū, per quem & cum quo omnipotenti DE O patri gloria in secula seculorum. Amen. Valere vos opto, fratres charissimi. data Idib⁹ Februarij, Agario & Iuliano viris clarissimis cōsulis.

1. Corin. 2. a

EIVSDEM AD EOSDEM EPISTOLA, & ad reliquos Domini sacerdotes de patienti sufferentia persecutionum & tribulationum, est que tertia epistola.

Felix sanctę vniuersalis Ecclesię papa, atque per gratiā Dei catholicę & Apostolicę ecclesię vrbis Romę Episcopus, vnā cum sancto concilio nostro reuerentissimorum sacerdotum, huc nobiscum cōuenientium, in confirmatione pijsimorum catholicę ecclesię dogmatum, & releuatione oppressorum fratrum, coepiscoporum videlicet nostrorum, qui rectam Niceni concilij tenent fidem, & qui fratres non infestant, vniuersis spiritualibus fratribus nostris, & reliquis in sacerdotali collegio domino cōsecratis, atq; omni plenitudini Ecclesię catholicę, gratia vobis & pax multiplicetur in confortatione & sanctispiritūs communionē, quatenus in eo proficientes, à gloria in gloriam, virtutes annūciamus eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Portate, fratres, hortamur, persecutiones & tribulationes patienter, vt eius inueniamini filij, quem quotidie patrem vocatis Deum in cælis: & in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omnia. Qui etiā proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Imitatores quoque Dei, cōuenit, in omni verbo & opere imitari Deū. Ideoq; illud oportet nos dicere, quod ipse de se phibuit Dñs: Veniet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet. Venerunt & illi qui vos & nos persequūtur, quia vos sinē nobis persequi non possunt, quoniam vnus Dei membra sumus, & vnus illius sacerdotium per eius sanctificationem retinemus, & in nobis de suis nihil inueniunt: quia quicquid sumus, gratia Dei sumus, licet propterea calūniari nos irrationabiliter studerint, quod facere solēt inuimici, suā ex hoc cooperire dementia properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. Scripsi em̄ vobis (inquit beatus Apostolus) per multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis, quam charitatē abundantius ha-

1. Petr. 2. b

Iaco. 1. c
*momenti

Rom. 8.

Ioan. 14. d

1. Cor. 2. b

beo in vobis. Etenim detrahentibus detrahere, non est bonum, vt non ad ea quae scripta sunt, commoti, iniuriae certamen efficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quonia hoc nobis Dominus iubet per Esaiam prophetam, dicens: Audite me, qui scitis iudicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Considerantes etiam, quod in psalmo scriptum est: Nonne Deus requirit ista? Ipse enim nouit abscondita cordis, & cogitationes tallium hominum, quoniam vanae sunt. Vana autem loquutus est vnusquisque, ad proximum suum, & labia dolosa in corde & corde loquuti sunt mala. Sed disperdet dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt: quis noster Dominus est? Nam si haec in memoria retinerent, minime ad tantam profillirent iniquitatem. Non enim per probabilem & paternam doctrinam hoc faciunt, sed vt suam exerceant in seruos Dei vindictam. Scriptum namque est: Via stulti recta in oculis eius. Et sunt viae, quae videntur homini iustae, nouissima autem earum deducunt ad mortem. Nos enim qui haec patimur, iudicio Dei haec referuare debemus, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens: Mihi vindictam, ego retribuam. Vos enim in recta fide, & pura ac bona succurrite voluntate vicissim, nec aliquis ad supplemento fratris subtrahat manum: quoniam in hoc, ait Dominus, cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Vnde & ipse per prophetam loquitur, dicens: Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Spirituali dico habitaculo, & concordia, quae in deo est, & vnitatem fidei huius delectabilis, secundum veritatem in habitaculo, quae videlicet in Aarone magis decorabatur, atque sacerdotalem induentibus dignitatem, sicut vnguentum super caput, principalem intellectum irrigans, & vsque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictione & aeternam vitam promissit Dominus. Huius ergo propheticam vaticinationis meritum amplectentes, fraternam praesentem syllabam exposuimus, nostra propter charitatem minime quaerentes, aut quaesituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut paulo, secundum vulgare fabulam, excutere paulum. Absit. Non sunt nostra ista. quapropter haec auertat diuinitas. Non sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis & spiritu humilitatis: quia sicut purgatur nigella, ita nec pacis soporatus fructus intelligentiae per asperitatem exprimitur. Propter hoc enim & verborum supportauimus colaphos, vt vel paulatim valeamus eum

imitari, qui propter nos se humiliare dignatus est, & extreme illius vltionis, per hac plagam, verba declinamus. Audiamus ergo, & consentiamus ecclesiae oratori, qui per linguam spiritus sancti clara voce exclamat, dicens: Oia vobis in charitate fiant. Ergo siue quaerimus, siue tantummodo dicimus, & tantummodo audimus, charitas intercedat. Ars aliqua existat ad compositionem concordiae boni & coniunctionem. Oportet enim, de deo quaerentibus nobis spiritu recitandis metis nostrae dinumerantes intentiones templum pacifice inhabitare in eum propter dominum, qui per prophetam loquutus est: Quarens quere, & apud me habita. Speculum enim dedit nos Deus populo suo, & oportet eos, qui a deo sunt deputati sacerdotium adipisci, ita in humilitate gressum mentis adinuicem tendere, vt in melius aedificentur hi, qui ad nos respiciunt, quam (quod dicere piget) nostram discordiam semitam pedum eorum concutere. Ad concordiam inclinemus nos ipsos, & vnum in charitate sapiamus. Humilitatem veneremur, per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si enim amplius vsque adhuc taciturnitatem, quam verborum garulitatem dileximus, hoc quidem bene habere arbitrati sumus, ne scriptis vestris reciproca respondentibus, iniuriae fomitem exhortemur, & pusillanimitate diiudicemur ab eo, qui omnia ad charitatem dirigere promulgauit. Orauimus vero & tunc oltium circumstantiae labijs nostris imponi, & verbum infonitum concipere potius quam verbum sonabile: & hoc tamem mihi donum est a domino, & factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Sed quia tempus est loquendi, & tempus tacendi, aperio verbum, & claudo ostium per taciturnitatem, competenter exorans: Domine, labia mea aperies, & respondeam exprobrantibus mihi verbum. Licet enim tacuissimus, non semper tamen tacebimus, adaperient nobis domino clausus verbi. Igitur directi in praesenti ad beatitudinem fraternitatis vestrae apocrisarij, post multas factas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes, in fine ad hoc perueniunt, admonentes nos atque hortantes interpretari vnus veri christi dei nostri voluntatis intellectum, atque huiusmodi interpretationem destinare vestrae sacratissime generationi. Nos autem acceptam habentes bonae conscientiae praedictorum venerabilium virorum admonitionem, cognoscentes autem & quae principatus apostolorum summas docet, paratos esse ad satisfactionem omnipotenti verbum de se, quae in nobis est, secundum dei timorem, mansuetudinemque ad bonam scientiam temperates, super tali tantummodo requisitione mentem nostram per has syllabas exponimus, superfluum exercitandem & altercationem verborum, propter fatietatem

*vt ne
Esa. 51. c
Psal. 43.
Psal. 11.
Pro. 12. c
Pro. 14. b
Hier. 25. d
Deut. 32.
Roma. 12.
Ioan. 3.
Psal. 132.
*qui quod
Psal. 132.
Dan. 3. d
Esa. 28. iu.
12. 70.

1. Cor. 16. e
Esa. 21. c. iu.
12. LXX
*pudet
*vs
*dilexerim
1. Cor. 16. e
Psal. 140.
*verbo in uigilem. &
Psal. 37.
Eccles. 3. a
Psal. 50.
Psal. 117.
1. Petr. 3. e
1. Petr. 5. b
for. *qui-
dicere
Matth. 7. c
1. Ioan. 2. c

tem & praesentis temporis incongruitatem, declinantes ac precautes, nihil omnino aliud intelligentes, aut proferentes vel dicentes, quam quod audiimus & cognouimus a sanctis & vniuersalibus magnis apostolis, eorumque successoribus, & patres nostri enarrauerunt nobis, & audientes praedicauiimus, ad supernam tendentes uocationem. Nostrum est studium, ubi pacis constitutio manet his, qui in stadio pietatis sunt, bene vnica gloria intercessori tribuitur & corona. Deo manifestati sumus, qui iudicat omnia, & comprobant. Non iurgialiter stamus, non ad contradictionem respicimus, nec fauorem inanem amplectimur: sed in verbo dei proposito, huiusmodi requisitionis resolutionem fecisse dinoscimur, confidetes quoniam pacis dominus Deus, ad alterutrum nostrorum vnitatem & dilectionem conseruabit in gloria eius benignissimae maiestatis. Omnem cum uestra beatitudine in christo existentem fraternitatem, tam nos, quam qui nobiscum sunt, multum salutamus. Data 8. Kalendas Nouembrii, Philemone & Attico uiris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LIBERII PAPAE AD omnes generaliter Episcopos, vt nullus pro persecutionibus, dum durare potest, sua relinquat Ecclesiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo sibi commisso laborare intendat. Et est Epistola eiusdem secunda.

Domini sanctissimis & deo amatissimis vniuersis Episcopis, Liberii Episcopus in domino salutem. Nihil est quod nos diu stare faciat, nisi dei gratia. Ceterum nequitia diaboli, contemptibile malum, plenum uenenosum mortifero sequitur, qui furtim atque deorsum circuit, quaerens quem deuoret. Vnde vigilare, & sobrius esse ad orationes, & deo propinquare debemus, & fatuas, domino auxiliante, hominum insidias, prout domino posse dedit, respuere, & patres sequi, & non transgredi terminos patrum, (id est, vt non relinquamus nostras, dum in eis persistere aliquo modo ualebimus, Ecclesias, vt ad alias properemus) aut populos nobis commissos negligere, vt quiete amplius quam pro eis elaborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, studeamus, ne reprobis in conspectu dei inueniamur, sed fructuosos illi manipulos de commissis nobis gregibus, ipso adminiculante, praesentare ualeamus, quanquam multi nos persequantur, & oues christi dilacerare desideret, qui quasi in uentibus ouium apparent, intus autem sunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoscimus, isti primò quidem uidentur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis: Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quando uero suam euouerint impietatem, dolu qui in

eis est, erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subuertentes & iniuriantes paternas doctrinas, sicut & sacras scripturas ad perditionem suam, quos oportet praescienter cauere, ne malitia eorum quidam seducti, abscondantur a propria firmitate. Exacuant enim linguas suas, iuxta prophetam uocem, sicut serpentes: uenenum aspidum sub labijs eorum. Nec nos pigeat, per temporales cruciatas pro christi nomine elaborare, sed emolumenta futurae remunerationis, huius seculi vexationes tolerare persuadeat. Scriptum namque est: Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare. Vnde quidem tantum nos necesse est importunis praedicationibus insistere, quanto nobis perfectae negociationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque dominica uocis, ad suscipiendam eius requiem, persuadet assertio. Suggestum namque nobis est, quod pro praeteritis laboribus & infestationibus nonnulli uestrum assignatas sibi met, & a deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere uelint eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & uacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atque ocio vitam degere magis appetant, quam in his, quae sibi commissa sunt, permanere, dicente domino: Beatus qui perseuerauerit usque in finem. Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de uirtute patientiae? Quonia secundum apostolicam praedicationem, omnes qui uoluerint in christo pie uiuere, persecutionem patiuntur. Ideoque, fratres charissimi, non uos afflictionum amaritudo a pio mentis uestrae proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione uestra & liberatione creator, dominusque, & redemptor noster pertulerit, quibus uel se contumelios afficiendum tradiderit, ut nos a uinculis potestatis diabolicae liberaret. Attendite itaque uobis & omni gregi, in quo uos spiritus sanctus constituit Episcopos regere Ecclesiam dei, quam acquisiuit proprio sanguine, ut non sit, qui uos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis, ut plebes uobis commissas relinquatis, & alicui, propter malorum opprobrium hominum, quieti uos tradatis, & ut uos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis. Apertissime enim spiritus sanctus per apostolum dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide & charitate, attendentes spiritibus seductoibus & doctrinis demouiorum, & in hypocrisi mendacij eloquiorum cauteriatam habentes suam conscientiam. Propter quod uigilate & orate, ut non

1. Petr. 5. b
for. *qui-
dicere
Matth. 7. c
1. Ioan. 2. c

Psal. 139.
Psal. 117.
Matth. 25. b
Luc. 19. c
7. q. 1. Suggestum est nob.
Matth. 10. c
& 24. b
2. Tim. 3. c
Agor. 20. f
Rom. 16. c
1. Tim. 4. a
Marc. 14. c
Luc. 22. c

Luc. 22. e

intretis in tentationem. Quae verò mentis transgressio operatur in his, qui non crediderint sermonibus Domini, & recesserint pro sua quiete à seruitio sibi commissio, & suis se subdiderint voluptatibus? Talibus quippe & alijs pro populo Dei constricti necessitatibus, nè pereatis vnà cum omnibus vobis commissis, sed salui sitis in die aeternae retributionis, hortamur vestram charitatem, exemplo eius, qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius permanere seruitijs, nec quidem quoquo modo à commissa cura recedere, sed totis viribus, in commissis vobis negocijs, fortiter vsque in finem perdurare: quoniam beatus est, qui perseuerauerit vsque in finem: ne claudatur initium, sed finis. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira DEI in filios diffidentiae. Nolite ergò effici participes eorum dogmatum, neque communicetis infructuosus verbis illorum, magis autè & redarguite: quoniam cœtus prauaricatorum sunt, & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Completum est in eis, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus. Veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam persecutores ecclesiarum, earumque sacerdotum, loqui mendacium. Ut impiè agerent, laborauerunt, & reuerunt scire me, dicit Dominus. State ergò vos, dilectissimi, super vias, & videte. Interrogate de semitis Domini antiquis, & videte, quae est via bona sanctorum patrum, & ambulate in ea, & inuenietis regem animabus vestris. Sed & si patimini propter Christum, beati eritis. Metum autem eorum nè timueritis, neque conturbemini. Dominum autè Deum sanctificate in cordibus vestris, ipso dicente: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeris asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergò timere, multis passeribus meliores estis vos. Rememoramini ergò fratres eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt nè fatigemini animis vestris, deficientes. Nonndum enim vsque ad sanguinem certauimus, aduersus peccatum repugnantes.

Eph. 5. b

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & viciniore salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quae in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis

Hier. 9. a

necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsque in finem conseruantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam afflisset, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animam suam, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animae. Propter quod assumite arma DEI, vt possitis resistere in die malo, aduersus omnes inimicos sanctae Dei ecclesiae & vestros, & induite vos loriceam iustitiae, calceati pedes in preparationem euangelij pacis, in omnibus affumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignita extinguere: & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum DEI, per omnem orationem & obsecrationem radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu Domino nostro. Sed & nunc, fratres, commendamus vos omnes Domino, & verbo gratiae eius, qui potest perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolationis det vobis id ipsum sapere in alterutrum, vt vobis iniucem succurratis, & non sitis diuisi, vt vnanimis vno ore & vno corde honorificemus eum in concordiam & consolationem fratrum, qui potest confirmare nos secundum euangelium eius, iuxta reuelationem mysterij aeterni, temporibus scilicet perceptis taciti, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summo opere etiam considerare debetis, quod hi qui fratribus inuidet, eosque damnare aut perdere cupiunt, per se sua dogmata destruant. Dicit enim Dominus: Omne regnum in se diuisum, non stabit: & omnis scientia & lex, aduersum se diuisa, non stabit. Ideoque necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortas, & nihil per contentione agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimis, diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima canonum decreta violari, quatenus & nicenorum canonum constituta, & quae à nobis vel à praedecessoribus nostris sunt, puidè & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro.

Hier. 6. d

DECRETA LIBERII PAPAE, prioribus non inserta, desumpta ex codice vetusto 16. librorum, lib. 13. cap. 9.

1. Pet. 3. c

Quod in diebus ieiunij nulla iurgia esse debeant. In his ieiuniorum diebus nullae lites, nulla contentiones esse debent, sed in Dei laudibus & opere necessariò persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadagesimae tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per prophetam dicens:

Math. 10. c

Quod in diebus ieiunij nulla iurgia esse debeant. In his ieiuniorum diebus nullae lites, nulla contentiones esse debent, sed in Dei laudibus & opere necessariò persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadagesimae tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per prophetam dicens:

Heb. 12. a

Quod in diebus ieiunij nulla iurgia esse debeant. In his ieiuniorum diebus nullae lites, nulla contentiones esse debent, sed in Dei laudibus & opere necessariò persistendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites quadagesimae tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per prophetam dicens:

*certauimus

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & viciniore salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quae in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis

Heb. 6. b

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & viciniore salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quae in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis

Roma. 8. g

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & viciniore salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quae in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis

Heb. 10. g

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora & viciniore salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quae in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis

Esai. 58. a cens: Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.

EIVSDEM CAPITIS DECIMO. Vt in sacris diebus ieiuniorum, coniugati à coniugibus se abstineant.

Abstinendum est in his sacratissimis quadraginta diebus à coniugibus, & castè & piè viuendum, vt sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, donec perueniatur ad

CONCILIVM LAODICENVM, SECVDNDVM QVOSDAM IN FINIBUS LIBERII, secundum alios, in initio Damasi papae primi seruatum seu celebratum.

Laodicea vrbis vni fertilitate, & civium felicitate celeberrima. Syria Tetrapolis, Lyco flumini inposita. Vide Ptolem. lib. 5. cap. 15. & Plinium lib. 5. cap. 23. & 29. & Strabonem lib. 16.

CAPITVLA CONCILII LAODICENSIS. SECVDNDVM DIVERSAS TRANSLATIONES.

EDITIO PRIMA. De bigamis. De his, qui pro diuersis erratis penitentiam feruentius exegerunt. Quod non oporteat, ad clerum statim post baptismum promoueri. De tempore ordinationum. Vt hi, qui sacrario seruiunt, vfuras non exigant. De haereticis intrantibus in Ecclesias, vel basilicas martyrum. De his, qui ad Ecclesias ab haereticis veniunt. De his, qui ad haereticorum speluncas causa orationis accedunt. De his, qui cum haereticis nuptiarum copula iunguntur. Non congruere, presbyteras in mulieribus ordinare. De Episcopaliibus ordinationibus. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere. Ad alias parochias eulogias, quae oblatæ sunt, minimè destinandas. De his qui debeant in ambone, id est, in pulpito psallere. De lectionibus, quae debeant sabbatis recenseri. Quod interstitium psalmorum debeat in sabbatis fieri. De precibus nona & vespera celebrandis. De precibus post homilias, id est, post sermones habitos ad populum, profereendis. Et de his quos itra sacrarium communicare conueniat. De honore, quae presbyteris diaconi, & diaconis hi, qui sunt ipsis inferiores, debeant exhibere. Quod subdiaconi à diaconio, id est, à sacrario vel secretario sint remoti. Subdiaconos cum orarijs assistere non debere. Lectores, cantoresque, cum orarijs agere suum officium non debere. Quod

diem sanctum Paschae: quia penè nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliae & elemosynae non commendant.

EIVSDEM CAPITIS XII. Si euenerit fames aut inaequalitas aeris, quid agendum.

Si euenerit fames, inaequalitas aeris, pestilentia, vel talis qualiscunque tribulatio, statim ieiunij, elemosynis & obsecrationibus, Domini misericordia deprecetur.

CONCILIVM LAODICENVM, SECVDNDVM QVOSDAM IN FINIBUS LIBERII, secundum alios, in initio Damasi papae primi seruatum seu celebratum.

Laodicea vrbis vni fertilitate, & civium felicitate celeberrima. Syria Tetrapolis, Lyco flumini inposita. Vide Ptolem. lib. 5. cap. 15. & Plinium lib. 5. cap. 23. & 29. & Strabonem lib. 16.

CAPITVLA CONCILII LAODICENSIS. SECVDNDVM DIVERSAS TRANSLATIONES.

EDITIO SECUNDA. De bigamis. De his, qui diuersorum peccatorum lapsus incurruunt. De neophytis, non promouendis ad sacerdotium. Non licebit coram catechumenis clericos fieri. Non licere clericis, vfuram vel seculum accipere. Non debere haereticos, in haeresi permanentes, in Ecclesiam ingredi. De Nouatianis & Quartodecimanis. De Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus. Non debere catholicos in ea, quae martyria sua haeretici dicunt, intrare. Non debere catholicam haereticorum matrimonio sociari. De catechumenis Ecclesiae. De ordinandis Episcopis cum consilio metropolitani & finitimorum Episcoporum. Non licere populo, ministros altaris eligere. Sanctas oblatioes pro eulogijs in festiuitate paschali, ad alias parochias non debere transmitti. De Psalmitis. Vt sanctum Euangelium sabbatis legatur. Psalms sparsim non licere confundi. De orationibus quotidianis. De ordine orationum catechumenorum, atque fidelium, & communionem. De disciplina atque modestia clericorum. De ministerio subdiaconorum. De ministris, vt oratio non vtantur. Quoniam non oportet lectores vel psalmitas oratio uti, & sic legere. PP 4 De

Quòd nullus Ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.	24	Delectoribus & psalmistis, vt tabernas non intrent.	24
Quòd subdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem tribuere.	25	Non licet ministris panem dare, aut calicem benedicere.	25
De exorcistis, qui non sunt ab Episcopis ordinati.	26	De exorcistis.	26
Quòd de cõuiuijs, quæ ex agape fiunt, escarum partes accipi non debeant.	27	Non debere clericos siue laicos ad agapen vocatos, partes tollere.	27
In ecclesijs prandia fieri non debere.	28	Non licere in ecclesijs accubitis sternere, vel agapen facere.	28
De Christianis, q̄ sabbatizare, vel iuxta quẽdam modũ, iudaizare noscuntur.	29	Non debere Christianos sabbatizare.	29
De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus.	30	Nulli Christiano licere, cum mulieribus lauacra exercere.	30
De his, qui cum hæreticis iungunt foedera nuptiarum.	31	De cauendis hæreticorum connubijs.	31
Ab hereticis eulogias accipere nõ debere.	32	Nõ licere ab hæreticis eulogias accipere.	32
De schismaticis.	33	Non debere cum hæreticis aut schismaticis orare.	33
De martyribus hæreticorum.	34	Non eundem ad falsos martyres.	34
De his, qui angelos colunt.	35	Non licere Christianis, derelicta ecclesia, ad angulorũ congregationes colligi.	35
De his, qui incantationibus vel phylacterijs vtuntur.	36	Non licere, clericos magos vel incantatores esse, aut phylacteria facere.	36
De his, qui ab hæreticis vel Iudæis festiuitatis eorum dona suscipiunt.	37	Non licere, ab hæreticis vel Iudæis feriatica, quæ mittuntur, accipere.	37
De Christianis, q̄ Iudæorũ azyma comedũt.	38	Non licere, à Iudæis azyma accipere.	38
De Christianis celebrantibus festa gentiliũ.	39	Non licere, cum paganis festa celebrare.	39
De episcopis, q̄ eas, quæ fiunt, euocationes ad synodum, vtant.	40	Episcopos ad synodum vocatos, nõ debere contemnere.	40
Quòd sine literis, ministerio sacro seruientes, proficisci non debeant.	41	Non debere clericum vel laicũ sine epistolis peregrinari.	41
Quòd præter episcopum, clericus proficisci non debeat.	42	Nullum clericũ debere, sine episcopi sui iussione, peregrinari.	42
Vt subdiaconi ad ostia perseuerent.	43	Ministros nõ debere ab ostijs recedere.	43
Vt ad sacrarium mulieres non introeant.	44	Non debere mulierem ingredi ad altare.	44
De his, qui circa mediã septimanã ad baptisma veniunt.	45	Nõ oportet per duas septimanas Quadragesimę aliquem ad baptismum suscipere.	45
De redditione fidei baptizandorum.	46	Baptizandos debere symbolũ fidei & discere & docere.	46
De his, qui in ægritudine baptizantur.	47	De his, qui in ægritudine baptizantur.	47
Vt post baptismum chrisma detur.	48	Quia post baptismum chrismandũ est.	48
Oblationes offerri in Quadragesima non oportere.	49	In quadragesima, sabbato tantũ & Dominica offerendum est.	49
Non debere ieiunium solui in quinta feria maioris septimanę.	50	Non licere, quinta feria septimanę maioris, ieiunium solui.	50
Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.	51	Nõ debere in Quadragesima, nisi sabbato & Dominica, natalitia martyrum celebrari.	51
Vt natalitia vel nuptie in Quadragesima nõ fiant.	52	Nõ licere, nuptias fieri in Quadragesima.	52
Vt in Christianorũ non saltetur nuptijs.	53	Non licere, Christianos ad nuptias euntes, cantare aut balare.	53
Non licere clericis, ludicris spectaculis interesse.	54	Nõ licere, ministros altaris vel ceteros quolibet, spectaculis quæ in nuptijs aut in scenis exhibentur, interesse.	54
Non congruere penitus Christianis, comestationibus interesse.	55	Nõ debere clericum vel laicum Christianũ, ex symbolis conuiuia celebrare.	55
Nõ licere presbyteris, introire ad altare, priusquam ingrediatur episcopus.	56	Nõ oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, aut sedere in tribunalibus.	56
Qui in agris vel possessionibus debeant ordinari.	57	Non debere in vicis & villis episcopos ordinari, neq; presbyteros sine præcepto vel consilio episcopi aliquid agere.	57
Oblationes offerri in domibus non oportere.	58	Non oportet, in domibus ab episcopis vel presbyteris oblationem fieri.	58
Que		Non	

vetant

hebdomadae.

Quæ psallere vel legere in Ecclesia conueniat. 59 Non licere, psalmos ab idiotis compositos, in Ecclesia dici, nec libros qui nõ sunt canonici, legere. 59

TEXTVS CANONVM CONCILII LAODICENSIS PHRYGIAE PACATIANAE.

Est Synodus prouincialis, sed confirmata in sexta synodo generali, quæ in Trullo celebrata est, præsentè Constantino.

PRAEFATIVNCVLA.

EDITIO j.

Sancta synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiae Pacatiana conuenit ex diuersis prouincijs Asiae, definitiões exposuit ecclesiasticas, quæ subter annexæ sunt.

CAP. I.

De his, qui secundum Ecclesiasticam regulã liberè ac legitimè secundis nuptijs iuncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, vt paruo tempore transacto, vacent orationibus & ieiunijs, quibus etiã iuxta indulgentiam, communionem reddi decreuimus.

De his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseuerantes in oratione confessionis & penitentiae, conuersionem à malis habere perfectam, pro qualitate delicti, talibus penitentiae tempus impensum, propter clementiam & bonitatem Dei communicatio concedatur.

De his, qui nupèr sunt illuminati baptisate, quòd eos in sacerdotali non conueniat ordine promoueri.

Quòd non oporteat, ordinationes sub conspectu audientium celebrari.

Quòd non oporteat, sacerdotibus & clericis fornicari, vel fornicari, id est, summam capitis, & dimidium summam, percipere.

Quòd heretici, non mittendi sint ingredi in domum, in heresi permanentes.

De his, qui ab hereticis conuertuntur, id est, Nouatianis, aut Photinianis, aut Tesseladecatites, siue baptizati sint illi, seu catechumeni, non ante suscipiantur, quàm omnes hereses anathematizet, & precipue illam qua

Dist. 46. Non licet fornicari.

EDITIO ij.

Sancta synodus, apud Laodiceam Phrygiae Pacatiana conuocata ex diuersis prouincijs Asiae, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

CAP. I.

De eo, quòd oportet secundum ecclesiasticum canonem, eos qui liberè & legitimè secundò nuptijs conexi sũt, nec occultam permixtionem operati sunt, paucò tempore exempto, vacare orationibus & ieiunijs, & secundum veniam reddi eis communionem.

His, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & instant orationi, confessioni ac penitentiae malorum suorum perfectam conuersionem demonstrantes, pro qualitate peccati, penitentiae tempus tribuendum est: propter misericordiam & bonitatem Dei, quæ huiusmodi sunt, reuocandi & ad communionem sunt applicandi.

Non oportet neophytum promoueri ad ordinem sacerdotalem.

Non licere, manus impositionem super ordinandos, presentibus catechumenis, fieri.

Non licere fornicari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel fornicari, id est, summam capitis, & dimidium summam, percipere.

Non concedendum hereticis ingressum domus Dei, in heresi permanentibus.

Nouatianos, vel etiã quatuordecimanos, quos Graecis Tesseladecatites appellant, id est, qui quartadecima luna primi mensis cum Iudæis pascha celebrant, sed & catechumenos eorum vel fideles non recipi, priusquam condemnent

Concilij Laodicensi Canones, versi ab Gentiano Herueto.

Sancta Synodus, quæ Laodicea, quæ est vrbs Phrygiae Pacatiana, ex diuersis Asiae prouincijs congregata est, cõstitutiones Ecclesiasticas edidit, vt hic subiectũ est.

Oportere ex Ecclesiastico canone eos, qui liberè & legitimè secundo matrimonio coniuncti sunt, & non clãm uxores duxerunt, cum exiguũ tempus præterierit, & orationibus & ieiunijs vacauerint, eis ex venia dari communionem.

Eos qui in diuersis delictis peccant, & in oratione confessioneque, & penitentia fortiter perseuerant, & se à malis perfecte conuertunt, tempore penitentiae eis pro delicti proportione dato, propter dei miserationes & bonitatem offerri communioni.

Nõ oportere eos, qui sunt recens illuminati, in ordine sacerdotalem promoueri.

Non oportet hominẽ sacratum fornicari, & vsuras, & quod dicitur sesquialteras accipere.

Non oportere ordinationes fieri in presentia eorum qui audiunt.

Non permittere hereticis, vt in domum domini ingrediantur, si in heresi permanentes.

Eos qui ex hæresibus, hoc est, Nouatianis, siue Photinianis, vel Tesseladecatites conuertunt, siue catechumenos, siue quæ apud illos fideles dicitur, non admitti priusquam omnem heresim anathematizauerint, & precipue eã in qua detinebantur

CAN. 2.

CAN. 3.

CAN. 4.

CAN. 5.

CAN. 6.

CAN. 7.

qua detinebantur. Et tunc de-
mum hi, qui apud eos dice-
bantur fideles, nostrę doceā-
tur fidei symbolum: & vncti
sancto chrismate, sic myste-
rijs communicent sacrosan-
ctis.

8. De his, qui conuertun-
tur ab heresi, q̄ dicitur Cata-
phrygarum, & si in clero, qui
apud eos esse creditur, fue-
rint, & si maximi nominen-
tur, hos sub omni diligentia
ab episcopis Ecclesię vel pre-
sbyteris instrui & baptizari
conueniet.

9. Quod non permittan-
tur ecclesiastici ad heretico-
rũ cœmeteria, vel ad ea, quę
ab eis martyria appellantur,
orationis causa vel sanitatis
accedere: sed huiusmodi, si fi-
deles fuerint, certo tempore
communione priuari: pœni-
tentes autem, & confitentes
se deliquisse, cœuenit suscipi.

10. Quod non oporteat, in-
differenter ecclesiasticos scē-
dere nuptiarũ hereticis suos
filios filiasq; coniungere.

Dist. 32. Mu-
lieres qua.
11. Quod non oporteat eas,
quę dicuntur presbyterę vel
presidentes, ecclesijs ordina-
ri.

Dist. 61. Ep-
iscopum nõ
oportet.
12. Vt Episcopi iudicio me-
tropolitanorum & eorũ epi-
scoporũ, qui circuncircã
sunt, prouehantur ad ecclesi-
asticam potestatem, hi videli-
cet, qui plurimo tempore, p-
bãtur tam verbo fidei, quã
rectę conuersationis exem-
plo.

Dist. 63. Non
est permit-
13. Quod non sit permitten-
dum turbis electiões eorum
facere, qui sunt ad sacerdo-
tium prouehendi.

14. Quod sancta nullo mo-
do, causa eulogiarum tempo-
re paschalis festi, ad alias pa-
rochias debeant destinari.

15. Quod non oporteat am-
plius, præter eos qui regula-
riter cantores existũt, qui &
de codice canũt, alios in pul-
pitum

demnent omnem hæresim
plenissimę, ante omnia autę,
in qua detinebantur. Et nũc,
qui apud eos fideles dicunt,
symbolum fidei doceantur,
atque itã vnctos sancto chri-
smate, diuino sacramēto cõ-
municare conueniet.

8. Eos, qui conuertuntur
ab heresi, quę dicitur Cata-
phrygarum, seq; in clero cõ-
stitutos existimant, quanuis
magni dicantur, huiusmodi
cum omni diligentia catechi-
zari oportet, & baptizari ab
ecclesię catholicę Episcopis
& presbyteris.

9. Non concedendum, in
cœmeteria & quã martyria
hereticorum dicuntur, ca-
tholicos orationis gratia &
petendã curationis intrare.
Sed & qui ierint, si sunt fide-
les, in cõmunicabiles factos,
ad pœnitentiam vsq; ad ali-
quod tempus redigi: pœni-
tentes autem eos, & errãsse se
confitentes, suscipi oportere.

10. Eos, qui ad Ecclesiam
pertinent, indifferenter fili-
os proprios hereticorũ nu-
ptijs minimẽ sociare debere.

11. Mulieres, q̄ apud Græ-
cos presbyterę appellantur,
apud nos autem viduę seni-
ores, vniuirę, & matricularię
nominantur, in ecclesia, tanq̄
ordinatas, constitui non de-
bere.

12. Episcopos non oportet,
præter iudicium metro-
politanoꝝ & eorũ finitimorũ
episcoporum, constitui ad
Ecclesię principatum. Nec
eligantur nisi hi, quos mul-
tõ antè nota probabilisque
vita commendat. Et nihilo-
minus, si in sermone fidei &
rectã operatiõe per suã con-
uersatiõe fuerint probati.

13. De eo, q̄ non sit popu-
lis concedendum, electiõe
facere eorum, qui altaris mi-
nisterio sunt applicandi.

14. Sanctas oblationes, ad
vicem eulogiarum, per festi-
uitatem paschale ad alias pa-
rochias mitti minimẽ oportere.

15. Non licere, præter ca-
nonicos psaltes, id est, qui re-
gulariter cantores existunt,
quicq; pulpitum ascendunt,
&

& tunc deinceps eos, qui apud
illos fideles dicebantur, fidei
symbola discerent, & sancto
chrismate inunctos, sic sancto
mysterio communicare.

Eos qui ab eorum heresi, CAN. 8.
qui Phryges dicuntur, con-
uertuntur, siue sint in clero
qui apud illos existimant, siue
maximi dicantur, eos cõ omni
studio catechizari seu initia-
ri, & baptizari ab ecclesię epi-
scopis & presbyteris.

Non concedẽdum esse, vt CAN. 9.
in cœmeteria, vel in ea quã
dicuntur martyria quorun-
uis hereticorum, abeant ij
qui sunt Ecclesię, orationis
vel venerationis (ἀπαρχαίαν)
gratia. Sed tales si sint fide-
les, esse aliquantisper excom-
municatos: sin autem pœni-
tencia ducantur, & se deliquisse
confiteantur, suscipi.

Nõ oportere eos qui sunt CAN. 10.
Ecclesię, indiscriminatim su-
os filios hereticorũ matrimo-
nio coniungere.

Non oportere eas, quę di- CAN. 11.
cuntur presbyterę & præsi-
dentes, in Ecclesijs constitui.

Vt Episcopi Metropoliti- CAN. 12.
canorum & eorum qui sunt
circuncircã Episcoporũ iud-
icio, in Ecclesiastico magi-
stratu constituentur, diũ ex-
aminati & in ratione fidei, &
in rectę rationis dispensati-
one.

Turbis non esse permit- CAN. 13.
tendum, eorum qui sunt in
sacerdotio constituendi, ele-
ctionem facere.

Nẽ sancta instrã benedi- CAN. 14.
ctionum, in festo Paschæ in
alias parochias transmittan-
tur.

Non oportere præter ca- CAN. 15.
nonicos cantores, qui sugge-
stum ascendunt, & ex mem-
brana (διδάχμα) legunt, ali-
quos

pulpitum ascendere, & in
Ecclesia psallere.

16. Quod in sabbatis Euan-
gelia cum alijs scripturis legi
conueniat.

17. Quod in conuentu fide-
lium nequaquam psalms
continuari conueniat, sed p
interuallum, id est, per psal-
mos singulos recēseri debe-
ant lectiões.

18. Quod id ipsum officium
precum, & nona & vespera
semper debeat exhiberi.

19. Quod oporteat seorsum
primũ post allocutiones
Episcoporum, orationes sup
catechumenos celebrari. Et
postq̄ catechumeni egressi
fuerint, super eos, qui sunt in
pœnitentia, precem fieri. His
etiã accedentibus ad manũ
sacerdotis, & discendentibus,
tres orationes consummari
fidelium, itã vt prima quidẽ
sub silentio, secunda verõ &
tertia per exclamationes so-
litas expleatur, & itã demũ
pacem sibi inuicẽm dabunt.
Et postea quã dederit Epi-
scopus presbyteris osculum
pacis, tunc laici sibi tribuẽt.
Et itã sancta celebrabit obla-
tio. Solis autem ministerio
sacro deditis, ad altare ingre-
di, & communicare ibidẽm
liceat.

Dist. 93. Nõ
opor. Et in
cõcilio Aga-
then, ca. 67.
20. Quod non oporteat di-
aconum corã presbytero se-
dere, sed iussione presbyte-
ri sedeat. Similiter autem
diaconis honor habeatur ab
obsequentibus, id est, a sub-
diaconis & omnib; clericis.

Dist. 23. Nõ
opor. Et in
cõcil. Agat.
cap. 66.
21. Quod nõ oporteat, sub-
diaconos habere locũ in di-
aconico, & Dominica vasa
contingere.

Dist. 23. Mini-
strum non
opor.
Ibidẽm.
22. Quod nõ oporteat, sub-
diaconũ vti orario, nec ostia
derelinquere.

23. Quod non oporteat le-
ctores aut cãtores orarijs vtĩ,
& itã legere vel psallere.

Dist. 44. Nõ
oportet cle.
24. Quod non oporteat sa-
cro ministerio deditos, a pre-
sbyteris vsq; ad diaconos, &
reliquum Ecclesiasticũ ordi-
nem, i. vsq; ad subdiaconos,
lectores, cantores, exorcistas
& ostiarios, & ex numero

& de codice legunt, alium
quẽlibet in Ecclesia psallere.
16. Sabbatis Euangelia cum
alijs scripturis legenda esse.

17. In processionibus non
connectere, id est, ex diuersis
versibus & sensibus libri vnũ
canticum minimẽ cõiungere,
sed singulorum psalmorũ
ordinabiliter de medio de-
bere fieri lectiõnem.

18. De eo, quod semper eas-
dem supplicationes oratio-
num, & ad horam nonam &
vesperam, oportet celebrari.

19. Quoniam catechumenos
orationem separatim, &
prius post tractatum Episco-
porum oporteat celebrari.
Quibus egressis, orient etiã
hi, qui in pœnitentia sunt cõ-
stituti, & post manũ impo-
sitionem, his quoquẽ absce-
dentibus, tunc fideles orare
debeunt. Quorum tres ora-
tiones fiant, vna quidem (i.
prima) per silentium, secun-
da verõ & tertia per vocis p-
nunciationem. Et tunc de-
mũ osculo pacem dari de-
bere. Et postea quã presby-
teri Episcopo pacem dede-
rint, tunc etiã laicos dare.
Et sic oblatio offeratur. So-
lis autem ministris altaris li-
ceat ingredi ad altare, & ibi-
dẽm communicare.

20. Quoniam non oportet,
diaconũ sedere præsepte pre-
sbytero, sed ex iussione pre-
sbyteri sedeat. Similiter autẽ
honorificetur & diaconus a
ministris inferiorib; & omni-
bus clericis.

21. Quoniam non oportet,
subdiaconos licetiam habere,
in secretarium, quod Gręci
*diaconicon appellãt, ingre-
di, & contingere vasa Dñica.

22. Ministrum, non oportet
orario vtĩ, nec ostia derelin-
quere.

23. Quoniã non oportet le-
ctores aut psaltes orario vtĩ,
& sic legere aut psallere.

24. Quoniam non oportet
altari deseruientes a presby-
teris vsq; ad diaconos, & de-
inceps ordinis Ecclesiastici
oēs, vsq; ad ministros, aut le-
ctores, aut psaltes, aut exorci-
stas aut ostiarios, aut etiã eos,
qui

quos alios canere in Eccle-
sia.

Vt Euangelium cum alijs CAN. 16.
scripturis sabbato legatur.

Non oportere psalms in CAN. 17.
conuentibus contexere, sed
in vnoquoque psalmo inter-
iecto spatio, lectiõnem fieri.

Idem precum ministeriũ CAN. 18.
omninõ debere fieri in No-
nis & vesperis.

Oportere seorsum pri- CAN. 19.
mũ, post episcoporum ser-
mones (διδάχμα) catechume-
norum orationem peragi, &
postquã exierint catechu-
meni, eorum qui pœnitentiã
agunt, fieri orationẽ: & cum
ij sub manum accesserint, &
secesserint, fideiũ preces sic
tẽ fieri: Vnam quidẽm, scilicet
primam, filẽtio: secundam
autẽ & tertiã, per pronun-
ciationẽ impleri: deindẽ sic
pacem dari, & sic sanctã ob-
lationem perfici: & solis lice-
re sacratis ad altare accedere
& communicare.

Quod non oportet diaco- CAN. 20.
num ante presbyteros fede-
re, sed federe cum iussu pre-
sbyteri. Similiter autẽ etiã
haberi honorem diaconis a
ministris & omnibus clericis
oportet.

Quod non oportet mini- CAN. 21.
stros locum habere in diaco-
nis, & sacra vasa tangere. *diaconium

Quod non oportet mini- CAN. 22.
strum ferre orarium, neque
enim fores relinquere.

Quod non oportet lecto- CAN. 23.
res vel cantores ferre orariũ,
& sic legere vel canere.

Quod nõ oportet sacratũ CAN. 24.
a presbytero vsq; ad diaco-
nũ, & deinceps quẽlibet Ec-
clesiastici ordinis vsq; ad mi-
nistros, vel lectores, vel cãto-
res, vel exorcistas, vel ostia-
rios vel exercitatorũ ordinis, i
cau.

Dist. 93. Non oportet diaconos. **Dist. 69.** Nō oportet exorcizare.

Dist. 42. Nō oportet ministros alt.

Dist. 42. Nō oportet in basilicis.

Dist. 81. Nō oportet ministros. *Et in Agatheo concilio, cap. 67.*

I. q. 1. Non oportet hereticorum bened.

continentium & monachorum ingredi tabernas.

25 Quod non oporteat subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

26 Quod hi qui nō sunt ab Episcopis ordinati, tam in ecclesijs, quā in domibus exorcizare non possint.

27 Quod non oporteat sacro ministerio deditos clericos, aut laicos ad Agapen vocatos, ciborum partes accipere, propterea quod hinc ecclesiastico ordini fiat iniuria.

28 Quod non oporteat in domicilijs diuinis, id est, in Ecclesijs conuiuia, quæ vocantur Agapæ, fieri, nec intra domū Dei comedere, vel accubitus sternere.

29 Quod nō oporteat, Christianos iudaizare, & ocari in sabbato, sed operari eos in eodem die. Præferentes autē in veneratione Dominicum diem, (si vacare voluerint) vt Christiani hoc faciant. Quod si reperti fuerint iudaizare, anathema sint à Christo.

30. Quod non oporteat sacris officijs deditos, aut clericos, aut continentēs, vel omnem laicum Christianū, lauacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehensio prima est.

31 Quod non oporteat cum hereticis vniuersis nuptiarū fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, sed magis accipere, si tamē Christianos se fieri promittant.

32 Quod non oporteat ab hereticis eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius quā benedictiones.

33 Quod non oporteat cum hereticis aut schismaticis pariter orare.

34 Quod omnem Christianum non oporteat defenere martyrem Christi, & ire ad pseudomartyres, id est, hereticorum, & quos ipsos cōstet hereticos extitisse. Hi nanq; sunt alienati à Deo. Sint igit anathema, qui ad tales accesserint.

35 Quod non oporteat Ecclesiam

qui in proposito continentia sunt, tabernas intrare.

25. Non oportet ministros panem dare, nec calicem benedicere.

26 Non oportet exorcizare eos, qui necdū ab Episcopis sunt prouecti, neq; in Ecclesijs, neq; intra domos.

27 Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos aut etiā laicos ad Agapen vocatos partes tollere, propter iniuriam quæ ex hac occasione Ecclesiastico ordini possit deputari.

28 Non oportet in domicilijs seu Ecclesijs Agapen facere, & intus manducare vel accubitus sternere.

29 Nō oportet Christianos iudaizare, & in sabbato vacare, sed operari eos in eadem die, dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquā Christiani. Quod si inuēti fuerint iudaizantes, sint anathema apud Christum.

30 Quoniam non oportet, ministros altaris, vel etiā clericos quoslibet, aut continentēs se, aut omnem omnino Christianum, cum mulieribus lauacra habere communia. Hæc est enim prima apud Gentiles reprehensio.

31 Quoniam nō oportet cum omnibus hereticis miscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur, Christianos se futuros esse catholicos.

32 Non oportet hereticorum benedictiones accipere, quoniam istæ maledictiones magis sunt, quā benedictiones.

33 Non oportet cum hereticis vel schismaticis orare.

34 Non oportet Christianū, derelictis martyribus Christi, abire ad falsos martyres. Hi enim alieni à Deo sunt. Quicumque autem abire voluerint, anathema sunt.

35 Nō oportet Christianos, dere-

cauponam ingredi.

Quod non oportet ministrum panem dare, vel calicē benedicere. **CAN. 25.**

Quod eos adiuuare non oportet, qui ab Episcopis promoti non sunt, neque in Ecclesijs neque in ædibus. **CAN. 26.**

Quod non oportet eos, qui sacri sunt ordinis, vel clericos vel laicos, ad agapas vocatos, partes tollere, eō quod ignominia inuratur ordini sacerdotali. **CAN. 27.**

Quod non oportet in locis dominicis, vel in Ecclesijs eas quæ dicuntur agapas facere, & in domo comedere, & accubitus sternere. **CAN. 28.**

Quod non oportet Christianos iudaizare, & in sabbato ocari: sed ipsos eo die operari: diem autem dominicum præferentes ocari, si modō possint, vt Christianos. Quod si inuēti fuerint iudaizantes, sint anathema apud Christum. **CAN. 29.**

Quod non oportet cum clericis sacratu, vel clericis, vel exercitator, in balneo cum mulieribus lauari, neq; oēm penitus Christianum vel laicum. Hæc est enim prima apud gentes condemnatio. **CAN. 30.**

Quod non oportet cum omni heretico matrimoniū cōtrahere, vel dare filios aut filias: sed magis accipere, si se Christianos futuros profiteantur. **CAN. 31.**

Quod non oportet hereticorum benedictiones accipere, quæ sunt potius maledictiones, quā benedictiones. **CAN. 32.**

Quod non oportet vni cui heretico vel schismatico orare. **CAN. 33.**

Quod non oportet omnē Christianū Christi martyras relinquerē, & ad falsos martyras, hoc est, hereticos abire, vel eos qui prius heretici fuerint. Hi enim sunt à deo alieni. sint ergo anathema, & ad eos abeunt. **CAN. 34.**

Quod non oportet Christianos, dere-

*angulos cleriam dei relinquerē, & abire, atque angelos nominare, & congregationes facere, quæ interdicta noscuntur. Si quis igit inuētus fuerit huic occultæ idololatrię seruientis, sit anathema, quia derelinqt Dominum nostrum Iesum Christum filiū Dei, & se idololatrię tradidit.

26. q. 5. Non oportet fac. & in Agatheo concilio cap. 68.

36 Quod non oporteat sacris officijs deditos vel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animarum suarū vincula comprobantur. Eos autē qui his vtuntur, ab Ecclesia pelli præcipimus.

37 Quod nō oporteat in Iudæis vel hereticis, quæ mittuntur, munera festiua suscipere, nec cum eis festa celebrare.

38 Quod non oportet azyrna à Iudæis accipere, & communicare impietatis eorū.

39 Non oportet cum paganis festa celebrare, & impietatis eorum habere societatem.

40 Quod nō oporteat episcopos ad synodum vocatos omninō contemnere, sed pertinē ire, & docere vel discere ea, quæ ad correctionē ecclesiæ, vel reliquarum pertinent rerum. Se ipsum verō, quod contempserit, accusauit: nisi forte per egritudinem ire nō possit.

41 Quod non oporteat sacerdotem vel clericum sine litteris proficisci canonicis.

42 Quod non oporteat sacerdotem vel clericū, præter iussionē Episcopi, ad peregrina proficisci.

43 Quod nō oporteat subdiaconos, saltē paululum, ianuas deserere, & orationi vacare.

44 Quod nō oporteat mulieres ingredi ad altare, nec ea contingere, quæ virorum officijs deputata sunt.

45 Quod non oporteat ad baptismum veniunt, si dem discere, & quinta feria septimana- **CAN. 41.**

46 Quod oporteat eos, qui ad baptismum veniunt, si dem discere, & quinta feria septimana- **CAN. 42.**

derelicta Ecclesia Dei abire, & ad angulos idololatrię abire, & ad angulos idololatrię abire, & ad angulos nominare, & congregationes facere, quæ interdicta noscuntur. Si quis igit inuētus fuerit huic occultæ idololatrię seruientis, sit anathema, quia derelinqt Dominum nostrum Iesum Christum filium DEI, accessit ad idololatriam.

36 Quoniam non oportet ministrum altaris aut clericos magos & incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obliqua animalium: hos autē, qui talibus rebus vtuntur, pelli ab Ecclesia iussimus.

37 Non oportet à Iudæis vel hereticis feriatica, quæ mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere festos.

38 Nō oportet à Iudæis azyrna accipere, aut communicare impietatis eorum.

39 Non oportet cum paganis festa celebrare, & impietatis eorum habere societatem.

40 Nō oportet vocatos episcopos ad synodum, contemnere, sed abire debere, & aut docere, aut doceri, quæ sunt ad Ecclesię caterorūq; correctionem. Quod si contempserit, se ipsum videbitur accusasse: nisi forte per infirmitatem ire non possit.

41 Non oportet ministrum altaris, vel etiā laicum, sine canonicis litteris, id est, formata, aliquod proficisci.

42 Non oportet ministrum altaris vel quolibet clericū, præter iussionē Episcopi, ad peregrina proficisci.

43 Non oportet ministros vel breui tempore ab ostijs deesse, & orationi vacare.

44 Non oportet mulieres ingredi ad altare.

45 Non oportet post duas hebdomadas quadagesimæ quinquæ ad baptismum suscipi.

46 Baptizandos oportet & fidei symbolū discere, & quinta feria vltimæ septimana- **CAN. 35.**

stianos, relicta Dei Ecclesia, abire, & angelos nominare, vel congregationes facere, quod est prohibitū. Si quis ergo inuētus fuerit huic occultæ idololatrię vacare, sit anathema, quia reliquit Dominum nostrum Iesum Christum, & accessit ad idololatriam.

36 Quod non oportet eos, qui sunt sacriati, vel clerici, esse magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel astrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta, quæ quidē sunt ipsarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, eijs ex Ecclesia iussimus.

37 Quod non oportet quæ à Iudæis vel hereticis mittuntur festiua, accipere, neq; vni dies agere festos.

38 Quod non oportet à Iudæis azyrna accipere, vel eorū impietatis communicare.

39 Quod non oportet cum gentibus festum agere, & eorum impietati cōmunicare.

40 Quod non oportet Episcopos, qui vocantur ad synodum, negligere, sed abire, & docere vel doceri ad correctionem Ecclesię & reliquorum. Si quis autem neglexerit, is se ipsum accusabit, præterquam si propter intemperiam & egritudinem non veniat

41 Quod non oportet eum qui est sacratu vel clericus, sine iussu Episcopi iter ingredi.

42 Quod non oportet eos, qui sunt sacriati vel clerici, sine litteris canonicis iter ingredi.

43 Quod non oportet ministros vel breui tempore fore relinquerē, & orationi vacare.

44 Quod non oportet mulierem ad altare ingredi.

45 Quod non oportet, post duas hebdomadas Quadagesimæ, ad illuminationem admitti.

46 Quod oportet eos qui illuminantur, si dem discere, & quinta hebdomadis feria Episcopo q q scopo **CAN. 36.**

De cōf. dist. 5. Non oportet min.

De cō. di. 4. Baptizand. oport.

- manæ maioris, episcopo aut presbyteris reddere.
47. Quòd oporteat eos, qui in ægritudine percipiunt baptismum, postquam conualuerunt, fidem perdiscere, & scire cuius muneris participes facti sint.
48. Quòd oporteat eos, qui baptizantur, post lauacrum chrismæ ecclesiæ accipere, & regni Christi participes inueniri.
49. Quòd non oporteat in quadagesima panem benedictum offerri, nisi in sabbato & Dominica tantum.
50. Quòd non oporteat in quadagesima, in vltimæ septimanæ quinta feria ieiunium soluere, totamque quadagesimam sinè veneratione transire, magisque conueniat, omnem quadagesimam districto venerari ieiunio.
51. Quòd non oporteat in quadagesima martyrum natalicia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum & Dominicarum fieri conueniat.
52. Quòd non oporteat in quadagesima aut nuptias, aut natalicia celebrari.
53. Quòd non oporteat Christianos eunt ad nuptias, plaudere vel saltare, sed venabiliter cœnare vel prandere, sicut Christianos decet.
54. Quòd non oporteat sacerdotes aut clericos, quibuscunq; spectaculis in scenis aut in nuptijs interesse, sed antequàm thymelici ingrediantur, exurgere eos conuenit, atque inde discedere.
55. Quòd non oporteat sacerdotes aut clericos, ex collatis vel commissalijs conuiuia celebrare. Hoc autè nec laicis posse congruere.
56. Quòd non oporteat presbyteros ante processionem episcopi, introire sacrarium, & sedere, sed cum episcopo debent ingredi, vel in subcellijs sedere, nisi forsità infirmitate detineatur, aut proficiatur episcopus.
57. Quòd non oporteat in villis & vicis
- vel episcopo vel presbyteris reddere.
47. Qui in ægritudine constituti, baptismum percipiunt, facti sani, fidei symbolum edoceatur, vt nouerint, qua donatiõe digni sunt habiti.
48. Oportet baptizatos post baptismum, chrismatis quoq; celestis, & regni Christi participes fieri.
49. Non oportet in quadagesima panem offerri, nisi sabbato & Dominica tantum.
50. Nò oportet in quadagesima quintâ feriâ vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadagesimam inhonorari, sed p totos hos dies ieiunare, & escis abstinentiæ conuenientibus, id est, aridiõibus vti.
51. Nò oportet in quadagesima martyrum natalicia celebrari, sed eorum in sabbato & dominica tantum memoriam fieri.
52. Non oportet in quadagesima aut nuptias, aut quælibet natalicia celebrare.
53. Non oportet Christianos ad nuptias euntes, vel balare, vel saltare, sed castè cœnare vel prandere, sicut competit Christianis.
54. Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptijs, aut in scenis exhibentur, interesse: sed antequàm thymelici ingrediantur, surgere eos & de conuiuio abire.
55. Nò oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, vel etiàm laicos Christianos, ex symbolis (quæ vulgus comæalia appellat) conuiuia celebrare.
56. Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi: nisi fortè aut ægrotet episcopus, aut in peregrinis eum esse constiterit.
57. Nò oportet in villis & vicis
- scopo renunciare vel presbyteris.
- Quòd oportet eos qui in morbo baptismum accipiunt, deinde resurgunt, fidem ediscere, & nòsse quòd diuino munere digni habiti sunt.
- Quòd oportet eos qui illuminantur, post baptismum inungi supercælesti chrismate, & esse regni Christi participes.
- Quòd non oportet in Quadagesima panem offerre, nisi sabbato & solis Dominicis.
- Quòd non oportet in Quadagesimâ postrema septimana ieiunium soluere, & totam Quadagesimam iniuria afficere: sed oportet totam Quadagesimam ieiunare aridis vescentes.
- Quòd non oportet in Quadagesima martyrum natalicia celebrari, sed sanctorum martyrum facere commemorationes in sabbatis & Dñicis.
- Quòd non oportet in quadagesima nuptias vel natalicia celebrare.
- Quòd non oportet Christianos ad nuptias venientes, seturpiter & indecorè gere re vel saltare: sed modeste cœnare & prandere, vt decet Christianos.
- Quòd non oportet sacros & clericos in nuptijs vel conuiujs aliqua spectacula contemplari: sed priusq; ingrediantur thymelici, surgere & sedere.
- Quòd non oportet sacros & clericos ex collatione conuiuia peragere, sed neq; laicos.
- Quòd non oportet presbyteros ante Episcopi introitum sacrum tribunal ingredi, & sedere in tribunali: sed cum Episcopo ingredi, præterq; si Episcopus sit mala valetudine, vel profectus sit peregrè.
- Quòd non oportet in vicis &

Dist. 80. Nò villis vel in agris episcopos debere in vicis & in.

- Dist. 80. Nò villis vel in agris episcopos debere in vicis & in.
58. Quòd non oportet, in domibus oblatiões celebrari ab Episcopis vel presbyteris.
59. Quòd non oporteat plebeios psalmos in Ecclesia cantare, nec libros præter canonem legi, sed solum sacra volumina noui testamenti vel veteris.
60. Quæ autè oporteat legi, & in autoritatè recipi, hæc sunt: Genesis mundi, Exodus Aegypti, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicium, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ, liber psalmorum 150. Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Hester, duodecim prophetæ, id est, Osee, Amos, Iohel Abdias, Ionas, Micheas, Naui, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Itè Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui autè testamenti Euangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem, Actus apostolorum, Epistolæ catholicæ septè, Iacobi vna, Petri duæ, prima & secunda, Ioanis tres, prima, secunda & tertia, Iudæ vna, Epistolæ Pauli apostoli numero quatuordecim, ad Romanos, ad Corinthios prima & secunda, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, prima & secunda, ad Timotheum, prima & secunda, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.
- Hæc sunt quæ legi oportet ex veteri Testamento: Genesis, exodus, i. exitus ex Aegypto, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudices, Ruth, Hester, Regum, primus, secundus, tertius & quartus, Paralipomenon primus & secundus, Esdræ primus & secundus, Liber Psalmodum 150. Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Duodecim prophetæ, Esaias, Hieremias, Baruch lamentationes & epistolæ, Ezechiel, Daniel. Noui autem Testamenti hæc: euangelia quatuor, secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem, Actus apostolorum, Epistolæ catholicæ, Iacobi vna, Petri duæ, Iohannis tres, Epistolæ Pauli 14. Ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Ephesios vna, ad Philippenfes vna, ad Colossenses vna, ad Thessalonicenses duæ, ad Hebræos vna, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna.
- Canonum concilij Laodiceñ, numero 59, siue 60, FINIS.
- DECRETA DAMASI PAPAE PRIMI.**
Ex libro pontificali.
- D**amasus natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit annos decem & octo, menses tres, dies vnde-cim. Et cum eo ordinatur sub contentione Vrsinus. Et factò concilio fa-
- cerdotum, constituerunt Damasum, quia fortior & plurima multitudo erat. Et sic constitutus est Damasus, & Vrsinum eiecerunt ab vrbe, & constituerunt eum Neapoli Episcopum. Et mansit Damasus in vrbe Roma præsul in sede Apostolica. Fuit autem temporibus Iuliani. Hic fecit eodem tempore basilicas duas, vnam iuxta theatrum sancti Laurentij, & aliam via Ardeatina, vbi requiescit
- 99 2 intra

intra Catacūbas, vbi iacuerunt corpora sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. In quo loco dedicauit platoniam ipsam, vbi iacuerunt corpora sancta, & versibus exornauit. hic multa corpora sanctorum martyrum requisit, & inuenit: quorum etiam conchyliam atq; sepulcra versibus declarauit & adornauit. Hic constitutum fecit de Ecclesia. Hic inuidiosè accusatus ac incriminatus de adulterio, facta synodo, purgatus est à 44. Episcopis, qui etiam damnauerunt Concordiū & Calixtum diacones accusatores eius, & piecerunt de Ecclesia. Hic constituit titulum in vrbe Roma basilicam, quam ipse construxerat, vbi & donauit patenam argenteam, pensantem libras 20. Amam argenteam, pensantem lib. 15. Scyphum argenteum anaglyphū, pensantem libras 10. Calices ministeriales argenteos 5, pensantes singuli libras 3. Coronas argenteas 5, pensantes singulae libras octo. Canthara cerostrota area 16. Domos in circuitu basilicæ, præstantes solidos 155. Possessionem Papyriam in territorio Ferentino, cum adiacentibus attiguis, præstantem solidos 120, & tremissem. Possessionem Antonianam in territorio Casino, præstantem solidos 103. Balneum iuxta titulum, præstantem solidos 27. Hic constituit, vt psalmi die noctuq; canerentur per omnes ecclesias, qui hoc præcepit presbyteris, Episcopis, ac monasterijs. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma 5. per mensem Decembrem, presbyteros 31, diacones 11, Episcopos per diuersa loca numero 62. Qui etiam sepultus est via Ardeatina, in basilica sua, tertio Idus Decembris, iuxta matrem suam & germanam. Et cessauit Episcopatus dies 31.

De eodem Damaso Rufinus lib. 11. ecclesiast. histor. cap. 10. scribit in hunc modum: Damasus post Liberium per successorem, sacerdotium in vrbe Roma suscepit. Quem prelatum sibi non ferens Rufinus quidam, eiusdem Ecclesie diaconus, in tantum furoris erupit, vt persuaso quodam satris imperio & agresti Episcopo, collecta turbulenterum. & seditione hominum manu, in basilica, quæ Sicimini appellatur, Episcopum se fieri extorqueret, legibus & ordine & ratione peruersis. Quo ex facto tanta seditio, immo verò tanta bella coorta sunt, alterutrum descendibus populis, vt repleverunt humano sanguine orationum loca. Quæ res sanctione Maximini præfecti seu hominis, ad inuidiam boni & innocentis versa est sacerdotis, ita vt causa clericorum usque ad tormenta duceretur. Sed assertor innocentie Deus affuit, & in caput eorum, qui intenderant dolum, poena conuersa est. Hæc ille.

EPISTOLA DAMASI PAPAE PRIMI, AD PAVLINVM
 * Antiochenum Episcopum, de fide & formula libelli, cuiusmodi, qui ab hæresi reuertuntur, debeant profiteri.

Cap. I. *Quod integrum hominem suscepit Christus sine peccato.*

* deferentibus

* Thessalonicæ

Cap. II. *Quod vnus sit Christus, ante secula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.*

Dilectissimo fratri Paulino, Damasus. Per filium meum Vitalem ad scripta direxeram, tuæ voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens, & per Petronium presbyterum breuiter indicaueram me in articulo iam professionis eius aliqua ex parte commotū. Vnde nē aut tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesiæ copulari tua cautio probanda differret, si dem nostram misimus, nō tam tibi, qui eius fidei communionem sociaris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater. Quapropter, si supra dictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari, primum debet in ea expositione fidei subscribere, quæ apud Niceam pia patrum voluntate firmata est. Deinde, quoniā nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse, id est, confitēdus ipsa sapientia, sermo, filius DEI humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est, integrum Adam, & (vt expressius dicam) totū veterem nostrum sine peccato hominem. Sicut enim, confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adiungimus passionēs: ita & dicentes eum suscepisse & hominis animā & sensum, non statim dicimus & cogitationū eum humanarum subiactuisse peccato. Si quis autem dixerit, verbum pro humano sensu in domini carne versatum, hunc catholica Ecclesia anathematizat, nec non & eos qui duos in saluatore filios confitentur, id est, alium ante incarnationem, & alium post assumptionē carnis ex virgine: & non eundem Dei filium, & antē & postea confitentur. Qui cumq; huic Epistolæ subscribere voluerit, ita tamen, vt in Ecclesiasticos canones, quos optime nōsti, & in Nicenam fidem antē subscripserit, hunc habebis absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa, quæ nos scribimus, non potueris conuertentium susceptioni proponere, sed quod tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.

PROFESSIO CATHOLICAE
 fidei, quam scripsit Damasus Paulino Episcopo Thessalonicæ in Macedonia.

Quia post concilium Nicenum is error inoleuit, vt quidam ore sacrilego auderent dicere, spiritū sanctum factū esse per filiū, Anathematizamus eos qui non tota libertate proclamant, eum cum patre & filio vnius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos, qui Sabellij sequuntur errorem, eundem dicentes patrem esse, quem & filium. Anathematizamus Arri-

Cap. 1.

Cap. 2.

Vide Theodoret. lib. 5. cap. 10. & Nicoph. lib. 12. ca. 18.

rium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermōe dissimili, filium & spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrij stirpe venientes, nō perfidiam mutauerūt, sed nomen. Anathematizamus Photinū, q̄ Hebionis hæresim instaurans, Dñm Iesum Christū tantū ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos, q̄ duos filios asserūt, vnū ante secula, & alterū post assumptionē carnis ex virgine. Anathematizamus eos, q̄ p̄ hominis anima rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne versatum, cum ipse filius sit verbū Dei, & nō p̄ aia rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostrā, id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam suscepit, atq; saluauerit. Anathematizamus eos, qui verbum DEI filium extensione aut collectione, & à patre separatū, in substantium, & finem habiturū esse contendunt: Eos autem, qui ab ecclesijs ad ecclesias migrauerint, tā diū à nostra cōmunionē alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus sunt constituti. Quod si quis alius, alio transmigrante, in locum viuientis ordinatus est, tam diū vacet sacerdotij dignitate, & à patre deseruit ciuitatem, donec successor eius quiescat in DOMINO. Si quis non dixerit, semper patrem, semper filium, semper spiritum sanctum esse, anathema sit. Si quis non dixerit, filium natum de patre, id est, de substantia diuina ipsius, anathema sit. Si quis nō dixerit, Deum verum filium dei, sicut Deum verum patrem eius, & omnia posse, & omnia nō esse, & patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit, quod in carne constitutū filius Dei, cum esset in terra, in cælis cum patre nō erat, anathema sit. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem sustinuit filius Dei Deus, & nō caro cum anima, quā inderat in forma serui, quā sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit, ex cruciatum carne Dei filium, & carne mortē gustasse, fuisseque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est & viuificus Deus, anathema sit. Si quis non dixerit, q̄ in carne, quam assumpsit, sedet ad dexterā patris, in qua vterus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. Si quis non dixerit, spiritum sanctum de patre esse verē ac propriē, sicut & filiū de diuina substantia, & Deum Dei verbum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia posse spiritum sanctum, omnia nō esse, & vbiq; esse, sicut patrem & filium, anathema sit. Si quis dixerit spiritum sanctum facturam, aut per filium factum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia per filium postea incarnatum & spiritum sanctū patrē fecisse, id est, visibilia & inuisibilia, anathema sit. Si q̄ nō dixerit, patris & filij & spiritus sancti vnam diuinitatem, potestatem, maiestatem, potentiam, vnam gloriam, dominationem, vnum regnum, at-

Philip. 2. a

que vnam voluntatem ac veritatem, anathema sit. Si quis tres personas non dixerit veras Patris, & Filij, & Spiritus sancti, æquales, semper viuentes, omnia continentes visibilia & inuisibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia saluantes, anathema sit. Si quis non dixerit, spiritum sanctum adorandū ab omni creatura, sicut & filiū & patrē, anathema sit. Si quis de patre & filio benè senserit, de spiritu autē sancto nō rectè habuerit, hæretic⁹ est: quia oēs hæretici de filio Dei & de spiritu sancto malè sentientes, in Iudeorum atque Gentilium perfidia inueniuntur. Quod si quis partiat, Deum patrem dicens, & Deum filium eius, & Deum spiritum sanctum Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatē & potentiam, quam credimus esse & scimus patris, & filij, & spiritus sancti, Deum verum, subtrahens autem filium & spiritum sanctū, ita solum existimet Deum patrē dici aut credi vnum Deum, anathema sit. Nomen enim deorum & angelis, & sanctis omnib⁹ à Deo est impositum & donatum. De patre autem & filio & spiritu sancto, propter vnā & æqualem diuinitatem, non nomen deorum, sed Dei nobis ostēditur atque indicatur, vt credamus, quia in patre, & filio, & spiritu sancto solum baptizamur, & non in archangelorum nominibus & angelorum, quomodo hæretici, aut Iudæi, aut etiam gentiles dementes. Hęc est ergo salus Christianorum, vt credentes Trinitati, id est, patri, & filio & spiritui sancto, & in eam baptizati, veram solāq; vnam diuinitatem, potentiam, maiestatem, & substantiā eiusdem sine dubio credamus.

EPISTOLA DAMASI PAPAE SECVNDÆ, ad Hieronymum presbyterum.

Damasus episcopus fratri & cōpresbytero Hieronymo in Domino salutem. Dum multa corpora librorum in meo arbitrio allata fuissent, contigit, vt & librum psalmorum in meo animo festin⁹ cognoscerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuerē. Cogitavi, frater amantissime & in Christo semper sacerdos, vt secundum septuaginta interpretes & presbyteros, id est, Matthiam & Ptolemæum, Muchium, Sacreum, Hydronium, Pamphilum, Zoastiten, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciastrem, Simonem, & ceteros, in quantum nostra recurrit conscientia, de 70. inuenire vestigia. Peto etiam tuam charitatem, vt sicut à rectore tuo Alexandro episcopo nostro didicisti, Græcorum psallentiam ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: quia tantæ Græcorū apud nos simplicitatis indago est, vt tantum psallere, in die Dominica apostoli epistola vna recites, & euāgelij capitulū vnū dicat: & nec psallentium mos tenetur, nec hymni decus in ore nostro cognoscitur. Peto ergo per fratrem & cōpresbyterum nostrum Bonifacium, vt lubeat fraternitas tua rei hui⁹ nobis aperire

* creatore

* in gremio

* vox vlla

* hymnidic⁹

rire vestigia. missa 5. Kalendas Nouēbris, per Bonifacium presbyterum Hierosolymam. RESCRIPTVM HIERONYMI presbyteri ad Damasum papam, vbi suggerit de Gloria patri, & Alleluia, in fine psalmodū apud Romanam ecclesiam concinendo.

Beatissimo papæ Damaso sedis apostolicæ vrbis Romæ, Hieronymus supplex. Legi literas apostolatūs vestri, poscentes, vt secundum simplicitatem LXX. interpretum, canendum psalmographum interpretari festinem propter fastidium Romanorum, vt vbi obscuritas impedit, apertius Latine trahatur sensus. Precatur ergo diēs tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana, die noctūq; canatur, & in fine psalmi cuiuslibet siue matutinis vel vespertinis horis, coniungi præcipiat apostolatūs tui ordo, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorū, Amen. Istud carmē laudis, omni psalmo coniungi præcipias, vt fides 38. episcoporū Niceni concilij, in vestro ore pari cōsortio declaretur. Vbi autem Deus & homo honorabili voce cantatur, Alleluia semper cū omnibus psalmis affigatur, vt in omni loco communiter respōdeatur nocturnis temporibꝫ. In ecclesia autem à sancta resurrectione vsq; ad sanctum Pentecosten finiat, inter diērum verò spatia quinquagesimæ propter nouitatem sancti Pasche, vt vox ista laudis canatur in aleph, quod prologus Græcè, Latine præfatio dicitur.

EPISTOLA STEPHANI Archiepiscopi & trium conciliorum Aphricæ, ad Damasum papam, de priuilegio Romanæ sedis.

Beatissimo domino, & apostolico culmine sublimato, sancto patri patrū Damaso papæ, & summo omnium presulū pontifici, Stephanus archiepiscopus cōcilij Mauritanie, & vniuersi episcopi de tribus cōcilij Africane prouinciæ. Notum vestræ facimus beatitudini, qꝫ quidam fratres nostros, venerabiles videlicet episcopos, vobis incōsultis, à proprio deiciunt gradu, vel deicere moliantur, cūm vestræ sedi, episcoporū iudicia & summorum finem ecclesiasticorum negociorum, in honore beatissimi Petri, patrum decreta omnium, cunctam reseruauerent sententiam, inquirendi reuerentia de dei rebus, quas omni cura & sollicitudine obseruare debemus. Maximè verò iuste debet ab ipso præsulū examinari vertice apostolico, cuius vetusta sollicitudo est, tam mala dānare, quàm releuare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, vt quicquid horū quāuis in remotis, vel in longinquo positus, age-

Concilium Africanum Mauritanie.

Idem habet in dec. Felici papæ 2.

retur prouincijs, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam alme sedis vestræ fuisset deductum, vt eius autoritate, iuxta quod fuisset pronunciatum, firmaretur: & reliqua multoties talia, & his similia, quæ super his constituta sunt: quibus, si illicitè factum est, vt semper vestræ sedi cōsuetudo fuit, festinanter occurrere, & his viriliter, vt pater pro filijs, certates, stare, sicut benè à Iesu filio Sirach dictum est: Vique ad mortem certa pro veritate, & semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te. Accipere em̄ personam impij, non est bonum, vt declines à veritate iudicij. Sin minꝫ illicita sunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime pater. Aut si liceat hos, vel aliquos etiā minorum graduum clericos, nisi canonicè tēpore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus, aut absq; veris & innocētibus testibus, vel nisi manifestè canonicè conuictos, aut spontè confessos, vel à suis sedibus eiectos, aut suis expoliatos rebus, vocare ad synodum vel damnare: quia legimus, eos nō posse canonicè ad synodum, ante suam diū tenendam & gubernandam, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionē, suisq; omnibus sibi legaliter restitutis integerrimè vocari, aut, vt veniant ad synodum, nisi spontè voluerint, imperari. Deus ergo creator omnium, conseruet longæuū apostolatū vestrum ad stabilitatem ecclesiarum sanctarū & orthodoxe fidei, vosq; pastorem bonū, qui pro spiritualibus ouibus vestram ponitis animam, atque baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusq; oppressis auxilium fertis. Quod & istis atq; omnibus vos semper facere optamus, sanctissime papa. Subscriptio. Et alia manu: Ora pro nobis charissime pater.

EPISTOLA DAMASI PAPAE tertia, ad eundem Stephanum & ad concilia Aphricæ.

1. De primatu Apostolicæ sedis.
2. De causis Episcoporum, & de Synodo cōgreganda.
3. De accusatoribus & testibus.
4. Quod qui vocatus non est, respondere nō debeat, nisi spontè velit.
5. De episcopis eiectis, aut rebus expoliatis.
6. De accusatoribus & accusationibus.
7. De causa persone accusatæ: & vt alij accusatores, alij indices alij sint testes: & de inscriptione.
8. De inducijs.
9. Vt nullus iudicetur aut dānetur, priusquā accusatores presentes habeat, induciasq; accipiat: nec extra prouinciam fiat prima discussio.

Damasus seruus seruorum Dei, atq; p̄ gratiam eius episcopus sancte catholice Ecclesie vrbis Romæ, Stephano archiepiscopo cōcilij Mauritanie, & vniuersi episcopo-

in epistola Aegyptiorum ad eū. dem.

Eccē 4. d

euocari.

Luc. 9. c

1. Cor. 11. g

I.

Matth. 16. c

II
i. q. 6. discussio
terre epōs.

scopis Africanæ prouinciæ. Lectis fraternitatis vestræ literis, primò gratias ago, quòd tantorum fratrum merui benedictione frui: deindè, quòd circa fratres sollicitus vos repertus, & cum eis crucè Domini deferre, qui ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, & reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur, quoniam in præsentī opportunè gestorum consultatione, apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, nōs hortata est, tuitionem fratrum apostolica impedere auctoritate, & eorum iniurijs subuenire, dum constet, eadem vos cum Apostolo compassibiliter dicere, Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizat, & ego non vror? fatigantes, nē aliquis de his, qui vobis crediti sunt, à suis bestijs laceretur aut capiat: pro qua re oportet, iuxta vestram prudētē commonitionem, magis autè secundū Domini diuinam præceptionem, nos, qui supra domum eius, hoc est, vniuersalem ecclesiam catholicam, episcopale suscepimus ministerium, sollicitè vigilare, nē de sacris eius muneribus, id est, apostolicis viris, apostolorumq; successoribꝫ, atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat supprimi, atq; iniuste, nobisque inconsultis, damnari. Scitis, fratres charissimi, firmamentum à Deo fixū & immobile, atque titulum lucidissimū suorum sacerdotum, id est, omnium episcoporum, apostolicam sedem esse constitutam, & verticem ecclesiarū. Tu es enim (sicut diuinum pronunciat verbum veraciter) Petrus, & super firmamentum tuum ecclesie columnæ, qui episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt: & tibi clauis regni cælorum commisi, atque ligare & soluere potestatem quæ in cælis sunt, & quæ in terris, promulgauit. Tu prophatorū hominum, & membrorum meorum, maximeque discipulorū meorū existis vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodie, gratia Dei, legatione pro Christo fungimur, & omnes huius sanctæ sedis præfules eius vicem gesserūt, gerunt, & gerent. Idèd omnia, quæ innotuistis, non licere mandarem, nisi vos tam pleniter instructos esse scirem, quòd cuncta, super quibus consultis, illicita esse nō dubitatis. Discutere nanque episcopos, & summas ecclesiasticorum negociorum causas metropolitanæ, vnā cum omnibus suis comprouincialibus, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negocijs, licet: sed definire eorum atque ecclesiasticarum summas querelas causarū, vel damnare episcopos, absque huius sanctæ sedis auctoritate, minimè licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam (vt nōstis) synodum finè eius auctoritate fieri, non est catholicum: nec episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica vocatiōe cōgregata, definite damna-

ri potest: neque vlla vnquam cōcilia rata legunt, quæ non sunt fulta apostolica auctoritate. Accusatores autè Episcoporum & testes, super quibus rogastis, absq; vlla infamia, aut suspitione, vel manifesta macula, & veræ fidei pleniter instructi esse debent, & tales, quales ad sacerdotiū eligere iubet diuina auctoritas: quoniā sacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundē non debent nec possunt, puehi honorè. Vocatio em̄ ad synodum (iuxta decreta patrum) canonica eius, qui impetitur, tam sua præsentia, qꝫ & scriptis atq; apocrisarijs, per spatium fieri debet cōgruum atq; canonicum: quia nisi canonicè vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit ad conuentum quacunq; necessitate, nisi spontè voluerit, nullatenus suis respōdebit insidiatoribus: quoniam nec seculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis diuinæ? De eiectis verò, atque suis rebus expoliatis, nihil vobis veriùs significare queo, quàm sancti patres diffinierunt, & nostri prædecessores apostolica auctoritate roborauerunt. Itā enim hæc se habent: Episcopos eiectos, atque suis rebus expoliatos, ecclesias proprias primò recipere, & sua eis omnia legaliter reddi, sancti canones decreuerunt: & postea si quis eos accusare voluerit, æquo periculo facere sancuerunt, iudices esse decernentes episcoporum, episcopos rectè sapientes & iuste volentes, ad tempus diuq; illis, resumptis viribus & suis potestatiue fruuentibus rebus, amicisq; & Dei seruis sapientibus consulentibus viris, in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singulorum, qui oppressi esse vidētur. Et reliqua, ad hunc ordinem pertinentia: quæ, plixitatem vitantes, hic non inferuimus, quia hæc sufficere credimus. Si quis autem his nō est contentus, legat ea, & fatiabitur. Scimus enim, homines inermes non posse cum armatis ritè pugnare: sic nec illi, qui eiecti vel suis bonis sunt expoliati, cū illis, qui in suo stant gradu, & suis fruuntur amicis atq; bonis, litigare ritè possunt. Nec seculi quoque leges hæc secularibus fieri permittunt, sed prius eiectos, vel oppressos, aut expoliatos, cum suis omnibus restitui iubent, & postea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad placita venire præcipiunt, nec vlla carceris custodia appellatam arceri permittūt. Docent enim ex parte (sicut nōstis) terrena, quæ sunt cælestia. Accusatores verò & accusationes, quas seculi leges non adfiscunt, nullatenus sunt in horum admittendæ causis: quia omne quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Et hoc à maioribus definitum esse, propter prauorum hominū insidias, non dubitatur. Decet enim Domini sacerdotes, fratrum causas piè tractare, & venerabiliter intendere, atque eorum iudicia super sacrificia ordinare, nec pro-

III
2. q. 7. relictos
absq; vlla.

2. q. 7. Sacerdotes vt an.

III
5. q. 2. Vocatio ad syno.

V

*statu,

VI

Psal. 49.

Tob. 4. c
Matth. 7. b
Lucæ 6. e
Matth. 7. a
Marc. 4. c

*superintē-
dere
Galat. 6. a

VII.

4. q. 4. Nulli
introducatur.

*æqualitas

Ecc. 12. d

Leuit. 19. c

Tob. 4. c
Matth. 7. b
Lucæ 6. e

Actor. 20. f

*Attendite
lupos, atten-
dite

Zacha. 2. e
Matth. 18. a

Matth. 11. a
Lucæ 7. d

teruè aut tyrànica dominatione, (vt de qui-
frsdam refertur) sed charitatiuè pro Deo &
fraterno amore cuncta peragere: & quod si-
bi quis fieri, secundum Dominicam vocem,
non vult, alij inferre nò presumat: & in qua
mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Ea
verò, quæ Apostolorum prædicatione & pa-
trum instructione percepimus, semper tene-
re debemus, nè aliqua noua cudere, aut ad
noxam fratrum intendere videamur: sed al-
terutrum onera portemus, vt iuxta Aposto-
lum, legem Domini adimplere valeamus.
Tempus enim congruum præuideri oportet,
quandò vnus cuiusque accusatæ personæ
causâ rectissimè in medio producat, qua-
tenus grauitatem eius consonantiamq; con-
tra patrum decreta vel synodorum confessi-
onem, prodi minimè cognoscatur. Quam
ordinabiliter omnes intendant, vt ad eam in
omnibus rationabiliter respondeat, & iuste
se velle, manifestè ostendant. Nullus autem
introducatur personaliter, sed accusatores &
accusati æqua audiatur ratione, iuxta quod
gestorum ordo exigit. Accusatores verò &
iudices nò iidem sint, sed per se accusatores,
per se iudices, per se testes, p se accusati, vnus-
quisque in suo ordinabiliter ordine. Nam
inscriptio primò semper fiat, vt talionem ca-
lumniator recipiat, quia ante inscriptionem
nemo debet iudicari vel damnari, cum & se-
culi leges hæc eadem retineant. De quibus
omnibus vera semper fiat æquitas, quatenus
accusationis & iudicij ac testimonij mer-
cedem, per veritatem gestorū consequi valeat.
Scriptum est enim: Abominatur Dominus
labia mendacia, & testem fallacem, proferen-
tem mendacia, & seminantē inter fratres scā-
dala atq; litigia, ipso monente atq; dicente:
Non facies calumniam proximo tuo, nec vi
opprimes eum. Non facies quod iniquū est,
nec iniuste iudicabis. Non considerabis per-
sonam pauperis, nec honores vultū potētis.
Iuste iudica proximo tuo. Et quod tibi non
vis fieri, alteri nè facias, & reliqua. Et maxi-
mè præceptum habentes Apostolicum, attrē-
dere nobis ipsi & gregi, in quo nos spiritus
sanctus posuit Episcopos, regere Dei Eccle-
siam, quam aequiuit per sanguinē suam, p-
prium, conuenit. Et iterum: Attendere lu-
pos, attendere malos operarios, qui peruersa
faciunt, & aduersa loquuntur, vt detrudere
semper discipulis Dñi, & infamare queant,
quos corrigere, vos & omnes Dñi sacerdotes
summo studio oportet: quia peius malū non
est, quam vt ciues ciuibus inuideat, & sacer-
dotes vel clerici, sacerdotibus vel pontifici-
bus insidiētur, restante etiā veritatis voce.
Qui vos tangit, tangit pupillā oculi mei. Et,
qui scandalizauerit vnū de pusillis istis, me-
lius est vt suspendatur mola asinaria in collo-
cius, & demergatur in profundum maris. Et
item: Beatus q nō fuerit scandalizatus in me.
Ille proculdubid scandalizatus est in Deum,

qui eius scandalizat Episcopum vel sacerdotem.
Et multa talia, quæ hinc non inferuntur,
nè nimis prolixa efficiatur epistola. Monen-
tes quoque instruere debetis memoratos vi-
cinos vestros, vt à talibus se subtrahat, & que
illicite contra præfixos fratres egerunt, citò
corrigant. Et quos nobis inconsultis leserit,
nobis inconsultis, plena satisfatione sanet,
& citò sibi eos recōciliet, si noluerint Apo-
stolicæ sedis suscipere censurā. Nam si quid
fortasse in eos aut contra eos emerferat, no-
strum fuerat expectandum examē, vt nostra
(vti semper huic fuit sedi concessum priuile-
gium) aut condemnarentur autoritate, aut
fulcirentur auxilio. Neq; enim suo proli-
bitu nostra debuerant iura peruadere, absque
Apostolicæ Sedis dispositione mandante.
A talibus deinceps omnes se abstineant sacer-
dotes, qui noluerint ab Apostolica petre
(super quam Christus, vt prædictum est, vni-
uersalem construxit Ecclesiam, cui Episco-
porum summa iudicia atque maiores causæ,
sicut paulò superius memoratum est, reser-
uata sunt atque solidatæ) censura ac sacer-
dotali honore secludi. Induciat enim accu-
satis in criminalibus Episcopis sex mensiū,
vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ
sunt: quoniam & laicis hoc permillum, nul-
lus secularibus imbutus disciplinis ignorat:
quanto magis sacerdotibus, qui superiores
esse eis non dubitant? Habetur quoque in
decretis sanctorum patrū sancitum, nō fore
canonicum, quenquam sacerdotum iudicare
vel damnare, antequam accusatores, cano-
nicè examinatos, presentes habeat, locumq;
defendendi accipiat, id est, inducias ecclesia-
sticas ad abluenda crimina, &c. Nec extra p-
prium fiat prouinciā primò discussionis ac-
cusatio, si nō Apostolica præceptione, cui in
omnibus causis debet reuerentia custodiri,
quoniā & antiqua docet hoc patrū regula,
in q̄ & imperialia pariter statuta concinunt.
Criminū, in quiunt, discussio ibi agenda est,
vbi crimen admissum est. Nam alibi criminū
reus prohibetur audiri. Et alibi in canonib;
præcipitur: Quæcunq; negocia in suis locis,
vbi orta sunt, finienda sunt, & reliqua talia &
his similia, salua tamen in omnibus Apосто-
lica autoritate, vt nihil in his definiat, pri-
usquam ei placere cognoscatur, qua omnes
suffultos esse oportet. Et si quid eis graue in-
tolerandumq; acciderit, eius est semper expe-
ctanda censura. Neque enim proteruè, aut
stimulo suæ cogitationis impulsus, (vt sæpè
actum agnouimus) detrudere aut accusare
presumat quæquam sacerdotum, quia iniu-
ria eorum ad Christum pertinet, cuius vice
legatione pro populo, Christi sanguine re-
dempto, funguntur. Causas enim eorū, quia
Dei causæ sunt, eius esse iudicio scimus reser-
uandas, qui valet corpus occidere, & animā
mittere in gehennam. Qui dicit, Mihi vindi-
ctam, & ego retribuam. Apud quem consci-
entia

Matth. 16. e

viii.
3. q. 3. Indu-
ciæ accusa-
tis in

3. q. 9. Habet
quoque in
decret.

Ibid. Nec
extra patriā

Lucæ 12. a
Deut. 32.
ro. 12. He. x.

Heb. 4. d

Ioan. 10. a

Rom. 14.

Esaiæ 42. d

*preuatica-
tionum

Ephes. 5. b
Coloss. 3. a
Psalm. 63.
Hebr. 6. b
Roma. 8. g

Hebr. 10.

Iacobi 5. b

*cadet,

Ephes. 6. b

Ephes. 3. d

1. Cor. 1. b

Roma. 2. a

entia nuda est, cui non absconduntur occul-
ta. Instruendi etiā omnes sunt, quoniam
per nos illis Christus intonuit, non esse ou-
um lupi insidias preuidere, sed pastoris. Mo-
net ergò beatus apostolus Paulus, nè de his
temerè leuiterq; presumat iudiciū, de qui-
bus nemo potest verius vel melius iudicare,
quàm deus. Tu autem, inquit, quare iudicas
fratrem tuum? aut cur spernis eum? Omnes
enī stabimus ante tribunal Christi. Scriptum
est enī: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam
mihi flectetur omne genu, & omnis lingua
confitebitur Domino. Itaq; vnusquisq; no-
strum pro se rationē reddet deo. In hoc ergò
nō sibi quispiā temerarios ausus vsurper, vt,
preter quod ad concordiam pertinet, aliud
agat, vnde vnitas ecclesiæ dissipet. Non ergò
leuiter quisquam assentiat in detractioe vel
iudicatione vel damnatione fratrum, maxi-
meq; sacerdotū, qui proximiores sunt Deo,
& qui proprio ore corpus Christi conficiūt:
quia ob hoc venit ira Dei in filios diffiden-
tiæ, qui Christum persequitur in suis mem-
bris. Nolite, fratres, nolite effici participes
eorum, nec communicetis peccatis talium,
aut infructuosus verbis illorum. Magis autē
redarguite talium cœtus, qui extendere mo-
liuntur, quasi arcum, in fratres linguas suas.
Defendite ergò fratres, & omnes monete, vt
armentur contra fratrum persecutores. Cō-
fidimus autem de vobis meliora & viciniora
saluti, quia neque mors, neque vita, neque
angeli, neque principatus, neque virtutes,
neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo,
neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura
alia, magistro gentium docente, poterit nos
separare à charitate domini nostri Iesu Chri-
sti, quæ maximè in sacerdotibus & reliquis
perficitur membris eius. Nolite itaq; amitte-
re confidentiā vestrā, quæ magnam habet re-
muneracionem. Ecce enim iudex ante ianuā
assidet, coronatus hilariter promittens his, qui
pro eo fratribus auxilium ferunt, & oppres-
sis succurrunt, atq; in charitate collaborant.
Quod si subtraxerit se qs, non placebit deo,
sed cadit, quia non subleuauit cadentem,
sed emarcuit. Non autem simus subtractio-
nis in oppressionem, sed adminiculi in acq-
sitionem & supplementum fratrum. Propter
quod assumite armaturā Dei, vt possitis resi-
stere omnibus taliter præsumētibus, & indui-
te vos loriciam iustitiæ, calcate pedes in præ-
parationem euangelij pacis, in omnibus su-
mentes scutum fidei, in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam
salutis assume, & gladium spiritus quod est
verbum DEI, per omnem orationem & ob-
secrationem radicati & fundati, vt id ipsum
dicatis omnes, & non sint in vobis schisma-
ta, diuidentes corpus ecclesiæ bonum & in-
tegrum in tortuosas nouitates. Monet ergò
Apostolus, non amplius nos iniucem teme-
rè iudicare, temerè enim iudicat, si quis epi-

scopum absq; sedis Apostolicæ autoritate
condemnat, cum ei (vt paulò superius præli-
batum est) hoc specialiter priuilegiū reser-
uatum sit. Sed hoc iudicate magis, inquit, nè
ponatis offendiculum fratri vel scandalum.
Patenter enim his & alijs innumerabilibus
decretorum testimonijs, omnibus manifestū
est, non debere Episcopum damnari, licet
ei perscrutetur opinio, donè iudicium de
eo nostræ Apostolicæ autoritatis, hoc est,
principis Apostolorum Petri, cognoscatur,
vtpotè quoniam solus & præ omnib; credi-
tus est atque percipere meruit à rege regum
Christo deo clauis regni celorū, ad aperien-
dū fidelibus & beneuolis hominib; in eun-
dem Dominum nostrū, & claudendum in fi-
delibus & maleuolis, atq; suis sacerdotibus
& sanctæ ecclesiæ, suo precioso sanguine re-
demptæ, impugnatoribus siue nocentibus.
Quod utique & nos facere postulauit. Non
quod noui aliquid nūc imperatur, sed illud
quod per desiderium aliquorum aut scienter
aut negligenter transgreditur, deinceps ob-
seruetur ab omnib; vt illa semper, quæ apo-
stolica & patrum traditione constituta sunt,
sub metu, irrefragabili autoritate, tenean-
tur. Scriptum nanque est in secūda ad The-
salonicenses epistola, & ad Timotheū, Apo-
stolo monente: State, & tenete traditiones ve-
stras, quas didicistis seu per verbum, seu per
epistolam. Item alibi per prophetam: Expe-
ctauit quoq; sicut beatus Esaias intonuit, vt
facerent iudicium, fecerunt autem iniquita-
tem, & non iustitiam, sed clamorem, omnes
pios conturbantes. Et hoc scire debeant,
quoniam iudicium dei est secundum verita-
tem in eos, qui talia agunt, licet diuitias bo-
nitatis Dei, & sustentationis, & patientiæ cō-
temnant, ignorantes quoniam benignitas
Dei ad penitentiam eos adducit: secundum
duritiā aut eorum & cor impœnitēs, thesau-
rizant sibi iram in die ire & reuelationis iu-
sti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum
opera eius. Et alibi scriptū est: Ego sum Do-
minus deus vester: Non facietis iniquitatem
in iudicio. Nō accipies personam hominis,
neq; mireris vultū potētis. Ab omni iniquo
verbo recedes. Innocentem & iustum non
oppugnabis, neq; interficies. Ille proculdu-
bid facit iniquitatem in iudicio, qui ea sibi
vindicat, quæ ei vindicare non licet. Idèd,
quæ huic sanctæ Sedi concessa sunt, nullus
vsurpare sinè eius consultu presumat, qui
non vult honore ecclesiastico indignus, vt
contemptor, iudicari. Itaque oportet negli-
gentes propulsare, sed ita, vt nocentes non
roborentur: & bonos improbis aut insidia-
toribus fratrum resistere, nè torpore desidij
oppressi, taciturnitatis teneantur obnoxij.
Itaq; qui potest obuiare, & perturbare per-
uersos, & non facit, nihil aliud est, quam fa-
uere eorum impietati. Nec enim caret scrup-
ulo societatis occultæ, qui manifesto faci-
nori

Roma. 14. c

Matth. 16. c

for. suorū
sacerdotum

2. Thef. 2. d
1. Tim. 3. b

Ibidem 6. d
2. Tim. 3. d
Esaiæ 5. c

Roma. 2. a

Leuit. 19. c

*diuitis

Di. 17. Huic
sedi.

*aut

23. q. 3. Qui
potest ob-
uiare.

1. Cor. 1. b

1. Petri 2. a

Luc. 10. c

Acto. 20. f

Roma. 15. b

Roma. 16. d

nori desinit obuiare. Sitis autem perfecti & integri in eodem sensu, & in eadem scientia firmati, ut per eam vias vestras dirigentes in eundem inflexibiliter, omnibus occurratis oppressis, quia vobis creditur Dominus, ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatur propter talium impietatem, à Deo autem electum & honorificatum, super quem vos, tanquam lapides viui, ædificamini in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suauitatis. Gratū em̄ admodum est sacrificium Domino, oppressis omnibus subuenire: quanto magis illis, de quib' ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit, &c. Libat quidē Domino prospera, qui ab afflictis & oppressis pellit aduersa. Sed & nunc, fratres, commendamus vos Deo & verbo gratiæ eius, qui potest perficere, & dare hereditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem DEVS pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper & in omnibus, ut vnanimis, vno ore & vno corde honorificetis eum in concordiam & auxilium fratrum, qui potens est confirmare omnes & consolari secundum euāgelium eius, & iuxta reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas & patrum orthodoxorum doctrinas, secundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei, in omnibus cognitis nobis, soli sapienti Deo, domino nostro Iesu Christo, cum quo patri & spiritui sancto gloria, honor & imperiū & potestas in secula seculorum. Amen. Dominus vos custodiat, dilectissimi fratres, incolumes semper. Data octauo Kalendas Nouembriis, Flauio & Stilicone viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA DAMASI PAPAE
quarta, de Chorepiscopis, & qui iidem sint, aut si aliquid sint, aut nihil, & de vana superstitione eorum vitanda.

Dominis venerabilibus fratribus, Prospero Numidie primæ sedis episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo, & omnibus ceteris, vbi quæ in recta, sancta & Apostolica fide consistentibus, orthodoxis episcopis Damasus episcopus. Licet, fratres charissimi, vobis sint nota patrum decreta, mirari tamen non possumus vestram solertiam circa instituta maiorum, ut cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput, ut semper fuit consuetudo, deferre non desinat, ut inde capiatis responsa, vnde accepistis institutionem & normam recte viuendi. Vnde & vos non immemores canonum esse recordamur, qui & idipsum fieri præcipiunt. Non ut vobis scientiæ ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed ut auctoritate sedis apostolicæ fulti, in nullo ab eis deuietis regulis. Igitur de chorepiscopis,

ecclesia accepit

de quibus nos consulere voluistis, quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quam auctoritatem habeant, vel si liceat eos fieri, an nō, quia audiuius eos iam esse prohibitos, aut quid de his, qui iam ordinati reperiuntur, agendum sit: nil vobis certius respondere nobis videtur, quàm olim à prædecessoribus nostris decretum reperimus, ut eis ad veniam nihil prorsus aliud referretur, quàm priuatio sacri ministerij, quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerant episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua: quia ut hi de summo sacerdotij ministerio aliquid præsumant, omni auctoritate caret, & sacris canonibus inuenitur esse cōtrarium, atque ad totius ecclesiæ perturbationem superba & superflua tendit elatio: & vacuum est & inane, quicquid in prædicto sacerdotij summi egerunt ministerio. Quod d ipsi iidem sint, qui & presbyteri, sufficienter inuenitur: quia ad formam & exemplum Septuaginta, inueniuntur prius instituti. Sed quia (Deo gratias) modò necessarii, sicut in primitiua ecclesia propter studium, quod erga pauperes exigebant, non sunt, & quæ illicita præsumebant, & quod agebant, actū non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, ecclesiastico fraudabantur & frustrabantur ministerio: idē tam ab hac sancta sede, ut superius memorauimus, quàm & ab omnibus totius orbis Episcopis, à pontificalibus sunt remoti officijs. Nam (ut nobis relatum est) quidam Episcoporum, propter suam quietem, eis plebes suas committere non formidant: & ut illicita atque prohibita agant, iidem ea quæ solis pontificibus debentur, sibi usurpāt, & ipsi in sua quiete torpent, & curam sibi à Deo commissam negligunt, quum Dominus dicat: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, & vocat eas nominatim, & cognoscit suas, & suæ agnoscunt eum. Et item: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meā pono pro ouibus meis. De mercenario autē quid dicat, benè nōstis, quia videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. & reliqua. Pro talibus verò negligitur cura ecclesiæ, & eius status perturbat. Et idē sunt prohibiti, intantum, ut si aliqui ex his reperti fuerint, à proprio decidant gradu. Illi nanque episcopi, qui talia sibi præsumunt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim, ut pariūt, infantes suos alijs nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos, id est, populos sibi commissos, alijs educandos tradunt, ut suas libidines expleant, id est, ut pro suo libitu secularibus curis inhiant, & quod vnicuique visum fuerit, liberiùs agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues perdit, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, ecclesiæ destru-

Sup. in con. ci. Neocæs. re. cap. 15.

Ioan. 10. e

Ibidem.

Ibidem. b

Luc. 15. a

68. di. Chorepiscopi ab hac

sanctis

Patet ex pluribus pentateuchi locis Num. 7. a

Psal. 98.

destruantur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter Dominus docuit, nec apostoli instituerunt: sed ipsi qui curam suscipiunt, ipsi peragāt, & ipsi proprios manipulos Domino representent. Nam ipse ouem perditam diligenter quæsiuit, ipse inuenit, ipse proprijs humeris reportauit, nosq; idipsum facere perdocuit. Si ipse pro ouibus tantam curam habuit, ipse docuit, ipse curauit, ipse sanauit, ipse proprijs humeris reportauit, atq; intantum dilexit, ut etiam animam suam (multas sustinens iniurias, multa opprobria, multasque passiones) pro nobis traderet, quid nos miseri & desides dicuri sumus, qui etiam pro ouibus nobis commissis curam impendere negligimus, & alijs eas educandas tradimus? Corriganur hæc, fratres, necesse est: quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet. Nam non amplius quàm duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est, duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum: vnde iste tertius processerit, funditus ignoramus. Et quod ratione caret, extirpare necesse est. Quod enim Episcopi non sint, qui minùs quàm à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet: quoniam (ut benè nōstis) prohibitum à sacris est patribus, ut qui ab vno vel à duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominentur Episcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? quicquid enim inter Episcopos, aut de rebus ad eos solummodò pertinentibus egerint, necesse est (ut superius iam prælibatum est) ut irritum fiat: quia quod nō habent, dare nequaquam possunt, præsertim quum nullum ex septuaginta discipulis, quorum speciem isti, antequàm prohiberētur, (ut superius memoratum est) in Ecclesia gerebant, nil de hoc, quod Apostolis eorumq; successoribus specialiter debebatur, legitur assumpsisse. Nec in lege Domini, quæ Mosi ab ipso Domino legitur dictata, de his, quæ vobis sacerdotibus, id est, Mosi & Aaron, erant specialiter concessa, filij Aaron quicquam præsumebant. Nulli em̄ dubium est, quod Moses & Aaron soli, præcipiente Domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, soli vngebant, soli sacerdotes facra vnctione instruebant, & alia, quæ ad summum sacerdotium pertinebant, de quibus sufficienter in diuinis legitur literis, agebat: quoniam summi Domini sacerdotes erant, sicut de eis scriptum est, Moses & Aaron in sacerdotibus eius. Sic & modò, quia vmbra legis transijt, & lux Euāgelij in nos, Dei gratia, manifestè coruscet, de his quæ in summis sacerdotibus, id est, Episcopis sunt, quorum figuram Moses & Aaron tenuerunt, illi qui septuaginta discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præsumere debent, sicut nec illi quicquam de summi sacerdotij ministerio attingebant. Nam quod chorepiscopi antequàm

præfato prohiberentur tenore, ad formam septuaginta instituti erant, canon sufficenter manifestat, vbi ait: Chorepiscopi quoque ad exemplum & formam septuaginta videntur esse. & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in canonibus expressum est: Qui in vicis & possessionibus chorepiscopi nominantur, quauis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati fuerint, &c. Nec ab re dictū perpendo, quàm quàm manus impositionem episcoporum perceperint, cum Episcoporum nomen pluralem in se contineat numerum, & apud grammaticos pluralis sit genitiuus: videtur enim mihi, quod tunc non ab vno, sed à pluribus ordinabatur: quia nullatenus diceret, episcoporum, si ab vno fieret talium ordinatio, cum Episcoporum, pluraliter dictum sit. Cum autem dixit chorepiscopus, profecto villanum voluit intelligi episcopum. Et si villanus, quid agit in ciuitate, cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur esse episcopi? Et si in villa & in eo loco, vbi antea Episcopi non fuerunt, cum in modica ciuitate, vel in villa, aut castello Episcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis, vbi antea Episcopi non fuerunt, nē vilescat auctoritas & nomen Episcopi, fuerint constituti, quid (rogo) erūt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam si episcoporum manus impositione perceperunt, & ut Episcopi sunt consecrati, vbi sunt consecrati? Ad villam, quia villam est apud Græcos. Et qualiter ad villam, si nec in castello aut in modica ciuitate licet fieri, rogo, ut promatis: & si promere nō potestis, quia (scio) per rationem aut plenam auctoritatem minimè potestis, digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere nō dubitate, scilicet quia tria obstat, quibus eorum cassatur actio vel institutio: Vnū, quod ab vno Episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio à canonibus discordat, qui per manus episcoporum eos institui iubent. Aliud, si à pluribus Episcopis sunt ordinati, & aut in villa, aut in castello, seu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iuste Episcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi vilescat auctoritas & nomen Episcopi, aut si in ciuitate cum altero Episcopo, cum (ut prædictum est) in vna ciuitate duo non debeant consistere Episcopi. Tertium, si absolute fuerint instituti, sicut de quibusdam audiuius, quæ omnia Episcopali omnino earent auctoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in diuinis literis auctoritatem, quia (ut præfixum est) ordines sunt duo tantum primi in Ecclesia, id est, apostolorum & Septuaginta discipulorum. Sanè si nec Episcopi sunt, quia pro præfatis causis Episcopi esse non possunt, nec presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse

In concilio Neocæsareensi, cap. 13.

In concilio Antiocheno, cap. 10.

esse ambiunt, atque plūs quā Septuaginta discipuli fecissent, (ad quorum formam, vt paulo superius prælibauimus, hi, antequā prohiberentur, à quibusdā stultis & sua querentibus, & non quæ Christi IESV, instituebantur) præsumere tentant, & illicita atque prohibita agere præsumunt, nec hoc dici se volunt, quod sunt, rogo, vt manifestè prodatis, quid sint: quoniā aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifestè patet, quoniā Episcopi non sunt. Et si Episcopi non sunt, & presbyteri esse despiciunt, quid erunt? Aut aliquid prorsus erunt, aut nihil: quia nihil potest esse, nisi habeat vnde sit. Et si non habet vnde sit, aut vnde originē ducat, nec auctoritatem habet, nec stare ritè poterit, quia inane est, & vt destruat & cadat necesse est, quoniā nihil est, & in nihilū reputabitur.

Si verò nihil ex his sunt, quæ superius memorauimus: tunc necesse est, vt nihil sint ex his quæ sacerdotibus debentur. Et ideò nec in sacerdotali catalogo habeantur, nisi tantum (vt primò cōmemorauimus) vt promiserit illis, qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambiērint, & per scriptū propria manu subter corroboratū, id ipsum confirmauerint, hoc solummodò concedatur, vt inter sacerdotes locum habeāt, & ministerio presbyterorum contenti sint, atque mensæ Domini tantummodò participes existant. Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, vt sacerdotes sint, sed omni Ecclesiastico funditus priuentur honore.

Quòd verò eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos aut subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere aut sacrare, nec Ecclesias dedicare, nec chrisma cōficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publicè quidem in Missa quinquam poenitentem reconciliare, nec formatas Epistolas mittere, nec populū benedicere, nec ante Episcopum in baptisterio aut in sacratio introire, nec præsentem Episcopo infantem tingere aut signare, nec poenitentem sine præceptione Episcopi sui reconciliare, nec eo præsentem, nisi illo iubente, sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populū docere aut salutare, nec plebem exhortari: quæ omnia solis pontificibus debentur, tam ex superioribus, quā ex alijs patrum constitutis, aut sacris canonibus, edocti estis. Et si necesse est quibusdā minùs scientibus, doceri pleniter & instrui possunt, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summorum pontificū demonstratur. Similiter & de presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprii Episcopi nil agant: quia quod rarum est, hoc & pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit pontificum, omnis status perturbatur ecclesiæ. Triplex itaque in hac parte reatus est, quæ & prohibita agunt, & quòd sacrum ministerium talis consortij vilitate polluitur, & epi-

scoporum (quantum ad illicitè vsurpationis temeritatem pertinet) iura soluuntur. Quòd autem solis Apostolis eorumque successoribus proprii sit officij tradere spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, præsertim quum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatum donum sancti spiritus per manus impositionem (vt prædictum est) tradidisset. Hæc ergò, quia omni carent ratione, nullus deinceps vsurpet, aut consentiat sacerdotum, qui noluerit à nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod à nobis extinguitur, & à prædecessoribus nostris ac reliquis (vt dictum est) rotius orbis episcopis iam extinctum est, apud aliquos tenebrosos seminetur radicibus: sed quæ malè pullulasse noscunt, radicibus euellantur, nè messem Dominicam vlla corrumpant zizania. Ità enim fructum vberem Domini sacerdotes præstabant, si ea, quæ natam segetem enecare cōsueuerunt, radicibus amputentur. Cesset ergò, cesset tot vicibus prohibita & damnata præsumptio: nec imitentur summi sacerdotes mulieres meretrices, quæ in fœtus suos, præfata voluptate alijs ad nutriendum tribuunt: sed ipsi nutriant, ipsi Domino suo fructum cum vsura reddant, fructuososque manipulos ei cum gloria representent. Nam si Dominus leprosos, inter ceteras ouium suarum curas, tetigit & mundaui, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nos ipsi, qui pastorale officium suscepimus, alijs alendas tradimus? maxime, quum Dominus Petro præceptoris nostro dixerit: Si diligis me, pascere oues meas: & multa talia, & his similia. Nam benedictio, quam prædicti chorepiscopi ante suam prohibitionem, per manus impositionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quā salutem. Et illi qui pontificatus apicem non habebant, quomodò ea quæ non habebant, dare poterant? quoniā nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Aut quis hominū, licet more humano loquamur, dare potest, quod non habet? Præsertim quum pontifices nō erāt, ea quæ solis pontificibus debentur, dare nō poterant. Et propterea magis vulnerabāt capita, quæ per manus impositionem tangebāt, quum ea, quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideò, quicquid ex supradictis ministerijs pontificibus præsumebant, irritum erat, & nihil * tangendo scitis proficiebat: sed magis, iuxta prophetam, proficiebant: maledictionem pro benedictione (si ratum est dicere) conferebant. Quapropter per illa illicitam manus impositionem, vt paulo superius prælibauimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. illic. Et vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necessum est quod legitime actum aut collatum minimè approbatur, si perfectum esse debet. Nam quomodò honorem

Matth. 8. a
Marc. 1. d
Lucæ 5. c

Ioan. 21. c

* tangendo
scitis proficiebat:
maledictionem pro benedictione
(si ratum est dicere) conferebant.
Quapropter per illa
illicitam manus impositionem,
vt paulo superius prælibauimus,
vulneratum caput illi,
qui videbantur aliquid accepisse,
habebant. illic.

* actum non
est, aut

norem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime nō habuit, inuenire non possum: quum ille, qui honorem pontificale non habuit, pontificalia non potest iura tribuere: nec hoc sibi poterant vendicare, cuius capaces per hoc quod illis obfiterat, non fuerūt. Huius ergò discussionis curam nobis specialiter vendicantes, ità misericordiam irrogamus, vt si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, nè talia liceat vltra cōmitti, & nè qua excusatio de ignorantia nascatur: quia vt nobis gratulatione facit Ecclesiarum status, salubri dispositione attributus vel adornatus, ità non leui nos merore contristat, quoties aliqua cōtra instituta Canonum vel Ecclesiasticam disciplinam præsumpta aut commissa cognoscimus. Quæ si non qua debemus vigilantia, reseceamus: illi, qui nos speculatores esse voluit, nos excusare non possumus, si eius Ecclesiæ, quæ nobis generaliter commissa est, in quantum præualemus, puram à tam illicitis superstitionibus non custodiamus, quia nō aliter vnus grex & vnus pastor sumus, nisi quem admodum Apostolus docet, Id ipsum dicam⁹ oēs: Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sapiētia. Nec aliter veri discipuli Domini erimus, nisi radicem amaritudinis sursum germinantes, (sicut hoc, vt asseritis modò facit) nè nocere valeat, aut Episcopale ministerium vilescere faciat per eorum negligentiam, i. omnium sacerdotum, qui euellere mala, & meliora plantare sunt ab eo præpositi vnusquisque pro viribus extirpare festinet, & ipse qui pro suis ouibus est æterno iudici ratione redditurus, eas fouere & educare decertet. Si Domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de nobis dicatur: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ, & reliqua. Et iterum, momente Dominica vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus, trina repetitione mystica sanctiōis, imbuitur, vt Christi oues, qui Christum amat, diligēter & cum magna cura pascat: quoniā ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, amore & reuerentia coarctamur, vt tantæ superstitionis, quæ nullius (vt sæpè dictum est) fulcitur auctoritate, periculū, quantum possumus, declinemus, nè beati magistri nostri Petri, & summi Apostoli dilectio, qua se amatorem DEI esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quoniā omnis negligenter pascens toties sibi commendatum Dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem, nec eius se velle discipulum fieri, cuius exēpla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ouibus lucrum offerat Domino sollicitudo pastoris. Nam & beatum Iacob qui pro vxoribus diu feruierat, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum: oues tuæ & capræ steriles non fu-

1. Cor. 11. b

Ioan. 10. c

Ioan. 21. d

Ioan. 21. c

Gen. 31. c

erunt: arietes gregis tui non comedi, nec caprum à bestia ostendi tibi: Ego damnū omne reddebam: & quicquid furto perierat, à me exigebas: die nocte que æstu vrebam & gelu: fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergò sic laborat & vigilat, qui pascit oues Laban: quanto labori, quantisque vigilijs debet intendere, qui pascit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animam, & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem ac mensuram superfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. Tantusque vos beati Petri apostolorum principis amor incendat, vt in ouili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præsumentes, sanctis vestris studijs summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ precioso Christi sanguine redemptæ, eorum non pereant decemptione. Restat etiam, quòd per ostium hi nequaquam subintrarunt, quia non habebant ostium per quod ingrederentur: quia (vt dictum est) si nec Episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiūt, per quod ostium intrabunt, cum hi tantum duo ordines in Ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostiū, per quod pastor intret? Audite fratres, non me, sed ipsam dicentem veritatem: Qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliundè, hic fur est & latro. & reliqua. Cùm etiā egregius prædicator dicat, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: cum prædicta duo fundamenta in Ecclesia tantum inueniantur posita, quicquid amplius positum in his inuenitur, stare nulla tenus poterit. Et ideò, cum omnibus suis fundamentis & actionibus atque radicibus vt euellatur necesse est, ità vt amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergò generet, & non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fastidium: quia summa necessitas est sæpius prohiberi, quod toties, vt à vobis cognouimus, illicitè vsurpatur: & quoniā veritas sæpius exagitata, magis splendescit in lucem: & quod toties repetendo admoneatur, minùs vsurpatur. Super his enim multam iam ab antecessoribus nostris dicta sunt, à quibus ipsi, sicut nunc à nobis, ità olim ab eis damnati & prohibiti sunt. Ideò sæpius repetentes, omnes monemus, vt vitent huiusmodi, & à talibus se abstineant, qui noluerint vnā cum eis à sacerdotali ministerio, vt rebelles, fieri alieni. Quod ità demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere, decertaueritis: & ità in postmodum de tali re querela cessabit, quæ cōtumeliæ studio fit, quicquid interdicitur toties vsurpatur. Omnia hæc decretalia, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ità à vobis & omnibus

Ioan. 10. c

Ioan. 21. c

Ioan. 10. e

1. Cor. 3. c

11 episco.

episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari, quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos, qui summa ecclesiae tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faueamus errori. Datum Kalendis Iunii, * Libio & Theodosio viris clarissimis coss.

EPISTOLA DAMASI PAPAE quinta, & episcoporum, qui ad eum in Romanam urbem ex Italia & Gallia conuenerant, numero nonaginta.

Damasus, & caeteri episcopi Romae congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis, in Domino salutem. Credimus sanctam fidem vestram, in Apostolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc populis vniuersis exponere, quae videlicet a constitutis patrum nulla ratione dissentit, per quos iustum est caeteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum & Venetorum fratrum, quosdam haereticos fauere cognouimus. Quod malum non solum cauere debent episcopi, sed etiam reluctari contra ea, quae gesta sunt imperitia aut simplicitate quorundam, prauis interpretationibus deceptorum. Varijs ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum corroborari sententijs. Auxetium ergo Mediolanensem praecipue in hac causa damnatum esse liquet. Vnde iustum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis, ea quae legis sunt, sapere, & non fide doctrinis varijs maculare. Itaque dum primum haereticorum cepisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia nefandorum Arrianorum, tunc patres nostri trecenti decem & octo episcopi, habito tractatu in urbe Nicena, hunc murum fortissimum contra arma diabolica statuerunt, & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, ut pater & filius vnus diuinitatis, vnus virtutis, vnusque magnitudinis debeat credi, vnusque essentiae siue substantiae, simul & spiritus sanctus. Aliter enim sapientes, alienos esse a nostra communione iudicauerunt. Quem terminum salutarem, adorabilemque deliberationem, corrumpere quidam alijs cogitationibus atque temerare voluerunt: sed in ipso principio, ab his ipsis, qui in Arimino reuocare aut retractare compellebantur, vsque ad hoc causa correctae est, ut confiterentur, alia sibi circumentione subreptum, aut certe, quia non intellexerunt, patrum sententiae in Nicea constitutae hoc esse contrarium. Neque enim prauidicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum, quando constat, neque Romanum episcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincetium, qui tantis annis episcopatum inuolauit

*Liui

Theo. li. 2. cap. 22. Concilium Romanum tempore Damasi papae.

biliter custodiuit, neque alios talibus prouidit consensum, maxime dum (sicuti praediximus) istij ipsi, qui per circumentionem declinasse videbantur, ipsi denuo vententes meliori consilio, haec sibi displicere testati sunt. Perpicit itaque vestra salubritas, hanc solam fidem, quae Niceae Apostolorum autoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandam, & simul Orientales hoc facere nobiscum, qui se catholicos esse cognoscunt, Occidentales etiam gloriari. Credimus autem, languentes in isto conamine, non tardae a nostra separandos esse communionem, & ab eis episcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberati errore, respicient. Nullo enim modo a deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet cum omnibus Dei sacerdotibus etiam charitatis vestrae sententia, in qua vos fixos ac firmos existere iudicauimus. Si ergo etiam nos vobiscum recte credere debemus, vestra nos charitatis literis laetificate reciprocis. Valete fratres charissimi. Data decimo septimo Kalendas Nouembris, Siricio & Ardabure viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA DAMASI SEXTA, ad Episcopos Italiae.

Vniuersis Episcopis per Italiae prouincias constitutis, Damasus Episcopus in Domino salutem: Optaueram, dilectissimi mi, pro nostri charitate collegij, omnes Domini sacerdotes (sicut in primitiua fuit Ecclesia) vnum esse cor & animam vnam, atque in vna deuotione persistere, nec quenquam sacerdotum, gratia aut formidine secularium deprauari, aut a via veritatis quoquo modo abscedere. Sed quia multa quae corrigi possunt, pueniunt, & superat culpas delinquentium misericordia Dei: atque ideo suspeditur ultio, ut possit locum habere correctio. Relatum est enim ad sedem Apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, Apostolica auctoritate prohibemus: & quod nuper factum est, absque vlla retardatione corrigi rogamus: nec vnquam prius per scripta, eorum qui accusant, causam discutere liceat, quam per querulantium institutiones vocati canonicè, ad synodum veniant, & praesens per praesentem agnoscat veraciter & intelligat, quae ei obijciuntur. Quod bene & per sapientiam Salomons dicitur: Antequam scruteris, ne reprehendas: Intellige prius, & tunc increpa: Antequam audieris, ne respondeas. Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, veruntamen oportet his, qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari ab his, qui secundum Deum perscrutari deputati sunt, quatenus ita cum operatione cooperante inueniamus & confessorem Deum, qui dicit: Vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam & Dominus noster Iesus

Acto. 4. f

5. q. 2. Relatum est ad sedem.

11. q. 3. Eorum qui accusantur.

5. q. 2. Relatum est ad.

Ecc. 11. a

Matt. 18. c

Ioan. 13. e

sus

Fus CHRISTVS Iudam furem esse sciebat: sed quoniam non est praesentialiter accusatus, ideo non est eiectus. Nec vos villo modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim seculi accusatores praesentes exigunt, & non per scripta absentes. Vnde canonica patrum constituta non semel, sed sepius clamant, nec accusationes nec testimonia vllum per scripta posse proferre: nec de alijs negocijs quicumque testimonium dicant, nisi de his, quae sub praesentia eorum acta esse noscuntur. Similiter & qui alium accusare elegerit, praesens, per se, & non per alium, accuset, inscriptione videlicet praemissa. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores praesentes habeat, locumque defendendi accipiat ad ablucenda crimina. Curandum namque est, ne ira quenquam subripiat, faciatque citius omne quod non licet. Omnipotens Deus haec vos & cuncta diuina mandata & Apostolica praeccepta custodietis, in cunctis actibus vestris caelestis brachij extensione protegat, atque ad caelestis remunerationem patriae cum multiplici animarum fructu perducatur. Amē. Data tertio Idus Aprilis, Siricio & Ardabure viris clarissimis consulibus.

5. q. 2. Relatum est ad sedem.

3. q. 9. Qui accusare alium.

DECRETA DAMASI PAPAE PRIMI, EX DECRETO Gratiani & Iuonis, numero quinque, prioribus non inserta.

PRIMUM.

¶ Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat.

2. q. 3. Calumniator si.

Calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

SECUNDUM.

¶ De his qui clericum falso nomine impetunt.

Ibidem. Si quis episcopus pup.

Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconem falsis criminibus impetierit vel accusauerit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censemus.

TERTIUM.

¶ Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

10. q. 1. Hac consuetud.

Hanc consuetudinem, quae contra sanctam Ecclesiam catholicam agere videtur, omnino interdiximus, ut nullo modo, villo vnquam tempore, oblationes quae intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, illis solis liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit Dominus, panes sanctos comedere filijs Israel, nisi tantummodo Aaron & filijs eius, qui longè erant ab istis panibus, qui nunc in sancta Ecclesia offeruntur, quia illi sub umbra legis erant. Qui verò modo sub gratia sunt Spiritus sancti, toti mundo, Euangelio coruscate, lucidi-

Leuit. 2. c & 24. b

ores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs, Deo preces offerre? Quia prauum est & contra Dñicum praecipuum, & detrimentum animae suae infert, quod illud agere conatur, quod ei nulla ratio conceditur: quia omnibus sanctis patribus, nostrisque prioribus placuit, hanc sanctionem fieri, & nos similiter in eisdem persistere volumus, ut nullus audeat irritum facere hoc quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra sanctorum trecentorum decem & octo patrum, qui in Niceno Concilio hoc constituerunt, temerari praesumptor fuerit, & ulterius oblationes de sacris Ecclesijs auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus & condemnatus: Responderunt omnes, Fiat fiat.

QUARTUM.

¶ In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant.

Violatores Canonum voluntarie, grauius tera sanctis patribus iudicantur, & a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur: quoniam blasphemare in Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros Canones, non necessitate compulsi, sed libenter (ut praemissum est) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui praesumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim praesumptio, manifestè vnum genus est blasphemantium in Spiritum sanctum: quia (ut iam praelibatum est) contra eum agit, cuius nutu & gratia sancti Canones editi sunt.

¶ Ex Decreto Iuonis Carnotensis, libro primo.

QUINTUM.

Quoniam quidam metropolitanorum, fidem suam secundum praesentem consuetudinem sanctae Sedi Apostolicae exponere detrectantes, vsum pallij neque expetunt, nec percipiunt, ac per hoc Episcoporum consecratio, viduatis Ecclesijs, non sine periculo protelatur: placuit, ut quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suae, ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate: sitque licentia metropolitanis alijs, post secundam & tertiam commonitionem, viduatis Ecclesijs, cum consilio Romani Pontificis, ordinando Episcopos, subuenire: Si verò consecrandi episcopi negligentia puenierit, ut ultra tres menses Ecclesia viduata consistat, communione priuetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum praebere non differat. Quod si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam Ecclesiam, neque ibi, neque alicubi consecrationis donum percipiat, immò metropolitani sui iudicio cedat.

CONCILIVM AQVI-

LEIENSE, TEMPORE DAMASI PAPAE PRIMI
CELEBRATVM ET EST PROVINCIALE.

Aquileia vrbs Carnorum metropolis, ab aquis legendis dicta. Habet iuxta præterfluentem *Timanum*. A Plinio in decima Italia regione ponitur: fuitq; olim Colonia Romanorum potens admodum, sed ab *Humis Attila* ductu eversa & diruta est, ita vt vix vlla extant vrbis indicia: nec quicquam insigne habet, præter vetustum & ruinofum templum, cuius canonici ob calis intemperiem & adiacentes paludes vix trimestri spatio, suo illic possunt fungi officio. Vide *Plin. lib. 3. cap. 18. Strabonem lib. 5.*

EPISCOPI QVI HVIC CON-

cilio interfuerunt.
Valerianus Episcopus Aquileien. Am- brosius Episcopus Mediolanen. Euse- bius episcopus Bononiens. Limenius episco- pus Vercellens. Armenius Episcopus Sirmi- ens. Sabinus Episcopus Placentinus. Ab- undantius Episcopus Tridentinus. Philaster Episcopus Brixianus. Constantius Episcopus Arausicus. Theodorus Episcopus Octodo- ren. Dominus Episcopus Gratianopolita- nus. Amantius Episcopus Niciens. Maximus Episcopus Emonens. Basilianus Episcopus Lau- dens. Proculus episcopus Masiliens. Heliodo- rus Episcopus Altinensis. Felix Episcopus Iadertinus. Euentius Episcopus Citinens. Exupe- rantius Episcopus Dertonensis. Diogenes Episcopus Genuens. Constantius Episcopus Sciscianens, legatus Gallorum. Iustus legatus Gallorum. Felix legatus Afrorum. Numi- dius legatus Afrorum. Euagrius presbyter & legatus. Artemius. Almachius. Ianuarius. Iouinus. Macedonius. Cassianus. Marcellus. Eustathius. Maximus. Chromatius presbyter.

*Aurascen.
*Iadertinus
*Tinicen

GESTA CONCILII AQVILEIENSIS TEMPO-

re Damasi Papae primi.

EPISTOLA CONCILII AQVILEIENSIS ad Episcopos Gallia.

Concilium, quod conuenit Aquileia, dilectissimis fratribus episcopis prouinciae Viennensis & Narbonensium primae & secundae.
Agimus gratias sanctae vnanimi vestre, quod in dominis & fratribus nostris Constantio & Proculo, omnium nobis vestram praesentiam contulistis, simul praescripta maioru sequentes, non mediocriter addidistis pondus sententiarum nostris, cum quibus etiam vestrae sanctitatis conuenit professio, Domini fratres dilectissimi. Itaque vt libenter suscepimus memoratos de vestro nostroque, consortio sanctos viros, ita etiam vberi gratiarum actioni dimittimus. Quam necessarius autem conuentus hic fuerit, rebus ipsis patefcerit, quoad aduersarij & inimici Dei, Arrianæ sectae haeresis defensores, Palladius ac Secundianus, duo tantum qui aui sunt ad conciliu conuenire, de-

bitam praesentes excepere sententiam, super impietate conuicti. Valete. Incolumes vos & florentissimos Deus noster tueatur omnipotens domini fratres dilectissimi. Amen.

EPISTOLA EIVSDEM CONCILII ad Gratianum & Valentinianum & Theodosium Imperatores.

Imperatoribus clementissimis & Christianis beatissimisque principibus, Gratiano & Valentiniano & Theodosio sanctum Concilium, quod conuenit Aquileia. Benedictus Deus pater nri nostri Iesu Christi, qui vobis Romanu Imperiu dedit, & benedictus Dns noster Iesus Christus vnigenitus Dei filius, qui regnu vestru sua pietate custodit, apud que gratias agimus vobis clementissimi principes, quod & fidei vestrae studium probauistis, qui ad remouendas altercationes congregare studuistis sacerdotale concilium, & Episcopis dignatione vestra honorificetiam seruastis, vt nemo deesset volens, nemo cogere inuitus. Itaque iuxta mansuetudinis vestre statuta conuenimus sine inuidia multitudinis, & cum affectu disceptationis, nec vlli de hereticis episcopi sunt reperti, nisi Palladius ac Secundianus homines vetustae perfidiae, propter quos congregari Concilium postulabat, de extrema parte orbis Romani. Ecce nullus senectutis annis grauatus, cuius vel sola esset reuerenda canicies, de vltimo sinu maris Oceani venire compulsi sunt, & concilio nihil defuit. Nullus debile corpus trahens, ieiunioru stipendijs oneratu, itineris est coactus iniuria, fortitudinis amissa daña desere. Nullus postremo pauperie, in sacerdotibus gloriosam, subsidio veniedi destitutus, ingemuit. Vnde completu in te est, clementissime principum Gratiane, quod scriptura diuina laudauit: Beatus qui intelligit super egenu & pauperem. Quam graue autem, si propter duos infide cariosos, toto in orbe essent Ecclesiae sacerdotibus destituta? Qui etiam si venire, propter prolixitatem itineris nequiuissent, tamen omnes propde ex omnibus prouincijs Occidentalibus, missis adfuerunt legatis, & altercationibus euidentibus id se tenere, quod nos asserimus, & in tractatu Niceni congruere Concilij designarunt, & subiecta declarant. * Vbi ergo nunc pro vestro Imperio concinnunt vota populorum, nec tamen arbitrio vestro assertores fidei defuerunt. Nam licet euidentia essent praescripta maiorum, a quibus impium est & sacrilegum deuiare, tamen disceptandi attulimus facultate. Ac primum principium ipsum oborta discussimus quaestio, atque Arrij Epistolam putauimus esse recitandam, qui auctor Arrianæ haeresis inuenitur. Vnde & nomen haeresis accepit, ea videlicet gratia, vt quonia Arrianos se nega-

Pgl. 40.
* idque

re consueuerant, Arrij blasphemiam aut incusando damnarent, aut adstruendo defenderent, aut certe non recusarent nome eius, cuius impietatem perfidiamque sequerentur. Sed quia auctorem suum nec damnare poterant, nec probare, cum ipsi ad disceptandu ante triduum prouocassent, locoque & tempore constituto, non expectata conuentione prodissent: subito qui dixerant se, quia Christiani essent, facile pbaturos, quod nos libenter accepimus, & optauimus vt probarent, refugere congressu illico, & disceptationem declinare coeperunt. Multus tamen nobis cum his sermo fuit: proposita diuina in medio scriptura: disceptandi, de primo ortu diei in horam septimam, copia data, delata patientia. Atque vtinam pauca dixissent, vel certe quae audiuimus, possemus abolere. Nam cum sacrilegis vocibus (quum Arrius solum patrem sempiternum, solum bonum, solum verum Deum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum potentem dicendo, expertem eorum filium, impia commotione voluisset intelligi) isti Arrium potius sequi, quam sempiternum Deum Dei filium, & verum Deum, & bonum Deum, & sapientem, & potentem, & immortalitatem habentem, voluerunt fateri, multas horas frustra consumpsimus. Crescebat illorum impietas, nec corrigi vilo poterat modo. Venique quum viderent se Arrij Epistolae sacrilegij perurgeri, quae ideo subdidimus, vt eam etiam vestra clementia perhorresceret, resiliens de media epistola, electionem petierunt, vt eorum propositis responderemus, quantum non esset ordinis neque rationis, vt proposita interromperemus, responsum que esset a nobis, vt damnarent Arrij impietates, & de quibus vellent, ordine locoque seruato, eorum intentionibus responderemus, tam acquieuius praeposteræ voluntati. Ibi tamen Euangelij scripta falsantes, proposuerunt nobis, dixisse dominum: Qui me misit, maior me est: quu aliter scriptum doceat series scripturarum. Redarguti de falsitate sunt, vt faterentur, nec tamen ratione correcti. Na quum diceremus, secundum carnis susceptionem minorem patre suo filium dici, secundum diuinitatem autem pro testimonijs scripturarum, parem & aequalem probari, nec posse ibi esse discretionis gradus alicuius, aut magnitudinis, vbi esset vnitas potestatis: no solum illi noluerunt emendare errorem, sed etiam vesaniam augere coeperunt, vt & subiectum secundum diuinitatem dicerent, quasi vlla Dei secundum diuinitate possit esse subiectio. Mortem denique non ad sacramentu nostrae salutis, sed ad infirmitatem quandam diuinitatis referunt. Horremus, clementissimi principes, tam dira sacrilegia, prauosque doctores, & ne vltius populos deciperent, quos testabant, sacerdotio putamus abdicandos. Neque enim dignum est, vt sacerdotiu

Ioan. 14.
heretici scripturas deprauant.

eius sibi vendicent, quem negauerunt. Vestram fidem, vestram gloriam deprecamur, vt reuerentiam imperij vestri deferatis auctori, censensque impietatis assertores & adulteros veritatis, datis apicibus clementiae vestrae ad iudicia competentia, ab Ecclesiae arcendos esse liminibus, vt in damnatorum locum per nostrae paruitatis legatos, sancti subrogentur sacerdotes. Attalum quoque praeruaricatione confessum, & palam sacrilegij inherentem, par sententia comprahendat. Nam quid de magistro eius Valente dicemus, qui cum esset proximus, declinauit sacerdotale concilium, ne euerfae patriae, perditorumque, ciuium causas praestare sacerdotibus cogere, qui etiam torquem (vt asseritur) & brachialis, impietate Gothica prophanatus, more indutus gentiliu, ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani. Quod sine dubio non solum in sacerdote sacrilegium, sed etiam in quocunque Christiano abhorretur more Romano, nisi forte sic solent idololatras sacerdotes prodire Gothorum. Moueat pietatem vestram sacerdotale nomen, quod ille sacrilegus infamat, qui etiam suorum vocibus, qui tamen superesse possunt, nefandi sceleris arguitur. Certè domum repetat suam, non contaminet florentissimas Italiae ciuitates, qui nunc illicitis ordinationibus confimiles suis sociat sibi, & seminarium quaerit suae impietatis atque perfidiae per quosque perditos, delinqueret, qui episcopus esse nec cepit. Nam primò Petauione superpositus fuerat sancto viro Marco admirabilis memoriae, sacerdos: & posteaquam deformiter deiectus a plebe est, qui Petauione esse non potuit, is nunc Mediolani post euerfionem patriae (ne dicamus prodicionem) inquietauit. Super omnibus igitur pietas vestra consolari dignetur, ne obtemperantes vestrae tranquillitatis statutis, frustra conuenisse videamur. Non solum enim cauendum est, ne nostra, sed etiam vestra decreta infamantur. Petimus igitur, vt legatos concilij sanctos viros aequè clementia vestra audire dignetur, & cum effectu eorum quae poscimus, maturius redire praecipiat, vt mercedem accipiatis a Domino DEO CHRISTO, cuius Ecclesias ab omni sacrilegorum labe purgastis. Photinianos quoque, quos & superiori lege censuistis, nullos facere debere conuentus, & ea, quae de concilio sacerdotum data est congruendo, remouistis, petimus, vt quoniam in Sirmiensi oppido adhuc conuentus tentare cognouimus, clementia vestra, interdicta etiam nunc coitione, reuerentiam primum Ecclesiae catholicae, deinde etiam legibus vestris deferre iubeatis, vt & vos, Deo praestante, triumphetis, qui paci Ecclesiarum quietique consulitis.

fortè torquarus for. abracatus,
for. apditos relinquere,

Magrio & Eucherio viris clarissimis coll. Sionis Septembribus Aquileia in Eccle-
rr 3

fia confidentibus, cum Episcopis, Aquilei-
ensium ciuitatis Valeriano, Ambrosio, Euse-
bio, Limenio, Amenio, Sabino, Abundatio,
Artemio, Constantio, Iusto, Philastro, Con-
stantio, Theodoro, Almachio, Domnino,
Amantio, Maximo, Felice, Basiliano, Numi-
dio, Ianuario, Proculo, Heliodoro, Iouino,
Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Ma-
cedonio, Cassiano, Marcello & Eustathio
Episcopis, Ambrosius Episcopus dixit:

*circa

Diū *circa acta tractauimus. Et quoniam
tanta sacrilegia à parte Palladij & Secūdiani
nostris auribus ingerūt, vt difficile quifq;
credat, tam aperte eos blasphemare potuisse,
vel nē qua ipsi calliditate dicta sua postea ne-
gare conātur, licet de tantorum sacerdotum
testificatione dubitari nō queat, tamē quo-
niam omnibus Episcopis placet, fiant acta,
vt vnusquisque professionem suam negare
non possit. Quid ergō vobis, sancti viri, pla-
ceat, declarandum est. Omnes Episcopi di-
xerunt: Placet. Ambrosius Episcopus dixit:
Discrepationes nostræ ex re firmandæ sunt
scripto imperiali, vt allegentur. Sabinianus
diaconus recitauit: Ambigua dogmatum re-
uerentia nē dissideant sacerdotes, quā pri-
mū experiri cupientes, conuenire in Aquilei-
ensium ciuitatem ex diocesi, meritis excel-
lentia tuæ creditam, Episcopos iusseramus.
Neque controuersia dubie sententię rectius
poterant experiri, quā si obortæ altercations
* in interpretes ipsos constituissemus
antistites, vt videlicet à quibus proficiscun-
tur instituta doctrinæ, ab eisdem * discordię
eruditionis repugnantia solueretur. Neq; fa-
nē nunc aliter iubemus, ac iussimus, non in-
uertentes præcepti tenorem, sed superfluam
conuenarum copiam recolentes. Nam quōd
Ambrosius & vitæ merito & dei dignatione
conspicuis Episcopus Mediolanensium ci-
uitatis, ibi multitudinem non opus esse sug-
gerit, vbi veritas non laboraret in pluribus,
si locata esset in paucis, sequē eorum, qui cō-
trā adstant, assertionibus, & sacerdotes vi-
cinarum ex Italia ciuitatum, satis abunde q;
sufficere posse suggerit, abstinendum vene-
rabilium virorum fatigatione censuimus, nē
quis vel maturo quo grauis, vel corporali de-
bilitate confectus, vel laudabili paupertate
mediocris, infuetas repetat terras, & rel. Am-
brosius Episcopus dixit: Ecce quōd Christi-
anus constituit Imperator. Noluit iniuriam
facere sacerdotibus: ipsos interpretes consti-
tuit Episcopos. Ac per hoc, quoniam in sa-
cerdotali concilio confidemus, responde ad
ea quæ tibi proponūt. Arrij epistola lecta
est: etiā nunc recitabitur, si tibi videtur. A
principio habet blasphemias, solum patrem
æternū dixit. Si tibi videtur, quōd Dei filius
sempiternus nō sit, hoc ipsum (quemadmo-
dum vis) adstrue. si damnandum putas, dāna
Euangelium. Præsens est & Apostolus, omnes
scripturę præstō sunt, vnde vis, adstrue. pu-

iudiciū in

for. * discor-
dis.

tas non esse dei filium sempiternū. Palladius
dixit: Vestro studio factum est, sicut dicitur le-
ctio sacra à vobis prolata, vt non esset gene-
rale & plenum concilium. Absentibus sacer-
dotibus nostris, nos respondere non possumus.
Ambrosius Episcopus dixit: Qui sunt
confortes vestri? Palladius dixit: Orientales
Episcopi. Ambrosius Episcopus dixit: Inter-
rim quia superioribus temporibus conciliū
sic factum est, vt Orientales in Orientis par-
tibus constituti, haberent concilium, Occi-
dentales in Occidente: nos in Occidētis par-
tibus constituti, conuenimus ad Aquileien-
siū ciuitatem iuxta Imperatoris præceptū.
Denique etiā præfectus Italię literas dedit,
vt si vellent conuenire, in potestate haberēt.
Sed quia sciētur consuetudinem huiusmo-
di, vt in Oriente Orientalium esset conciliū,
intra Occidentem Occidentalium, ideō pu-
tauerunt non esse veniendum.

Palladius dixit: Imperator noster Gratia-
nus iussit Orientales venire, negas tu iussisse
eum? Ipse Imperator nobis dixit, se Orienta-
les iussisse venire. Ambrosius Episcopus di-
xit: Vtiq; iussit, qui non prohibuit huc veni-
re. Palladius dixit: Sed nē venirent, tua peti-
tio fecit: sub specie falsæ voluntatis hoc im-
petrasti, & distulisti concilium. Ambrosius
episcopus dixit: Nō opus est euagari diutius.
respōde nunc. Benē dixit Arrius solum æter-
num patrem? & secundum scripturas hoc di-
xit, an non? Palladius dixit: Non tibi respon-
deo. Constantius Episcopus dixit: Non re-
spondes, qui tam diū blasphemasti? Eusebius
Episcopus dixit: Sed debetis simpliciter fi-
dei tuę prodere libertatē. Si à te gētilis exige-
ret, quē admodum in Christum crederes, cō-
fiteri erubescere nō deberes. Sabinus episco-
pus dixit: Tu petisti, vt respōderemus hodiē
ex voluntate tua, & vigente te conuenimus,
& nō expectauimus reliquos fratres, qui po-
terant venire. Proinde non tibi liberum est
euagari. Christum dicis esse creatū? aut sem-
piternum dicis esse filium Dei? Palladius di-
xit: Dixi tibi, nos ideō diximus vobis, vt ve-
niremus, & conueniremus, quōd non rectē
fecissetis, * subreperere Imperatori. Ambrosius
episcopus dixit: Legatur Epistola Palladij,
vtrum nobis hoc mandauerit: & docebitur,
q; etiā nunc fallit. Palladius dixit: Legatur
planē. Episcopi dixerūt: Imperator quē esset
præsens Sirmio, tu illum interpellasti, an ipse
te compulit? Et addidit: Quid ad ista respon-
des? Palladius dixit: Dixit mihi, Vade. Dixi-
mus, Orientales conuenti sunt? Ait, Conuenti
sunt. Nunquid si Orientales nō fuissent cō-
uenti, nunquid nos conuenissemus? Ambrosi-
us episcopus dixit: Sequestrata sit causa Ori-
entalium. sententiā tuam hodiē * quere, Ar-
rij tibi epistola lecta est. Soles te Arrianū ne-
gare. Aut damna hodiē Arriū, aut defende.
Palladius dixit: Nō est hoc auctoritatis tuæ,
vt hoc à me queras. Eusebius Episcopus dixit:
Non

*subreperere

*quere

For. * dixit:
nō 4 dies &
nō biduū re-
spondisti te
ad futurū.

Nota miram
heretici ter-
gueratio-
nem.

*an

Sententia
Gallorum.

Non credimus religiosum Imperatorem ali-
ud dixisse, quā scripsit. Episcopos iussit cō-
uenire, nō potuit tibi soli contra rescriptum
suum dicere, vt sine Orientalibus causa mi-
nimē diceret. Palladius dixit: Si Itali soli ius-
si sunt conuenire? Euagrius presbyter & le-
gatus * dixit, vt ante quatuor dies, & ante bi-
duum responderet se affuturum. Quid ergō
expectabas (vt dicis) Orientalium consortiū
tuorum sententiā expectandam? sic debu-
isti mandare, non promittere, confictum.
Palladius dixit: Quia quasi ad cōciliū plenū
venerā, vidi non meos cōfortes conuenisse:
vt conuenirem & dicerem, secundum iussio-
nem egeritis in præiudicium futuri concilij.
Ambrosius episcopus dixit: Vt hodiē reside-
remus, ipse exegisti. Denique, etiā hodiē
tu ipse dixisti, quia Christiā ad Christianos
venimus. Christianos nos probasti. Promi-
sisti te conflictaturum, promissisti te allaturū
esse rationem. Libenter itaque accepimus
præfationē tuam. Optauimus, vt quasi Chri-
stianus venires. Obruli tibi epistolam Arrij,
quam scripsit Arrius, de cuius nomine dici-
tis vos iniuriam frequenter sustinere. Dici-
tis quōd Arrium nō sequamini. Hodiē aperi-
ta debet esse sententia. Aut condemna illum,
aut adstrue quib; vis lectioibus. Et addidit:
Ergō, iuxta Epistolam Arrij, Christus DEI
filius non est sempiternus? Palladius dixit:
Nos diximus, probaturos nos Christianos,
sed in Concilio pleno. Non vobis responde-
mus omninō in præiudicium Concilij futu-
ri. Eusebius episcopus dixit: Sine calliditate,
fidei tuæ professionem debes exponere. Pal-
ladius dixit: Et quid Concilio reseruamus?
Ambrosius episcopus dixit: Omni ori con-
demnatio facta est in eum, qui negaret DEI
filiū sempiternū. Negauit Arrius, hūc sequit
Palladius, qui non vult condemnare Arriū.
Itaq; vtrum huius probāda sententia sit, cō-
siderate: & vtrum secundum scripturas dicat,
aut contra scripturas, intelligere liquet. Le-
ctum est enī, sempiterna virtus Dei atq; diui-
nitas, dei virtus Christus est. Si igitur sempi-
terna Dei virtus est, sempiternus vtiq; Chri-
stus est, quia Christus est Dei virtus. Eusebius
episcopus dixit: Hæc fides nostra est, hæc in-
telligentia catholica. Qui hæc non dixerit,
anathema. Omnes episcopi dixerunt, Ana-
thema. Eusebius episcopus dixit: Specialiter
dicit solum patrem sempiternum, & filiū ali-
quandō ccepisse? Palladius dixit: Arrium nec
vidi, nec scio qui sit. Eusebius episcopus di-
xit: Arrij blasphemias prolata, in qua negat
Dei filium sempiternū. Hanc perfidiā dānas
cum authore, * aut asseris? Palladius dixit: Vbi
authoritas pleni Concilij non est, non dico.
Ambrosius episcopus dixit: Dubitas dānare
post diuina iudicia, quom creperit medius?
& addidit: Dicāt enim sancti viri legati Gal-
lorum. Constantius episcopus & legatus
Gallorum dixit: Hanc impietatem eius ho-

minis, & semper damnauimus, & nunc dāna-
mus, non solum Arrium, sed & quicumque
filiū Dei non dixerit sempiternū. Ambro-
sius episcopus dixit: Quid etiā dicit do-
minus meus Iustus? Iustus episcopus legatus
Gallorum, dixit: Qui filium Dei cōæternum
cum patre non confitetur, anathema habeat-
ur. Omnes episcopi dixerunt, Anathema.
Ambrosius episcopus dixit: Dicant etiā
Aphrorū legati, qui omniū ciuium huc at-
tulere sententias. Felix episcopus & legatus
dixit: Si qui filium DEI negauerit & sempi-
ternum, & cōæternum negauerit, non solus
ego legatus totius Aphricanę, puin cię dāno,
sed & cunctus chorus sacerdotalis, q; ad hūc
cōciliū sanctissimum me misit, etiā ipse ante
damnauit. Amenius episcopus dixit: Caput
Illyrici, non nisi ciuitas est Sirmienfis. Ego
igitur episcopus illius ciuitatis sum. Eum,
qui nō confitetur filium Dei æternum & cō-
æternum patri, quod est sempiternum, ana-
thema dico. * Sed etiā is quidem non con-
fiteatur. Ambrosius episcopus dixit: Audite
sequentia. Vt recitatum est, solum æternum,
solum sine initio, solum verū, solum immor-
talitatem habentem. Ambrosius episcopus
dixit: Et in hoc damna eum, qui negat filiū
neum verum. Quom enī ipse sit veritas, quē
admodum nō est Deus verus? Et addidit:
Quid est hoc? Palladius dixit: Filium verum
* qui non dicat? Ambrosius episcopus dixit:
Arrius negauit. Palladius dixit: Quom Apo-
stolus dicat, Christum super omnia Deum,
potest aliquis negare verum filium Dei? Am-
brosius episcopus dixit: Vt scias, quā sim-
pliciter veritas à nobis requiratur, ecce dico
ego, vt dicis, sed semiplenū habeo. Cū enī
itā dicis, vidēris negare Deum verum: si aut
simpliciter confiteris verum deum filiū dei,
eo ordine adstrue, quo ipse propono. Pal-
ladius dixit: Ego secundum scripturas tibi lo-
quor, verum filium DEI Dominum dico.
Ambrosius episcopus dixit: Verum Domi-
num dicis filium DEI? Palladius dixit: Quū
verum filium dicam, quid ampliū? Ambro-
sius episcopus dixit: Non quæro tātummo-
dō, vt verum filium dicas, sed vt verum Do-
minum DEI filium dicas. Eusebius episco-
pus dixit: Christus Deus verus est, secundum
omnium fidem & catholicam professiōem,
Palladius dixit: Verus Dei filius est. Eusebi-
us episcopus dixit: Nam & nos p adoptionē
filij sumus, ille secundum proprietatē gñatio-
nis diuinæ. Et addidit: Cōfiteris ergō verum
filiū Dei, Dñm verū esse, secundū natiuitatē
& proprietatē? Palladius dixit: Verū Dei filiū
vnigenitū dico. Eusebius episcopus dixit: Hoc
ergō putas cōtra scripturas, si, Christus deus
verus est, dicat? Cū que Palladius reticeret,
Ambrosius episcopus dixit: Solū verū filium
Dei q; dicit, & non vult dicere Dñm verū,
vidē negare. Hoc igitur ordine cōfiteat (si ta-
men cōfiteretur) Palladius & dicat, vtrum verū
rr 4 Domi-

Sententia
Aphrorum,

Ioan. 14.

* quis
Roma. 9.

Ioan. 17. c
*Deum

1. Ioan. 5. d

1. Tim. 6. c

1. Tim. 6. c

Dominum Dei filium dicat. Palladius dixit: Quum dicat filius, Vt cognoscant te solum verum * Dominum, & quem misisti Iesum Christum, cum affectu, an veritate? Ambrosius episcopus dixit: Ioannes dixit in epistola sua, Hic est verus Deus. Nega hoc. Palladius dixit: Quum dicam tibi verum filium, profiteor veram etiam diuinitatem. Ambrosius episcopus dixit: Et in hoc est fraus. Sic enim soletis dicere vnam & veram diuinitatem, vt patris tantummodò, non etiam filij, veram & vnam diuinitatem dicatis. Ergò si aperte vis dicere, quia ad scripturas me prouocas, dic, quod dixit Euagelista Ioanes, Hic est verus Deus, aut nega dictum. Palladius dixit: Absque filio alius genitus non est. Eusebius episcopus dixit: Christus verus Deus secundum omnium fidem & catholicam professionem, an in sententia tua Deus verus nõ est? Palladius dixit: Virtus DEI nostri est. Ambrosius episcopus dixit: Non habes libertatem profitendi, ac per hoc anathema ei, qui non confitetur verum DEVM filium DEI. Omnes episcopi dixerunt: Anathema habetur, qui Christum filium Dei, Dominum verum non dixerit. Iterum addidit: Solum verum, solum immortalitatem habet. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei habet immortalitatem, aut non habet, secundum diuinitatem? Palladius dixit: Apostolus admittit, an non? Rex regum, qui solus habet immortalitatem. Ambrosius episcopus dixit: De Christo filio DEI quid dicis? Palladius dixit: Christus nomẽ diuinum est, an humanum? Eusebius episcopus dixit: Secundum carnis quidem sacramentum Christus dicitur, sed idem Deus & homo est. Palladius dixit: Christus nomen carnis est, Christus nomen humanum est, & responde vobis mihi. Eusebius episcopus dixit: Quid superfluis immoraris? Quum legeretur impietas Arrii, qui hoc dicit de patre, quia solus habet immortalitatem, attulisti testimonium ad cõsensum impietatis Arrii ex Apostolo, dicens: Qui solus habet immortalitatem, & lucem inaccessibleẽ habitat. Sed si intelligis, totius nature dignitatem in Dei nomine expressit: si quidem in Dei nomine, pater & filius designantur. Palladius dixit: Et ego vos quod interrogauit, respondere noluitis. Ambrosius episcopus dixit: Apertè de te sententiam quæro: Filius Dei habet immortalitatem secundum generationem diuinam, an non habet? Palladius dixit: Secundum generationem diuinam incorruptibilis, & per carnem mortuus est. Ambrosius episcopus dixit: Non diuinitas mortua est, sed caro mortua est. Palladius dixit: Antè vos mihi responde. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei secundum diuinitatem habet immortalitatem, an non habet? Sed etiam fraudes & insidias tuas, non secundum Arrii professionem, prodidisti. Et addidit: qui filium Dei negat habere immortalitatem,

quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Anathema habetur. Palladius dixit: Status diuinus immortalis est. Ambrosius episcopus dixit: Astute & hoc, vt de Dei filio nihil exprimas euidenter. Et ego dico: Immortalitatem habet Dei filius secundum diuinitatem? Aut nega, quia nõ habet immortalitatem. Palladius dixit: Christus mortuus est, an non? Ambrosius episcopus dixit: Secundum carnem anima nostra non moritur. Scriptum est enim: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem nõ possunt occidere. Quum igitur anima nostra mori nõ possit, putas, quod Christus secundum diuinitatem mortuus sit? Palladius dixit: Mortis appellationem quare tu horres? Ambrosius episcopus dixit: Immò non horreo, sed cõfiteor secundum carnem meam. Est enim, per quam à mortis vinculis sum reuinctus. Palladius dixit: Mortem separatio facit spiritus. Nam Christus filius Dei carnem suscepit, & per carnem mortuus est. Ambrosius episcopus dixit: Scriptum est, Christum passum. Secundum carnem igitur passus est, secundum diuinitatem habet immortalitatem. Hoc qui negat, diabolus est. Palladius dixit: Ego Arrium non noui. Ambrosius episcopus dixit: Ergò malè dixit Arrius, quum etiam filius Dei habeat immortalitatem secundum diuinitatem. Et addidit: Benè dixit, an malè? Palladius dixit: Non consentis. Ambrosius episcopus dixit: Cui non consentis? Anathema illi, qui non explicat fidei libertatem. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Dicite quod vultis, eius est diuinitas immortalis. Ambrosius episcopus dixit: Cuius? Patris, an & filij? Et addidit: Multas impietates cõgessit Arrius, ad alias transeamus. Et recitatum est, solum sapiens. Palladius dixit: Pater à se sapit, filius autem sapiens nõ est. Ambrosius episcopus dixit: Ergò filius non est sapiens, quum ipse sit sapientia? Nam & nos dicimus, quia ex patre natus est filius. Eusebius episcopus dixit: Est aliquid tam impiũ, tam prophanum, quàm quod dixit, sapientem filium Dei negare? Palladius dixit: Sapientia dicitur. Quis potest sapientiam denegare? Ambrosius episcopus dixit: Sapiens est, an non? Palladius dixit: Sapientia est. Ambrosius episcopus dixit: Sapiens ergò, quum sit sapientia. Palladius dixit: Secundum scripturas vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: etiam sapientem (quantum video) filium Dei Palladius negare conatus est. Eusebius episcopus dixit: Qui negat filium DEI sapientem, anathema sit. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Eusebius episcopus dixit: Etiam Secudianus ad hoc respõdeat. Quumq; Secudianus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Qui tacet, integrum vult habere iudicium. Et addidit: Solum patrem bonum quum dicit, filium cõfessus est, an negauit? Palladius dixit: Legimus, Ego sum pastor bonus, &

Matth. 10. c

1. Pe. 2. & 4.

*negari

Ioan. 10. c

nos

Ioan. 10. c

er. * bonus

Matth. 25. b
Luc. 6. g

Ioan. 7. b.

Phil. 1.

1. Cor. 12. c

nos negamus? Quis nõ dicat bonum DEI filium? Ambrosius episcopus dixit: Ergò bonus est Christus. Palladius dixit: nonus. Ambrosius episcopus dixit: malè ergò Arrius de solo patre dixit, quum etiam filius dei, Deus * omnibus sit. Palladius dixit: Qui bonum nõ dicit Christum, maledicit. Eusebius episcopus dixit, Christum bonum confiteris? Nam & ego bonus sum. mihi dixit, Eugè serue bone. Et, homo bonus profert de thesauro suo bona. Palladius dixit: Iam dixi, nunc vobis non respondeo vsque ad plenum cõcilium. Ambrosius episcopus dixit: Iudæi dicebant, bonus est, & Arrius negat, quia filius dei bonus est. Palladius dixit: Quis potest hoc negare? Eusebius episcopus dixit: Bonus est ergò deus filius dei. Palladius dixit: Bonus pater, bonum filium genuit. Ambrosius episcopus dixit: Et nos bonos genuit, sed non secundum diuinitatem. Deum bonum Dei filium dicis? Palladius dixit: Filius DEI bonus est. Ambrosius episcopus dixit: Vides ergò, quia Christum bonum, bonum filium, non bonum Deum dicis, quod à te quæritur. Et addidit: Qui bonum Deum, filium DEI Deum non confitetur, anathema. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitauit, Solum potest. Ambrosius episcopus dixit: Potens est filius Dei, an non? Palladius dixit: Qui omnia fecit, non est potens? qui omnia fecit, minus potest? Ambrosius episcopus dixit: Ergò Arrius malè dixit. Et addidit, Vel in hoc dānas Arrius? Palladius dixit: Vnde scio qui sit? Ego pro me respondeo tibi. Ambrosius episcopus dixit: Filius nomini Dei mei potens est? Palladius dixit: Potens. Ambrosius episcopus dixit: DEVS bonus est? Palladius dixit: Iam dixi filium DEI vnigenitum esse potentem. Ambrosius episcopus dixit: Dominum potentem? Palladius dixit: Filium Dei potentem. Ambrosius episcopus dixit: Potentes & homines sunt. Scriptum est, Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Et alibi: Quum infirmor, tunc potens sum. Illud à te requiro, vt confitearis dominum potentem esse Dei filium Christum: aut si negas, adstrue. Nam qui vnam potentiam dico patris & filij, sic filium DEI dico potentem sicut & patrem. Dubitas ergò confiteri potentem esse Dominum DEI filium? Palladius dixit: Iam dixi, secundum disputationem (prouit possumus) respondemus vobis. Vos enim soli vultis esse iudices. Vos litigatores esse vultis. non vobis respondemus nunc, sed in Cõcilio generali & pleno respondebimus vobis. Ambrosius episcopus dixit: Anathema illi, qui negat dominum potentem Christum. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitatum est, Solum potentem, omnium iudicem. Palladius dixit: Omnium iudicem filium dei. Est qui dat, est qui accipit. Ambrosius episcopus dixit: Per gratiam dedit, an per naturam? et hominibus datur iudicium,

palladius dixit: patrem maiorem dicis, an non? Ambrosius episcopus dixit: Postea respondebo tibi. Palladius dixit: Ego tibi non respondebo, si non respondes mihi. Eusebius episcopus dixit: nisi impietatem Arrii ex ordine damnaueris, interrogandi tibi non dabimus facultatem. Palladius dixit: Non tibi respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Filius DEI (sicut lectum est) iudex est, an non? Palladius dixit: Si non respondes mihi, ego tibi vt impio non respõdeo. Ambrosius episcopus dixit: Habes professionem meam, qua respondebo tibi. Interim perlegatur epistola Arrii. Et addidit: In epistola Arrii inuenies & hoc sacrilegium, quod tu moliris. Palladius dixit: Ego qui interrogo, non respondetis. Eusebius episcopus dixit: Filium DEI * DEVM æqualem dicimus. Palladius dixit: Tu iudex es, tui exceptores hic sunt. Ambrosius episcopus dixit: Scribant tui, qui nõ uult. Palladius dixit: Pater maior est, an non? Eusebius episcopus dixit: Secundum diuinitatem equalis est filius patri. Habes in euangelio, quod Iudæi persequebatur eum, quia non solum soluabat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se facies Deo. Quod ergò impij persequebatur confessi sunt, nos credetes negare non possumus. Ambrosius episcopus dixit: Et alibi habes: Qui quum esset in forma DEI, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, obediens vsque ad mortem. Et addidit: Vides, quia in forma Dei æqualis est? Et formam, inquit, serui accepit. In quo ergò minor est? Secundum formam vtique serui, non DEI. Eusebius episcopus dixit: Sicut in forma serui constitutus, inferior seruo non fuit: ita in forma Dei constitutus, inferior Deo esse non potuit. Ambrosius episcopus dixit: Aut dic, quia secundum diuinitatem minor est filius DEI. Palladius dixit: * Pater maior me est. Ambrosius episcopus dixit: Secundum carnem. Palladius dixit: Qui me misit, maior est me. Caro missa est à DEO, aut filius DEI? Ambrosius episcopus dixit: Falsari à vobis diuinas scripturas hodiè comprobamus. Sic enim scriptum est: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non turbetur cor vestrum. Non quomodo hic mundus dat, & ego do vobis. Si diligeretis me, gauderetis, quia dixi, vado ad patrem, quia pater maior me est. Nõ dixit, qui me misit, maior me est. Palladius dixit: Pater maior est. Ambrosius episcopus dixit: Anathema illi, qui diuinis scripturis addit aliquid aut minuit. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: Pater maior est filio. Ambrosius episcopus dixit: Secundum carnem filius minor est patre, secundum diuinitatem equalis est patri. Legi igitur æqualem DEI filium patri, sicut iam & prolata exemplaria testantur. Secundum

for. * vos

for. * Deo

for. * uoluit,

Ioan. 5. c

Phil. 2. a

for. * Pater,

inquit, maior

Ioan. 14. d

*vtiq; quia

vado

Esa. 49. 6.
28.
Math. 21.
Leu. 20.
Dan. 2.
Psal. 117. 21.
Psal. 8.
Heb. 1.

dum carnem autem quid miraris minorem, quum dixerit se seruum, quum dixerit se lapidem, quum dixerit se vermem, quum dixerit se minorem angelis, quia scriptum est. Minorasti eum paulo minus ab angelis? Palladius dixit: Impie vos asserentes video, non respondemus vobis sine auditoribus. Sabinus episcopus dixit: Nemo requirat ab eo sententiam, qui tam innumeris sententiarum blasphemavit. Palladius dixit: Non vobis respondemus. Sabinus episcopus dixit: Ab omnibus iam danatus est Palladius. Arrij blasphemiam multo minores sunt quam Palladius, et quum Palladius surrexisset, atque foras exire voluisset: Ideo, inquit, surrexit Palladius, quonia apertis scripturarum testimonijs conuinctum esse se cernit, sicut iam conuictus est. Sic enim lectum est, secundum diuinitatem quod aequalis patri filius sit. Accipiat autem, quod secundum diuinitatem maiorem non habet.

Heb. 6. c

Scriptum est: Abraham quum repromississet Deum, quoniam nullum alium habebat maiorem, per quem iuraret, iurauit per semetipsum. Vides igitur scripturam, quia nullum alium maiorem habet, per quem iuraret. Filius autem est, de quo dicitur, quonia ipse visus est Abraham. Unde & ait: Abraham diem meum vidit, & gauisus est. Palladius dixit: Pater maior est. Eusebius episcopus dixit: Quado vt Deus loquutus, maiorem non habuit: quado vt homo loquutus, maiorem habuit. Palladius dixit: Pater genuit filium, pater misit filium. Ambrosius episcopus dixit: Anathema illi, qui negat filium secundum diuinitatem aequalem patri. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Palladius dixit: filius subiectus patri, filii precepta patris custodit. Ambrosius episcopus dixit: Subiectus secundum carnis rationem, ceterum & ipse meministi, quia legisti, Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit. Sabinus episcopus dixit: Dicat, si secundum diuinitatem subiectus est patri, an secundum incarnationem. Palladius dixit: Ergo pater maior est. Ambrosius episcopus dixit: Et alibi scriptum est, Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem filij eius. Ego dico patrem maiorem esse secundum carnis assumptionem, quam suscepit filius Dei, non secundum diuinitatem. Palladius dixit: Quae enim comparatio est filij DEI? Et caro potest dicere, Deus me maior est. Caro loquebatur, aut diuinitas, quia ibi erat caro? Ambrosius episcopus dixit: Caro sine anima non loquitur. Eusebius episcopus dixit: Deus in carne loquebatur secundum carnem quando dicebat, Quid me persequimini hominem? Quis hoc dixit? Palladius dixit: Filius DEI. Ambrosius episcopus dixit: Deus ergo filius Dei est secundum diuinitatem, & homo est secundum carnem. Palladius dixit: Carnem suscepit: Eusebius episcopus dixit: Ergo humanis verbis usus est. Palladius dixit: Carnem humanam suscepit. Ambrosius episcopus dixit:

Ioan. 6. c

1. Cor. 1. b

Ioan. 8. e

Dicat quia non secundum diuinitatem Apostolus dixit subiectum, sed secundum carnem. Scriptum est enim: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. In quo et Philip. 2. a
ergo mortem gustauit? Palladius dixit: quia se humiliavit. Ambrosius episcopus dixit: Non diuinitas, sed caro humiliata est atque subiecta. Et addidit: Creaturam perfectam bene dixit Arrius, an male dixit? Palladius dixit: Ego tibi non respondeo, auctoritatem non habenti. Ambrosius episcopus dixit: Profitere quod vis. Palladius dixit: Non respondeo vobis. Sabinus episcopus dixit: Pro Arrio non respondes? ad interrogata non respondes? Palladius dixit: Pro Arrio ego non respondi. Sabinus episcopus dixit: Usque adeo respondisti, vt filium dei negares potentem, negares verum Deum. Palladius dixit: Ego te iudicem non patior, quem impietatis arguo. Sabinus episcopus dixit: Ipse nos coegit federe. Palladius dixit: Mandauit, vt sederetis, vt arguerem vos. Quare subripuistis Imperatori? Vt plenum Concilium non esset, obripuistis. Ambrosius episcopus dixit: Quum Arrij impietates legerentur, & impietas tua pariter condemnata est, quae consensit Arrianae impietati. Placuit tibi in media epistola lectionem proponere, quam volebas. Respondi tibi est, quemadmodum patrem maiorem dixerit filius DEI, eo quod secundum carnis susceptionem, filium maiorem patrem dixerit. Proposui etiam subiectum esse filium DEI, & in hoc responsum tibi est, quia subiectus filius DEI secundum carnem est, non secundum diuinitatem. habes professionem nostram. nunc audi cetera. Quoniam tibi responsum est, responde ad ea, quae leguntur. Palladius dixit: Non tibi respondeo, quia quaecumque ego dixi, non sunt scripta. Vestra tantummodo scribuntur verba, non vobis respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Omnia vides scribi. Denique quae scripta sunt, abunde ad tuae impietatis iudicium. Et addidit: Creaturam dicis Christum, an negas? Palladius dixit: Non respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Ante horam citra actam, cum legeretur, quia Arrius dixit creaturam Christum, negasti. Oblatus est tibi, vt damnares perfidiam, noluisti. Vel nunc dic, vtrem natus ex patre Christus sit, an creatus. Palladius dixit: Si vultis, exceptores nostri veniant, & sic totum excipiat. Sabinus episcopus dixit: Adducat suos exceptores. Palladius dixit: pleno Concilio vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: Attalus in tractatu niceni concilij subscripsit. negat factum, quia venit ad Concilium. Dicat hodie, vtrem subscripsit in tractatu niceni concilij, an non. Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Attalus presbyter licet inter Arrianos sit, tamen habet auctoritatem loquedi. Libere profiteatur, vtrem subscripsit in tractatu Niceni Concilij sub-

epi-

episcopo suo Agripino, an non. Attalus dixit: Iam dixisti me aliquoties damnatum, non tibi respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Subscripsisti in tractatu Concilij Niceni, an non? Attalus dixit: Non tibi respondeo. Palladius dixit: Modò vultis tractatum plenum haberi, an non? Chromatius presbyter dixit: Creaturam non negasti, potentiam negasti. Omnia negasti, quae fides catholica profitetur. Sabinus episcopus dixit: Testes sumus nos, Attalum subscripsisse in concilio Niceno, & nunc nolle respondere. Quid cunctis videtur? Cumque Attalus reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Dicat, vtrem subscripsit in tractatu concilij Niceni, an non. Palladius dixit: Exceptor vester & noster stent, & omnia scribat. Valerianus episcopus dixit: Iam quae dixisti & negasti, scripta sunt omnia. Palladius dixit: nunc quid vultis. Ambrosius episcopus dixit: Quia saepius vult damnari Palladius, qui iam frequenter damnatus est, lego epistolam Arrij, quam ille noluit condemnare. Profitemini, quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Legatur. Et recitata est. Nato autem non putatiue, & reliqua. Ambrosius episcopus dixit: Respondi tibi de maiore, respondi tibi & de subiecto, nunc & ipse responde. Palladius dixit: Non respondebo, nisi auctores veniant post Dominicam diem. Ambrosius episcopus dixit: Veneras tractaturam, sed posteaquam obieci tibi, vidisti epistolam Arrij, quam damnare noluisti, asserere autem non potes, idcirco nunc refugis & cauillaris, plenarie ipsam recito. Ad singula dic, vtrem Christus creatus videatur, an fuit quado non fuit Christus, an verò semper fuit vngenuus Dei filius. Cum Arrij epistolam audieris, aut damnas, aut probas. Palladius dixit: Cum impietatis te arguam, te iudice non vtor. Transgressores. Sabinus episcopus dixit: Quas impietates obiecis fratri nostro & confacerdoti Ambrosio? dicit. Palladius dixit: Iam vobis dixi: pleno concilio respondebo, & praesentibus auctoribus. Ambrosius episcopus dixit: In confessu fratrum cupio confutari & redargui. Quae igitur impie dixerim, dicit, si impius tibi videor, qui pietatem adstruo. Sabinus episcopus dixit: Ergo impius tibi videtur, qui Arrij blasphemias arguit? Palladius dixit: Ego non negavi bonum filium dei. Ambrosius episcopus dixit: Dicis ergo Christum neum bonum? Palladius dixit: non vobis respondeo. Valerianus episcopus dixit: Nolite multum adigere Palladium, non potest vera nostra simpliciter confiteri. Ipsi enim conscientia duplici blasphemiam confusa est. Nam a Photinianis est ordinatus, & cum ipse est damnatus, & nunc plenius damnabitur. Palladius dixit: Hoc probas. Sabinus episcopus dixit: Non alter poterat Christum verum negare, nisi auctores suos sequeretur. Ambrosius episcopus dixit: Obieci mihi me esse impium, hoc probas. Palladius dixit: expo-

sitionem asserimus. Cum attulerimus, tunc dispositio habebitur. Ambrosius episcopus dixit: Damna impietatem Arrij. Cum reticeret Palladius, Eusebius episcopus dixit: Superfluis immoramur. Tot impietates Arrij Palladius noluit condemnare, immo potius asserendo confessus est. Hunc qui non danat, similis illius est, & hereticus iure dicendus est. Omnes episcopi dixerunt: A nobis omnibus anathema sit Palladius. Ambrosius episcopus dixit: Acquiescis, vt cetera legantur Arrij, Palladius? Palladius dixit: Date auditores, veniant & ex vtraque parte exceptores. non potestis esse iudices, si auditores non habuerimus: & nisi ex vtraque parte venerint, qui audiant, non vobis respondemus. Ambrosius episcopus dixit: Quos queris auditores? Palladius dixit: Sunt hic honorati multi. Sabinus episcopus dixit: Post tot blasphemias auditores petis? Ambrosius episcopus dixit: Sacerdotes de laicis iudicare debent, non laici de sacerdotibus. sed tamen quos iudices petas, dicit. Palladius dixit: Auditores veniant, & ex vtraque parte exceptores, & respondebunt vobis hi in concilio generali. Ambrosius episcopus dixit: Etsi in multis impietatibus deprehensus sit, erubescimus tamen, vt videat, quae sacerdotium sibi vendicat, a laicis esse danatus. Ac per hoc, quum & in hoc ipso danatus est, qui laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare, iuxta ea quae hodie audiuimus Palladium profitemem, & iuxta ea, quae condemnare noluit, pronuncio illum sacerdotio indignum & carendum, & in loco eius catholicus ordinetur. Omnes episcopi dixerunt: Anathema Palladio. Ambrosius episcopus dixit: Imperator clementissimus & Christianus sacerdotum iudicio causam, vt & ipsi arbitri essent alterationis, ipsi (inquit) constituissemus: quoniam for. com. misit: quum interpretes esse scripturarum, condemnemus Palladium, qui impij Arrij noluit danare sententiam. et quia ipse filium DEI sempiternum, & cetera quae actus herent, negavit, ergo anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt: Omnes condemnamus eum. Anathema habeatur. Ambrosius episcopus dixit: Quoniam omnes consistunt viri Christiani & DEO probati fratres & confacerdotes nostri, dicat vnusquisque quid sibi videatur. Valerianus episcopus dixit: Mihi quidem videtur, quia qui Arrium defendit, Arrianus est: qui blasphemias ipsius non condemnat, ipse blasphemus est. Ideoque huiusmodi hominem a consortio sacerdotum censeo esse alienum. Palladius dixit: Caepistis ludere? ludite. sine Concilio Orientali vobis non respondemus. Ammius episcopus Sirmiensis dixit: Quicumque haereses

Condemnatio
Palladij
haeretici a
concilio.

for. com.
misit: quum

hærefes Arrianas non condemnat, Arrianus sit necesse est. Hunc igitur alienum etiam à nostra communiõe, & sacerdotali cœtu priuatum esse censemus. Constãtius episcopus Arausicus dixit: Palladium Arrij discipulũ, cuius impietates iam olim damnatæ sunt à patribus nostris in concilio Niceno, & nunc hodiẽ probatæ, cum recenseretur à Palladio singule, quia non confusus est, dum Dei filium à Deo patre esse alienum, cum creaturam confitetur, cum tempore dicit, Dominum verum negat, in sempiternum cenfeo esse damnandum. Iustus episcopus dixit: Palladium, qui blasphemias Arrij damnare noluit, sed etiam magis has confiteri videtur, cenfeo vltariũ sacerdotem dici non posse, nec inter episcopos deputari. Euentius episcopus Cirtinienfis dixit: Palladium, qui impietate Arrij damnare noluit, arbitrò à consortio sacerdotali in perpetuum asse remotum, Abundantius episcopus Tridentinus dixit: Cum euidentes blasphemias Palladius defendat, damnatum se ex cõcilio Aquileiensi cognoscat. Eusebius episcopus Bononiensis dixit: quia impietates Arrij diabolico stylo conscriptas, quas nõ licebat nec ad aures admittere, Palladius non solum noluit condemnare, sed & earum extitit assertor, negando filium DEI filium verum, Dominum bonum, Dominum sapientem, Dominum sempiternum, hunc à cœtu sacerdotali, & mea sententia & omnium catholicorũ iudicio arbitror iure esse damnatum. Sabinus episcopus Placentinus dixit: Quoniam cunctis patefactũ est, Palladium, qui Arrianæ perfidiæ author est, etiam eius impietatem tenere, quiaq; cõtra euangelica & apostolica instituta venit, iusta in eũ totius concilij illata sententia est, & mea licet paruitatis sententia, sacerdotio denuò priuat, ex hoc sacrosancto cœtu iure pellatur. Felix & Numidius legati Afrorum, dixerunt: Arrianæ hæresis sectæ, in qua Palladius in Aquileiensi synodo declaratus est, anathema. Sed & eos qui contra veritatem Nicenæ synodi repugnantes sunt, condẽnamus. Limenius episcopus Vercellenfis dixit: Arrianam doctrinam sæpẽ esse damnatam, manifestum est: & idẽ Palladius conuentus in hac sacra synodo Aquileiensi, quia noluit se corrigere vel emendare, sed magis probauit reprehensibile, & olitauit perfidia, quam se publicè confessus est tenere, hunc sententia mea & ego profiteor consortio sacerdotali esse priuandũ. Maximus episcopus Emonensis dixit: Palladium, qui blasphemias Arrij nec damnare voluit, sed magis confessus est, iustè ac merito esse damnatum, & Deus nouit, & fidelium consciẽtia condemnauit. Exuperantius episcopus Dertonensis dixit: Palladium, qui sectam Arrij vel eius doctrinam damnare noluit, sed defendit, vt cæteri confortes mei damnauerũt, etiam & ego cõ-

* tempore

* Tinien.

* Basilianus demno. * Basianus episcopus Laudensis di-

xit: Audiui, sicut & cæteri confortes mei, impietates Arrij, quas Palladius non solum nõ condemnauit, sed confirmauit. Hic anathema sit, & sacerdotio priuabit. Philaster episcopus Brixianus dixit: Blasphemias & iniquitatem Palladij, qui Arrianam doctrinam sequitur & defendit, vnã cum omnibus ego condemnaui. Constantius episcopus Sciscianensis dixit: Palladium, qui blasphemias & impietates Arrij non condemnauit, sicut & cæteri confacerdotes mei, & ego cenfeo damnandum. Heliodorus episcopus Altinensis dixit: Qui perfidiã Arrij omniumque hereticorum, quorum confortes est Palladius, huius insipiens cor, qui veritatẽ non est confessus, cũ cæteris confacerdotibus meis condẽno. Felix episcopus Iadertinus dixit: Palladium, qui blasphemias dicit in filiũ, sicut Arrius, cũ omnibus pariter condẽno. Theodoros episcopus Octodoren, dixit: Palladium, qd Chm Deum verum, cõternum patri negauit, nec Christianũ hunc, nec sacerdotem vllo modo censẽmus. Dominus episcopus Gratianopolitanus dixit: Palladium in perfidia Arrij permanentẽ, in perpetuum, sicut & fratres damnauerunt, etiã & ego cenfeo esse damnandum. Proculus Episcopus Massiliensium dixit: Palladiũ, qui Arrij blasphemias sub quadam impia hæreditate nõ condemnando defendit, sicut hunc & plurimorum iam venerabilium sacerdotũ sententia blasphemum designauit, atq; à sacerdotio alienum duxit, itã mea paritẽ sententia in perpetuum condemnatum designat. Diogenus episcopus Genuensis dixit: Palladium, qui Christum Dominum Deum verum, similem & æqualem patri dum non confitetur, immò negauit, damnationem iudicium, etiam & ego condẽno. Ianuarius episcopus dixit: Sicut omnes confacerdotes mei damnauerunt Palladium, itã & ego pari iudicio eum cenfeo esse damnandum. Et cum Secũdianus subripuisset, Ambrosius episcopus dixit: Audisti Secũdianum, cuiusmodi Palladius impius sententiam, sacerdotali concilio damnatus, exceperit. Licet displicerit nobis, quod eius, hoc est, Palladij non horrueris amentiam, tamen de te aliqua specialitẽter quẽro. Vtrum Dei filium Dominum nostrum Iesum Christum, vel non, verum Deum dicas. Secũdianus dixit: Qui negat Dominum verum esse patrem Domini & DEI nostri Iesu Christi, non est Christianus, nec qui negat Dominum filium verum. Ambrosius episcopus dixit: Deum verum Dei filium confiteris? Secũdianus dixit: Verum DEI filium, vnigẽnitum Dei filium verum dico. Ambrosius episcopus dixit: Verum Dominum dicis? Secũdianus dixit: Verum vnigẽnitum

* Iadert.

Esaię 65. for. * per Deum

nitum filium, quis negat verum filium Dei? Eusebius episcopus dixit: Nõ sufficit, quod filium Dei vnigẽnitũ cõfiteris: nam hoc oēs confitentur: sed hoc mouet, qd Arrius dixit Dominum solum patrem, solum verum, negauit filium Dei Dñm verum. Simpliciter filium Dei, Deum verum confiteris? Secũdianus dixit: Qui fuerit Arrius, ignoro: qd dixerit, nescio: mecum loqueris viuus ad viuum. Illud dico quod Christus dixit: Vnigẽnitum filium se asserit patris, filium vnigẽnitũ est Dei filium verum. Ambrosius episcopus dixit: Deus verus est, verus Dei filius Deus. Et addidit: In diuinis scriptum est, quia qui iurant super terram, iurabunt Deum verũ. Quod vtiq; de Christo esse, non dubiũ est. Nos ergo verum Deum profitemur, & fides nostra hæc est, & professio, quia vnigẽnitus patris filius, est verus Deus. Dic & tu de deo vero, deindẽ filium Deum verum. Secũdianus dixit: De Deo vero. Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei Deus verus est? Secũdianus dixit: Ergo mendax. Ambrosius episcopus dixit: In hoc fraudem facis, vt non Deum verum dicas, sed Deum vnigẽnitum, ac per hoc dic simpliciter, vnigẽnitus Dei filius, Deus verus. Secũdianus dixit: Vnigẽnitum dixi Dei filium. Eusebius episcopus dixit: Hoc Photinus non negat, hoc Sabelius confitetur. Ambrosius episcopus dixit: Et qui hoc non confitetur, iure damnatur. Ac per hoc sæpẽ te conuenio, licet cauillando negaueris veritatem. Non quæro, vt tantummodò vnigẽnitum filium dicas Dei, sed etiam Deum verum. Secũdianus dixit: Veritatis me seruum profiteor. Quæ dico, non scribuntur: & quæ dicis, scribuntur. Christũ verum Dei filium dico. Quis negat filium Dei verum esse? Ambrosius episcopus dixit: Qui negat vnigẽnitum Dei filium, anathema sit. Secũdianus dixit: Deum verum vnigẽnitũ filiũ Dei, quid mihi profiteris, quod non est scriptum? Ambrosius episcopus dixit: Apertum sacrilegium est, quandò Christum Dei filium Arrius Deum verum negauit. Secũdianus dixit: Iesum Christum filiũ Dei Deum, quia Christus dicatur filius verus, filium Dei dico. Ambrosius episcopus dixit: Nõdũm respiciuisti. Et adiecit: Nẽ quid

illi videatur subreptum, confirmet sententiam suam. Dicat ergo vnigẽnitum Christum, Dei filium Deum verum. Secũdianus dixit: Iam dixi. Quid mihi extorquere vis amplius? Ambrosius episcopus dixit: Quid dixisti? Certẽ si dixisses tanta, quod gloriosè dicitur, sæpẽ repetendum est. Secũdianus dixit: Dicitur est: Sit sermo vester, est est, non non. Ambrosius episcopus dixit: Qui dicit ipsum patrem filium, sacrilegus est. Hoc à te quæro, vt dicas, de Deo vero Deum verum Dei filium natum. Secũdianus dixit: Ego filium à Deo genitum, dicente ipso, Geni te, confitẽtem se, genitum esse dico. Ambrosius episcopus dixit: A Deo vero Deus verus est. Secũdianus dixit: Et cum nomini etiam addis & verũ, audis, qualis in te fides sit, & Christianus es? Eusebius episcopus dixit: Qui negauit illum verum Deum? Arrius & Palladius negauit. Tu si Deũ verũ credis, debes simpliciter designare. Ambrosius episcopus dixit: Si non dixeris Deum verum de Deo vero natum esse, Christum negasti. Secũdianus dixit: Interrogatus de filio, dedi respõsum: quemadmodũ deberem profiteri, respondi. Habemus vestram expositionem, afferemus, legatur. Ambrosius dixit: Hodie afferre debueras, cæterũ subterfugere conaris. Professionem à me exige, & professionem à te exigo. Deus verus est Dei filius? Secũdianus dixit: Vnigẽnitus est Deus Dei filius. Et ego eum interrogo, vnigẽnitus est? Ambrosius episcopus dixit: Ratio permoueat nos, & impietas, & insipietia tua. Cum dicis Deum verum vnigẽnitum, non Deum verum dicis, sed verum vnigẽnitum: Ac per hoc, vt istam adunas quæstionem, itã responde. Ex Deo vero, Deus verus est? Secũdianus dixit: Ergo Deus Deum non genuit? Deus verus ille qui est, quod est genuit, vnũ verum vnigẽnitum filium genuit. Ambrosius dixit: Non confiteris Deum verum, sed vis dicere verum vnigẽnitum. Et ego vnigẽnitum, sed dico & Deum verum. Secũdianus dixit: Ego dico genitum à patre, verum genitum dico omnibus.

Matt. 5. f

Psal. 109. Heb. 1. b

for. * exigis

Gesta concilij Aquileiense contra Palladium & Secũdianũ Arrianæ hæresis assertores, finiunt, put exemplar continebat. Videtur tamen non in integrũ haberi, sed mutilum esse ac defectuosum.

CONSTANTINOPO

LITANVM CONCILIVM I. HABITVM à CL. EPISCOPIS SVB Theodosio maiore, Siagrio & Eucherio cõsulibus, æra 419. aduersus Macedoniũ.

Constantinopolis à Constantino primo nomen accepit, cũ prius Byzantium diceretur. In quam urbem qua ornamenta contulerit idem Constantinus, partim commemorat Nicephorus Hystor. Eccle. lib. 7. cap. 48. & 49. Ad eius verd reliquam felicitatem, teste Procopio accedit, quod mare eam pulchriorẽ situ reddit, circa eam se insinuans quãdam

maximè, & in pelagus vastũ exundans, admodũ eam exornat, & tranquillos portus nautis prestat. Duo nanque maria, Aegeum & Euxinum, ea parte qua ad Orientẽ vrbs spectat, confluunt, fluctuumq; mutua collisione commoditatem & amœnitatem plurimam ex parte omni illi afferunt. Hodie Turcici Imperij caput est.

lib. 12, ca. 10.

Proinde Theodosius Imperator primo quoque tempore Synodum Episcoporum in locum vnum conuenire iussit, ad Nicena decreta confirmanda: atque ut ibidem, cuius Constantinopolitanae Ecclesiae sedes committenda esset, deliberaretur. Quod autem Macedonianos vniuersali Ecclesiae aggregari atque vniri posse existimaret, quia non admodum opinione sua de Deo ab vtraque parte & factione dissidabat, eos quoque ad conuentum euocauit. Et conuenerunt ab eis, qui Trinitatem *ὁμοούσιον* consubstantiali praedicant, circiter centum & quinquaginta: alterius autem sectae triginta & sex, quorum plures ex Helleponto erant. His praesibant Eleusius Cyzicenus, & Martianus Lampfacenus. Inter catholicos praecipui erant Timotheus, qui Alexandriae in locum Petri fratris sui, eiusdemque Athanasij successoris surrogatus fuerat: Meletius Antiochiensis Episcopus, qui pridem Gregorij causa Constantinopolim venerat, & Hierosolymitanus Cyrillus, qui cum antea Macedonij opinionem secutus fuisset, tum per poenitentiam resipuerat. Praeterea Ascolius Thesalonicae, Diodorus Tarsi, & suum recte gerens nomen Aratus Berrhoeae, Episcopi. Is sane omnes in Nicenis decretis acquiescentes, Eleusium & populares eius in sententiam suam adducere conabantur, in memoria eis redigentes, quam ad Liberium miserant legationem, in qua per Eustathium, Syluanum & Theophilum se Nicenam fidem secuturos receperant. Tum autem quod sua ipsorum voluntate longo tempore se ab eorum communionem non segregassent, non recte eos facere dicentes, cum semel flagrantibus animis eandem cum eis fidem susceperint, quod ita recte ab eis constituta rursum antiquarent. At illi cohortatione tali sprete, cum aperte Arrij opinionem iudicio suo meliorem censerent, neque vnquam fore, ut patri filium *ὁμοούσιον* consubstantiali esse faterentur, quantum aliter Liberio polliciti essent, dixissent, discesserunt, & ad factionis suae populares vbicunque in vrbibus essent, ut nequaquam Nicenam fidem complecterentur, literas dederunt. Qui vero ab vniuersali Ecclesia stabat, ibi manentes de eligendo Constantinopolitano Episcopo concilium habebant. Et primus ibi Imperator Gregorium propter vitam & eruditionem praestantem admiratus, dignum illum ea sede calculo suo iudicasse dicitur. Qua in re Synodus ei, quod virtutem eius viri reuereretur, suffragata est. Potissimum vero diuo ipsi Meletio videbat, Gregorio Constantinopolitanum Episcopatum confirmandum esse, hac in parte canone de Episcoporum translatione, quem nonnulli, concilium hoc reprehendentes, obijciebant,

Nazanzenū dicit.

posthabito. Optime quippe diuinus pater eorum virorem, mentem & consiliū, qui illum promulgauerant, tenebat. Synodus namque illa, ut occasionem ambitus in Ecclesijs praecideret, canone cum proposuerat, quod multa tum ex cōpetitorū ambitiosa praesentatione prouenissent mala: Quod si ambitus abesset, nihil prorsus extare impedimenti cēssit, ut modò vita aut doctrina multis alijs praestantior, aut simul vtraque; haec constaret, aut communis denique & publica cum magna commoditate utilitas per translationem in expectatione esset. Hec Nicephorus cap. 10. At ita agit de Gregorij Nazaneni praecleara administratione Ecclesiae Constantinopolitanae, & eius dignitatis voluntaria abdicatione, cum quidam Episcopi eius in Ecclesia Constantinopolitanam translationem criminarentur. Indè iam sequitur cap. 12. in haec verba:

Ceterum maxima cura & deliberatio Imperatori & Episcopis incumberebat, Imperatore potissimum eos cohortante, ad diligentem exactamque disquisitionem adhibendam, ut quam optimus atque honestissimus vir inueniretur, cui vrbium maximae rectae administrationis committeretur habent. Porro Synodus hac in re non eundem, quem Imperator, obtinebat animū. Pro se enim quisque, ut ex necessarijs & amicis suis quispiam honorem sedis eius consequeretur, laborabat. Quod consilium cum Episcopi texerent, Nectarius quidam Tarsi Cilicum ortus, primariae nobilitatis vir, senatoriaque dignitate clarus, & humanitate morū admiratione omnium promeritus, tum autem praeoris magistratu & honore conspicuus, Constantinopolim degens, in patriam iam iturus, ad Diodorum Tarsi Episcopum venit, ut ab eo, sub cuius scilicet Episcopatu cesseretur, cum praecatione benedictione acciperet, atque si opus esset, literas eius secum ferret. Et commodum tum accidit, ut Diodorus secum ipse confideraret, quemnam ad functionem propositam eligi conueniret: Et Nectarium ingredientem conspicatus, statim illum in animo suo idoneum ad sedem eam suscipiendam iudicauit. Et intra se ipsum affectione propensus in eum fuit, caniciem illius venerandam cernens, speciemque Episcopo dignam, morumque; simul humanitatem eximiam perpendens: & alio quodam sub praetextu eum ad Episcopum Antiochenum adductum mirifice laudauit, & illum, ut secum ei faueret, rogauit. Ille vero, quod multi praecleari viri designati essent, veluti in re graui & seria, apud se ipsum subridens, Diodori suffragium abrogauit: Nectario tamen nihilo minus vocato, paulisper eum secum manere iussit. Interea Imperator in charta describi iussit eorum nomina, quae quisque aptum esse ad tantam Ecclesiae scapham gubernandam putaret, ut sibi illis in scripto representatis, vnus ex omnibus eligendi potestas relinquere. Et alij quidam alios, putauitque; vnum

sum erat, annotarunt. Antiochenae vero antistes Ecclesiae, postquam ex sententia sua quos volebat in libello nominarunt, extremo loco, ut Diodoro gratificaretur, Nectarium etiam subiecit. Imperator charta in manus accepta, in qua designatorum nomenclatura descripta erat, vbi ad Nectarium nomen peruenit, constitit: & altius more suo rem mente reuoluens, secum ipse consultaui: & digito Nectarij nomini impresso, denuo eorum qui calculos & suffragia Episcoporum meriti fuerat, nomina percurrans, vbi rursum ad Nectarium peruenit, diu multumque; re deliberata, eum ipsum praec omnibus sede ea dignum esse censuit. Ad id factum obstupere omnes, verbisque & ore omnium querebatur, quoniam Nectarius iste esset, quae studia eius, atque vnde ortus esset. Ut vero nondum quoque in initium esse cognouerunt, amplius etiam admirati, & ad Imperatoris iudicium animis consternati sunt. Ego quidem id etiam Diodorum ignorasse puto, neque enim credibile est, non in initio eum suffragari tantoperè ausurum fuisse. Sed illum iam canū, ut aequum fuerat, in initium fuisse opinatus est. Ego vero non sine nutu Dei hoc accidisse puto. Atque vbi id princeps quoque resciuit, quantum ex Episcopis multi contra niterentur, in sententia tamen sua ille conquieuit. Postquam vero qui conuenerant, omnes Imperatoris calculum confirmarunt, exemplò Nectarius baptismo initiatus, atque etiam nem mystica veste indutus, communibus synodi suffragijs Episcopus Constantinopolim declaratus est. Hec sic accidit, Deo tamquam instrumeto ipso principe utente, à multis creditū est. Sed verum ne id sit, an secus, affirmare certo non possum. Mihi quidem ipse persuaserim, rem tantam non sine prouidentia diuina actam esse, cum propter insolitum nouumque; electionis & consecrationis morem, tum propter earum rerum quae consecutae sunt, magnitudinem, coniecturam hanc faciens. Quod namque placidus & in rebus omnibus bonus fuit, verisimile est, Deum illi per synodum tantam Episcopatum commississe. Consecratio quidem Nectarij tale consecuta initium, auspiciatum quoque habuit finem.

Cap. 13.

Postea Episcopi omnes vnà cum Nectario congregati, ut Nicenae fidei decretum certum esset, constituerunt: haeresim omnem damnarunt, & prouincijs diuisis, patriarchas constituerunt. Et post pauca: Igitur dicecesibus ordinandis Nectarius quidem Thraciam fortitus est & Megalopolim, (hoc est, magnam vrbem, putam Constantinopolim) Ponticam autem dicecesim à Bithynia vsque ad Armenios, Helladio qui Basilio in Cappadocia successerat, & Gregorio Nyssae, quae & ipsa Cappadocum ciuitas est, Episcopo attribuerunt. Prouinciam autem Melitinesem Otreio reliquerunt. Asianam vero administrationem Amphilocheus Iconij & Optimus An-

tiochia in Pisidia Episcopi acceperunt. Aegyptus porro sub Timotheo Alexandrino permanfit. Gubernationem autem Orientalem Ecclesiarum Episcopis earum permittere, videlicet Pelagio Laodicensi & Diodoro Tarsensi. Antiochia vero soli sua relinquente priuilegia, Meletio etiam adhuc superstitioni tribuerunt. Vrbibus autem circa Thraciam & Scythiam sitis, Terentium Tomitanum & Martyrium Martianopolitanum praefecere. Quos cum Imperator omnes visos collaudasset, sententia sua calculos quoque eorum comprobauit. Et erat eorum illustris gloria, quippe qui Ecclesias pro eo atque par est, administrarent. De Maximo vero decreuere, ut neque esset, neque nomen Episcopi haberet: quos vero consecrasset clericos & quacunque; egisset, irrita ut omnia essent. Constitutione quoque Imperator sanxit, ut firma & perpetua esset Nicenae fidei autoritas, atque ut omnes omnium locorum Ecclesiae illis committerentur, qui in subsistentia trium eiusdem honoris & eiusdem gloriae personarum, diuinitatem vnā patris & filij & spiritus sancti praesententur. Et canonibus quibusdam Ecclesiarum exornandarum gratia promulgatis, etiam spiritus sancti gloriam, ut potè similem atque aequalem patri & filio, sancto Nicenae fidei symbolo adiecerunt, Gregorio Nysseno id quod illi deesset, supplete.

Cap. 14.

His ita actis, simul & synodus finem suum habuit, & reliqui Episcopi ad sedes suas redierunt. Nectarius autem Cyriacum Adanorum Episcopum secum retinuit, ut Episcopalem disciplinam ab eo addisceret, &c.

Cap. 15.

Eodem tempore cum Arriani ex sacris aedibus deturbarerentur, & Catholici in possessionem earum vacuam inducerentur, non parua exorta sunt turba. Quapropter Imperator Theodosius exiguo à priore Synodo temporis interuallo antesignanos vigentium haeresum rursum conuocauit, ut alterum istorum fieret: videlicet, ut vel ipsi alijs opinionem suam persuaderent, vel ab alijs persuaderentur, de rebus quae in controuersia essent: in vnā eandemque; sententiam omnes adductum iri ratus, si in publico auditorio opiniones dubiae per disputationem discuterentur. Cum autem vniuersi conuenissent, (factum id eo anno, quo filium Archadium Augustum renunciauit) consilium de synodo celebranda cum Nectario Constantinopolitano communicauit, cohortatus ut quaestiones vnde haereses orirentur omnes, in publicam deducerentur disputationem, quod cum vna fieret Ecclesia, atque vnum inter oes consentiens constitueretur dogma, tum vniuersi religionem ita vti decet colerent, neque quicquam controuersiae relinqueretur. Nectarius plurima secum animo reuoluens, Nouatianorum Episcopum Agelium accersij, eiusdem cuius ipse erat, de consubstantiali sententiae virum: qui quod factis potius virtutem

tutem declararet, & à verborum nugamentis & fastu alienus prorsus esset, alium vicem suam ad dispiciendum, quid facto opus esset, atque etiam, si hoc usus ferret, ad disputandum, designavit, Sisinium nomine, qui tum in Lectorum ordine enitebat, & breui post Episcopatum eius suscepit, hominem ad inueniendum perquam ingeniosum, & ad id quod inuenisset eloquendum, valde commodum: nec minus ad arcanos & latentes sacræ scripturæ sensus inquirendum, eosque copiose suavi lingua exponendum sanè quàm idoneum, necnon prophanæ simul & sacræ philosophiæ egregiè peritū. Is, quod rectissimè tum dicere visus est, suavis fuit, nè quæ cum eis qui aliter opinarentur, susciperetur disputatio, vt quæ aliam ex alia rixam & contentionem parere soleret, sed vt illi interrogaretur, an eos sacrorum oraculorum interpretes, q̄ prius extiterint, quàm dissensio in ecclesijs orta sit, admitterent. Ac si quidem sententias illorum rejicerent, tum fore dixit, vt eos etiam factionis suæ populares reiciat. Sin verò idoneos illos ad declarationem seu decisionem controuersiarum esse putarent, statim illorum libros in mediū proferrè debere. Atque hoc sic suavit, quod certò sciret veteres cum in diuinis literis coæternum patri filium inuenerint, haudquaquam ab initio aliquo generationem eius incepisse dicere ausos fuisse. Vt autem & Nectario & Imperatori optimum hoc consilium esse visum est, omnib⁹ coactis, cognoscere primùm qd̄ de veterū scriptis illi sentirent, tentauit. Atq; vbi illi clamore & admiratione suam erga illos affectionem & pietatē indicarunt, apertè pronunciauit: si testes illi dogmatis classici & idonei essent, faciliè eos quæstionē rei cuiuslibet decisuros, si ipsi in eo acquiescerent, quod illi de controuersijs eiusmodi & senserint & dixerint. Quando quidem autem etià de eo hæresium duces dissentiebāt, (nō omnibus enim eadem de veterum opinionibus sententia erat) rem secum ipse perpendens Imperator, intellexit propterea illos propositam sibi conditionem repudiare, quod disputationibus suis considerēt. Quam ob rem iniquam sententiam eorum molestè ferens, hæresim quæque libellum opinionē cuiusq; complectentem offerre sibi iussit. Atque vbi dies cōstituta aduenit, ex eis qui Trinitatem *ὁμοούσιον* consubstantialē profiterentur, Nectarius adfuit, & Agelius: ex Arrianis autem Demophilus: Hæresis suæ nomine Eunomius: Eleusius autem Cyzicenus, Macedonianorū partes propugnans. Porro Imperator opinionibus hæreticorum omnibus perlectis, solam admirat⁹ est & veram esse iudicauit, quæ Trinitatem *ὁμοούσιον* consubstantialē deprecatur. Reliquas verò vt veritati repugnantes conscidit. Enimuerò eis qui Nouati hæresis laborant, nihil aduersi accidit, quippe qui Ecclesiæ Catholicæ præterquam in re

vna consentirent, & *ὁμοούσιον* consubstantiali admodum in herent. Reliquæ autem hæreses grauius episcopos suos accepere, quod non satis consideratè cum Imperatore egissent. Plurimi etià ex eis, opinione illorum sprete, ad sententiam laudatam transiēre. Deindè Imperator legem tulit, nè à consubstantialis fidei professione abhorrentes, conuentus aliquos ecclesiasticos agerēt, nè postea de fide docere auderent, aut eligendi consecrandique quempiam potestatem haberent. Sanxit præterea, vt illi partim ex agris & vrbibus pellerentur, partim ærarij fierent, neq; quicquam cum reliquis ciuib⁹ commune haberent. Constitutionibus eiusmodi pœnas graues addidit, si quenquam contra decreta sua commississe comperisset: sed eas executioni non mādauit: metum enim tantum hæresium studiosis incutere voluit. Et id maxime studio habuit, vt populi imperio eius subiecti, eadem de DE O secum opinionem obtinerent. Quapropter magno etià eos persecutus est honore, quos ab hæreticis ad Ecclesiam vniuersalem transiisse cognouit.

Cum Synodus Cōstantinopoli iterum, sicuti dictum est, sub Imperatore Theodosio ageretur, ex Occidente literæ venerunt, vt ipsi quoque Romam ad Concilium ibi maximè institutum, in quo de rebus etià Antiochenis inter Paulinum & Flavianum decideretur, venirent. Ceterum qui Cōstantinopoli congregati erāt Episcopi, profectioem Romanam vt incommodā detrectarunt: epistolam autem scripserunt, in qua excitatam in Ecclesia ab hæreticis procellam maximam exposuerunt, summamque Apostolicam sententiam inseruerunt. Sed virilem eorū animū veramque sapientiā illæ ipsæ literæ declarabunt, in hæc verba cōceptæ:

Reuerendissimis Dominis & maxime pijs fratribus atq; collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, *Anemio & reliquis sanctis episcopis, in magna vrbe Romana coactis, sancta Synodus orthodoxorum & rectè sentiētū Episcoporū in magna vrbe Cōstantinopolitana congregatorū, in Domino salutē. Pietatē vestrā tanquā ignaram docere, & ærumnarū vim nobis ab impotenti dominatione Arrianorū illatarū commemorare, superfluum fortasè est. Non em̄ existimamus pietatem vestram res nostras tam nihil ad se pertinere iudicare, vt de eis commonefacienda sit, in quibus eam condolare nobiscum oportuit. Neq; tales sunt, quas pertulimus, tempestates, vt latere tenuitate sua potuerint. Et tempus persecutiōum propinquum, recentem adhuc memoriam cōseruat, non eis tantum qui afflicti sunt, sed etià qui per charitatem afflictorum miserias, suas ipsorum ærumnas esse reputant. Heri nanque, vt ita dicamus, & nuper admodum alij quidem exilij vinculis soluti, ad ecclesias suas per afflictioes innumerabiles redierūt

Cap. 14.

*Amenio

Astor. 7.

Psal. 65.

Studia hæreticorum.

Gratianus dicit.

Psal. 54.

diērent. Quorundam autem in exilio defunctorum relatæ sunt reliquiæ. Quidam etià post reditū, cum in feruentem adhuc hereticorum incidissent furorē, acerbiora quoque domi, quàm in longinquo & alienis terris mala pertulere, lapidibus ad necem vsq; sicuti beatus Stephanus, obruti. Alij varijs concissi verberibus & flagris, stigmata & notas adhuc Christi & vibices in corpore circumferunt. Pecuniarum verò multas, & excussiones vrbium, & priuatorum bonorum publicationes, insidias structas, contumelias & vincula quis nam enumerare queat? Reuera profectò in nobis afflictiones multiplicatæ sunt supra numerū, fortasè vel q̄ peccatorū pœnas persoluimus, vel quod benignus Deus pro suo in homines amore per tãtam vim & multitudinem malorū nos exercuit. Quo nomine DE O agimus gratias, qui per tot & tantas afflictiones seruos suos castigarit, & secundum multitudinē miseriarum suarū nos rursum eduxerit in refrigeriū. Nobis verò diuturno opus esset ocio & tempore multo ad Ecclesiarum restitutionem, vt perindè atque ex longa ægritudine paulatim sedula cura Ecclesiæ corpus confirmātes, ad pristinam valetudinem & sanitatē reduceremus. Quanquam enim maxime à vehemēti iniuria persecutorum videmur esse liberati, & ecclesias diutiùs ab hæreticis detentas nuper recuperauimus, graues tamen adhuc nobis imminent lupi, qui etià ex ouilib⁹ depulsi, in syluis & saltibus greges diripiunt, conuentus contra nos cogunt, vulgi seditiones mouent, & nihil quod in Ecclesiarum detrimentū cedat, nō tentant. Quapropter quod diximus, ampliorem nos ocio & tempore longiore abundare oportebat. Sedenim cum fraternam vestram erga nos pietatem seruantes & dilectionem exhibentes, indicto Romæ de voluntate Dei concilio, per DEI amantissimi Imperatoris literas, nos quoque vt membra vestra propria eò euocāritis, vt postea quàm tum quidem soli nos calamitatibus addicti atque adiudicati fuimus, nunc tandem in consentienti ipsorum Imperatorum de vera pietate concordia non sinè nobis regnetis, sed & nos vnā vobiscum iuxta Apostolicam vocem regnemus, in votis nobis erat, si fieri posset, vt simul omnes Ecclesijs relicti, seu desiderio seu vsui vestro per gratificandi studium satisfacere. Quis enim nobis alas veluti columbæ tribuat, vt volitemus & ad vos perueniamus? Cum verò id si fieret, prorsus Ecclesias nudaret, quæ nuper renouari cœperūt, & res hæc multis omnino impossibilis sit: conuenimus nanq; Cōstantinopolim literis proximis adducti, quas reuerentia vestra post synodum Aquileiensem ad Dei amantissimum Imperatorē Theodosium dedit, ad solam hanc Cōstantinopolim vsq; profectioem instructi, & de vna hac synodo ab eis qui in prouincijs perman-

tere episcopis assensionem acceptam habentes. De longiore autem profectioe neque necessitatem aliquam expectauimus, neque quicquam omnino prius audiimus, quàm Cōstantinopoli conuenimus. Ad hæc ea est constituti temporis angustia, vt neq; ad iter longius nos instruendi spatium habeamus, neque omnes in prouincijs communionis nostræ Episcopos de profectioe tali certiores facere, & comprobationem eorum accipere possimus. Cum hæc & multa præterea alia aduentum complurium impedirent, quod reliquum erat, simul & ad res plerasq; corrigendas, & ad nostram erga vos charitatem declarandam, faciendum duximus, vt reuerendissimos atque honorādos maxime fratres & collegas nostros, Cyriacum, Eusebium & Priscianum Episcopos, quod viæ laborem Romam vsq; alacribus subirent animis, exoraremus: per quos voluntatem & sententiam nostram pacificam esse, & vnionis coniunctionisq; consilium & finem sibi propositam habere ostendimus, ardoremq; simul pro saniore fide nostrum manifestò declaramus. Nos enim siue persecuciones, seu afflictiones, siue Imperatorū minas, seu magistratuum feritatem, siue etià aliā quampiam tentationem & periculum ab hæreticis sustinimus pro euangelica fide Niceæ apud Bithynos à trecentis decem & octo patrib⁹ cōfirmata, quicquid id fuit pertulimus. Nam enim & nobis & vobis, alijsq; ad eò omnibus, qui verè fidei verbum non peruertunt, complacere oportet, quippe quæ antiquissima & baptismum consecuta sit, credere nos docēs in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti, videlicet vt diuinitas & potestas vna Patris & Filij & Spiritus sancti, & eiusdem honoris dignitas, & coæternum regnum in tribus perfectis subsistentijs, siue tribus perfectis personis credatur: ita vt neq; Sabellij contagio locum habeat, subsistentijs cōfusus, seu proprietatibus sublati: neque Eunomianorum & Arrianorum & Pneumatomachorū blasphemia seu maledicentia inualecere possit, substantia vel natura vel diuinitate diuidenda, & increatæ consubstantiali quæ & coæternæ Trinitati posteriore quapiam siue creata seu alteri substantiali natura inducenda. Inhumanationis etià Domini rationem minime peruersam retinemus, neque vel anima vel mente carentem, aut imperfectam carnis administrationem credentes. Certò quippe sciētes, perfectum quidem ante secula fuisse Deum verbum, perfectum verò hominē in extremis diebus propter salutem nostram esse factum. Et fides quidem, quæ à nobis cōstanter deprecatur, in summa sic habet: de qua ampliorem etià animorum cōsolationem percipere poteritis, si non grauabimini decreti libellum, quod Antiochiæ à synodo ibi coacta factū, & item id quoque, quod proximè Cōstantinopoli ab vniuersali cō-

δύκονόμῳ dispensationem.

cilio promulgatū est, legere. In quibus & fusius fide professi sumus, & hæreses nuper per res nouas exortas, & à nobis anathemate cōfossas, in scriptū retulim⁹. Porro de singularibus ecclesiarū administratiōib⁹ veterē scitis esse sanctiōē, & sanctorū Nicææ cōgregatorum patrū decretū, vt in puincia quaque puincia episcopi, & cū eis, si illi velint, finitimi quoque electiōes & cōsecratiōes, ex vsu publico peragant. Iuxta eiusmodi cōstitutionē cū alias apud nos ecclesias ordinari atque administrari, tū in celeberrimis quibusque antistites renunciatos esse scitote. Proinde in recens fundata, vt ita aliq̄s dicat, Cōstātinopolitana ecclesia, quā nuper tanq̄ ex ore leonis, sic ex blasphemia & maledictiōe hæreticorū eripim⁹, per miserationes Dei, in vniuersali Synodo, cōmuni & publico cōsensu in ipsius Dei amatissimi Impatoris Theodosij cōspectu, clero omni & ciuitate cūcta suffragate, reuerēdissimum & Dei amatissimū Nectarium episcopū legimus. In vetustissima verò proindeque Apostolica Ecclesia Antiochiæ apud Syros, in qua prima venerādum Christianorū nomen extitit, prouinciales & Orientalis diocesis episcopi conuentu acto Canonice & legitime reuerēdissimum & Dei amatissimum Flavianū antistitem creāunt ecclesia tota consentiente, & quasi voce vna virum eum cohonestante. Quam electiōem vt ordinariam & legitimam, Synodi etiā communitas comprobauit. In ea verò Ecclesia, quæ aliarum omnium mater est, Hierosolymis reuerēdissimum & Dei amatissimum Cyrillum episcopum esse scimus, ritē iam dudum à prouincialibus episcopis electum, qui sanè diuersis in locis plurimū aduersus Arrianos decertauit. Quæ cū legitime & canonicè apud nos acta obtineāt, vt in eis pietas etiā vestra læta & gratulabūda acquiescat hortamur, spiritali scilicet charitate intercedente, & Domini timore fauorem hominum omnem & affectiōis in aliquem inclinationem contrahente, ecclesiarumque ædificationem & commodum consuetudini & gratiæ alicuius singulari præferente. Sic nanque fidei verbo ad consensum & concordiam redactō, & Christiana charitate cōfirmata, illud vsurpare, quod ab Apostolis est damnatum, desinemus: Ego quidē sum Pauli, ego autem Apollō, ego verò Cephæ. Sed cū omnes nos Christi esse constiterit, qui in nobis diuisus non est, DEO benedice iuuante, integrum atque indiuisum Ecclesiæ corpus conseruabimus, & ad tribunal Domini cum fiducia & libertate cōsistemus.

Hęc illi contra Arrium & Eunomium, atque aduersus rabiem & insaniam Sabellij, Photinij, Marcelli, Pauli Samosatēni & Macedonij scripserunt. Atque itidē Apollinaris quoque res nouas propalā damnarunt, dicentes: Inhumanationis quoque Domini rationem minimè peruersam retinemus, neque vel

anima vel mente carentem, aut imperfectam carnis administrationem credentes.

Sedenim Damasus vir celeberrim⁹, vbi hęc quoque hæresim exortam esse cognouit, nō Apollinarim modò, sed & Timotheum scātorem eius exauthoratum semel atque iterum proscripsit, atque id episcopis Orientalibus per Epistolam significauit, quam vt historiē annexerem, ex vsu esse putauī. Ea de verbo ad verbum sic habet: Quod Apostolicę sedi charitas vestra debitam exhibet obseruantiam, vobis ipsis plurimum, & maxime Ecclesię sanctę eo honore tribuitis, filij reuerēdissimi. In qua cōsistens sanctus Apostolus docuit, quomodò nos quæ suscepim⁹ gubernacula regere cōueniat. Ac nos quidē iudicio nostro honore tanto inferiores sumus. Veruntamen ea de causa quocunq̄ possimus modo operam damus, si aliqua ex parte ad gloriam beatitudinis eius accedere possim⁹. Scitote igitur Timotheū, iam olim impurum ac prophanum Apollinaris hæretici discipulum, vnā cum impio eius dogmate à nobis exauthoratum damnatumque esse esse. Et haudquaquam credimus reliquias eius ratiōe aliqua in futurū robur accepturas. Sin verò serpens ille antiquus, qui extra ecclesiam, semel atque iterum morsu enectus, ad suam ipsius pœnam reuiuiscat, & vt mortifero veneno suo infideles quosdā pessundet, tentare non desinat, eum perindē atque presentem pestem declinate. Et simul memoria retinentes fidem Apostolicam, eamque in primis, quæ Nicææ à patribus in scriptum est relata, in fide gradu firmo immobiles fortiter atque perseveranter consistite. Et posthęc clericos aut laicos vestros, vnas disceptationes & abrogatas q̄stiones audire nō patimini. Iam enim semel typum & formam proposuimus, vt quicunq̄ se Christianum esse agnoscat, illud seruet quod ab Apostolis est traditum, sancto Paulo videlicet dicente: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Si quidem Christus filius Dei Dominus noster, hominum generi per passionem suam plenissimam contulit salutem, vt hominē vniuersum peccatis obnoxium, à peccato omni liberaret. Hunc si quis siue in humanitate, seu in diuinitate defectum aliquem habuisse dicat, diabolici spiritus plenus, gehennæ se filium esse ostendit. Quid igitur denuò à me Timothei condemnationē petitis, qui & hęc Apostolicę sedis iudicio, præsertim etiā Alexandriæ vrbis episcopo Petro, damnatus est, vnā cū magistro suo Apollinari? Qui etiā in iudicij die debitas pœnas & cruciat⁹ sustinebit. Sin leuiorē quosdā homines ille, perindē atque spem aliquam habens, persuasiōe sua ducit, quicunq̄ veram in Christū spem professione Apollinaris mutauit, itidē vt ille peribit Ecclesię canonē reluctans. Deus vos, filij reuerēdissimi, conseruet in columes.

TL

TITVLI CAPITVLORVM CONCILII

PRIMI CONSTANTINOPOLITANI SECVNDUM diuersas translationes.

EDITIO PRIMA.

Custodiendam esse fidem patrum trecentorum decem & octo. 1
Vt episcopi suam diocēsim gubernent, nec ad alias accedant. 2
Non inuitatos episcopos, vltra diocēsim propriam accedere non debere. 3
De Ecclesijs barbaricis positus. 4
De honore Constantinopolitani episcopi. 5
De Maximo Cynico philosopho. 6
De fide symboli apud Constantinopolim constituti. 7

HÆ regulæ, siue diffinitiones sunt expositæ ab episcopis centum quinquaginta, qui in vnum Constantinopolim conuenerunt, quandò beatus Nectarius episcopus ordinatus est, damnato Maximo Cynico, quorum nomina & prouinciæ nominantur in Græco.

CAP. I.

NON spernendam esse fidem patrū CCC. decem & octo, qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt, sed manere eam ratā oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum, immò Anomianorū, qui Latine sine lege dicuntur, & Arrianorum siue Eudoxianorum, & Semiarianorum, nec non Pneumatomachorū, id est, qui cōtra Spiritum sanctum pugnant, & Sabellianorum, & Macedonianorum, & Photinianorum, & Apollinaristarum.

Cap. 2.

Episcopi qui extra diocēsim sunt, ad Ecclesias quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant & permisceant Ecclesias, secundum regulas constitutas: Alexandria quidē episcopus ea, quæ sunt in Aegypto, tantum gubernet. Orientis autē episcopi, solius Orientis curam gerant, seruatim honoribus primatūs ecclesię Antiochenę, q̄ in regulis Nicenę synodi cōtinentur. Sed & Asiæ diocesis episcopi ea q̄ sunt in Asia, & ad Asiā tantum modò diocēsim pertinet, gubernēt. Ponti autē episcopi tantum diocesis habeant curam:

EDITIO SECVNDA.

CAP. I.

Vt ea, quæ apud Nicæam statuta sunt, immota permaneant. Et de anathemate Arrianorum, Eunomianorum, Macedonianorū, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorum & Apollinariorum.

CAP. II.

De ordine singularum dioceseon, & de priuilegijs, quæ Aegyptijs, Antiochenis, Constantinopolitanisq̄; debentur.

CAP. III.

De Maximi illicita ordinatione.

Sub Theodosio pijsimo Impatore, apud Constantinopolim expositi sunt canones numero tres. Hęc diffinitiones expositę sunt ab episcopis centum quinquaginta, qui in idipsum apud Constantinopolim conuenerunt, quandò beatus Nectarius episcopus est ordinatus.

Canones synodi I. Constantinopolitane, interprete Genciano Herueto.

CAN. I.

Statuērunt, qui Constantinopoli cōuenerunt, sancti patres, trecentorum decem & octo patrū, qui Nicææ conuenerunt, fidē non abrogari, sed firmam ac stabiliē manere oportere, & omnem hæresim anathematizari, & specialiter Eunomianorū seu Eudoxianorum, & Semiarianorum, siue Spiritus sancti aduersariorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinaristarū.

CAN. 2.

Episcopi ad ecclesias, quę sunt vltra suā diocēsim suosq̄; limites, nē accedāt, nec ecclesias confundāt: sed secundum canones, Alexandria quidē episcopus Aegyptū solum regat. Orientis autē episcopi, Orientem tantum gubernēt, seruatim priuilegijs, quę Nicenis canonibus ecclesię Antiochenę tributa sunt. Asiæ quoque dioceseos episcopi, ea solum q̄ sunt in Asiā diocēsi, dispēscent. Nec non & Ponti episcopi ea tantum q̄ sunt in Ponto: & Thraciarum, quę in Thracijs sunt, guber-

ff 4 Serua-

curam: Thraciæ verò, ipsius tantummodò Thraciæ.

Cap. 3.

9. q. 2. Non inuitati episcopi.

Non inuitati Episcopi, vltra diocesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponendis Ecclesiasticis causis, seruata regula, quæ supra scripta est, de vnaquaque diocesi. Manifestum nanq; est, quòd per singulas quasq; prouincias, prouincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita.

Cap. 4.

Ecclēas autem dei, quæ sunt in barbaricis gentibus constitutæ, regere atq; administrare oportet, secundum consuetudinem, quam à patribus obtinuisse dinoscitur.

Cap. 5.

Dist. 22. Cōstantinopolitanz ciuitatis.

Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum habere oportet primatū honorem post Romanum Episcopum, propterea quòd sit noua Roma.

Cap. 6.

De Maximo Cynico philosopho, & propter totius indisciplinationis eius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutum est, vt neque Maximus fuisse aut esse etiā putetur Episcopus, neq; hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcunq; gradū clericatus obtineant, omnibus scilicet, quæ circa eum vel ab eo gesta sunt, in irritū reuocatis.

gubernent. Non vocati autē Episcopi, vltra suam diocesim non accedat propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes Ecclesiasticas. Seruata verò, quæ scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quòd illa quæ sunt per vnāquaque prouinciā, ipsius prouinciæ synodus dispēset, sicut Niceno constat decretum esse concilio. ecclesias autem constitutas, gubernari conuenit iuxta consuetudinem, quæ est à patribus obseruata. Veruntamen Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris primatum post Romanum Episcopū, propterea quòd vrbs ipsa sit iunior Roma.

Cap. 3.

De Maximo Cynico, & eius inordinata contumacia & insolentia, quæ Constantinopoli facta est, placuit, neque Maximum Episcopum esse vel fuisse, nec eos qui ab ipso in quolibet gradu clerici sūt ordinati, cum omnia, quæ ab eodem perpetrata sunt, in irritum deducta esse videatur.

CAN. 6.

Quoniam multi Ecclesiasticum ordinem confundere & subuertere volentes, inimicæ & sycophanticæ aduersus orthodoxos Episcopos, qui Ecclesias administrant, accusationes quasdam conserunt, nihil aliud quam sacerdotum bonam existimationem contaminare, & in pace degentium populorum tumultus concitare conantes: ea de causa placuit sanctæ synodo Episcoporum, qui Constantinopoli conuenerūt, nec omnibus eorum qui Ecclesias administrant, accusationes permittere, nec omnes excludere: sed si quis propriam quidem querelam, id est, priuatam intendat Episcopo, vt detrimento aliquo vel iniuria aliqua ab ipso affectus, in eiusmodi accusationibus nec accusatoris personam, nec religionem examinari oportet enim Episcopi conscientiam esse omnibus modis liberam, & eum qui sibi iniuriam factam esse dicit, curuscunque sit religionis, ius suum consequi. Si autem sit crimen Ecclesiasticum, quod Episcopo intēditur, tunc examinare personas accusatorum

Seruato autē præscripto de diocesibus Canone, clarum est quòd vnamquaque prouinciā synodus administrabit, secundum ea quæ fuerunt Nicæa definita. Quæ autem in barbaris sunt gentibus, Dei Ecclesias administrare oportet secundum patrum, quæ seruata est, consuetudinem.

CAN. 3.

Constantinopolitanus Episcopus habeat priores honoris partes post Romanum Episcopū, eò quòd sit ipsa noua Roma.

CAN. 4.

Stauerūt etiā de Maximo Cynico, & eius petulantia & insolentia, quæ fuit Constantinopoli, vt Maximus episcopus nec fuerit vel sit, nec qui ab eo ordinati fuerūt, in vilo, quicunque is sit, gradu cleri, omnibus & quæ circa ipsum fuerunt, & quæ ab illo facta sunt, infirmatis.

CAN. 5.

De parte Occidentaliū etiā eos suscipimus, qui Antiochiæ vnā Patris & Filij & Sancti spiritūs deitate confitentur.

Hic tres Canones potest adiecti sunt ex Greco Balsamone, iudicij, infra habentur in libello Synodiarum Constitutionum, alio interprete.

fatorum: vt primū quidem hæreticis non liceat, orthodoxos Episcopos pro rebus Ecclesiasticis accusare. Hæreticos autem dicimus, & qui olim ab Ecclesia abdicati sunt, & qui sunt postea à nobis anathematizati. Ad hæc autem & eos, qui se sanam quidem fidem confiteri præ se ferunt, auulsi autem sunt & abscissi, & aduersus canonicos nostros Episcopos congregationem faciunt. Præterea autem & si aliqui eorum ab Ecclesia ob aliquas causas prius cōdemnati & eieci vel excommunicati fuerint, siue ex clero, siue ex laicorum ordine, nec eis licere Episcopum accusare, priusquam proprium crimen absterferint. Similiter autem & eos, qui prius rei facti accusatiq; sunt, non prius ad Episcopi vel aliorum clericorum accusationē admitti, quam se obiectorum sibi criminum insontes ostenderit. Sed si nonnulli nec hæretici nec excommunicati fuerint, nec prius damnati, vel aliquorum criminum accusati, dicant autem se habere aliquas aduersus Episcopum criminationes: eos iubet sancta synodus primū quidem apud prouinciæ Episcopos accusationē persequi, & apud eos probare crimina Episcopi, qui aliquarum rerum accusatur. Quòd si euenerit, vt prouinciales Episcopi crimina, quæ Episcopo intentata sunt, corrigere non possint, tunc ipsos accedere ad maiorē Synodum diocesis illius Episcoporum, pro hac causa conuocatorum: & accusationem non prius intendere, quam æquale sibi periculum statuatur, si quidem in rebus examinandis accusatum Episcopum calumniari conuicti fuerint. Si quis autem ijs, quæ, vt prius declaratum est, decreta fuerunt, contempserit, ausus fuerit vel Imperatoris aures molestia afficere, vel secularium principum iudicia, vel vniuersalem synodum perturbare, neglectis diocesis Episcopis, eum nullo modo esse ad accusationem admittendum, vt qui canonibus iniuriam fecerit, & Ecclesiasticum ordinem euerterit.

CAN. 7.

Eos qui rectæ fidei adijciuntur, & parti eorum, qui ex hæreticis seruantur, recipimus, secundum subiectam hic consequentiam & consuetudinem: Arrianos quidem & Macedonianos, & Sabbatianos, & Nouatianos, qui dicit seipsum Catharos, & aristeros, hoc est, mundos, vel finistros, & resaradecatitas siue Tetraditas, & Apollinaristas recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæresin anathematizantes, quæ non sentit vt sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia, & signatos siue vnctos primū sancto chrismate, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures. Et eos signantes, dicimus, Signaculum doni Spiritūs sancti. Atqui Eunomianos, qui in vnam demerisionem baptizantur, & Montanistas, qui hic dicuntur Phryges, & Sabellianos, qui eundem esse patrem & filium opinantur, vtrūq; simul confundentes, & alia grauiā & indigna faciunt: Et alias omnes hæreses, (quoniam hic multi sunt hæretici, & maxime qui ex Galatarum regione veniunt) quicunque ex his rectæ fidei adscribi volunt, vt Græcos admittimus: & primo quidem diē ipsos Christianos facimus, secundo catechumenos. Deindē tertio exorcizamus siue adiuramus ipsos, ter simul in faciem eorum & aures insufflando. Et sic eos catechizamus siue iniciamus, & curamus, vt longo tempore versentur in Ecclesijs, & audiant scripturas: & tunc eos baptizamus.

Cap. 7.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorē. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium DEI vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex DEO vero, natum, non factum, homouision patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrā salutē descendit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, Homo factus, passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, in dē venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum, Dominū & viuificantem, ex patre procedentē, cum patre & filio adorandum & cōglorificandum, Qui locutus est per prophetas. Et vnam catholicam & apostolicam Ecclesiam confitemur, vnum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM

Concilij Constantinopolitani sub Damaso papa primo: in quorum Episcoporum assignatione scubi fortassis nonnihil erratum est, candidus lector ignoscat.

Table listing bishops and their provinces, including names like Neftarius, Timotheus, Dorotheus, etc., and their respective regions like Aegypti, Palestina, etc.

SVBSCRIPTIONES CONCILII I. CONSTANTINOPOL.

Table listing bishops and their provinces, including names like Darius, Leontius, Theodosius, etc., and their respective regions like Phrygia, Pontus, etc.

Finis Concilij primi Constantinopolitani.

Si quis nonnihil ad pauca ista de synodo I. Constantinop. legere voluerit, infra Deo volente in libello Synodiarum constitutionum, post Concilium I. Ephesinum, eius copia fiet.

CONCILIVM VALENTINVM GALLIAE, SVB DAMASO PAPA PRIMO: estque Prouinciale.

Valentia haec Allobrogum, qui nunc Sabaudenses & Pedemontani vulgo dicuntur, urbs est in Gallia Transalpina, haud procul à Vienna ad Rhodanum sita. Meminit eius Plinius lib. ii. cap. iij. & Ptolemaeus lib. ii. cap. ix. Huius urbis Episcopus suffraganeus est Archiepiscopi Viennensis.

Dilectissimis fratribus per Gallias, & quinq; puincias constitutis episcopis, Fegadius, Emerius, Florentius, Artemius, Aemilianus, Britto, Iustus, Euodius, Rodamus, Euerotius, Chrestus, Concordius, Constantinus, Paulus, Anterius, Felix, Neuterius, Nicetius, Vrbanus, Simplicius & Vincentius episcopi in Domino salutem.

CAPITVLA CONCILII Valentini.

De digamis non consecrandis. 1 Ut deuota, si se maritauerit, aut mœchata fuerit, penitentiae deputetur. 2 Qualis penitentia ijs, qui se post vnũ & sanctum lauacrum, vel profanis sacrificijs demonum, vel incesta lauatione polluerunt, statuenda. 3 Ut sacerdos vel Leuita, si de se crimẽ aliquod confitetur, deponatur.

Transactis Valentie omnibus, & in DEI nomine in statu meliore compositis, quae fuerunt cepta causa dissidij, quorundam fuit patrum vtilis & religiosa suggestio, retractandum etiam de his, quae nec recipere possumus ob ecclesiae sanctitatem, nec tamen viquequaquẽ, consuetudinis causa, damnare. Ita enim per omnes ecclesias eiusmodi vitiorum germen inoleuit, ut ad plena remedia non facilis sit recursus: certè non sine verecundia eorum, quos causa contingit. Quocirca, fratres, librato diu moderatoque consilio, ea cauteque ratio seruata est, quae & scadala submoueret, & sanctitatem ecclesiae custodiret.

CONCILIVM VALENTINVM 30. Episcoporum, aera 413, sub Gratiano & Valentiniano Imperatoribus, Gratiano tertio & Equitio consulibus, sub die 4. Idus Iulij.

Capitulum primum. Sedit

Sedit ergo, neminem post hanc synodum, qua eiusmodi illicitis vel sero succurritur, de digamis aut interruptarum maritis, ordinari clericos posse: nec requirendum, utrumne initiati sacramentis diuinis, an ne Gentiles hac se infelicis sortis necessitate macularint, cum diuini precepti casta sit forma. Sed quia fratrum nostrorum vel imperitiâ, vel simplicitatem, vel etiã presumptionem damnare non possumus: nec per omnes Ecclesias, quæ sunt iam pridem malè gesta, corrigere: placuit etiã, de eorum statu, qui prius ordinati sunt, nihil reuolui, si nulla extrinsecus causa procedit, qua indigni ministerio comprobentur.

2 De puellis verò, quæ se Deo vouerunt, si ad terrenas nuptias spontè transierint, id custodiendum esse decreuimus, ut pœnitentia his non statim detur: & cum data tamen fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo, in quantum ratio poposcerit, earundem communio differatur.

3 Circa eorum verò personas, qui se post vnum & sanctum Iuacrum, vel prophanis sacrificijs dæmonum, vel incesta lauatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse seruandam, ut his, iuxta synodum Nicenam, satisfactionis quidem aditus non negetur, nè infelicibus lachrymis vel solatij ianua desperatione claudatur: acturi verò pœnitentiam vsq; in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plenè sperare debent, qui eius largitatem & solus obtinet, & tam diues misericordia est, ut nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

4 Nec illud, fratres, scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicunque sub ordinatione vel diaconatûs, vel presbyterij, vel Episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, à supradictis ordinationibus submouendos, reos scilicet vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolui potest is, qui in seipsum dixerit, quod dictum in alios, puniretur: cum omnis qui sibi fuerit mortis causa, maior homicida est. Diuina pietas vos in æternum custodiat, dilectissimi fratres.

EPISTOLA EIVSDEM CONCILII VALENTINI AD CLERUM & PLEBEM ECCLESIE FOROIVLIEŒ.

Dilectissimis fratribus clero & plebi Ecclesiæ Foroivuliesis, Fegadius, Emerius, Florëtius, Artemius, Amilianus, Britto, Iustus, Eufodius, Rodamius, Euortius, Costantius, Paulus, Cretus, Concordius, Anterius, Neuterius, Nicetius, Urbanus, Felix, Simplicius & Vincentius episcopi in Domino salutem: Quãuis tam ea Benedictus frater de sanctissimi Accepti persona suggerit, quæ prudenti & Christiano viro sunt condigna, quàm quòd studio omnium vestrũ

Niceens. syn. di. cap. ii.

Cap. i. d.

*Euodius, *Chrestus,

cap. 4. huius concilij.

ad honorè sacerdotij poscatur, edixerit: tamen quia in synodo iam sederat, ordinationes eiusmodi submouendas, quæ sine scandalo esse non possunt, non potuimus vni pretere, quod cæteris negabatur. Et licet non ignoremus, multos verecundia, & nonnullos horrore suscipiendi sacerdotij, & vt trepidos; (quæ utique signa sunt sanctitatis) falsa in se, reiiciendi honoris causa, dixisse: tamen quia omnium ferè ad ea, quæ sunt peiora, proclive iudicium est, & hinc materies disputationum in obtrectationes sacerdotum dei queritur: sedit in synodo, vt quisquis de se vel vera, vel falsa dixisset, fides, quam suum testimonio confirmaret, haberetur. Quapropter decretum est, submouendos protinus esse ab eo gradu, quem ab omni scandalo liberum esse decet. Diuina pietas vos in æternum protegat.

DECRETVM, SIVE STATVTVM vnum dicti concilij Valentini, iuxta decretum Gratiani vel Iuonis, & iuxta 39. capit. libr. 3. codicis sexdecim librorum, ex monasterio sancti Bauonis Gandesi excerptum est.

Nisi vt meliora prospiciat, rem Ecclesiæ non liceat distrahere Episcopo.

Irrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel cõmutatio rei Ecclesiasticæ, absq; collaudatione & subscriptione sacerdotũ.

Hoc decretum 12. q. 2. sine exceptione dicitur, aut scribitur esse ex epistola Leois ad Episcopos per vniuersam Siciliam. In decret. autem Iuonis lib. 2. legitur, secundum exemplar impressum, esse ex concilio apud Valentias. Nec tamè reperitur in epistola Leonis, vbi supra, nec in Valentino concilio Gallie aut Hispanie, sed in decretis concilij 4. Carthaginens. cap. 32.

ALIVD DECRETVM VALENTINVM.

Non nisi à proprijs Episcopis presbyteri christiana petant.

Presbyteri, qui diocesanas Ecclesias regunt, non à quibuslibet Episcopis, sed à suo, non per iniuriorem clericum, sed per seipsum, aut per illum, qui eiusdè ordinis sit, ante Paschæ solennitatem christiana petant.

DECRETA SIRICII PAPAE.

Ex libro pontificali.

Siricius natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit annis 15, menses 11, dies 25. Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per vniuersum mundum, ac per omnes prouincias, vt in omni archiuo Ecclesiæ cõseruaretur, ob oppugnationè contra omnes hæreses. Hic constituit, vt nullus presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratũ Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum. Hic inuenit Manichæos, quos in exilio deportauit. Et hoc constituit, vt non participarent cum fidelibus communionè, quia

Anno Domini 389.

quia ore polluto nõ liceret sanctum corpus Dominicum vexare. Hic quòd cõstituit, vt si quis conuersus, de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterij diebus vitæ teneretur obnoxius, vt ieiunijs & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione vsque ad vltimũ diem transitus sui, humanitate Ecclesiæ viaticum eis largiretur. Hic constituit, hæreticos sub manũ impositione recipi, & reconciliari presentè cuncta ecclesia. Hic fecit ordinationes quinque; in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros 31, diacones 16, Episcopos per diuersa loca numero 32. Qui etiã sepulcrum est in cœmeterio Priscille via Salaria, 8. Kalen. Martij. Et cessauit Episcopatus dies 20.

TITVLVS CAPITVLORVM sequentis epistolæ.

- De Arrianis non rebaptizandis. 1
- Vt præterquam in Pascha & Pentecoste, nisi in necessitate & periculo, baptismum non celebretur. 2
- De apostatis ab Ecclesia separandis. 3
- Quòd non liceat, alterius sponsam alteri in matrimonij iura accipere. 4
- De his, qui post pœnitentiam vel militiæ cingulum, vel noua coniugia, vel illicitos appetierunt concubitus. 5
- De monachis & sacris virginibus, propositum non seruantijs. 6
- De sacerdotum vel Leuitarum incontinentia. 7
- De admittendis ad clerum. 8
- De clericorum conuersatione. 9
- De his, qui grandævii ad sacram militiã conuertuntur. 10
- De clericis, qui ad secundas nuptias transeunt, vt deponantur. 11
- Quæ fœminæ cum clericis debeant habitare. 12
- De monachorum promotione ad clerum. 13
- Quòd pœnitens non fiat clericus. Vel sic: De clericis, vt pœnitentiã per impositionem manũ sacerdotis non accipiant. 14
- De pœnitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, vt non permittantur ad ordinem clericatũ admitti. Vel sic: Vt si per ignorantiam, vel pœnitens, vel digamus, vel viduæ maritus, clerici facti fuerint, non promoueantur. 15

EPISTOLA SIRICII PAPAE prima, ad Himerium Tarraconens.

Siricius Himerio Tarraconensi Episcopo salutem. Directa ad decessorem nostrũ sanctæ recordationis Damasum, fraternitatis tuæ relatio, me iam in sede ipsius cõstitutum (quia sic Dominus ordinauit) inuenit: quam cum in cõuentu fratrum sollicitudis legeremus, tanta inuenimus, quæ reprehensione & correptione sunt digna, quanta opta-

remus laudanda cognoscere. Et quia necesse erat, nos in eius laboribus curisq; succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore, factò, vt oportebat, primitijs meæ prouectionis indicio, ad singula (prout Dominus adspirare dignatus est) consultationi tuæ responsum competens non negamus: quia pro officij nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui grauantur: quinimò hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, vt cõfidimus, administrationis suæ protegit & tuetur hæredes.

CAPITVLVM PRIMVM.

Prima itaque pagina tuæ fronte signasti, baptizatos ab impijs Arrianis, plurimos ad fidem catholicã festinare, & quosdam de fratribus nostris, eosdem denuò baptizare vellet: quod nõ licet, cum hoc fieri & Apostolus veter, & canones contradicant, & post cassatum Ariminen cõcilium, missa ad prouincias à venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Nouatianis, alijsque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per inuocationè solâ septiformis spiritûs, Episcopalis manũ impositione, catholicorum cõuentui sociamus. Quòd etiã totus Oriens, Occidensq; custodit: à quo tramite vos quoquè posthac minimè cõuenit deuiare, si non vultis à nostro collegio synodali separari sententia.

2 Sequitur de diuersis baptizandorum temporibus, prout vniciq; libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio, quæ à nostris cõsacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, vt passim ac libere natalitij Christi, seu apparitionis, nec non & Apostolorum seu martyrum festiuitatib; innumere (vt asseris) plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes Ecclesias, Dominicum specialiter cum pentecoste sua pascha defendat, quibus solis per annũ diebus, ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta, his duntaxat

*electis, q ante quadraginta vel eo amplius *exceptis, dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisq; orationibus atque ieiunijs fuerint expiati, quatenus apostolica illa impleatur preceptio, vt expurgato fermento veteri, noua incipiat esse cõspersio. Sicut sacram ergò paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam, ità infantibus, qui necdum loqui poterunt per etatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis, omni volumus celeritate succurri, nè ad nostrarum perniciem tẽdat animarum, si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens vnusquisq; de seculo, & regnum perdat & vitam. Quicunq; etiã discrimen

Ephc. 4. b

de cõ. dif. 4. Nõ ratione autho.

1. Cor. 5. b

nafragij, hostilitatis incursum, obfidionis ambigui, vel cuiuslibet corporalis ægritudinis desperatione inciderint, & sibi vnico credulitatis auxilio poposcerint subueniri, eodem, quo poscunt, momento temporis, expetite regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte, sufficiat: nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petre, super quam Christus vniuersalem construxit ecclesiam, soliditate diuelli.

3 Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transientes, & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione prophanatos, quos à Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, iubemus abscindi. Et si respiscetes, forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his, quandiu viuunt, agenda penitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino, nolimus mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & uiuat.

4 De coniugali autem violatione requisiti, si desponsatam alij puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc nò fiat, omnibus modis inhihemus: quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur.

5 De his verò non incongruè dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui, acta penitentia, tanquam canes ac fues, ad vomitus pristinos & ad volutabra redeunt, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, si inhihibitos denuò appetiére concubitus. Quorum professam in continentiam, generati post absolutiõem filij prodiderunt. De quibus, quia iam suffugium non habent penitendi, id diximus discernendum, vt sola intra ecclesiam fidelibus oratiõ iungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quantum non mereantur, intersint: à Dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtiõe correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur. Quas tamen (quoniã carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communiois gratiam volumus subleuari. Quam formam & circa mulieres, quæ se post penitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

6 Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abiecto proposito sanctitatis, in tãtam proestaris demersos esse lasciuiam, vt prius clanculò, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscerint: postea verò in abruptum conscientie desperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procreauerint, quod &

publicæ leges, & ecclesiastica iura condénat. Has ergò impudicas detestabilesque personas à monasteriorum cœtu, ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione desertes, purificatorio possint penitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem saltem solius misericordie intuitu, per communionis gratiam, possit indulgentia subuenire.

7 Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis iniuriã, ita per vestras provincias calcatos atque confusos, charitate tua insinuante, reperimus, vt Hieremie nobis dicendum sit voce, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte? Si ergò beatus propheta, ad lugenda populi peccata nò sibi ait lachrymas posse sufficere: quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? Præcipue quibus secundum beatum Paulum, instantia quotidiana, & sollicitudo omnium ecclesiarum indefinenter incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Plurimos enim sacerdotes Christi atque Leuitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de cõiugibus proprijs, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimè suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, &ceptorque vitiorum, si estimat, quòd in lege Moysis passim sacris ordinibus à Domino laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, præmonet, dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus DEVS vester? Cur etiam procul à suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, nò vel cum vxoribus possent carnale exercere commercium, vt conscientie integritate fulgentes, acceptabile DEO munus offerrent. Quibus etiam, expleto deseruitiois suæ tempore, vxorius vsus solius successiõis causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad DEI ministeriũ fuerat præceptus admitti. Vnde & dominus IESVS, cum nos suo illustrasset aduentu, in euangelio protestatur, quia legem venerit implere, non soluere. Et ideo ecclesiam, cuius sponsus est speciosus formam, castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicij, cum rursus aduenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque Leuitæ infolubili lege constringimur, vt à die ordinatiõis nostræ, sobrietati ac pudicitie & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo

Matth. 16. c

Ezech. 18. g

27. q. 2. De coniugali violatione.

33. q. 2. De his verò

Hiere. 9. a

2. Cor. 11. g

82. dist. Plu. rimos facti

Leuit. 20. b

Luc. 1. a

Matth. 5. b

Cant. 4.

Eph. 5. f

1

Roma. 8. b
1. Cor. 3. d
Ibidem. 6. d
2. Cor. 6. d
Sap. 1. a

82. dist. Quia aliquanti de

Leuit. 21. c

Leuit. 21. c
Ezech. 44. d

1. Tim. 3. a. b

Psal. 49.

dist. 77. qui-
cũq; itaq; se

dò per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificijs placeamus. Qui autem in carne sunt, dicente electionis vase, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Et vbi poterit, nisi in corporibus (sicut legimus) sanctis, Dei spiritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua sanctitas reulit, ignorant lapso esse se desent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, vt sine vilo honoris augmento, in hoc, quo delecti sunt, quam diu vixerint, officio, perseuerent, si tamen posthac continentes se stuerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, vt sibi asserunt veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni Ecclesiastico honore, quo indignè vsi sunt, Apostolicæ sedis autoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda atrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscenis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exemplã præsentia cauere nos præmonent in futurum, si quilibet Episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi orem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratũ: quia ferro necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

8 Didicimus etiam, licenter ac liberè exploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa coniugia, ad præstas dignitates, put cuique liberit, adspirare. Quod non tãtum illis, qui ad hæc immo oremata ambitione perueniunt, quantum metropolitans specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhihibitis ausibus conuiuent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt. Et vt taceamus, quod altiùs suspicamur, vbi illud est, quòd Deus noster, data per Moysen lege, constituit dicens: Sacerdotes mei semel nubant? Et alio loco: Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatã, non meretricem? Quod sequutus Apostolus, ex persecutore prædicator, vnus vxoris virum, tam sacerdotem, quam diaconum, fieri debere mandauit. Quæ omnia ita à vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de huiusmodi vsurpationibus negligendum, nò nos indignantis Domini vox iusta corripiat, qua dicit, Videbas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuam cum adulteri portioem: quid ab vniuersis posthac ecclesijs sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus.

6 Quicunque itaque se ecclesiæ vouit obsequijs à sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ vsq; ad tricessimũ etatis annum, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem com-

muni per sacerdotem benedictione percipit, vxore contentus, acolythus & subdiaconus esse debet: post quæ ad diaconij gradum, si se ipse primitus, continentia præeunte, dignum probarit, accedat. Vbi, si vitra quinque annos laudabiliter ministrarit, congruè presbyterium cõsequatur. Exindè, post decennium, episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora, integritas vitæ ac fidei eius fuerit approbata.

10 Qui verò iam ætate grandæuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur, si tamen eum vnã habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse, constet vxorẽ. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehat. Exindè iam accessu temporum, presbyteriũ vel episcopatum, si eum cleri ac plebis euocarit electio, non immeritò fortietur.

11 Quisquis sanè clericus aut viduam, aut certè secundam coniugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudet, laica sibi tantum communiõe concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

12 Fœminas verò non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas, habitare cum ipsidem synodus Nicena permisit.

13 Monachos quoque, quos tamen mori grauitas, & vitæ ac fidei institutio sancta cõmendat, clericorũ officijs aggregari & optamus & volumus, ita vt qui intra tricessimũ etatis annum sunt digni, in minoribus per gradus singulos, crescente tempore, promouantur ordinibus: & sic ad diaconatũ vel presbyterij insignia, maturæ etatis cõsecratione perueniant. Nec statim saltu ad episcopatũ culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superiùs præfiximus, tempora fuerint custodita.

14 Illud quoque nos par fuit prouidere, vt sicut penitentiam agere cuiquam non cõceditur clericorum, ita & post penitudinẽ ac reconciliationem, nulli vnquam laico liceat honorem clericatũ adipisci: quia quauis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

15 Et quia in his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignoratiõis obtenditur, cui nos interim, solius pietatis intuitu, necesse est clementer ignoscere: quicunque penitens, quicunque digamus, quicunque viduæ maritus, ad sacram militiam indebitè & incompetenter irrepserit, hac

dist. 84. quif quis etc.

dist. 81. Fœminas.

Ca. 3. Nic. sy.

16. q. 1. Monachos quoque

Dist. 50. Il- lud

dist. 50. qui- cũq; peni.

fibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc quo inuenietur ordine, perpetua stabilitate permaneat: scituri posthac omnium prouinciarum summi antistites, qsi vltra ad sacros ordines quenquam de talibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra canones & interdicta nostra prouexerint, congruam ab Apostolica sede promendam esse sententiam.

Explicuimus, vt arbitror, frater charissime, vniuersa, quae digesta sunt in querelam: & ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Bassianum presbyterum, ad Romanam Ecclesiam, vtpote ad caput tui corporis, retulisti, sufficientiam, quantum opinor, responsa reddidimus, Nunc fraternitatis tuae animu ad seruandos canones, & tenenda decretalia constituta, magis ac magis incitamus, vt hec quae ad tua consulta rescriptimus, in omniu coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem: & non solum eorum, qui in tua sunt dicecesi constituti: sed etiam ad vniuersos Carthageneses ac Baeticos, Lusitanos atque Gallicos, vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde prouincijs, haec, quae à nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum prosecutione mittantur. Et quamquam statuta sedis Apostolicae, vel canonum venerabilia definita, nulli sacerdotu Domini ignorare sit liberum: vtilius tamen, atque pro antiquitate sacerdotij tui, dilectioni tuae esse admodum poterit gloriosum, si ea, quae ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per vnanimitatis tuae sollicitudine, in vniuersorum fratrum nostrorum notitia perferantur, quatenus & quae à nobis non incosultè, sed prouidè sub nimia cautela & deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneat, & omnibus in posterum excusationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data tertio Idus Februarij, Archadio & Bautone viris clarissimis consulis.

EIVSDEM SIRICII PAPAE EPISTOLA secunda, aduersus Iouinianu haereticum, eiusq; socios, ab ecclesiae vnitatem remouendos.

Siricius Mediolanensi ecclesiae. Optare semper, fratres charissimi, dilectionis & pacis vestrae sinceritatis gaudia nunciari, ita vt vicissim discurrentibus literis, sospitatis indicio iuuaremur vestro: quia non patitur quietos nos ab incurfatione sua vacare hostis antiquus, ab initio medax, inimicus veritatis, amulus hominis, quem vt deciperet, se ante decepit, pudicitiae aduersarius, luxuriae magister, crudelitatis pasceatur, abstinentia punitus, odit ieiunia, ministris suis praedicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercusus, dicentis: Manducemus & bibamus,

Ioan. 8. f

1. Cor. 15. d

cras enim moriemur. O infelix audacia, o desperata mentis astutia. Tam incognitus sermo haereticorum intra ecclesiam cancri more serpebat, vt occupans pectus, totum hominem praecipitaret in morte. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem parauerat, dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis publicata, multorum simplicium corda traxisset in ruinam quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, volens magis per spatiosa volitare, quam arcte viam iter cum labore transire. Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi mihi, quae gesta sunt haec, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorantia cuiuspiam sacerdotis, pessimorum hominum ecclesiam irruptionem sub religioso nomine contagio violaret, sicut scriptum est, dicente Domino: Multi venient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Hi sunt videlicet, qui subtiliter Christianos sese iactant, vt sub velamento pij nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinae disputationis effundant, vt sagittent in obscuro rectos corde, atque veritatem catholicam vertendo, ad suam doctrinam rabiem diabolico more traducant, atque ouium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum haeresum malignitatem ab apostolis nunc vsque didicimus, & expecti probauimus: sed nunquam tales canes Ecclesiae mysterium laetratibus fatigarunt, quales nunc subito hostes fidei erumpentes, doctrinam perfidia polluta, cuius sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nam cum alij haeretici singula sibi genera quaestionum, male intelligendo, propulerint conuellere atque concerpere de diuinis institutibus, isti non habentes vestem nuptialem, sauciantes catholicos, noui ac veteris testamenti (vt dixi) continentiam peruertentes, ac spiritu diabolico interpretantes, illecebroso atque ficto sermone aliquot Christianos ceperunt iam vastare, atque suae dementiae sociare, intra se contentes nequitiae suae virus. Verum illecebrae blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, & desperatae metis furore conciti, passim in fauorem gentilium publicarunt. Sed à fidelissimis Christianis viris, genere optimis, religione praeclearis, ad meam humilitatem subito scriptura horrida videtur esse delata, vt sacerdotali iudicio detecta, diuinae legi contraria, spiritali sententia deleteretur. Nos sane nuptias non aspnanter accipimus, quibus velamine interfusum: sed virgines, quas nuptiae creant, Deo deuotas, maiore honorificentia veneramur. Facto ergo presbyterio, constitit doctrinae nostrae, id est, Christianae legi esse contraria. Vnde Apostolicum sequuti praecceptum, quia aliter, quam quod accepimus, annunciabant, omniu nostrum tam presbyterorum & diaconorum, quam etiam totius cle-

Matth. 7. b
Luc. 13. d

Matth. 7. c

Psal. 10.

2. Tim. 4. b

Gene. 2. d

1. Cor. 7. g
Ibidem. f

Galat. 1. b

cleri vna suscitata fuit sententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui in centores nouae haeresis & blasphemiae inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati, extra ecclesiam remanerent. Quod custoditorem sanctitatem vestram non ambigens, haec scripta direxi per fratres & compresbyteros meos, Crescentem, Leopardum & Alexandrum, qui religiosum officium fidei possint spiritu adimplere feruentes.

RESCRIPTVM EPISCOPORVM, AMBROSII &c. ad Siricum papam.

Domino dilectissimo, fratri Siricio Papae Ambrosius, Sabinus, Bassianus & ceteri. Recognouimus literis sanctitatis tuae boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias, dignus quem oues Domini audiant & sequantur. Et ideo, quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehedis, & occurris quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidiae suae, feraliq; vlulatu Dominicu ouile dispergant. Laudamus hoc, Domine frater nobis dilectissime, & toto concelebamus affectu. Nec miramur, si luporum rabie grex Domini perhorruit, in quibus Christi vocem non recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem seruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam celestium remunerationu inducere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundant tituli praemiorum. Simulant se ista donare coniugio. Sed quae potest laus esse coniugij, si nulla virginitatis est gloria? Neque verò nos negamus sanctificatu à Christo esse coniugiu, diuina voce dicente: Erunt ambo in vna carne & in vno spiritu. sed prius est, quod nati sumus, quam quod effecti: multo que praestantius diuini operis mysterium, quam humanae fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo praefertur, dicente Apostolo: Qui iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hec enim cogitat, quae dei sunt: illa, quae mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata est, haec libera vinculorum. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, per quod est inuenta posteritas successiois humanae: sed melior virginitas, per quam regni celestis hereditas acquisita, & celestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus euenit. Denique speciale sibi donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in se representauit, quod elegit in matre. Quanta amentia funestorum laetratum, vt iudem

dicerent, Christum ex virgine non potuisse generari, qui asserunt, ex muliere, editis humanorum pignorum partibus, virgines permanere? Alijs praestat ergo Christus, quod sibi (vt dicunt) praestare non potuit: ille verò qui sic carnem suscepit, & si homo factus est, vt hominem redimeret, atque à morte reuocaret: inuitato tamen quasi Deus itinere venit in terras, vt quemadmodum dixerat, Ecce faciam omnia noua, partu etiam immaculato virginis nasceretur, & (sicut scriptum est) crederet nobiscum Deus. Sed de via peruersitatis produntur dicere, Virgo concepit, sed non virgo generauit. Quae potuit ergo virgo concipere, potuit virgo generare, quae semper conceptus praecedat, partus sequatur. Sed si doctrinis non creditur sacerdotu, creditur oraculis Christi, creditur monitis angelorum, dicentium, Quia non est impossibile Deo omne verbum: credat symbolo apostolorum, quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocem angeli, & quae dixerat ante, Quomodo erit istud, non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum. Haec est virgo, quae in utero concepit, virgo quae peperit filium. Sic enim scriptum est: Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium. Non enim concepturam tantummodo virginem, sed & parituram virginem dixit. Quae autem est illa porta sanctuarij, porta illa exterior ad orientem, quae manet clausa, & nemo (inquit) pertransibit per eam, nisi solus deus Israel? nonne haec porta Maria est, per quam in hunc mundum redemptor intravit? Haec porta iustitiae, sicut ipse dixit: Sine nos implere omnem iustitiam. Hec porta est beata Maria, de qua scriptum est, quia Dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partu, quia virgo & concepit, & genuit. Quid autem incredibile, si contra vsu originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quoad contra vsu naturae, mare vidit & fugit, atque in fontem suum Iordanis flueta remeant? Non ergo excedit fidem, quod virgo peperit, quando legimus, quod & petra vomuit aquas, & in muri speciem maris vnda solidata est. Non excedit fidem, quod homo exiuit ex virgine, quoad petra pro fonte flumen scaturiuit, ferrum super aquas natauit, ambulauit homo super aquas. ergo, si hominem vnda portauit, non potuit hominem virgo generare? At quae hominem de quo legimus, Et mittet illis Dominus hominem, qui saluos faciet eos, & non erit Dominus Aegyptijs. In veteri itaque testamento, virgo Hebraeoru per mare duxit exercitu. In nouo testamento, virgo regis aulae celestis electa est ad salutem. Quid autem etiam viduitatis attexam praeconia, quum in euangelio, post virginis celeberrimum partum, Anna vidua subrogetur, quae vixerat cum viro suo annis septem à virginitate

Apoc. 21. b
Esa. 43. c

Matth. 1. d

Luc. 1. d

Ibidem.

Esa. 7. c

Ezech. 44. a

Matth. 3. d

Ezech. 44. a

Psal. 113.

Ios. 3.

Exod. 17. b

Deut. 8. c

Exod. 14. e

Exod. 17. b

Deut. 8. c

4. Reg. 6. b

Matth. 14. d

Esa. 19. d

Exod. 15.

Luc. 2. f

tate sua, & hæc vidua erat annorum 84, quæ non discedebat de templo, ieiunij & obsecrationibus seruens die ac nocte? Meritò ab illis viduitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam vlciscuntur iniuriam, quotidianisque conuiuijs, vsuque luxuriæ, laborè abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quàm quod ipsi se suo ore condèrant. Sedenim metuunt, nè in istis illud ieiunium reputetur. Eligant, quod volunt. Si aliquandò ieiunauerunt, gerant ergò boni facti sui pœnitentiam. Si nūquam, suam ergò ipsi intemperantiam & luxuriam confiteantur. Et idè dicunt, Paulū luxuriæ magistrum fuisse. At quis erit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigauit corpus suum, & in seruitutem redegit, atq; ieiunij multis se debitam Christo obseruantiam detulisse memorauit, non vt se suaq; laudaret, sed vt nos, quid sequeremur, doceret? Ille ergò luxuriam docuit, qui ait: Coloss. 2. d. Quid adhuc, velut viuentes, de hoc mundo decernitis? Nè tetigeritis, nè attinueritis, nè gustaueritis, quæ sunt omnia in corruptela: qui ait, non in indulgentia corporis, non in honore aliquo ad fatuitatem & diligentiam carnis, non in desiderijs erroris, sed in spiritu, quo renouamur, esse viuendum? Si parum est quod Apostolus dixit, audiant prophetam dicentem: Et cooperui in ieiunio animam meam. Ergò, qui non ieiunat, intectus & nullus est, patet vulneri. Denique, si Adam se texisset ieiunio, non fuisset nudus effectus. Niniue se à morte ieiunio liberauit. Et ipse dominus ait: Non eicitur hoc genus, nisi per orationē & ieiunium. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? quum iam dignum præmiū retulerint illi perfidiæ suæ, qui idè huc venerunt, nè superesset locus, in quo nõ damnarentur, qui verè se Manichæos probauerunt, non credentes quia ex virgine utique venisset. Quænam hæc est suppar nouorum Iudæorum amentia? Si venisse nõ creditur, nec carnem creditur suscepisse: ergò in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemptor est noster. Manichæus est, qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat, & idè non est illis remissio peccatorum, sed impietas Manichæorum, quam & clemētissimus execratus est imperator, & omnes qui illos viderunt, quasi qdam cõtagia refugerunt. Sicut testes sunt fratres & cõpresbyteri nostri, Crescens, Leopardus & Alexãder sancto seruentes spiritu, qui eos omnium execratiõe damnatos, Mediolanensi ex vrbe quasi profugos repulerunt. Itaque Iouinianum, Auxetium, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianum, Ianuariū, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quòquè secundum iudicium tuum esse damna-

1. Cor. 9. d
Coloss. 2. d
Ibidem.
Ephc. 4. f
Psal. 68.
Gen. 3. b.
Ionæ 3. b
Matt. 17. c
Marc. 9. c

tos. In columem te & florentissimum DEVS noster tueatur omnipotēs, domine dilectissime frater. Item subscriptio, Ego Euentius episcopus saluto sanctitatem tuã in Domino, & huic epistolæ subscripsi, Maximus episcopus, Felix episcopus, Bassianus episcopus, Theodulus episcopus, ex iussu domini episcopi Geminiani, ipso p̄sente, Aper presbyter subscripsi, Eustafius episcopus, Constantius episcopus, Eustafius episcopus, * eo oēs ordine subscriperunt. * & omnes ordines

EPISTOLA SIRICII PAPAE tertia, ad vniuersos orthodoxos. Vt indignus nullus efficiat episcopus. Ca. 1. Vt ignotis sacerdotium non detur. Cap. 2. Vt neophyti vel laici, sacerdotes non fiant. Cap. 3.

CAPITVLVM PRIMVM.

Siricius papa orthodoxis per diuersas prouincias. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres charissimi, & post hanc vitam vnum quenq; put gesserit, recepturum: quid in querelam veniat, tacere non licuit, sed nobis loqui necessitas imperauit, dicente propheta: Exalta vt tuba vocem tuam. Et cui omnium ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam, DOMINO dicente: Reijcitis mandatum DEI, vt traditiones vestras statuatis. Quid enim aliud est, reijcere mandatum DEI, quàm, priuato iudicio & humano consilio nouis rebus cõstituendis liberius delectari? Perlatum itaq; est ad conscientiam apostolicæ sedis, contra ecclesiasticum canonem præsumi, & quæ ita sunt à Maioribus ordinata, vt nè vel leui furfurio debeãt violari, proprias quosdam obseruationes nouas inducere, & prætermisso fundamento, supra arenam velle construere, dicente Domino: Non transibis terminos, quos constituerunt patres tui. Quod & sancti quoquè Apostolus, noui & veteris testamenti prædicator, monet, in quo loquutus est Christus: State, inquit, & tenete traditiones vestras, quas didicistis siue per verbū, siue per epistolā. Qua de re videt vestra syncretitas, in sacris ministerijs aut in ordinationibus vestris, quantum sacerdotum magna cura & diligens sollicitudo debeat obseruari. Denique ad Timotheum loquitur: Manus citò nemini imposueris, neque communicaues peccatis alienis. Quod propterea memoratur, vt examine habito, & probitate morum & ecclesiastico labore sit commendatio, qui vocatur in medium, vt summum sacerdotium possit accipere, probatus iudicio, non fauore: susceptus veritate, non gratia: Apostolico ordine * sanctus, non precipiti voluntate. De quo, charissimi, mihi ante vestram syncretitatem huiusmodi literæ currebant, multo fratrum & cõsacerdotum consensu, vt hac vestra subscriptione firmata ecclesiastici canonis dispositio, quæ apud Niceam tractata est, confirmata, suo merito fun-

Esa. 58. e

Matt. 15. a
Marc. 7. b

Deut. 19. d
& Ibid. 27. c
Prou. 22. d

2. Thess. 2. e

1. Tim. 5. d

* sanctus

for. * est aut
for. * est &
fun-

fundatissima pmaneret: vt tales videlicet ad Ecclesiasticum ordinem permitterentur accedere, quales apostolica auctoritas iubet, non quales dico, vel eos, qui cingulo militiæ secularis adstricti, olim gloriati sunt. Qui postea quàm p̄ opa seculari exultauerunt, aut negocijs Reip. optauerunt militare, aut mudi curã tractare, adhibita sibi quorundã manu, & proximorum fauore stipati, hifreque ter ingeruntur auribus meis, vt episcopi esse possint, qui per traditionem & euangelicam disciplinã esse non possunt. Quantis hoc aliquoties certatū est viribus? Sed nihil tale potuit elici, quæ ratio non compellit. Etiam de longinquo veniant ordinandi, vt digni possint & plebis & nostro iudicio comprobari. 2. * Quantum illicitum sit illud, æstimari non potest, vt transeuntes (siue simulēt, siue sint monachi, quod se appellant, quorū nec vitam possumus scire, nec baptisum, quorū fidem in cognitã habemus, nec probatam) nolint sumptibus adiuuare, sed statim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare festinēt, aut quod est grauius, Episcopos constituere non formident. Carius apud illos, dari sumptum trãseuntem, quàm sacerdotium non retento. Indè in superbiam exaltatur, indè insupèr ad perfidiam citò corruūt,

* Quam

quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asseruntur.

* nõ discere

3. Certè illud etiã non fuit prætermittendum, vt quod semel aut secundo necessitas hereticorū intulit, contra apostolica præcepta, velut lege licitum, * præsumi, neophytum vel laicum, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, in consideratè vel presbyterum vel diaconum ordinare: quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum: Et qui non didicit, iam docere compellitur. Itã nullus reperitur idoneus clericorum? Nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad cõdemnationem Ecclesie, laicus postulatur? quod nõ fiat vtrã, admoneo. Prædico, vt vnam fidem habentes, vnum etiã in traditione sentire debeamus, probantes nos vnanimes atque concordēs * pacifici Christo, & in obseruationib; apostolicis habere charitatem. Medio itaque patre, & vniogenito filio eius, & spiritu sancto, & vnius diuinitatis trinitate, cõuenio, vt in his fides catholica & disciplina nostra permaneat. Nec quisquam putet, tanq̄ ordinationes terrenas fieri, cum cæleste sit sacerdotium, vt fidelibus gloria maneant dignitatis eiusdem, & ante tribunal Chri exhinc nõ habeat, quod accuset.

* cepisse psumi, 1. Tim. 3. b

for. * pacifici in Christo,

CONCILIVM TELENSE, SVPER TRACTATORIA SIRICII PAPAE.

Est verò Prouinciale.

Huius vrbs nec Plinius, nec Ptolemæus, nec Strabo meminit, sed solus Antoninus in itinerario de ipsa loquitur, tit. iter ab Asturica per Cantabriã, Cesar augustam & c. Brigeco, terticia, Tella & c. Dicit autem Antonius Nebrissen. in dictionario suo: Tellen oppidum est Latij, quod interijt. Porro sciendum, concilium istud Telense seruatum esse tempore Zosimi papæ primi: ponitur autem hoc loco ob decretalem Siricij papæ epistolam, in illo recitatam.

Tusdrum, sicut mecum recolit memorialis auditio vestra, & epistolas sanctæ memoriæ Siricij sedis Apostolicæ Episcopi dederamus recitandas, ex quibus cum legeret vnam sanctimonium fratris nostri Episcopi Latoni, vtrãq; nũc nos referre suggestio indicat. has recitari donate. Episcopi dixerunt: Recitentur epistolæ venerabilis memoriæ Siricij, vt nouerimus, quid earum textus contineat. quumq; traderetur, Priuatus notarius dixit: Exemplū tractatoriæ Episcopi vrbs Romę.

PROOEMIUM.

Post consulatum gloriosissimi Honorij vndecimū & Constantij secundū, sexto Kalen. Martias, congregato in ecclesia Apostolorum concilio plebis Telen, beatus pater primæ sedis Episcopus Donatianus ciuitatis Telen, cum resedisset, confidentibus secum Ianuario, Felice, Secundo, Fortunio, ite Porphyrio, Maximo, Maximino, Iocurido, Euanomio, Cyrino, quintiano, Donato, Donatiano, Romano, Sopatro, Maximiano, Victore, Capione, Papiniano, Basilio, Tertio, Restituto, Donato, Secundiano, Iuliano, Ianuario, Porphyrio, Micilio, Iuliano, Crescencio, Geta, Tuto, & ceteris Episcopis, nec non etiã Vincentio & Fortunatiano, legatis prouinciæ Proconsularis ad Byzacenum concilium directis, & rel. Vincentius & Fortunatianus dixerunt: Etiam quum essemus

EPISTOLA SIRICII PAPAE QVARTA. Dilectissimis fratribus & cõepiscopis p̄ Aphricam, Siricius. Quum in vnum plurimi fratres cõuenissemus ad sancti Apostoli Petri reliquias, per quem & apostolatus & Episcopatus in Christo cepit exordium, placuitq; propter emergentes plurimas causas, quæ in aliquãtis non erant causæ, sed crimina, vt deceterò sollicitudo esset vnicuique in Ecclesia curam huiusmodi habere, sicuti Apostolus prædicat Paulus, talem DEO Ecclesiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam, nè per aliquid morbidæ afflatum ouis, conscientia nostra contaminata videretur: hac de re, meliore cõsilio id sedit, propter eos maxime, qui in p̄senti valetudine corporis aut fessè etatis causa, ad esse minime potuerūt, quò p̄petuò istiusmodi forma

tt 4 serue-

feruetur, literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea, quæ per ignauiam desidiamque aliquorum neglecta sunt, obseruari cupiamus, quæ tamen apostolica & patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est: State, & tenete traditiones nostras, siue per verbum, siue per epistolam. Illud certè vestram debet mētem, dilectissimi fratres, vehementius excutere, vt ab omni labe seculi istius immunes securique, ad Dei conspectum veniamus. *Nec enim erimus immunes, qui & præsumus plebibus, quum scriptum sit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodē requiretur. Ergo, quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum disciplinam deificam & humilem erudire debemus. Exiterunt enim nonnulli, qui statuta Maiorum continentem, castitatem Ecclesiæ præsumptione sua violarunt, voluptatem populi sequentes, Dei iudicium non timentes. ergo, nè pari mōre silentio connuere atque adhibere consensum talibus videamur, vndè gehennæ pœnas possimus incurere, dicente Domino, Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas: hæc sunt, quæ deinceps, intuitu diuini iudicij, omnes catholicos episcopos expedit custodire.

Primum, vt extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est, Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia consequatur.

2 Nè vnus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, nè fortium beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicena constat esse definitum.

3 Item, si quis post remissionem peccatorum, cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

4 Vt mulierem, id est, viduam, clericus non ducat vxorem.

5 Vt is, qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

6 Vt de aliena Ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet.

7 Vt abiectum clericum alia Ecclesia nõ admittat.

8 Vt venientes à Nouatianis vel Montefibus, per manus impositionem suscipiatur, præter eos quos rebaptizant.

9 Præterea, quod dignum & pudicum & honestum est, suademus vt sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in

ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios nanque sic Paulus scribit, dicens: Abstinetes vos, vt vacetis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, vt possint, deprecantes, audiri: quanto magis sacerdos vtique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, nè aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? excusabit? Quo pudore, quæ merito vsurpabit? Qua cōscientia, quo merito hic exaudiri se credit, quum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Qua de re, hortor, mon eo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiã gentilitas accusare. *Fortè creditur, quia scriptum est: Vnius vxoris virum. Non *permanenti in cōcupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admittit, qui ait: Vellem autē omnes homines sic esse, sicuti & ego. Et apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, DEO placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

Hæc itaque (fratres) si plena vigilantia fuerint ab omnibus obseruata, cessabit ambitio, dissensio cōquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuendi, manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabit. Caritas spiritali seruire flagrabit: pax prædicata labijs, cum voluntate concordabit. Pax vtique Dei nostri saluatoris, quam proximus passioni seruadā esse præcepit, & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. & dictum Apostoli, vt vnanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, sed Deo nostro saluatori placentes. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet Dominus corpora nostra & animas nostras in diem, quæ redditurus est vnicuique iuxta opera sua. Si quis sanè inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit euagari, sciat se à nostra communione seclusum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum iudicio esse debet. Talibus enim oportet labentibus manum porrigere, * qui sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ in concilio Episcoporum 80, sub die 8. Idus Ianuarij, post consulatū Archadij Augusti & Bautonis, viri clarissimi, consulum.

CONCILIVM CAR-

THAGINENSE SECVNDVM, HABITVM

æra 428. circa tempora Siricij papæ.

CAPITVLA CONCILII CAR-

thaginensis secundi.

Vt Trinitas & credatur, & prædicetur. 1
 vt castitas & Leuitis & sacerdotibus custodiatur. 2
 Vt

2. Theff. 2. d

*excitare,

*Non

Luc. 12. f

Psal. 49.

Dist 64. extra concili-

Nicene synodi cap. 4.

1. Cor. 7. a

Tit. 1. d

*Sed forte licere hoc creditur.

1. Tim. 3. a Tit. 1. b

1. Cor. 7. b

Rom. 8. b

Idè legitur in epist. Innocentij papæ primati Victricium.

Ioan. 14. d

Philip. 2. a

Rom. 2. b

for. *qui secum

Vt chrisma, & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentiũ, à presbyteris non fiant. 3
 Vt presbyter pœnitentem, iussus ab Episcopo suo, reconciliet. 4
 Vt diœcesis, quæ Episcopum nunquam habuit, non habeat. 5
 Vt, qui criminibus implicati sunt, clericos non accusent. 6
 Vt, qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur. 7
 Vt, si presbyter excommunicatus, sacrificare præsumperit, anathematizetur. 8
 Vt, si presbyter, in consulto Episcopo, agenda celebrauerit, honore priuetur. 9
 Quanti debeant iudicare sacerdotem, atque *Leuitem. 10
 Vt nullus parochiam alienam præsumat. 11
 Vt, sinè consultu metropolitani, nullus ordinetur Episcopus. 12
 Vt, qui contra professionem & subscriptionem suam venerit, in cōcilio deponatur. 13

Gloriosissimo Imperatore Valentiniano Augusto quarto, & Theodosio viris clarissimis consulibus, 14 Kalendas Iunij, Carthagine in basilica Perpetua restituta, quum Genedius Episcopus vnà cum Victore *Abderitano, & alio Victore Pupputeane, & cæteris coepiscopis suis prouinciarum diuersarum confedisset, Genedius Episcopus dixit:

CAPITVLVM PRIMVM.

Omnipotenti Deo gratias refero, qui permisit, vt secundum commune concilium habitum in prætorio, etiã ita, iuxta tenorem petitionis literarum mearum, ad Carthaginem pro fide atque vtilitate Ecclesiastica veniretis, licet non omnes. Tamen quoniam caritas totū persuadet, vt qui corpore sunt absentes, nobiscum in spiritu videantur esse coniuncti: idcirco, Deo propicio, quia præsentis estis, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur, in hoc cætu glorioso primitus confitenda est. tunc demum, ordo Ecclesiasticus singulorum, ex consensu omnium est extrudendus * atque roborandus, vt fratrum & coepiscoporum nuper promotorum mentes, ea proponenda sunt, quæ à patribus certa dispositione accepimus, vt Trinitatem de his, quæ nuper proponenda sunt, roborentur. Et sicut à patribus, certa dispositione accepimus, ita Dei populos, vt Trinitatem, quam in nostris sinibus consecratam retinemus, patris & filij & spiritus sancti vnitatem, quæ nullam noscitur habere notitiam, sicut didicimus, dei populos instruamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Planè sic accepimus, sic tenemus, si dem apostolicam sequentes.

Dist. 84. Cū 2. Aurelius Episcopus dixit: Quum in præ-

terito cōcilio de cōtinentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, cōscriptione quadam castitatis, per cōsecrationes annexi sunt. Episcopos, in quibus, presbyteros & diaconos ita placuit, vt concederet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, necnon Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inserviant, continetes esse in omnibus, quod possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare, vt quod apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.

* Ab vniuersis Episcopis dictum est: pus Ecclesiæ * Potentianæ, P. uinciae Piceni, legatus Ecclesiæ Romanæ, dixit: Placet, vt episcopi, presbyteri & diaconi, vel qui sacramenta confacramenta contrectant, pudicitiam custodiant, pudicitiam ab vxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet, vt in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

3 *Fortunatus Episcopus dixit: Si iubet sanctitas vestra, suggero: Nam memini præterito concilio fuisse statutum, vt chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarum consecratio, à presbyteris non fiant. Si quis autem emerferit, hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Aurelius Episcopus dixit: Audiuit dignatio vestra suggestionem fratris & coepiscopi nostri Fortunati. Quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est: Chrismatibus consecratio, & puellarum consecratio, à presbyteris non fiant. Vel, reconciliare quæquam in publica Missa, presbytero non liceat, hoc omnibus placet.

4 Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet vtique presbyter consulere Episcopum, & sic periclitatem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio corroborare. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, quod sanctitas vestra necessarii nos instruere dignata est.

5 Felix Episcopus * Selembitanus dixit: 16. q. 7. Felix etiam, si hoc placet sanctitati vestre, in sinu, vt diœceses, quæ nunquam episcopos acceperunt, non habeant: & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Et si, accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus, desiderauerit proprium habere rectorē, eius videlicet voluntate, in cuius potestate est diœcesis constituta, habeat Episcopum. Secundum autem hanc prosecutionē sanctitas vestra æstimer, quid fieri debeat. Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet.

6 Numidius Episcopus * Massylitanus dixit: Præterea sunt quamplurimi non bonæ cōuersationis, qui existimant maiores natū vel Epi-

in præterito,

* castitati

Dist. 31. Episcopos presbyteri;

for. *Potentianæ

*Fortunatus anus 26. q. 6. Si iubet sanctitas

26. q. 6. Aurelius episcopus

*reconciliare

16. q. 7. Felix *Selambitanus

*habuerit,

*Masclianitanus

*maxilitanus

Episcopos, passim vageque in accusationem pulsandos, debent tam facile admitti, necne? Aurelius Episcopus dixit: Placet ergo charitati vestrae, ut is, qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi? Ab vniuersis Episcopis dictum est: Si criminofus est, non admittatur. Omnibus placet.

*Selambinitanus

7 Felix Episcopus *Selemfitanus dixit: Illud autem vestrae suggero sanctitati, ut si pro facinoribus suis de Ecclesia pellatur, & ausi fuerint ad comitatu pergere, aut ad iudicia publica prosilire, aut forsitan Ecclesiae catholicae limina conturbare, si Episcopus vel clericus cuiuslibet plebis, eos sine *consensu susceperit, de his quid censeatis? Epigonius Episcopus Bullentium regionum dixit: Si quis Episcopus, communionem tenens catholicae, huiusmodi homines, vanis blandimentis incedentes, temere susceperit, sciat cum his se rectissime deprauatu vel damnatum. Genedius Episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres & coepiscopi, ut qui merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo aut presbytero vel clerico fuerint in communionem suscepti, refugientes sui Episcopi regulare iudiciu, etiam ipse pari cum eis crimine teneat obnoxius. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Omnibus placet.

11. q. 3. Qui merito fac.

8 Alypius Episcopus Ecclesiae Tagastensis, legatus provinciae Numidiae, dixit: Nec illud praetermittendum est, ut si quis forte presbyter ab Episcopo suo correptus, aut excorunicatus, tumore vel superbia inflatus, putauerit separatim DEO sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primae sedis provinciae Numidiae, dixit: Necessario discipline Ecclesiasticae & fidei congrua sunt, quae frater noster Alypius prosequutus est. Proinde, quid exinde videtur vestrae dilectioni, edicite: Si quis presbyter contra Episcopum suu inflatus, schisma fecerit, anathema sit? Ab vniuersis Episcopis dictu est: Si quis presbyter a praeposito suo excommunicatus, vel correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, discernendum se ab Episcopi sui communionem duxerit, ac separatim cum aliquibus, schisma faciens, sacrificium Dei obtulerit, anathema habeatur, & locu amittat. Nihilominus & de ciuitate & congregatione, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes, serpentina fraude decipiant, quoniam (secundum Apostolum) Ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisma. Et si querimoniam iustam aduersus Episcopum habuerit, inquirendum *erit.

11. q. 3. Si presbyter.

9 Numidius episcopus *Maffylitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter, praesente & inconsulto Episcopo, complurimis in domicilijs agat agenda, quod disciplina incongruu cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius Episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri digna suggestio respodere non immoremur. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Quisquis presbyter, inconsulto Episcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit. *Selambinitanus dixit: Etiam hoc ad iudicio secundum statuta veteru conciliorum, ut si quis Episcopum (quod non opinamur) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim Episcopis audiatur, & a sex presbyteris, & a tribus diaconibus cum proprio suo Episcopo. Genedius Episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab vniuersis episcopis dictum est, A nobis veterum statuta debere seruari.

Ephe. 4. a

12 Victor Episcopus *Abderitanus dixit: Roboranda est Ecclesiastica disciplina, ne quisquam Episcoporum alterius plebes, vel dioecesim sua importunitate pulsare debeat. Qui hoc facere tentauerit, quemadmodum coercendus est? Genedius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quenquam aliena concupiscere. Proinde, quid etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet, secundum diuinae legis & sancti Euangelij auctoritatem, ut nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

*Maffliantanus

13 Genedius Episcopus dixit: Omnia ergo, quae a vestro coetu gloriosissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri? Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet placet, ut custodiatur ab omnibus. Genedius Episcopus dixit: Si (quod non opinamur) ab aliquo fuerint violata, quid statuitis, quod fieri debeat? Ab vniuersis Episcopis dictum est: Qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit,

venerit, ipse se ab hoc coetu separabit. Genedius Episcopus dixit: Gratulemur, Domino nostro praestante, quod pro statu Ecclesiae catholicae cuncta nos salubri consilio seruanda decreuimus. Et ideo, quae ab omnibus sunt

dicta, propria debemus subscriptione firmare. Ab vniuersis Episcopis dictum est, Fiat fiat. Et subscriperunt.

Explicit concilium Carthaginense secundum.

CONCILIVM CARTHAGINENSE TERTIVM, CIRCA TEMPORA SIRICIJ PAPA.

CAPITVLA CONCILII Carthaginensis tertij.

- Vt comprouinciales Episcopi de Pascha suum inquirant primatem. 1
Vt per singulos annos concilium fiat. 2
Vt Episcopus, priusquam ordinetur, canones agnoscat. 3
Vt Leuitae & virgines ante 25. annos non consecrentur. 4
Vt sacramentum catechumenis non praebatur. 5
Vt baptismum mortuis vel eucharistia non detur. 6
Vt episcopus accusatus, ubi, vel infra quod tempus examinetur. 7
De presbyteris & diaconibus, quati Episcopi eos audiant. 8
Vt clerici publica iudicia non appellent. 9
Si a quoquam ab alijs iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices & ecclesiasticos maioris auctoritatis prouocatu fuerit, non obesse prioribus, diuersas sententias proferentibus. 10
Vt filij clericorum ad spectacula non accedant. 11
Vt clericorum matrimonijs infideles non socientur. 12
Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant. 13
Vt clerici filios suos a sua potestate exire non sinant, nisi aetate & moribus comprobatos. 14
Vt clerici non sint conductores vel negotiatores. 15
Vt clerici non sint vsuarij. 16
Vt cum clericis extraneae feminae non habitent. 17
Vt clerici non ordinentur, nisi omnes, qui cum eis sunt, fideles existant. 18
Vt clerici, cum ad pubertate venerint, aut coniugium, aut castitatem profiteantur. 19
Vt plebes alienas alij episcopo non vsurpet. 20
Vt nullus episcopus alienum clericu audeat retinere vel ordinare. 21
Vt nullus clericus ordinetur, nisi fuerit probabilis. 22
De precibus & orationibus. 23
Vt in sacrificio tantum panis & calix offerantur. 24
Ne clerici vel continentes, ad viduas vel virgines soli habeant accessum. 25
Vt prima sedis episcopus, princeps sacerdotum non appelletur. 26
Vt clerici tabernas non ingrediantur. 27

- Vt Episcopus sine formata metropolitana longius non proficiatur. 28
Vt Missa a ieiunijs celebretur. 29
Vt nullus in Ecclesia conuiuetur. 30
Vt poenitentibus iuxta peccatorum modum poenitentia detur. 31
Vt presbyter, praeter iussa vel absentiam Episcopi non reconciliet poenitentes. 32
De custodia sacrarum virginum. 33
De baptizadis egrotis, quia loqui non possunt. 34
Ne apostatis vel hyltrionibus conuersis poenitentia negetur. 35
Vt presbyter chrisma non conficiat. 36
Vt clerici sine necessitate in aliena ciuitate non immorentur. 37
Vt non liceat fieri translationes episcoporu. 38
Vt non praesumant duo Episcopi ordinare pontificem. 39
Vt dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque sacerdotes conueniant. 40
Vt per singulos annos conuenientes episcopi ad concilium, etiam de paschali solennitate a primatu suo informentur. 41
Vt non accipiat alium episcopum plebs, quae in dioecesi semper subiacuit. 42
Vt qui, plebe sua contempta, ad concilium venire detrectant, & plebem & honorem amittant. 43
Vt clericum alienum nullus sibi praesumat episcopus ordinare. 44
Vt episcopus, qui plures habet clericos, ei quae eget, ad ordinandu postulatus, largiatur. 45
Vt episcopus in dioecesi factus, solum eam plebem teneat, in qua extitit ordinatus. 46
Vt praeter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. 47
De baptizatis a Donatistis. 48
Vt ea, quae quis, in ecclesiastico positus gradu, acquisiuit, Ecclesiae conferantur. 49
Vt gesta concilij, Episcoporum subscriptionibus confirmantur. 50

Caesario & Attico viris clarissimis consulibus, *Kalend. Septembris, Iduum Augustarum Carthagine in secretario basilicae gustarum Restituta, quum Aurelius episcopus vna cum episcopis confedisset, adstantibus etiam diaconibus, constituta sunt haec, quae in presenti concilio definita sunt.

Capitulum primum. Placuit ergo in principio propter errorem, qui saepe solet oboriri, ut omnes Africanae provinciae Episcopi, obseruationem paschae,

Hoc concilium prouinciale quidem fuit, sed con firmatu est in 6. Synodo in Trullo.

paschalem ab ecclesia Carthagenensi curent accipere.

2 Similiter placuit, ut propter causas Ecclesiasticas, quae ad perniciem plebium saepe veterascunt, singulis quibusque annis concilium conuocetur. Ad quod omnes prouinciae quae primas sedes habent, de concilijs suis ternos legatos mittant, ut & minus inuidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conuentus plena possit esse autoritas. De Tripoli autem, propter inopiam episcoporum, vnus episcopus veniat.

Dist. 38. Placuit, ut ordinand.

3 Item placuit, ut ordinandis episcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij fecisse asserant.

Dist. 77. Placuit, ut ante annos 25. Et 20. q. 1. placuit, ut supra.

4 Item placuit, ut ante viginti quinque annos aetatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et ut lectores populum non saluent.

Hoc capitulum in vetustis quibusdam codicibus sic habetur: Item placuit, ut lectores populum non saluent, & ut ante 25. annos nec clerici ordinentur, nisi primum diuini scripturis instructi, vel ab infantia eruditi, propter fidei professionem vel assertionem.

5 Item placuit, ut etiam per solennissimos paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal: quia si fideles per illos dies sacramentum non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

Matth. 26. c.

6 Item placuit, ut corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a Domino, accipite & edite. Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, cum eucharistiam mortuis non dari animaduernerit.

4. q. 5. quis.

7 Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primatem prouinciae ipsius causam deferat accusator. nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam primatis literis euocatus, minimè occurrerit, hoc est, intra spatium mensis, ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. Quod si aliquas veras necessitatis causas probauerit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causae suae dicendae intra alterum mensem, integram habeat facultatem. Verum post mensem secundum tam diu non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad conciliu vniuersale anniuerfariu occurrere voluerit, ut vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnationis suae sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane quo non communicat, nec in sua plebe communicet. Accusator autem eius, si nunquam diebus cauae dicendae defuerit, a communione non remoueat. Si verò aliquando defuerit, subtrahens se, restituito in communionem episcopo, ipse remoueat, ita tamen, ut nec ipsi adimatur facultas cau-

sa peragende, si se ad diem occurrere non voluisse, sed non potuisse, probauerit. Illud verò placuit, ut cum agere coeperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad accusandum vel agendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, dicere voluerit.

4. q. 6. Illud vero placuit.

8 Si autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, id est, in presbyteri nomine quinq; in diaconi duobus, episcopi ipsorum causas discutiant, eadem dierum & dilationum & a communione remotio, & discussione personarum, inter accusatores, & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem causas, etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

15. q. 7. Si autem presbyteri vel diaconi.

9 Item placuit, ut quisquis episcoporum, presbyterorum, & diaconorum seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuili causa fuerit comota, si relicto Ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali iudicio. In ciuili verò perdat, quod euicit, si locum suu obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndiq; patet autoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio seculari postulat auxilium, cum priuatorum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesiam deferri, atque ibi determinari praecipiat.

11. q. 1. Placuit, ut quisque episcoporum.

1. Cor. 6. a

10 Hoc etiam placuit, ut si a quibuscunq; iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices Ecclesiasticos, vbi est maior autoritas, fuerit prouocatus, non eis obfit, quorum fuerit soluta sententia, si conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam si pauciore numero, q̄ constitutum est, non liceat prouocari.

2. q. 6. Placuit.

11 Ut filij episcoporum vel clericorum, spectacula secularia non exhibeant, sed nec spectent, quando quidem ab spectaculo & oes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut vbi blasphemi sunt, non accedant.

12 Item placuit, ut filij vel filiae episcoporum, vel quorumlibet clericorum, gentilibus vel haereticis aut schismaticis matrimonio non iungantur.

13 Ut episcopi vel clerici, in eos qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes nec per testamentum, rerum suarum aliquid conferant.

14 Ut episcopi vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non fiant, nisi de moribus eorum fuerint & etate securi, ut possint ad eos iam propria pertinere peccata.

21. q. 3. Placuit, ut episcopi.

15 Item placuit, ut episcopi & presbyteri & diaconi

diaconi vel clerici, non sint conductores, neque procuratores, neque villo turpi vel inhonesto negotio victum quaerant: quia respicere debent scriptum esse, Nemo militans DEO, implacit se negocijs secularibus.

Idem cap. 15. sic in vetustis quibusdam libris legitur: Ut episcopi, presbyteri & diacones non sint conductores aut procuratores priuatorum, neque villo negotio tali victu quaerant, quo eos peregrinari, vel ab ecclesiasticis officijs auocari, necesse sit.

16 Ut nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accommo dauerit: si pecuniam, pecuniam accipiat: speciem eandem, quantum dederit, accipiat: & quicquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

17 Ut cum omnibus omnino clericis extraneae femine non cohabitent, sed solae matres, auiae, materterae, amitae, sorores, & filiae fratrum aut fororum, & quaecunq; ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel si filij eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperint, aut feruis non habitibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

18 Ut episcopi, presbyteri & diaconi non ordinentur, priuquam omnes qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint.

19 Placuit, ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Hoc 19. cap. vetusti codices sic habent: ut lectores usque ad annos pubertatis legant, deinceps aut, nisi vxores, custodita pudicitia, duxerint, aut continentiam professi fuerint, legere non sinantur.

20 Placuit, ut a nullo episcopo vsurpentur plebes alienae, nec aliquis episcoporum supergrediatur, in diocesim suam collegam.

21 Ut clericum alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistae, & ostiarij retinent.

22 Ut nullus ordinetur clericus, nisi probatus vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

23 Ut nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cum altari assistitur, semper ad patrem dirigatur oratio. Et quicumque sibi preces aliunde describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructoribus fratribus contulerit.

24 Ut in sacramentis corporis & sanguinis Domini, nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquae mixtum. Nec amplius in sacrificijs offeratur, quam de vuis & frumentis.

Hoc cap. 24. in vetustis codicibus ita habetur: Ut in sacramentis corporis & sanguinis Domini, nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Primitiae verò, seu mel & lac, quod vno die solennissimo pro infan-

tis mysterio solet offerri, quantum in altari offeratur, suam tamen habent propriam benedictionem, ut a sacramento Domini corporis aut sanguinis distinguantur: nec amplius de primitijs offeratur, quam de vuis & frumentis.

25 Ut clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi iussu vel permisso episcoporum aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his, cum quibus episcopus iusserit vel presbyter. Nec ipsi episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi foeminas, nisi aut clerici praesentes sint, aut graues aliqui Christiani.

Dist. 81. Clerici vel continent.

26 Ut primae sedis episcopus non appellatur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primae sedis episcopus.

Dist. 99. Primae sedis episcopus.

27 Ut clerici, edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

Dist. 44. Clerici edendi vel bibendi.

28 Item placuit, ut episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primae sedis episcopo suae cuiusque prouinciae, ut ab eo praecipue possint sumere formatam: Hinc etiam dirigenda litera concilij ad transmarinos episcopos.

29 Ut sacramenta altaris non nisi a ieiunijs hominibus celebrentur, excepto vno die anni, quo coena Domini celebratur. Nam si aliquorum, pomeridiano tempore defunctorum, siue episcoporum seu clericorum, siue caeterorum, commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inueniantur.

De cof. dist. 1. Sacramenta altaris.

30 Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiujs, quantum fieri potest, prohibeantur.

Dist. 42. Nulli episcopi in ec.

31 Ut poenitentibus secundum peccatorum differentiam, episcopi arbitrio, poenitentiae tempora decernantur.

16. q. 7. Poenitentibus secundum.

32 Ut presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet poenitentem, nisi absente episcopo & necessitate cogente. Cuiuscunque autem poenitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersa ecclesia nouerit, ante absidem manus ei imponatur.

16. q. 9. Presbyter in.

33 Ut virgines sacrae, cum parentibus, a quibus custodiebantur, priuatae fuerint, episcopi prouidentia, vel presbyteri, vbi episcopus absens est, in monasterio virginum, vel grauioribus foeminis commendentur, ut simul habitantes, inuicem se custodiant, ne passim vagantes, ecclesiae laedant existimationem.

consulto episcopo.

34 Ut egrotates, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium hi qui sui sunt, periculo proprio dixerint, baptizent.

De cond. dist. 4. Egrotates.

35 Ut scenicis atque histronibus, caeterisque huiusmodi personis de apostaticis, conuersis vel reuersis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

De con. dist. 2. Scenicis

36 Vt presbyter in consulto episcopo, virgines non consecret, chrismata vero nunquam conficiat.

37 Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, nisi causas eorum iustas episcopus loci vel presbyteri locorum peruiderint.

38 Illud autem suggerimus, mandatū nobis, quod etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum, vt non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villergienfis episcopus, plebe sua derelicta, Tuburnensem inuasis ecclesiam, & vsq; hodie comonitus, secundum quod statutū fuerat, relinqueret eandē, quam inuaserat plebē, contempsit. Aduersus istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuius: sed petimus, secundum quod nobis mandatū est, vt dignemini dare fiduciam, quod iam, necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis, rectorem provincie, secundum statuta gloriosissimorum principum, aduersus illum adire, vt qui miti admonitioni sanctitatis vestre acquiescere noluit & emendare illicitū, auctoritate iudicialia protinus excludat. Aurelius episcopus dixit: Seruatā forma disciplinæ, nō æstimabit appetitus, si à vestra charitate modestè conuētus, recedere detrectauerit, cum fuerit suo contemptū & contumacia faciente, etiam auctoritate iudicialia conuētus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Hoc em omnibus placet. Ab vniuersis episcopis dictum est: Iustum est, Placet.

19 Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatū est, vt quia proximè fratres nostri Numidiæ duo episcopi, ordinare præsumperunt pontificē, non nisi à duodecim censeatis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad episcopū ordinandum, propterea quia & in Tripoli fortè & Arzuge interiora videntur Barbarę gētes. Nam in Tripoli (vt asseritur) episcopi sunt quinque tantūmodò, & possunt fortè de ipso numero vel duo, necessitate aliqua occupari. Difficile est enim, vt de quolibet numero omnes possint occurrere. Nunc quid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ utilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas vestra conuenire, crebrò ac penè per diem Dominicā ordinandos habemus. Nunquidnam frequēter duodecim vel decem, vel multò minus aduocare possum episcopos? Sed facile est mihi, duos adiungere meę paruitati episcopos vicinos. Quapropter cernit mecum charitas vestra, hoc ipsum obseruari non posse.

40 Sed illud est statuendum, vt quādo ad eligendum episcopum conuenimus, si quæ contradicō fuerit oborta, (quia talia tractata sunt apud nos) non præsumat ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres iam, sed

16. q. 6. Presbyter in consulto episcopo.

Capensis De cō. dist. 4 Non licet fieri.

11. q. 1. Petimus.

Dist. 23. Iud. statutum est.

postulentur ad numerū supradictōrū vnus vel duo & in eadē plebe, cui ordinandus est, discutiantur primò personæ contradicentiū postremò illa etiā, quæ obijciūt, pertractentur. Et cum purgatus fuerit, sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cū vestre sanctitatis animo concordat, roboret vestre dignitatis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet satis.

41 Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Quoniam de concilio quædam tractata noscuntur, adijcimus etiā, de die paschæ nobis esse mādātum, vt de ecclesia semper Carthaginensi (sicut prædictum est) instruamur, & non sub angustio temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestre videtur, (quoniam nos spondisse iam superius meminim⁹) vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenierimus in vnum, tunc diuulgabitur sanctus paschæ dies per legatos, qui fuerunt in concilio. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præfenti cœtu petimus, vt literis provinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necessè est.

42 Epigonius episcopus dixit: Multis in concilijs hoc statutum est à cœtu sacerdotali, vt plebes, quæ in diocesis ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At verò, quia nonnulli, quodam dominatu adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certè, cum eleuati fuerint, quasi in quadam arce tyrannicam sibi dominationem vindicant, quod pleriq; stolidi aduersus episcopos suos ceruices erigunt presbyteri, vel conuicijs sibi conciliantes plebem, vel certè persuasū maligno & illicito eosdē velint sibi collocare rectores, quod frater religiose Aureli, quia hæc sepe opprefisti, non curando tales petitiones, sed propter eorum malos cogitatus, & prauè concinnata concilia hoc dico, nō debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diocesi semper subiācuit, nec vnquam proprium episcopū habuit. Quapropter, si vniuerso sanctissimo concilio complacet hoc, quod prosecutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & confacerdotis nostri prosecutioni nō obistito, sed hoc me & fecisse, & facturum esse confiteor, circa eos sanè, qui fuerint cōcordes, non solūm circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale confortium.

43 Sunt enim plerique, conspirantes cum proprijs plebibus, quas decipiūt, vt dictum est, earum scalpentes aures, ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certè inflati, & ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnūquam conuen-

*comonitus, rio nostro omnia tractata

Præfenti concilio ca. 2.

16. q. 1. Multis concilijs hoc.

*tumidiar, que stolidi, vel illicito fauore

*petitores,

*cœtū

ti, ad

ti, ad concilium venire refugij & detrectant, sua fortè nē prodantur flagitia, metuentes. Dico, si placet, circa hos, non tantum dioceses non esse seruandas, verum etiā & de propria ecclesia, quæ illis malè fauerit, omninò adnitendum, vt etiā auctoritate publica reijciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt quæ vniuersis fratribus actotū concilio inhæserit, non solūm sua iure integro, sed & dioceses possideat. At verò, qui sibi putant plebes suas sufficere, fraterna dilectione cōtēpta, nec tantum dioceses amittant, sed (vt dixi) etiā proprijs publica careat auctoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Summa prouisio sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, & puto, omnium responsione, ea quæ prosequi dignatus es, probanda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet placet.

44 Epigonius episcopus dixit: In multis concilijs hoc statutum est, etiā nunc hoc confirmandum est vestra prouidentia, fratres beatissimi, vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopum, præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficijs, per meā paruitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, vt eum qui à me baptizatus est, cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem comendatum, cum quæ multis annis à me aleretur, atque in cresceret, hunc, vt dixi, baptizatum in ecclesia mea, per manum paruitatis meæ, constat, (idem in diocesi Mapalensis lector esse cœperat, immò annis ferme duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus arripuit, quæ dicit, quasi proprium ciuem sui loci Vzari-tani, me in consulto, vsurpare: nam & diaconū illum ordinauit: hoc si liceat, pateat hæc licentia à vobis, beatissimi fratres: sin minus, tam impudēs cohibeatur, nec se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata, neque consulta tua dignatione, id videatur fecisse Iulianus, iudicamus omnes iniquè factum atque indignè. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eūdem clericum, quem fuit ausus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra statuta concilij faciens, contumaciæ suæ, separatus à nobis, excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Aetate pater, & ipsa promotione antiquissimus vir laudabilis, frater & collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

45 Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite fratres. Cōtingit nonnunquam, vt postuletur ab ecclesijs quæ præpositis egent, vel episcopis, vel presbyteris: & tamen memor statutorum, id sequor, vt conueniam episcopum eius, atque ei inculem, quòd eius clericus à qualibet ecclesia postu-

for. ausus eam quasi Vzari-tani, Vassanitanus, Nazari-tani,

letur. Sed fortè in hodierno non reluctati sunt, & nē quādo contingat, vt reluctetur, cum fuerint à me in hac causa postulati, quæ scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum causam sustinere: Iustum est ergò, vt quemlibet confacerdotum conueniam, cum duobus è consortio nostro vel tribus testibus. Si verò indeuotus extiterit, quid censet charitas vestra faciendum? Ego em cunctarum ecclesiarum, dignatione DEI, vt scitis fratres, sollicitudinem sustineo.

Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, vnde vellet, & de cuius nomine fuisset conuentus, pro desiderio cuiusque ecclesiæ ordinare episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim præsumis, frater. Et cum te bonum & clementem omnibus reddis, (habes enim hoc in arbitrio) factis est vt satisfiat personæ vniuscuiusque episcopi in prima tantummodò conuentione. Si autem quod libet huic sedi, vindicandum fuerit sibi arbitratus, necessè habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuam assignam⁹, vt liceat voluntati tuæ semper & tenere quæ voles, vt prepositos plebibus vel ecclesijs constituas, qui postulati fuerint, & vnde voles. Posthumanus episcopus dixit: Deinde, qui vnum habuerit, nunquid debet illi ipse vnus presbyter auferrī? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus vnus esse potest, per quem, dignatione diuina presbyteri multi constitui possunt: vnus autem episcopus, difficile inuenitur constituendus. Quapropter si necessarium episcopatu quis habet presbyterū, & vnum (vt dixisti frater) habuerit, etiā ipsum ad promotionem dare debet. Posthumanus episcopus dixit: Ergò si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius episcopus dixit: Sanè, quomodò ecclesiæ alterius tu subuenieris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

46 Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Audiuius constitutum, vt dioceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu eius, sub quo fuerint constitutæ. Sed in provincia nostra, cum aliqui fortè in diocesi (concedente eo episcopo, in cuius potestate fuerant constitutæ) ordinati sunt episcopi, etiā dioceses sibi vindicant. Hoc & corrigi charitatis vestre iudicio, & inhiberi decetere debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis seruatum est, quod decebat, vt ex massa diocesum nulla caperetur, vt proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, vt eadem diocesis permiffa, proprium tantum episcopum habeat, & ceteras sibi non vindicet dioceses, quæ exempta de face multarū, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aure-

*subintelligo, Africa tantum, non mundi totius. 2. Cor. 11.

*cōcesserit,

lius episcopus dixit: Non dubito charitati vestrae omnium placere, eum, qui in diocesi, concedente episcopo, qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem, in qua fuit ordinatus.

47 Item placuit, ut praeter scripturas canonicas, nihil in ecclesia legatur, sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicae scripturae, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, IESV Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Hester, Esdrae libri duo, Machabaeorum libri duo. Noui autem testamenti, Euangeliorum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber vnus, Pauli Apostoli epistolarum tredecim, eiusdem ad Hebraeos vna, Petri apostoli duae, Iohannis apostoli tres, Iude apostoli vna, & Iacobi vna, Apocalypsis Iohannis liber vnus.

Quidam vetustus codex sic habet: De confirmatio isto canone transmarina Ecclesia consulatur.

Hoc etiam fratri & confacerdoti nostro Bonifacio, vel alijs earum partium episcopis, pro confirmando isto canone, innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur.

Licet istud cap. 47. in presenti exemplari, tanquam aliquod huius concilij capitulum habeatur, in alijs tamen certis conciliorum libris dicitur esse Carthaginensis concilij xxiiiij. capitulum, celebrati post consulatum Honorij duodecimum, & Theodosij octauum quorum annus currit sub Bonifacio papa.

1. q. 4. Placuit vt de infantibus.

48 De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & confacerdotes nostros Siricium & Simplicianum, de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam DEI salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediatur, ne prouehantur sacri altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Urbanus Episcopi legati prouinciae Mauritaniae Sitifensis, dixerunt: Iamdudum, cum apud sanctitatem vestram allegaremur scripta, dilati sumus, ea contemplatione, quod fratres nostri aduenire possent de Numidia legati: sed quia non pauci dies sunt, quibus expectati, minimè venerunt, vltra praetermittere, quae nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite: De fide enim Niceni tractatus audiimus. Verum & de sacrificijs inhiendis post prandium, vt a ieiunijs, sicut dignum est, offerantur, & tunc & nunc confirmatum est.

2. q. 3. Placuit vt episcopi.

49 Placuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel cle-

ricatus sui, agros vel quaecunq; praedia nomine suo comparant, tanquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur obnoxij, nisi admoniti, ecclesiae eadem ipsa contulerint. Si autem ipsi proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni, tanquam reprobi, iudicentur.

50 Aurelius episcopus dixit: Quonia igitur vniuersa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro conuenerunt, sermo vestro cuncta roborat. Vniuersi episcopi dixerunt: Omnibus haec placuerunt, & haec nostra subscriptione firmamus. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginensis, huic decreto consensit, & relecto subscripsit. Epigonius episcopus Bullenae regionis, subscripsit. Augustinus episcopus plebis Hipponae Regienses, subscripsit. Similiter & omnes episcopi, quadraginta quatuor numero, subscripserunt.

Concilij tertij Carthaginensis finis. Sequens decretum citatur quidem in Decreto Gratiani tanquam Canonem. Concilij, sed vitio scriptoris videtur id accidisse, cum potius appareat esse alicuius Carthaginensium Synodi, aut certe alterius.

Presbyter, si fornicationem fecerit, quantum secundum canones apostolorum debet deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Syluestri, si in vitio non perdurauerit, si sua sponte confessus, adiecit vt resurgat, decem annis in huc modum poeniteat: Tribus quidem mensibus a ceteris remotus, pane & aqua a vespera in vesperam vtatur: tantum autem diebus dominicis & praecipuis festis, modico vino & pisciculis, atque leguminibus creetur, sine carne & sanguine. ouis & caseo vtatur, sacco indutus, humo adhaereat, die ac nocte misericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus cotinuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiat. Nec enim debet sacerdos publice poenitere, sicut laicus. Postea, aliquantisper viribus resumptis, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus & festiuitatibus, quibus vino & sanguine, ouis & caseo iuxta canonicam mensuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis DOMINI (ne induriscat) particeps fiat, & ad pacem veniat, psalmos cum fratribus in choro canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem, minora gerat officia. Deinde vero vsque ad expletionem septimi anni, omni quidem tempore (exceptis paschalibus diebus) tres legitimas ferias in vna quaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto septimi anni circulo, si fratres, apud quos poenituerit, eius congrua poenitentiam laudauerint,

In epist. 2. ad Iacobu.

uerint, episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Calixti papae auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè sciendum, quod secundam feriam, vnum psalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando, si opus est, redimere poterit. Finitis aut septem annis, deinde vsque ad finem decimi anni, sextam feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem quoque poenitentia erit sacerdoti de omnibus alijs peccatis & criminibus, quae in depositionem eius inducunt. Neque hoc cui libet onerosum videatur, si sacerdos post lapsum dignè (vt supra dictum est) poenitens, ad pristinos redeat honores.

CAPITVLA NUMERO QVINQVE, ex Gratiano & alijs desumpta, quae scribuntur esse vel alicuius concilij Carthaginensis, vel Africani, veruntamen non satis certum est, an sint concilij primi, vel secundi, vel tertij, &c.

PRIMUM.

Non est aliquid exigendum ab his, qui infantes suos ad baptizandum adducunt.

1. q. 1. Placuit vt vnusquisque.

Placuit vt vnusquisque episcopus per ecclesias suas hoc faciat, vt hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur. Si vero per necessitatem paupertatis, aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter trahatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios suos a baptismo retrahunt. Quidam vero, dum differunt, si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, a baptismi gratia se subtraxerunt.

* abstractat

SECUNDUM.

Ecclesiasticarum rerum precaria, qualiter fieri debeant.

10. q. 2. De precarijs, quae a

De precarijs, quae a rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, suosque successores poena graui obligabat, vt facta ipsorum nequiuissent dissoluerentur, praecipimus, vt nemo successor in antecessoris sui poena sit obligatus, sed suae prouidentiae sit concessum, vt si antecessor eius res ecclesiae irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius ecclesiae eiusdem reuocentur.

TERTIUM.

De his, qui clericum falso crimine impetunt.

2. q. 2. Si quis episcopum, sub Damasi nomine.

Si quis episcopum, aut presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandam ei communionem.

QUARTUM.

Ex codice sexdecim libroru, lib. 2. ca. 30.

De clericis scurrilibus.

Si quis clericus aut monachus verba scurrilia, ioculatoria, risumque mouentia loquitur, acerrimè corripatur.

QUINTUM.

Ex eodem codice, libro 15. cap. 4.

De prauaricatoribus diuinarum legum.

Vt laici contemptores canonum, excommunicentur: clerici, honore priuentur.

CANONES CONCILII CARTHAGINENSIS, HABITI sub die Iduu Augustaru, circa tempora Siricij papae, Attico & Caesario consulibus, & epistola Aurelij & Muzonij ad episcopos.

Huius concilij sub anno 417 Marianus Scotus mentionem facit, dicens: Caesario & Attico consulibus, Concilium Carthaginis, vbi Hipponensis concilij statuta firmantur & inseruntur. Et non satis constat, pars ne sit tertij concilij Carthage, statim habitum, an per se aliud nouum. certe praefens titulus innuere videtur, esse aliud a superiori: qui vero mox sequitur post habitam hinc Nicenae fidei professionem, superiori coniungit.

Delectissimis fratribus & coepiscopis diuersarum prouinciaru, Numidia, Mauritania, vtriusque Tripolis, & prouinciae proconsularis, Aurelius, Muzonius, & ceteri episcopi. Ecclesiasticae utilitatis causa, dum in Carthaginensi vrbe conueniremus in vnum, a plerisque suggestum est, ea quae in concilio Hipponensi iam dudum maturata sunt, & legitime ad corrigendam disciplinam salubriter gesta & statuta noscuntur, effrenata temeritate quosdam minimè custodire. Ad huiusmodi vero excusandos excessus, illud ab aliquibus praetediti, quod ea, quae iam dudum legibus statuta sunt, ignorantes praetermiserint. Ob quam rem, haec communi concilio per vniuersam prouinciam Byzacenam, in notitiam cunctis deducenda censuimus, vt in his, quisquis decetero temerator extiterit, sciat se statum suum operatum fuisse iacturam. Breuem vero statutorum (in quo omnia videntur esse complexa, & quaedam diligentius custodita) huic epistolae subdiximus, vt compendio (quae decreta sunt) recensentes, sollicitius obseruare curemus. Optamus vos, fratres, in DEO semper benè valere, & nostri memores esse. & manu senis Muzonij: Optamus vos, fratres, beatos semper in Deo gaudere, & nostri memores esse.

STATUTA CONCILII HIPPONENSIS BREVIATA, & quaedam eorum in concilio Carthaginensi cum Byzacenis episcopis collata, & diligentius pertractata, haec sunt:

NICENI CONCILII PROFESSIO & fides, recitata & confirmata est, quae ita se habet:

Sequens fidei Nicenae professio, alium interpretè sapit, q̄ superius habita: praeterquam quod nonnulla addita aut dempta esse liquidò constat.

Credeamus in vnum DEVM, patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre

vnigenitum, homouſio, hoc eſt, de ſubſtãtia patris, Deũ de DEO, lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, nõ factum, vnũ ſubſtãtię cum patre, per quem omnia facta ſunt, ſiue quę in cęlo, ſiue quę in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutem deſcendit. Incarnatus eſt, homo factus eſt per virginem. Paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit in cęlum, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctũ. eos autem qui dicunt, Erat quãdõ nõ erat, & priuſquã nãſceretur, nõ erat: & quia ex illis non extãtibũ factus eſt, aut ex alia ſubſtãtia, dicentes mutabilem & conuertibile filium Dei, hos anathematizat catholica Ecclẽſia, & apoſtolica diſciplina.

CONCILII HIPPO- nẽnẽ abbreviaciones, factę in concilio Carthagineũ * iij.

- Ponitur hæc conſtitutio in Carthag. 3. ſuprà habitũ, c. 1. & 41. Ibidẽm ca. 3. Ibid. cap. 4. Ibid. cap. 5. Ibid. cap. 6. Ibid. cap. 2. Ibid. cap. 7. Ibid. cap. 7. Ibid. cap. 7. Ibid. cap. 8. Ibid. cap. 8. Ibid. cap. 9. Ibid. ca. 10. Ibid. cap. 11. Ibid. cap. 11. Ibid. ca. 14. Ibid. cap. 13. Ibid. cap. 13. Ibid. cap. 15. Ibid. cap. 17. Ibid. cap. 18. Ibid. cap. 19. Ibid. cap. 21. Ibid. cap. 22. Ibid. cap. 23. Ibid. cap. 18. Ibid. ca. 24.

- panis, & vinum aqua mixtum. 26 Vt epiſcopi, preſbyteri, aut clerici, ad vi- duas vel virgines ſoli non accedant. 27 Vt primã ſedis Epiſcopus princeps ſacerdotum non appelletur. 28 Clerici in tabernis nec manducent, nec bibant. 29 Vt epiſcopus trans mare nõ proficiſcat. 30 Vt à ieiunis altaris ſacramẽta celebrenſ. 31 Vt in Eccleſia neq; Epiſcopus, vel clerici conuiuentur. 32 Vt preſbyter, inconſulto epiſcopo, non reconciliet pœnitentem. 33 Vt virgines grauioribus fœminis commendentur. 34 Vt ægrotantes baptizentur. 35 Vt reuerſis reconciliatio non negetur. 36 Vt preſbyter chriſma non conficiat. 37 In aliena ciuitate clerici non morentur. 38 Scripturę canonice in Eccleſia legende quę ſint, & præter quas alia non legantur. 39 Vt epiſcopus minũ quã à tribus Epiſcopis non ordinetur. 40 De his qui in nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerunt, vt baptizentur. 41 Vt Donatiſtę in numero laicorum recipiantur.

SEQUITVR CAPI- TVLV M SEV STATVTVM.

Placuit etiã, vt quia in præcedentibus concilijs ſtatutum eſt, nõ quis Donatiſtarum cum honore ſuo recipiatur à nobis, ſed in numero laicorum: propter ſalutẽ, quę nulli deneganda eſt, (tantum autem inopia clericoꝝ ordinandorum in Aprica patiuntur Eccleſiæ, vt quædam loca omninõ deſerta ſint) ſeruetur quidem in iſtis, quod iam antea * creditũ eſt: ſed exceptis his, quos aut nõ rebaptizãſſe conſtiterit, aut qui cum ſuis plebibũ ad communionem catholicã tranſire voluerint. Sic enim ſcriptum eſt: Quod duobus ſi conuenerit Chriſtianis, quicquid petierint, impetrabunt. Non oportet dubitari, quod remoto ſcãdalo diſſenſionis vniuerſę plebis, inuitatę pacis compenſatione & ſacrificio charitatis, aboleantur, quę maiorum ſuorum authoritatem ſequentes, repetitione baptiſmi commiſerunt.

Sed hanc rem, placuit, nõ confirmari priũ, quã exinde tranſmarina Eccleſia conſulatur. Et alia manu: Aurelius epiſcopus ecclẽſię Carthagineũ, placitiũ à nobis omnibus cõfirmatis, exceptis emãcipationibus, de quibus conſulendũ ceſſauimus, relectis & agnitis ſubſcripſi. Muzõnius epiſcopus, placitiũ ſuperiũs comprehenſis, emancipatione ad tractatum meliorem dilata, ſubnotauit, primã ſedis epiſcopus prouincię Byzacenę. Victorianus Epiſcopus plebis * Maſſilienũ, ſubſcripſi. Lupianus Epiſcopus plebis * Tamugadenũ, ſubſcripſi. Ninus Epus plebis * Tubaltanenũ, ſubſcripſi.

Philologus epiſcopus plebis Adrumẽtantenũ, ſubſcripſi. Ferox epiſcopus Macrieũ, ſubſcripſi. Hoc modo & omnes ſubſcripſerunt, qui huic concilio interfuerunt.

ADDITIO QVAEDAM SEV appẽdix ad conciliũ Hipponẽnẽ immediatẽ præmiſſum.

Præſens verò concilium ordine ſupràſcripto, habebatur in quodã codice vetuſto monaſterij ſancti Bauonis Flandrię ciuitatis. Veruntamen canonum ipſius, tituli duntaxat, omiſſis capitulis, hic ſcribitur, vitandę prolixitatis gratia, quod in cõcilio Carthagineũ, 3. immediatẽ ſuprà habito, ferẽ omnia ad

longum ponantur. Hic autem ad illa remittitur. Sciendum quoquẽ, concilium præſens ob certas cauſas non haberi ſub numero aliquo, vt in ordine dicatur quartum vel quintũ &c. nõ fortẽ error committatur propter ſequentia concilia euſdem ciuitatis, quę in exemplaribus potioribus ſub numero aſſignantur. Idem ſentiendum eſt de his, quę immediatẽ ſequentur.

SEQUVNTVR HIC IN ALIIS quibuſdam editionibus aliqua concilia in Carthagine celebrata, breuiter annotata, concernẽtia tempora Sirichy papa, ex impreſſo conciliorum libro in adibũ Ioãnis Schõffer, anno M. D. XXXV. mẽſe Aprili: ſed eadẽ infra habẽtur tẽporibus Bonifacy Papa.

CONCILIUM QVARTVM CARTHAGINENSE, HABITVM AB EPISCOPIS 214, æra 436. Eſt approbatum in Synodo 6. Conſtantinopoli in Trullo habita, numeraturquẽ inter prouincialia.

Huic concilio dicitur (diſt. 93. Diaconi itã ſe &c.) interfuiſſe Sozimus papa per vicarios: quod putatur intelligendum de concilio Carthagineũ ſexto, in quo (vt habetur ibidẽm 2. & 3 capitulis) ipſius literę, ſuis vicarijs ſeu legatis ad illud concilium datę, ſunt coram ſynodo lectę.

- De epiſcopo vel clerico, in alio loco non transferendo. 27 De damnatione epiſcoporum à ſynodo tractanda. 28 De Epiſcopo, qui alicui crimẽ obiecerit. 29 Quod irrita ſit ſententia Epiſcoporũ in abſentem. 30 Qualiter res ecclẽſię ab Epiſcopo habeãt. 31 De irritis diſtractionibus epiſcoporum. 32 De epiſcopis vel preſbyteris, vt à cuiuſcunq; eccleſia in ordine ſuo recipiantur. 33 De primatu conſeſſũs preſbyterorum cum epiſcopo. 34 De conſeſſu preſbyterorum in eccleſia cum epiſcopo. 35 Vt preſbyteri parochiani aut per ſe, aut per alios, qui ſacra tractãt, chriſma ab epiſcopo petant. 36 De obedientia diaconorum erga preſbyteros. 37 Vt diaconus euchariftiam iuſſu preſbyteri miniſtret. 38 Vt diaconus, iubẽte preſbytero, ſedeat. 39 Vt diaconus coram preſbyteris interrogatus, reſpondeat. 40 Vt diaconus tempore tantum officij, albam induat. 41 De clericis, qui pro fide tentati ſunt. 42 De his, qui pro fide ab infidelibũ perſequeſiones paſſi ſunt. 43 De conſura clericorum. 44 De habitu clericorum. 45 De continentia clericorum. 46 De inceſſu clericorum. 47 De clericis, qui extra neceſſitatem ad nundinas vadunt. 48 De vigilijs clericorum. 49 De clericis ab officio continentibus. 50 De clericis, vt artificio victum quęrant. 51 De clericis, qualiter ſibi victum & veſtitum quęrant. 52 Vt artificiolum & literas diſcant clerici, qui operari poſſunt. 53

TITVLI CANONVM CONCILII Carthagineũ quarti.

- Qualiter debeant epiſcopi ordinari. 1 Qualiter conſecrentur epiſcopi. 2 Qualiter preſbyteri ordinentur. 3 Quemadmodũ diacones conſtituãtur: 4 Quemadmodũ ſubdiaconi ordinẽtur. 5 Quemadmodũ acolythi ordinẽtur. 6 Qualiter exorcifte conſtituantur. 7 Qualiter lectores fiant. 8 Qualiter oſtiarij ordinẽtur. 9 Qualiter pſalmiſte. 10 Qualiter virgines ſanctimoniales. 11 Qualiter viduę vel ſanctimoniales ad baptiſterium ordinẽtur. 12 Qualiter ſponſi & ſponſę benedicantur. 13 De cellula ſacerdotis. 14 De victũ & habitu ſacerdotis. 15 Vt epiſcopus libros gentiliũ non legat, 16 Vt epiſcopus indigentũ curam per preſbyteros & diacones agat. 17 Vt Epiſcopus teſtamentorum tuitionem nõ ſuſcipiat. 18 Vt epiſcopi pro rebus ſecularibus non litigent. 19 Vt epiſcopus tantum diuinis vacet. 20 Vt epiſcopus ægrotans, pro ſe legatũ ad ſynodum mittat. 21 Vt epiſcopus ſinẽ teſtimonio clericorum & plebis, clericos non inſtituat. 22 Vt epiſcopus cauſas, clericis præſentibus, audiãt. 23 Vt quãdõ epiſcopus verbum facit, nullus diſcedat. 24 De diſcordantibus epiſcopis. 25 Vt epiſcopus diſſidentes concordare compellat. 26

De clericis inuidis. 54
 De clericis accusatoribus. 55
 De clericis adulatoribus & proditoribus. 56
 De clericis maledicis. 57
 De clericis frequenter litigantibus. 58
 De clericis discordantibus. 59
 De clericis turpiloquis siue vagis. 60
 De clericis, per creaturas iurantibus. 61
 De clericis, inter epulas cantantibus. 62
 De clericis sanis, ieiunia polluentibus. 63
 De his, qui studiosè dominico die ieiunant. 64
 De pascha, suo tempore celebrando. 65
 Vt clericus, ab Episcopo iniuste damnatus, recurrat ad synodum. 66
 De seditionarijs aut vsurarijs, nè clerici fiant. 67
 Vt ex pœnitentibus ordinatus clericus, deponatur. 68
 Vt Episcopus, viduæ vel repudiatæ maritum ad clerum promouens, deponatur. 69
 Vt clericus hæreticorum conuiuia vel confortia fugiat. 70
 Quod hæreticorum cœtus, non Ecclesia, sed conciliabulum sit. 71
 Quod cum hæreticis nec orandum sit, nec psallendum. 72
 Vt cum excommunicatis communicans vel orans, excommunicetur. 73
 De pœnitentium lege. 74
 De negligentioribus pœnitentibus. 75
 De postcentibus pœnitentiam, si postea obmutescant. 76
 De pœnitentibus, vt in morte viaticum accipiant. 77
 De pœnitentibus, si post viaticum superuiuant. 78
 De pœnitentibus, si casu aliquo moriantur. 79
 De manûs impositione super pœnitentes. 80
 Vt pœnitentes, mortuos efferant & sepeliant. 81
 Vt pœnitentes semper genua flectant. 82
 De senibus honorandis. 83
 Vsq; ad Missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. 84
 Vt qui baptizandi sunt, nomen dent, & à vino & à carne abstineant. 85
 Vt nupèr baptizati, castè & continenter uiuant. 86
 De catholicis, qui causam apud infideles, ponunt. 87
 De his, qui, Ecclesia prætermissa, ad spectacula pergunt. 88
 De his, qui augurijs, vel incantationibus, vel Iudaicis superstitionibus seruiunt. 89
 De energumenis. 90
 Item, de energumenis. 91
 De victu energumenum. 92
 Vt oblationes discordantium non recipiantur. 93
 Vt oppressorum pauperum oblationes non suscipiantur. 94

De his, qui oblationes defunctorum Ecclesijs fraudant. 95
 De accusatore & accusato. 96
 De eo, qui religiosi sœminis præficitur, vt probeatur. 97
 Vt laicus, præsentibus clericis nõ doceat. 98
 Vt mulieres publicè docere non præsumat. 99
 Vt mulieres baptizare non præsumant. 100
 De viduis, adolescentibus & infimis. 101
 Nè clerici viduarum familiaritati associentur. 102
 De viduis, quæ Ecclesiæ stipendijs sustentantur. 103
 De viduis, quæ, professæ continentiam, præuaricatæ sunt. 104

PRO VNIVERSORVM CAPITVLORVM sequentium titulo vniuersali, ponebatur, tam in Gemblacensi cœnobij codice, quam S. Bauonis in Gandauo, solùm istud:

STATVTA ECCLESIAE ANTIQVA.
 Horum consiliū annum assignat Marianus Scotus 418, qui etiã scribitur ibidem vltimus Siricij papæ, & primus Anastasij papæ.



Vgusto Honorio quartò & Eutychemo consulibus, sexto Idus Nouëbris, cum Aurelius Episcopus in concilio vniuersali, Carthagine in secretario cum omnibus consacerdotibus suis confedisset, placuit cum eo cunctis, qui fuerunt in eadem sancta synodo, cõstituere hæc, quæ ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplina. Ibi in principio constitutum est, qualis ordinari debeat episcopus.

Capitulum I.
 Qui Episcopus ordinandus est, antea examinatur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negocijs cauens, si humilibus affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, i. patrem & filium & spiritum sanctũ, vnũ deum esse cõfirmans, totamq; Trinitatis deitatem cõssentiale, & consubstantialẽ, & cõeternalẽ, & cõomnipotentem prædicans: si singulam quantæ in Trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas vnũ deum: si incarnationem diuinam non in patre, neq; in spiritu sancto factam, sed in filio tantũ, credat, vt qui erat in diuinitate DEI patris filius, ipse feret in homine hominis matris filius, deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habẽs, & animam humanã rationalẽ, simul in eo ambæ naturæ, id est, Deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus dominus creator omniũ quæ sunt, & author, & Dominus, & rector, cum patre & spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus

Distinc. 21. Qui episcopus ordinatur, xvacans,

passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte: resurrexit vera carnis resurrectione, & vera animæ resurrectione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiã ab eo, si noui & veteris testamenti, id est, legis & prophetarum, & Apostolorum, vnũ eundemque credat auctorem & Deum: si diabolus non per conditionem, sed per arbitriũ factus sit malus. Quærendũ etiã ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius, carnis resurrectionẽ: si credat iudicium futurũ, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel gloriam: si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non damnet, si carniũ perceptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis cõmunicet, si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale cõtractũ, quam illa quæ voluntariè admissa sunt, dimittantur: si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus inuentus fuerit plenè instructus, tunc cõsensu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeq; metropolitani vel auctoritate vel presentia, ordinetur Episcopus. Suscepto in nomine CHRISTI episcopatu, non suę delectationi, nec suis motibus, sed his patrum diffinitionibus acquiescat. In cuius ordinatione etiã ætas requiratur, quam sancti patres in prælegendis Episcopis cõstituerunt. Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur.

2 Episcopus quum ordinatur, duo episcopi ponant & tenent euãgeliorum codicem super caput & ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictiõem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

3 Presbyter quum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiã omnes presbyteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant.

4 Diaconus quum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat: quia nõ ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

5 Subdiaconus quum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de Episcopi manu accipiat vacuum, & calicem vacuum. De manu verò archidiaconi, vrceolũ cum aqua, & mantile, & manutergiũ.

6 Acolythus quum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat corocerarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendũ vinum in eucharistiã sanguinis Christi.

7 Exorcista quum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, &

commenda memoriæ, & habeto potestatem imponedi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum.

8 Lector quũ ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atq; ingenium. Post hæc, spectate plebe, tradat ei codicem, de quo lectorus est, dicens ad eum: Accipe, & esto lector verbi DEI, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partẽ cum eis, qui verbum Dei ministrauerunt.

9 Ostiarius quũ ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus clauẽ ecclesiæ de altario, dicens: Sic age, quasi rediturus DE ORationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

10 Psalmista, id est, cantor potest absque scientia Episcopi, sola iussione presbyteri, officiũ suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus cõprobes.

11 Sanctimonialis virgo, quum ad consecrationem suã Episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniali aptis.

12 Viduę vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eligantur, tam instructę sint ad officium, vt possint apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogatę respondeant, & qualiter, accepto baptismo, uiuant.

13 Sponsus & sponsa, quum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel paronymphis offerantur. Qui quum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis, in virginitate permanent.

14 Vt episcopus non longè ab ecclesia hospitium habeat.

15 Vt episcopus vilem supellestilẽ, & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suę auctoritatem, fide & vitę meritis querat.

16 Vt episcopus gentiliũ libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore.

17 Vt episcopus gubernationem viduarũ & pupillorum ac peregrinorum non per se ipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

18 Vt episcopus tuitionem testamẽtorum non suscipiat.

19 Vt episcopus pro rebus trãstorij non litiget prouocatus.

Gratianus & quidam vetustj codices sic legunt hunc canonem: Vt Episcopus nec prouocatus pro rebus trãstorij litiget. Expositionẽ Canonis lege apud Gratianum loco hic citato.

20 Vt episcopus nullam rei familiaris curã ad se

Dist. 23. episcopus dum ordi. verticem

Ibi. Presbyter cũ ord.

Ibi. Diaconus cũ ord.

Ibi. Subdiaconus.

*quamantilem Ibi. Acolythus.

Ibi. Exorc.

Ibi. Lector

*relator

Ibi. Ostiari

Ib. psalmist.

Ibi. Sanctimonialis.

*aperte

Di. 23. & 30. q. 5. Sponsus & sponsa.

Di. 41. Episcopus vile. Ibidem.

Di. 37. Episcopus gentil. lib.

Di. 88. Episcopus.

Ibidem.

14. q. 1. Episcopus.

Di. 88. Episcopus nullam rei.

ad se reuocet, sed lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

21 Vt episcopus ad synodum ire non sine satis graui necessitate inhibeat: sic tamen, vt in sua persona legatum mittat, suscepturus, salua fidei veritate, quicquid synodus statuerit.

22 Vt episcopus sine consilio clericorum suorum, clericos non ordinet, ita vt ciuium conuentionem & testimonium quærat.

Admodum antiqui codices hic addunt: Quid si præ accepta ordinatione in fraude inuentus fuerit, ipsi qui eum testimoniant, quandiu Episcopo visum fuerit, ab ecclesie liminibus arceantur.

23 Vt episcopus nullius causam audiat, absque præsentia clericorum suorum: alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

24 Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

25 Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

26 Stendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos siue laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium cohortentur.

27 Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem, per ambitionem non transeat, nec quicquam inferioris ordinis clericus. Sanè si id utilitas Ecclesie fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum episcopis porrecto, in præsentia synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris verò gradus sacerdotes vel alij clerici, cõcessione suorum episcoporum, possunt ad alias ecclesias transmigrare.

28 Irritam esse, iniustam episcoporum damnationem: & idcirco à synodo retractandam.

29 Episcopus, si clerico vel laico crimen impegit, deducatur ad probationem in synodum.

30 Caueat iudices ecclesie, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferat, quia irrita erit, immò & causam in synodo profectò dabunt.

31 Vt Episcopus rebus ecclesie, tanquam commendatis, non tanquam proprijs, vtatur.

32 Irrita erit donatio Episcoporum, vel venditio vel commutatio rei ecclesiastica, absque cõuentione & subscriptione clericorum.

33 Episcopi vel presbyteri si causa visitandæ Ecclesie, ad alterius Ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem cõsecrandam inuidentur.

34 Vt episcopus quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur.

35 Vt episcopus in Ecclesia, & in confessu presbyterorum, sublimior sedeat. Intra domum verò, collegam se presbyterorum esse cognoscat.

36 Presbyteri, qui per dioceses ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis, sed à synodis, nec per iuniorum clericum, sed aut per se ipsos, aut per illum, qui sacrarium tenet, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

37 Diaconus ita se presbyteri, vt Episcopi, ministrum nouerit.

38 Vt Diaconus, presente presbytero, Eucharistiâ corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussu eroget.

39 Vt Diaconus quolibet loco, iubente presbytero, sedeat.

40 Vt diaconus in conuentu presbyterorum, interrogatus loquatur.

41 Vt diaconis tempore oblationis tantum uellectionis, alba vtatur.

42 Clericum inter têtationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum.

43 Christianum Catholicum, qui pro catholica fide, & pro ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni à sacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus administretur.

Hunc canonem peruetusti codices ita habent: Christianum catholicum, qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore à sacerdotibus honorandum, etiam in quotidiani victus ministerio.

44 Clericus nec comam nutriat, nec barbaram.

Aliàs, barbaram tondat. ita in libro Gemblacens. Aliàs, barbaram radat, additur in libro Gandensi sancti Baonisi, Titulo Statuta Ecclesie antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent, Radat, vel Tondat: vt sit sensus, clerico nec comam, nec barbâ nutriendam.

45 Clericus professionem suam & in habitu, & in incessu probet: & nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

46 Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

47 Clericus per plateas & andronas, nisi certa & maxima officij sui necessitate, non ambulet.

48 Clericus, qui non pro emendo aliquid in nudinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

49 Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate, vigilijs deest, stipendijs priuetur.

50 Clericum, inter têtationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo remouendum.

51 Clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificioso victum quærat.

52 Clericus victum & vestimentum sibi artificioso vel agricultura, absque officij sui detrimento, parat.

53 Omnes clerici, qui ad operandum validiores sunt, & artificiosa & literas discant.

54 Clericus inuides fratrum profectibus, donèc in vitio est, non promoueatur.

55 Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

56 Clericus, qui adulationibus & proditi- onibus vacare depræhenditur, ab officio degradetur.

57 Clericus maledicus, maxime in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur.

58 Eius qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

59 Discordantes clericos episcopus vel ratione, vel potestate ad cõcordiam trahat: inobediētes synodus per audietiam damnet.

60 Clericum currilem, & verbis turpibus iocularem, ab officio retrahendum.

61 Clericum, per creaturas iurantem, acerrimè obiurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum.

62 Clericum, inter epulas cantantem, supradictæ sententiæ seueritate coercendum.

63 Clericum, qui tempore ieiunij, absque inuitabili necessitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

64 Qui dominico die studiosè ieiunat, non credatur catholicus.

65 Paschæ solennitas vno die & tempore celebranda.

66 Clericus, qui episcopi circa se districti- onem iniustam putat, recurat ad synodum.

67 Seditiosarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum furarum ultores.

68 Ex pœnitentibus (quantis sit bonis) clericus non ordinè. Si per ignoratiam episcopi factum fuerit, deponatur à clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem, sciens, episcopus ordinauerit talem, etiam ab episcopatus sui, ordinandi duntaxat, potestate priuetur.

69 Simili sententiæ subiacet episcopus si sciens, ordinauerit clericum eum, qui viduam aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam.

70 Clericus hæreticorum & schismaticorum tam conuiuia, quam sodalitates euitet æqualiter.

71 Conuenticula hæreticorum non ecclesia, sed conciliabula appellantur.

72 Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

73 Qui communicauerit vel orauerit cum excommunicato, siue clericus, siue laicus, excommunicetur.

74 Vt sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat.

75 Vt negligentiores pœnitentes, tardius recipiantur.

76 Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitat, venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiã.

Et si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistiã. Si superuixerit, ad- moneatur à supradictis testibus, petitiõ suã satisfactam, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quàm diu sacerdos, qui pœnitentiã dedit, probauerit.

77 Pœnitentes, qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

78 Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manûs impositione, si superuixerint.

79 Pœnitentes, qui attende leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

80 Omni tempore ieiunij, manus pœnitentibus à sacerdotibus imponatur.

81 Mortuos pœnitentes ecclesie afferant & sepeliant.

82 Pœnitentes etiã diebus remissionis genua flectant.

83 Pauperes & senes ecclesie, plus cæteris honorandi sunt.

84 Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei siue gentilem, siue hæreticum, siue iudæum, vsque ad Missam catechumenorum.

85 Baptizandi, nomen suum dent, & diu Deo, sub abstinentia vini & carniũ, ac manûs impositione crebra examinati, baptismum percipiant.

86 Neophyti aliquã diu à laiciõibus epulis & spectaculis, & coniugibus abstineant.

87 Catholicus, qui causam suã siue iustã, siue iniustam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

88 Qui die solenni, prætermisso solenni Ecclesie conuentu, ad spectacula vadit, excommunicetur.

89 Augurijs vel incantationibus seruientem, à conuentu Ecclesie separandum. Similiter & superstitionibus Iudæicis vel ferijs inherentem.

90 Omni die exorcistæ energumens manus imponant.

91 Pavimenta domorum DEI energumeni verrant.

92 Energumenis, in domo DEI assidentibus, victus quotidianus per exorcistas oportuno tempore ministratur.

93 Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur.

94 Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda.

95 Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

96 Quærendum in iudicio, cuius sit conu- uer-

nerfationis & fidei, is qui accusat, & is qui accusatur.

18. q. 2. Qui 97 * Qui religionis scemini prapnendus est, ab Episcopo loci probetur.

* Vir, qui 98 Laicus, prapntibus clericis, nisi ipsis iubentibus, docere non audeat.

Dist. 23. mulier. 99 Mulier, quanuis docta & sancta, viros in conuentu docere non prapsumat.

De cos. dist. 3. 100 Mulier baptizare non prapsumat.

In dec. Inob. 101 Vidua adolofcentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesiæ, cuius viduæ sunt, sustententur.

Dist. 81. Ad reatum. 102 Ad reatû Episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ prapntis causa, adolofcentiores viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritibus subijciantur.

Ibid. Viduæ. 103 Viduæ, quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tam assiduæ in Dei opere esse debent, vt & meritis & orationibus suis Ecclesiam adiuuent.

17. q. 1. Sicut. 104 Sicut bonum est castitatis præmiû, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendum est. Vt si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate, à viro relicta, se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta, sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea verò ad nuptias seculares transferunt, secundum Apostolum, damnatione habebunt, quoniam fidem castitatis, quam

Domino vouerit, irritam facere ausi sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum cõmunionemaneant, quæ etiã nec in conuiuio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu sunt viris suis obnoxia, quanto magis viduæ, quæ religiositate mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte, non coacta, obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, atque ad secundas nuptias transiit fecerint? Quæ & si violentia irruente, ab aliquo precepte fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis, permanere in coniugio, raptori vel violento viro, consenserint, damnationi superius comprehensa tenebuntur obnoxia. De talibus ait Apostolus: Quibus luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Aurelius Episcopus Carthaginensium ecclesiæ, subscripsi. Donatianus Talabricensis primæ sedis, subscripsi. Augustinus Hippone Regiensis, subscripsi. Similiter omnes episcopi subscripserunt.

¶ Finis Concilij Carthaginensis quarti.

Capitulum quod subiungitur, scriptum erat in quodam vetusto codice sancti Bauonis, cui præscriptus fuerat talis titulus: STATUTA ECCLESIAE ANTIQVA, in quo quidem codice etiã præscripta capitula Carthaginensis concilij quarti habebantur.

¶ Falsus accusator depræhensus, absque ecclesia fiat, donèc pœnitendo emendetur.

CONCILIVM TAVRINATENSE, SERVATVM CIRCA TEMPORA SIRICII

papæ, & sancti Ambrosij Episcopi Mediolanensium. Estq; prouinciale.

Taurinum, quondam Augusta Taurinorum, vrbs est in regione Pedemontana, pulcherrimis ornata structuris, & arce elegantissima. Ante aliquot annos Gallie rex Franciscus eam occupauit, atque ad eam communiuit, vt cum munitissimis Italia oppidis conferri possit. Habet Archiepiscopum & Academiam illustrem.

CAPITVLA CONCILIJ TAVRINATENSIS.

- * Taurinensis
- * Taurinatensis
- Vt qui comprobauerit suam ciuitatem metropolim fuisse, teneat primatum. 1
- Vt Episcopi, qui contra statuta faciunt, honore priuentur. 2
- De laicis, qui clericis crimen intendunt. 3
- De clericis, qui per culpam ab Episcopo suo excommunicantur. 4
- De his, qui se ab hereticis separari voluerint, vt ab Ecclesia catholica suscipiantur. 5
- Vt alterius clericum non promoueat alter, nec abiectionem recipiat. 6
- De his, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in honore filios genuerunt. 7

PROOEMIUM SEVEPISTOLA Concilij Taurinatensis.

Fratribus dilectissimis per Gallias & quinque prouincias constitutis, sancta synodus, quæ conuenit in vrbe Taurinatam, die decimo Kalendas Octobris. Quum ad postulationem prouinciarum Gallie sacerdotes cõuenissemus ad Taurinatam ciuitatem, atque in eiusdem vrbs ecclesia, auctore Domino vel mediatore federemus, auditis allegationibus Episcoporum, eorum videlicet, qui ad iudicium nostrum fuerant congregati, de singulis negocijs hæc sententiæ forma processit, ita vt pacis bonum, & instituta Canonum seruentur, & plurimorum contentionibus adhiberetur utilis medicina.

Capitulum primum.

Nam quum primò omnium vir sanctus Proculus, Massiliensis ciuitatis Episcopus, se tanq; metropolitanum Ecclesijs, quæ in secunda prouincia Narbonensi positæ videbantur, diceret præesse debere, atq; per se ordinationes in memorata prouincia sumorum fieri sacerdotum, siquidem affereret easdẽ ecclesias vel suas fuisse, vel episcopos à se in eisdem ecclesijs ordinatos: & ediuerso eiusdem regionis episcopi aliud defenseret,

ac sibi alterius prouinciæ sacerdotem præesse non debere, contenderent: id iudicatum est à sancta synodo, contemplatione pacis atq; concordie, vt non tam ciuitati eius, quæ in altera prouincia sita est, cuius magnitudinẽ penitus nesciremus, quàm ipsi potissimum deferretur, vt tanquam pater filijs honore primatus assisteret. Dignum enim visum est, vt quanuis vnitate prouinciæ minimè tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Hæc igitur ipsi tantum in diebus vite eius. forma seruabitur, vt in ecclesijs prouinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos quisse confiteri ordinatos, primatus habeat dignitatem. Illud quoque à partibus sit obseruandum, quod licet ex superfluo, non tamen inutiliter commonetur, vt ipse Proculus, tanquam pius pater, confacerdotes suos honoret vt filios, & memoratæ prouinciæ sacerdotes, tanquam boni filij, eundem habeant vt parentem, & inuicem sibi exhibeat charitatis affectum, impleto hoc quod ait beatus Apostolus: Honore mutuo praueniens, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Illud deinde inter episcopos vrbiũ Arelatenis & Vinnensis, qui de primatus apud nos honore certabant, à sancta synodo definitum est, vt qui ex eis comprobauerit suam ciuitatem esse metropolim, is totius prouinciæ honorem primatus obtineat, & ipse, iuxta præceptum Canonum, ordinationum habeat potestatem. Certè, ad pacis vinculum conseruandũ, hoc consilio vtilliori decretum est, vt (si placet memoratarum vrbiũ episcopis) vnaqueq; de his, viciniore sibi inter prouincias vendicer ciuitates, atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis proximis magis esse cõsulerit, ita vt memores vnanimittatis atque concordie, nõ alter alterum, sibi longius vsurpando, quod est alij propius, inquietet.

2 Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetuum disciplinam, quæ circa Octauium, Vrsionem, Remigium, & Triferium Episcopos sancta synodus decreuit, ne sacerdoti, ad inuidiam vocabatur: quod eis eatenus idcirco videtur indultum, vt de cæterò, hac autoritate commoiti, nihil tale vsurpare conentur, si quidem ea se ab hac causa excusatione defenderint, qua diceret, prius se non esse conuentos. Proindè iudicauit synodus, vt si quis ex hoc fecerit, contra statuta Maiorum, sciat is, qui ordinatus fuerit, sacerdotij se honore priuandum: ille verò qui ordinauerit, autoritatem se in ordinationibus, vel in Concilijs minimè retenturum. Non solum autem circa memoratos Episcopos hæc sententiæ præualebit, sed & circa omnes, qui simili decepti errore, ordinationes huiusmodi perpetrant.

3 De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leue crimen intenderat, in-

CONCILIVM TAVRINATENSE. 517

ter quos episcopus Triferius, eiusdem criminis causas se cognouisse testatus est, id Concilij decreuit autoritas, vt idem Palladius in eadem sententia maneret, qua, cognitionis tempore, à Triferio fuerat sacerdote multatus, hoc ei humanitate Concilij refernato, vt ipse Triferius in potestate habeat, quãdò voluerit, ei relaxare.

4 Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta synodus, qui ad iniuriã sancti episcopi sui Triferij, grauiã & multa contigisset, & frequetibus eum contumelijs, prouocauerat, ita vt nonnulla fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat Dominica cõmunionem priuatus, vt in eius sit arbitrio restitutio ipsius, in cuius potestate eius fuit abiection, hoc est, vt quandò vel idem Exuperantius satis fecerit, vel Episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

5 Illud decreuit præterea sancta synodus, vt (quoniam legatos episcopi galliarum, qui Felici non communicant, destinãrunt) si quis ab eius cõmunionem se voluerit sequestrare, in nostræ sanctæ pacis confortium suscipiat, iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosij episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ sacerdotis, dudum latas, quæ in Concilio, legatis præsentibus, recitatæ sunt.

6 Nec illud prætermittendum fuit, quod synodi sententiã definitum est, vt clericum alterius, secundum statuta Canonum, nemo suscipiat, neque suæ Ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abiectionem recipiat in cõmunionem.

7 Hi autem, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio genuerunt filios, nõ ad maiores gradus ordinum permittantur, synodi decreuit autoritas. Incolumes vos Dominus noster æuo longissimo conseruare dignetur, domini fratres dilectissimi.

DECRETA ANASTASII PAPAE I.
Ex libro pontificali.

Anastasius natiõis Romanus, ex patre Maximo, sedit annos tres, dies decem. Hic constituit, vt quotiescunque sancta euangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent. Hic fecit constitutum de ecclesia. Hic fecit basilicam, quæ dicitur Crescentiana, in regione secunda, in via Mamurtina in vrbe Roma. Et hoc constituit, nulla ratione transmarinum hominẽ in clericatus honorem suscipi, nisi quinque Episcoporum designaret chirographos, quia & eodem tempore Manichei inuenti sunt in vrbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octo, diacones quinque, episcopos per diuersa loca decem. Qui etiã sepultus est in cæmeterio suo Ad vrsum pileatum, quinto Kalendas Maij.

* vita eiusdem forma ser-

Rom. 12. c. d

In Carthag. qdã cap. 21. In Carthag. 3. cap. 44. In Carthag. 2. cap. 7.

Anno Domini 404. Huius tempore habitus est synodus Alexandriæ, ob exanandum Origenis scripta.

Et cessauit episcopatus dies vigintiunum.

TITVLI CANONVM sequentis decretalis epistolae.

Vt sanctum euangelium vniuersi, non sedentes, sed stantes audiant. 1 Transmarini quomodò ad cleru recipi debeant. 2

De Manichæis in vrbe Romana repertis. 3 EPISTOLA DECRETALIS Anastasij papæ prima, ad omnes Germaniæ ac Burgundiæ episcopos.

Anastasius episcopus, cunctis Germanicis & Burgundicis regionis episcopis, in Domino salutē. Exigit dilectio vestra, charissimi, vt ex auctoritate sedis apostolicæ vestris deberemus respondere consultis. Et quauis non prolixè, sed succinctè hoc agere, propter quasdam alias occupationes festinarem, denuò tamen, si necesse fuerit, ob has, vel alias necessitates quasi ad caput, mittere charitatiuè nò dubitatis, quia vestras preces & nunc & tunc acceptas habemus.

Capitulum primum.

Significatis enim quosdam sacerdotes in Ecclesia, quandò leguntur euangelia, sedere, & Domini saluatoris verba non stantes, sed sedentes audire, & hoc ex Maiorum traditione se accepisse narrant quod vt nullatenus deinceps fieri sinatis, Apostolica auctoritate mandamus. Sed dum sancta euangelia in Ecclesia recitantur, sacerdotes & ceteri omnes præsentis, non sedentes, sed venerabiliter curui, in conspectu sancti Euangelij stantes, Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.

2 Similiter & transmarinos homines, de quibus nos consulistis, in clericatù honore nòlite suscipere, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati, quia multa per subreptionem solent euenire. Ideò & hæc summopere sunt cauenda.

3 Manichæos verò, quos in vrbe Roma inuenimus, & sequaces eorum nolite recipere, neq; eis commnicare, aut vllam cum eis participationem habere, priusquam ad rectam conuertantur fidem, nò eorum malè pullulantia semina, quæ à nobis in vrbe extinguntur, pessimis vobiscum radicibus seminentur vel germinent. Plurimos verò eorum, & suæ sequaces impietatis, atque illorù doctores inuestigatio nostra reperit, vigiliatè diuulgauit, auctoritas & censura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus: & vt damnarent Manichæum cum prædicatione & disciplinis suis, publica in ecclesia professione, & manù suæ subscriptione copulimus: & ita de voragine impietatis suæ cõfessos, pœnitentiã concedendo, leuauimus. Aliquantu verò, qui ita se demerferunt, vt

nullum his auxiliantis remediũ possent subuenire, subditi legibus, secundum Christianorum principum constituta, nò sanctũ gregem sua contagione pollueret, per publicos iudices ppetuo sunt exilio relegati, & omnia, quæ tam in scriptis, quàm in occultis traditionibus suis habet prophana vel turpia, vt nò esset populus, qd fugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probauimus, ad eò, vt ipse, qui eorũ dicebatur episcopus, à nobis tētus, proderet flagitiosa in suis mysterijs, q̄ teneret, sicut gestorũ vos series poterit edocere. Ad instructionem em̄ vestrã etiã ipsa direximus: quibus lectis, omnia, quæ à nobis depræhensa sunt, nò esse poteritis. Et quia aliquatò de his, quos, nò absoluerentur, & arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestrã epistolam misimus, vt effecta certior sanctitas vestra, sollicitiũ agere dignetur & cautiũ, necubi Manichæ peruerfitatis homines, plebes vestras facultatem lædendi, & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt peruersi & doctores & perdititi, zelo fidei Dominicæ persequamur, & à fanis mentibus (nò pestis hæc latius diuulgetur) seueritate, qua possumus, abscindamus. Vndè hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt qua debetis & potestis, solitudine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Hi, fratres, valde cauedi sunt, nò Dominicũ gregem peruerfitatibus, quibus possunt, contaminare valeat. Sunt ergò quidam eorum veste sua oues significantes, interius verò lupi rapaces existit, quos (iuxta veritatis vocem) ex fructib; eorũ debemus agnoscere. Quandò autem ceperint assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniuntur quoque infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones sitiunt, secum eos in perditionem præcipitant. Dissipant enim & vituperant patrum disciplinas, & relinquunt sanctas scripturas ad suã perditionem. Quos (vt prædictum est) debemus perquidare, & ab his multũ cauere, nò in malitia sua aliqui occupati, concidant de sua firmitate. Saluto itaque vos, fratres, & omnes quæ vobiscum benè sentiunt, ecclesias. Nos quoque, vt modò facitis, & alloquamini, peto, crebrius literis, & frequentius de fide & bonæ intentione vestra atque sospitate lætificare, vt & gaudium commune habeamus, & Domino pari voto fideliter seruiamus. Data Nonis Octobris, Archadio & Bautoe viris clarissimis consulis.

EPISTOLA SECUNDA EIVSDEM PAPAE, Neriano nobilissimo viro directa.

Dilectissimo fratri Neriano Anastasius. Multa mihi in omnibus fidei & bonitatis

De cõ. di. 2. Apostolica autho.

Dis. 8. Tract. marinos. Et in decre. Iuon. lib. 3.

*propalauimus,

*mysticis

*atrocios

*peditores

*perditores

Matth. 7.

nitatis tuæ literis causa gaudij est, quòd tantum studium circa religionis cultũ exhibes, & Domini sacerdotes tuis in partibus adiuuare studeas. Vndè & Deo gratias ago, qui te ad hoc instigat, & vt perseuerabilem in bonis operibus te faciat, exoro. Vos tamen & in prosperis & in aduersis deum laudare magnificè oportet, eiusque sub potenti humiliari manu, vt in tempore vos tribulationis (iuxta Petrum apostolum) confortet & exaltet. Fraternitatis ergò vestra afflictio, quam de amissione parætum vestrorum vos habuisse audiuius, tãtam nobis causam mœroris iniecit, vt quæ nos de duobus charitas vnũ fecit, cor nostrum in vestris specialiter vri tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multũ me consolata est sanctitatis tuæ ad animũ res deducta, quia & patienter ferre tristitiam decet, & de morte plebis tuæ vlteriũ longam non habere mœstitiam. Nè tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente resideat, hortor quiescere à dolore: quia indecè est, de illis tãdio affectionis addici, quos credendum est ad veram moriendo vitam peruenire. Habent forsitan illi iustam

longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum, non confidunt. Nos autè qui nouimus, qui credimus & docemus, contristari nimium de obeuntibus non debemus, nò quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc nobis magis in culpa sit. Nã diffidentie quodammodò genus est, contra quod quisque prædicator queritur, iustitiam amans, dicente Apostolo: Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, vt non cõtristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Hac itaque, frater charissime, ratione perspecta, studendum nobis est, nò (sicut diximus) de mortuis affligamur, sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & sit ad fructum dilectio. Deponere ergò, charissime, mœrorem, & assume spiritualem fructũ lætitiæ ad vtilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, seruatorumq; eius profectum, & vite huius quæcunq; sunt spatia, æternis diuinisq; officijs illustrare contende, vt qui insignem te præstitit, reddat per secula clariorem. Data septimo Idus Iunij, Theodosio Augusto septimò & Palladio viris clarissimis cõssi.

1. Petr. 5. b

*qua

*quiesce

1. q. 2. Habent forsità

2. Theff. 4. e

CONCILIVM CARTHAGINENSE QVINTVM, HABITVM AB EPISCOPIS SEPTVAGINTA TRIBVS, æra 438, circa tempora Anastasij Papæ. Estq; Prouinciale.

TITVLI CANONVM Concilij quinti Carthaginei.

De Clericis, ad testimonium non pulsandis. 1

De Clericis, pro crimine suo damnatis, vt à quolibet non defensentur. 2

De sacerdotibus & Leuitis, vt ab vxoribus se contineant. 3

De reb; Ecclesiæ, sinè consilio metropolitani episcopi non alienandis. 4

Vt nullus episcopus relicta cathedra, in diocesi resideat. 5

De his, q̄ nullo testimonio se baptizatos nouerunt, vt baptizentur. Similiter de cõsecratione ecclesiarum faciendum est. 6

De tempore paschali seu concilij. 7

De intercessoribus, nò cathedram morientis episcopi diũ retineat, sed infra annum sacerdotem prouideant. 8

De defensore ecclesiarum à principe postulando. 9

Vt episcopi ad diem concilij occurrant. 10

Vt lapsi sacerdotibus manus, sicut laicis, nò imponatur. 11

De clericis excommunicatis, quàm diũ eis asserere liceat innocentiam suam. 12

De clericis vel monachis ab alio Episcopo ordinatis. 13

De basilicis, quæ sinè martyri reliquijs dedicatæ sunt. 14

De idololatrijs destruendis. 15

Post consulum placuit, vt die sexta Kalend. Iunij Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ subter inserta statuerentur. Cũ Aurelius episcopus vnã cum episcopis suis cõfedisset, adstantibus diaconibus, constituta sunt hæc, quæ in sequenti concilio definita sunt.

Capitulum primum.

In principio statuendum est, vt qui forte in Ecclesia quolibet causam, iure Apostolico Ecclesijs imposito, agere voluerit, & fortasse decisio clericorum vni parti displicerit, non liceat clericum in iudicium ad testimoniu deuocari eum, qui cognitor vel præfens fuit, & nulla, ad testimonium dicendum, ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

2 Et illud statuendum, vt si quis cuiuslibet honoris clericus, iudicio Episcoporum pro quocunq; crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab ecclesijs, quibus præfuit, siue à quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ atque honoris, quo nec ætatè, nec sexum excusandum esse, præcipimus.

3 Præterea, cùm de quorundam clericorum, quauis erga vxores proprias, in continentia referret, placuit episcopos & presbyteros & diaconos, secundum propria statuta, etiã ab vxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab Ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc nò cogi,

2. q. 6. statutum est, vt qui in.

21. q. 5. Si quis cuiuslibet bono.

Dist. 84. Cũ de quorundam. Dist. 32. Placuit episc. presb. diacon. priora vel priorum

17. q. 4. Nul-
lus res ec-
clesiæ.

sed secundum vniuscuiusq; ecclesiæ consue-
tudinem obseruari debere.

4 Placuit etiam, vt rem ecclesiæ nemo ven-
dat. Quod si aliqua necessitas cogit, hanc in-
finuandam esse primati prouinciæ ipsius, vt
cum statuto numero episcoporum, vtrum
faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta vr-
get necessitas ecclesiæ, vt non possit antè pri-
matem consulere, saltem post factum curi-
ositate habeat & vicinis episcopis hoc an-
tè indicare, & ad Concilium referre eas suæ
Ecclesiæ necessitates. Quod si non fecerit, re-
us Concilij venditor teneatur.

* vicinos te-
stes cõuocet
episcopos,
curans &
Deo &
Concilio
venditor
7. q. 1. Pla-
cu-
it vt nemi-
ni.

5 Placuit, vt nemini sit facultas, relicta pri-
cipali cathedra, ad aliquam ecclesiam in di-
ocesi constitutam, se conferre, vel in re pro-
pria diutiùs, quàm oportet, constitutum, cu-
ram vel frequentationem propriæ cathedræ
negligere.

De cõ. di. 4.
Placuit de
infantibus.

6 Placuit de infantibus, quotiès non in-
ueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos
esse sine dubitatione testentur, neq; ipsi sunt
per ætatem idonei, de traditis sibi sacramen-
tis respondere, absque vilo scrupulo eos esse
baptizandos, nè ista trepidatio eos faciat sa-
cramentorum purgatione priuari. Hinc eni
legati Maurorum fratres nostri consulerunt,
quia multos tales à Barbaris redimunt. Simi-
liter & de ecclesijs (quotiès super earum cõ-
secratione hæsitatur) agendum est, id est, vt
sine vlla trepidatione consecrentur.

De cõ. di. 3.
Placuit vt
dies vene-
rabilis.

7 Placuit, vt dies venerabilis paschæ, for-
matarum subscriptio omnibus intimeretur:
dies verò Concilij, vndecimo Kalendas No-
uembris seruetur: & scribendum ad singu-
larum quarumque prouincialium primates,
vt quandò apud se Concilium congregant,
istum diem non impediant.

7. q. 1. Con-
stitutum est
vt nulli.

8 Item constitutum est, vt nulli intercesso-
ri licitum sit cathedram, cui intercessor dat
est, quibuslibet populorum studijs vel sedi-
tionibus retinere, sed dare operam, vt intra
annum eisdem episcopum prouideat. Quod
si neglexerit, anno exempto, interuentor ali-
us tribuatur.

23. q. 3. Ab
Imperato-
ribus vni-
uersis.

9 Ab Imperatoribus vniuersis visum est
postulandum, propter afflictionem paupe-
rum, quorum molestijs sine intermissione
fatigatur Ecclesia, vt defensores eis, aduersus
potentias diuitum, cum episcoporum pro-
uisione delegentur.

Dist. 18. Pla-
cuit vt quo-
tiefcunq;.

10 Item placuit, vt quotiefcunq; cõgre-
gandum est Concilium, Episcopi, qui neque
arate, neque ægritudine, neque alia graui-
ori necessitate impediuntur, competenter oc-
currant: primatibusque suarum quarumcũ-
que prouinciarum intimetur, vt de vniuer-
sis episcopis vel duæ, vel tres fiant turmae, ac
de singulis turmis vicissim, quotquot electi
fuerint, ad diem Concilij instatissimè occur-
rant. Quod si non potuerint occurrere, ex-

cusationes suas in tractatoria subscribât: vel
si post aduentum tractatoriæ aliquæ neces-
sitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi ra-
tionem impedimenti sui apud suum prima-
tem reddiderint, ab ecclesiæ communione
debere esse contemptos.

* ecclesiæ
sue cõmu-
niõe debe-
re esse con-
tentos.
Dist. 50. Cõ-
firmadũ est.

11 Item confirmatum est, vt si quandò pre-
sbyteri vel diaconi, in aliqua grauiori culpa
conuicti fuerint, qua eos à ministerio neces-
sè fuerit remoueri, non eis manus, tanquam
pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis,
imponatur: neque vnquam permittendum,
vt rebaptizati, ad clericatũ gradum promo-
ueantur.

11. q. 3. Rur-
sus consti-
tutum est.

12 Rursus constitutum est, vt quotiès cler-
icis conuictis & confessis in aliquo crimine,
vel propter eorum, quorum verecundiæ
parcitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium,
aut insolentem insultationem hæreticorum
atque gentilium, si fortè causæ fug adesse vo-
luerint, & innocentiam suam asserere, intra
annum excommunicationis hoc faciant. Si
verò intra annum causam suam purgare cõ-
tempserint, nulla eorum vox postea penitus
audiatur.

Dist. 58. Si
quis de ab-
terius.

13 Item placuit, vt si quis de alterius mona-
sterio repertum, vel ad clericatum pmouere
voluerit, vel in suo monasterio maiorem mo-
nasterij constituere: Episcopus, qui hoc fe-
cerit, à ceterorum communione seuinctus,
suæ tantum plebis communione contentus
sit: & ille neque clericus, neque præpositus
perseueret.

De cõ. dist.
1. Placuit vt
altaria, que

14 Item placuit, vt altaria, quæ passim per
agros aut vias, tãquam memoriæ martyrum
constituuntur, in quibus nullum corpus aut
reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab
Episcopis, qui eisdem locis præfunt, si fieri
potest, euertantur. Si autem hoc propter tu-
multus populares non finitur, plebes tamen
admoneantur, nè illa loca frequentent, vt q
rectè sapiunt, nulla ibi superstitiõ deuin-
cti teneatur. Et omninò nulla memoria mar-
tyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi
corpus, aut aliqua certè reliquiæ sint, aut vbi
origo alicuius habitationis, vel possessionis
vel passiois fidelissima origine traditur. Nã
quæ per somnia & per istas quasi reuelati-
ones quorũlibet hominũ vbiq; constitu-
untur altaria, omnimodè reprobentur.

15 Item placuit, ab imperatoribus glorio-
sissimis peti, vt reliquiæ idololatriæ non so-
lùm in simulacris, sed in quibuscunq; locis
vel lucis vel arboribus omnimodò deleatur.
Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis, su-
prà comprehensis in nostro Concilio
statutis, subscripsi. Similiter se-
ptuagintaduobus episcopi
subscripse-
runt.
FINIS.

CON-

CONCILIUM TOLE

TANVM PRIMVM NOVEMDECIM EPI- SCOPORVM, TEMPORE HONORII ET ARCHADII,

Stilicone consule habitum, Patrono Episcopo presidente, sub die septi-
mo Idus Septembris. Est Prouinciale, sed confirmatum
videtur autoritate Leonis Papæ.

Sub Anasta-
sio papa vel
circiter.

Toletũ, quæ nunc metropolis est Hispaniæ, cui-
usq; Archiepiscopus titulo Primatis insigni-
tur, à Plinio lib. 3. cap. 3. sub titulo Hispaniæ citerio-
ris collocatur. Hæc vrbs multis nominibus & diui-
tius clara, & religione clarissima, hoc etiã nomine
celebrior habetur, quòd tredecim cõcilia totius pro-
uinciæ in ea celebrata sint, fidem & bonos mores
concernentia.

TITVLI CANONVM

Concilij Toletani primi.

- De presbyteris & diaconibus, si post ordi-
nationem filios genuerint. 1
- Vt penitens, si necessitas cogat, lector aut
ostiarus fiat. 2
- De his, qui viduas acceperint, nè diacones
efficiantur. 3
- Vt subdiaconus, si defuncta vxore, aliã du-
xerit, ostiarus fiat. 4
- Vt si cuiuslibet ordinis clericus ad ecclesiam
non venerit, deponatur. 5
- Vt religiosa puella, virorum familiaritatem
in domo non habeat. 6
- Vt clericus cuius vxor peccauerit, præter ne-
cem, potestatem habeat distringendi eam,
& cum ea cibum non sumat. 7
- De eo, qui post baptismum militauerit, vt ad
diaconatum non permittatur. 8
- Vt nulla professa, vel vidua, absente sacerdo-
te, in domo sua sacerdotale officium vel
lucernale impleat. 9
- Vt nullus obligatum cuiquam, absque con-
sensu dñi vel patroni clericum faciat. 10
- Vt si quis potetum expoliauerit quemlibet,
& admonente Episcopo non reddiderit,
excommunicetur. 11
- Vt nullus clericus ab Episcopo suo recedat,
& ad alium se transferat. 12
- De his, qui Ecclesiam intrant, & non com-
municant, vt excommunicentur. 13
- De eo, qui acceperit Eucharistiam, & non
sumpserit, vt sacrilegus repellatur. 14
- De his, qui excommunicantur à sacerdotibus,
vt nullus ad eos accedat. 15
- Vt deuota, si adultera fuerit, decè annos pœ-
niteat. Si maritum duxerit, nõ permitten-
dam ad pœnitentiam, nisi maritus decef-
serit. 16
- De eo qui vxorem habet, si concubinam ha-
buerit, vt non communicet. 17
- Si vidua Episcopi, presbyteri vel diaconi,
maritum acceperit. 18
- Si sacerdotis vel diaconi filia religiosa pec-
cauerit, in sine tantum communicet. 19
- Vt nullus præter Episcopum chrisma conficiat. 20

De regulis fidei catholicæ contra Priscillia-
nos. 21

Conuenientibus Episcopis in Ecclesia
Toleto, id est, Patrono, Marcello, Ali-
ciano, Aphrodisio, Iocundo, Olympio, Se-
uero, Asterio, Hilario, Lãpadio, Eustochio,
Exuperantio, Sereno, Floro, Leporio, Aure-
liano, Lampadio, Leona, * Gallia, Lucentio,
Hic conuentus municipijs Celetis actus est. Ipsi sunt
qui & in alijs gestis aduersus Priscilliani sectatores
& heresim, quam adstruxerat, libellarem dedere
sententiam) confidentibus presbyteris, adsta-
tibus diaconibus, & ceteris, qui intererant
Concilio congregato, Patronus Episcopus
dixit: Quoniam singuli coepimus in Eccle-
sijs nostris facere diuersa, & indè tanta scan-
dala sunt, quæ vsque ad schisma perueniunt,
si placet, communi Cõcilio decernamus, qd
ab omnibus episcopis, in ordinandis clericis
sit sequendum. Mihi autem placet, constitu-
ta primitus Niceni Cõcilij perpetuè esse ser-
uanda, nec ab his esse recedendum. Vniuersi
episcopi dixerunt: Hoc nobis placet, itã vt si
quis, cognitis gestis Niceni Concilij, aliud
quàm statutũ est, facere præsumperit, & non
in eo perseuerandum putauerit, hic excom-
municatus habeatur, nisi per correptionem
fratrum emendauerit errorem.

Capitulum primum.

Placuit, vt diacones, si vel integri, vel ca-
sti sint, & cõtinentis vitæ, etiã si vx-
ores habeant, in ministerio constituantur, itã
tamen, vt si qui, etiã ante interdictũ, quod
per priores ante nos Episcopos constitutum
est, incontinenter cum vxoribus vixerint,
presbyterij honore non cumulentur. Si quis
verò ex presbyteris ante interdictum filios
susceperit, de presbyterio ad Episcopatum
non admittatur.

In dec. Iuo-
nis lib. 3.

2 Item placuit, vt penitentes nõ admit-
tantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut
vsus exegerit, & tunc inter ostiarios deputen-
tur, vel inter lectores, itã vt Euangelia aut
* Apostolũ non legant. Si qui autem antè or-
dinati sunt diacones, inter subdiacones ha-
beantur, itã vt manũ non imponat, nec sacra
contingant. Eum verò penitentem dici-
mus, qui post baptismũ, aut pro homicidio,
aut pro diuersis criminibus grauissimis que
peccatis, publicam pœnitentiam gerens, sub
concilio, diuino fuerit reconciliatus altario.

Dist. 50. Plac-
& in de. Iuo-
nis lib. 3.

3 Item constituit sancta synodus, vt le-
ctor fidelis, si viduam alterius vxorem acce-
perit, amplius nihil sit, sed semper lector ha-
beatur, aut fortè subdiaconus.

* epistolam

4 Subdiaconus autem, defuncta vxore,
xx 3 si

Epistolam

si vxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios vel lectores, ita vt Euangelium & Apostolum non legat: propterea, ne qui Ecclesie seruiert, publicis officijs seruire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum est, acceperit, absentus biennio, postea inter laicos, reconciliatus per poenitentiam, communicet.

5 Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesie deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villeg, si ad Ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus, per satisfactionem veniam ab episcopo noluit promereri.

6 Item que puella DEI nec familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut conuiuium sola adeat, nisi vbi sit seniorum aut honestorum, aut viduarum honestarum que frequentia, vbi honeste cofessor quilibet, cum plurimorum testimonio testium, conuiuium interesse possit. Cum lectoribus aut in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, nisi forte cofanguinea foror sit, vel vterina.

53. q. 2. Placuit, vt si quorumcunque clericorum vxores peccauerint, (ne forte licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem, praeter necem, custodiendi ac ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria, non mortifera, eas cogentes, ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia forte non habeant. Cum vxoribus autem ipsis, quae peccauerint, nec cibos sumant: nisi forte ad timorem Dei, acta poenitentia, reuertantur.

Dis. fr. Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconij non accipiat dignitatem.

9 Nulla professa vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore vel seruo suo faciat. Lucernarium vero, nisi in ecclesia, non legatur: aut si legatur in villa, praesente episcopo vel presbytero vel diacono legatur.

10 Clericos, si quidem obligati sint vel pro equatione, vel de genere alicuius domus, non ordinandos, nisi probatae vitae fuerint, & patroni consensus accesserit.

14. q. 3. Si quis de potentibus clericum, aut quelibet pauperem, aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus, vt audiatur, & is contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouincias episcopos, & quoscumque adire poterint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

11 Si quis de potentibus clericum, aut quelibet pauperem, aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus, vt audiatur, & is contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouincias episcopos, & quoscumque adire poterint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

12 Item, vt liberum nulli clerico sit, discedere ab episcopo suo, & alteri episcopo com

municare: nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat de haereticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communionem eorum vel palam, vel occulte cum eis, qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam iam notati, fuerint inuenti, habeant illorum, ad quos ire voluerint, etiam in damnatione consortium.

13 De his, qui intrant in Ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, ad moneantur. Quod si non communicant, ad poenitentiam accedat. Si communicant, non semper abstineatur. Si non fecerint, abstineatur.

14 Si quis autem, acceptam a sacerdote, eucharistiam non sumpserit, vel ut sacrilegus pro pellatur.

15 Si quis laicus abstinetur, ad hunc vel ad domum eius, vel clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus, si abstinetur, a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertinet ad eos clericos, qui eius sunt episcopi: & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abstinet, siue laico quolibet, siue clerico.

16 Deuotam peccantem, non recipendam in ecclesiam, nisi peccare desierit: & si desinens, egerit aptam poenitentiam decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in ecclesiam admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christiana mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam haec, quae eam receperit, habeatur absentia. Corruptorem etiam par poena constingat. Quae autem maritum acceperit, non admittatur ad poenitentiam, nisi adhuc ipso viuente marito, castè viuere coepit, aut postquam ipse decesserit.

17 Si quis habens vxorem fidelem & concubinam habeat, non communicet. Ceterum is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, a communionem non repellatur: tantum vt vnus mulieris, aut vxoris, aut concubinae (vt ei placuerit) sit coniunctio contentus. Alias viuens abijciatur, donec desinat, & ad poenitentiam reuertatur.

18 Si qua vidua episcopi aut presbyteri aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet: morienti tantum eius sacramentum subueniat.

19 Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia, si deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, si ea pater vel mater in affectu receperit, a communiōe habeat alieni, pater vero causas in Concilio nouerit se praestaturum. Mulier autem non admittat ad communionem, nisi marito defuncto egerit poenitentiam. Si autem viuente eo secesserit & poenituerit, nullo modo, nisi vita deficiet, accipiat communionem.

20 Quauis penè vbiq̄ custodiatur, vt absq; Episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quae in aliquibus locis vel prouincijs presbyteri

De cof. diff. 2. Hi qui intrant.

11. q. 3. Si quis laico abstinet.

27. q. 1. De uota peccati non. * voram

Dis. 34. It. Videat de concubina decretum Gratiani d. 34. c. omnibus, & c. cu glossa.

* vel petierit communionem, in vltimo accipiat.

* vt confessum possit occurrere

sbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit, ex hac die nullum alium, nisi episcopum, chrisma conficere, & per diocesim destinare, ita vt de singulis ecclesijs ad episcopum ante diem Paschae diaconi destinentur, aut subdiaconi, qui confectum chrisma ab episcopo destinatum, ad diem Paschae, possint ad tempus deferre. Episcopo sane, certum est, quod omni tempore licet chrisma conficere. Sinè

cofscientia autem episcopi nihil penitus presbyteri agere presumant. Statutum vero est, diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo, praesente vero non, nisi ab ipso fuerit praescriptum. Huiusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel praesentibus vel absentibus Episcopis suggerendam, vt eam & episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

Patronus episcopus subscripsi. Marcellus episcopus subscripsi. Afrodissius episcopus subscripsi. Alicianus episcopus subscripsi. Olympius episcopus subscripsi. Asterius episcopus subscripsi. Lapidus episcopus subscripsi. Serenus episcopus subscripsi. Tocidus episcopus subscripsi. Seuerus episcopus subscripsi. Leonas episcopus subscripsi. Hilarius episcopus subscripsi. Florus episcopus subscripsi. Leporius episcopus subscripsi. Exuperantius episcopus subscripsi. Aurelianus episcopus subscripsi. Eustochius episcopus subscripsi. Lampadius episcopus subscripsi. Ortygius Episcopus subscripsi.

Regulae fidei contra omnes haereses, quam maxime contra Priscillianistas, quas episcopi Tarraconensis, Carthaginiensis, Lusitani & Beticici fecerunt ex precepto papae Leonis, & ad Baileonium episcopum Galliciae transmiserunt. Ipsi etiam & supra scripta 20. Canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano.

ASSERTIO FIDEI EIVSDEM CONCILII.

CREdimus in vnum verum Deum, patrem omnipotentem, & filium, & spiritum sanctum, visibilem & inuisibilem factorem, per quem omnia facta sunt in caelo & in terra, vnum Deum, & vna esse diuinam substantiam Trinitatem. Patrem autem non esse filium ipsum, sed habere filium, qui pater non sit: filium non esse patrem, sed filium dei de patris esse natura. Spiritum quoque esse paracletum, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed a patre filioque procedens. Est ergo ingenuus pater, genitus filius, non genitus paracletus, sed a patre filioque procedens. Pater est, cuius vox haec audita est de caelis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: Filius est, qui ait: Ego a patre exiui, & a Deo veni in hunc mundum. Paracletus est spiritus, de quo filius ait: Nisi ego abiiero ad patrem, paracletus non veniet. Hanc Trinitatem personis distinctam, substantia vnitam, virtute & potestate & maiestate indiuisibilem, indifferente: praeter hanc nullam credimus diuinam esse naturam vel angelum, vel spiritum vel virtutem alicuius, quae Deus credatur. Hunc ergo filium Dei Deum natum a patre, ante omne omnino principium, sanctificasse vterum virginis Mariae, atque ex ea verum hominem, sine virili generatum semine, suscepisse, duabus duntaxat naturis, i. deitatis & carnis, in vnam conuenientibus omnino personam, i. Deum nostrum Iesum Christum. Nec imaginarium corpus aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum atque verum, hunc & euersisse & sitisse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse. Postremo a Iudaeis crucifixum, & sepultum, & tertia die resurrexisse. Conuersatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectione die ad caelum ascendisse. Hunc filium hominis, etiam filium Dei: & filium Dei, etiam hominis filium appellamus. Resurrectione vero futurae humanae credimus carnis, animam autem hominis non diuinam esse substantiam, aut Dei patris, sed creaturam dicimus Dei voluntate creatam. Si quis autem dixerit aut crediderit, a Deo omnipotenti mundum hunc factum non fuisse, atque omnia eius instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit, Deum patrem eundem esse filium vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, paracletum esse vel patrem vel filium, anathema sit. Si quis crediderit vel dixerit, carnem tantum sine anima, a filio dei fuisse susceptam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, Christum innascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatem nascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatem Christi conuertibilem fuisse vel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, alterum Deum esse praesae legis, alterum euangelicorum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit deus caelum & terram, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, animam humanam, Dei portionem vel Dei esse substantiam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, alias scripturas, praeter quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas vel esse venerandas, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatis & carnis vna in Christo esse naturam, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, esse aliquid, quod se extra diuinam Trinitatem possit extendere, anathema sit. Si quis astrologiae vel marthesi existimat esse creditum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, coniugia hominum, quae secundum legem diuinam licet habere, execrabilia esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, carnes autem seu pecudum, quae ad escam datae sunt, non tantum pro castigatione hominum abstinentias, sed execrandas esse, anathema sit. Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, vel aliquid in salutari baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

Matth. 3. b Marc. 1. b Luc. 3. d Ioan. 16. f Ioan. 16. b

Gene. 1. a

* licita habetur, * corporum abstinentias, * corporum hominum * salutaria

Explicit regula fidei catholice aduersus Priscillianistas.

Patronus episcopus subscripsi. Marcellus episcopus subscripsi. Aphrodisius episcopus subscripsi. Subscriperunt & alij episcopi, qui interfuerunt Concilio.

FINIS.

SEQVNTVR HIC ALIQVA CONCILIA in ciuitate Carthagine celebrata, breuiter hic annotata duntaxat per titulos, capitulis latius alibi exprimentis sub Bonifacio papa, in Concilio seruato tempore Honorij * 12, & Theodosij * 8.

Post consulum Flauij Stiliconis viri clarissimi, 14 Kalen. Iulias, Carthagine in basilica Restitutæ secretario, cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum DEI per Africam constitutarum,

& reliqua, quæ plenius habentur in Africano Concilio tempore Bonifacii primi.

TITVLI CAPITVLORVM, QVORVM iam autem immediatè metio facta est.

Quod nihil de Hipponensi Concilio sit emendandum. 1

Vt episcopi vel clerici non faciliè filios suos emancipent. 2

Vt episcopi vel clerici non ordinentur, nisi omnes suos fecerint Christianos. 3

Quod præter panem, & merum mixtum aqua, nihil in sacramentis offerri debeat. 4

Vt clerici vel continentes, ad viduas non accedant. 5

Vt princeps sacerdotum non appelletur episcopus. 6

Vt clerici tabernas, nisi peregrinationis causa, non ingrediantur. 7

Vt à ieiunijs Deo sacrificia celebrentur. 8

Vt in ecclesijs cõiuia minimè celebrentur. 9

De pœnitentibus. 10

De virginibus. 11

De ægotantibus, qui pro se respondere nõ possunt. 12

De passionibus martyrum. 13

De paruulis, qui apud Donatistas baptizati sunt. 14

De rebaptizationibus, & reordinationibus, vel translationibus episcoporum. 15

Quot episcopi ordinare debeat episcopus. 16

Quot addi debeant episcopi numero ordinatorum, si de ordinando episcopo fuerit contradictum. 17

Vt de ecclesia Carthaginis dies paschæ nunciatur. 18

De visitandis prouincijs. 19

Vt dioceses, nisi ex consensu episcopi proprii, episcopum non accipiant. 20

Vt alienus clericus minimè suscipiatur ab alio. 21

Vt Carthaginensi episcopo, vnde voluerit, clericum liceat ordinare. 22

Vt episcopi, qui in diocesisibus fuerint ordinati, diocesim sibi nullam vendicent. 23

Vt paruuli, apud Donatistas baptizati, in catholica ecclesia clerici ordinentur. 24

De reliquijs idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis. 25

Vt clerici de iudicij sui cognitione, non cogantur in publico dicere testimoniu. 26

De paganorum conuiujs auferendis. 27

De spectaculis, vt die Dominico vel cæteris sanctorum festiuitatibus minimè celebrentur. 28

De clericis damnatis. 29

De histrionibus Christianis factis. 30

De manumissionibus, vt in ecclesia celebrentur, ab Imperatore poscendum. 31

De Equitio damnato episcopo. 32

SEQVITVR ALIVD CONCILIVM, ANASTASII PAPÆ tempore seruatum.

In hoc concilio literæ leguntur Anastasij Romani pontificis, de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

Vincencio & Flabito viris clarissimis consulibus, Idibus Septembris Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum in concilio cõgregati, in ecclesia Carthaginei confedissemus ex Africanis omnibus prouincijs episcopi, id est, Aurelius eiusdè sedis episcopus cum collegis suis, quos eorum subscriptio manifestat, ait idem Aurelii episcopus: Recitatis epistolis beatissimi fratris & confacerdotis nostri Anastasij, ecclesiæ Romanæ episcopi, quibus nos paternæ & fraternæ charitatis sollicitudine ac sinceritate adhortatus est, vt de hæreticorum & schismaticorum Donatistarum insidijs & improbitatibus, quibus Africana ecclesiã catholicã grauerit vexat, nullo modo dissimulemus, gratias agimus Domino nostro, quod illi optimo ac sancto antistiti suo tam piè curã pro mēbris Christi, quantum in diuersitate terrarum, sed in vna cõpage corporis constitutis, inspirare dignatus est.

Capitula sequentia cum ijs quæ paulo superius habita sunt, continentur inseruatis in concilio Africano sub Bonifacio I. tollique hinc possent, nisi papa Anastasij suggestionem condidit fuisse ipsorum præfatio testaretur.

1 Vt cum Donatistis lenius agatur. 33

2 De literis mittendis iudicibus, vt ea, quæ inter Donatistas & Maximianistas acta sunt, innotescant. 34

3 Vt clerici Donatistarum, in ecclesia catholica suscipiantur in clero. 35

4 Vt legatio ad Donatistas, componendæ pacis gratia, dirigatur. 36

5 Qui clerici ab vxoribus debeant abstinere. 37

6 De his, quæ plebes proprias derelinquunt. 38

7 De infantibus baptizandis, quoties dubitatur, vtrum fuerint baptizati. 39

8 Diem paschæ & diem concilij, nunciandum. 40

9 Nè interuentor episcopus cathedram, vbi interuentor est, teneat. 41

*in ecclesia celebrâdis,

*Flauio

Anno Do. 408.

*eodem die minico

10 De defensoribus ecclesiarum ab Imperatoribus poscendis. 42

11 De Episcopis, qui ad concilia non occurrunt. 43

12 De Cresconio. 44

13 De ecclesia Hipponensi Diaretorũ. 45

14 De clericis, qui intra annum causam suam agere non procurauerint. 46

15 Vt de alieno monasterio susceptos, nec præpositos monasterij, nec clericos liceat ordinare. 47

16 De Episcopis, qui hæreticos vel paganos hæredes instituunt. 48

17 De manumissionibus. 49

18 De falsis memorijs martyrum. 50

19 De idolorum reliquijs extirpandis. 51

20 Vt ab episcopo Carthaginei, cum opus fuerit, omnium episcoporum nomine dicentur & subscribantur epistola. 52

DECRETA INNOCENTII PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

Innocentius natione Albanens, ex patre Innocentio, sedit annis xv, mensibus duobus, diebus xxxj. Hic constitutum fecit de omni ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudeis, & de paganis. Et multos Cataphrygas inuenit, quos in exilio monasterij relegauit. Hic inuenit Pelagium & Cælestium hæreticos, & damnauit eos. Et hoc constituit, vt qui natus fuerit de Christiana, denuò nasci debeat per baptismum, hoc est, baptizari, quod Pelagius damnabat. Eodem tempore dedicauit basilicã sanctorum Geruasij & Protasij ex deuotione testamenti cuiusdam illustris femina Vestinæ, laborantibus presbyteris Vrsicino & Leopardo, ac diacono Libyano. Quæ femina supra scripta testamenti paginam sic ordinauit, vt basilica sanctorum martyrum, ex ornamentis & margaritis, venditis iustis existimationibus, construeretur. Et constructa est vsque ad perfectum. In quo loco beatissimus Innocentius ex delegatione illustris feminae Vestinæ, titulum Romanum constituit. Et in eadem domo obtulit patenas argenteas duas, pensantes singulæ libras 20. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras 20. Coronas argenteas 12, pensantes singulæ libras 15. Farum cantharũ vnum, pensans libras 22. Cerostrota argentea 4, pensantia singula libras 25. Turrim argenteam cum patena & columbam deauratam, pensantem libras 30. Ad ornatum baptisterij, ceruum argenteum, fundentem aquam, pensantem libras 15. Vas ad oleum chrisimatis argenteum, pensans libras quinq;. Vas aliud ad oleum exorcizatum, pensans libras quinq;. Patenas duas ad chrisma, pensantes singulæ libras tres. Scyphum argenteum anaglyphum, pensantem libras decem.

Scyphum alium argenteum, pensantem libras decem. Calices argenteos quinq; pensantes libras tres. Calices argenteos baptismi numero tres, pensantes singuli libras 2. Aquamaniles argenteos, pensantes libras 16. Fara canthara area 16, pensantia singula libras decem. Fara cathara area cerostrota in gremio basilicæ numero 20, pensantia singula libras 40. Domo iuxta basilicam Libyanam, prestantes solidos octoginta quinq;, & tremissem. Balneum in eodem iuxta templum Mamuri, prestans solidos 32. Domo in diuum salutis balneata, prestans solidos septem, & tremissem. Possessionem Sarras in Clusino territorio, prestantem solidos 71, & tremissem. Possessionem Corbianam in territorio Clusino, prestantem solidos 79. Possessionem Fundanensem in territorio Fundano cũ adiacentibus attiguis 15, prestantem solidos 181, & tremissem. Possessionem Figlinam in territorio Casinate, prestantem solidos 58, & tremissem. Possessionem Amadini, quam donauit illustris femina Vestina consobrina suæ in territorio Veientano, prestantem solidos 46, & tremissem. Possessionem Antonianam in territorio Clodiano, prestantem solidos 62. Domo Emeriti in cluo Mamuri, intra urbem Romam iuxta basilicam, prestantes solidos 62. Domo in diuum Patricij arbitata. Domo iuxta basilicam in vico longo, qui cognominatur ad lacum, prestantes solidos 82. Domo ad cathedram lapideam Florianam, prestantes solidos 58. Pistrinum in vico longo, qui cognominatur Castoriani, prestans solidos 61. Balneum in vico longo, qui cognominatur Templum, prestans solidos quadraginta. Siliquas 3. Vincias Portæ Nomentanæ, prestans solidos 22, & tremissem. Hic constituit sabbato ieiunium celebrari, quia sabbato Dominus in sepulcro positus est, & discipuli ieiunauerunt. Hic constituit basilicam sanctæ Agnetis martyris, à presbyteris Leopardo & Paulino, sollicitè ac dignè gubernari & tegi & ornari. Et ex dispositione Vestinæ, tituli supra dicti presbyteris est concessa potestas. Hic fecit ordinationes quatuor in vrbe Roma mensem Decembrem, presbyteros triginta, diacones quindecim, Episcopos per diuersa loca 54. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Priscillæ, ad vrsu pilaatũ, 5. Kalendas Augusti. Et cessauit episcopatus dies 22.

TITVLI CANONVM SEQVENTIS epistolæ Innocentij papæ primi.

De pacis osculo dando post confecta mysteria. 1

De nominibus ante precem sacerdotis non recitandis. 2

Quod non debeant baptizati, nisi ab episcopo, consignari. 3

Quod ritè omni sabbato ieiunetur. 4

De fermento, quod ciuitatis statim presbyteris dirigatur. 5

De

*illustris femina Vestina.

*mamortina

*urbiana.

*lxxxii.

*Locus obsecurus.

*Iulij.

De energumenis baptizatis. 6
De poenitentibus. 7
De Epistola sancti Iacobi apostoli, in qua pro infirmis orari praecipitur. 8

EPISTOLA REGVLARIS INNOCENTII PAPAE

prima, ad Decennium Eugubinum episcopum.

Innocentius Decentio episcopo Eugubino salutem. Si instituta Ecclesiastica, vt sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent seruari Domini sacerdotes, nulla diuersitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum vnusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc estimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel ecclesijs aut teneri, aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis: qui dum nesciunt traditiones antiquas, humana praesumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non conuenire, aut ab apostolis, vel ab apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non aduertat, id, quod a principe Apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliud accipere videatur exemplum? praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores, constituerint sacerdotes? Aut legat, si in his prouincijs alius Apostolorum inuenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse, non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videatur omittere. Saepe dilectione tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in Ecclesia conuenisse, & quem morem vel in consecrandis mysterijs, vel in caeteris agendis arcanis teneat, cognouisse, dubium non est. Quod sufficere ad informationem Ecclesiae tuae vel reformationem, (si praescessores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt) satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. Quibus idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed vt maiori auctoritate vel tuos instituas, vel si qui a Romana Ecclesiae institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas, vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut austerius Ecclesiae quam Romanae, existimant consuetudinem esse seruandam.

Capitulum I.

Pacem ergo asseris ante consecrata mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere, cum post omnia, quae a pe-

Di. n. Quis enim nesciat...

De. co. di. 2. Pacem igitur.

rire non debeo, pax sit necessariò indicenda, per quam constet, populum ad omnia, quae in mysterijs aguntur, atque in ecclesia celebrantur, praebuisse consensum, ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstratur.

2 Denominibus vero recitandis, antequam precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendat, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, vt, cuius hostiam necdum Deo offeras, eius antequam nomen in sinu, quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandae, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, vt inter sacra mysteria nomenclantur, non inter alia, quae antequam mittimus, vt ipsi mysterijs viam futuris precibus aperiamus.

3 De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio, quam ab Episcopo, fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Haec autem pontificibus solis deberi, vt vel consignent, vel paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quae asserit, Petrum & Ioannem esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra Episcopum, seu praesente Episcopo baptizant, chrismate baptizatos ungerere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.

4 Sabbato vero ieiunandum esse, ratio euidens demonstrat. Nam si diem Dominicum, ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum praetermittere non debemus, quod inter tristitiam atque letitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat, Apostolos biduo isto & in mero re fuisse, & propter metum Iudeorum se occuluisse. Quod utique non dubium est, tantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio ecclesiae habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrari: quae utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putat, semel atque vno sabbato ieiunandum, ergo & dominica, & sexta feria semel in pascha erit utique celebranda. Si autem Dominici diei & sextae feria per singulas hebdomadas reparanda imago est, demeritis est, bidui agere consuetudinem sabbato praetermissio, cum non disparem ha-

De co. di. 2. De nominibus recitandis.

Acto. 8. f. De co. di. 4. presbyteris

De co. di. 3. Sabbato vero. in decret. Ieronis lib. 2.

Ican. 20

habeat causam, a sexta videlicet feria, in qua dominus passus est, quoad & ad inferos fuit, vt tertia die resurgens, redderet latitiam post biduanam tristitiam praecedentem. Non ergo nos negamus sexta feria ieiunandum, sed dicimus & sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam Apostolis, vel his qui Christum sequuti sunt, indixerunt. Qui die Dominico exhilarati, non solum ipsum festiuissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.

5 De fermento vero, quod die Dominica per titulos mittimus, superfluum nos consilere voluisti, cum omnes Ecclesiae nostrae intra ciuitatem sint constitutae, quarum presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam, nobiscum conuenire non possunt, idcirco fermentum, a nobis consecratum, per acolythos accipiunt, vt se a nostra communione, maxime illa die, non iudicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia ne longè portanda sunt sacramenta: nec nos per coemeteria diuersa constitutis presbyteris destinamus, & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant atque licentiam.

6 De his vero baptizatis, qui postea a demonio, vitio aliquo aut peccato interueniente, corripuntur, quae sunt dilectio tua, si a presbytero vel diacono possint aut debeant consignari: quod hoc nisi Episcopus, praecipere non licet. Nam ei manus imponenda omnino non est, nisi Episcopus auctoritate dederit id efficiendi. Vt autem fiat, Episcopi est imperare, vt manus ei vel a presbytero, vel a caeteris clericis imponatur. Nam quomodò id fieri sine magno labore poterit, vt longè constitutus energumenus, ad Episcopum deducatur, cum, si talis casus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Episcopum, nec referri ad sua facile possit?

7 De poenitentibus vero, qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus poenitentiam gerunt, si nulla interueniat aegritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanae ecclesiae consuetudo demonstrat. Caeterum de pondere estimando delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem poenitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sanè si quis aegritudinem inciderit, atque vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus paschae relaxandum, ne de seculo absque communione discedat.

8 Sanè quoniam de hoc sicuti de caeteris, consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Celestinus diaconus in epistola sua, esse a tua dilectione positum illud, quod in beati Apostoli Iacobi epistola conscriptum est: Si infirmus aliquis in vobis est, vocet presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei

saluabit laborantem, & suscitabit illum Dominus: & si peccata fecit, remittet ei. Quod non est dubium, de fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quo ab Episcopo consecrato, non solum sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua aut suorum necessitate unguendo. Caeterum illud superfluum videmus adiectum, vt de Episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Caeterum, si Episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquem a se visitandum, & benedicere & tangere chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam poenitentibus istud infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quae tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respondere curauimus, vt Ecclesia tua Romanam consuetudinem, a qua originem ducit, seruari valeat atque custodire. Reliqua vero, quae scribi fas non erat, quum adueris, interrogati, poterimus edicere. Erit autem Domini potentia, etiam id procurare, vt & tuam ecclesiam, & clericos nostros, qui sub tuo pontificio diuinis famulantur officijs, bene instituas, & alijs formam tribuas, quam debeant imitari. Data xiiii. Kalendarum Aprilis, Thodosio Augusto septies, & Palladio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA SECUNDA EIVSDEM INNOCENTII PAPAE AD VICTRICIUM ROTHOMAGENSEM EPISCOPUM.

CAPITVLVS EIVSDEM EPISTOLAE.

- 1 Quod extra conscientiam metropolitani non sunt ordinandi episcopi.
- 2 De his, qui post baptismum cingulum militiae secularis acceperunt, non debere ad clericatus ordinem admitti.
- 3 De causis clericorum, quae in prouincia iustae non finiuntur, vt ab Apostolica sede terminentur.
- 4 De vxoribus clericorum, vt virginibus socientur, & secundam non ducant vxorem.
- 5 Vt, si laicus viduam duxerit, clericus non ipsa fiat.
- 6 Vt clericus non sit, qui secundam duxerit vxorem.
- 7 Vt alterius clericum nullus Episcopus ordinare vsurpet.
- 8 Vt non rebaptizentur, qui a Nouatianis vel Montensibus veniunt.
- 9 Vt sacerdotes & Leuitae cum mulieribus cohaerere non debeant.
- 10 Vt monachus, si clericus factus fuerit, propositum suum seruari debeat.

* ad vngendum. Di. 95. Illud superfluum.

De co. di. 3. De poenitentibus vero.

Iacob. 5. c.

Vt ex curialibus clericus non fiat, propter voluptates, quas à diabolo inuentas, exhibere compellitur. **11**
 De virginibus sacris, si lapsæ fuerint, vel publicè nupserint. **12**
 De virginibus non velatis, si deuauerint. **13**

Innocentius Viatoris Episcopo Rothomagensi, salutē. Etsi tibi, frater charissime, pro merito & honore sacerdotij, quo plurimum polles, viuendi & docēdi secundum ecclesiasticas regulas nota sunt omnia, neque est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur, tamen quia Romanæ Ecclesiæ normam atque auctoritatem magnoperè postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum probabiliū disciplinas, annexas literis meis misi, per quas aduertant ecclesiarum regionis vestrę populi, quibus rebus & regulis Christianorum vita, in sua cuiusque professione debeat contineri, qualisque seruetur in vrbe Romæ Ecclesijs disciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & confacerdotes nostros, qui in illis regionibus proprijs ecclesijs præsidēt, regularum hunc librum, quasi didascalicum atque admonitorem, sedulò insinuare, vt & nostris cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docēdi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, faciliè poterunt ex bona imitatione supplere.

Hęc vsq; ad ca. x. habent suprà in epistola Siriciij papæ, sed contra Gai.

Ephes. 5. f. Incipiamus ergò, adiuuante D.E.O & sancto Dei apostolo Petro, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cepit exordium, vt quoniam sepè plures emerferunt cause, quę in aliquantis non erant cause, sed crimina, vt deceterò sollicitudo sit vnicuique sacerdoti in sua ecclesia, curam huiusmodi habere, sicut beatus Apostolus Paulus prædicat, talem ecclesiam Deo exhibendam, nõ habentem maculam aut rugam, nè alicuius morbida ouis afflatu conscientia nostra cõtaminata violetur.

Propter eos igitur, qui vel ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, & multa non præsumenda præsumunt, rectè postulasti, vt in illis partibus istiusmodi, quam tenet ecclesia Romana, forma seruetur. Non quòd noua præcepta aliqua imperentur, sed ea, quę per desidia aliquorũ neglecta sunt, ab omnibus obseruari cupiamus, quę tamen Apostolica & patrum traditione sunt constituta. Scriptum est nãque ad Thessalonicenses, Paulo morante: State, & tenere traditiones nostras, quas tradidimus vobis, siue per verbum, siue per epistolam. Illud certè debet tuam mentem vehementer excitare, vt ab omni labe seculi istius immunis, ante D.E.I conspectum securus inueniaris. Cui multum enim creditur, plus

Theff. 2. 2. d. 1. Timo. 4. 2. Timo. 3. d.

ab eo exigitur vsura pœnarum. Ergò, quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi cogimur præstare rationem, disciplina deifica populum erudire debemus. Quosdam enim asseris extitisse, qui statuta Maiorum non tenentes, castitatem ecclesiæ sua presumptione violârunt, populi fauorem sequentes, & D.E.I iudicium non tenentes. Ergò nè filëtio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino, Videbas furem, & currebas cum eo, hæc sunt, quę deinceps intuitu diuini iudicij, omnem catholicum episcopum expedit custodire.

Psal. 49.

Capitulum I.

Primum, vt extra conscientiam metropolitani episcopi, nullus audeat ordinare episcopum. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur. Nec vnus episcopum ordinare præsumat episcopum, nè furtiuum præstitum beneficium videatur. Hoc enim & à synodo Nicena cõstitutum est atque definitum.

Di. 64. Extra cõscien. Nicææ synodi cap. 4.

2 Item si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clericatum admitti omninò non debeat.

Nicææ synodi cap. 11.

3 Si quę autem causę vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis, quàm etiã inferioris fuerint exortę, vt secundum Synodum Nicenam, congregatis eiusdem prouinciæ Episcopis, iurgium terminetur. necalicui liceat, (Romanæ ecclesiæ, cuius in omnibus causis debet reuerentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia D.E.I ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. Quod si quis fortè præsumpserit, & ab officio clericatũ submotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autẽ maiores causę in medium fuerint deuolutę, ad sedem Apostolicam, sicut synodus statuit & beata consuetudo exigit, post iudicium Episcopale referatur.

11. q. 1. Siq; causę vel.

Nicææ synodi cap. 5. 3. q. 6. Non liceat.

4 Vt viduam clericus non ducat vxorem: quia scriptum est, Sacerdos vxorem virginẽ accipiat, non viduam, non ciectam. Vti quẽ, qui ad sacerdotium labore suo & vitæ probitate contendit, cauere debet, nè hoc præiudicio impeditus, peruenire non possit.

Leuit. 21. c. Ezech. 44. f.

5 Vt si quis viduam, licet laicus, duxit vxorem, siue ante baptismum, siue post baptismum, non admittatur ad clerũ, quia eodem videtur vitio exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptę vxoris confortium relaxatur.

34. dist. Si quis viduam, licet

6 Nẽ is, qui secundam duxit vxorem, clericus fiat: quia scriptum est, Vnius vxoris virum. Et iterum: Sacerdotes mei semel nubant. Et alibi: Sacerdotes mei non nubant amplius. Et si ab aliquibus existimatur, ante baptismum si fortè quis accepit vxorem, & ea de seculo recedẽte, alterã duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errant à regula: quia

1. Tim. 3. 2. Tit. 1. b.

in

in baptismo peccata remittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur: quum vtiq; vxor ex legis præcepto ducatur, intantum, vt & in paradiso quum patentes humani generis coniungerentur, ab ipso Domino sint benedicti, & Salomon dicat, A Deo preparabitur viro vxor. Quam formam etiã sacerdotibus omnes seruare, vsus ipse demonstrat ecclesiæ. Satis enim absurdum est, aliquid credere, vxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari, quum benedictio, quę per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis, à Deo antiquitus institutę, doceatur. Quòd si non putatur vxor esse computada, quę ante baptismum ducta est: ergò nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filijs habentur.

Gen. 1. d.

Prou. 19. c.

dist. 34. si quis viduam.

Dist. 71. De aliena.

Nicææ synodi 16. & 17. cap.

Dist. 31. Tenere deb.

Leuit. 11. 5. 10. b.

Luc. 1. a.

Leuit. 21. c.

Num. 16. a.

1. Cor. 7. b.

Tit. 1. d.

natis autem & infidelibus nihil mundum? Sed fortè licet hoc credit, quia scriptũ est, Vnius vxoris vitum: non permanentem in concupiscentiã generandi, dixit, sed propter futuram continentiam. Neq; enim integros corpore non admittit, qui ait, Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego. Quòd apertius declarat, sic dicens: Qui autẽ in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

1. Tim. 3. a. Tit. 1. b.

1. Cor. 7. b.

Rom. 8. b.

16. q. 1. De monachis.

10 De monachis, qui diu morãtes in monasterijs, si postea ad clericatũ ordinẽ peruenierint, nõ debere eos à priore proposito deuare. Aut em, sicut in monasterio fuit, & quòd diu seruauit, id in meliori gradu positus, amittere nõ debet: aut si corruptus, postea baptizatus, & in monasterio sedens, ad clericatũ ordinẽ accedere voluerit, vxorem omninò habere nõ poterit: quia nec benedici cũ sponsa potest, iam antè corruptus. Quę forma seruatur in clericis, maxime quũ vetus regula hoc habeat, vt quisquis corruptus baptizatus, clericus esse voluisset, sponderet se vxorem omninò non ducere.

dist. 51. Præterea terea frequenter.

11 Præterea, frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales vel quibũlibet publicis functionibus occupatos, clericos facere cõtendunt, quibus postea maior tristitia, quum de reuocãdis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia de adscitis nascitur. Cõstat enim, eos in ipsis munijis etiã voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas esse, non dubium est, & ludorum vel munerũ apparatibus aut præesse, aut interesse. Sit certè in exemplum sollicitudo & tristitia fratrum, quam sæpè pertulimus, Imperatore præsentem, cum pro his sapius rogarem, quã ipse, nobiscum positus, cognouisti, quibus non solũ inferiores clerici ex curialibus, verum etiã iam in sacerdotio constituti, ingens molestia, vt redderentur, instabat.

27. q. 1. eum Christo spiritualiter.

12 Item quę Christo spiritualiter nupserunt, & velari à sacerdote meruerunt, si postea vel publicè nupserint, vel se clãculò corruerint, admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de seculo decesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quęcunque, viuente viro, alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentię licentia cõcedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda est, quę antè immortali se sponso cõiunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?

27. q. 1. ne uere nõ nõdũ.

13 Hęc verò, quę necdũ sacro velamine tectę, tamen in proposito virginali semper se permanere promiserant, licet velatę non sint, si fortè nupserint, his agenda ali quanto tempore pœnitentię est, quia sponsio earum, à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei cõtactus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerit, solui sinẽ vindicta non debet?

yy

debet? Nam si Apostolus Paulus, quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quæ magis virgines, quæ actionis suæ fidem minimè seruauerunt? Hæc itaq; regula, frater charissime, si plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei sacerdotibus obseruata, cessabit ambitio, dissensio conuiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuienti: sed manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur, veritas spiritali seruire flagrabit, pax prædicata labijs, cum voluntate animi concordabit. Implebitur & dictum Apostoli, vt vanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentione nobis, neq; per inanem gloriam vendicantes, non hominibus, sed Deo nostro saluatori placentes, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen. Datum 15. Kalendas Martij, Honorio Augusto 6. & Arifoneto viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA EIVSDEM TERTIA ad Exuperium Tholosanum Episcopum.

- 1 De incontinentia sacerdotum vel Leuitarum.
- 2 De his, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus sunt dediti, & in ultimo penitentiam poscunt.
- 3 De administratoribus vel iudicibus secularibus.
- 4 Quod viri cum adulteris vxoribus non conueniant.
- 5 Quod, qui preces vel crimina dicant, habeantur immunes.
- 6 Quod hi qui, intercedente repudio, diortium pertulerunt, si se nuptijs alijs iunxerint, adulteri esse monstrantur.
- 7 Qui libri in canone recipiantur.

Innocentius Exuperio episcopo Tholosano salutem. Cõsulerenti tibi, frater charissime, quid de proposita specie vnaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ, quæ sunt visæ, respondi, quid sequendum, vel docilis ratio persuaderet, vel autoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua, institutum sequuta prudentium, ad sedem Apostolicam referre mauluit, quid de rebijs custodire deberet, potius quàm vsurpatione præsumpta, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus, discere aliquid, quàm omnino nescire? Mihi quoquè ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus, ad proposita respondere compellor: eo quæ sit, vt semper aliquid addiscat, qui postulat vt doceat. Proponam igitur singula, subiiciamq; responsum.

CAP. PRIMVM.

Proposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse aut

fuisse, generati filij prodiderunt. De his, & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricij episcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes, in officijs talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admitterentur accedere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis autoritas, iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos, sibi vendicent diuina ministeria, neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium, quia scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester. Quibus vtique, propter sobolis successione vxorius vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi sacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel à sacrificijs diuinis, vel à baptismatis officio vacent? Nam si beatus Paulus Apostolus ad Corinthios scribit dicens, Abstinetes vos ad tempus, vt vacetis orationi: & hoc vtique laicis præcepit: multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quòve merito exaudiri se credit, quum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Sed forsatis hoc licere credit, quia scriptum est, Vnius vxoris virum. Non de permanente in concupiscentia generandi, hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admittit, qui ait: Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego. Quod & apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, DEO placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu. & habentem filios, non generantem, dixit. Sed ea planè dispar & diuersa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplina, quæ ab episcopo Siricio ad prouincias commeuit, non probabitur peruenisse, his ignorantibus venia remittitur, ita vt decetero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus, in quibus inuenti fuerint, sic retentent, vt eis non liceat ad potiora conscedere. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi, missam à Siricio, detegentur, neque statim cupiditates libidinis abiectis, illi sunt modis omnibus submouendi: quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

2 Et

dist. 28. Proposuit. Et in dec. luo. lib. 3.

21. q. 4. Quæ sit etiam super his.

Rom. 13. a. b.

21. q. 5. Christiana religio ad.

23. q. 4. Illud etiam sciscitari.

2 Et hoc quæsitum est, quid de his obseruari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti, in extremo sine vitæ suæ, penitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior, durior: posterior, interueniente misericordia, inclinatio est. Nam consuetudo prior tenuit, vt concederetur eis penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebre persequutiones essent, nè communionis concessa facilitas, homines de reconciliacione securos, non reuocaret à lapsu, negata merito communioni est, concessa penitentia, nè totum penitus negaretur. & duriores remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem ecclesijs suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, nè Nouatianis hæretici, negantis veniã, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuetur ergo cum penitentia extrema communio, vt homines huiusmodi vel in supremis suis, permitte saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.

3 Quæsitum etiam est super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormentis sola exercuerunt, aut etiam capitale protulere sententiam. De his nihil legitur à maioribus definitum. Meminerant enim, à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permillum, & Dei esse ministrum, vindicem in huiusmodi datum. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita, vt hætenus seruatum est, sic habemus, nè aut disciplinam euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda, gesta sua omnia seruabuntur.

4 Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri, cum adulteris vxoribus nõ conueniant, cum contra vxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in vtroq; sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres nõ facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberi vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt: & idè mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui vtique submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conuiescit.

5 Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, vtique post baptismi regeneratione, à principibus postere mortè alicuius, vel sanguinè de reatu, quã rem principes nõquã sine cognitione con-

cedunt, sed ad iudices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, vt causa cognita vindicentur. Quæ cum quæsitore fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio, pro negocij qualitate, profertur. Et dum legum in improbos exercetur autoritas, erit dictator immunis.

6 De his etiam requisuit dilectio tua, quæ interueniente repudio, alij se matrimonio copularunt, quos in vtraq; parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore viuente, quauis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neq; possunt adulteri non videri, intantum, vt etiam hæ personæ, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commississe videantur, secundum illud quod legitur in Euangelio: Qui dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, mæchatur. Similiter & qui dimissam duxerit, mæchatur. Et idè tales omnes à communionem fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi in centores illiciti consortij fuisse detegantur.

7 Qui verò libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, breuis annexus ostendit. Hæc sunt ergo, quæ desiderata moneri voce voluisti: **Mosis libri quinq;** id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Iesu Nane vnus, & Iudicum vnus, & Regnorum libri quatuor, simul & Ruth, Prophetarum libri sexdecim, Salomonis libri quinque, Psalterium. Item historiarum, Iob liber vnus, Tobia vnus, Hester vnus, Iudith vnus, Machabæorum duo, Esdræ duo, Paralipomenon duo. Item noui testamenti: Euangeliorum libri quatuor, Pauli Apostoli epistolæ quatuordecim, epistolæ Ioannis tres, epistolæ Petri due, epistola Iudæ, epistola Iacobi, Actus Apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Cætera autem, quæ vel sub nomine Matthiæ, siue Iacobi minoris, vel sub nomine Petri & Ioannis, quæ à quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andree, quæ à Nexo charide & Leonide philosophis, vel sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudiana, verum etiam noueris esse damnanda. Datum 10. Kalen. Martij, Stilicone secundo & Anthemio viris clarissimis consulibus.

EIVSDEM EPISTOLA QVARTA, ad Felicem Nucernanum episcopum.

- 1 Si quis volens, partem sui corporis amputauerit, clericus esse non potest: nolens autem, potest.
- 2 Quod digami ad clerum admitti non possunt.
- 3 Qui de Laicis ad clerum non debeant promoueri.
- 4 Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic aperte concubina prohibetur.
- 5 De temporibus in clero immorandi.

yy 2 Inno-

Matth. 19. b & cap. 5. c

Innocentius Felici episcopo Nucetano. Mirari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta Maiorum, omniaque, quae possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, ut consulti videlicet sedes apostolica, ex ipsis rebus dubijs, certum aliquid faciendum pronunciet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memoriam canonum approbamus. Scripsisti ergo, quod d' feruore fidei quo polles, & amore sanctae plebis, vel reparaueris ecclesias Dei, vel nouas quasque construxeris: sed in his clericos, quos constituas, non habere: aliquos vero * multos, aliquos digamos esse. Ad quod stupuimus, prudentem, virum de his voluisse consulere, quae omnibus sunt certa ratione coperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus, sed in alijs forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

CAPITVLVM PRIMVM.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contingit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos canones praecipunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abijci. In illis enim voluntas iudicata est, quae sibi ausa fuerit ferrum iniicere, quod scilicet & alij id facere dubitari non possit: in istis vero casus veniam meruit.

De digamis autem nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli, vnius vxoris vxrum, ad sacerdotium siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea, quae habuerit ante vxrum, licet defunctus sit, tamen si clericus postea fuerit copulata: clericus, qui eam accepit, esse non poterit: quia in lege cautum est, Non viduam, non abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeat. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt: sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam saepius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est, propter tribulationem, quae saepe de his ecclesiae prouenit.

Laici vero, qui habentes vxores, baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis iuncti sint, aut monasterijs, ex quo baptizati sunt, haerint, & si non concubinam, non pelli-

*marcos
*murgos

Dist. 55. qui
partem.
nic. 17. ca.

*vindicata
*dubitare
no possunt.

1. Tim. 3. a
Tit. 1. b

Lenit. 27. e

dist. 51. v. c. f.
gnata sunt.

for. * sed
fieri

dist. 33. laici
qui habentes

cem nouerint, si in bonis operibus vigilaerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

Ita sane, ut in eos tempora a maioribus constituta, seruentur. Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat: quia in minoribus officijs si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium posthac, emensis stipendiorum meritis veniant, nec praeripiant, quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa diffinitione monstratum est, qui debeant admitti, qui uere probari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficiu praestare velimus, tales inuenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scandalum, nec erubescere valeamus.

EPISTOLA EIVSDEM V.

De his qui in presbyterio filios genuerunt, ut ab officio remoueantur.

Innocentius Maximo & Severo episcopis per Britios. Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri haec a pontifice, satis est indecorum, maxime quum a laicis religiosis viris & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus huiusmodi, qualem querelam detulerit, libelli eius series annexa declarat. Qui zelo fidei & disciplinae ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrassent dicuntur, iubebitis in medio collocari: discussisq; obiectionibus, quae ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint, a sacerdotali remoueantur officio: quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt: atque alieni efficiantur a ministerio, quod viuendo illicitate polluerunt. Miramur autem haec eorum dissimulare episcopos, ut aut conuincere, aut nescire esse illicita iudicentur.

EPISTOLA EIVSDEM VI.

Quod pccitentium nullus ad clericum possit admitti.

Innocentius Agapito, Macedonio, & Mauriano episcopis Apulis. Multa in prouincia contra canones ecclesiasticos, decretaque Maiorum vsurpari a plurimis, & relationes diuersorum, & suggestiones fidelissimae retulerunt, quae quidem possent facile rescari, si episcopi in his non inuenirentur auctores. Qui dum aut amicis, aut obsequentibus gratiam praestare nituntur, religionem violant,

Dist. 50. Ca
nones apud
Niceam.
Cap. 10. Nic.
concilij.

*Brutios

dist. 81. uul
milianus.

35. q. 9. Gra
uenon.

* illius, qui
primo iudi
cauit, pcc
nitentia

* talia for
tiantur.

lant, ordinesque corrumpunt. Ac sic euenit, ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad clericum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mereantur: sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est. Modestum quendam, multis criminibus inuoluntum, propter quae etiam poenitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem eum tendere: quum canones apud Niceam constituti, poenitentes etiam ab infimis officijs clericorum excludant. Et ideo, fratres charissimi, perspecto tenore libelli, eum iubete praesentari: ac si uere conuiderit, talem, qualem libellus affirmat, non solum ab episcopatus ambitione, sed etiam a clericatus remoueatur officio.

EPISTOLA EIVSDEM VII.

De Bubalio & Tauriano damnatis a prouincialibus episcopis, quorum sententiam sedes Apostolica retractare curauit.

Innocentius Rufo, Gerontio, Sophronio, Flauiano, Macedonio, Prosdotio, & Orifteo episcopis per Macedoniam constitutis. Mora coepiscoporum nostrorum Maximiani & Eumenij, vel potius importunitas temporum fecit, ut vos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos infurgeremus. Sed, ut possum, paucioribus uerbis tantorum malorum imitabor compendium, & strictum, quae in volumine literarum uestrarum conspexerim, retractabo. Graue non oportuit uideri pijsimis mentibus uestris, cuiuscunq; retractari iudicium: quia ueritas exagitata saepius, magis splendescit in luce: & pernicies reuocata in iudicium, grauius & sine poenitentia condemnatur. Nam fructus diuinus est, iustitiam saepius recenserit, fratres charissimi. Verum illud uideo mouisse animos uestros, quod in multis Bubalius saepe fallacijs deprehensus, obiecerit exemplaria fictarum quasi a nobis literarum, quum pro consuetudine hominis nihil, quod proferret, iam fide dignissimum uideretur. Sed fileatur omne iam de tali negotio murmur, & conuicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores literas, quas per memoratos Episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum sententia designata est, ut dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac causa, de caetero repetatis. Hanc autem paginulam nostram sollicitius, credentibus sibi episcopis, relegendam mittite, ut sciant plenissime, quid sit de Bubalio & Tauriano, caeterisque pronunciatum, ut seruent, qui digni admonitione sunt, cauere a talibus, ne talibus foeculentur.

EIVSDEM EPISTOLA VIII.

De inuasionem parochiae alterius, vel determinis minime transferendis.

Innocentius Florentio episcopo Tiburtinensi. Non semel, sed aliquoties clamat scriptura diuina, Transferri non oportere terminos, a patribus constitutos: quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter inuadat: quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Vrsus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam siue Felicientem parochiam, ad suam dioecesim a maioribus pertinentem, inuasisse te, atque illic diuina celebrasse mysteria, inconsulto eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si uerum est, non leuiter te culpam incurrisse cognoscas. Unde si declinare cupis tantae usurpationis inuidiam, nostris literis admonitum te conuenit abstinere. Certum si aliquid tibi credis iustitiae suffragari, integris omnibus, & in pristino statu manentibus, post dies venerabiles paschae adesse debebis, ut memoratis possis intentionibus respondere: partibusque in medio collocatis, quid antiqitas aut ueritas habeat, inquiramus.

Deut. 19. d
& 27. c
Prou. 22. c

EIVSDEM EPISTOLA IX.

De eo, cuius de captiuitate reuersa est uxor, ut eam recipiat: altera, quam duxerat, repudiata.

Innocentius Probo. Conturbatio procellae Barbaricae, facultati legis intulit calum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium & Vrsam, captiuitatis incurfus fecerat neuum, nisi sancta religionis statuta prouiderent. Cum enim in captiuitate praedicta Vrsa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fortunius memoratus inisse cognoscitur. Sed, fauore Domini, reuersa Vrsa nos adiit, & nullo diffidente, vxorem se memorati esse perdocuit. Quare, domine fili merito illustris, statuimus, si de catholica suffragante, illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum: conuentumque, secundae mulieris, priore superstitite, nec diuortio eiecta, nullo pacto posse esse legitimum.

34. q. 1. & 2.
Cum in c. &
in dec. Iuo.
lib. 6.

EIVSDEM EPISTOLA X.

Epistola familiaris ad sanctos Dei sacerdotes, Aurelium Carthaginensem & Augustinum Hipponensem.

Innocentius Aurelio & Augustino episcopis. Acceptissimi mihi germani copresbyteri illud recursum vacuus officio uestro esse non debuit. Percharos enim salutare charissimos, naturale quodammodo uidetur & consequens. Gaudere igitur in Domino uestram germanitatem, amantissimi, cupimus, & pro nobis paria ad Deum uota rependere precamur: quia (ut bene nostis) communibus & alternis plus agimus orationibus, quam singularibus aut priuatis.

yy 3 EI VS-



EIVSDEM EPISTOLA XI.

De ratione paschali ad eundem Aurelium.

*custodire

Innocentius Aurelio. Charitatis nostrae officium nullo intervallo dirimitur, etiam si charta nullos apices ferat. Vivit enim spiritalis gratia alternis in cordibus, & amorem nostrum confouet sacerdotalis ipsa societas. Cur ergo indignum est, unitatem ecclesiae: * custodiri? Idemque omnes pariter & sentiamus; & pronunciemus, frater charissime. Has ergo literas de ratione paschali alterius (dico, futuri) anni praescripsi. Nam quae ante diem undecimum Kalendarum Aprilium penes luna 16. colligatur, (nam quippiam minus est) itemque quum in ante diem quartum Kalendarum earundem veniat 23. existimari. Kalendarum memoratarum die, festa paschalia celebranda: quoniam in vigesima tertia luna, nullum pascha unquam, ante hoc pascha, factum esse cognoscimus. Sententiae meae exposui atque edixi tenore. Iam prudentiae tuae erit, confors mihi frater, cum unanimis & confacerdotibus nostris, hanc ipsam rem in synodo religiosissima tractare, ut si nihil dispositioni nostrae resultat, nobis plenissime aperteque rescribas, quod deliberatam paschalem diem, iam literis antea (ut moris est) seruandam, suo tempore praescribamus. Compresbyterum autem Archidamum, quantum nouerim, quod libetissime ac more suscipias consueto, tamen ex abundanti postulo, ut eum inter tuos habere digneris.

EPISTOLA EIVSDEM XII.

Ut nullus contra ordinationem canonum fiat episcopus, ad eundem.

Dilectissimo fratri Aurelio, Innocentius. Qua indignitate, qua molestia male tractetur ecclesia, praecipueque episcopus, relegam vel audiam, & tua fraternitas bene nouit, & ego tam idonea tanto dolori verba inuenire non possum, dum facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur. Ecce facta est querela publica, quae fecit semper, ut communis omnibus tremenda sit reuerentia. Sic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti vel honorati intra altaria Christi, respuuntur: sic praeter euntes promouentur, quasi nefas sit, ad primatum per ordinem peruenire. Nam quum inuoluti mundanis nexibus, actibus vel moribus, abrupte adsciscuntur ad tanti collegium sacerdotum, & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti, qui praeter ordinem irrumpunt potius, quam eliguntur. Quam enim miserum est, eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit: eum summum fieri sacerdotem, qui nunquam in illo gradu obsequutus fuerit sacerdoti? Dist. & Mi- Relege praefectorum literas, & vide, quae vel ferum est falsò, vel pro certo sublimium potestatum annòtetur scriptis. Perdimus profectò nos ipsi, nos inquam, sanctimoniae reuerentiam,

Dist. & Mi- ferum est enim.

qui, quasi vilissimum aliquid, summos efficiamus sacerdotes, ut iam incipiat, quasi noxium aliquid publicis interloquutionibus condemnari. Frater charissime, haec velim cuncta, recitanda per omnes Africas ecclesias, scripta dirigas, & istis connectas, quas adiuximus literas praefectorum, ut consilium de his, quae inique laudantur, iudiciumque, si quid tale probari poterit, fiat, ut praeterita mala, si doceantur admissa, digna seueritate coercerentur: & deceterò caueatur, ne ecclesiae sanctitas, per nostram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quae est per viros venerabiles conseruata. Deus te incolumem custodiat. Data * 4. Nonas Iunij, Iulio quarto & Palladio viris clarissimis consil.

EIVSDEM EPISTOLA XIII.

Ad Iulianam nobilem feminam.

Singulare membrum ecclesiae, tuae religionis amplitudinem existere, & a nobis reuerentissime coli, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis, multo nobiliorem ecclesiae deuotionem impendis, & magis laeta Christi agnitione, praecipis eius obtemperas, & in fide potius exultas, quam tanti generis flore iactaris. Summae virtutis est, vicisse gloriam carnis: & magna est Christi gratiae, nobilitatem moribus superasse, domina filia meritò illustris. Certa igitur existens dilectissima, huius vitae (quae cunctae sunt) spatia aeternis diuinisque officijs illustrare contende, ut qui insignem te praestitit, reddat sibi per secula clariorem.

EIVSDEM EPISTOLA XIII.

De Antiochena ecclesia.

Innocentius Bonifacio presbytero. Ecclesia Antiochena, quam, priusquam ad urbem perueniret Romam, beatus Apostolus Petrus sua praesentia illustrauit, velut germana ecclesiae Romanae, diu se ab eodem alienam esse non passa est. Nam missis legatis, ita pacem postulauit & meruit, ut & Euanthianos suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione, quam acceperant à Memorato, susciperet: & Ioannis sanctae memoriae vel clericos vel laicos, in vnum colligeret atque congregaret, * promittens ipsius ciuitatis episcopus, frater meus Alexander, etiam si quis forte vel a nobis, vel aliunde, posterioris ordinationis ad eosdem venerit, se sine cōtrouersia recepturum, ac nomen episcopi Memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noueris tradidisse manus, frater charissime, & eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra, quae requisierant sanitatem, ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia verò, quae per ordinem gesta sunt, filius meus Diaconus Paulus, harum scilicet portitor literarum, dilectioni tuae poterit enarrare, ut & gaudium commune nobiscum habeas, & eos infor-

for. * pro- mittere ipsi? ciuitatis episcopo, si- tre meo A- lexandro.

informes, qui pro Attici partibus interuenire confueuerunt.

EIVSDEM EPISTOLA XV.

Ad Alexandrum Antiochenum

Episcopum, de pace.

Innocentius Alexandro episcopo. Quam ingrata mihi, quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater charissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostrae conscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quae tecum tam bene sentit, ecclesiam. Nosque, ut facitis, & alloquamini (peto) crebrius literis, & frequentius de vestra salute laetificetis. Dabit enim, ut consido, dominus, totius nos praeteriti temporis dispensata amantissimo literarum colloquio recopescere.

EIVSDEM EPISTOLA XVI.

De Attico episcopo Constantinopolitano.

Innocentius Maximiano episcopo. Miramur, prudentiam tuam scripta ad Atticum Episcopum Constantinopolitanam urbis a nobis, & prosecutione propria, & dato libello, qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas vllas saltè epistolas ad nos, vel ad vestram synodum vtiq; pertulisti. Idque non petenti tribuendum existimes, quod vides deprecantibus, discussa ratione, concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causam, quibus id acciderat, iam esse deteras, & profertenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut praedixi) Atticus, missis aliquibus suorum, vel dicere voluit, vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochena Ecclesiae frater & coepiscopus noster Alexander, digna legatione & praesequutus est, & probauit. Quibus omnibus vtiq; interesse dignatus, cognouisti, quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum antea hac de causa beatissimi Ioannis, quodam episcopi, nostri discusserim, ut quae illi in omnibus satis euidenter ostenderint, uniuersa, quae apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, vtiq; fide fecimus, & magno tramite omnibus eadem postulaturus ostendimus, si modò quae discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complèsse, aliquandò monstrauerint, communionemque, ut isti, legatione solenniter destinata, sibi rogauerint reddi. Expectamus ergo & professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diuersis temporibus praediximus, & petitionem communionis, ut rectè & pe-

tenti, & probanti se eandem mereri, reddamus, frater charissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum fratrum synodum dudum literas praecipisti.

EIVSDEM EPISTOLA XVII.

Ad Alexandrum Antiochenum episcopum, de pace.

Apostolici fauoris gratia, magno pacis usque ad nos decore respicendū: tantumque lucis gaudiorumque, insulsi fidelibus, ut dicentes Deo maximas laudes, maiores debere nos fateamur. Plusque a Deo iucundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tuae fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognouimus, ut in omnibus Dominum laudaremus: successumque ipsam ideò praestitum tuis laboribus videamus, quae tota virtute, pacis amator existens, eam requisitam inuenis, & repertam summa charitate tenueris, quum erga omnes, tum praecipue circa illos, qui quondam Paulini atque Euanthij episcoporum censiti fuerant nomine, * habeam summam votorum meorum, quod antiqui neui purgatio, tuis temporibus, tuisque meritis prorogatur. Quorum etiam illos eiusdem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperat, ceteri bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum duxit tuae fore dignationi, si meo consilio in ciuitate vestra clericatus ordinem ducere cesserentur, statui propter beneuolentiam tuam, promissaque Memorati, ut inter ceteros sacerdotes ministrosque, qui in ciuitate sunt, annumerentur, frater charissime. Libenter praeterea de episcopis Helpidio atque * Papo cognoui, quod sine questione suas ecclesias recuperauerint, & multum in gestis (ut subscripta testantur) sollicitus inquisiui, vtrum omnibus esset conditionibus satisfactum, in causa beati & verè Deo digni sacerdotis Ioannis. Et quum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens domino, communionem ecclesiae vestrae ita recepi, ut praeter me feram, apostolicae sedis condiscipulos primos dedisse ceteris viae pacis, in qua firmatos vos, nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, ut nullo deceterò titillamento, vel leui cuiusquam contentionis pudore pulsetur. Scripta autem Attici episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus, ne per vestram iniuriam ille, qui olim a nobis suspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen satis abunde quae in actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in eius persona debeat custodiri, ut si per omnia vestris consilij, actibusque; tam sanctis se rogauerit esse comunem, praestetur * seni fauore vestro nostroque iudicio, communionis atque literarum a nobis gratia prorogata. Subscriperunt episcopi * Itali 24.

*for. habeo

*for. habeo

*dixit

*Papo

*sanè

*20 Italiq.

EPISTOLA EIVSDEM XVIII. ad Alexandrum episcopum.

XIVSDEM EPISTOLAE CAPITVLORVM tituli.

Quod prima sedes beati Petri apud Antiochiam esse memoretur.

Quod no oportet secundum constituta imperatoru, duos esse metropolitanos ep. 2

Quod Arrianoru clerici no sunt recipiendi in suis officijs, quatuor eoru baptismu, q catholici constar, confirmet ecclesia.

CAPITVLVM PRIMVM.

Innocentius Alexandro episcopo. Et onus, & honor nobis a tua fraternitate impositus, necessarii tractatus causas induxit, quod literis vel comonitorio vestro, vt dat sancti spiritus gratia, respondere possim. Reuolutes itaq; auctoritatem Nicenae synodi, quae vna omnium per orbem terrarum explicat mentem sacerdotum, quae censuit de Antiochena ecclesia, cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, quae super dicecem suam pdictam ecclesia, non super aliquam prouinciam, recognoscimus constituta. Vnde aduertimus, no tam p cunctis magnificencia, hoc eidem attributu, q q prima primi apostoli sedes esse monstret, vbi & nome accepit religio Christiana, & q conuentum apostolorum apud se fieri celebrimum meruit, quae q; vrbis Romae sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumq; gaudet. Itaq; arbitramur, frater charissime, vt sicut metropolitanos auctoritate ordinat singulari, sic & ceteros, non sine permisso conscientia q; tua, sinas episcopos procreari. In quibus hunc modum recte seruabis, vt longe positos literis datis, ordinari censeas, ab his, qui nunc eos suo tantum ordinat arbitratu; vicinos autem, si aestimas, ad manus impositionem tuae gratiae statuas peruenire. Quoru enim te maxima expectat cura, praecipue tuum debent mereri iudicium.

2 Nam q sciscitaris, vtrum diuisis imperiali iudicio prouincijs, vt duae metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari: non verè visum est, ad mobilitate necessitatum mundanarum Dei ecclesia commutari, honoresq; aut diuisioes peti, quas p suis causis faciendas duxerit Imperator. Ergo secundum pristinum prouinciaru morem, metropolitanos episcopos couenit nominari. Cyprios sane asseris, olim Arriae impietatis potetia fatigatos, no tenuisse Nicenos canones in ordinandis sibi episcopis, & vsq; adhuc habere praesumptum, vt suo arbitratu ordinent, nemine consulentes. Quocirca persuademus eis, vt curent, iuxta canonum fidem, fide catholicam sapere, atq; vnu cum ceteris sentire, puincijs, vt appareat sancti spiritus gratia ipsos quoq; vt omnes ecclesias gubernari.

3 Arrianos praeterea, ceterasq; huiusmodi pestes, quia eoru laicos conuersos ad minimum, sub imagine poenitentiae ac sancti spiritus sanctificatione per manus impositione suscipimus, non videtur, clericos eorum tu sacerdotij aut ministerij cuiuspiam suscipi debere dignitate: quoniam quibus solum baptismum ratum esse permittimus, quod vtiq; in nomine patris, & filij, & spiritus sancti perficitur, nec spiritum sanctum eos habere ex illo baptismo illisq; mysterijs arbitramur: quoniam cum a catholica fide eoru auctores desciscerent, perfectioem spiritus quam acceperant, amiserunt. Nec dare eius plenitudinem possunt, quae maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suae perfidiam potius, q per fidem, dixerim, perdidit. Quomodo fieri potest, vt eorum phanos sacerdotes, dignos Christi honoribus arbitremur, quoru laicos imperfectos, vt dixi, ad sancti spiritus percipiendam gratiam, cum poenitentiae imagine recipiamus? Grauitas itaq; tua haec ad notitia coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat peruenire, vt ea q ipse tam necessario percotatus es, & nos tam climare respondimus, communi omnium consensu studioq; feruentur.

EIVSDEM INNOCENTII PAPAE epistola 19. ad Atticum Berceae episcopum, de sancto Ioanne Constan- tinopolitano episcopo.

Adgaudere literis fraternitatem tuam de receptis Paulini vel Euagrii episcoporu clericis populisq; & de restitutis Heli- pidio atq; Pappo coepiscopis percensimus, & vel sero recepte pacis gratiam te fouere, postposita omni contentione, peruidimus. Vnde has ad prestantissimum fratrem & coepiscopum nostrum Alexandru, reddendas tue transmissimus vnanimitati, videlicet vt si omnes inimicitie, omnis emulatio, tam de nomine sancti Ioannis mirandi episcopi, q de omnibus eiusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostre societatis recipias literas frater charissime modo, vt omnia quae a his actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum ore proprio, vt communicantem conuenit, fatearis. Vt enim nobis haec vnanimittatis, charitatisq; causa venerabilis est, sic inheret sollicita, ne quid obliquu aut succisiu in quoquam residere cognoscat. EPISTOLA INNOCENTII PAPAE 20. Ad Laurentium episcopum Senensem, De Bonofiaci, quod sunt Iudeis comparandi.

Innocentius Laurentio episcopo Senen- si. Diu mirati sumus, dilectionis tue literis lectis, hereticos Photini venena seclates, in territorio dilectionis tue non solum esse, sed & publice sibi conuenticula in aliquoru possessionibus preparare, cum de toto penè orbe

Nicenae synodi cap. 6.

Act. II. d.

Nicenae synodi cap. 4. & 6.

1. q. 1. Arria nos pterea ceteros.

1. q. 1. Qui pfectionem.

*Pappo.

*hic *de his

orbe nusquam tam multi, q apud vos, delegerint habitare. Quorum doctrina nefariae auctor. Marcus, dudum de vrbe pulsus, temeritatis tanta ductus est audacia, vt primu sibi inter eos vendicet locum. Sed ne vterius debacchandi habeant facultatem, & animas simplicium ac rusticorum secum in gehennam, cui destinati sunt, trahant, actum est aduersus eos a defensoribus ecclesie nostrae, quod eos possint expellere, vt qui Christum Deum ex patris substantia ante secula negant genitum, hi cum Iudaeis, qui eius deitatem negauerunt, & nunc vsq; negant, participium habeant damnationis. Tuum est, frater charissime, quae praecpta sunt, no legniùs agere, ne plebem tibi creditam diffimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

EPISTOLA EIVSDEM INNOCENTII PAPAE 21. ad Martianum episcopum Narisitanum, De suscipiendis clericis, quos Bonofus ante q damnaretur, ordinasse cognoscitur.

Innocentius Martiano episcopo *Naxitano. Superiori tempore, si tamen recte recordor, memini me tam ad dilectionem tua, q ad fratres & coepiscopos nostros, Rufum & ceteros huiusmodi, literas de clericis Narisitanis, quos Bonofus ante q damnaretur, ordinasse cognoscitur.

Innocentius Martiano episcopo *Naxitano. Superiori tempore, si tamen recte recordor, memini me tam ad dilectionem tua, q ad fratres & coepiscopos nostros, Rufum & ceteros huiusmodi, literas de clericis Narisitanis, quos Bonofus ante q damnationem Bonofus assererant, ab eodem tam presbyteros, quam diaconos ordinatos, vt si relicto atq; damnato eius errore, vellent ecclesiae copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni recuperanda salutis, in eodem errore deperiret. Verum nunc in Rauennati vrbe mihi constituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, Germanio qui asserit se esse presbyterum, atq; Lupetinus, qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, praec fusa, dolore proprios exprimere gestiuerunt, se quidem ecclesias in se agnoscat esse constitutas parochijs retinere, sed tuam communionem non potuisse se mereri, ea videlicet ratione, quia Rusticius quidam nomine, iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non leui impedimento fit, dum aut illi dolent, huiusmodi hominem in ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodum in se agnoscat esse peccatum. Et quanuis de eadem re plenius literarum mearum contineant, quas superius memorauimus fraternitatem tua, vt si verè constat, aliquos ante damnationem Bonofus ab eodem ordinatos, postea voluisse vel nunc velle reuerti, eos recipiendos esse censem, maxime cum memorati asserant, se intantum anteriori tempore ordinatos, vt sanctae recordationis virum Cornelium episcopum Sirmensis vrbis, necnon & fratrem nostrum Nicetam, aliosque nonnullos fuisse praesentes

*Naxitanu

*Narisitanu

*Naxenibus

*Germanius

cum honoribus, quos se habere commemorant, faterentur. Vnde (frater charissime) si eorum asseritio fidem recipit veri, suscipiendos esse ambigere non debes, quos tam diu ecclesiae sibi creditas passus es retinere.

EPISTOLA EIVSDEM VICESIMASECUNDA, Ad episcopos Macedoniae.

Vt si sacerdos, vel quilibet ex clero, viquam uxorem duxerit, vel eiectam, suum perdat officium.

Vt si quis catechumenus habuerit uxorem, & defuncta ea, post baptismum acceperit alteram, clericus esse non possit.

Quod no admittantur clerici, ab haereticis ordinati.

Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri.

Quod hi, qui a Bonofso haeretico ordinati sunt, ppter ea sint recepti, ne scandalum remaneret ecclesiae.

Quod in ecclesia peccatum populi multum soleat remanere.

Quod surreptum fuerit Apostolicae sedi, & suam in melius sententiam commutaret, quando damnationem Photini rescidit.

Innocentius Rufo, Eusebio, Eustathio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerotio, Ioanni, Polychronio, Sophronio, Flauiano, Hilario, Maccedonio, Calicrati, Zosimo, Profuto, Nicetae, Hermogeni, Vincentio, Aliologo, Terentiano, Herodiano, & Martiano, & ceteris episcopis Macedonibus, & diaconibus in Domino salutem.

Magna me gratulatio habuit, cum post tot discrimina totius (vt ita dixerim) mundi, Vitalis archidiaconus vestrarum portitor literarum, ex illis partibus ad nos vsq; directus, aduenit. Quae cum vidissem, ilico (vt oportebat) percontati de vestro statu sumus. Verum vbi reperimus, vos ex sententia degerere, Domino DEO nostro vbere gratias retulimus, quod vos famulos suos, suisq; altaribus seruientes, & in aduersis tuetur, & in prosperis gubernare dignatur. Qui cum tradidisset epistolas, eas praecipi ilico recenserit, in quibus multa posita peruideri, quae stuporem mentibus nostris induceret, facerentq; nos no modicum dubitare, vtrum aliter putarem, an ita illa essent posita, quemadmodum personabant. Quae cum sepius repeti fecissem, aduerti, Sedi apostolicae, ad quam relatio, quasi ad caput ecclesiarum, missa currebat, aliquam fieri iniuriam, cuius adhuc in ambiguum sententia duceretur. Vnde, de quibus iam dudum scripsisse me memini, nunc iterare formam argumentis euidentioribus, relationis vestrae geminata percontatio compellit.

CAPITVLVM PRIMVM.

Eos

Leuit. 21.

dist. 26. De iud. oppo- nitur non.

1. Tim. 3. a Tit. 1. b

Gene. 1. d Gen. 2. d

Matth. 19. a Prouc. 19. c

28. q. 1. Nū- quid non erunt. & in dec. Iuo. lib. 6.

Matth. 19. a Marci 10. a

Et quod viduas accepisse suggeruntur uxores, non solum clericos effectos agnoui, verum etiam vsq; ad infulas summi sacerdotij peruenisse: quod contra legis esse precepta, nullus ignorat. Nam cum Moses legislator clamet, Sacerdos uxorem virginē accipiat, ac nē in hoc precepto aliquid putaretur ambiguum, addidit, non viduā neque eiectam: contra quod preceptū, diuina auctoritate subnixum, nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra. Quæ (vt ipsi fatemini) ex ignorantia, & vt verius dicam, non ex apostolica traditione & ratione integra constituta est. Nos autem, omnesq; per Orientē Occidentēq; ecclesias, nouerit vestra dilectio, hæc penitus non admittit, nec ad vltimum ecclesiastici ordinis locū tales assumere, & si reperti fuerint, submouere.

Deinde ponitur, non dici oportere digamum, eum qui catechumenus habuerit atq; amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, cumq; primam videri, quæ nouo homini copulata sit: quia illud coniugium, post baptismi sacramentum, cum cæteris criminibus sit ablutum. Quod cum de vna vtiq; dicitur, certe si tres habuerit, in vetere positus homine, uxores, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima: virginis æquē nomē accipiet, q̄ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videt contra Apostoli esse preceptum, qui ait, Vnius uxoris virum oportere fieri sacerdotem? Sed obijcit, q̄ in baptismo totū, q̄ quod in veteri homine gestum est, sit solutū. Dicite mihi, cum pace vestra loquor, crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa quæ secundum legis precepta ac Dei instituta cōplentur? Uxorē ducere, crimē est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (præfata venia, dixerim) erit auctor in culpa, qui vt crimina committerent, in paradiso, cum ipse eos iungeret, benedixit. Si verò non est crimen, quia quod Deus iunxit, nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit, Etenim à Deo præparatur viro vxor: quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filijs percensetur? Nunquid non erit admittendi in hæreditatis cōsortio, quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit vxor? Eruntq; appellandi vel naturales, vel spurij, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismum assumitur. Ipse Dominus cum interrogaret à Iudæis, si liceret dimittere vxorē, atque exponeret fieri non debere, addidit: Quod ergo Deus iunxit, homo non separet. Ac nē de his loquitur esse credatur, quæ post baptismum sortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quæro, & sollicitus quæro, si vna eadēq; sit vxor eius, qui antè catechumenus, postea

fit fidelis, filiosq; ex ea, cum esset catechumenus, susceperit, ac postea alios, cum fidelis: vtrum sint appellandi fratres, an non habeat postea, defuncto patre, hæreditatē hæreditatis confortium, quibus filiorū nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire atq; iudicare, absurdum est, quæ (malū) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinio iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex precepit, & Deus iunxit? Nunquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatus qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro, si hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptismum totum, quod verus homo gesserat, putatur auferri? Adspiciamus gentilem hominem Cornelium, orationibus atq; eleemosynis vacantem, per reuelationē angelicam, Petrumq; ipsum vidisse. Nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ baptismus ei videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia quicquid bene gestum fuerit, & secundum legis precepta custoditum, non potest agenti deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum. Et quod peccatum non est, solui inter peccata, credi omnino non debet. Eritq; integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen vxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

Ventum est ad tertiam questionem, quæ pro sui difficultate longiore exigit disputationē. Cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impositionem habere caput, vbi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, vt possit recipe sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta, sine cicatrice esse non poterit: atque vbi penitentię remedium necessarium est, illic ordinationis honorē locum habere non posse decernimus. Nam si (vt legitur) quod tetigit, rit immundus, immundum erit: quomodo id ei tribuetur, quod munditia ac puritas cōsuevit accipere? Sed e contrario asseritur, eū, sancti, qui honorem amisit, honorem dare nō posse: nec illum aliquid accepisse, quia nihil indante erat, quod ille posset accipere. Ac quiescimus, & verum est. Certè qui quod nō habuit dare non potuit, damnationem vtiq; quam habuit, per prauam manus impositionem dedit: & qui particeps effectus est dānato, quomodo debeat honorem accipere, inuenire non possum.

At dicitur vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioso fuerat iniectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, de atq; omnium criminum rei, quia benedictio

1. q. 1. Ventū est ad tertiam

Nume. 19. d Leuit. 15.

1. q. 1. qui pfectionem sancti.

1. q. 1. Arrit nos pterea.

1. q. 1. Ventū est ad tertiam

1. q. 1. Homini qui simul

Cum ergo

one

one ordinationis, crimina vel vitia putantur auferri: Nullus sit penitentia locus, quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit. Nostræ verò lex est ecclesiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquid, in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

At verò hi, qui à catholica ad hæresim transierunt, quos non aliter oportet, nisi per penitentiam suscipi, apud vos non solum penitentiam non agunt, verum etiam honorem cumulantur. Sed Anisij quondam fratris nostri, aliorumque confacerdotum summa delibatio hæc fuit, vt quos Bonosus ordinauerat, nē cum eodem remanerēt, ac fieret nō medio cre scandalum, ordinati reciperentur.

1. q. 1. quod pro necessitate. Vicimus (vt opinor) ambigua. Iā ergo, quod pro remedio ac necessitate temporis statutū est, constat primitus non fuisse: ac fuisse regulas veteres, quas ab Apostolis vel apostolicis viris traditas, ecclesia romana custodit, custodiendasq; mandat his, qui eam audire consueuerūt. Sed necessitas temporis id fieri magno perē postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio inuenit, cessante necessitate, debet vtiq; cessare pariter quod urgebat: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Sed canones apud Niceam constituti, de Nouatianis fieri permiserunt. Prius ille canon, à patribus institutus, ponendus est, vt possimus aduertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit vel preceptum. De his, inquit, qui nominant se ipsos Catharos, id est mundos, & aliquandō veniunt ad catholicā ecclesiam, placuit sanctæ & magnæ synodo, vt accepta manus impositione, sic maneant in clero. Possunt verò dicere, de solis hoc Nouatianis esse preceptum, nec ad aliarū hæresum clericos pertinere. Nam si vtiq; de omnibus ita definirēt, addidissent, à Nouatianis, alijsq; hæreticis reuertentes, debere in suum ordinem recipi. Quod ita esse, etiā illud maximè, quod de Paulianistis dictum

1. q. 1. quod pro necessitate. est, poterit confirmare, à quibus venientes, etiā baptizari præcipiunt. Nunquidnam, cum de Paulianistis iubent, omnes qui ab hæreticis reuertuntur, erunt hoc exēplo baptizandi? Quod cum nullus audeat, facere, de ipsis tantum esse preceptū, ratio ipsa demonstrat. Denique, baptizatos ritè ab euangelista Philippo, Petrus & Ioannes sola manus impositione consummant. Illos verò, quos apostolus Paulus, Ioannis baptisate baptizatos reperit, interrogauitq; an spiritum sanctum accepissent, fatentibus se, ne illud quidem nomen audisse, iussit eos baptizari. Videtis ergo, ritè baptizatos, illo dono iterari nō posse: & aliter, sola aqua lotos, baptizari in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, necessarium peruideri. Itā & de Nouatianis tantum iussim esse, lucida manifestatio perlegitur. Quod idcirco distinctū esse ipsis duabus hæresibus, ratio manifesta declarat: quia Paulianistæ in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, minimè baptizabant: & Nouatiani ipsidem tremendis venerandisq; nominibus baptizāt: nec apud istos de vnitatis potestatis diuinæ, hoc est, patris, filij, & spiritus sancti, q̄stio aliq̄ mota est: & idē omnibus segregat, hæc sola electa est, cui istud crederent cōcedendum, quia nihil in patris & filij & spiritus sancti sacramento peccarent. Si quis verò de catholica ad hæresim transiens, aut fidelis, ad apostasiam reuersus, respiciens redire voluerit, nunquid eadē ratione poterit ad clerū permitti, cuius commissum non, nisi longa penitentia, poterit aboleri? nec post penitentiam clericū fieri, ipsi canones sua auctoritate permittūt. Vnde constat, qui de catholica ad Bonosum transierunt damnatum, atq; se passi sunt, aut cupierunt, ab eodē ordinari, nō oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatē, qui cōmune omnium ecclesiarum iudicium deferentes, suam peculiariter in Bonoso vnitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos constat vim passos, atq; inuitos, attractos, repugnantesq; ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit: si nō post ordinationem Bonosi interfuit, cum conficeret sacramenta, si cōmunioni eius participatus nō est, si statim discedētibus de eius pessimo cōciliabulo, ad ecclesiam redijt, & iste talis inuenitur habere excusationis aliquem colorem. Cæterum alij qui vel post annum vel mensem ad Ecclesiam redierunt, intelligitur eos, qui in catholica nouerant se propter vitia sua, non posse suscipere ordinationem, idcirco ad illū perrexisse, qui passim & sine vlla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem, in catholica inuenire locum, de quo antea desperauerant. Nunc illud quod superest, interrogo: qui post mensem aut eo amplius redijt, cum se presbyterum à Bonoso consideret ordinatum, si nō sacramenta cōfecit, si non populis distribuit, si non Missas secundum consuetudinem compleuit, quid de his censeatis, quæso, promatis apertius. Ad summā certè, qui nihil à Bonoso acceperūt, rei sunt vsurpatæ dignitatis, qui cōficiendorum sacramentorū sibi vëdicauerunt auctoritatem, atq; id se putauerunt esse, quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

Peruideat ergo dilectio vestra, hætenus talia transisse, & aduertite, quod (vt dicitis) necessitas impauit, in pace iā ecclesias cōstitutas; nō posse presumere: sed vt sæpè accidit, quoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solet transire, priora dimittēda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcauendum.

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

1. q. 1. constat multos vim

540
35-9-9. Veniam nunc ad max.

Veniam nunc ad maximum quasi quoddam thema Photinum, & quod mihi anxium est ac difficilimum, Maiorum meorum reuoluam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto (vt etiam ipsi commemorastis) aliquid utiq; grauius constitutum. Verum quoniam id per rumorem falsum, vt asseritis, subreptum huic sedi & elicatum per insidias demonstratis, quia res ad salutem redijt, veniam nos hanc intantum, vobis annitentibus, post condemnationem more apostolico subrogamus, tantisq; vestris assertioibus, vobisq; tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus rebus duris duris arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres charissimi, & sententia ac postulatione, episcopum Photinum habetote licitum ita constituere, vt deprecamini, & nostram in melius conuersam sententiam, labore vel testimonio vestro, compotes voti suscipite, atq; Eustathium, a me sepius comprobatum, nolite expectare, vt diaconij gratia expolietur. Solicitos enim vos pro salute, libenter audio: contra caput etiam si faciendum sit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo: Cui porrigo, mecum porrigite. Hec enim ad Corinthios apostolica est declarata benignitas, vt in vno spiritu ductam ac reductam sententiam, boni semper indifferenter sequantur. Nam fateor, hanc me primam res bene habet erga Eustathium diaconum, quod nec contra fidem vnquam quicquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem criminem aliquod commississe, vel iactatum vnquam vel fictum de eo recognouerim. Et qui in his saluus est, si quo pacto conuersationes amabiles non habet, habendus est, vt minus pro tempore dilectus, non vt inimicus existimatus, diabolo in perpetuum mancipandus. Cognosco illum, inter illas similitudines acturbines contra multorum studia, non dico qualia, diuersa sensisse, & hinc cum res ac calamitates ipsa emendatae sint, adhuc Dizoniani & Cyriaci subdiaconorum non potuisse apud vos commendationem reuocare. Compescite, quales ab illo praedictisq; quorumcunq; videtis animos ac non iustas emulationes, vt ipse apud nos integer, apud vos, cum suis reparatus, mereatur pacem, non fictam peruidens charitatem. Omnibus igitur vobis ac singulatim occurrat charitas, & vinculis, quae nullis modis a Christo soluuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexa, letetur in domino. Datum Idibus Decembris, Constantio viro clarissimo consule.

EIVSDEM EPISTOLA VICESIMAQUARTA, ad synodum in Toletana ciuitate constitutam.

De Hispanorum reprehensione, qui inordinatè constituunt clericos. 1
Vt caudici, vel curiales, vel seculari militiae dediti, ad clerum non admittantur. 2

Vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. 3
De commemoratione Niceni concilij, in quo supradicta prohibentur. 4
Quales eligendi sunt in ordine clericorum. 5
De eo, qui ante baptismum vxorem habuit, & post baptismum aliam, vt clericus non fiat. 6

CAP. PRIMVM.

Innocentius vniuersis episcopis in Toletana synodo constitutis, dulcissimis fratribus, in Domino salutem: Sape me & nimium cum teneret cura sollicitum, super diffusionis schismate ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius indies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emerit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauae consuetudinis vitio, Hispanenses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquod secundum maiorem traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbationes quam plurimas ecclesijs moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, vt propter numerum corrigendorum, ea quae quomodo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

Quantos enim ex eis, qui post acceptam baptismi gratiam, in Forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse, comperimus, e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibetur, quos ex militia, qui cum potestatibus obediunt, seuera necessarii praeccepta sunt executi, quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quae sibi sunt imperata, fecerunt, quantos, qui voluptates & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum, oportuerat peruenisse. Quae si singula discutenda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispanensibus prouincijs, quibus mederi cupimus, destudio emendationis inducemus. Ideo remittenda potius haec putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dissectionis vestrae maturitas prouidere debet, vt tantae usurpationi, saltem nunc, finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, vt quicunq; tales ordinati fuerint, cum ordinationibus suis deponantur.

Post haec, si quis aduersus formas canonum, vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentauerit, vna cum ordinatoribus suis, ipso, in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur. Et quauis dilectioni vestrae, fratres charissimi, regulae Nicenae sint cognitae, secundum quas ordines esse faciendos per sententiam decernitis, tamen aliquam partem, quae de ordinationibus est prouisa, inferendam putavi, vt secundum

dist. 51. al. quantor.

EPISTOLA CONCILII CARthaginensis, ad sanctum Innocentium Papam.

Domino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio Papae, Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidetus, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Panronius, Victor, Restitutus, alius Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavius, Serotinus, Maiorinus, Posthumianus, Trispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Macinus, Fructuosus, Faustianus, Quodoultdeus, Candorius, Maximus, Magarius, Suficus, Sufinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octavianus, Praetextatus, Sixtus, Quodoultdeus, Pentadius, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazacenus, Germanus, Germanianus, Iuuetius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & Aemilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in concilio ecclesie Carthaginensis affuimus. Cum ex more ad Carthaginensem Ecclesiam solenniter veniremus, atq; ex diuersis causis, congregata ex nobis, synodus haberetur, copresbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum & confacerdotum nostrorum dedit. Auerothis & Lazari, quarum formam his constitutum esse subdendam. His ergo lectis, Pelagium & Caestium auctores nefarii prorsus, & anathematizandi ab omnibus nobis, erroris aduertimus. Vnde factum est, vt recedendum peteremus, quid ante ferme quinquenniū sup Celesij nomine, hic apud Ecclesiam Carthaginensem fuerit agitata. Quo recitato, sicut ex subditis aduertere poterit sanctitas tua, quanuis iudicatio manifesta constaret, quae illo tempore, episcopali iudicio, excisum hoc tantum vulnus ab Ecclesia videre, nihilominus tamen id, communi deliberatione, cesimus, huiusmodi persuasiois auctores, quanuis & ad presbyterium idem Celesius potestae puenisse dicat, nisi haec apertissime anathematizauerint, ipsos anathematizari oportere, vt si ipsorum non potuerit, saltem eorum, qui decepti sunt ab eis, vel decipi possunt, cognita sententia, quae in eos lata est, sanitas, curetur. Hoc itaq; gestum, die frater, sanctae charitati tuae intimandum duximus, vt statutis nostrae medio critatis, etiam Apostolicae sedis adhibeatur autoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam etiam puerfite corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, vt non defendendo, sed potius in sacrilega superbia, extollendo liberum arbitrium, nullum relinquunt locum gratiae Dei, qua Christiani sumus, qua & id ipsum nostrae voluntatis arbitrium verè sit liberum, dum à carnalium concupiscetiarum dominatione liberatur, dicente Domino: Si Ioan. 8. d vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Quod

*Nerothis *Herothis

Nicenz synodi, cap. 11. vel 12. Et in epist. Innocentij ad Victorium Rothomagensem cap. 11.

Supra in dec. Siricius ad Hieronymum Tarraconensem, cap. 9.

Leuit. 21. c

1. Tim. 3. a Tit. 1. b

Supra in epist. Innoc. ad Rufinum & Eusebium, cc. 2. a.

Pro. 19. c Matth. 19. a

Marc. 10. a

dum eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum, quae sunt prohibita, digerantur.

4 Ne quisquam, qui post baptismum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neq; qui causas post acceptum baptismum egerint, aut qui post acceptam Dei gratiam administrauerint, neque de curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium (quod dicitur) sustinerint, & editiones publicas celebrauerint. Na & hoc de curialibus est cauendum, ne iidem, qui ex curialibus fuerint, aliquando à suis curijs, quod frequenter videmus accidere, poscantur. Quae omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

5 Quales verò eligendi sunt in ordine clericorum, euident forma declarat, id est, qui ab ineunte etate baptizati fuerint, & lectorum officio sociati, vel si maiores sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mancipauerint. Et si vxores habuerint, querendum, si vxorem virginem habuerint: quia scriptum est in veteri testamento, Vxorem virginem accipiat sacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei semel nubant. Neq; qui duas vxores habuerit, quia Paulus Apostolus ait, Vniux vxoris virum.

6 Nec illud debere admitti, quod aliquando pro defensione prauis erroris opponunt & asserunt, quod ante baptismum omnia dimittuntur, non intelligentes huiusmodi, quae sola in baptismo peccata dimittuntur, non vxorum numerus aboletur. Nam si à DEO, vt scriptum est, preparatur viro vxor, & quod Deus iunxit, homo non separet, & ipsi auctores generis humani in origine à Deo benedicuntur: quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti? Quod si secundum illos, qui ita credunt, verè est: ergo omnis iustitia, quae à catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum aufertur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat, vniux vxoris virum, siue ante baptismum esse nominatum, siue post baptismum. Si enim vxor ante baptismum accepta, non ducitur in numerum: nec filij ex eadem suscepti, inter filios poterunt nominari. Quod quam absurdum sit atque alienum, prudetia vestra melius aestimabit. Vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem praeparant, ex eo rupisse legem & regulas euertisse iudicentur, sed ea tenenda sunt, quae diuinarum scripturarum series continet, & à sacerdotibus utilitate ratione sunt constituta. Bene valeatis, fratres charissimi.

Rom. 7. d

1. Cor. 2. d

Rom. 8. c
Rom. 9. c

Rom. 12. b

1. Cor. 15. b

1. Cor. 15. g

2. Cor. 3. b

Quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Isti autem asserunt (sicut à fratribus, qui eorum libros legunt, cognouimus) in eo Dei gratiam deputandam, quæ talem hominis instituit creaturam, quæ per propriam voluntatē legem Dei possit implere, siue naturaliter in corde conscriptam, siue in literis datam. Eadem quoque legem ad gratiam pertinere, quæ illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Illam verò gratiam, qua (ut dictum est) Christiani sumus, cuius Apostolus predicator est, dicens: Cōdelectōr enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, nolunt cognoscere omnino, nec aperte quidem oppugnare audēt. Sed quid aliud agūt, cum hominibus animalibus, non percipientibus quæ sunt spiritus Dei, persuadere non cessant, ad operandam perficiendamque iustitiam, & Dei mandata complenda, solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes, quod scriptum est: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Et non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Et quoniam unum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autē alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam, quæ data est nobis.

1. Cor. 15. b. Et gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plūs omnibus illis laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Et, gratias Deo, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum. Et quia idonei non sumus aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et habemus thesaurum istum in vasibus fictilibus, ut eminentia sit virtutis dei, & non ex nobis. Et innumerabilia, quæ de scripturis omnibus si colligere velimus, tomus non sufficit. Et veremur, ne apud te ipsa ista commemorando, qui maiore gratia de sede apostolica prædicas, inconuenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores sumus, (quaquauersus quisque nostram, verbum Dei prædicando, putatur attentior) crebrius eos patimur & audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episcopalis gestis, quæ in Oriente confecta dicuntur, etiam tuæ venerationi iuste visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas, quæ iam multos assertores habet, per diuersa dispersos, etiam apostolicæ sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum & exitiale ouibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessariò sequitur, ut nec orare debeamus, ne intremus in tentatione, quod discipulos monuit, & posuit in orati-

one, quæ docuit, aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse, ipse testatus est. Si enim possibilitate naturæ & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat inaniter à Domino peti, & fallaciter orari, cum orando poscuntur, quæ naturæ iam ita conditæ, sufficientibus viribus obtinentur: nec debuisse dicere Dominum Iesum, Vigilate & orate: sed tatummodo, Vigilate, ut non intretis in tentationem: nec beatissimo Petro primo apostolorum, Rogauit pro te, sed moneo te, vel impero ac precipio, ne deficiat fides tua. Contradicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris, ut incassum super populum dicere videamur, quicquid eis à Domino precamur, ut recte accipere viuendo, illi placeant, vel illa, quæ pro fidelibus precatur. Apostolus, dicens: Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, ut det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum eius. Si ergo volumus, benedicendo, super populum dicere, Da illi virtutem Domine, corroborari per spiritum tuum, istorum nobis disputatio contradicit, affirmans, liberum negari arbitrium, si hoc à Deo poscitur, quod in nostra est potestate. Virtute enim corroborari, si volumus, inquit, possumus, ea possibilitate naturæ, quam non nunc accipimus, sed quam, cum crearemur, accepimus. Paruulos etiam, propter salutem, quæ per saluatorem Christum datur, baptizandos negat, ac sic eos mortifera doctrina in æternum necant, promittentes etiam, si non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad eos, de quibus Dominus ait: Venit enim filius hominis querere & saluare, quod perierat. Quia, inquit, isti non perierat, nec est quod in eis saluetur, vel tanto precio redimatur, quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate captiuum, nec per eis fusus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum, quamquam per baptismum Christi, etiam paruulorum fieri redemptionem, libello suo Cælestius in Carthaginensi ecclesia iam confessus est. Sed multi, qui eorum perhibentur esse vel fuisse discipuli, hæc mala, quibus fundamenta Christianæ fidei conantur euertere, quacunque possunt astutia, affirmare non cessant. Vnde etiam si Pelagius Cælestiusque correcti sunt, vel si ista nunquam sensisse dicunt, & quæcunque scripta contra eos prolata fuerint, sua esse negabunt, nec est, quemadmodum de mendacio conuincantur: generaliter tamen, quicumque dogmatizat & affirmat, humanam sibi ad vincenda peccata, & Dei mandata faciendam, sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ dei, quæ sanctorum euidentius orationibus declaratur, aduersarius inuenitur: & quicumque negat, paruulos per baptismum Christi à peccato liberari, & salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quæcumque autem alia eis obijciuntur, non dubium, venerationem tuam, cum gesta episcopalia perspexerit, quæ in Oriente in eadem causa confecta dicuntur, id iudicaturam, vnde omnes in Dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis, domine beatissime papa.

Matth. 6. b
Luce 22. c

Marc. 14. d
Luce 22. c

Eph. 3. e

Luce 19. b

In requisitis his

RECRIPITVM INNOCENTII PAPAE AD CONCILIUM CARTHAGINENSE. Et est epistola in ordine præcedentium eiusdem papæ, 25.

Innocentius Aurelio, & omnibus sanctis episcopis, vel cæteris, qui in concilio Carthaginensi ecclesiæ affuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem. Inquirendo de his rebus, quas omni cum sollicitudine decet à sacerdotibus, maxime à vero iustis, & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla seruantes, & ecclesiasticæ memoris disciplinæ, nostræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronunciareris, veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse iudicium, scientes quid Apostolicæ sedi (cum omnes, hoc loco positi, ipsum sequi desideremus Apostolum) debeat, à quo ipse episcopatus & tota auctoritas nominis huius emerit. Quem sequentes, tam malam damnare nouimus, quam probare laudanda: vel id verò, quod patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censuris esse calcanda: quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia: ut quicquid, quauis de diuinitatis remotis, pro uincijs ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis notitiam perueniret, ut tota huius auctoritate (iusta quæ fuerit) pronuntiatio firmaretur: indeque fumerent cæteræ ecclesiæ (vel de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manerent) quid percipere, quos abluere, quos veluti in cæno inmundabili sordidatos, mundi digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur, charissimi fratres, quod per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, literas ad nos destinastis: & cum pro illis curâ geritis, quibus præfidetis, ecclesijs, sollicitudinem vestram pro omnium utilitate monstratis: & per cunctas totius orbis ecclesias, quod omnibus prosit, decernendum esse vna deposcitis: ut suis constabilita regulis ecclesia, & hoc quod illos caueat, pronuntiationis iustæ firmata decretalibus patere non possit, qui peruersis instructi, immò destructi verborum argutijs, sub imagine catholice fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, (ut hominum rectè sentientium in deteriore partem corda corrumpant) totam veri dogmatis quæruunt euertere disciplinam. Sanandum ergo celerius, ne longius execrandus animis morbus inferpat. Ut si medicus (cum

viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem) magnum suæ artis estimat documentum, si cito quis illius interuentu, desperatus, euadat. Vel cum putre vulnus adspexerit, adhibet fomenta, vel cætera, quibus illud possit, quod natum fuerat, vulnus obduci. Ac, si id manens, sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quod reliquum integrum seruet & intactum. Præcedendum ergo id est, quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis penè visceribus huius mali non exaurienda post sentina confidat. Nūquid nos post hæc rectum de eorum mentibus estimemus, qui sibi se putant debere, quod boni sunt, nec illum considerant, cuius quod tidi gratiam consequuntur? Sed iam isti, qui tales sunt, nullam Dei gratiam consequuntur: quia sine illo tantum assequi se posse confidunt, quantum vix illi, qui ab illo postulant & accipiunt, premerentur. Quid enim tam iniquum esse potest, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quam huic te negare debere, quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debere, quod natus es? Ergo eris tibi in prouidendo præstantior, quam potest is esse, qui te, ut esses, effecit? Et cum te putes ei debere, quod viuus, quomodo teno putas illi debere, quod (quotidianam eius consequendo gratiam) taliter viuus? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra in totum possibilitate perfectos, quomodo non adiutorium in nos, cum tales à nobis etiam esse possumus, prouocamus? Qui enim adiutorium Dei negat, vellem interrogare, quid dicat: Nos non mereri, an illum hoc non posse præstare, an nihil esse, propter quod vnusquisque hoc debeat postulare? Possit hoc Deum, opera ista testantur. Adiutorio quotidiano nos egere, negare non possumus. Hoc enim, seu benè viuimus, prouocamus, ut melius sanctiusque viuamus: seu prauè sentientes, à bonis auertimur, ut ad rectam redeamus viam, eius auxilio plūs egemus. Nūquid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitrium (cum nasceremur) accepimus, vltra iam à Domino nihil queramus: id est, authoris nostri obliti, eius potentiam, ut nos ostendamus liberos, abiuemus: quasi iam amplius, quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit, nescientes, quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solum facere possit auxilium. Nam si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui dignè hoc non quaereret, si

Psal. 26.

cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum vir beatus & iam electus a Domino, nihil egeret, tamen ita Deum deprecatur, postulans: Adiuutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus: nos nobis liberum arbitrium, ille Deum postulat adiutorem: quod nati sumus, posse sufficere nobis, dicimus: ille Deum, ne derelinquatur, exorat: Non (rogo) manifeste discimus quid oremus, cum ille tantopere beatus (ut supra diximus) vir, ne despiciatur, exoptat? Illi enim necesse est ista arguant, qui illa confirmant. David enim orationis ignarus, & suae naturae nescius, accusetur, qui cum sciat tantum in sua natura esse, adiutorem sibi Deum, & assiduam adiutorem, nec illi sufficit assiduam, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterij hoc & praedicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnum scit, ut assidue diceret: ita necessarium confessus est, ut doceret: quemadmodum Pelagius Caelestiusque; seposita omni responsione psalmodum, talique; abdicata doctrina, suafuros se aliquibus esse confidunt, nos adiutorium Dei nec debere querere, nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur? Liberum enim arbitrium olim ille perperus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens, in peruariationis profunda demersus est: & nihil, quemadmodum exinde surgere posset, inuenit: suaque; in aeterna libertate deceptus, huic ruinam suam iaculis oppressus, nisi eum postea Christi, per suam gratiam, releuasset aduentus, qui per nouae regenerationis purificationem, praeteritum omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit: & eius confirmans statum, quod rectius constabiliusque; procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegauit. Nam quantum hominem redemisset a praeteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa seruauit, quotidiana praestans illi remedia: quibus nisi freti, confisi que; nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiae, quod dicat, adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholice fidei, & Dei beneficijs profiteretur ingratum. Nec nostra communione sunt digni, quam praedicando taliter, polluerunt. Sic enim sua sponte, dum sequuntur illa quae dicunt, longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisque precibus nihil agamus, nisi quemadmodum Dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possumus ista iactantes? Quis, rogo, tantus illorum pectora error obcaecat, ut si ipsi nullam Dei gratiam

Verba haec Innocentij reticantur in ca. 4. dec. prima ascriptae Celsino papa.

sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de alijs considerent, quid quoridie singulis gratia diuina largiatur? Sunt quidem isti omnes caecitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerint, ut se auxilio credant reuocari ab erroribus posse diuino. Negantes enim Dei adiutorium, non alijs, sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui auellendi sunt longius, & ab ecclesiae procul remouendi visceribus, ne diutius multa occupans, insanabilis post error incrementat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate versati, necesse est, multos in hac suae prauitatem mentis inducat, decipiantque; innocentes, vel potius imprudentes, qui fide catholicam non sequuntur. Putabunt enim eos recte sentire, quos adhuc vident in ecclesia perdurare. Separetur ergo a sano corpore vulnus insanum, remotoque; morbi saeuientis afflatu, cautiuss, quae sunt synchra, perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi & tenere, hac in illos pronuntiatione cognouimus, & vna vobiscum pari assensione seruamus. Qui si tamen aliquando in se Dei adiutorium, quod hucusque; negauerunt, prouocauerint, & opus sibi eius auxilium esse cognouerint, ut de hac labe (in qua sui cordis incuruatione corruerant) liberentur, & quasi in lucem de foeda tracti caligine, (remotis abdicatisque; omnibus, quibus totus, ne verum aspiceret, fedebatur & caligabat ad spectus) damnentur haec, quae hucusque; fenserunt: & aliquando animu rectis disputationibus commodates, ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos consilijjs tribuant atque; submittat: quod si fecerint, erit in potestate pontificum, istis aliquatenus subuenire, & talibus aliqua cura praestare vulneribus, quam solet lapsis (cum resipuerint) ecclesia non negare: ut a suis remoti precipitij, intra ouile Domini redigantur: ne foris positi, & tanto praesidio a fide mutationis exclusi, periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atque; vexandi, quibus obistere, hac, qua illos in se iritauerant, doctrinae peruersitate non possunt. Sed satis vestris monitis, & sic satis abudantibus nostrae legis exemplis probatur esse responsum. Nec quicquam superesse dicimus, quod dicamus, cum nihil pretermisum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati & penitus cognoscatur esse conuicti. Ideoque; a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat, ut doctissimos sacerdotes cuncta dixisse. Nec decet credere, vos aliquid quod ad causam possit proficere, praeterisse. Et alia manu. Bene valete, fratres.

EPISTOLA CONCILII MILEUITANI, AD INNOCENTII PAPAM.

Domino beatissimo, meritoque; venerabili in Christo honorando papae Innocentio, Siluanus senex, Valentinus, Aurelius,

lius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alypius, Augustinus, Placencius, Seuerus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustianus, Crescencius, Innocentius, Felix, Antoninus, Gigantius, Cresconius, Adeodatus, Processus, Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinus, Faustinus, Victor, Antoninus, Malchus, Licorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturninus, Cresconius, Possidius, Lucius, Honorius, Seruius, Terentius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Crescencius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Presidius, Cresconius, Lapidus, Delphinus, ex concilio Mileuitano, in Domino salutem. Quia te dominus gratiae suo praecipuo munere in sede apostolica collocauit, talemque; nostris temporibus praestitit, ut nobis potius ad culpam negligentiae valeat, si apud tuam venerationem quae pro ecclesia sunt suggerenda, tacerimus, quam ea tu possis vel fastidiosae, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastorem diligentiam (quae sumus) adhibere digneris. Noua quippe heresis, & nimium perniciosa tentat assurgere in imicorum gratiae Christi, qui nobis Dominicam etiam orationem impijs disputationibus conantur auferre. Cum enim Dominus docuerit ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitimus debitoribus nostris: isti dicunt, posse hominem in hac vita, praecipis Dei cognitum, ad talem perfectionem iustitiae, sine adiutorio gratiae saluatoris, per solum liberam voluntatis arbitrium peruenire, ut etiam non sit necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra. Illud verum, quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum, tanquam diuinum adiutorium postere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus: sed hoc in nostra positum esse potestatem, & ad hoc implendum solum sufficere hominis voluntatem, tanquam frustra Apostolus dixerit: Non volentis, neque; currentis, sed miseretis est dei. Et: Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari super id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere. Frustra etiam Dominus dixerit apostolo Petro: Rogauit pro te, ne deficiat fides tua. Et omnibus suis: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Si hoc totum est potestatis humanae, pueros quoque; paruulos (si nullis imbuantur Christianae gratiae sacramentis) habituros vitam aeternam, nequaquam Christiana praesumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apostolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et alio loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Ut ergo alia dimittamus, quae contra scripturas sanctas plurima differunt, haec interim duo (quibus

Matt. 6. b. Luc. 11. a

Matt. 6. b. Luc. 11. a

Rom. 9. c. 1. Cor. 10. c

Luc. 22. d

Matt. 26. d. Luc. 22. c

Rom. 5. b

1. Cor. 15. c

omino totum, quod Christiani sumus, conantur euertere) quae fidelia corda sustineant, non esse rogamus Deum, ut contra peccati malum, atque; ad operandam iustitiam sit noster adiutor: & non opulari paruulis, ad consequendam vitam aeternam, Christianae gratiae sacramentum? Haec insinuantes apostolico pectori tuo, non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, quum proculdubio te ista permoueat, ut ab eis corrigendis, ne latius serpent, multosque; contaminet vel potius interimant, (dum sub nomine Christi, a gratia Christi penitus alienant) omnino dissimulare non possis. Huius autem perniciosissimi erroris authores esse perhibentur Pelagius & Caelestius, quos quidem in ecclesia sanari maluimus, quae desperata salute, ab ecclesia reseruari, si necessitas nulla compellat. Quorum vnus, id est, Caelestius, etiam ad presbyterium in Asia peruenisse dicitur. De quo, ante paucos annos quid gestum fuerit, sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruit. Pelagius verum (sicut a quibusdam fratribus nostris missae loquuntur epistole) Hierosolymis constitutus, nonnullos fallere astitit. Veruntamen multo plures, qui eius sensus diligentius indagare potuerunt, aduersus eum, pro Christi gratia, & catholice fidei veritate colligunt, sed praecipue sanctus filius tuus, frater & presbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur (adiutante misericordia Domini Dei nostri Iesu Christi, quae te & regere consulent, & orantem exaudire dignam) auctoritati sanctitatis tuae, de claro scripturarum lumine depromptae, facilius eos (qui tam peruersa & perniciosa sentiunt) esse cefuros, ut de correctione potius eorum gratulemur, quam contristemur interitu, domine beatissime. Quodlibet autem ipsi eligant, certe vel alijs, quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilis tua, instanter & celeriter prouidendum. Haec ad sanctitatem tuam de concilio Numidia scripta direximus, imitantes Carthaginensem ecclesiam, & Carthaginensis prouinciae coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam (quam beatus illustras) de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu: Memor nostri in Domini gratia augearis, domine beatissime, meritoque; venerabilis & in Christo honorande, sanctissime papa.

RESRIPTVM INNOCENTII PAPAE AD MILEUITANVM CONCILIUM, ET EST IN ORDINE PRAEDECEDENTIUM EPISTOLARVM 26.

Innocentius Syluano seni, Valentino, & caeteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem. Inter caeteras ecclesiae Romanae curas, & apostolice sedis occupationes, quibus diuersorum consulta fidei ac medica disceptatione tractamus, frater &

D. Hieron. in concilio.

coepiscopus noster Iulius dilectionis vestrae literas, quas ex Mileuitano concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi querelae parilis scripta subiungens. Nimirum exultat ecclesia, tantam sollicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, ut non solum neminem ex his patiantur errare, sed si quas ouium magis saeuae delectationis herba seduxit, ac sic in errore permanerint, aut segregari penitus velint, aut illicitè vel inlicèter dudum petita vitantes, custodiæ pristinae circumspectione tutari, in utraq; parte videlicet consulentes, nè vel suscipiendo tales, simili caetera ducantur exemplo, vel spernendo redeuntes, luporum moribus videantur ingesta. Prudens admodum, & catholicae fidei plena, consultationis voluntas. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam ut durum arbitror, conuenientiam præbere peccantibus: ita inipium iudico, manum negare conuersis. Diligenter ergo & congruè apostolici consultiis honoris arcana honoris (inquam illius, quem præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium ecclesiarum, super anxijis rebus quæ sit tenenda sententia: anti quæ scilicet regulæ formâ secuti, quam toto semper orbe mecû nõstis esse seruata. Verum hæc missa facio. Neque enim hoc vestra credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, scientes quod per omnes prouincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent. Præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitrator omnes fratres & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesijs omnibus in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiore, cum inuentores malorum ad duplicis relationem synodi, sententiæ nostræ statutis viderint ab ecclesiastica communione seiunctos. Geminò igitur bono charitas vestra fungetur. Nã & canonum potiemini gratia seruatorum, & beneficio vestro totæ orbis tutabitur. Quis enim catholicorum virorum cum aduersarijs Christi velit vltèrius miscere sermonem? Quis saltem ipsam lucem vitæ communionem partiri? Noua hæreseos nimirum fugiantur auctores. Quid enim acerbius in Dominum fingere potuerunt, quàm cum adiutoria diuina cassarent, causamq; quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere: Quod mihi opus Deo? Meritò in hos dicat hymnicus: Ecce homines, qui non posuerunt Deum adiutorem sibi. Negates ergo auxilium Dei, inquit, hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus, necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vite pficienda mandata, sola tantummodo libertate contendet. O prauissima-

arcam

2. Cor. 11. g

24. q. 1. Quoties ratio fidei.

vtetur.

Psal. 51.

rum mentium peruersa doctrina, aduertentiam, quæ primum hominè ita libertas ipsa decepta, ut dum indulgentius frenis eius vitur, in præuaricationem præsumptione conciderit. Neq; ex hac potuit erui, nisi prouidentia ei regenerationis statum pristinae libertatis Christi Domini reformasset aduentus. Audiatur David dicentem: Adiutorium nostrum in nomine Domini. Et, Adiutor meus esto, nè derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus. Quæ incassum dixerit, si tantum in eius erat positum voluntate, quod à Domino flebili sermone posebat. Quæ cum ita sint, cumq; in omnibus diuinis paginis voluntati liberè non nisi adiutorium DEI legamus esse necendum, eamq; nihil posse caelestibus præsidij destitutam: quoniam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter (ut asseritis) defendentes, sibimet, immò (quod est dignius dolore communi) plurimis Pelagius Cælestiusq; persuadent? Multifarijs equidem ad instruendum tale magisterium uti possemus exemplis, nisi scirem & sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes callere diuinas, præsertim cum vestra relatio tantis ac talibus testimonijs sit referta, ut his solis valeat præsens dogma rescindi, opusq; non esse reconditis, cum his (quæ faciliè vobis occurrunt posuistis) nec audeat obuiare, nec possint. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam necesse est, etiam restituta nobis statum pristini libertate, quaeramus, quippe qui nec alias diaboli machinas, nisi eadem iuuante, possumus vitare. Illud verò, quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmij, absq; baptismatis gratia, posse donari, per fatuum est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem eius, nõ habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hæc in eis sine regeneratione defendunt, vident mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant, hos habere, quod in eos credunt non nisi baptismate conferendum. Si ergo nihil volunt officere, non renasci: fateantur necesse est, nec regenerationis sacra fluente prodesse. Verum ut superfluum hominum praua doctrina celeri veritatis possit ratione rescindi, proclamat Dominus in Euangelio, dicens: Sinite infantes, & nolite eos prohibere venire ad me: talium est enim regnum celorum. Quare Pelagij Cælestiumq; id est, inuentores vocum nouarum, quæ (sicut dixit Apostolus) ædificationis nihil, sed magis vanissimas consueuerunt parare quæstiones: ecclesiastica communione priuari, apostolici vigoris auctoritate censemus, donec respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem: eosque interim dominico ouili non recipi, quoad ipsi peruersæ vitæ quem secuti sunt tramitem deserere voluerint. Abscindendi sunt enim, qui nos conturbant, & volunt conuertere euangelium Christi.

Psal. 113. Psal. 26.

Ioan. 6. f

Matth. 19. a

1. Tim. 1. a

2. Tim. 2. a

Galat. 5. b

Rom. 1. d

Ezech. 18. g & 33. c

Psal. 48.

Psal. 3.

2. Cor. 12. c

Psal. 34.

Christi. Simul autem precipimus, ut quicumq; id pertinacia simili defendere nituntur, par eos vindicta constringat: (non solum enim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus) quia nõ multum interesse arbitror, inter committentis animum, & consentientis fauorem. Adde & amplius: Plernum què dediscit errare, cui nemo consentit. Hæc igitur, fratres charissimi, in supradicta maneat fixa sententia: absint atrijs Domini: careant duntaxat custodia pastoralis, nè duarum ouium dira contagia serpent forsitan per vulgus incautum, rapaciq; lupus cordelætetur intra ouile Dominicum tantas ouium fusas cateruas, dum à custodibus dissimulanter habetur vulnus duarum. Prospiciendum est ergo, nè, permittendo lupos, mercenarij magis videantur esse quàm pastores. Tubemus sanè, quia Christus Dominus noster propria voce signauit, nolle se mortem morientis, sed tantum, ut reuertatur & viuat, ut si vnam ad sanum (deposito prauo dogmatis errore) respuerint, damnauerintq; ea, quorum se ipsi priuatione damnauerunt, eis medicinam solitam, id est, receptaculum suum, ab ecclesia non negari: nè, dum eos redeuntes forsitan prohibemus, verè extra ouile remanentes, expectantis hostis rapidis faucibus glutiat, quas in semetipso spiculis malæ disputationis armauerunt. Benè valete fratres. Data sexto Kalendas Februarij, Honorio & Constantio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA FAMILIARIS quinque episcoporum ad supradictum papam.

Domino beatissimo, merito què honorandissimo fratri Innocentio papæ, Aurelius, Alypius, Augustinus, Euodius & Possidius in Domino salutem. De concilijs duobus prouinciae Carthaginensis atque Numidiae, ad tuam sanctitatem à non paruo episcoporum numero subscriptas literas misimus, contra inimicos gratiæ Christi, qui confidunt in virtute sua, & creatori nostro quodammodo dicunt, tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus. Qui naturam humanam ideò dicunt liberam, nè quarant liberatorem: ideò saluam, ut indicent superfluum saluatorem. Tantum enim dicunt valentem, ut suis viribus, semel in origine suæ creationis acceptis, possint per liberum arbitrium (nihil vltèrius adiuuante illius gratia qui creauit) domare & extinguerent omnes cupiditates, tentationesq; superare. Multi eorum insurgunt aduersum nos, & dicunt animæ nostræ, Non est salus illi in Deo eius. Familia Christi (quæ dicit, Quando infirmor, tunc fortis sum: & cui dicit Dominus eius, Salus tua ego sum) suspensio corde, cum timore & tremore adiutorium Dei, etiam per charitatem tuæ venerationis, expectat. Audiuimus enim esse in vrbe Roma (ubi ille diu vixit) nonnullos, qui diuersis causis eius

fauent. Quidam scilicet, quia vos talia persuasisset perhibet: plures verò, qui eum talia sentire nõ credunt: præsertim quia in Oriète, ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse iactantur, quibus putatur esse purgatus: ubi quidè si episcopi eum catholicum pronunciarunt, nõ ob aliud factum esse credendum est, nisi quia dixit se Dei gratiam confiteri, & ita posse hominè suo labore ac voluntate iuste viuere, ut ad hoc adiuuari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antistites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare consueuerunt, eam utiq; de qua dicit Apostolus: Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Sinè dubio gratia, qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, nõ qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam, quæ etiam cum impijs habemus, cum quibus homines sumus: negare verò eam, qua Christiani & filij Dei sumus: quis catholicorum sacerdotum eum patienter, non dicimus, audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices, qui ecclesiastica consuetudine gratiæ nomè audierunt, nescientes, quid huiusmodi homines vel in suæ doctrinæ libris, vel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio, qui iam fortasse correctus est, quod vitiam ita sit: sed de tam multis, quibus loquaciter contententibus, & infirmas atque in eruditas animas, velut coniunctas, trahentibus, firmas autè & in fide stabiles, ipsa contentione fatigantibus, vsquequaq; iam plena sunt omnia. Aut ergo à tua veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogandus, quæ dicat gratiam, qua fateatur, si tamen iam fateatur, ad non peccandum, iusteq; viuendum, homines adiuuari: aut hoc ipsum cum eo per literas agendum. Et cum inuentus fuerit hanc dicere, quam docet ecclesiastica & apostolica veritas, tunc sine vilo scrupulo ecclesiæ, & sine latibulo ambiguitatis vilius absoluedus est, tunc est reuera de eius purgatione gaudendum. Sive enim dixerit, gratiam esse liberum arbitrium, siue gratiam esse legem præceptum, nihil eorum dicit, quod per subministrationem spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam, tentationesq; vincendas, quem ditissime effudit super nos, qui ascendit in cælum, & captiuauit captiuitatem, deditq; dona hominibus. Hinc enim oramus, ut peccatorum tentationem superare possimus, ut spiritus Dei (vnde pignus accepimus) adiuuet infirmitatem nostram. Qui autem orat & dicit, Nè nos inferas in tentationem: non utiq; id orat, ut homo sit, quod est natura: neq; orat id, ut habeat liberum arbitrium, quod iam accepit, cum crearetur ipsa natura: neq; orat remissionem peccatorum,

Galat. 2. d

Tit. 3. d

Psal. 67.

Matth. 6. b

Rom. 8. e

2. Cor. 5. a

Matth. 6. b

quia hoc superius dicitur, Dimitte nobis debita nostra: neq; orat, vt accipiat mandatum, sed plane orat, vt faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit vtique peccatum, quod est contra mandatum. Orat igitur, vt non peccet, hoc est, vt ne quid faciat mali: quod pro Corinthijs orat Apostolus, dicens: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciat mali. Vnde satis apparet, quod ad non peccandum, id est, ad non malefaciendum, quantum esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficit, nisi adiuuetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiae testificatio. Hac ille confiteatur, & cum gaudebimus si ueretur, siue correctum. Distinguenda est lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iubere, nisi esset voluntas: nec gratia iuuaret, si satis esset voluntas. Iubetur, vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: & tamen oramus, vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Iubetur, vt habeamus sapientiam, vbi dicitur: Stulti aliquando sapite. & tamen oratur, vt sapientiam habeamus, vbi dicitur: Si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet a DEO, qui dat omnibus affluentem, & non impropere, & dabitur ei. Iubetur, vt habeamus continentiam, vbi dicitur: *(Hic aliquid deest eiusmodi, SINT LVMBI VESTRI PRACINCTI: Et tamen oramus eam dari nobis vbi dicitur:)* Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiae, scire, cuius esset hoc donum: adij dominum, & deprecatus sum illum. Postremo, ne nimium loquum sit cuncta percurrere, iubetur, vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina a malo. & tamen oratur, vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciat mali. Iubemur, vt faciamus bonum, vbi dicitur: Declina a malo, & fac bonum. & tamen oratur, vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus, pro vobis orantes & postulantes. atq; inter caetera, quae illis orat, dicit: Vt ambuletis dignè Deo in omne placitum, in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatem, cum haec praecipuntur: sic & ipse agnoscat gratiam, cum peruntur. Misimus reuerentiae tuae librum, quem dederunt quidam religiosi & honesti adolescentes, serui Dei, quorum etiam nomina non taceamus: nam Thimaeus & Iacobus vocantur. Qui, sicut audiimus, & etiam nosse dignaris, ipsius Pelagij exhortatione, spem (quam habebant in seculo) reliquerunt, & nunc continentem, Deo seruiunt. Qui cum errore eodem tandem aliquando, per qualemcunque operam nostram, Domino inspirante, caruissent, protulerunt eundem librum, Pelagij esse dicentes, & vt ei responderetur, im-

2. Cor. 13. c

Psal. 37.

Psal. 118.

Psal. 93.

Iaco. 1. a

Sap. 8. d

Psal. 33.

2. Cor. 13. c

Psal. 33.

Col. 1. b

1. The. 2. c

pendio rogauerunt. Factum est, ad eosdem rescripta est ipsa responsio. Agentes gratias, rescripserunt. Vtrunq; missimus, cui responsum est, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, vbi (petimus) inspicere non graueris, quemadmodum sibi obiecta quaestione, quod gratiam Dei negaret, ita respondit, vt eam esse non diceret nisi naturam, in qua nos condidit Deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus. Anathematizet illa, & eam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat & praedicat esse propriam Christianorum, quae non est natura, sed qua saluatur natura, non auribus doctrina sonante, vel aliquo adiumento visibili, sicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus & occulta misericordia, sicut ille facit, qui dat incrementum Deus. Etsi enim quadam non improbanda ratione, dicitur gratia DEI, qua creati sumus, vt non nihil essemus: nec ita essemus aliquid, vt cadauer, quod non uiuit: aut arbor, quae non sentit: aut pecus, quod non intelligit: sed homines, qui & essemus, & uiueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere valeamus: vnde merito & gratia ista dici potest, quia non praecedentiu aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate Dei donata est: alia est tamen, qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, vt diceret possimus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hac gratia quaestio vertebatur, quando ab his, quos pelagius grauius offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret, non solum ad faciendam, verum etiam ad perficiendam mandata diuina, per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam. Hanc apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est: Non irritam facio gratiam DEI. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. De hac scriptum est: Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. De hac scriptum est: Si autem gratia, iam non ex operibus: Alio qui gratia iam non est gratia. De hac scriptum est: Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impiu, deputatur fides eius ad iustitiam. Et multa alia, quae melius potes ipse meminisse, & intelligere prudentius, & illustrius praedicare. Illam vero gratiam, qua creati sumus homines, etiam si ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamē, si ita appellatam in vllis legitimis, propheti-

1. Cor. 3. b

Rom. 8. f

Galat. 2. d

Galat. 5. a

Rom. 11. a

Rom. 4. a

Galat. 5. b

Rom. 4. d

Psal. 67.

Erod. 20. c

Deut. 5. b

& 7. d

Ecd. 25. d

Rom. 13. c

Leuit. 19. c

Matt. 22. d

Marc. 12. c

Luc. 10. e

Rom. 13. c

Galat. 5. c

Rom. 4. d

Galat. 2. d

Rom. 4. d

Heb. 10. g

Rom. 1. c

Galat. 3. b

Rom. 5. b

Rom. 7. d

1. Tim. 2.

cus, Euangelicis, Apostolicisque literis legitimus. Cum itaque de hac gratia, Christianis fidelibus, Catholicisque notissima, illi obijceretur quaestio, vt eam oppugnare desineret: quid est, quod cum hoc sibi in libro suo, velut ab aduersante persona, idem ipse obieisset, vt se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre gratiam creatoris, atque se ita dicere, sine peccato implere posse iustitiam, per liberum arbitrium cum adiutorio diuinæ gratiae, quod DEVS hoc dederit homini, ipsa possibilitate naturae? Cui merito respondetur: Ergo euacuatum est scandalum crucis, Ergo Christus gratis mortuus est. Non enim (si non moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram, nec ascendens in altum, captiuans captiuitatem, daret dona hominibus) ista naturae possibilitas, quam defendit, non esset in hominibus. An forte DEI mandatum deerat, & ideo Christus mortuus est? Immo etiam & hoc erat sanctum & iustum, & bonum. Iam dictum fuerat, Non concupisces: iam dictum fuerat, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In quo sermone Apostolus omnem legem dicit impleri: & quoniam nisi diligit Deum, nemo diligit seipsum, ideo Dominus in his duobus praecipis totam legem dixit prophetasque pendere. Quae duo praepcepta iam erant hominibus diuinitus data. An aeternum praemium, iustitiae praemium nondum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit, etiam in veteri Testamento regnum caelorum esse praemissum. Si ergo ad faciendam perficiendamque iustitiam, iam erat naturae possibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis DEI sanctum, & iustum, bonumque mandatum, iam erat praemissum praemium sempiternum: Ergo Christus gratis mortuus est, Ergo neque per legem iustitia, neque per naturae possibilitatem, sed ex fide ac dono DEI per IESVM CHRISTVM dominum nostrum, vnum mediatorem Dei & hominum. Qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter iustificationem nostram: profecto & antiquorum fides euacuaretur, & nostra. Fide vero euacuata, quae homini iustitia remaneat, cum iustus ex fide uiuat? Ex quo enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: proculdubio a corpore mortis huius (vbi lex alia repugnat legi mentis) neminem liberauit aut liberat suae possibilitas naturae: quae perita, redemptore indiget: faucia, saluatore: sed gratia DEI per fidem vnius mediatoris DEI & hominum, hominis IESVM CHRISTI, qui & Deus cum esset, hominem fecit, & manens Deus, homo fa-

ctus, refecit ipse quod fecit. Puto autem, quod eum lateat, fidem Christi (quae postea in reuelationem venit) in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi DEI gratia liberati sunt, quicunque omnibus generis humani temporibus liberari poterunt occulto iudicio DEI, non tamen vituperabili. Vnde dicit Apostolus: Habentes autem eundem spiritum fidei, vtique eundem, quem & illi, secundum quod scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Indè est, quod ait ipse mediator: Abraham concupiuit videre diem meum: Vidit, & gauisus est. Indè Melchisedech prolato sacramento mensae Domini, nouit aeternum eius sacerdotium figurare. Iam vero data in literis lege, quam dicit Apostolus subintrasse, vt abundaret delictum, & de qua dicit, Si ergo ex lege haereditas, iam non ex promissione: Abraham autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Transgressionis gratia posita est, donec veniret semen, cui praemissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quae posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura, omnia sub peccato, vt promissio ex fide IESVM CHRISTI daretur credentibus. Nonne satis ostenditur, hoc actum esse per legem, vt peccatum agnosceretur, & prauaricatione aueretur? Vbi enim lex non est, nec prauaricatio. Et sic aduersus victoriam peccati, ad diuinam gratiam (quae in promissionibus est) confugeretur: atque ita lex non esset aduersus promissa Dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex prauaricatione legis abundantia peccati, vt ad liberationem quaerantur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat esse in homine iustitia, non sua, sed Dei, hoc est, data dono Dei. Quam etiam nunc quidam (sicut tunc de Iudaeis dictum est) ignorantem Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, iustitia sua, prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter quod iustitia DEI dicitur. Vnde item scriptum est: Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & prophetas: Cum dicit, manifestata est: ostendit, quia & tunc erat: sed tanquam illa pluuia, quam Geodeon impetrauit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifesta. Cum ergo lex sine gratia, non mors peccati potuisset esse, sed virtus: (sic enim dictum est, Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex) sicut confugiunt multi a facie regnantis

2. Cor. 4. c

Psal. 115.

Ioan. 8. g

Gen. 14. d

Heb. 7. a b c

Rom. 5. d

Galat. 3. c

Rom. 4. c

Rom. 10. a

Rom. 3. c

Iudic. 6. g

1. Cor. 15. g

Rom. 11, b

22119 Na

Galat. 5, c
1. Cor. 15, g

ris peccati ad gratiam, velut in aream, nunc patentem ita pauci ad eam confugiebant, velut in vellere, tunc latentem. Hæc verò temporum distributio, refertur ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, de qua dictum est: Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quapropter si & ante tempus legis, & tempore ipso legis, iustos patres ex fide viuentes, non possibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac vitiatæ, & sub peccato venundatæ, sed Dei gratia per fidem iustificabat, & nunc eadem, in aperturam veniens, reuelata iustificat: anathematizet ergo Pelagius scripta sua, vbi contra eam, etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturæ, ad vincenda peccata, & implenda mandata. Aut si ea sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa: quæ sua esse negat, anathematizet ea tamen & damnet paterna exhortatione & auctoritate sanctimoniarum tuarum. Si ergo vult, onerosum sibi & perniciosum dicat, ecclesiæ scandalum inferre, quod scâdâlum auditores, & inperuersum dilectores eius, vsquequaquè spargere non quiescunt. Si enim cognouerint eundem librum (quem illius vel putant esse, vel nórunt) episcoporum catholicorum auctoritate, & maximè sanctitatis tuæ, quam apud eum esse maioris ponderis minimè dubitamus, ab eodem ipso esse anathematizatum atque damnatum: nõ eos vterius estimamus auferros, loquendo cõtra gratiã Dei, quæ reuelata est per passionem & resurrectionem Christi, pectora fidelia & simpliciter Christiana turbare: sed potiùs, adiuuante misericordia Dei, cõcertantibus nobiscum charitate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, (non solum vt in æternum beati, verum etiam & iusti & sancti sint) non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Vnde & ad ipsum scriptam ab vno nostrum epistolam, (ad quem, per quendam Orientalem diaconum, cuius autem Hipponensem, tanquam purgationis suæ quedã scripta transmisit) tuæ beatitudini potiùs credidimus dirigendã, meliùs iudicantes, & petentes, vt eam mittere ei ipse digneris. Sic enim eam legere potiùs nõ dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit, attendens. Illud verò, quod dicunt, posse hominẽ esse sine peccato, & mandata Dei facillè custodire, si velit, quis quã hoc per adiutorium gratiæ, quã tã per incarnationem vnigeniti eius reuelata atque donata est, dicitur, tolerabiliùs dici videat, tamen quã non immeritò mouere potest, vbi & quã per eandem gratiam id efficiatur in nobis, vt sine villo prorsus peccato simus, (vtrum in hac vita, quando caro concupiscit aduersus spiritum, an verò in illa, quum fiet sermo qui scriptus est, Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis, peccatum est) diligentiùs pertractandum est propter alios

quosdam, qui senserunt, atque in suis literis memoriæ mandauerunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio natiuitatis sue, sed conuersione à peccatis ad iustitiam, & à via reprobã ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt, quod de Zacharia & Elizabeth scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus Domini sine querela. Hoc, quod dictum est, sine querela: sine peccato, dictum acceperunt, non quidem negantes, immò etiam (quod alijs locis in literis eorum inuenitur) pie cõfidentes adiutorium gratiæ Domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem spiritum DEI. Qui parum videntur considerasse, ipsum Zachariam fuisse vtique sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes, necesse habebant ex lege DEI, primitiùs pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populi. Sicut ergo nunc per orationis sacrificium conuincimur non esse sine peccato, quoniam iussi sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra: ita & tunc per sacrificia victimarum animalium, conuincemur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis iubebantur offerre. Quod si res ita se habet, vt per gratiam saluatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, charitate crescente, perficiamur autem in illa vita, cupiditate extincta, charitate completa: profectò illud, quod scriptum est, Qui natus est ex Deo, nõ peccat, secundum ipsam charitatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe, quæ ex DEO est, augenda & perficienda charitas pertinet: non ea, quæ minuenda est & consumenda, cupiditas: quæ tamen, quando est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis. sed natus ex DEO, nec obediens desiderijs eius, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere, Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Sed quoquo modo se habeat ista questio, quia etsi non inuenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratiæ & spiritus DEI: quod vt fiat, conandum atque postcendum est: tolerabiliter in id quisque fallitur: nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaboranda & optanda affirmare, etiam si, quod affirmat, non possit ostendere. Id enim credit fieri posse, quod certè laudabile est, velle. Nobis autem sufficit, quod nullus fidelium in ecclesia Dei reperitur in quolibet profectu excellens atque iustitia, qui audeat dicere, sibi nõ necessariam precationem orationis Diuicæ, dimitte nobis debita nostra, & dicat se non habere peccatum, nõ se ipsum decipiat, & in eo veritas non sit, quanuis iam sine querela viuat. Non enim qualecunq; etiam tentationis humane, sed graue peccatum est, quod in querelam venit. Cetera quæ illi obiecta sunt, sicut

Luca 1, 4

heb. 7, d, 5a

Matt. 6, b

1. Ioan. 3, b

Rom. 7, c

1. Ioan. 3, b

Rom. 6, b

Rom. 7, c

Matt. 6, b

1. Ioan. 1, d

Luca 1, 4

sicut gestis defensa peruiderit, ita de his proculdubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sanè nobis veniam suauitas mitissima cordis tui, quod prolixiorum epistolam fortassis, quam velles, tuæ misimus sanctitati. Non enim riuum nostrum tuo largo fonti augedo refundimus, sed in hac non parua tentatione temporis, vnde nõs liberet cui dicimus, Ne nos inferas in tentationem, vtrum etiam nõster, licet exiguus, ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc à te probari volumus, & tuis rescriptis de cõmuni participatione vnus gratiæ consolari.

EIVSDEM EPISTOLA XXVII.

Rescriptum Innocentij papæ de Pelagio hæretico, ad suprascriptos episcopos.

Innocentius Aurelio, Alypio, Augustino, Euodio, Possidio episcopis. Fraternalitatis vestræ literas, plenas fidei, totoque religionis catholice vigore firmatas, à duobus missas concilijs per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, pergrato suscepimus animo, quod earum tenor, omnisque contextio in cõsideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione, qui contra sentiant, integra ratione consistit, vt & illis omnem tollere possit errorem, & idoneo dato cuius nostræ legis exemplo, quem sequi debeant, dignum possint habere doctorem. Sed de his, iam satis, vt opinor, supra diximus, cum vestris relationibus respondentes, rescripsimus, quid vel de illorum perfidia, vel de vestra sententia sentiremus. Sed subinde contra eos subuenit & suppeditat, quod dicitur: nec potest aliquando esse quod vincat, quum tam miserum impiusque sit, quod nostræ virtute fidei & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atque contempnit, inimica damnabilique cor suum disputatione confundens, quum credit nihil esse, quod à deo accipiat, nec aliquid superesse, quod petat ad sanandum se, qui sibi hoc abstulit, vterius quid reliquit? Si ergo sunt aliqui, quos in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit, (quod huic se dogmati dedant atque coniungant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinã, quod oberrans longius, & penitus approbatur aduersum) infecti illorum & monitis, & verbis, vt laborentur, inducti: quatenus ad rectum viæ tramitem redeant, festinabunt, nõ diutiùs metem obsidens, velut eorum sensibus pastus error inuadat. Nam si Pelagius, quocunq; restitit loco, eorum animos (qui facillè vel simpliciter crederent disputanti) hac affirmatione deceptit, (seu hac illi in vrbe sint, quod nesciètes, nec manifestare possumus, nec negare, quum etsi sunt, lateant: nec aliquando audeant vel illum prædicantem ista defen-

dere, vel talia aliquo nostrorum præsentem iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facillè, nec alicubi possit agnoscere, siue in quouis terrarum loco degant). Dei nostri misericordia, gratiaque credimus, quod facillè corrigantur, audita eius damnatione, qui fuerit pertinax, & resistens huius dogmatis auctor inuentus. Nec interest, vbi isti fuerint, dum, vbi cunq; inueniri poterint, sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest, eum esse purgatum, quanuis ad nos (a, nescio, quibus laicis) sint gesta perlatã, quibus ille & auditum se crederet, & absolutum. Quæ, vtrum vera sint, dubitamus, quod sub nulla illius concilij prosecutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re literas, apud quos istius rei iste prestitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere, hoc magis credimus, quod egisset, quod multo verius esse poterat, vt illos cogeret epistolis suis, quid iudicauerant, indicare. Verum quum sint aliqua in ipsis posita gestis, quæ obiecta partim ille vitando suppressit, partim, multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis, quàm vera ratione (vt ad tempus videri poterat) purgavit; alia negando, alia falsa interpretatione vertendo. Sed vtramque (quod magis optandum est) etiam ille se ad veram catholicam fidei viam, ab illo sui tramitis errore conuertat, vt cupiat vel itaque purgari, cõsideras quotidianam Dei gratiam, adiutoriumque cognoscens, vt videatur verè, & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum indicio, sed ad catholicam fidem corde conuerso. Vnde non possumus illorum nec approbare, nec culpam iudicium, quum nesciamus, vtrum vera sint gesta: aut si vera sunt, illum constet magis subtergisse, quàm se tota veritate purgasse. Qui si confidit, nouitque, non nostra dignum esse damnatione, quod dicat: aut iam hoc totum se refutasse, quod dixerat: non à nobis accersit, sed ipse debet potiùs festinare, vt possit absolui. Nã si adhuc taliter sentit, quãdò se nostro iudicio, quibusuis acceptis literis, quum sciat damnandum se esse, committeret? Quod si accersit edus esset, ab his meliùs fieret, qui magis proximi, & non longo terrarum spatio videntur esse disiuncti. Sed non deerit cura, si medicinæ præbeat illi materiam. Potest enim damnare, quæ senserat, ac datis literis, erroris sui, vt regressum ad nos decet, veniam postulare, fratres charissimi.

Librum sanè, qui eius esse diceretur, nobis à vestra charitate transmissum, euoluimus: in quo multa blasphemia, nihil quod placeret, nihil quod non penitus displiceret, à quouis damnandum atque calcandum, cuius similia (nisi qui ista scripserat) nemo alter in mentem reciperet, atque sentiret. Nã hoc loco

loco de legetiùs disputare, velut coràm po-
sito repugnantèq; Pelagio, necessarium esse
non duximus, cum vobiscum, totam rem
scientibus, pariq; nobiscum assensione gau-
dentibus, colloquamur. Tunc enim meliùs
hæc exempla ponuntur, quandò cum his,
quos harum constat rerum prudentes esse,
tractamus. Nam de naturæ possibilitate, de
libero arbitrio, & de omni Dei gratia, & quo-
tidiana gratia, cui nò sit rectè sentienti vber-
rimum. disputare? Anathematizet ergò ista,
quæ sensit, vt illi, qui eius sermonibus fue-
rant præceptisq; collapsi, quid tandèm ha-
beat fides vera, cognoscant. Faciliùs enim re-
uocari poterunt, cum ista à suo senserint au-
thore damnari. Quòd si ille pertinaciter in
hac voluerit impietate persistere, agendum
est, quatenùs vel his possit subueniri, quos
non suus, sed huius magis error induxit, nè
& illis hæc medicina pereat, cuius iste talem
non admittit nec postulat curam. Deus vos
custodiat incolumes, fratres charissimi. Da-
ta sexto Kalendas Februarij.

EPISTOLA FAMILIARIS
eiusdem papæ 28. ad Aurelium
Carthaginensem episco-
pum.

Inno centius Aurelio episcopo Cartha-
ginensi: In familiaribus scriptis dile-
ctio vera consistit. Etenim ius firmiter
charitatis officia meliùs se orsa mercan-
tur. Quam obrem per fratrem nostrum Iulium
epistolæ extrinsecus missæ respondere gesti-
ui, nè apud me forsitan remaneret peculiaris
negata salutationis offensa, frater charissi-
me. Supradictum igitur fratrem nostrum tuæ
dilectioni restituo, cum Apostolicæ sedis ad
relationem duplicis synodi iudicatis. Su-
perest, vt oratus à nobis Dominus, præstare
dignetur, quatenùs omnis ecclesiæ suæ ma-
cula, continuis laboribus nostris possit ab-
stergi. Dominus custodiat in incolumem,
frater charissime. Data sexto Kalendas Fe-
bruarij.

**EIVSDEM INNOCENTII EPI-
STOLA 29. ad S. Iohannem Chrysostrum, à
sua sede per iniuriam deiectum, quemad-
modum ea Latinè versà legitur in
Nicephoro Callisto lib. 13.
cap. 32.**

Tamet si innocentem bona omnia expe-
ctare, & à Deo misericordiam petere
conueniat: tamen nos quoquè, qui toleran-
tiæ malorum suasores sumus, literas hæc,
pro eo atquè decuit, cum Cyriaco diacono
ad te dedimus, nè aduersariorum iniuria
plus possit quàm bona conscientia, dum in
spe cum illa luctatur. Non enim opus est do-
ceri te tot populorum doctorem & pasto-
rem, optimos quosque sæpè atq; ad eò sem-
per probari, an in vigore patientiæ persistat,
neque alicui dolum labori cedant. Et est
perfectò res stabilis & firma, cõscientia bona

in malis, quæ iniustè accidit, omnibus: quæ
nisi quis patientia vincat, indicium de se malæ
suspicionis præbet. Omnia nanque sustine-
re debet, qui Deo primùm, deinde suæ quo-
què cõfident conscientiæ: quandoquidem
bonus atq; honestus vir exerceri ad patien-
tiam maximè potest, vinci autem non po-
test. Nam mentem eius diuinæ custodiunt
scripturæ. Abundant autem exemplis le-
ctiones sacræ quas populo tradimus: &
omnes propè sanctos varijs modis & conti-
nenter malis afflictos esse cum fide attestan-
tur, quippe qui tanquam in aliquo iudicio
explorati, tandèm sic ad coronam patientiæ
peruenère. Consoletur igitur charitatem
tuam, frater reuerendissime, conscientia tua,
quæ in tribulationibus solatium virtutis
obtinet. Inspiciente nanque ipso Christo
Domino, in portu pacis petra constabit con-
scientia.

**EIVSDEM EPISTOLA TRIGE-
sima ad Clerum & populo Constan-
tinopolitanum, ex Nicephoro
lib. 13. cap. 32.**

Inno centius Episcopus presbyteris & dia-
conis, totiùque clero & populo Ecclesiæ
Constantinopolitanæ, quæ sub Ioanne epi-
scopo est, fratribus dilectis salutem.

Ex literis dilectionis vestre, quas per Ger-
manum presbyterum & Cassianum diaconum
ad nos dedistis, scenam malorum,
quam ob oculos posuistis, anxia sollicitudi-
ne cognoui, & quibus ærumnis malisque
fides labore, repetita sæpiùs lectione per-
spexi. Cui rei sola patientiæ consolatio me-
detur. Dabit enim breui Deus noster affli-
ctionibus tantis finem, quas sustinuisse pro-
derit. Sedenim hanc ipsam necessariam
consolationem, in initio epistolæ dilectio-
nis vestræ positam, consilium propo-
situmque vestrum laudantes, intelleximus,
multa patientiæ testimonia complectentem.
Consolationem nanque nostram, quam ad
vos scribere debuim, literis ipsi vestris præ-
occupastis. Eam siquidem laborantibus
Dominus noster præbere patientiam solet,
vt in ipsis tribulationibus se ipsos Christi ser-
ui solentur, secù ipsi reputates, eadem antè
sanctis q; ipsi patiuntur, accidisse. Sed & nos
ex ipsis literis vestris afferre vobis solatium
possumus. Non enim ab eo, vt vobis condo-
leamus, alieni sumus: siquidem & nos in vo-
bis affigimur. Quis nanque ferre possit,
quæ ab illis designantur, quos maximè con-
ueniebat pacificæ tranquillitatis & concor-
diæ studiosos esse? Nunc insolito more sedi-
bus ecclesiarum suarum innocentes ei ciun-
tur episcopi. Quod sanè primus frater & col-
lega noster, episcopus vester Ioannes, per in-
iuriam est passus causa indicta, & crimine
neq; obiecto neque audito. Quæ verò hæc
prohibita ratio est, vt iudicij specimen non
seruetur, aut de causa non queratur? In lo-
cum

*Est apud So-
zomeni lib.
8. cap. 26.*

** dignu ad*

cum viuentium episcoporum alij surrogan-
tur, quasi qui ab eiusmodi delictis prorom-
pant, à quopiam iudicari possint rectè quic-
quam vel dicere vel facere posse? Nunquam
sanè patres nostros talia ausos fuisse, sed po-
tius veruisse cognouimus, nè cui in locum
viuentis per consecrationem alium substi-
tuendi sit potestas. Minimè enim consecra-
tio siue electio reproba honorem adimere
episcopo potest: quandoquidem neq; epi-
scopus ille esse potest, qui iniquè substitui-
tur, quoniam hæc contra Canonum obser-
uatione sunt. Canonibus porrò obsequen-
dum esse scribimus, qui Niceæ sunt decreti:
quos solos cõsecrari decet Ecclesiam catho-
licam, & iuxta eos iudicare. Sin alij à quo-
piam proferuntur, à Nicenis canonibus dis-
sonantes, & hæreticos authores referentes, ij
à catholicis episcopis reijciuntur. Hæretico-
rum nanq; inuenta catholicis canonibus nò
sunt annectenda. Semper etenim illi per con-
traria & nefaria decreta, patrum Nicenorum
concilium minuere intendunt. Quapropter
non solum hoc dicimus, istos sequendum
non esse, verùm etiàm cum hæreticis & schi-
smaticis seu diffidiosis dogmatibus con-
demnandum: quemadmodum antè in Sar-
dicensi concilio ab episcopis, qui nos præ-
cesserunt, factum est. Nam quæ sic perperam
inducuntur, magis damnare cõuenit, quàm
vt quæ directè contra Canones statuuntur,
aliquam habeant, fratres reuerendissimi, fir-
mitatem. Cæterum quid contra istos in præ-
sentia agendù? Synodali cognitione peropus
est, quam dudum etiàm cogendam esse cen-
suimus. Sola enim illa talium procellarum
motus sopire potest: quam vt obtineamus,
vile nunc fuerit medicinam & opem hanc
ad voluntatem magni DEI & Christi eius
Domini nostri referre. Omnia quæ diaboli
inuidia ad fidelium exploratione sunt per-
turbata, pacabuntur. Stabilitate fidei nihil
non sperare à Domino debemus. Nos qui-
dem multùm deliberamus & dispicimus,
quomodò vniuersalis synodus congregetur,
vt de voluntate Dei turbulenti isti mo-
tus compefcantur. Itaque interea sustinea-
mus, & patientiæ muro circinuallati, omnia
auxilio Dei nostri restitutum iri speremus.
Quæcunque verò vos sustinuisse scripsistis,
ea quoquè omnia antè, quanuis diuersis
maximè temporibus, à collegis vestris epi-
scopis, Demetrio, Eulyfio & Palladio, qui
Romam venerunt, & nobiscu fuerunt, per-
contatione accurata cognouimus.

**EPISTOLA 31. QVA EXCOM-
municat persecutores D. Ioannis Chry-
sostrumi: Ex Nicephoro
lib. 13. cap. 34.**

*Archadium
intelligit,
Gen. 4.*

Vox sanguinis fratris mei Ioannis cla-
mat ad Deum contra te, ô Imperator,
sicuti quondam Abel iusti contra parrici-
dam Cain: & is modis omnibus vindicabi-

tur. Nec id modò admittisti, sed etiàm pacis
tempore persecutionem magnam aduersus
Deum & Ecclesiam eius concitasti. Eiecisti
è throno suo, re non iudicata, magnum to-
tius orbis doctorem, & vnà cum eo Christu
persecutus es. Neque de illo ita queror (for-
tem enim seu hereditatem cum sanctis Apo-
stolis in Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi
regno consecutus est) quanuis intolerabilis
iactura ea sit: sed affligor propterea, quòd
primùm de animarum vestrarum salute,
deinde de eis qui sapientissima, spiritali &
diuina doctrina & institutione eius orbat,
fame verbi Dei cõficiuntur, sum sollicitus.
Non enim Ecclesia tantùm Constantino-
politana mellitæ illius linguæ iacturam fe-
cit, sed & orbis sub sole totus ad orbitatem
redactus est, viro tam diuino amisso, persua-
sione vtrius mulieris, fabulam hanc & spe-
ctaculum exhibentis. Verùm excipiet illa
& præsentem hinc pœnam, & futurum sempiternum
supplicium non post multos hocse
dies ei adueniens. Tamet si enim beatus Io-
annes vitam reliquit, fide seruata & fluctu-
antibus confirmatis in aeterna tamen secula
sempiternarum deliciarum & immortalis
vitæ hereditatem est consecutus. Noua au-
tèm Dalila Eudoxia, quæ paulatim te erro-
ris seu seductionis nouacula totondit, ex-
ecrationem ex multorum ore sibipssi indu-
xit, graue & quod gestari nequeat, peccato-
rum pondus colligans, atque id prioribus
peccatis suis superaddens. Itaque ego mini-
mus & peccator, cui thronus magni Aposto-
li Petri creditus est, segrego te & illam à per-
ceptione immaculatoꝝ mysterioꝝ Chri-
sti DEI nostri. Episcopum etiàm omnem
aut clericum ordinis sanctæ DEI Ecclesiæ,
qui administrare aut exhibere ea vobis au-
sus fuerit, ab ea hora, qua præsentem vinculi
mei legeritis literas, dignitate sua excidisse
decerne. Quòd si vt homines potètes quen-
quam ad id vi adegeritis, & Canones vobis
à Seruatore per sanctos Apostolos traditos
transgressi fueritis, scitote non paruum id
vobis peccatum fore in horrenda illa iudicij
die, cum neminem huius vitæ honor & di-
gnitas adiuuare poterit: arcana autem & ab-
dita cordium sub oculos omnium effunden-
tur atq; exhibebuntur. Arfacium quem pro
magno Ioanne in thronu episcopalem pro-
duxistis, etiàm post obitum exauthoramus,
vnà cum omnibus, qui consultò cù eo com-
municarunt episcopis: cuius etiàm nomen
sacro Episcoporum albo non inscribatur.
Indignus enim eo honore est, vt qui episco-
patum quasi adulterio polluerit. Omnis si-
quidem plantatio, quæ à patre nostro in
cælis plantata non est, eradicabitur. Ad
Theophili abrogationem addimus excom-
municationem, anathematismum, &
absolutam à Christianismo
alienationem.

*Nota autho-
ritatè sum-
mi Pontifi-
cis.*

Math. 15.

CONCILIUM MILEVITANVM CIRCA TEMPORA INNOCENTII PAPAE PRIMI.

Milevitanum Concilium pleriq; omnes viri docti arbitrantur celebratum in ciuitate Melita...

Gratiolissimis Imperatoribus Archadio & Honorio Augustis, v. coss. 6. Kalen. Septembris in ciuitate Mileuitana...

- 1 De episcoporum ordine, vt qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre. 33
2 De archiuo & matricula Numidia. 34
3 De Quoduult deo episcopo. 54
4 De Maximiano episcopo. 55
5 Vt episcopi, qui ordinantur, ab ordinantibus suis epistolam accipiant...

TITVLI CANONVM Mileuitani concilij. Contra Pelagianos, qui dicunt, etiam sine peccato mori potuisse Adam. 1
Quod iuxta Apostoli testimonium, etiam

- paruuli, qui nihil peccati adhuc commiserunt, omnes in peccatorum remissione veraciter baptizentur. 2
Quod gratia DEI non solum peccata dimittit, sed etiam adiuuat, ne committantur. 3
Quod per gratiam Dei sciamus, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus. 4
Quod gratia Dei praestet, vt lex impleatur, non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri. 5
Quod iuxta sententiam Ioannis euangelistae, nemo sit qui esse possit sine peccato. 6
Quod vnicuique etiam iusto, non solum pro alijs, sed & pro semetipso dicere oporteat, Dimitte nobis debita nostra. 7
Quod a sanctis veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra. 8
Quod ad communes causas ecclesiae generale concilium congregari oporteat, in priuatis vero causis speciale vniuscuiusque prouincia. 9
Vt epistolas ad concilium euocandum metropolitanus subscribat & dirigat. 10
Vt de haereticis & infidelibus quicquid in concilio constituitur, a principe impetretur. 11
Vt preces & orationes compositae, nisi probate fuerint in concilio, non dicantur. 12
Vt posteriores anterioribus episcopis non praferantur, nec in consultiis primatibus suis, aliquid agere praesumant. 13
Vt episcopi, pro tempore consecrationis suae, literas ab ordinantibus habeant. 14
Vt vbi primum quis legerit, ibi permaneat clericus. 15
Vt pro causis ecclesiarum executores vel aduocati, a principe postulentur. 16
Vt neque dimissus, neque dimissa, alteri coniungantur. 17
De his qui in sua prouincia non communicant, vt alibi non communicent. 18
De clericis, qui apud principem seculare iudicium aut synodale impleuerint. 19
Vt sine formatis nemo ad comitatum profiscatur, & qualiter formati fiant. 20
De episcopis, qui quod repetere poterant, praetermissa synodo, inuaserunt. 21
De clericis, qui de iudicio Episcoporum suorum conuenerunt. 22
De his qui apud haereticos poenitentiam acceperunt. 23
De episcopis negligentibus aduersus haereticos. 24
Vnde supra. 25
De virginibus, quae infra viginti quinq; annos, necessitate cogente, velantur. 26
De episcopis, qui post acta Carthagenensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda. 27

CON-

CONCILIUM MILEVITANVM.

De hoc concilio dicitur tit. de conf. dist. 4.

Gratiolissimis Imperatoribus Archadio & Honorio Augustis, v. coss. 6. Kalen. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario Basilicae, cum Aurelius episcopus ecclesiae Carthagenis in concilio vniuersali confedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiae sanctae vnum est corpus, omniumque membrorum caput est vnum, factum est, volente Domino, ac nostram infirmitatem iuuante, vt ad hanc ecclesiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quaeo charitatem vestra, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos, nec superfluous nec insuauis est...

Capitulum I.

Placuit ergo omnibus episcopis, qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere haec, quae in praesenti concilio definita sunt: Vt quicumque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit.

Item placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum, baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vnde fit consequens, vt in eis forma baptizatis, in remissione peccatorum, non verè, sed falsè intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica, vbi que diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Item placuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quae iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

Item, quisquis dixerit, eandem gratiam Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reue-

latur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis praestari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, scientia inflat, 1. Cor. 8. 2 charitas vero aedificat: valde impium est, vt credamus, ad eam quae inflat, nos habere gratiam Christi: ad eam quae aedificat, non habere: cum sit vtrumque donum Dei, & scire, quod facere debeamus: & diligere, vt faciamus, vt aedificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est, Qui Psalm. 93. docet hominem scientiam: ita etiam scriptum 1. Ioan. 4. b est, Charitas ex Deo est.

Item placuit, vt quicumque dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etiam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, Sine me difficilius poteris facere: sed ait, Sine me nihil potestis facere.

Item placuit, quod ait sanctus Ioannes Apostolus, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia verè ita est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere, si dixerimus, quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est, satis ostendit, eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Item placuit, vt quicumque dixerit, in oratione Dominica ideo dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, vt non pro seipsis hoc dicat, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs, qui sunt in suo populo peccatores: & ideo non dicere vnumquemque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed, Dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro alijs potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat Apostolus Iacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est, omnes, nisi vt ista sententia conueniret & psalmo, vbi legitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens? Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro Iob: In manu Iob 37. b

De co. di. 4. Placuit igitur omnibus epis.

De co. di. 4. Placuit vt quicumque paruulos...

Rom. 5. b

De co. di. 4. Placuit vt quicumque dixerit...

De co. di. 4. Quisquis dixit...

De co. di. 4. Placuit vt quicumque dixerit...

Ioan. 15. a

1. Ioan. 1. c.

1. Ioan. 1. e.

Matth. 6. b

Iaco. 3. a

Psalm. 142.

3. Reg. 8. e

2. Par. 6. g

Ecl. 7. e

Dani. 9. a

omnis hominis signat, ut sciat, omnis homo infirmitatem suam. Unde etiam Daniel sanctus & iustus, cum in oratione plura...

Dani. 9. c

8. Item placuit, ut quicumque verba ipsa Dominice orationis, ubi dicimus, Dimitte nobis debita nostra...

Matth. 6. b

9. Placuit, ut non sit ultra fatigandis fratribus anniverfaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africae...

10. Placuit etiam peti, ut omnium episcoporum epistolis omnibus, de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat.

11. Placuit & illud aduersus haereticos vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati, missi de hoc glorioso concilio, quicquid vtiliter prouiderint, a gloriosissimis principibus impetrent.

12. Placuit etiam & illud, ut preces vel orationes seu Missae, quae probatae fuerint in concilio, siue praefationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur. Nec alia omnino dicantur in ecclesia, nisi quae a prudentioribus tractatae, vel comprobatae in synodo fuerint...

*Valentinus *Placentius

13. *Palentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiae vestrae, prosequar ea, quae necessaria sunt ecclesiasticae disciplinae. Scimus enim, sic inuolante permansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officijs * legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, ut haec repeteremus, nisi forte existerent inconsiderate mentes quorundam, quae ad haec statuenda nostros acuerent sensus.

*charitatis

Sed & communis haec causa est, quam inueniuit frater & coepiscopus noster, ut vnusquisque nostrum, ordinem sibi decretum a Deo, cognoscat: & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis, aliquid agere praesumant. Qua de re oportet eos qui putauerint, spretis Maioribus, aliquid praesumendum, competenter esse ab omni concilio coercendos. Vniuersi episcopi dixerunt: hic ordo & a patribus & a Maioribus est seruatus, & a nobis, Deo propicio, seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiae & Mauritaniae.

14. Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem & diem, ut nulla alteratio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

15. Item placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel elegerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

16. Placuit praeterea, ut exequutoribus in omnibus iustis desiderijs impertiat. Placuit etiam, ut petatur a gloriosissimis Imperatoribus, ut iubeant iudicibus, dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum ecclesiasticarum, more sacerdotum prouinciae, ut iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem, pro negocijs ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obstitendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

17. Placuit, ut secundum euangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur: sed ita maneat, aut sibi met reconcilientur. Quod si contempserint, ad poenitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

18. Placuit, ut quicumque non communicat in prouincia propria, & in alijs prouincijs vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iacturam communionis vel clericatus excipiat.

19. Placuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab Imperatore postulauerit, nihil ei obstat.

20. Placuit, ut quicumque clericus, propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Episcopo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, a communione remoueat. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Episcopum loci eius ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem Episcopi deferat: formatam autem, quae a primatibus vel a quibuscumque Episcopis, clericis proprijs dantur, habeant

Di. 72. Placuit, ut quicumque in eccle. * suscepto officio eligatur.

* dari

32. 9. 7. Placuit, ut secundum. 1. Cor. 7. b

11. q. 1. Placuit, ut quicumque ab imper.

16. q. 6. Placuit, ut quicumque episcopus...

* iudicibus

1. q. 6. Placuit, ut presbyteri...

16. q. 3. Placuit, ut quicumque...

* sollicitior * videretur, * videretur.

habent diem paschae. Quod si adhuc eiusdem anni paschae dies incerta est, ille praecedens adiungatur, quomodo solet. Post consultatum, in publicis gestis ascribi.

21. Item placuit, ut quicumque Episcopi, quascunque ecclesias vel plebes, quas ad suam cathedram aestimant pertinere, non ita repetierint, ut causas suas, episcopis iudicantibus, agant: sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus, causa sua detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter Episcopos finita contentio, sed adhuc inde contentio: ille discedat, quem constiterit, praetermissis iudicijs ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quicquam blandiatur, si a primatibus, ut retineat, literas impetrarit: sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam questionem retulerit, per Episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicini ex consultu primatis delegerint.

22. Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudicijs episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quicquid est, finiat adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam in communione suscipiatur.

23. Placuit, ut quicumque conuersus ab haereticis, dixerit se apud eos poenitentiam accipere, vnusquisque Catholicus Episcopus requirat, ubi & ob quam causam apud eosdem haereticos poenitentiam susceperit: ut cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem Episcopo Catholico visum fuerit, tempus poenitentiae vel reconciliationis decernat.

24. Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conuentionis, non hoc fecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant: ita fanone, ut si ille, ad quem pertinuisse videbatur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab haereticis, impune ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse praeventam, ut eo modo eius cura solentior vitaretur, cum hoc iudices Episcopi cognouerint, suae cathedrae loca restituant. Sanè, si Episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur.

Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut duo eligantur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari. Et quisquis probatus fuerit, per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primae sedis Episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet.

25. Si in matricibus cathedris Episcopus negligens fuerit aduersus haereticos, conueniatur a vicinis Episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse quos (eo sciente) non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

26. Item placuit, ut quicumque Episcopus, necessitate periclitantis pudicitiae virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra viginti quinque annos aetatis, non ei obstat concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

27. Item placuit, ne diutius vniuersi Episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur, ab vniuerso concilio ternos iudices de singulis prouincijs eligi. Electi sunt de prouincia Carthagenensi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de prouincia Numidiae, Alypius, Augustinus, & Restitutus: de prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primatē Cresconius, Iocundus, & Aemilianus: de Mauritania Sitifensi, Severianus, Asiaticus, & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant. A quo petijt vniuersum concilium, ut cunctis siue gestis, quae confecta iam sunt, siue epistolis ipse subscribat. Et subscriperunt. Aurelius episcopus Ecclesiae Carthagenensis huic decreto consensit, & perlecto subscripsit. Donatianus * Telepiensis primae sedis subscripsit. Augustinus Hipponae Regiensis subscripsit. Similiter & omnes episcopi subscriperunt.

* vnus aut tres eligantur, aut duo vnus eligatur, aut tres. 2. q. 6. a iud. 2. q. 6. quisquis.

In dec. Iuonis, lib. 3.

Carthagenensis 3. cap. 4.

* Tibules, vel, Tebea stea.

SEQVUNTUR
QVAEDAM CONCILIA CARTHAGINENSIA CELEBRATA
 TEMPORIS Innocentij papae, hinc breuiter annotata duntaxat per titulos, capitulis latius expromendis in concilio sub Bonifacio papa seruato, post consulationem Honorij duodecimum, & Theodosij octauum, Cap.

57.

In hoc concilio, quid egerint episcopi, qui ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

GLORIOSISSIMO IMPERATORE Theodosio Augusto, & Rumorido viris clarissimis Conf. 8. Kalen. Septembris, Carthagine in Basilica regionis secundae, cum Aurelius Episcopus in vniuersali concilio confedisset, adstantibus Diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas vestra mea tenuitate ad hoc concilium congregata est. Iam dudum enim, sicut vestra sanctitas recordatur, habito concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in caetu sanctitatis vestrae, perfunctae legationis cursum narrare. Et licet hesternum die de hac re, confidentibus nobis, praeter gesta ecclesiastica diligentius, quae gesserint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

De Episcopis prouinciarum Aphricae, qui non affuerunt praesenti concilio.

Ordo itaque rerum deposcit, ut primitus de fratribus nostris & sacerdotibus, qui ad hoc concilium vel de Byzaceo, vel certe de Mauritania conuenerunt, quaeramus, quemadmodum huic concilio decreuerint interesse. Et offerentibus Philologo, Gesta, Venustiano & Feliciano episcopis prouinciae Byzacena legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano & Siluano legatis prouinciae Mauritaniae Sitifens, legationis literas, & recitatis, Aurelius Episcopus dixit: Horum scriptorum textus sociabitur gestis.

De Episcopis Byzacenis.

Numidius Episcopus dixit: Animaduertimus fratres & coepiscopos nostros * Byzacena prouinciae & Mauritaniae Sitifens, ad concilium destinasse legatos: nunc quaeramus, utrum legati Numidiae aduenerint, vel certe prouinciae Tripolitanae, vel Mauritaniae Caesareae.

DE EPISCOPIS MAURITANIAE SITIFENS.

Lucianus & Siluanus Episcopi, legati

prouinciae Mauritaniae Sitifens, dixerunt: Seruo ad Caesareae fratres nostros tractatoria venit: nam iam & illi uenirent, tamen necesse est ueniant. Et confidimus de animis illorum, quia si quid in hoc concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt.

De Episcopis Numidiae.

Alypius Episcopus ecclesiae Tagastens, dixit: Nos quidem de Numidia uenimus, ego & sancti fratres Augustinus & Possidius. Sed de Numidia legati mitti non potuerunt, quod adhuc tumultu tyronum, Episcopi proprijs necessitatibus in ciuitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiam tractatoriam sanctitatis tuae cum ad sanctum senem sancti spiritus deferrem, in praesenti tractatu hoc visum fuerat, ut concilium indiceretur, quod instructa legatio posset ad hoc concilium destinari. Sed cum eum posterioribus literis admonerem de impedimento tyronum, ut superius dixi, rescriptis proprijs excusauit. De Tripolitanis uero fratribus nostris hoc potui condiscere, quod Dulcitium fratrem nostrum destinauerunt legatum: sed quia non potuit occurrere, hoc asseuerauerunt quidam filij nostri, uenientes de supra dicta prouincia, quod memoratus nauis commiserat. Et credendum est, accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quae retardaret eius aduentum. Tamen etiam circa ipsos, si charitati uestra placet, haec forma seruabitur, ut placita ad eosdem concilij transmittantur. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Haec quae statuit sanctitas tua, omnibus placent.

TITVLI CAPITVLORVM
 huius Concilij.

- 1 De conueniendis Donatistis. 58
- 2 Forma conuentiois Donatistarum. 59

ALIA SYNODVS
 Carthagenensis.

Haec synodus aduersus Donatistas legationem ad principem dirigit.

GLORIOSISSIMO IMPERATORE Honorio Augusto, sexto Conf. xvj. Kalendas Iulias, Carthagine in Basilica regionis secundae, in hoc concilio legationem susceperunt Theasius & Euodius contra Donatistas. In quo concilio inceptum est * commonitorium, quod ita se continet.

- 1 Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatistas, ubi supra. 60

ALIVD CONCILIUM
 Carthagenense.

STILICONE iterum & * Arthemio viris clarissimis Consulibus, decimo Kalendas Septembris, Carthagine in Basilica regionis secundae.

Huius

Huius concilij gesta, ideo non ex integro descripsi, quoniam magis ea, quae in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia, constituta sunt, sed ad instructionem studiosorum, eiusdem concilij breuiter digessi.

- 1 Breuis causarum, ubi supra. 61

ALIA SYNODVS

Carthagenense.

IN HOC CONCILIO QVAEDAM de constitutis superioribus corriguntur, ut concilium vniuersale, non nisi necessitate, faciendum.

GLORIOSISSIMIS IMPERATORIBUS Honorio septimo, & Theodosio iterum Augusto, Conf. Idibus Iunij, Carthagine in basilica regionis secundae, cum Aurelius episcopus una cum Episcopis suis confedisset, adstantibus diaconibus, ait:

- 1 Quoniam constitutum fuerat in concilio Hipponensi, ut singulis annis contraheretur concilium Aphricae plenarium, non tantum hic apud Carthagenem, verum etiam per diuersas prouincias suo ordine, & hoc reseruatum est, ut indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzantio. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus &c. Vbi supra 62.
- 2 Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat. 63
- 3 De legationibus diuersarum prouinciarum. 63
- 4 Vt ab Imperatoribus postuletur aduocatorum defensio pro causis Ecclesiae. 64
- 5 Vt sit legatio libera. 64
- 6 Protestatio Maurorum Pontificum de Primoso. 64
- 7 De plebibus, quae nunquam Episcopos habuerunt. 65
- 8 De plebibus vel diocesis ex Donatistis conuersis. 66
- 9 De suggestione Maurentij episcopi. 67
- 10 De pacificandis Ecclesijs Romanae & Alexandrinae. 68
- 11 De his qui uxores, aut quae viros dimittunt, ut sic maneant. 69
- 12 De precibus ad altare dicendis. 70
- 13 De his, qui publicorum iudicium cognitionem ab Imperatore poposcerint. 71
- 14 De his, qui cum in Aphrica non communicant, uoluerint trans mare subrepere. 72
- 15 Vt pergentes ad comitatum, causam suam vel Carthagenensem, vel Romano pontifici insinuare procurent. 73

ALIVD CONCILIUM
 CARTHAGINENSE.

Concilium contra paganos & haereticos.

ASSO & PHILIPPO viris clarissimis Consulibus, xvj. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicae restituta. In hoc concilio legationem iterum suscepit Fortunatianus episcopus contra paganos & haereticos.

ALIA SYNODVS
 CARTHAGINENSIS.

Item concilium contra paganos & haereticos.

ASSO & PHILIPPO viris clariss. Conf. tertio Idus Octobris, Carthagine legationem susceperunt Restitutus & Florentius episcopi, contra paganos & haereticos, eo tempore, quo Seuerus & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Euodius & Theasius & Victor episcopi, caesi sunt.

ALIVD CONCILIUM
 CARTHAGINENSE.

Concilium de cognitione episcopi.

GLORIOSISSIMIS IMPERATORIBUS Honorio octauo, & Theodosio tertio, ubi supra 74.

ALIA SYNODVS
 CARTHAGINENSIS.

Post consularum gloriosissimorum Imperatorum Honorij & Theodosij textum Augustorum, ubi supra 75.

FINIS.

DECRETA

ZOSIMI PPAE.

Ex libro Pontificali.

ZOSIMUS natione Graecus, ex patre Anno Dni Abrahamio, sedit annum unum, menses duos, dies undecim. Hic constituit multa in ecclesia. Et constituit ut diacones laeuae testas de pallis linostimis haberent. Et per parochias concessit licentiam benedicendi cereum paschalem. Et precepit, ut nullis clericis poculum in publico propinaretur, nisi tantum in cellis fidelium, maxime clericorum. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, presbyteros decem, diacones tres, episcopos per diuersa loca numero octo. Sepultus est via Tiburtina, iuxta corpus beati Laurentij martyris, septimo Kalen. Ianuarij. Et cessauit episcopatus dies undecim.

TITVLI EPISTOLAE DECRETALIS ZOSIMI PPAE.

Quod monachi vel laici, nisi per gradus ecclesiasticos, non debent ad summum sacerdotium peruenire.

Quod si quis interdictionem despexerit, gradus sui periculo subiacet.

Quae in singulis clericorum gradibus tempora sunt praefixa.

EPISTOLA EIVSDEM PRIMA, ad Hefychium Salonitanum episcopum.

CAP. primum.

ZOSIMUS episcopus urbis Romae, Hefychio episcopo Salonitano.

Exigit dilectio tua praecipuum apostolicae sedis, in quo patrum decreta consentiunt, & significas, nonnullos ex monachorum populari coetu, quorum solitudo quis frequentia maior est, sed & laicos, ad sacerdotium fe-

Dist. 36. Qui ecclesiasticis. Et dist. 59. Qui ecclesiasticis.

stinare. Hoc autem specialiter & sub prædecessoribus nostris, & nupèr à nobis interdictum constat, literis ad Gallias Hispaniasq; transmissis, in quibus regionibus familiaris est ista præsumptio, quanuis nec Africa super hac admonitione nostra habeatur aliena, nè quis penitus contra patrum præcepta, qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset, & temporis approbatione diuinis stipendijs eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret: & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum. Vnde miramur, ad dilectionem tuam statuta Apostolicæ sedis non fuisse perlata. Laudamus igitur constantiam propositi tui, frater charissime, nec aliud de potestatis tui veteri censura autoritatis genus expectandum fuit, quam vt talibus ambitionibus pro præceptis patrum, in præcinctu fidei constitutus, occurreres. Igitur si quid auctoritati tuæ (quod nos non opinamur) æstimas defuisse, supplemus. Obsistite talibus ordinationibus, obsistite superbiæ & arrogantia venienti. Tecum faciunt præcepta patrum, tecum Apostolicæ sedis autoritas. Si enim officia secularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens, inuenitur, vt in cælesti militia, quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cum tyro antè non fuerit? & prius velit docere, q̄ discere? Adfuecat in Domini castris, in Lectorum primitus gradu diuini rudimenta seruitij: nec illi vile sit, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad presbyterij fastigium talis accedat, vt & nomē ætas impleat, & meritum probitatis stipendia antea ceta testentur. Iure indè summi pontificis locum sperare debet. facit hoc nimia remissio cōsacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis querunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his locis, vbi solitudo est, talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud prestare non possunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse iudicij. Rarū est em̄ quod magnum est.

2 Proindè nos, nè quid meritis dilectionis tuæ derogemus, ad te potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum facies ire notitiā, non tantum eorum, qui in ea prouincia sunt, sed etiam qui vicinis dilectioni tuæ puincijs adiunguntur. Sciet (quisquis hoc, postposita patrum & Apostolicæ sedis auctori-

tate neglexerit) à nobis districtius vindicandum, vt loci sui minimè dubitet sibi non constare rationem, si hoc putat post prohibitiones, impunè posse tentari. Contumelia enim studio fit, quicquid interdictū toties vsurpatur.

3 Hæc autem in singulis gradibus obseruanda sunt tempora. Si ab infantia ecclesiasticis ministerijs nomen dederit, interlectores vsque ad vicesimum ætatis annum, continuata obseruatione perduret. Si maior iam & grandæuus accesserit, ita tamen, vt post baptismum statim se diuine militiæ desideret mancipari, siue interlectores, siue inter exorcistas quinquennio teneatur: exindè acolythus, vel subdiaconus, quatuor annis: & sic ad benedictionem diaconatus (si meretur) accedat, in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hæere debet. Exindè suffragantibus stipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis presbyterij sacerdotium poterit promereri. De quo loco (si eò illi exactior ad bonos mores vita perduxerit) summū pontificatū sperare debet. Hac tamen lege seruata, vt neq; digamus, neque pœnitens, neq; viduæ maritus, ad hos gradus possit admitti. Sanè, vt etiam defensores Ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. Datum octauo Kalendas Martias, Honorio duodecimo & Theodosio octauo Augustis cōsulibus.

ITEM EPISTOLA ZOSIMI
papæ secunda ad clerum & ad presbyteros Rauennatum.

Zosimus episcopus commonitorium presbyteris & diaconibus, qui Rauenne sunt.

Ex relatione fratris nostri Archidami presbyteri, qualiter suscepti sitis, vel quid egeritis cognouimus, vel qualiter illi suscepti sint, qui contra canones aduersum nos ad comitatum (nescio, qua audentes temeritate) ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc misimus, olim scripta feceramus, eorū, quas iniuriosè miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est, in nostra Ecclesia Romana, cum nostris compresbyteris commorari; has ad vos, illis tradendas, literas destinauimus, in quibus decreto nostro sanximus, memoratos perturbatores omnium ab Apostolicæ nostræ sedis communiōne alienos fuisse, atq; nostræ subscriptione prolatam sententiam suscepisse. Illos etiam qui effrenato huic facto, consilioq; assensum commodare voluerunt, vestræ charitatis est estimare, qualiter habeatur. Quibus hoc obijcere vos debetis, quod iuxta Canonum præcepta fortiter incur-rere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles existere tentauerunt. Vos tamen monemus in speculis esse debere, nè qua eorum

Dist. 77. In singulis, & i. dect. Siricij ad Himerij Tarraconē, cap. 8. & 9.

Huius Canonis expositionem vide de 25. q. 1. Sunt quidā dicentes.

Huic consentit alius quidam prouentus codex.

*14. & amplius, sicut dicit Marius Scotus, sub anno 439.

Sardienfis concil. cap. 8. 9. 10. 11.

*contra

rum prorumpat audacia, quos anathematizatos scit sancta & Apostolica Ecclesia. De his verò, qui eorum se societati iunxerunt, quid agere debeamus, cum reuersi fueritis, consilio meliori tractabimus. Et alia manu: Datum quinto Nonas Octobris, Honorio duodecimo & Theodosio octauo Augusti cōsulibus.

EIVSDEM ZOSIMI PAPAЕ
Decretum, Ex Gratiano desumptum.

21. q. Contra statuta.

¶ Apostolicæ sedis autoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet.

¶ Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuunt antiquitates, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

SEQUITVR CONCILIVM QVOD- dam Carthaginensē, sub tempore (vt videtur) Zosimi papæ celebratum, hic breuiter annotatum. Nam illius capitula latius exprimentur in concilio sub Bonifacio papa primo seruato, post consulatum Honorij duodecimum, & Theodosij octauum.

¶ Porro in vetusto quodam codice monasterij sancti Bauonis in Gandauo, insigni Flandriæ vrbe, tale habebatur initium:

Honorio Augusto duodecimo consule, Kalendis Maijs, Carthaginē in Basilica Fausti, cum Aurelius episcopus simul cum Donatiano Telepten primæ sedis episcopo prouinciæ Byzaceniæ, & alijs ducentis tribus episcopis suis, tam ex prouincia Byzaceniæ, q̄ Mauritania Sitifensē, Tripolitana, Numidia, Mauritania Cæsarensē & Hispania, in concilio confederasset, adstantibus diaconis, placuit omnibus, in sancta synodo Carthaginensē Ecclesiæ constitutis, vt quicunq; dixerit Adā primum hominem &c. vt infra in concilio sub Bonifacio, cap. 76.

¶ Verum in codice impresso Moguntia in ædibus Ioannis Schæffer, circa annum millesimum quingentesimum vicesimum quintum, atq; secundum exemplar Anglicanum vetustissimum monasterij Vintoniensis, tale fuit initium:

Gloriosissimis Impatoribus Honorio duodecimo, & Theodosio octauo, Augusti cōsulibus, Kalendis Maijs, Carthaginē in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius episcopus in vniuersali concilio confederasset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus episcopis, quorum nomina & subscriptiones inditæ sunt, in sancta synodo Carthaginensē Ecclesiæ constitutis, vt quicunq; dixerit, Adā primum hominem &c. vt infra in concilio sub Bonifacio, cap. 76. ac deinceps.

vtrq; ad ca. 94. inclusiue.

DECRETA
BONIFACII PAPAЕ I.

Ex libro Pontificali.

Anno dñi 45.

Bonifacius natione Romanus ex patre locundo presbytero, fedit annos tres, menses octo, dies septē. Hic sub contentione ordinatur cum

Eulalio. Et fuit dissensio in clero menses 7, dies 15. Eulalius ordinatur in Basilica Costantiniana, Bonifacius autē in Basilica Iulij. Eodem tempore audiens hoc Placidia Augusta cum filio suo Valentiniano Augusto, dum sederent Rauennæ, retulit Honorio Augusto Mediolani sedenti. Eodem tempore ambo Augusti, missa autoritate hoc præceperunt, vt ambo exiret ciuitatem. Qui cum pulsi exissent, habitauit Bonifacius in cœmeterio S. Felicitatis martyris via Salaria, Eulalius verò in ciuitate Antio ad sanctum Hermem. Veniente autem die proximo Pascha præsumpsit Eulalius, eò quod ordinatus fuisset in basilica Constantiniana, & introiuit in urbem, & baptizauit, & celebrauit Pascha in basilica Constantiniana. Bonifacius verò, sicut cōsuetudo erat, celebrauit baptismū Paschæ in basilica sanctæ martyris Agnetis. Hoc audito, Augusti vtrique miserunt, & eiecerunt Eulalium, & missa autoritate, reuocauerunt Bonifacium, & constituerunt episcopū, Eulalium verò miserunt foras in Campaniam. Et facta synodo, deponitur Eulalius ab 272. episcopis, quia iuste non fuerat ordinatus & ex consensu omnium. Et fedit Bonifacius p̄sul, & constituitur Eulalius in ciuitate Nepe-sina episcopus. Post annos tres & menses octo defunctus est Bonifacius. Et petierunt Clerus vel presbyteri Eulalium reuocari. Quod tamen non consentit Eulalius, Romam scilicet reuertit. Qui tandem in eodem loco Campaniæ, post annum mortis Bonifacij, defunctus est. Hic Bonifacius constituit, vt nulla mulier aut monacha, pallam sacratam contingeret aut lauaret, aut incensum poneret in Ecclesia, nisi minister. Nec seruum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cuiuslibet rei. Hic fecit oratorium in cœmeterio sanctæ Felicitatis, iuxta corpus eius, & ornauit sepulcrum sanctæ martyris Felicitatis & sancti Siluani, vbi & posuit hæc: Patenā argenteam, p̄fantem libras viginti. Scyphum argenteum, pensantem libras decem. Amam argenteam, pensantem libras tredecim. Calices minores duos, pensantes libras quatuor. Coronas argenteas tres, pensantes libras quindecim. Hic fecit ordinationem vnā in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros tredecim, diacones tres, Episcopos per diuersa loca triginta sex. Sepultus est in via Salaria in cœmeterio sanctæ Felicitatis martyris, iuxta corpus illius, octauo Kalendas Nouembris. Et cessauit episcopatus dies nouem.

EPISTOLA BONIFACII PAPAЕ PRIMA, AD Honorium Augustum.

¶ Supplicatio papæ Bonifacij, vt constitutatur à principe, quatenus in vrbe Roma nunq̄ per ambitum ordinatur antistes.

Boni-

dist. 97. Eccl. cui.

Bonifacius episcopus Honorio Augu-
sto. Ecclesie meae, cui Deus noster meum
sacerdotium, vobis res humanas regentibus
deputavit, cura, constringit, ne causis eius,
quantis adhuc corporis incommoditate deti-
near, propter conuentus, qui a sacerdotibus
vniuersis & clericis, & Christiane plebis per-
turbationibus agitantur, apud aures Chris-
tianissimi principis desim. Si quidem secus (quod
oporteat) eueniat, non vos id facere, qui cum
aqua moderatioe componitis, sed nos pro
nostram tacentes, desidia videbimur, quod
ciuitatis quietem, ecclesie pacem peruertere
valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus
diuinae cultor religionis, Domino fauente, pro-
deas: nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria
(quam certum est diuinis semper rebus
animo promptiore fauuisse) firmo & stabili iu-
re custodiatur, quod per tot annorum serie,
& sub illis etiam principibus obtinuit, quos
nulla nostra religionis cura constringit, id
est, *vt fides vtar licitis, & sub vestrae imperio
clementie, minime, quae sunt illicita, for-
midentur. Ipsa enim ecclesia deuotione tua
Christianissime Imperator, meo quidem ser-
mone, sed suo venerabili appellat * affectu,
qua Christus deus noster, vestri fidus rector
& gubernator imperij, vni desponsatam sibi
& intacta virginem seruat, ne in ea aliquos pa-
tiamini insidiatum procellarum fluctus in-
lidi, & quietam faciem tempestatis insolite
tumore turbari, gloriosissime & tranquillissime
Imperator Auguste. Ipsa ergo (quae vni
desponsata, * vestra tamen mater est) eccle-
sia, hac pietatem vestram legatione, qua suis
sacerdotibus commisit, appellat, praeterita pre-
sentiaque repetit. Vobis, inquit, religiosum im-
perantibus, creuit meus, qui modo tuus est,
populus, tua fidus Deo, qui tibi qui es princeps
Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria,
inter preces suas, quas pro vestri felicitate de-
pendit imperij, teste (apud quem & de cuius
sede agitur) S. Petro, sollicitis pro religiois ob-
seruantia vocibus clamat: cum sollicita peti-
tioe miscetur oratio, ne nos in varias res se-
mel euulsa distrahat a Dei cultu solito, ten-
tatore sollicitante, discordias. Angeretur plu-
ribus, princeps Christianissime, mater eccle-
sia, nisi apud te suarum esset secura causerum: &
nisi in oppressionibus idolorum, in haereticorum
correctioibus, fide tua, diuino cultu
pariter cum imperio semper florente, vicisset.
Habet refugium, pius tuae mansuetudinis ani-
mum, cum suae religionis veneratione con-
iunctum, cum quicquid huic proficiat, vos
agatis & conferatis fratribus & sacerdotibus
meis, probatissimis viris, a me & ab
omnibus (qui Ecclesiam faciunt istiusmodi)
legatis: quibus, precamur, sacrae causae reli-
gionis prosequentes, in vrbe vestrae man-
suetudinis hoc animo, quo postulatis adnu-
istis, in perpetuum statui vniuersalis Ecclesiae
consulatis. Datum Kalendis Iulij.

*vt licita seruent, &

*affectu,

*nostra

*huic ecclesiae

RESCRIPTVM HONORII AV-
gusti, ad Bonifacium papam Romanum,
in quo statuit, vt si denuo Romae epi-
scopi ordinari fuerint duo, am-
bo ciuitate pellantur.

Victor Honorij, in dyltus triumphator,
semper Augustus, sancto ac venerabili
Bonifacio papae vrbis aeternae. Scripta bea-
titudinis tuae, debita reuerentiae gratulatioe
suscepimus: quibus recensitis, egimus omni-
potenti Deo maximas gratias, quod sanctimo-
niam tuam post longum incommodum opta-
te reddidit didicimus sanitati. Et ideo re-
uertentibus venerabilibus viris, gaudium no-
strum sacrorum apicum attestatioe signa-
mus, ac petimus, vt quotidianis orationibus
apostolatus tuus studium ac votum suum circa
salutem atque imperium nostrum dignetur
impendere. Illud autem pietati nostrae satis
placitum esse cognosce, quod sanctimonia
tua de ecclesiarum ac populi perturbatione
solicita est. Quae vt ne aliqua ratione possit
euenire, satis clementia nostra credidit esse
prouisum. Denique beatitudine tuae predica-
te, id ad cunctarum clericorum notitiam vo-
lumus peruenire, vt si quid forte religioni
tuae (quod non optamus) humana forte co-
tigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse
cessandum. At si duo contra fas temeritate
certantes, fuerint ordinati, nullum ex his fu-
turum penitus sacerdotem: sed illum solum
in sede apostolica permanens, quem ex nu-
mero clericorum, noua ordinatione diuinum
iudicium & vniuersitatis consensu elegerit.
Vnde id obseruandum est, vt omnes tran-
quilam mentem & pacificos animos ex serenita-
tis nostrae admonitione custodiant, nec ali-
quid seditionis conspirationibus tentare co-
nentur, cum certum sit, nulli partium sua stu-
dia profutura.

**EPISTOLA II. BONIFACII PA-
pae primi ad Episcopos Galliae, de Ma-
ximo episcopo, diuersis crimini-
bus accusato.**

Bonifacius episcopus Patroclo, Remi-
gio, Maximo, Hilario, Seuero, Valerio,
Iuliano, Castorio, Leontio, Constantino, Io-
anni, Montano, Marino, Mauricio, & ceteris
episcopis, per Gallias & septem prouincias
constitutis. Valentinus nos clerici ciuitatis ad-
ierunt, proponentes per libellum crimina, quae
Maximo, teste tota prouincia, asserunt com-
mississe. Delegata toties cognitione, illud co-
stitutum semper subterfugisse iudicia, nec co-
fufum conscientia festinasse, vt si esset inno-
cens, examinatus omnibus, purgaretur, quod to-
ties decreta, ex vestrarum quoque chartarum
instructioe cognouimus. Qui e contrario pro-
bavit de se illa, quae dicta sunt, cui ad ea confu-
tanda, cum essent innumera, a decessoribus
meis prouincialis est delegata cognitio, co-
uentus etiam dicitur euitasse, & adesse mini-
me voluisse. Et nullus dubitat, quod ita iu-
di-

dist. 97. VI. Etor Honorij, in dyltus

*reuerentibus

dist. 79. Si duo forte

*confisum

dicium nocens subterfugit, quae admodum
vt absoluitur, qui est innocens, quaerit. Sed
astuta caullatio eorum, qui versutus agendum
credunt esse consilij, nunquam innocentiae
nomen accipiet. Constat enim de omni-
bus, quisquis se subterfugere iudicium dila-
tionibus putat. Veniet tamen aliquando il-
le, qui talis perhibetur, in medium: nec pro-
derit illi, toties latuisse, toties subterfugisse,
quem sui actus & commissa, quocumque fu-
gerit, ea quae obijciuntur illi, si vera sunt, cri-
mina persequitur. Debueram quidem iam
nunc dignam, pro eius accusatis in nostro
iudicio actibus, qui cognitionem & decre-
tum iudicium, saepe declinando, credidit il-
ludendum, ferre sententiam. At ne aliquis
*precoquam forsitan iudicaret, & sibi (qui
absens est, licet sit quaesitus a nobis) reserua-
tum esse nihil diceret, maluimus, inter cape-
dine temporis data, differri, cum hoc etiam
eius accusator assereret, de quorum in-
tentionibus & moribus sit securum, Maxi-
mum tanto magis damanda committere,
quanto tardius se constituto iudicio praesentari.
Quem Manichaeorum inuolutum caligine,
arguitur turpi secta olim ita, ne eum pos-
sit abluere, animum fordida esse: in probatio-
nem obiecta rei, gesta synodalia proferentes,
& commissis inuolutum vndique flagitijs,
nullum eum sanitatis habuisse respectum: quae
furore suo & insana temeritate ad secularium
quoque iudicium tribunalia subditum
quaestioni, quod in vili quoque persona tur-
pissimum est, obijcerent peruenisse, & homi-
cidij damnatum asserunt, gestis prolatis
in medium: & hunc talem, post tanta taliaque
commissa, episcopatus adhuc sibi nomen in
suis latibulis vendicare, in propriae ciuitatis
infamiam, nimis doloribus conqueruntur,
& sanctum nomen, vendicando sibi, velle
polluere. Ideoque fratres charissimi, quia au-
diendus hic, praesentare se noluit, ne conui-
ctus forsitan ab accusantibus se clericis, pos-
set digna tandem aliquando, praesentatus
episcopali iudicio, pronunciationis con-
gruae ferri sententia, (quanquam illi, cum
haec edocta fuerint, quae potest huius no-
minis esse iactura, qui pudorem nunquam
sacerdotij habuisse perhibetur, & locum su-
um ne modico quidem tempore custodisse?)
dilationem tamen dedimus, & decreuimus,
*vestrum debere intra prouinciam esse iudi-
cium, & congregari synodum ante diem Ka-
lendarum Nouembrii, vt si ad esse voluerit, praesens,
si confidit, ad obiecta respondeat: si vero
ad esse neglexerit, dilatioem sententiae de
absentia non lucretur. Nam manifestum est,
confiteri eum de crimine, qui in dulto & to-
ties delegato iudicio purgandi se occasione
non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in praesenti
examine omnia, quae dicta sunt, copro-
bentur, cum ipsa quoque pro confessione,
procurata toties confiter absentia. Nos autem

*precoquam

neuius

for. *obijciunt

3. q. 9. Decernimus vestrum.

*vestram

per omnes prouincias literas dirigemus, ne
excusationem sibi ignorantioe obtendat, vt
ad prouinciam venire cogatur, & illic se co-
stituto praesentare iudicio. Quicquid autem
vestra charitas de hac causa duxerit decer-
nendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra (vt
condecet) necesse est autoritate firmetur.
Data sub die Idus Iunias, Monaxio viro cla-
rissimo consule.

EPISTOLA EIVSDEM TERTIA.

Vt nullus, contempto Metro-
politano, ordinetur episcopus.

Bonifacius Episcopus vrbis Romae, Hi-
lario episcopo Narbonensi salutem.

Difficilem quidem fidem querimonij
commodamus, quarum sacerdotes Domi-
ni pulsati intentio, maxime cum eos loquuntur
quipiam contra patrum statuta tentat: sed
frequenter has asserit, sicut nunc, multi-
tudo causantium. Ecce enim, vt charitas tua
recognoscit ex subditis, Lutubensis Eccle-
siae cleri ordo vel plebis, preces suas & lachry-
mas ad nos (quantum datur intelligi) ma-
gno cum dolore miserunt, dicentes, coepi-
scopum nostrum Patroclum, sua petiitioe ces-
sante, in locum decedentis episcopi, nescio
quem, in alia prouincia, praetermissis Metro-
politano, contra patrum regulas ordinasse.
Quod nequaquam possumus ferre patienter,
quia conuenit, nos paternarum sanctio-
num esse diligentes custodes. Nulli etenim
videtur incognita synodi constitutio Nice-
nae, quae ita praecipit, (vt eadem proprie verba
ponamus) Per vnamquamque prouinciam ius
metropolitano singulos habere debere, nec
cuiquam duas esse posse subiectas. Quod illi
(quia aliter credendum non est) seruandum,
sancto Spiritu suggerente sibi met, censue-
runt. Vnde frater charissime, si ita res sunt,
& ecclesiam supradictam prouinciae tuae li-
mes includit, nostra auctoritate commoni-
tus, quod quidem facere sponte deberes, de-
siderijs supplicantium & voluntate respec-
ta, ad eundem locum, in quo ordinatio talis ce-
lebrata dicitur, Metropolitanam iure munere,
& praesceptionibus nostris fretus, accede: intel-
ligens, arbitrio tuo secundum regulas patrum,
quaeunque faciendae sunt, a nobis esse con-
cessa, ita vt pactis omnibus Apostolice sedi,
quicquid statueris, te referente, clarescat, cui
totius prouinciae suae ordinationem liquet esse
mandata. Nemo ergo eorum terminos audax
temerator excedat, nec aliquis in illorum con-
tumeliam partibus suis, quae sibi ab his non vi-
dentur concessa, defendat. Cesset huiusmodi,
pressa nostra auctoritate, praesumptio eorum, quae
vltra licitum suae limitis dignitatis extendunt.
Quod idcirco dicimus, vt aduertat charitas
tua, adeo nos Canonum cautius praescepta serua-
re, vt ita constitutio quoque nostra definitae,
quatenus Metropolitanam sui vnaeque prouin-
cia in omnibus rebus ordinationem semper
expectet. Data quinto Idus Februarij, Ho-
norio

Cap. 6. sed satis obscura

norio decimotertio, & Theodosio decimo Augustis consulis.

DECRETA BONIFACII PAPAE PRIMII, quae non habentur in prioribus, numero quinq;

Sunt autem desumpta ex decretis Gratiani, & ex vetustis codicibus alijs.

PRIMUM.

Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

Dist. 78. Si quis triginta aetatis suae non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus. Et ipse Dominus tricesimo anno baptizatus est, & sic coepit docere. Oportet ergo eum, qui consecrandus est, usque ad hanc legitimam aetatem non consecrari.

SECUNDUM.

Primate deferuntur negotia, quae metropolitanus explicare non valet.

6. q. 4. Si inter episcopos eiusdem Concilij dubitatio emerferit de ecclesiastico iure, & de alijs negocijs, primum metropolitanus eorum cum alijs quibusdam in Concilio considerans rem, iudicet. Et si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc Primas illius regionis inter ipsos audiat: & quod Canonibus & legibus consentaneum sit, hoc diffiniat. Et nulla pars valeat calculo eius contradicere.

TERTIUM.

Quicquid Domino consecratur, ad ius pertinet sacerdotis.

32. q. 2. Nulli liceat ignorare, quod omne quod Domino consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quicquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, & ad ius pertinet sacerdotu. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui quae a Domino & Ecclesia, cui competunt, auferit, vastat & inuadit, vel eripit: & usque ad emendationem, ecclesiae quae satisfactionem, ut sacrilegus iudicatur: & si emendare noluerit, excommunicetur.

QUARTUM.

EX LIBRO QVARTO LIBRORUM quinque, Cap. 21.

1. Ioan. 4. b De episcopis qui fratribus nocere desiderat. Sicut omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est: ita & omnis qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectio enim sola discernit

mur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli: Omnis qui non facit iustitiam, & qui non diligit fratrem suum, non est ex Deo: quoniam haec est annuatiatio, qua ab initio audistis, ut diligamus alterutrum. Et post paululum: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. Ecce homicida esse, probabiliter declaratur, qui a fraterna societate diuiditur. Nam et si manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, iam a deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interfector conuincitur. Cum igitur his preceptis B. Apostoli Paulus consona predicatione concordet, dicens: Non occidet sol super iracundiam vestram: Et, non litelocum dare diabolo: relatae sunt nobis quorundam sacerdotum personae in tanta obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne an nosa quidem transactio temporis ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem sol iustitiae Christi occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum igitur & similitudum discordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas esse censemur. Personis tamen discordantibus, id speciali diffinitione precipimus, ut eos ante reconciliatio vera innectat, quam vilius eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctae percipiat: sed geminato tempore per poenitentiam compensabunt, quo discordiae seruiuerunt. Quod si vnus eorum, alio contentente, ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra Ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur. Sententia tamen superiori seruata, ut tempus, quod in ira expendit, geminatum poenitentiae satisfactione perfoluat.

QVINTUM.

EX EODEM CAP. 37.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatem.

Et annotatur, istud cap. haberi ex epistola eiusdem ad episcopos Gallie.

Si episcopus expulsus, ausus fuerit ingredi ciuitatem, qua expulsus est, vel exire de loco, in quo degere iussus est: iubemur eum in monasterio, in alia puincia constituto, tradi, ut quae in sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigatur.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SEXTVM, AB EPISCOPIS CCXVII, GESTVM, EST IN PVINCIALE.

ARGVMENTA SEV TITVLI capitulorum Concilij Carthaginei 6.

Allocutio Aurelij Episcopi sancti ad synodum. 1

Responsio Faustini episcopi legati Romanae ecclesiae de his, quae in ecclesia partim canone, partim consuetudine sunt firmata. 2

De comonitorio Romani papae recitato. 3

Alyprij episcopi responsio, pro veris exemplaribus Niceni Concilij perquirendis. 4

Vbi Faustinus episcopus dixit, ut Romano papae synodus, pro inquirenda Nicenae synodi veritate, innotescat. 5

De sententia Sardicensis Concilij, recitata a postulante Nouato episcopo. 6

Vbi Augustinus episcopus cum synodo Nicenorum

concilium seruare promittit. 7

Vbi Faustinus episcopus, pro dubietate recitati capituli, Romano papae petit scribendum. 8

Vbi synodus exemplaria Niceni Concilij magis ab Orientalibus competenda decreuit. 9

Professio fidei Niceni concilij. 10

In hoc Concilio actum est, ut Nicenae Concilium ab Episcopis Orientalibus petere-tur, cui synodo interfuit legatio ecclesiae Romanae Faustinus episcopus, Philippus & Asellus presbyteri. Post consulatum gloriosissimorum Imperatorum honorij duodecimum & Theodosij octauium augustorum, octauius Kalendas Iunij, scripta haec sunt Carthagine in secretario basilicae Faustini, cum Aurelius papa vnus cum Valentino prima sedis Numidia, & Faustino ecclesiae Potentinae prima sedis prouinciae Italiae Piceni, legato ecclesiae Romanae, sed & legatis diuersarum prouinciarum Aphricanarum, id est, Numidiarum duarum, Byzacena, Mauritania Sicitensis, & Mauritania Caesareensis, sed & Tripolis, & Vincentio Culucitano, Fortunatiano & ceteris episcopis prouinciae Proconsularis, ducentis decem & septem, necnon Philippo & Asello presbyteris Romanae Ecclesiae, cum confedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius Episcopus dixit: Capitulum primum.

Post diem praestitutum concilij, ut recordamini, fratres charissimi, multa flagitata sunt, per expectantes fratres nostros, qui nunc ad praesentem synodum legati aduenerunt, quae gestis necesse est commemorantur. Quae de re Domino nostro, de tante congregationis coetu, gratias referimus. Superest, ut tam exemplaria Niceni concilij, quae nunc habemus, & a patribus constituta sunt: quam etiam haec decessoribus nostris, eandem firmantes synodum, vel quae secundum eam formam, per omnes clericorum gradus, a summo usque in vltimum, salubriter ordinata sunt, in medium proferantur. Ab vniuerso Concilio dictum est: Proferantur. Daniel notarius recitauit: Niceni Concilij fidei professio vel statuta sic se habent.

2. Et cum legisset, Faustinus episcopus plebis Potentinae prouinciae Italiae Piceni, legatus Romanae Ecclesiae, dixit: Iniuncta nobis sunt a sede Apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus. Hoc est, de Nicenis canonibus, ut conferuentur, & constitutio eorum, & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini vestrae, tractemus: & postea caetera, quae acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, ut ad sedem Apostolicam rescriptis vestris intimare possitis, atque nos vos admonuisse apud venerabilem Papam euidenter pateat, licet &

capitula actionum iam inserta sint gestis. De ipsis ergo, ut dictum est superius, quid vestrae beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo comonitorium in medium, ut scire possit vestra beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

3 Aurelius Episcopus dixit: Proferatur comonitorium, quod fratres & confacerdotes nostri in actis nuper allegauerunt, & caetera quae acta sunt, vel quae agenda sunt, subsequatur. Daniel notarius recitauit comonitorium: Fratri Faustino & filijs Philippo & Asello presbyteris, Zosimus episcopus: Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, immo quia nostra ibi in vobis praesentia est, cuncta peragite, maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatam, verba canonum, quae in pleniorum firmitate huic comonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt, dilectissimi fratres, in Concilio Niceno cum de episcoporum appellatione decernerent: Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerit congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum Ecclesiae Romanae episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit, ut renouetur examen: scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat, causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, ut de latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani, quid velit, & quid existimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui praesentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius, a quo definiti sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

4 Et cum recitaret, Alypius Episcopus Tagastensis legatus prouinciae Numidia, dixit: De hoc iam superioribus etiam literis Concilij nostri rescriptimus, & id nos seruatuos profitemur, quod in Niceno Concilio constitutum est. Adhuc tamen memoret, quoniam cum inspiceremus Graeca exemplaria huius synodi Nicenae, ista ibi, nescio qua ratione, minime inuenimus. Unde petimus venerationem tuam, sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum Concilium Nicenum in urbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis tuae sanctitatis mittere digneris: & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis Concilium sub stipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur: quia nos ita, ut frater Faustinus attulit, minime inuenimus. Ista nos

Sardiceni concilij capit. 7. Et in decre. 2. q. 6. Si quis episcopus accusatus.

* constituta

b b b tamen

tamen tatisper seruatuos, vt antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus est autem literis nostris & venerabilis Ecclesie Romanae Episcopus Bonifacius, vt ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria predicti Niceni concilii, secundum eius possint scripta proferre. Nunc autem memorati concilii Niceni qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.

5. Faustinus episcopus, legatus Ecclesie Romanae, dixit: Nec vestra sanctitas prauidet ecclesie Romanae, siue de hoc capitulo, siue de alijs, quia dicere dignatus est frater noster & coepiscopus Alypius, dubios esse Canones. Sed hęc ipsa ad sanctum & beatissimum papam nostrum scribere dignemini, vt & ipse integros canones inquirens, cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem, vt & ipse beatissimus Episcopus vrbis Romae, si cui vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquireat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur: sed magis, charitate fraterna, deliberare possitis, ipso referente, quid melius obseruari debeat. Aurelius episcopus dixit: Preter ista, quae promissimus actis, necesse est, vt etiam nostrae paruitatis literis, sancto fratri & confacerdoti nostro Bonifacio singula, quae tractamus, plenissime intimemus. Ergo si omnibus placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus. Vniuersum concilium dixit: Placet.

6. Nouatus episcopus, legatus Mauritaniae Sitifensis dixit: Nunc meminimus, in hoc presenti comonitorio lecto, etiam de presbyteris siue diaconibus contineri, qualiter ab episcopis suis vel a finitimis audiri debeant, quod in Niceno concilio minimè legimus. Vnde hoc ipsum iubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod deposcitur. Daniel notarius recitauit: De appellationibus autem clericorum, id est, minoris loci, restat ipsius synodi certa responsio. De qua re, quid acturi sitis, credimus inferendum, quod taliter dictum est ex Sardinensi concilio. Osius episcopus dixit: Quid me adhuc moueat, reticere non debeo. Si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) citò aut asperè commoueat aduersus presbyterum siue diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ided habeat potestatem eiecius, vt finitimos interpellat episcopos, vt causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum eiecit, patienter accipiat, vt negocium discutatur, & aut probeur eius, aut emendetur sententia &c.

7. Cumq; recitaretur, Augustinus Ecclesiae Hipponis Regiensis, legatus prouinciae

In Sardinensi concilio cap. 17.

* &

Numidia, dixit: Et hoc nos seruatuos profitemur, salua diligentiore inquisitione Concilii Niceni. Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestre charitati placet, responsione firmate. Vniuersum concilium dixit: Omnia quae in Niceno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocodus episcopus ecclesiae Sufetulae, legatus prouinciae Byzacene, dixit: Quod constitutum est in Niceno concilio, violari a quoquam nullatenus potest.

8. Faustinus episcopus, legatus ecclesiae Romanae, dixit: Adhuc secundum professionem sanctitatis vestrae, tam sancti Alypii, & fratris nostri Iocodi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeat, cum iam in dubium ipsi canones venerint. Ergo vt placet & nobis, & beatitudini vestrae, ad sanctum & venerabilem Ecclesiae Romanae Bonifacium Episcopum, vestra scribere dignetur sanctitas, vt & ipse, quod sanctus Augustinus statuere dignatus est, deliberare possit, vtrumna & hoc concedendum sit, an reticendum, hoc est, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit de hoc capitulo, iustum est, vt beatissimae Romanae sedis episcopus informari debeat, si tamen in approbatis canonibus hoc inueniri possit.

9. Aurelius episcopus dixit: Etiam, quae dudum vestrae charitati intimauius, nunc patimini exemplaria statutorum Niceni concilii, sed & quae hic salubriter a nostris decessoribus, secundum eiusdem Concilii normam, formata sunt, vel quae nunc ordinata sunt, a nobis recitari, & gestis inseri. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei & statuta Nicenae synodi, quae ad nostrum Concilium per beatae recordationis, olim praedecessorem tuae sanctitatis (qui interfuit) Cecilianum Episcopum allata sunt, sed & quae patres, ea exemplaria sequentes, hic constituerunt, vel nunc communi tractatu statuius, his gestis ecclesiasticis inserta manebunt, ita (vt superius dictum est) venerabilibus viris Antiochenae & Alexandrinae, sed & Constantinopolitanae ecclesiarum episcopis, scribere vestra beatitudo dignetur, vt exemplaria verissima Concilii Niceni sub adstipulatione literarum suarum dirigant, quo declarata veritate, ea capitula (quae in comonitorio praesens frater & coepiscopus noster Faustinus, & compresbyteri Philippus & Afellus secum attulerunt) aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur: aut si non inueniuntur, col lecta synodo, de hoc in sequenti tractabimus. Daniel notarius, Niceni concilii professionem fidei vel eius statuta recitauit in concilio Africano.

SYMBOLVM NICENVM.

10. Credimus in vnum DEVM, patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium dei, natum de patre, vnigenitum, hoc est, de substantia patris, De-

* referre

forte ita vt quaedam dicitur superius

um de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, vnus substantiae cum patre, quod Graeci dicunt *ὁμοούσιον*, per quem omnia facta sunt, siue quae in caelis, siue quae in terris. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in caelos, sedet ad dexteram patris, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt, Erat, quando non erat: & priusquam nasceretur, non erat: & quia ex nullis existentibus factus est, vel ex alia substantia vel natura, dicentes mutabilem & conuertibilem filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

EPISTOLA APHRICANI CONCILII AD BONIFACIUM PAPAM PRIMVM.

D. Omino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primae sedis prouinciae Numidiae, & ceteri, qui praesentes affuimus, numero ducti decem & septem, ex omni Concilio Africanae. Quoniam de O placuit, vt de his, quae nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus &c. sicut in Concilio Africano plenissime haec epistola descripta circa concilii finem reperitur simul cum certis alijs, videlicet rescripto Cyrilli Alexandrini ad concilium Africano, & epistola Attici Constantinopolitani ad idem concilium. Quae omnia ad concilium Carthaginense sextum pertinent, quantum in Africano rescribitur concilio, quod vtiq; Africanum concilium ad septimum Carthaginense continuatur.

CAPITVLA EIVSDEM NICENI CONCILII PER TEILONEM & THARISTVM CONSTANTINOPOLITANVM, DE GRECO IN LATINVM VERSA.

- 1. De eunuchis qui seipso abscindunt. 1
- 2. De his, qui ex gentibus post baptismum ad clericatum ordinem promouentur. 2
- 3. De commanentibus cum mulieribus. 3
- 4. De ordinatione episcoporum. 4
- 5. De excommunicatis. 5
- 6. De priuilegijs, quae quibusdam ciuitatibus competunt. 6
- 7. De episcopo Aeliae, i. Hierosolymorum. 7
- 8. De his, qui dicuntur Cathari, id est, mundi. 8
- 9. De his, qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt. 9
- 10. De lapsis, ignoranter ordinatis. 10
- 11. De his qui negauerunt. 11
- 12. De his, qui abrenunciant, & iterum ad seculum sunt reuersi. 12
- 13. De his, qui in exitu communionem requirunt. 13
- 14. De catechumenis lapsis. 14
- 15. De clericis, ne de ciuitate vna ad aliam transferant. 15
- De his, qui in ecclesijs, in quibus prouecti sunt,

- 16. minimè perdurauerunt. 16
- 17. De clericis, qui vsuras accipiunt. 17
- 18. De priuilegijs presbyterorum. 18
- 19. De his, qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam veniunt. 19
- 20. De flectendo genu. 20
- 21. De obseruatione Niceni concilii, vt nulla de reliquo varietas oriatur in ecclesijs. 21

Capitulum primum.

SI quis per languorem a medicis sectus est, si aut a Barbaris abscissus est, iste remaneat in clero. Si quis autem sanus se abscidit, istus in clero positus abstinere oportet, & de cetero nullum talium debere promoueri. Sicut autem hoc manifestum est, quia de his, qui hanc rem excogitant, audentque seipso abscindere, dictum sit: sic eos, qui a Barbaris aut a dominis castrati sunt, inueniuntur aut alijs digni, tales ad clerum applicat canon.

2. Quia multa aut necessitate, aut aliter, cogentibus hominibus, facta sunt contra Canonem ecclesiasticum, vt homines ex gentili vita ruper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechizati, statim ad spirituale lauacrum ducantur, & simul, cum baptizati fuerint, promoueantur ad episcopatum, aut ad presbyterium, placuit, de cetero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post baptismum approbatio amplior. Manifesta est enim Apostolica scriptura, quae dicit: Non neophytus, ne forte in superbiam elatus, in iudicium incidat & laqueum diaboli. Si autem, procedente tempore, aliquod animi peccatum inueniatur circa huiusmodi personam, & conuincatur a duobus aut tribus testibus, ipse cesset a clero. Si quis autem praeter haec facit, quasi aduersus magnum Concilium se referens, ipse periclitabitur de clero.

3. Interdixit omnimodo sanctum Concilium, neque Episcopum, neque presbyterum, neque diaconum, neque ex toto eum, qui in clero est, habere secum subintroducam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut eas solas personas, quae refugiant omnes suspiciones.

4. Episcopum oportet maximè quidem ab omnibus, qui sunt intra prouinciam episcopi ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris omnimodo tres in vnum conuenientes, consentientibus & his, qui absentes sunt, episcopis & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quae sunt, danda est vnicuique a suae prouinciae metropolitanis.

5. De eis qui excommunicantur, siue de clero sint, siue de laico agmine, ab episcopis, per singulas prouincias obtineat sententia iuxta canones, eos, qui ab alijs abijciuntur, ab alijs non recipiendos. Requiritur autem,

Dis. 48. Quae multa sunt in.

1. Tim. 2. d

Dist. 32. Interdixit per omnia, & in decret. Iuon. lib. 3.

Dis. 64. episcopi ab ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris omnimodo tres in vnum conuenientes, consentientibus & his, qui absentes sunt, episcopis & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quae sunt, danda est vnicuique a suae prouinciae metropolitanis.

uetur ista sententia.

nè pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur, benè placuit, singulis annis per singulas prouincias bis in anno cõcilia fieri, omnibus simul episcopis in vnum congregatis, vt tales quaestiones requiratur: Et ita, qui manifestè offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, quandiu aut in cõmune, aut episcopo placeat, humaniorè pro his ferre sententiã. Concilia autem fiant, vnum quidem ante quadragesimam pasche, vt omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo: secundum autem, circa tempus autumnii.

Di. 18. Habetur semel concilium

Dist. 67. Mos antiquus perduret.

Di. 64. Illud generaliter in

Di. 65. Sane si cõmune omnium.

Dist. 65. Quis mos antiquus.

1. q. 7. Si qui voluerint.

Di. 87. Si quis sine exa.

canonem homines commoti, manus eis imposuerint, tales Canon non suscipit, sed abijcit. Hoc enim quod irreprehensibile est, defendit catholica ecclesia.

10 Quicumque de lapsis ordinati sunt per ignorantiam, aut simulationem ordinantium, hoc nõ præiudicat canoni ecclesiastico: cogniti etenim deponuntur.

11 De his, qui præuaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid, quod factum est sub tyrannide Licinij: placuit sancto Cõcilio, licet indigni sint, humanitate tamè subuenire eis. Quotquot igitur syncerè pœnitent, tres annos inter audietes sint. Qui lapsi sunt fideles, septè annos succumbant: duobus verò annis, sine oblatione, populo cõmunicent in orationibus.

12 Quicumque vocati sunt per gratiam, & primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiæ: postea verò ad proprium vomitum reuoluti sunt, ita vt aliqui & pecuniam conferat, & beneficijs militiam repetant, isti decem annos succumbant, post triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem & speciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore & lachrymis & perseuerantia & bonis operibus conuersationem, non simulatione, demonstrant: isti, adimplentes constitutum tempus auditiois, orationibus meritò communicabunt: & postea licebit episcopo, humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiscretè tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad cõuersionem, definitum omne compleant tempus.

13 De exeuntibus de corpore, vetus & canonica lex custodiatur & nunc, vt qui mori sperantur, nouissimo iuuamine non priuentur. Si verò desperatus, communionem sumpta, & oblatione percepta, iterum conualescat, sit inter eos, qui orationibus tantum communicant. Generaliter autem homini morituro, petenti sibi communionis gratiam, Episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

14 De catechumenis lapsis placuit sanctæ & magnæ synodo, vt triennio tantum audiant, postea orent cum catechumenis.

15 Propter grandem tumultum, & seditiones quæ fiunt, placuit, omnimodè auferri consuetudinem, quæ est contra Canonem in aliquibus partibus admissa, ita vt de ciuitate in ciuitatem nec episcopum, nec presbyterum neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti & magni Concilij definitionem, tale aliquid agere tentauerit, aut se dederit huiuscemodi negotio, cassabit huiusmodi machinatio: & restituitur Ecclesiæ, in qua aut episcopos, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

16 Hi qui facillè se periculis ingerentes, neque timorem DE I ante oculos habentes, neq;

Di. 81. Quicumque ex his.

*sex

De pœnitentiã dist. 7. Si quis verò per.

26. q. 6. De his verò qui r.

7. q. 1. Non oportet episcopum, vel recli.

7. q. 1. Si quis verò ne r.

neque ecclesiasticum canonem scientes, discedunt ab Ecclesia, presbyteri aut diaconi, aut quicumque sunt in Canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia Ecclesia, sed omnem eis necessitatè imponi oportere, vt ad proprias parochias reuertantur. Pertinaces autem, excommunicatos esse oportet. Si autem aliquis ausu temerario subruerit ad alterum pertinentem, & ordinauerit in sua Ecclesia, non consentiente Episcopo, à quo discesserat clericus, qui in Canone constituitur, infirma sit huiusmodi manus impositio.

14. q. 4. Quoniam multi clerici, & dist. 47. Quoniam multi, sub re. Psalm. 14.

Dist. 93. Peruenit ad sanctam.

17 Quoniam plures in Canone constituti, cupiditatem & lucra turpia sectantur, oblitique sacra scripturæ, dicentis, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram: cum scelerantur alijs, centesimas exigunt: iuste statuit sanctum & magnum Concilium, vt si quis inuentus fuerit, post hanc definitionem, usuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia, abijciatur à clero, & alienus à Canone sit.

18 Peruenit ad sanctum & magnum concilium, quod in quibusdam locis aut ciuitatibus presbyteris gratiam sacrae communionis diaconi porrigant: quod neque Canon, neque consuetudo tradidit, vt qui potestatem offerendi non habent, his qui offerunt corpore Christi, porrigat. Sed etiã hoc quod innotuit, quod quidam diaconi ante episcopos cõtینگant Eucharistiam. Omnia igitur hæc amputentur, & maneat diaconi in proprio ordine, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt, accipiant autem ex ordine Eucharistiam post presbyteros, eis date aut Episcopo, aut presbytero. Sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat. Quod si hoc fiat, præter Canonè & præter ordinem pro-

batur existere. Si quis autem obtemperare noluerit post hanc definitionem, cesset à diaconio.

19 De Paulianistis refugientibus ad Ecclesiam catholicam, definitio prolata est, re-baptizari eos omninò. Si qui verò ex eis, præterito tempore fuerint in clero, si quidem sine querela & reprehensione fuerint post baptismum, ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ catholice. Si verò discussio eos minus idoneos inuenit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus, & omninò de his qui sub Canone cõuersantur, eadem forma seruabitur. Meminimus autem de diaconissis, quæ in eadem specie sunt, quia manus impositionem aliquam non habent, vt omninò inter laicas computentur.

20 Quoniam sunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctæ & magnæ synodo, cunctos in omnibus locis consonatè & consentienter, stantes, Deum orare debere.

CAPITVLORVM NICENI CONCILII, in sexto apud Carthaginem Concilio relectorum, Finis.

21 Sanctum Concilium: Traditis omnibus, & ritè dispositis, vt Ecclesiarum pax & fides in Orientis atque in Occidentis partibus vna eademque seruetur, hæc ecclesiastica statuta necessarid credimus inserenda.

Finis Concilij Carthaginensis sexti. EPISTOLAM APHRICANI CONCILII, in Cælestinum papam a c vrbis Romæ episcopum, quæ incipit:

Domino dilectissimo, & honorabili patri Cælestino, Aurelius, Palatinus &c. quæ in fine Concilij, Aphricani, haud longè post septimum Carthaginensè integrè ponitur, si quis huc pertinere velit, per nos quidem huc referre potest.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SEPTIMVM, XXXVIII. EPISCOPORVM.

In hac synodo recitati sunt Canones 105. quorum magna pars habetur in Carthaginensè 3. & in Mileuitano Concilio.

CAPITVLORVM EIVSDEM Concilij septimi, tituli.

- De excommunicatis, vt ad clericorum accusationem non admittantur. 1
- De personis, quibus clericorum accusatio interdicitur. 2
- De his, qui primum crimen obiectum non probauerunt, vt ad cætera non admittantur. 3
- De personis, quæ aduersus clericos testimonium dicere prohibentur. 4
- De eo, quem solo suo testimonio præsumperit excommunicandum episcopum. 5

Post consulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorij xij, & Theodosij viij, Augustorum, tertio Ka-

- lend. Iulij, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius Episcopus vna cum Faustino Ecclesiæ Pontentinae, prouinciæ Italiae Piceni, legato Romanæ Ecclesiæ, Vincentio Culustano,
- Fortunatiano Neapolitano,
- Mariano Vlizibiritano,
- Pentadio Carpitano,
- Adeodato * Simittueni,
- Rufitiano * Muzutei,
- Prætextato Sicilibrensi,
- Quoduulteo * Verei,
- Candido * Abbiritano,
- * Galloniano Vicei, legatis prouinciæ Numidia: proconsularis:
- Alypio Tagastei,

* Sumitenf. * Simoethen * Mustens.

* Virei * Gallonio

Augustino Hipponæ Regiē,
 Posidio Calamenſi, legatis prouinciæ Numidia:
 Maximiano Aquæ Regiē,
 Iocundo Suſetuleſi,
 Hilarino Orreocelenſi, legatis prouinciæ Byzacenæ: Et
 Nouato Sitifenſi,
 Leone *Oſpinenſi, *Opinenſi. *Moſtenſi.
 Leone alio, legatis prouinciæ Mauritanie
 *Tingitanæ:
 *Niuello *Ruſcurienſi,
 Laurentio Icoſitano,
 Numeriano *Ruſgunienſi, legatis prouinciæ Mauritanie Cæſareenſis: ac vniuerſis in cōcilio iudicibus delectis, adſtantibus diaconibus, cōſediſſet, & quibusdam peractis, multi epiſcopi cæterorum peragendorum moras ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias eccleſias feſtinarent: placuit vniuerſo cōcilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis quibusque prouincijs, qui propter alia peragenda reſiderent. et factum eſt, vt hi ad eſſent, quorum ſubſcriptiones eos aſſuiſſe teſtantur.

Capitulum I.

Placuitque, quoniam ſuperioribus conciliorum decretis de perſonis, quæ admittende ſunt ad accuſationem clericorum, iam conſtitutum eſt, & que perſonæ non admittantur, iam expreſſum nō eſt: idcirco deſinimus, eum ritē ad accuſationem non admitti, qui poſtea quā excommunicatus ſuſtitutus, ſue ſit clericus, ſue laicus, accuſare voluerit.

4. q. 1. Dif. finimus eū ritē.

Item placuit, vt omnes ſerui, vel proprii liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiā inſamie maculis adſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, heretici etiā, ſue Pagani, ſue Iudei. Sed tamen omnibus, quibus accuſatio denegat, in cauſis proprijs accuſandi licentia nō eſt deneganda.

4. q. 1. Dif. finimus eū ritē. 4. q. 6. Or. bus quibus accuſa.

Item placuit, quotieſcunquē clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnū ex his, de quo prius egerit, probare non

8. q. 10. Placuit vt quotieſcunquē.

valuērit, ad cætera iam non admittantur:

4. q. 2. & 3. Teſtes autē ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiā quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem, infra annos quatuordecim ætatis ſuę non admittantur.

5. Item placuit, vt ſi quandō epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe conſeſſum, atque ille neget: non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quōd illi ſoli non creditur: & ſi ſcrupulo proprię conſciētiæ ſe dicit neganti nolle cōmunicare, quādiū excommunicato non communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab alijs nō communicetur epiſcopis, vt magis caueat epiſcopus, nē dicat in quenquam, quod alijs documentis conuincere non poſteſt. Et ſubſcripſerunt, Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthagenenſis, Fauſtinus eccleſiæ Potētine prouinciæ Piceni.

Alypius Tagaſtenſis, legatus prouincię Numidię. Auguſtinus Hipponæ Regiēſis, legatus prouinciæ Numidiæ.

Posidius Calamenſis, legatus prouincię Numidię. Nouatus Sitifenſis, legatus prouinciæ Sitifenſis, vel Mauritanie Tingitanæ.

Leo *Oſpinenſis, legatus prouincię Sitifenſis, vel Mauritanie Tingitanæ. *Opinenſis. *Moſtenſis.

Leo alius legatus prouincię Sitifenſis, vel Mauritanie Tingitanæ.

Iocundus Suſetuleſis, legatus prouincię Byzacenæ. Maximianus Aquæ Regiēſis, legatus prouinciæ Byzacenę.

Hilarinus Orreocelenſis, legatus prouinciæ Byzacenæ.

*Niuellus *Ruſcurienſis, legatus prouinciæ Mauritanie Cæſareenſis. *Ruſcurienſis.

Laurentius Icoſitanus, legatus prouincię Mauritanie Cæſareenſis. *Ruſgonienſis.

Numerianus *Ruſgonienſis, legatus prouincię Mauritanie Cæſareenſis.

*Maurianus Vlizibiritanus. *Marianus. *Muſtenſis.

Ruſinianus *Muzuteſis. *Vireſis.

Quoduultdeus *Vireſis. *Abdiritanus. *Gallonienſis.

Candidus *Abdiritanus, alijs Germanicianorum. *Gallonienſis.

*Gallonienſis. *Gallonienſis.

*Gallonienſis. *Gallonienſis.

CONCILIVM APHRICANVM CIRCA TEMPORA BONIFACII PAPÆ PRIMII.

TITVLI CANONVM DIVERSORVM CONCILIORVM APHRICANÆ PROVINCIÆ, NUMERO CV.

- Quōd nihil de Hipponenſi cōcilio ſit emendandum. 1
- Vt epiſcopi vel clerici non facile filios ſuos emancpent. 2
- Vt epiſcopi vel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos. 3
- Quōd præter panē, & merum mixtum aqua, nihil in ſacramētis offerri debeat. 4
- Vt clerici vel continentes, ad virgines viduasque non accedant. 5
- Vt princeps ſacerdotum non appelletur epiſcopus. 6
- Vt clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingredientur. 7

6. q. 1.

Vt à ſeipſis Deo ſacrificia peragantur. 8
 Vt in Eccleſijs conuiuia minimē celebrentur. 9

De poenitentibus. 10
 De virginibus. 11

De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere nō poſſunt. 12

De paſſionibus martyrum. 13

De paruulis, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt. 14

De rebaptizationibus, reordinationibus, vel translationibus epiſcoporum. 15

Quot epiſcopi ordinare epiſcopum debeant. 16

Quot addi debeant epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando epiſcopo fuerit contradictum. 17

Vt de eccleſia Carthagenis, dies paſchę nuncietur. 18

De viſitandis prouincijs. 19

Vt diœceſes, niſi ex conſenſu epiſcopi proprii, epiſcopum non accipiant. 20

Vt alienus clericus minimē ſuſcipiatur ab alio. 21

Vt Carthagenſi epiſcopo, vndē voluerit, clericum liceat ordinare. 22

Vt epiſcopi, qui in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vendicent. 23

Vt paruuli, apud Donatiſtas baptizati, in catholica clerici ordinentur. 24

De reliquijs idolorum vel templis, ab Imperatoribus abolendis. 25

Vt clerici de iudicij ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium. 26

De paganorum conuiujs auferendis. 27

De ſpectaculis, vt die Dominico, vel ceteris ſanctorum feſtiuitatibus minimē celebrentur. 28

De clericis damnatis. 29

De hiſtrionibus, Chriſtianis factis. 30

De manumiffionibus, vt in eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum. 31

De Equitio damnato epiſcopo. 32

Vt cum Donatiſtis lenius agatur. 33

De literis mittendis iudicibus, vt ea, quæ inter Donatiſtas & Maximianiſtas facta ſunt, innotefcant. 34

Vt clerici Donatiſtarum in Eccleſia catholica ſuſcipiantur in clero. 35

Vt legatio ad Donatiſtas componendæ pacis gratia dirigatur. 36

Qui clerici ab vxoribus debeāt abſtinere. 37

De his, qui plebes proprias derelinquunt. 38

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur, vtrum fuerint baptizati. 39

Diem paſchę, & diē concilij nunciandū. 40

Nē interuētor epiſcopus cathedram, vbi interuentor eſt, teneat. 41

De deſenſoribus eccleſiarum, ab Imperatore poſcendis. 42

De epiſcopis, qui ad concilia non occurrunt. 43

De Creſconio. 44

De Eccleſia Hipponenſium diaretorum. 45
 De clericis, qui intra annum cauſam ſuā agere non procurarint. 46

Vt de alieno monaſterio receptos, nec poſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinare. 47

De epiſcopis, qui hereticos vel paganos hæredes inſtituunt. 48

De manumiffionibus. 49

De falſis memorijs martyrum. 50

De idolorum reliquijs extirpandis. 51

Vt ab epiſcopo Carthagenſi, cum opus fuerit, omnium epiſcoporum nomine dicatur & ſubſcribantur epiſtolæ. 52

De epiſcoporum ordine, vt qui poſteriori ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant antereſere. 53

De Quoduultdeus epiſcopo. 54 * Quod. multo

De Maximiano epiſcopo. 55

Vt epiſcopi, qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, quæ diem & conſulem præferant. 56

De his, qui vel ſemel in eccleſia legerint, ab alijs non poſſe promoueri. 57

De conueniendis Donatiſtis. 58

Forma conuentionis Donatiſtarum. 59

Quale communitorium acceperunt legati contra Donatiſtas. 60 * communitorium

Breuis cauſarum. 61

Concilium vniuerſale non, niſi neceſſitate, faciendum. 62

Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat. 63

Vt ab Imperatoribus poſtuletur aduocatorum deſenſio pro cauſis eccleſiæ. 64

De plebibus, quæ nunquam epiſcopos habuerunt. 65

De plebibus vel diœceſibus, ex Donatiſtarū prauitate conuerſis. 66

De ſuggeſtione Maurentij epiſcopi. 67

De pacificandis eccleſijs Romana & Alexandrina. 68

De his, qui vxores aut quæ viros dimittunt, vt ſic manent. 69

De precibus ad altare dicendis. 70

De his, qui publicorum iudiciorum cognitionem ab Imperatore poſceſerint. 71

De his, qui cum in Aphrica non communicant, voluerint trans mare obrepere. 72

Vt pergentes ad comitatum, cauſam ſuā vel Carthagenenſi, vel Romano pontifici inſinuare procurent. 73

Concilium de cognitione epiſcopi. 74

Concilium contra hæreſim Pelagij & Cæleſtij. 75

Quōd Adam non ſit factus à DE O mortalis. 76

Quōd paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur. 77

Quōd gratia Dei non ſolum remiſſionē tribuit peccatorum, ſed etiā præſtat adiutorium, nē peccetur. 78

Quōd gratia Chriſti non ſolum ſcientiam

1. Ioan. 1. d

Matth. 6.

tribuit quid agamus, sed etiam dilectionem nobis inspirat, ut, quod scimus, implere valeamus. 79
 Quod sine DEI gratia nihil boni possumus implere. 80
 Quod non solum humilis, sed & verax sanctorum vox ista est: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. 81
 Quod in oratione Dominica sancti pro se dicant: Dimitte nobis debita nostra. 72
 Quod veraciter a sanctis dicatur, Dimitte nobis debita nostra. 83
 De plebibus conuersis a Donatistis. 84
 De dicecesibus, qualiter eas diuidant inter se episcopi, tam catholici, quam qui ex Donati parte conuersi sunt. 85
 Ut si quam dicecesim episcopus, ab haeresi liberans, triennio possederit, nullus eam repetat. 86
 De his, qui in plebes quas ad se putant pertinere, inconuenientis his, a quibus tenentur irruerint. 87
 De his, qui plebes ad se pertinentes negligunt. 88
 Quod electorum iudicium sententia sperni non debeat. 89
 Ut si episcopus negligat suam dicecesim, communionem priuetur. 90
 De episcopis, qui Donatistas communicasse sibi, mentiti fuerint. 91
 De presbyteris & clericis, ut non appellent, nisi ad Africana concilia. 92
 De virginibus etiam minoribus velandis. 93
 Ne diutius episcopi teneantur in concilio, ternos ex se singularum prouinciarum iudices eligant. 94
 Quod excommunicati, ad accusatorem admitti non debeant. 95
 Quod serui & liberti, omnesque infames personae, non debeant accusare. 96
 Ut qui vnum crimen non probauerit, alterum admitti non debeat. 97
 Qui ad testimonium admittendi sint. 98
 De episcopo, qui excommunicat eum, qui sibi soli crimen dicit esse confessum. 99
 Ut non temere quenquam communionem priuet episcopus. 100
 Epistola totius concilii Africani ad Bonifacium urbis Romae episcopum. 101
 Epistola Cyrilli Alexandrini episcopi, ad concilium Africanae prouinciae. 102
 Epistola Attici episcopi Constantinopolitani ad memoratum concilium. 103
 Symbolum fidei Niceni concilii. 104
 Epistola totius concilii Africani ad Papam Caeselinum urbis Romanae episcopum. 105

CANONES CONCILIORVM DIVERSORVM
 Africanae prouinciae, numero CV.

Recitata sunt etiam in ista synodo diuersa concilia vniuersae prouinciae Africae, transactis temporibus Aurelij Carthaginensis Episcopi celebrata. Gloriosissimo Imperatore Theodosio Augusto tertio, & Abundantio viro clarissimo consulibus, octauo Idus Octobris, Hippone regio, in secretario Basilicae pacis.

Gesta huius concilii ideò descripta non sunt, quia ea, quae ibi statuta sunt, superioribus probantur inserta.

DE CONCILIO CARTHAGINENSIS, ubi legati episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum destinantur.

Gloriosissimis Imperatoribus Archadio III. & Honorio II. August. consulibus, VI. Kalendarum Iuliarum, Carthagine. In hoc concilio legati, & directi sunt episcopi Proconsulares ad concilium Adrumetinum.

DE CONCILIO CARTHAGINENSIS, ubi multa sunt constituta.

Caesario & Attico viris clarissimis consulibus, quinto Kalendas Septembris, Carthagine, in secretario basilicae Restituta. Cum Aurelius episcopus vna cum Episcopis confedisset, adstantibus etiam diaconibus, aduentibus quoque Victore senè Pauptanensi, Tuto Migirpensi, Euangelò Absuritano, Aurelius Episcopus dixit: Post die praestitutam concilii confedisimus, ut recordamini, fratres charissimi: & arbitrabamur, omnium prouinciarum per Africam legationes conuenisse ad diem (ut dixi) praestituta nostri tractatus: sed cum sacerdotum nostrorum Byzacenorum epistola fuisset recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus & diem concilii praueuerat, tractassent, vestrae charitati legeretur, lecta est etiam a fratribus Honorato & Urbano, qui nobiscum hodie concilio participauerunt, legatio Sitifensis prouinciae destinata. Frater etiam Reginus ecclesiae Vegeselanæ literas ad paruitatem meam datas Crescētiani primae sedis (ut ipse insinuat) Numidiarum, & Aurelij coepiscoporum nostrorum: in quibus scriptis vestrae mecum charitas recognoscit, promississe eisdem, quod aut ipsi dignarentur venire, aut ad hoc concilium fuissent ex more destinati legatos. Sed hoc quia minimè factum videtur, diu se detineri, de longinquo venientes legati Mauritaniae Sitifensis, non posse testantur. Et ideò, fratres, si vestrae charitati videtur, literas fratrum nostrorum Byzacenorum, sed & breuiarium, quod eidem Epistolae adiunxerunt ad hunc cœtum conrogatum, legantur: ut si qua fortè illic mouere charitatis vestrae animu possunt, in eodem breuiario, quae diligentius fuerint animaduersa, in melius reformentur. Hoc enim frater & coepiscopus noster primae sedis, vir

*f. Carth. ginensi sexta.

*f. seniore.

*delecti

*Murgenti- nesi

*concilium

for. *legit literas aut *attulit

*congregatum

* Myzonius * Mulonius

perspectus, merito sua grauitatis atque prudentia Mizanius, scribens ad meam paruitatem, postulauit. Si ergo placet, quae tractata sunt, legantur, & singula a vestra charitate considerentur.

IN HOC CONCILIO STATUTUM EST, ut Episcopi sine forma non nauigent.

Caesario & Attico viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Iulias, Carthagine, placuit, ut nullus Episcoporum nauiget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quaeret, inueniet.

DE CONCILIO ISTO LEGATI AD IMPERATORES, infra scripti diriguntur episcopi.

Post consulatum gloriosissimi Imperatoris Honorij Augusti III. & Eutychniani viri clarissimi, quinto Kalendas Maia, Carthagine, in secretario Basilicae Restituta. In hoc concilio legationem susceperunt Epigonius & Vincentius Episcopi, ut pro confugientibus ad ecclesiam, quocunque reatu inuolutis, legē de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere.

IN HOC CONCILIO LEGATIO DESTINATUR AD ROMANVM & MEDIOLANENSEM EPISCOPOS, de paruulis qui apud hereticos baptizati sunt, & ad Imperatorem de idolorum reliquijs auferendis, & de alijs rebus quamplurimis.

Post consulatum Flauij Stiliconis, viri clariss. decimo quarto Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicae Restituta: cum Aurelius Episcopus vna cum episcopis suis confedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum Dei per Africā constitutarum, necessitates mecum optimè nouit charitas vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam praestitit Dominus, ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata praesentia, videtur mihi, ut has easdem necessitates, quas sollicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbauerit vestra sinceritas, sit consequens, eligendum esse vnum a nostro numero confacerdotem, qui (auxiliante Domino & orationibus vestris) & has ipsas necessitates suscipere possit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiae partes, ut tam sanctis fratribus & confacerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio, sedis Apostolicę Episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiae, necessitatem ipsam ac dolorem atque inopiam nostram valeat intimare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum: quod nouerint communi periculo prouidendum,

maximè quia tanta indigentia clericorum est, multaque ecclesiae ita deserta sunt, ut ne vnum quidem Diaconum vel inlitteratum, habere reperiantur. Nam de cæteris superioribus gradibus & officijs tacendum arbitror: quia (ut dixi) si ministerium diaconi facile non inuenitur, multo magis superiorum honorum inueniri non posse certissimum est. Et quotidianos planctus diuersarum penè emortuarum plebium iam non sustinemus: quibus nisi fuerit aliquando subuentum, grauis nobis & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Deū mansura est.

Capitulum I.

Epigonius Episcopus dixit: In hoc breuiario (quod decerptum est de concilio Hipponensi) nihil arbitramur esse emendandum vel assuedum, nisi ut dies sancti pasche, tempore concilii innotescat.

2. Ut Episcopi, vel clerici, filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & de ætate securi, ut possint ad eos iam propria pertinere peccata.

3. Ut Episcopi & presbyteri & diaconi non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint.

4. Ut in sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit: hoc est, panis & vinum aqua mixtum. Primitiae vero, seu mel & hac, quod vno die solennissimo in infantum mysterio solet offerri, quantum in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut a sacramento Domini corporis & sanguinis distinguantur. Nec amplius in primitijs offeratur, quam de frumentis.

5. Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, nisi ex iussu vel permissu Episcoporum, aut presbyterorum non accedant: & hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum quibus Episcopus, aut presbyter iusserit. Nec ipsi Episcopi & presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi foeminas, sed ubi aut clerici praesentes sunt, aut graues aliqui Christiani.

6. Ut primae sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primae sedis episcopus.

7. Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

8. Ut sacramenta altaris non nisi a ieiunio hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo coena Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis oratio.

et in Carth. 3. cap. 14.

et in Carth. 3. cap. 18.

De cō. dist. 2. In sacramē.

Di. 81. Clerici vel continentes.

Di. 99. c. 2. Primae sedis eps

Di. 44. Clerici. Et in Carth. 3. cap. 27.

De cō. di. 1. sacra alia.

Di. 42 Nul- li episcopi in.

26. q. 27. pcc nitenibus.

Et in Car- tha. 3. ca. 33.

*opinione. De co. di. 4. Agrotates si pro. De co. di. 2. Scenicis at- que hist. I. q. 4. c. Pla- cuit vt.

*ne proue- hantur, vel; quò minus p'moucant

*Capfen *Carpen De co. di. 4. Nò licet fie- ri. & in Car. 3. cap. 38. *ribinéfem

orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam prafsi inueniuntur.

9 Vt nulli Episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiã ab huiusmodi conuiuijs, quantum fieri potest, prohibeantur.

10 Vt pœnitentibus, secundum differentiã peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiã tempora decernatur. Et vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absentia Episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiã comouerit, ante absidem manus ei imponatur.

11 Vt virgines sacre, cum parentibus (a quibus custodiebatur) priuatę fuerint, episcopi prouidentia (vel presbyteri, vbi episcopus absens est) in monasterio virginum, vel grauioribus feminis commendentur, vt simul habitantes, inuicem se custodiant, ne passim vagando, ecclesie ledant existimationem.

12 Vt egrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Vt scenicis atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis reconciliatio non negetur.

13 Liceat etiã legi passiones martyrum cum anniuersarij dies eorum celebrantur.

14 De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & sacerdotes nostros Siricium & Simplicianum, de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne (quod suo non fecerunt iudicio) cum ad ecclesiam DE I salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediatur, ne promoueatur sacrificii altaris ministri. Quibus insertis, Honoratus & Urbanus episcopi, legati prouincię Mauritanie Sitifensis, dixerunt: Iam dudum cum apud sanctitatem vestram allegarem scripta, dilati sumus ea cõtemplatione, quousque fratres nostri aduenire possent de Numidia legati: sed quia non parui dies sunt, quibus expectati, minimè venerunt, vltra prætermittere, quę nobis madata sunt à nostris coepiscopis, non oportet: atque ideo, fratres, suggestionem nostram libeter admittite. De fide em Niceni tractatus audiuius. Verum & de sacrificijs inhihendis post prandium, vt ab ieiunijs (sicuti dignum est) offerantur, & tunc & nunc firmatum est.

15 Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiã in Capuensi plenaria synodo videtur statutum, vt non liceat fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes Episcoporum. Nam Cresconius Vileg Rhégiensis episcopus, plebe sua derelicta, Tubunensem inuasit ecclesiam: & vsque hodie commonitus (secundum quod statutum fuerat) relinquere eandem, quam inuaserat, plebem contempsit. Aduersum istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem au-

diuimus: sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, vt dignemini dare fiduciam, quò iam, necessitate ipsa cogente, liberè nobis sit, rectorem prouincię, secundum statuta gloriosissimorum principum, aduersus illum audire, vt qui miti admonitioni sanctitatis vestre acquiescere noluit & emendare illicitum, autoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Seruata forma disciplinę, non estimabitur appetitus, si à vestra charitate modestius conuentus, recedere retraherit, cum fuerit, suo contemptu & contumacia faciente, etiã auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet? Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, & iustum est.

16 Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt quia proxime fratre nostri Numidie duo episcopi ordinare presumpserunt pontificem, non nisi à duodecim censeatis celebrari Episcoporum ordinationes. Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficiant, qui fuerint à metropolitano directi ad episcopum ordinandum. Propterea, quia in Tripoli forte & in Arzuge interiacere videntur barbary gētes: nam in Tripoli (vt asserunt) episcopi sunt quinque; tantummodò, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliq occupari: difficile est em, vt de quolibet numero omnes possint occurrere. Nunquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticę utilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas humaniter conuenire, crebro ac penè per diem dominicam ordinandos habemus. Nunquid nã frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minus aduocare episcopos? Sed facile est mihi duos adiungere meę paruitati vicinos. Quapropter cernit mecum charitas vestra, hoc ipsum obseruari non posse.

17 Sed & illud est statuendum, vt quando ad eligendum episcopum conuenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia talia tractata sunt apud nos) non presumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres episcopi iam, sed postulentur ad numerum supradictorum (si haberi possunt) vnus vel duo vel tres. Et cum purgatus fuerit, in conspectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum vestre sanctitatis animo concordat, roboretur vestre dignationis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Satis placet.

18 Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio nostro omnia tractata noscuntur, addimus etiã de die pasche nobis esse mandatum, vt de ecclesia semper Carthaginensi (sicuti ad solet) instruamur, & non sub angusto teporis spatio. Au-

ii. q. i. ca. pes rim, vt dignemini, *qua

for. *item

Et in Car- tha. 3. ca. 39.

*Arguze *Arzyta

Di. 23. Illud statuendum est Et in Car. concilio 3. cap. 40.

*duo vel tres

ii. q. i. ca. pes rim, vt dignemini, *qua

*Arguzi *Arzytani

16. q. 1. Mul- tis concilijs.

*conciliates *vt persuasum maligno & illicito

vt in cartha gi. 3. ca. 43.

Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestre videtur, (quoniam nos spondidisse iam dudum meminimus) vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tunc diulgabitur sanctus pasche dies per legatos, qui adfuerint concilio. Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Nunc de presenti coetu petimus, vt literis prouinciã nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat necesse est.

19 Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Et illud nobis verbo mandatum est, vt quia constitutum est in concilio Hipponensi, singulas debere prouincias tempore concilij visitandas esse, dignemini etiã (quod hoc anno secundum ordinem distulistis) vel alio anno Mauritaniam prouinciam visitare. Aurelius episcopus dixit: Nunc de prouincia Mauritania (propter quod in finibus Africę posita sit) nihil statum, si quidem vicinij sunt barbarico. Sed præstet Deus, vt ex abundantia, non pollicentes, venire possimus ad vestram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc sibi & Tripolitani & Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.

20 Epigonius episcopus dixit: Multis concilijs hoc statutum à coetu sacerdotali est, vt plebes, quę in diocesis ab episcopis retinentur, quę episcopos nunquam habuerint, non nisi cum voluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At verò, quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorret: vel certe, cum eleuati fuerint, quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vendicant, quod plerique tumidi atque stolidi aduersum episcopum suas ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuijs sibi concinnantes plebem, vel certe persuasum maligno, vt illicito fauore eosdem velint sibi collocare rectores. Quod quidem in signe mentis tuę tenemus votum, frater religiose Aureli, qui hæc sæpè oppressisti, non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & prauè concinnata concilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diocesi semper subieuit, nec vnquam proprium episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo coetui placet hoc, quod prosequutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & sacerdotis nostri prosecutioni nõ obisto, sed hoc me & fecisse, & facturum esse profiteor circa eos sanè, qui fuerint concordēs, non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium. Sunt em plerique conspirantes eum plebibus proprijs, quas decipiunt (vt dictum est) earum scalpentes aures, blandi ad seducendum vitiofa vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc consortio separati, qui putant proprię plebi incuban-

dum, & nonnunquam conuenti ad concilia venire detreçant, sua forte ne prodatur flagitia metuentes. Dico, si placet, circa hos nõ tantum dioceses non esse seruandas, verum & de propria ecclesia, quæ illis malè fauerit, omnimodò adnitendum, vt etiã auctoritate publica reijciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuersis fratribus, ac toti concilio inhæserit, non solum sua, iuste integro, sed & dioceses possideat. At verò, qui sibi met putant plebes suas sufficere, fraternam dilectione contempta, non tantum dioceses amittant, sed (vt dixi) etiã proprijs publicis careant auctoritate, vt rebelles. Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Summa prouisio sanctitatis tuę cohæsit mentibus singulorum, & puto, omnium responsione eaque, quæ prosequi dignatus es, roboranda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet placet.

21 Epigonius episcopus dixit: In multis concilijs hoc statutum est, etiã nunc hoc confirmandum est à vestra prouidentia, beatissimi fratres, vt clericum alienum nullus sibi præcipiat episcopus præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico aut Iulianum, qui ingratus est Dei beneficijs, per meam paruitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, vt eum qui à me baptizatus est, cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatum, cum quibus multis annis à me alere, atque increpeter, hunc, vt dixi, baptizatum esse in ecclesia mea, per manum paruitatis meę, constat, (idè in diocesi Mappaliensi lector esse ceperat, immò annis ferme duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meę, idè Iulianus eum arripuit, quem dicit quasi proprium ciuem sui loci Vzaritani, me inconsulto, vsurpare: nam & diaconum illum ordinauit. Hoc si liceat, pateat hæc licentia à vobis, beatissimi fratres. Sin minus, tam impudens cohibeatur, ne se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit: Si nõ postulata, neque cõsulta tua dignatione, id videtur fecisse Iulianus, iudicamus omnes iniquè factum atque indignè. Quapropter nisi idè Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eundem clericum (quem fuerat auctus ordinare) reuocauerit tuę plebi, cõtra statuta concilij faciens, contumacię suę, separatus à nobis, excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Aetate pater, & ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis frater & collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

22 Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contingit nonnunquam vt postulentur ab ecclesijs, quæ spositis egent, vel presbyteris, vel episcopis: & tamen memor statutorum, id sequor, vt conueniam episcopum eius, atque ei inculcem, quæ eius clericus à qualibet ecclesia postuletur. Sed fortè in hodierno non reluctati sunt, & nē

z. Timot. 4.

vt in Cartha gi. ca. 44.

Locus obscurus, sic fortè restituendus, vt supra in concilio Cartha. est notatum.

*Vzaritani

vt in Cartha gi. ca. 45.

cunctarum per Africā tantum, non per totum orbē, sicut Rom. pont. Dist. 19. Ita dominos.

*reddis

*licet

et in Carthagenen. ca. 46.

for. *haberet.

ne quando contingat, ut reluctetur, cum fuerint à me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere: iustum est ergo, ut quemlibet confacerdotum conveniam, cum duobus è consortio nostro vel tribus testibus. Sin vero in deo extiterit, quid censet charitas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum, dignatione Dei (ut scitis, fratres) sollicitudine sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut vnde vellet, & de cuius nomine fuisset conventus, pro desiderio cuiusque, Ecclesiæ ordinare episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem, minus enim presumpsit, frater. Et cum te bonum & clementem omnibus prebes, (habes enim hoc in arbitrio) satis est, ut satisfiat personæ uniuscuiusque episcopi in prima tantummodo conventionione. Si autem quod libet huic sedi, vendicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed tuam adsignamus, ut liceat voluntati tuæ, & semper tenere, quem voles, ut prepositos plebibus vel ecclesijs constituas, qui postulati fuerint, & vnde voles. Posthumianus episcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, nunquid debet illi ipse vnus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus vnus esse potest, per quem dignatione diuina presbyteri multi constitui possunt: vnus autem episcopus, difficile inuenitur constituendus. Quapropter, si necessarium episcopatu quis habuerit presbyterum, & vnum (ut dixisti frater) habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Posthumianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius episcopus dixit: Sanè quando tu ecclesiæ alterius subueneris, persuadetur illi, qui plures habet clericos, ut vnum tibi ordinandum largiatur.

23 Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Audiuimus constitutum, ut dioceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu eius, sub quo fuerint constitutæ: sed in prouincia nostra, cum aliqui forte in diocesi (concedente eo episcopo, in cuius potestate fuerant constitutæ) ordinati sunt episcopi, etiam dioceses sibi vendicant: hoc & corrigi charitatis vestre iudicio, & inhiberi decetero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis seruatum est, quod decebat, ut ex massa diocesium nulla caperetur, ut proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, ut eadem diocesis permessa, proprium tantum episcopum habeat, & ceteras sibi non vindicet dioceses: quia exempta de falce multarum, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito charitati vestre

omnium placere, eum, qui in diocesi, concedente episcopo, qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur vniuersa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro conuenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Vniuersi episcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmauimus. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthagenensis huic decreto consensit, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

24 Vnde quoniam superiori concilio statutum esse mecum recognoscit vnanimitas vestra, ut hi, qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & postea quam ad aetatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate, salutatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam, per vniuersum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionem recepti sunt: debere talibus suscipiendum munus clericatus, non impedire nomen erroris, cum veram ecclesiam illorum putauerint, ad fidem accedendo, & ibi Christo crediderint, & trinitatis sacramenta perciperint, que omnia vera & sancta, atque diuina esse, certissimum est, & in his omnem animæ spem constitutam. Quanquam & hæreticorum præsumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat. Quæ quoniam simplicia sunt, vt præmonet beatus Apostolus, dicendo: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, & iterari non liceat, quod semel dari oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manus impositionem in vnam ecclesiam, vnam columbam (vt dictum est) & vnam matrem omnium Christianorum, vbi omnia illa sacramenta salubriter & æternè & vitaliter accipiuntur, quæ persecutoribus in hæresi magnâ damnationis penam conquirunt, ut quod eis in veritate ad æternam vitam consequendam esset luminosius, hoc in errore sit tenebrosius atque damnosius. Quod fugientes nonnulli, & matris ecclesiæ vbera cognoscentes, qui illa omnia sancta mysteria amore veritatis crediderunt atque perciperunt, quibus sacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas accesserit, sine dubio ad officium clericatus tales esse applicandos, & maxime in tanta rerum necessitate, nullus est qui non cōcedat. Quam nonnulli eiusdem sectæ clerici, cum plebibus atque honoribus suis ad nos transire desiderant, qui amore honoris, aut persuadent ad vitam, aut retinent ad salutem. Sed hoc maiori fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo, vt prudentiori suo consilio nostre suggestionis sermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignetur. Tantum de his qui infantibus baptizati sunt, statagimus, vt nostræ, si placet, in iisdem ordinandis consentiāt vnlun-

Supra ca. 1. q. 4. ca. Qui apud Donatistas.

Eph. 4. 4.

Cant. 6. c.

for. * & licet (seu ius ac fas sit) transferri

2. q. 6. statutu est, vt q.

luntati. Omnia ergo quæ superius comprædimus, apud sanctos episcopos agenda esse, mecum honorabilis fraternitas vestra perpendit.

25 Instant etiam aliæ necessitates, à religiosis Imperatoribus postulandæ, vt reliquias idolorum per omnem Africam iubeat penitus amputari: nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diuersis adhuc erroris istius iniquitas viget: vt præcipiant & ipsa deleri, & templa eorum, quæ in agris vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, iubeantur omni modo destrui.

26 Petendum etiam, vt statuere dignentur, vt si forte in ecclesia quamlibet causam, iure apostolico ecclesijs imposito, agere voluerint, & forsasè decisio clericorum vni parti displicuerit: non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui cognitor vel præsens fuerit. Et nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsatur.

27 Illud etiam petendum, vt quæ contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta sunt, (ita vt nunc à paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persecutio altera fieri occultè videatur) vetari talia iubeant, & de ciuitatibus & de possessionibus imposita pena, prohiberi: maxime, cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exercent, vt matronalis honor, & innumerabiliu fceminarum pudor, deuotè venientiu ad sacratissimum diem, iniurijs lasciuientibus appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis penè fugiatur accessus.

28 Necnon & illud petendum, vt spectacula theatrorum caterorumque ludoru, die dominica vel cæteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoueantur, maxime, quia sancti Paschæ octauarum die populi ad circū magis, quam ad ecclesiam conueniunt: & debere transferri deuotionis eorum dies, si quædo occurrerint: nec oportere etiam quenquam Christianorum cogi ad hæc spectacula, maxime, quia in his exercendis, quæ contra præcepta DEI sunt, nulla persecutionis necessitas à quoquam adhibenda est, sed (vt oportet) homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus concessa. Cooperatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta DEI magno terrore coguntur ad spectacula conuenire.

29 Et illud petendum, vt statuere dignentur, vt si quis cuiuslibet honoris clericus, iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab ec-

clesijs, quibus præfuit, siue à quolibet homine defendari, interposita pena damni, pecunie, atque honoris, quod nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

30 Et de his etiam petendum, vt si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiā venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eū liceat à quoquā iterum ad eadem exercenda reduci vel cogi.

31 De manumissionibus sanè in ecclesia dicendis, si id nostri confacerdotes per Italiā facere reperiuntur, nostræ etiam erit fidutiæ isthorū ordinē sequi, data planè licentia missio legato, vt quecunq; digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarū agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu Dñi accepturos. Que omnia si sanctitati vestre placet, edicite, vt & meā suggestionē ratā esse vobis aduertat, & nostrā omnium consensionē sinceritas eorū libet accipiat. Ab vniuersis episcopis dictū est: Omnib; placet hæc, que in ista sunt pagēda, & prudētē à tua sanctitate narrata.

32 Aurelius episcopus dixit: Equitij etiam, olim merito suo episcopali sentētia damnati, non arbitror prætereundam esse legationis causam, vt si forte eū in illis partibus reperit, sit eidem fratri nostro curæ, pro ecclesiæ statu (quod oportuerit, vel vbi licuerit) aduersus eum peragere. Ab vniuersis episcopis dictum est: Multum placet & ista persecutio, maxime cum olim damnatus sit Equitius, & eius impudēs inquietudo, pro statu & salute ecclesiæ, magis magisque vbiq; repellenda. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthagenens, huic decreto consensit, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

IN HOC CONCILIO LITERAE leguntur Anastasij Romani pontificis, de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

Vincencio & Flabito viris clarissimis consulis, Idibus Septēbris, Carthagine in secretario basilicę Restitute, cum in concilio congregati in ecclesia Carthagenensi confissemus ex Africanis omnibus prouincijs episcopi, id est, Aurelius eiusdē sedis episcopus cum collegis suis, quos eorum scripto manifestat, ait idem Aureli; episcopus: Recitatis epistolis beatissimi fratris & confacerdotis nostri Anastasij, ecclesię Romanę episcopi, quibus nos paternæ & fraternę charitatis sollicitudine ac sinceritate adhortat est, vt de hæreticorum & schismaticorū Donatistarum insidijs & improbitatibus, quibus Africanam ecclesiam catholicam grauius vexant, nullo modo dissimulemus: Gratias agim; Domino nostro, quod illi optimo ac sancto antistiti suo, tam piam curam p membris Christi (quauis in diuersitate terrarum, sed in vna compage corporis constitutis) inspirare dignatus est.

33 Deinde pertractatis & consideratis ecc omni-

omnibus, quæ utilitati Ecclesiæ conuenire videbantur, annuente atq; admonente spiritu dei, eligimus cum memoratis hominibus (quanuis de Dominici corporis vnitae, in quieta dissensioe præcis) leniter & pacificè agere, vt (quantum in nobis est) omnibus, qui eorum communiõe & societate irretiti sunt per vniuersas puincias Aphricanas, penitus innotescat, quam miserabili errore deuincti sunt diuersa sentientes, nè forte (sicut dicit Apostolus) nobis in mâfuetudine corripientibus, det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsi voluntatè.

2. Tim. 2. d

34 Itaq; placuit, vt ex concilio nostro literæ darentur ad iudices Aphricanos, à quibus hoc peti congruum videretur, vt in hoc adiuuent communem matrem ecclesiam catholicam, in quo episcopalis autoritas communi in ciuitatibus potest, id est, vt iudicaria potestate atque diligentia, ex fide Christiana, quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianista basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam faciant inhære.

35 Deinde placuit, vt literæ mittantur ad fratres & coepiscopos nostros, & maximè ad sedem Apostolicam, in qua præsidet memoratus venerabilis frater & collega noster Anastasius, quò nouerit habere Aphricam magnam necessitatem, propter ecclesiæ pacè & vtilitatem, vt ex ipsis Donatistis, quicumque clerici correcto consilio ad catholicam vnitatem transire voluerint, secundum vniuersumque episcopi catholici voluntatem atq; consilium, qui in eodem loco gubernat ecclesiam, si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiatur, sicut prioribus eiusdem diuisionis temporibus factum esse manifestum est. Quod multarum & penè omnium Aphricanarum ecclesiarum, in quibus talis error exortus est, exempla testantur. Non vt concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissoluatur: sed vt illud maneat circa eos, qui sic transire ad catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis compensatio procuretur. Per quos autem vel omni modo perfici, vel adiuuari manifestis fraternarum animarum lucris catholica vnitas in locis, in quibus degunt, visa fuerit: non eis oblit, quòd contra honores eorum (quanuis salus nulli interclusa sit) in transmarino concilio statutum est, id est, vt ordinati in parte Donati, si ad catholicam correcti transire voluerint, non suscipiatur in honoribus suis secundum transmarinũ conciliũ, exceptis his, per quos catholice vnitati consulatur.

*proficere,

36 Deinde placuit, vt his peractis, legati etiam prædicandæ pacis atq; vnitatis gratia, sine qua salus Christiana non potest obtineri: è numero nostro ad ipsorum Donatistarũ, siue quos habent Episcopos, siue ad plebes

mittantur, per quos omnibus in notitiã perferatur, quam nihil habeant, quod aduersus ecclesiam catholicã iustè possint dicere: maximè vt manifestum fiat omnibus per gesta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis schismaticis suis egerint: vbi eis diuinitus demonstratur, si attendere velint, tam iniquè tunc illos ab ecclesiæ vnitae præcis, quam iniquè nunc clamant, à se Maximianistas schisma fecisse: ex quorum tamen numero, quos iam plenarij concilij sui autoritate dānauerant, in suis honoribus denuò receperunt, & baptismum, quem damnati & exclusi dederat, acceptauerunt: vt videant, quam stulto corde resistant paci ecclesiæ toto orbe diffuse, cum ista faciant pro parte donati: neque se istorũ, quos ita receperunt, communionem, propter intuitũ pacis, cõtaminari dicant: & nos condemnent, id est, ecclesiam catholicam, etiam in extremis terrarum partibus constitutam, per eorum communionem inquinatã, quos tunc accusantes conuincere nequiuerunt.

37 Præterea, cum de quorundam clericorum, quanuis erga vxores proprias, in continentia referretur: placuit, episcopos & presbyteros & diaconos, secundum priora statuta, etiam ab vxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remouentur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuersumque ecclesiæ consuetudinem, obseruari debere.

38 Rursum placuit, vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquã ecclesiam in diocesi constitutam, se conferre, vel in re propria diutius (quam oportet) constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

39 Item placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per etatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absq; vilo scrupulo eos esse baptizandos, nè ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt.

40 Item placuit, vt dies venerabilis patris formatarũ subscriptione omnibus intimitur, dies verò concilij idem seruetur, qui in Hipponensi concilio constitutus est, id est, 10 Kalend. Septembris. Et scribendum ad singularum quarumque prouinciarum Primates, vt quando apud se concilium congregant, istum diem non impediunt.

41 Item constitutum est, vt nulli intercessori licitum sit, cathedrã, cui intercessor datus est, quibuslibet populorũ studijs vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum eidem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interuētor alius tribuatur.

Dis. 84. d. m. de quorundam. Et dis. 32. Placuit episc. presb. diacon. subd. Et supr. in conc. 5. Carthag. cap. 3.

8. q. 1. c. Placuit, vt nemi. Et in conc. Carthag. 5. cap. 5.

De cõ. di. 4. Placuit de in. Et in Carthag. 5. ca. 6.

De cõ. di. 3. Placuit vt ven. Et in Carthag. 5. cap. 7.

7. q. 1. c. Constitutum est, vt. Et in Carthag. 5. ca. 8.

53. q. 3. Ab Imperatoribus. Et in Carthag. 5. cap. 9.

Dist. 18. Vt quotiescũquẽ. Et in Carth. 5. cap. 10.

11. q. 3. Rursus constitutum est. Et in Carthag. 5. ca. 12.

Dist. 58. Si quis de altero. Et in Carth. 5. cap. 13.

42 Ab Imperatoribus vniuersis, visum est postuladum, propter afflictionem pauperũ, quorum molestijs sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potestias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

43 Item placuit, vt quotiescũquẽ concilium congregandum est, episcopi, qui neque etate, neq; ægritudine, neq; aliqua grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant: & primatibus suarum quarumque prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duobus, vel tres turmẽ fiant: ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem concilij instatissimè occurrant. Quòd si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractatoria subscribant: vel si post aduentum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti suæ apud suum primatè reddiderint, ecclesiæ suæ communionem debere esse contentos.

44 De Cresconio * villa Regesi hoc omnibus visum est, vt hinc quoque primati Numidiæ intimetur, quò cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conueniedum esse, vt proximo vniuersali Aphricano concilio suam presentiam non differat exhibere. Quòd si venire contempserit, in se cognoscat sententiam promulgandam.

45 Rursum placuit, vt quoniam Hipponensium Diaretorum ecclesiæ destitutio nõ est diutius negligenda, & ecclesiæ ibi ab his retinetur, qui Equitij facinorosam communionem declinauerunt, missis ex præsentis concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Urbano, Valerio, Ambuio, Fortunato, Quodvuldeo, Honorio, Ianuario, * Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & rogatiano: conuentis ergo & correctis his, qui culpabili pertinacia fugã eiusdẽ Equitij expectandam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si autẽ illi pacem considerare noluerint, non impediunt in eligendo ad ordinandum præposito vtilitatẽ tanto tempore ecclesiæ destitutẽ.

46 Rursum constitutum est, vt quoties clericis conuictis & cõfessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecudiã parit, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorũ atque gentiliũ, (si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere) intra annum excõmunicationis hoc faciant. Si verò intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

47 Item placuit, vt si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiore monasterij constituerit: episcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communiõe seiunctus, suã tantum plebis communionem contentus

sit: & ille neq; clericus, neq; ppositus pferret. 48 Item constitutum est, vt si quis episcopus heredes extraneos à cõsanguinitate sua, vel hereticos etiam consanguineos aut paganos, ecclesiæ præterierit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter DE I sacerdotibus nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus defecerit, qui utique debuit, factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni, nequaquam differre.

49 Item placuit, vt de manumissionibus in ecclesia celebrandis, ab Imperatore petatur.

50 Item placuit, vt altaria, quæ passim per agros & per vias, tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquie martyrum condite p̄bantur, ab episcopis, qui locis eisdem p̄sunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc per tumultus populares non sinitur, plebes tamen admonentur, nè illa loca frequentent, vt qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneant. Et omninò nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus aut aliqũ reliquie sunt, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam que per somnia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbi cunquẽ constituuntur altaria, omni modo reprobanda sunt.

51 Item placuit, ab imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquie idololatriæ, non solum in simulacris, sed in quibuscunq; locis vel lucis vel arboribus omni modo deleantur.

52 Vt si quæ literæ dictandæ in concilio placuerint, venerandus episcopus, qui huic sedi p̄sedit, omnium nomine dictare & subscribere dignetur, in quibus etiam ad episcopos legatos, q̄ prouincias Aphricanas in causa Donatistarum mittendi sunt, placuit literas dari, tenorem mandati continentes, quem non egrediantur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto cõsensi, & p̄fecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

In hoc concilio præterita decreta firmantur.

GLoriosissimis Imperatoribus Archadio & Honorio Augustis, viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario basilicæ, cum Aurelius episcopus Carthaginensis in concilio vniuersali cõsederet, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniã ecclesiæ sanctæ vnum est corpus, omniumq; membrorum caput est vnum, factum est, volente DEO, & nostram infirmitatem iuuantem, vt ad hanc ecclesiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso charitatem vestram, (quia ita credendum est, quia noster accessus ad vos nec superfluous, nec insuauis est cunctis) vt consen-

De cõ. di. 1. Placuit vt al. Et in Carthag. 5. cap. 14.

Et in conc. Carthag. 5. ca. 15.

fas omnium vestrum manifestetur concordare complacitis decretorum, quae iam dudum vel Hipponensi synodo firmata sunt, vel postmodum meliore concilio apud Carthaginē definita, nunc quoque nobis ex ordine recitentur. Tunc demum fraternitatis vestrae concordia luce clarior apparebit, si haec, quae a nobis superioribus concilijs legaliter definita noscuntur, non solum consensu vestro his actis, verum & subscriptionibus manifestetis. Xanthippus episcopus primae sedis Numidiae sua manu confirmavit, subscribendo etiam nobis placere posse, & nostra subscriptione firmamus. Nicetius episcopus primae sedis Mauritaniae Sitifensis, dixit: Quae recitata sunt decreta, quoniam ratione non carent, & sunt approbata cunctis, etiam & meae paruitati haec placent: quae quidem propria subscriptione firmabo.

*dixit: Cre- do, quod omni frater- nitati placuit, & sta- tuta sua ma- nu confirma- uerunt,

In con. Mi- leitano, c. 13.

*ex hoc

53 Valentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiae vestrae, prosequor ea, quae praeterito tempore in ecclesia Carthaginensi gesta sunt, & subscriptionibus fratrum firmata claruerunt, & iam nos haec seruaturus esse profiteor. Sed illud scimus, inuolante semper mansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet antepone, sed officijs charitatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus gratanter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborari. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, ut haec repeteremus, nisi forte existeret inconsideratae mentes quorundam, quae ad haec statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis haec causa est, quam insinuauit frater & confacerdos noster, ut vnusquisque nostrum ordinem sibi decretum a DEO cognoscat, & ut posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis, aliquid agere praesumant. Qua de re dico (prout captus animi mei retinet) eos, qui putauerint, spreto maiori- bus, aliquid praesumendum, competenter ab omni esse concilio coercendos. Xanthippus episcopus primae sedis Numidiae, dixit: Audiuit omnium fratrum praesentia prosecutione fratris & confacerdotis nostri Aurelij, quid ad haec responderent? Datianus episcopus dixit: Quae Maiorum decreuit sententia, nostro assensui mancipabuntur, ut quae praeteritorum conciliorum gestis tenentur Carthaginensis ecclesiae, nostra assensione plenè apud omnes firma teneantur. Vniuersi episcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus, & a Maioribus seruatus est, & a nobis, DEO propicio, seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiae & Mauritaniae.

*ne posteri- oris anteri- oribus se p- ferant,

De archibo & matricula Numidiae.

Archibus p- archiuus.

Deinde placuit omnibus episcopis, qui in hoc concilio subscripserunt, ut matricula & Archibus Numidiae, & apud primam

sedem sit, & in Metropoli, id est, Constantina.

54 De Quoduulteo etiam Centuriensi (quoniam aduersarius ipsius cum se petisset introduci ad concilium nostrum, interrogatus, vtrum cum eo vellet apud episcopos experiri, primò promiserat, & alia die respondit, hoc sibi non placere, atque discessit) placuit omnibus episcopis, ut nullus eidem Quoduulteo communicet, donec causa eius, qualem potuerit, terminum sumat. Nam ad imi ei episcopatum, antequam causa eius exitus appareret, nulli Christiano videri iure potuisset.

55 De Maximiano autem Bagaiensi, & ad eum, & ad ipsam plebem placuit de concilio literas dari, ut & ipse ab episcopatu discedat, & illi sibi alium requirant.

56 Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab episcopis ordinant per prouincias Africanas, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

57 Item placuit, ut quicumque in ecclesia vel semel suscepto officio legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginensis, huic decreto consensit, & praefecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

In hoc concilio, quid egerint episcopi, qui ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

Gloriosissimo Imperatore Theodosio Augusto & Rumorido viris clarissimis consulibus, 8. Kalend. Septembris, Carthagine, in basilica regionis secundae cum Aurelius episcopus in vniuersali concilio confedis- set, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Exigete ratioe, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc conciliū congregata est. Iam dudum enim (sicut vestra sanctitas recordatur) habito concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestrae perfunctorum legatiōis cursum narrare. Et licet hesternò die de hac re considerantibus nobis, praeter gesta ecclesiastica diligentius, quae gesserint, tractaremus, hodiè tamen oportet tractatum hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

De episcopis prouinciarum Africæ, qui non adfuerunt presenti concilio.

Ordo itaque rerum deposcit, ut primitus de fratribus nostris & confacerdotibus, qui ad hoc concilium vel de Byzaceo, vel certè de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodum huic concilio decreuerint interesse, & offerentibus Philologo, Gestâ, Venustiano & Feliciano, episcopis prouinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis

et in milcul- tano, ca. 14.

dist. 72. Pla- cuit ut qui- cunq; & in mile. ca. 14.

* Testa,

citatis. offerentibus etiam Luciano & Siluano legatis prouinciæ Mauritaniae Sitifensis, legationis literas, & recitatis, Aurelius Episcopus dixit: Horum scriptorum textus subiiciatur gestis.

DE EPISCOPIS Byzacenis.

Nvmdius episcopus dixit: Animaduertimus, fratres & coepiscopos nostros Byzacenae prouinciæ & Mauritaniae Sitifensis, ad conciliū destinasse legatos: nunc quæramus, vtrum legati Numidiae aduenerint, vel certè prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniae Caesarensis.

DE EPISCOPIS MAURITANIAE Sitifensis.

Lvcianus & Siluanus episcopi, legati prouinciæ Mauritaniae Sitifensis, dixerunt: Serò ad Caesarenses fratres nostros tractatoria venit, nam iam & illi venirent, tamè necesse est veniant, et confidimus de animis illorum, quia si quid in hoc concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensu adhibebunt.

DE EPISCOPIS Numidiae.

Lypius episcopus Ecclesiae Tagastensis, dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego & sancti fratres Augustinus & Possidius, sed de Numidia legati mitti non potuerunt, quòd adhuc tumultu tyronum, episcopi proprijs necessitatibus in ciuitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiam tractatoriam sanctitatis tuæ cum ad sanctum senem Sancti spiritus deferrem, in praesenti tractatu hoc visum fuerat, ut concilium indiceretur, quòd instructa legatio posset ad hoc conciliū destinari. Sed cum eum posterioribus literis admonerem de impedimento tyronum, ut superius dixi, rescriptis proprijs excusauit. De Tripolitanis verò fratribus nostris hoc potui condiscere, quòd Dulcitium fratrem nostrum destinauerunt legatum: sed quia non potuit occurrere, hoc asseuerauerunt quidam filij nostri, venientes de supradicta prouincia, quòd memoratus nauis se commiserat. Et credendum est, accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quæ retardaret eius aduentum. Tamen etiam circa ipsos (si charitati vestrae placet) haec forma seruabitur, ut placita ad eodem concilij transmittantur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Haec quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

58 Aurelius episcopus dixit: quod in tractatum venit charitatis vestrae, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio vestrum omnium hoc deprompsit, debere vnumquemque nostrum in ciuitate sua per se conuenire Donatistarum praepositos, aut adiungere sibi vicinum collegam, ut pariter eos in singulis quibusque ciuitatibus vel lo-

cus, per magistratus vel seniores locorum conueniant. Hoc, si omnibus placet, edicatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet, & omnes hac subscriptione nostra firmabimus. Petimus etiam, ut epistolis ad iudices de concilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius Episcopus dixit: Si videtur charitati vestrae, forma conuentionis eorum recitetur, ut hunc tenorem prosecutionis omnes (si placuerit) teneamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Recitetur. Lætus notarius recitauit.

59 Ille Episcopus Ecclesiae illius dixit: Quid de auctoritate illius amplissimae sedis impetrauerimus, petimus grauitate vestram recitare, & gestis innecti, atque in effectum deduci iubeatis. Recitata autem inssione, atque actis innexa, dicat. Ille Episcopus ecclesiae illius dixit: Quid ergò nobis de concilio ecclesiae catholicae mandatū sit, ad Donatistas per vestram grauitatem perferendum, audire, & actis inserere, & ad eos perferre dignemini, eorumque responsionem rursus apud acta vestra nobis insinuare. Conuenimus vos, ex concilij nostri catholica auctoritate missi, de vestra correctione gaudere cupientes, considerantes Domini charitatem, qui dixit: Beati pacifici, quia ipsi filij dei vocabuntur: & admonuit per prophetam, etiam his, qui dicunt se fratres nostros non esse, dicere nos debere, Fratres nostri estis. Hanc ergò pacificam ex charitate venientem communionem nostram contemnerenon debetis, ut si quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis adferere, id est, ut congregato vestro concilio, deligatis ex vobis, quibus causam assertionis vestrae committatis, ut & nos possimus hoc facere, ut etiam de nostro concilio deligantur, qui cum eis quos delegeritis, constituto loco & tempore, quicquid quaestionis est, quod vestram a nobis separat communionem, cum pace discutiant: & tandem aliquando, adiuuante Domino deo nostro, finem veteris error accipiat, ne propter animositatem hominum, infirmi nostri & ignari populi sacrilega dissensione disperiant. Si enim hoc fraternè acceperitis, veritas facile dilucescet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. Cumque recitata esset, ab vniuersis Episcopis dictum est: Satis placet. Hoc fiat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginensis, huic decreto consensit, & praefecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

Math. 5. a

Esa. 66. iuxta 70.

HAEC SYNODVS ADVERSUS Donatistas legationem ad principes dirigit.

Gloriosissimo Imperatore Honorio Augusto sextum Consule, 16. Kalend. Iulias, Carthagine, in basilica regionis secundae. In hoc concilio legationem susceperunt Theodorus & Euodius contra Donatistas, in quo concilio

ilio insertum est comonitorium, quod ita in se continet:

60 Commonitorium. Fratribus Theasio & Euodio legatis ex Carthaginensi concilio ad gloriosissimos religiosissimosque principes missis, cum Dni auxilio pijsimos Imperatores adierint, eis insinuent, quemadmodum plena fiducia, secundum superioris anni concilium, Donatistarum prepositi actis municipalibus sunt conuenti, ut si confiderent de assertionibus suis, electis ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscum pacifice conferrent: & mansuetudine Christiana, si quid veritatis tenerent, non ambigerent demonstrare, quod ita syncretis catholica, qua iam pridem superioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam vel pertinaciam resistens innotesceret: sed quia dissidentia premebatur, nihil penes ausi sunt respondere. Unde quia impletum est erga nos episcopale ac pacificum officium, & illi, qui veritati respondere nequiverunt, ad immanes violentias sunt conuersi, ita ut multos episcopus, multosque clericos (ut de laicis taceamus) infidij oppresserint, ecclesias etiam aliquas inuaserint, aliquas inuadere pretauerint: ipsorum iam clementie est, consulere, ut ecclesia catholica, que eos religioso vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam prospectio muniat, ne temerarij homines religiosi temporibus (infirmos populos terrendo) preualeant, quoniam secundum deprauare non possunt. Nota est enim, & saepe legibus conclamata Circuncellionum, qua furis, detestabilis manus, que etiam ipsorum religiosissimorum supra principum frequentibus sanctionibus condemnata est, aduersus quorum furor possimus non insolita, nec a scripturis sanctis aliena impetrare subsidia, quando apostolus Paulus (sicut in Apostolorum Actibus fidelibus notum est) factiosorum conspirationem militari etiam submouit auxilio. Sed nos illud poscimus, ut catholicis ecclesiarum ordinum per ciuitates singulas, & vicinorum quorumque possessorum per diuersa loca, sine vlla dissimulatione tutio prebeatur. Simul etiam petendum, ut illam legem, qua a religiosa memorie eorum patre Theodosio, de auri libris decem, in ordinatores vel ordinatos hereticos, seu etiam in possessores (ubi eorum congregatio deprehenditur) promulgata est, ita deinceps confirmari precipiat, ut in eos valeat, contra quos propter eorum insidias catholici prouocati, contestationem deposuerunt, ut hoc saltem terrore a schismatica vel heretica prauitate desistant, qui consideratione eterni supplicij, emendari corrigique dissimulant. Petendum etiam, ut lex, que hereticis vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus reperatur, ut eis relinquendi vel sumendi ius adimat, qui perti-

*preidia, A. 23. per totum.

Lex Theodosij senioris in hereticos

Lex alia.

nacique furore cecati, in Donatistarum errore perseuerare voluerint. Ceterum illis, qui consideratione unitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto huius legis, capiendę hereditatis aditus pateat, si adhuc in errore heretico constituti, aliqd ante donationis vel hereditatis obuentum: his sane exceptis qui lite pulsati, putauerint ad catholicam transire: quia de talibus credibile est, non metu celestis iudicij potius, quam terreni comodi auiditate, unitatem catholicam preoptasse. ad hec autem omnia presidio opus est potestatum suarum quarumcumque prouinciarum. Sane pro utilitatibus ecclesie, quicquid intellexerint prodesse, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem. Illud preterea cunctis nobis placuit, ut literę de cetero nostro ad gloriosissimos Imperatores & eminentissimas potestates dirigantur, quibus instruat, nostro omnium consensu ad beatissimum comitatum legatos a nobis esse directos. Sed quia iisdem literis ab omnibus subscribi tardissimum est, si singulorum subscriptionibus eadem epistole oneretur, petimus frater Aureli, ut iisdem tua charitas nostro omnium nomine subscribere dignetur. Et subscriperunt: Aurelius episcopus ecclesie Carthaginensis, huic decreto consensit & subscripsit. Similiter & ceteri episcopi subscriperunt. Literę etiam ad iudices mittende sunt, ut donec Dominus legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines ciuitatum & possessores preteriorum, ecclesie catholice impertiant. Adiungendum etiam de Equitio, ut improbitas eius, qua sibi ius sacerdotale improbitissime vendicat, ab Hipponensi Diaretorum diocesei secundum statuta Imperatorum repellatur. Literę etiam ad episcopum romanę ecclesie cum commendatione legatorum mittende sunt, vel ad alios, ubi fuerit Imperator. Et subscriperunt. Item Aurelius episcopus ecclesie Carthaginensis huic decreto consensit, & prelecto subscripsit. Similiter & ceteri episcopi subscriperunt.

In hac synodo que statuta sunt, breuis declarat adnexus.

STilicone iterum & Arthemio viris clariss. Conf. 10 Kalen Septemb. Carthagine, in basilica regionis secundę.

Huius concilij gesta ideò non ex integro descripti, quoniam magis ea, que in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia constituta sunt, sed ad instructionem studiorum, eiusdem concilij breuè digesti.

61 Ut libera legatio ab omnibus prouincijs ad concilium dirigatur, ad Myzonium legati & literę, propter liberam dirigendam legationem, destinari precepti sunt: ut quia apud Carthaginem tantum unitas facta est, detur etiam literę ad iudices, ut & in alijs prouincijs & ciuitatibus operam impendi iubeant unitati, ut gratiarum actiones de Carthaginensi Ecclesia pro vniuersa Africa, de exclusi-

Lex tercia

Idem habet in Mil. c. c. tempore Innocentij, cap. 2.

h. g. 6. Si aut prouocari,

exclusiõe Donatistarum, cum episcoporum literis ad comitatum mittatur. Recitate sunt literę papę Innocentij, ut episcopi ad transmarina pergere facile non debeant, quod hoc ipsum episcoporum sententijs confirmatur, ut propter gratiarum actionem & exclusionem Donatistarum, duo clerici ecclesie Carthaginensis ad comitatum mittantur.

IN HOC CONCILIO QUAE DAM DE CONSTITUTIS SUPERIORIBUS CORRIGUNTUR, ut concilium vniuersale non, nisi necessitate, faciendum.

Cap. 62.

GLoriosissimis Imperatoribus Honorio G septimo & Theodosio 2. iterum Augustis Consulibus Idibus Iunij, Carthagine in Basilica regionis secundę, cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis confedisset, adstantibus diaconibus, ait: Quoniam constitutum fuerat in concilio Hipponensi, ut singulis annis contraheretur concilium Africę plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verum etiam per diuersas prouincias suo ordine, & hoc referuatum est, ut in diceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzaceno. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus visum est, placuit, ut non sit vltra fatigandis fratribus annuieraria necessitas: sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africę, vnde cum ad hanc sedem de hac re data litera fuerint, congreganda esse synodum in ea prouincia, ubi opportunitas persuaferit. Cause autem, que comunes non sunt, in his prouincijs iudicentur.

63 Si autem fuerit prouocatum, eligat, qui prouocauerit, iudices: & cum eo & ille, contra quem prouocauerit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat prouocare.

Cum vniuersę legationes diuersarum prouinciarum adlegarentur, gratissimę acceptę sunt, id est, Numidarum, Byzacenorum, Maurorum Sirifensium, itemque Casareensium, sed & Tripolitanorum.

64 Placuit etiam, ut petant ex nomine, prouinciarum omnium, legati perrecturi Vincentius & Fortunatianus a gloriosissimis Imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum, ut more sacerdotum prouincię, ijdem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negocijs ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

Placuit, ut legationem liberam habeant ad comitatum missi delecti legati.

PROTESTATIO MAVRORVM pontificum de Primoso.

PROtestatos esse preterea Mauros Cesarenses constat, Primosum per principa-

les ciuitatis Tigauenis conuentum literis eorum fuisse, ut secundum principalia scita plenario concilio sui presentiam faceret: & (ut oportuit) requisitus Primosus, repertus non est, sicuti diaconi renunciauerunt. Sed quia poposcerunt iisdem Mauri, de plenario concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratrem senem Innocentium, has placuit mitti, ut agnoscat, requisitum Primosum in concilio, & minimè fuisse repertum.

65 Placuit & illud, ut plebes, que nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario vniuersiusque prouincię & Primatis, atque consensu eius, ad cuius diocesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minimè accipiant.

66 Sane ut ille plebes, que conuersę sunt a Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto concilio, habere mereantur: quę autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto, voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicuius episcopi diocesim pertinere, non eis esse denegandum. Necnon & illud suggestum est, quod plebes ante legem Imperatorum de unitate latam, quicunque conuerterentur episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant. Verum a lege unitatis & deinceps oporteat vniuersas ecclesias vdicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quę loca sub hereticis pertinebant, vel conuersorum ad catholicam, vel non conuersorum hereticorum, & diocesim, & si qua forte sunt instrumenta ecclesie, vel ad eius ius pertinencia, qui verò aliqua usurpauerunt post legem, usurpata conuenti restituant.

67 Ad suggestionem vel postulationem Episcopi Maurentij, cum lecta fuisset sceda, quam obtulit episcopus Placentius, qui personam legati Numidarum gestabat, sententia eiusdem Placentij recitata est in conspectu episcoporum. Et cum quęrerentur hi quos adesse voluit, a diaconis pro foribus, id est, seniores a noua Germanicia, ac minimè inuenirentur, secundum vel tertium requisiti, propterea censuit sanctum concilium, ut literę ad eundem senem Xanthippum prerogentur, quod nouerit, voluntati plebis memorate nullo modo, ad iniuriam episcopi succumbendum. Maurentius episcopus dixit: Quoniam requisiti sunt seniores a noua Germanicia secundum ac tertium, & non sunt inuenti, quibus preceptum erat a primato, ut huc occurrerent ad venerabile concilium, quod nunc agitur Idibus Iunij, suique absentiam procurarunt: idcirco decernat ex hac re aliquid sanctitas vestra, ne sub molestia calumnie ipsorum, innocens videar laborare. Concilium sanctum statuit, debuisse quidem, secundum censuram sacerdotalem, ex hoc concilio aduersus contumaces ferri sententiam: sed quia mansuetudo ecclesiastica seruanda est in omnibus causis, premisserunt ad senem Xanthippum, senem

Tigane seu Tigaua, ciuitas est Mauritanie Casarensis.

*promiserunt, senem

*Thurbur-
nec. vel ru-
busupten.

pum, vt nouerit, iudices de concilio electos, sine dilatione considerare debere in ciuitate Thurburicensi, vt negotio congruum adhibeatur examem. Laurentius episcopus dixit: Iudices peto sanctum senem Xanthippum, sanctum Augustinum, Florentium, Theasium, Sanftium, Secundum, & Possidium. Hos decerni mihi iubetis. Sanctum concilium concessit iudices postulatos. Reliquos autem iudices, ad complendum numerum necessarios, eligetibus ipsis senioribus a noua Germanicia, senex Xanthippus curauit decernere.

Ioan. 14. d

68 Placuit etiam, vt de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ, ad sanctum papam Innocentium scribatur, quo vtraque ecclesia inter se pacem, quam præcepit Dominus, teneat.

32. q. 7. Placuit vt secundum apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur: sed ita maneat, aut sibi met reconcilietur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

69 Placuit, vt secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur: sed ita maneat, aut sibi met reconcilietur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

Et in cō. Mi-
leui. ca. 12.

70 Placuit etiam hoc, vt preces, quæ probatæ fuerint in concilio, siue præstationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur: nec alia omnino contra fidem proferantur, sed quæcunq; cū prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

3. q. 1. Placuit vt q. ab. Er in cō. Mi-
leui. ca. 19.

71 Placuit, vt quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab Imperatore postularit, nihil ei obstat.

72 Quicumque autem non communicant in Africa, si in transmarinis ad communicandum obrepserint, iacturam clericatus excipiant.

73 Placuit, vt quicumque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad vrbis Romæ ecclesiam mittitur, intimetur, vt inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si accipiens Romanam tantummodo formatam, & tacens necessitatem, quæ ad comitatum illius peragenda est, voluerit etiam ad comitatum pergere, à communione remoueat. Quod si ibi Romæ ei repentina necessitas orra fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum vrbis Romæ ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem Romani episcopi perferat. Formate autem, quæ à primatibus vel à quibuscunq; episcopis, clericis proprijs dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni paschæ dies incertus est, ille præcedens adiungatur, quomodo solet. Post consulatum, in publicis gestis adscribi.

Placuit & illud, vt aduersus Donatistas & Paganos, vel eorū superstitiones, legati missi de hoc glorioso concilio, quicquid vtile viderint, à gloriosissimis principibus impetrent.

Placuit etiam petitu omnium episcoporum, vt epistolis omnibus de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat. Et subscripserunt. Aurelius episcopus Carthaginensis huic decreto consensit, & prælecto subscripserunt. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

CONCILIVM CONTRA paganos & hæreticos.

Basilio & Philippo viris clariss. Conf. 16 Kalen. Iulias, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem iterum suscepit Fortunatianus episcopus contra paganos & hæreticos.

ITEM CONCILIVM CONTRA paganos & hæreticos.

Basilio & Philippo viris clariss. Conf. tertio Idus Octob. Carthagine. In hoc concilio suscepit legationem Restitutus & Florentius Episcopi contra paganos & hæreticos, eo tempore, quo Seuerus & Macarius occisi sunt, Et propter eorum causam, Euodius & Theasius & Victor episcopi cæsi sunt.

CONCILIVM DE COGNITIONE episcopi.

Cap. 74.

Gloriosissimis Imperatoribus Honorio 8. & Theodosio 3. Augg. cōf. 18 Kalen. Iulias, Carthagine, in basilica fecunda. In hoc concilio placuit, vt non sibi vnus episcopus vendicer cognitionem.

CONCILIVM CONTRA Donatistas.

Cap. 75.

Post consulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorij octauum, & Theodosij tertium, Augg. 18. Kalen. Iulias, Carthagine, in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem suscepit contra Donatistas Florentius, Possidius, Præsidius, & Benenatus episcopi, eo tempore, quo lex data est, vt libera voluntate quis cultum Christianitatis exciperet.

CONCILIVM CONTRA HÆRESIM Pelagij & Cælestij, Quod Adam non sit factus à Deo mortalis.

Cap. 76.

Gloriosissimis Imperatoribus Honorio 12. & Theodosio 8. Augg. Cōf. Kalen. Maij, Carthagine, in secretario basilicæ Faustij, cū Aurelius episcopus in vniuersali concilio confedisset, adstantibus diaconibus, placuit omnibus episcopis (quorum nomina & subscriptioes inditæ sunt) in sancta synodo Carthaginensis ecclesiæ constitutis, vt quicumque dixerit, Adam primum hominem mortale factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, nõ peccati merito, sed necessitate nature, anathema sit.

77 Item placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum, baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum

De cō. di. 4. Placuit oib' epis, vt qui & in cō. mi-
leuitano, cap. 1.

De cō. di. 4. Placuit vt q. cūq; paru' eos mileui. ca. 2.

Rom. 5. b

eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non verè, sed falsè intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, idè in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.

Ioan. 14.

Quidam peruetustus codex hoc loco huiusmodi caput insertum habebat: Item placuit, vt si quis dicit idè dixisse Dominum, In domo patris mei mansiones multe sunt, vt intelligatur, quia in regno celorum, erit aliquis medius, aut vllus alicubi locus, vbi beate viuunt paruuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regno celorum, quod est vita æterna, intrare non possunt, anathema sit. Nam cum Dominus dicat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum: quis catholicus dubitet participem fore diaboli eum, qui coheres esse nõ meruit Christi? Qui enim dextra caret, sinistram proculdubio partem incurret.

De cōf. di. 4. Placuit vt quicumq; & in conc. Mileui. cap. 3.

78 Item placuit, vt quicumq; dixerit gratiam Dei (qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum) ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

De cōf. di. 4. Quisquis dixerit gratiam, & in conc. Mileuano, ca. 4.

79 Item quisquis dixerit, eandem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad nõ peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cùm enim dicat Apostolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valde impium est vt credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat, nõ habere, cùm sit vtrunque donum dei, & scire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt edificante charitate, scientia nos non possit inflare. Sicut autem de deo scriptum est, Qui docet hominem scientiam: ita etiam scriptum est, Charitas ex Deo est.

1. Cor. 8. b

80 Item placuit, vt quicumque dixerit, idè nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etiam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me difficilius poteris facere: sed ait, Sine me nihil poteris facere.

Psalm. 93.

1. Ioan. 4. b
De cōf. di. 4. Placuit, vt quicumque dixerit, idè Et in Mileui. cō. cap. 5.

81 Item placuit, quod ait sanctus Ioannes apostolus, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nõs habere peccatum, non quia verè ita est, anathema sit. Sequitur epim apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere: Si dixerimus, quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed eum ait, Nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: satis ostendit, eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

Et in conc. Mileu. ca. 6. 1. Ioan. 1. e

82 Item placuit, vt quicumque dixerit, in oratione Dominica idè dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, vt non pro seipsis hoc dicat, quia non est eis iam necessaria ista petitio: sed pro alijs, qui sunt in suo populo peccatores: & idè non dicere vnumquemq; sanctorum, Dimitte mihi debita mea: sed, dimitte nobis debita nostra: vt hoc, p. alijs potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus cùm dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est, omnes, nisi vt ista sententia cõueniret & psalmo, vbi legitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens? Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet: Et in libro sancti Iob: In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus & iustus, cùm in oratione pluraliter diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, nõ putaretur (quemadmodum quidam sentiunt) hoc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino DEO meo: noluit dicere peccata nostra, sed & populi sui dixit, & sua: quoniam futuros istos, qui tam malè intelligerent, tanquam propheta præuidit.

Et in conc. Mileu. ca. 7. Matth. 6. b

83 Item placuit, vt quicumq; ipsa verba dominicæ orationis vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra: ita volunt à sanctis dici, vt humiliter, nõ veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labijs dicit sibi dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, se debita non habere? 84 Item placuit, quoniam quidè ante aliquot annos in ecclesia plenario concilio constitutum

Et in conc. Mileu. ca. 6. 1. Ioan. 1. e

1. Ioan. 1. e

Et in conc. Mileu. ca. 7. Matth. 6. b

Iaco. 3. a

Psalm. 142. 3. Reg. 8. e 2. Par. 6. g Eccles. 7. c

Iob 37. b

Dan. 9. a

Dan. 9. e

Matth. 6. b Et in cō. mi-
leuit. cap. 8.

In cō. Mile-
uit. cap. 24.

stitutum est, ut quæcunq; ecclesie in diocesi constituta, ante leges de Donatistis latis, catholica facta sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, ut catholica unitati communicarent: post leges aut, quæcunq; communicauerint, illuc pertineant, quod pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controuersie postea inter episcopos de diocesis ortæ sunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum, nunc isto concilio sancto placuit, ut vbi quæ catholica fuit, & pars Donati, & diuersas cathedras pertinebant: quocunq; tempore illic unitas facta est, vel facta fuerit, siue ante leges, siue post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quæ iam ibi fuerat, pertinebat.

85 Ità sanè, ut si episcopus ex Donatistis ad catholicam unitatē conuersus est, equaliter inter se diuidant eas, quæ sic fuerint inuenta, vbi ambæ partes fuerunt, id est, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ità ut ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte vnus fuerit locus, ad eum pertineat, cui vicinior inuenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat, quæ plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conuersi sunt, plurimorum voluntas paucioribus preferatur. Si autem partes æquales sunt, maioris temporis episcopo deputetur. Si autem ità plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, ut non possint æqualiter diuidi, velut si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui parē habent numerum, quicunque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod superius dictū est, cum de vno tractaret loco.

86 Item placuit, ut etiam, si quisquā post leges aliquem locum ad catholicam unitatē conuerterit, si eum per triennium, nemine repente, retinuit, vterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præiudicium patitur. Si autem non fuit, non præiudicetur matri, sed liceat (cum locus acceperit episcopum, quem nō habebat) ex ipso die intra triennium repetere. Item quæ si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conuersus, nō ei præiudicet præfinitum tempus: sed ex quo die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetēdi loca, quæ ad ipsam pertinebant cathedram.

87 Item placuit, ut quicunque episcopi plebes, quas ad suā cathedram æstimant pertinere, non ità *repetunt, ut causas suas, episcopis iudicantibus, agant, sed alio retinente irruerint, siue volētibus, siue nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicunque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc indè contendunt, ille indè discedat, quem

*repetierit 16. q. 6. Placuit, ut quicunq; & in cōc. Mileuitano. ca. 11.

constiterit, prætermisissis iudicijs ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primatē, ut retineat, literas impetrarit: sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, ut eum appareat pacificè tenuisse ecclesiā ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiat: siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

88 Item placuit, ut quicunque negligenter loca, ad suam cathedram pertinentia, in catholicam unitatem lucrari, cōueniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conuentionis, nō hoc effecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant. Ità sanè, ut si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hereticis, ut impunè ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, ut eo modo eius cura sollicitior *vetaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedre loca restituant. Sanè, si episcopi, inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

89 A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Et quisquis *prouocat, repetitur: si fuerit per contumaciā nolle obtemperare iudicibus: cum hoc primas sedis episcopo fuerit probatum, det literas, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

90 Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicā conuertendos curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo.

91 Si autem probatū fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciēte, nō communicasse constiterit, etiam Episcopatum amittat.

92 Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudicijs episcoporum suorum quæsti fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quicquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandū putauerint, nō prouocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmari-na autem qui putauerit appellā dum, a nullo intra Africā in communionē suscipiatur.

93 Item

16. q. 3. Placuit ut qui & in conc. Mileuitano cap. 14.

*vetaretur.

1. q. 6. 1. ind. & in cōc. Mileuitano cap. 14. *prouocati

et in Mileuitano, ca. 27.

et in Mileuitano, ca. 26.

2. q. 6. Placuit ut presb. diac. Et 11. q. 3. pref. Et Mileuit. conc. 22.

In dec. Iu. lib. 3. et in conc. mil. cap. 26

Carth. 3. c. 4

Et in conc. Mile. cap. 27

93 Item placuit, ut quicunque episcoporum necessitate periclitantis pudicitie virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculo scrupulo cōpuncta fuerit, nō non velata moriatur, aut exigentibus parētibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velauerit virginē, seu velauit intra viginti & quinque annos ætatis, non ei obsit cōcilium, quod de isto annorum numero cōstitutum est.

94 Item placuit, nē diutiùs vniuersi episcopi, qui ad concilium congregati sunt, tenerentur ab vniuerso concilio, iudices ternos de singulis prouincijs eligi. Et electi sunt de prouincia Carthaginensium, Vincētius, Fortunatianus & Clarus: de prouincia Numidiæ, Alypius, Augustinus & Restitutus: de prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primatē Cresconius, Iocundus & Aemilianus: de Mauritania Sitifensis, Seuerianus, Asiatius & Donatus: de prouincia Tripolitana Plautius, qui ex more legatus vnus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant. A quo petijt vniuersum concilium, ut cunctis siue gestis, quæ confecta iā sunt, seu epistolis, ipse subscribat. Et subscriperunt: Aurelius episcopus ecclesie Carthaginensium, huic decreto cōfensi, & prælectio subscripti. Similiter & ceteri subscriperunt.

Item huic concilio interfuit ecclesie Romanæ legatio.

Post consulatū gloriosissimorum Imperatorum Honorij 12. & Theodosij 8. Augg. 3. Kalēd. Iunias, Carthagine, in secretario basilicæ Restituta, cum Aurelius episcopus vnā cum Faustino ecclesie Potenti-næ, prouinciæ Italię Piceni, legato Romanæ ecclesie, Vincētio Culucitauo, fortunatiano Neapolitano, Mariano Vlisibiritano, Adeodato *Simituensi, Pentadio Carpitano, Ruffiniano *Musuteni, Prætextato Sicilibrensi, Quodoultdeo *Verensi, Candido *Abbiritano, Galloniano Vticēsi, legatis prouinciæ Proconsularis: Alypio Tagastensi, Augustino Hippōnæ, Regiēsi, & Possidio Calamensis, legatis prouinciæ Numidiæ: Maximiano Aquæ Regiēsi, Iocundo Sufetulensi, & Hilarino Orreocellorū, legatis prouinciæ Byzacenę: Nouato Sitifensi, & Leone Moctēsi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifensis: Niuello *Rufcuriensi, Laurentio Icositano, & Numeriano *Rufgoniensi, legatis prouinciæ Mauritanię Cæsarensis, ab vniuersali cōcilio iudicibus delectis, adstantibus diaconibus, confedisset: & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se cōquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent, placuit vniuerso concilio, ut ab omnibus eligeretur de singulis quibusque prouincijs, qui propter alia peragenda residerēt. Et factum est, ut hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

*Simitesi, *Musitensi, *Verensi, *Abbiritano,

*Rufcuriensi, *Rufgoniensi

95 Placuitque omnibus, quoniam superioribus conciliorū decretis de personis, quæ admittendę sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum est, & quæ personę nō admittatur, non expressum est: idcirco definitum, eum ritē ad accusationem nō admitti, qui posteaquam ex cōmunicatus fuerit, in ipsa adhuc excōmunicatiōe constitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare voluerit.

96 Item placuit, ut omnes serui vel proprii liberti, ad accusationem non admittantur: vel omnes, quos ad accusanda publica crimina, leges publicę non admittunt. Omnes etiam infamię maculis adpersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectę personę, heretici etiam, siue pagani, seu Iudei: sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis proprijs accusandi licentia non neganda.

97 Item placuit, ut quotiescunquē clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, & vnus ex his, de quo prius egerint, probare nō valuerint, ad cetera iam non admittantur.

98 Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo prouiderit. Ad testimonium autem, infra annos 14 ætatis suæ, non admittantur.

99 Item placuit, ut si quando episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupula proprię conscientię se dicit neganti nolle communicare, quando excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab alijs non communicetur episcopis: ut magis caueat episcopus, nē dicat in quenquam, quod alijs documentis conuincere non potest.

100 Aurelius episcopus dixit: Iuxta statuta totius concilij congregati, & meę medio critatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem. Vniuersi tituli designati & digesti, huius diei tractatum & ecclesie gesta suscipiant: quæ verò adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros, Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, venerabili fratri & cōepiscopo nostro Bonifacio rescribemus.

Et subscriperunt.

Aurelius episcopus his gestis statutorū, apud nos habitis, subscripsi. Faustinus episcopus ecclesie Potētine prouinciæ Piceni, legatus ecclesie Romanę, his gestis subscripsi. Alypius episcopus Tagastensis, legatus prouincię Numidię, his gestis subscripsi. Augustinus episcopus Hippōnæ Regiēsi, legatus prouinciæ Numidię, his gestis subscripsi. Possidius episcopus Calamensis, legatus prouinciæ Numidię, his gestis subscripsi.

4. q. 1. c. Dif. finimus. & in Carth. 7. c. 1.

4. q. 3. c. dif. finimus cū rite & in ca. 7. c. 1. 4. q. 6. Omnibus. & in Car. 7. c. a

3. 4. 10. c. Pla. & in car. 7. c. 3.

4. q. 2. testes aut ad testimonij. & in Car. 7. ca. 4.

6. q. 2. Pla. ut si quādō episcopus. & in Carth. 7. cap. 5.

scri-

scripsi. Vincentius Culucitanus, his gestis subscripsi. Fortunatianus Neapolitanus, his gestis subscripsi. Petadius Carpitanus, his gestis subscripsi. Rufianus Muzurensis, his gestis subscripsi. Prætextatus Sicilibrensis, his gestis subscripsi. Quoduultdeus Verensis, his gestis subscripsi. Candidus Germanicæ, his gestis subscripsi. Callonius Vticensis, his gestis subscripsi. Maximianus AqueRegien, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi. Iocundus Sufetulensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi. Hilarius Orreocellensis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his gestis subscripsi. Nouatus Sitifensis, legatus prouinciæ Mauritanæ Sitifensis, his gestis subscripsi. Niuellus Rufucurensis, legatus prouinciæ Mauritanæ Cæsarensis, his gestis subscripsi. Numerianus Rufgonien, legatus prouinciæ Mauritanæ Cæsarensis, his gestis subscripsi. Leo Moctensis, legatus prouinciæ Mauritanæ Cæsarensis, his gestis subscripsi. Alius Leo, legatus prouinciæ Mauritanæ Sitifensis, his gestis subscripsi. Et ceteri episcopi ducenti decem & septem subscripserunt. Philippus presbyter legatus ecclesie Romanæ, his gestis, à nobis recollectis, subscripsi. Asellus presbyter, legatus ecclesie Romanæ, his gestis subscripsi.

EPISTOLA AB OMNI CONCILIO Africano ad Bonifacium vrbs Romæ episcopum; per Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, legatos ecclesie Romanæ, directa.

Cap. 101.

Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus prima sedis prouinciæ Numidiæ, & ceteri, qui presentes adfuimus, numero 217, ex omni concilio Africæ. Quoniam Domino placuit, vt de his, qui nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus Faustinus, & compresbyteri Philippus & Asellus, non beatæ memoriæ episcopo Zosimo, à quo ad nos mandata & literas attulerunt: sed tuę uenerationi, qui in eius locum es diuinitus constitutus, humilitas nostra rescriberet: ea breuiter insinuare debemus, quę vtrorunq; concordia terminata sunt, non ea quę prolixis gestorum voluminibus continentur: in quibus (salua quidem charitate, nõ tamen sine paruo altercationis labore) demorati sumus, ea gestis delibantes, quę nunc ad causam pertinent, quãquam & ille, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cuius & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum, non solum Siccensi, verum etiã toti Africane ecclesie non leuescãdã) de omnibus & erratis suis veniã petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus noster Siccensis Vrbanus, quod

*Mulleñ,
*Vireñ,

*Nicellus
Rufcurien,
vel Roso-
coreñ,
*Rufgonien,
*Opineñ,
*Opineñ,

*erroribus

in eo corrigendum visum est, sine vlla dubitatione correxit. Quia verò paci & quieti ecclesie non tantum ad presens, sed etiã in posterum prospiciendum fuit, quoniam talia multa præcesserant, vt vel similia, vel etiã grauiora dein ceps præcaueri oporteret: placuit nobis, vt de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, presbyter remoueretur Apiarius: & accepto epistolio, vbicumque alibi vellet & posset, presbyterij munere fungeretur: quod eidem ipsi, per literas proprias postulat, sine difficultate concessimus. Sanè, priusquam hæc causa isto termino clauderetur, inter alia, quę diuturnis disceptationibus versabamur, quia rogatio ipsa poscebat, vt apud acta ecclesiastica à fratribus nostris Faustino coepiscopo, & Philippo atque Asello compresbyteris, quę ereremus, vt promerent, quicquid eis nobiscum fuisset in iunctum agendum, nonnulla quidem sine vllò scripto, psequuti sunt verbis: sed cum id potius flagitarem, quod in literis ferret, commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiã gestis quę secũ ad vos deferunt, est alligatum. In eis quatuor quidem nobiscum agenda, mandata sunt: Vnum, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesie sacerdotè: Alterum, nõ ad comitatũ episcopi importunè nauigent: Tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint: Quartum, de Urbano episcopo excommunicando, vel etiã Romam euocando, nisi ea quę videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, vt Romam liceat episcopis, puo care, & vt clericorum causæ apud suarum prouinciã episcopos finiantur, iam priore anno, etiã literis nostris ad eundem venerabilis memorię Zosimum episcopum datis, insinuari curauimus, vt ea seruare sine vlla eius iniuria paulisper sineremus, vltique ad inquisitionem statutorũ concilij Niceni. Et nunc de tua poscimus sanctitate, vt quemadmodum ea apud Niceam à patribus acta vel constituta sunt, sic ea à nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quę in commonitorio attulerunt, facias exerceri, i. Si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerit congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse videatur, & cofugerit ad beatissimũ ecclesie Romanę episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit, vt renouetur examen: scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia regant, & iuxta fidem veritatis definiãt. Quod si is, quę rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt è latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui presentes cum episcopis iudicent, habentes au-

Narratio de
legatis Ro.
Pontif.

Ex cõc. Sar-
dicen, ca. 7.
Et 2. q. 6. Si
quis episco-
pus accusa-
tus.

Ex cõc. Sar-
dicen, ca. 17.
Et 11. q. 3. Si
forte episco-
pus iracundus.
Et in dec.
Iuonis, li. 5.

Typh, pro
falu & cla-
uione.

*perspicis

thoritatem eius, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit, sufficere episcopos, vt negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo suo cõsilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconibus: Si episcopus quis iracundus (quod esse nõ debet) citò aut asperè commoueat aduersus presbyterũ, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit: prouidendum est, nõ innoces damnetur, aut perdat communionem, habeat potestatem eiectus, vt finitimos interpellet episcopos, & causa eius audiatur, & diligentiũs tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti: & ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum reiecit, patienter accipiat, vt negotium discutatur, vt aut probetur eius aut emendetur sententia. Hæc vtique vsque ad aduẽtum verissimorum exemplariorum Niceni concilij, inserta gestis sunt: quę si sibi (quemadmodum ipso, quod apud nos fratres ex apostolica sede directi, commonitorio allegauerunt) contineretur, eo que ordine vel apud vos in Italia custodiretur, nullo modo nos talia (qualia commemorare iam nolumus) vel tolerare cogemur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adiuuante misericordia domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanę ecclesie presidenti, non sumus iam istũ typhum passuri: & seruabuntur erga nos ea, quę nobis etiã non differentibus, custodiri debeant, eũ fraterna charitate, quę secundum sapientiã atque iustitiã, quam tibi donauit altissimus, etiã ipse prospicis esse seruanda, si forte aliter se habent canones concilij Niceni. Quãuis enim plurimos codices legeremus, sed nunquam in Niceno concilio in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio, indè directã sunt: tam quia hæc in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex Orientalibus ecclesijs, vbi perhibentur eadem decreta posse etiã authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque uenerationem obsecramus, vt scribere etiã ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesie Antiochenę, Alexandrinę, & Constantinopolitanę, & alijs, si etiã tuę placuerit sanctitati, vt indè ad nos iidem canones, apud Niceam ciuitatem à patribus constituti, veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis Occidentalibus ecclesijs in Domini adiutorio conferenti. Quis enim dubitet, exemplaria esse verissima concilij in Græcia Nicenę synodi congregatę, quę de tam diuersis locis, & de nobilibus Græcis ecclesijs adlata & comparata concordant? Quod donè fiat, hæc, quę in commonitorio supradicto nobis allegata sunt, de appellationibus episcoporum ad Romanę ecclesie sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum prouinciã episcopos terminandis, nos vsque ad probatiõem seruatuos esse profitemur: & beatitudinem

tuam ad hoc nos adiuturam, in dei voluntate confidimus. Cætera verò, quę in nostra synodo gesta vel firmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus compresbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuã nõta facient sanctitati. Et alia manu: Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Augustinus, Possidius, Marinus, & ceteri episcopi 217.

RESRIPTA AD CONCILIUM Africanum Cyrilli Alexandrini episcopi, vbi & authentica concilij Niceni, trãslata de Græco, per Innocentium presbyterum trãsmisit. Quę, & etiã alię epistolę, cum eodem concilio Niceno per memoratũ presbyterum Innocentiũ, & Marcellum subdiaconum ecclesie Carthagenę, sancto Bonifacio episcopo ecclesie Romanæ, sub die 6. Kalen.

Decembris sunt directã.

Cap. 102.

Domini honorabilibus, sanctis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, sed & omni sanctę congregationi, in Carthagenę synodo congregatę, Cyrillus, salutans in Deo charitatem vestram. Scripta uenerationis vestrę, multam habentia uerimoniam, cum omni letitia per filium vestrũ Innocentium presbyterũ suscepi: quibus à nobis speratis, vt de scrinio nostrę ecclesie verissima exemplaria, ex authentica synodo apud Niceam ciuitatem metropolim Bithyniæ, à sanctis patribus cõstituta atque formata, sub nostrã fidei professione vestrã dilectioni porrigamus. Vndè, Domini venerabiles fratres, salute præunte, necesse habui, per harum latorem filium nostrum Innocentiũ presbyterum, fidelissima exemplaria ex authentica synodo, in Nicea Bithynię habita, vestrę charitati dirigere, quę & in ecclesiastica historia requirentes, inuenietis. De pascha verò, vt scripsistis, nunciamus vobis, 17. Kalen. maias, nos futura indictione celebrare. Et alia manu: DEVS & Dominus noster sanctam vestrã congregationẽ custodiat, quod optamus, charissimi fratres.

EPISTOLA ATTICI EPISCOPI Constantinopolitani ad eosdem.

Cap. 103.

Domini sanctis, merito beatissimis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel ceteris charissimis, in synodo apud Carthagenem habita constitutis, Atticus episcopus. Per filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum, scripta vestrę dilectionis cum omni gratiarum actione suscepi, domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictioẽ perfrui, domini beatissimi fratres. Scribitis sanè, vt verissimos canones, apud niceam ciuitatem, metropolim Bithyniæ,

ecclesiasticę
hist. lib. 10.
c. 6.

ddd thyniæ,

thynia, a patribus constitutos, sub fidei ad-
stipulatione dirigam. Et quis est, qui com-
munem fidem, vel statuta a patribus firma-
ra, suis fratribus denegat? qua de re, per eun-
dem filium meum Marcellum subdiaconum
vestrum, nimirum festinantem, sicut statuta
sunt in Nicea ciuitate a patribus, canones in
integro (vt iussistis) direxi, petens, vt pro me
plurimum vestra sancta congregatio orare
iubeat. Et alia manu: Deus noster sanctitate
vestra custodiat, quod optamus, sancti fra-
tres.

EXEMPLARIA CONCILII NI-
ceni, directa sub die 6. Kalen. Decemb. post
consulatum gloriosissimorum Impera-
torum, Honorij *12, & Theodosij
*9. Augg. Bonifacio vrbis
Romę episcopo.
Cap. 104.

CReditus in vnum Deum, patre omni-
potentem, visibilium, nec non & inuisi-
bilium creatorem. Et in vnum Dominum no-
strum Iesum Christum, filium Dei, natum ex
patre, vni genitum, hoc est, ex substantia pa-
tris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum
verum ex Deo vero, natum, non creatum, et
eiusdem cum patre substantia, per que omnia
facta sunt, caelestia & terrestria. Qui propter
nos homines, & propter nostram salutem de-
scendit, & incarnatus est, & homo factus, pas-
sus est. Et resurrexit tertia die. Ascendit in
caelum, venturus in die iudicare viuos & mor-
tuos. Et in spiritum sanctum. Eos vero, qui
dicunt, Erat tempus, quando non erat, & quae
ex nihilo factum, vel ex alia substantia vel es-
sencia esse, aut mutabilem, aut conuertibilem
filium Dei dicunt, anathematizat catholica
& apostolica ecclesia.

Hinc simbolo fidei, etiam exemplaria statutorum
eiusdem concilij Niceni a memoratis pontificibus an-
nexa sunt, de Greco in Latinum a Teulone & Thearis-
to Constantinopolitano translata, sicut in concilio
Carthagineo sexto latius explicantur. Quapropter
nos hic ea denuo conferri superfluum iudicamus.

EPISTOLA CONCILII APHRI-
ceni ad papam Caelestinum vrbis
Romę episcopum.
Cap. 105.

Domino dilectissimo, & honorabili
fratri Caelestino, Aurelius, Palatinus,
Antonius, Tutus, Seruus Dei, Teretius, For-
tunatus, Martinus, Ianuarius, Optatus, Cel-
ticius, Donatus, Theasius, Vincetius, Fortu-
natus, & ceteri, qui in vniuersali Aphri-
cano concilio Carthaginis affuimus. Optare-
mus, si quemadmodum sanctitas tua de ad-
uetu Apriarij laetatos vos fuisse, missis per co-
presbyterum nostrum Leonem literis, inti-
mavit: ita nos quoque de eius purgatione hec
scripta cum laetitia mitteremus. Eset profe-
ctus & nostra, & vestra modò alacritas certi-
or: nec festinata, nec praepropora videretur,

quae adhuc tam deaudiendo, quam deaudi-
to praecesserat. Adueniente sane ad nos san-
cto fratre & coepiscopo nostro Faustino, co-
ncilium congregatumus, & credidimus idem
eum illud missum, quonia sicut per eius ope-
ra presbyterio ante redditus fuerat, ita nunc
posset de tantis criminibus, a Tabracenis
obiectis, eo laborante, purgari, cuius tanta
ac tam immania flagitia decursus nostri con-
cilij examen inuenit, vt & memorati patro-
cinium potius, quam iudicium, ac defensoris
magis operam, quam disceptatoris iusti-
tiam superarent. Nam primum, quantum ob-
stiterit omni congregationi diuersas iniuri-
as ingerendo, quasi ecclesiae Romanae asse-
rens priuilegia, & volens eum a nobis in co-
munionem suscipi, quem tua sanctitas (cre-
dens appellasse, quod probare non potuit)
communioni reddiderat, quod minime ta-
men legit, quod etiam gestorum ex lectio-
ne melius cognoscet. Triduano tamen la-
boriosissimo agitato iudicio, cum diuersa ei-
de obiecta afflictissimi quaereremus, vel mo-
ras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiver-
sationes ipsius Apriarij, quibus nefandas tur-
pitudines occultare conabatur, DEVS in-
dex iustus, fortis & longanimis, magno im-
pendio rescauit. Tertiore quippe ac puti-
diore obstinatione compressa, qua tantum
liuidum coenum impudentia negationis vo-
lebat obruere, Deo nostro eius conscientiam
coarctante, & occulta, quae in illius corde ta-
quam in volutabro, criminum iam damna-
bat, etiam hominibus publicante, repente in
confessionem cunctorum obiectorum fla-
gitorum dolosus negator erupit. Et tan-
dem de omnibus incredibilibus opprobrijs
vteroneus se ipse conuicit, atque ipsam quo-
que nostram spem, qua eum & credebamus
& optabamus, de tam pudendis maculis pos-
se purgari, conuertit in gemitum, nisi quoni-
am istam nostram molestiam vno tantum so-
lacio mitigauit, quod & nos labore diutur-
nioris quaestionis absoluit, & suis vulneribus
qualemcunque medelam, etsi inuita ac sua
conscientia reluctante, confessione prouidit,
domine frater. Praefato itaque debite salu-
tationis officio, impendio deprecamur, vt
deinceps ad vestras aures hinc venientes, non
facilius admittatis, nec a nobis excommuni-
catos, in communionem vltra velitis excipe-
re: quia hoc etiam Niceno concilio defini-
tum, facile aduertet venerabilitas tua. Nam
& si de inferioribus clericis vel laicis videtur
ibi praecaveri, quanto magis hoc de episcopis
voluit obseruari, ne in sua prouincia comu-
nionem suspensi, a tua sanctitate vel festinatò,
vel praepropere, vel indebitè videantur com-
muniõi restitui? Presbyterorù quoque & se-
quentium clericorum improba refugia (sic
uti te dignum est) repellat sanctitas tua: quia
& nulla patrum definitione hoc ecclesiae de-
rogatum est Aphricanę, & decreta Nicena si-
ue in-

Psal. 7.

Niceni con-
cilij cap. 5.

Niceni con-
cilij cap. 6.
ue in-

Niceni concilij cap. 5.

ue inferioris gradus clericos, siue ipsos epi-
scopos, suis metropolitanis apertissime com-
miserunt. Prudentissime enim, iustissimeque
provident, quaeunque negocia in suis lo-
cis, vbi orta sunt, finienda: nec vnicuique, p-
uinciae gratiam sancti spiritus defutura, qua
aequitas a Christi sacerdotibus & prudenter
videatur, & constantissime teneatur: maximè,
quia vnicuique concessum est, si iudicio of-
fensus fuerit Cognitorum, ad concilia sua
prouinciae, vel etiam vniuersale prouocare.
Nisi forte quisquam est, qui credat, vni cui-
libet posse Deum nostrum examinis inspirare
iustitiam, & innumerabilibus congregatis in
concilio sacerdotibus denegare. Aut quo-
modo ipsum transmarinum iudicium ratum
erit, ad quod testium necessariae personae, vel
propter sexus, vel propter senectutis infirmi-
tatem, vel multis alijs intercurrentibus impe-
dimentis, adduci non poterunt? Nam vt ali-
qui, tanquam a tuae sanctitatis latere, mittan-
tur, nulla inuenimus patrum synodo consti-
tutum, quia illud quod pridem per eundem
coepiscopum nostrum Faustinum, tanquam
ex parte Niceni concilij, exinde transmisi-
stis: in concilijs verioribus, quae accipiuntur Ni-
cena, a sancto Cyrillo coepiscopo nostro
Alexandrinae ecclesiae, & a venerabili Attico
Constantinopolitano antistite, ex authenti-
co missis, quae etiam ante hoc per Innocen-
tium presbyterum & Marcellum subdiaconum,
per quos ad nos ab eis directae sunt, venera-
bilis memoriae Bonifacio episcopo praede-
cessori vestro, a nobis transmissa sunt, in qui-
bus tale aliquid non potuimus reperire. Exe-
cutores etiam clericos vestros quibusque po-
rentibus noscitur mittere, noscitur concedere, ne
fumosum typhum seculi in ecclesiam Chri-
sti, quae lucem simplicitatis & humilitatis
diem, DEVM videre cupientibus praefert,
videamur inducere. Nam de fratre nostro
Faustino (amoto iam pro suis nefandis ne-
quitijs de Christi ecclesia dolendo Apriario)
securi sumus, quod eum (probitate ac mode-
ratione tuae sanctitatis salua) fraternae chari-
tas vterius in Aphrica minime sustinere pa-
tatur. Et alia manu: Dominus noster sancti-
tatem vestram a quo longiore oratione pro no-
bis, custodiat, domine frater.

FINIS.

DECRETA CAELE-
STINI PAPAE I.

Ex libro pontificali.

Anno dñi
488.

Caelestinus natione Romanus, ex
patre Prisco, sedit annis 8, mensi-
bus 10, diebus 17. Hic multa con-
stituta fecit, & constituit, vt psalmi
Dauid 150, ante sacrificium psalleret antipho-
natim ex omnibus, quod antea non fiebat,
sed tantum epistolae B. Pauli recitabantur, &
sanctum euangelium. Hic fecit constitutum

de omni ecclesia, maximè & de religionibus,
quod hodie archiepis ecclesiae tenetur recon-
ditum. Hic dedicauit basilicam Iulij, in qua
obtulit postige zeticum. Patenam argenteam,
pescantem libras 25. Scyphos argenteos 2, pes-
cantes singuli libras 8. Amas argenteas 2, pes-
cantes singule libras 10. Calices minores ar-
genteos 5, pescantes singuli libras 3. Aquama-
nilos argenteos, pescantes libras 10. Canthe-
labra argentea 7, pescantia singula libras 30.
Canthara cerostrota aerea vel aenea 24, pes-
cantia singula libras 30. Itē coronas argenteas
10, pescantes singulas libras 10. Ad beatum Pe-
trum apostolum, sarum cantharum, pescans
libras 25, ex argento purissimo. Canthara
argentea cerostrota in gremio basilicae 24,
pescantia singula libras 20. Ad beatum Pau-
lum apostolum, sarum cantharum argenteum,
pescans libras 25. Canthara cerostrota 24,
pescantia singula libras 20.

locus obscu-
rus, sic forte
restitutus
postem se-
thicum.

*20

*15

Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma
per mensem Decembrem, presbyteros 32, dia-
conos 12, episcopos per diuersa loca 46. Qui
etiam sepultus est in coemeterio Priscillae via
Salaria, 8. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatu
in vrbe Roma dies 20. Hec ibi.

TITVLI CANONVM SE-
quentis epistolae Caelestini
papae primi.

- De Prospero & Hilario, qui quosdam gallic
prebyteros accusant. 1
- De sancto Augustino episcopo mira laudis
assertio. 2
- Præteritorum temporum sedis Apostolicae
episcoporum autoritates de gratia Dei
contra Pelagij sectatores. 3
- Quod Adam oēs homines laeserit, nec quen-
quam per liberum arbitrium posse confur-
gere, nisi cum gratia Dei exerit. 4
- Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi par-
ticipatione eius, qui solus est bonus. 5
- Quod nisi gratia dei continua iuueatur, in-
fidias diaboli deuitare non possumus. 6
- Quod per Christum libero benè vtamur ar-
bitrio. 7
- Quod oia sanctorum merita, dona sint Dei. 8
- Quod omnis sancta cogitatio & motus pie-
voluntatis, ex Deo sunt. 9
- Quod gratia DEI non solum peccata dimit-
tat, sed etiam adiuet, ne committantur, &
praestet, vt lex impleatur, non sicut Pela-
gius ait, facile, quasi sine gratia dei diffici-
lius possit impleri. 10
- Quod præter statuta sedis apostolicae, omnes
orationes ecclesiae gratia Christi resonant,
qua genus humanum reparatur, & ab aeter-
na damnatione reducitur. 11
- Quod gratiam DEI etiam baptizandorum
testatur instituta purgatio, cum exorcismis
& insufflationibus spiritus ab eis expellu-
tur immundi. 12
- Quod profundiores quaestiones nec conte-
mnendae sunt, nec penitus asserendae. 13

ddd 2 EPL

EPISTOLA CAELESTINI papae prima ad episcopos Galliae.

Dilectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Archadio, Sillucio, & ceteris Galliarum episcopis Caelestinus.

Apostolici verba precepti sunt, apud Iudeos atque Gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc, quisquis Christianus est, tota animi virtute custodiat. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos (qui neminem perire volumus) ista contristent, quae auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, Dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator, quod expedit scandalizanti unum de pusillis in maris profundum demergit: idem, quae sit iam eius pena, quaeramus, cui tale supplicium legimus expedire.

Matth. 18. a
Marc. 9. f
Luc. 17. a

CAPITVLVM I.

Illi nostri presentes Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensionem ecclesiarum studeant, sunt apud nos persecuti, ut indisciplinatas quaestiones vocantes in medium, pertiaciter eos dicant praedicare aduersantia veritati. Sed vestra dilectioni iustius impunitam, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus, super magistrum non esse discipulum, hoc est, non sibi debere quaequam ad iniuriam doctorum, vendicare doctrinam. Nam & hos ipsos a Deo nostro positos nouimus ad docendum, cum sit, dicente Apostolo, eis tertius locus intra ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, ubi magistris tacetibus, hi loquuntur, qui (si ita est) eorum discipuli non fuerunt? Timeo, ne coniuere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquantur, quam permittit illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicio et taciturnitas: quae occurreret veritas, si salutas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faueamus errori. Ergo corripatur huiusmodi. Non sit his liberum, habere pro voluntate sermonem. Desinat, si ita res sunt, in cessere nouitas vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conatur sapere naufragio mergere, quos intra portum stantes, statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non mouentur. Recurrerunt ad Apostolicam praedicti sedem, haec ipsa nobis, quae tentat perturbatio, conquerentes. Habetote, fratres charissimi, pro catholica plebis pace tractatum. Sciant se, si tamen censeantur presbyterij dignitate, vobis esse subiectos. Sciant omnes qui male docent, quod sibi discere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in ecclesijs vos agitis, si illi summam teneant p-

Matth. 10. c

1. Cor. 12. d

dicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui de fratribus numero, nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admissi, nesciant quid sibi debeant vendicare. Super his multa iam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Tuédi dedimus scripta responsum. Nunc tamen repetentes sepius, admonemus: ut ventur huiusmodi, qui laborat per terras aliud, quam ille noster iussit agricola, seminare. Nec tamen mirari possumus, si haec erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

2 Augustinum sanctae recordationis virum, pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor adspersit, quem tanta scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos, etiam ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, ut potest qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori. Unde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est, haec pati religiosas animas, quarum afflictione (quia membra nostra sunt) nos quoque conuenit macerari, quauis maneat hos beatitudo promissa, quicunque peribantur persecutionem propter iustitiam sustinere. Quibus quid permittat Dominus in futurum, sequens sermo declarat. Non est agentium causa colorum, quando vniuersalis ecclesia quacunque nouitate pulsata. Intelligamus haec ipsa vobis, quae nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbo silentio, de tali re in posterum querela cessauerit, Dominus incolumes vos custodiat, fratres charissimi.

*tuenti

*ut vitetur

Matth. 5. a

*sola, cum

3 Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis haereticorum sensibus, seu prauitate, siue imperitia demorantes, pijsimis disputatoribus obuiare presumunt. Et cum Pelagium atque Caelestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris (tantaquam necessarium modum excesserint) obloquuntur, eaque tantummodum sequi & probare profitentur, quae sacratissima beati apostoli sedes contra inimicos gratiae Dei per ministerium presulum suorum sanxit & docuit. Necessarium igitur fuit, diligenter inquirere, quid rectores Romanae ecclesiae de haeresi, quae eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentissimos liberi arbitrij defensores, quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint, ita ut etiam Africano- rum conciliorum quasdam sententias iungemus, quas utique suas fecerunt apostolici antistites cum probauerunt. Ut ergo plenius, qui in aliquo dubitat, instruat, constitutiones sanctorum patrum copendio manifestemus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat, omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum breui-

*probarit.

Hoc epistola Zosimi papae adhuc pro tempore nos latet.

breuitate pedere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat & dicat:

*miserantis

Epist. 25.

4 In praeruatione Adae, omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinae per liberum arbitrium posse consergere, nisi eum gratia Dei miserantis exerit, pronunciantem beatam memoriam Innocentio papa, atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium: Liberum enim arbitrium olim ille perperussit, dum suis inconsultius vititur bonis, cadens, in praeruationis profunda demersus est: & nihil, quemadmodum exinde resurgere posset, inuenit: suaque in aeternum libertate deceptus, huic ruinae subiacuisse oppressus, nisi eum postea Christi per suam gratiam releuasset aduentus, qui per nouae regenerationis purificationem praeteritum omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit.

Epist. 25.

5 Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui illi donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis eiusdem pontificis sententia protestatur, dicens: Nunquid nos de eorum post haec rectum mentibus aestimemus, qui sibi se putant deberi, quod boni sunt, nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt?

Epist. 25.

6 Neminem etiam baptismatis gratia renouatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei, perseverantiam bonae conuersationis acciperit. Quod eiusdem antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quauis hominem redemisset a praeteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi (quemadmodum posset illum & post ista corrigere) multa seruaui, quotidiana praestans illi remedia, quibus nisi freti, cossis que nitamur, nullatenus humanos vincere poterim errores. Necessum est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

Epist. 26.

7 Quod nemo nisi per gratiam, libero bene vtatur arbitrio, idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data, praedicat, dicens: Aduerte tandem, o prauissimarum mentium peruersa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius vititur, in praeruationem praesumptione conciderit. Nec ex hac potuit erui, nisi ei, prouidentia regenerationis, statum pristinae libertatis Christi Domini reformasset aduentus.

8 Quod omnia studia, & omnia opera ac merita sanctorum, ad DEI gloriam laudaeque referenda sunt, quae nemo aliud ei placet, nisi ex eo, quod ipse donauerit: in quam nos sententiam dirigit beatae recordationis papae Zosimi regularis auctoritas, cum scri-

bens ad totius orbis episcopos, ait: Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersam retulimus. Hunc autem sermonem, sincerissime veritatis luce radiantem, tanto Aphricani episcopi honore venerati sunt, ita ut ad eundem virum rescriberent. Illud verum, quod in literis, quas ad vniuersas prouincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens, Nos tamen instinctu dei & c. sic dictum accepimus, ut illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, districto gladio veritatis, velut cursim transiens, amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio, quam quod vniuersa in nostrae humilitatis conscientiam retulistis? Et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidistis, veraciter fideretque dixistis. Ideo utique, quia praeparatur voluntas a Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanae singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.

Prover. 21. a

Roma. 8. c

Ioan. 15. a

Zosimus papa in epistola nobis ignota.

Ephe. 6. b

Roma. 7. d

1. Cor. 15. b

In mileuitana synodo, cap. 3.

Vbi supra in mileuitana synodo.

9 Quod ita deus in cordibus hominum, atque in ipso libero opere arbitrio, ut sancta cogitatio, primum consilium, omnisque motus bonae voluntatis ex deo fit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de diuinae gratiae opitulatio loqueretur: Quod ergo tepus, ait, interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus est. Superbum est enim, ut quicquam sibi humana natura praesumat, clamante Apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aeri huius, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Et sicut ipse iterum dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et iterum: Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum.

10 Illud etiam quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicae sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est, ut quicunque dixerit gratiam DEI, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quae iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit. Et iterum quarto capitulo ait: Ut si quis dixerit gratiam Dei per Iesum Christum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid ddd 3 appet-

appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis prestari, ut quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, Scientia inflat, charitas vero edificat: valde impium est, ut credamus, ad eam quae inflat, nos habere gratiam Christi: & ad eam quae edificat, non habere, cum sit utrunque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut edificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est, Qui docet hominem scientiam: ita scriptum est etiam, Charitas ex Deo est. Item quinto capitulo: Ut quisquis dixerit, id est nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam, tantquam & si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa diuina implere mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, Sine me difficilius potestis facere: Sed ait, Sine me nihil potestis facere.

11. Praeter eas autem beatissimae & apostolice sedis inuolabiles sanctiones, quibus nos piissimi patres, pestiferam nouitatis elatione deiecta, & bonae voluntatis exordia & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt: obsecrationum quoque sacerdotium sacramenta respiciamus, quae ab apostolis tradita, in toto mundo atque in omni ecclesia catholica vniuersimode celebrantur, ut legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium presules mandata subimit legatione fungantur, apud diuinam clementiam humani generis agunt causam, & tota se cum congemiscente ecclesia, postulant & precantur, ut in fidelibus donetur fides, ut idololatras ab impietatis suae liberentur erroribus, ut Iudaeis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, ut haeretici, catholicae fidei perceptione, respiciant, ut schismatici spiritum rediuiuae charitatis accipiant, ut lapsis poenitentiae remedium conferat, ut denique catechumenis, ad regenerationis sacramenta perductis, caelestis aula misericordiae referatur. Haec autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quando quidem ex omni errorum genere plurimos deus dignatur attrahere, quos, erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii charitatis suae, & ex vasis irae faciat vasa misericordiae. Quod ad eorum diuini operis esse sentitur, ut haec efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio, pro illuminatione talium vel correctione referatur.

12. Illud, quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta ecclesia vniuersimode agit, non otioso contemplamur intuitu, cum hinc paruuli, sine iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae ad-

1. Cor. 8. a

Psal. 93. 1. Ioan. 4. b

vbi supra in Mileuitana synodo.

Ioan. 15. a

Orationum ecclesiae in die Parasceues, scopus.

Coloss. 1. b Rom. 9. e

eunt, quam exorcismis & exufflationibus clericorum, spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius diripiantur, in possessione translata victoris, qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis, & ex diuina sumptis auctoritate documentis, ita adiuuante Domino confortati sumus, ut omnium honorum affectum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem: & non dubitemus, ab ipsius gratia omnia hominis merita proueniri, per quem fit, ut aliqui boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere DEI non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quae sunt ipsius dona, & pro his quae largitus est, aeterna praemia sit donaturus. Agit qui ppe in nobis, ut quod vult, & velimus, & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quae exercenda, non negligenda, donauit, ut & nos cooperatores simus gratiae Dei. Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicitè recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram, & cui quotidie dicimus, Nè inducas nos in tetationem, sed libera nos a malo.

13. Profundiores vero, difficilioreque partes occurrentiu quæstionum, quas latius pertractarunt, qui haereticis resisterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secum praedictas regulas, Apostolicae sedis nos scripta docuerunt: ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit praefixis sententis esse contrarium.

AD EPISCOPOS GALLIAE epistola eiusdem secunda.

Quod non debeant sacerdotes aut clerici, amici pallijs & praecincti lumbis, in ecclesijs ministrare. 1

Quod nulli sit vltima poenitentia deneganda. 2

Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatum officium debeat quis peruenire. 3

Quod vnaqueque prouincia suo metropolitano debeat esse contenta. 4

Quod nolentibus clericis vel populis, nemo debeat episcopus ordinari. 5

Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum. 6

Caelestinus vniuersis episcopis per Viennensem & Narbonensem prouincias constitutis, in domino salutem. Cuperemus quidem de vestrarum eccle-

Ioan. 12. e Marc. 3. d eph. 4. b, & Psal. 67.

informati acoformati

Philip. 2. b

1. Cor. 3. b

Psal. 102.

Math. 6. b

Luc. 12. c

Math. 5. b

16. q. 6. agnouimus morient.

ecclesiarum ita ordinatione gaudere, ut congratularemur potius de profectu, quam aliquid contra disciplinam ecclesiasticam admittimus doleremus. Ad nostram enim letitiam & benefacta pueniunt, & mæroris aculeis nos, quæ fuerint male facta, compungunt. Nec scire possumus, cum ad hoc, ut ab illicitis reuocemus aliquos, officij nostri puocemur instinctu, in speculis a Deo constituti: ut vigilantiae nostrae diligentiam comprobantes, & quæ coercenda sunt, reseremus, & quæ obseruanda sunt, sanciamus. Circa quantumvis longinqua spiritalis cura non deficit, sed se per omnia, quæ nomen Dei praedicatur, extendit: nec notitiam nostram sabregiunt, quæ in euerfionem regularum, nouellæ praesumptionis auctoritate tentantur.

¶ Capitulum primum.

Didicimus enim, quosdam Domini sacerdotes supstititioso potius cultui inserrere, quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt qui in ecclesia non creuerunt, sed alio venientes itinere, secum hæc in ecclesiam, quæ in alia conuersatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos praecincti, credunt se scripturæ fidem, non per spiritum, sed per literam completuros. Nam si ad hoc ista praeccepta sunt, ut taliter seruentur: cur non sint pariter, quæ sequuntur, ut lucerna ardetes in manibus vna cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis, quæ decet, significatione seruentur. Nam in lumborum praecinzione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur, Opera vestra luceant, indicantur. Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & praecipue ad ceteros degunt. Vnde hic habitus in ecclesijs Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi a plebe vel ceteris sumus doctrina, non veste: conuersatione, non habitu: mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus nouitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, ut locum su peruacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt, quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda praeccepta sunt. Erant quidem multa, quæ pro disciplina ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus, sed ab his ad alia deuocamur.

2. Agnouimus enim poenitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore, hoc animum supercupiunt remedio subueniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de DEI pietate desperet: quasi non possit ad se quo-

uis tempore concurrenti succurrere, & perclitantem sub onere peccatorum hominem, pondere, quo se expediri desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, eiusque animam suam crudelitate, nè absoluta esse possit, occidere? Deo ad subueniendum paratissimus, inuitans ad poenitentiam, sic promittat: Peccator, inquit, ens, quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore speratam poenitentiam denegarit. Et desperat de clementia Dei, quæ eum ad subueniendum morienti sufficere, vel in merito posse non credit. Perdidisset latro praemium in cruce ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horæ poenitentia non iuuisset. Cum esset in poena, poenituit, & per vnius sermonis professionem habitaculum paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorum, mente potius est existimanda, quam tempore, propheta hoc taliter asserente: Cum conuersus, ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo sit nomen cordis inspector, quous tempore non est deneganda poenitentia postulati, cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia noverit reuelari.

3. Ordinatos vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigiū fuerint instituti, contra patrum decreta, huius usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perueniri, ut minoribus initiati officijs, ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio, hac ad id, quod tendit, se ratione confirmat. Qui minimè literis operam dederit, praecceptor esse non potest literarum. Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum stipendij ordinem non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est? Quod facilius tribuitur, cum difficilius impetratur. Sed iam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit: sed etiam illorum, quorum crimina longè lateque per omnes penes sunt nota prouincias, ordinantur. Daniel enim, nuper missa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenuerat, virginum monasterio nefarijs est obiectionibus accusatus. Multa a multis obiecta flagitiorum in quamam lateret terrarum parte, quæ situs est, ut si suæ innocentiae consideret, contra se iudicium postulatum minimè declinaret. Missa ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum, ut ad iudicium episcopale destinaret, epistola. Tantis grauatur testimonijs, tanta facinororum accusatione pulsatus, sacrarum (ut dicitur) virginum pollutus incesto, episcopus

zzech. 33. c. d

Ibi. c. & 18. e

Luc. 13. f

zzech. 18. & 33

nif. 39. ordinatos vero quosdam.

Distin. 81. tantis dan. el grauatus.

scopus asseritur ordinatus. In nostris libelli scripijs continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus: in pontificij dignitatem, hoc tempore, quo ad causam dicendam, missis a nobis literis, vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facilius est, ut hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuictio sociabitur, qui eum sibi credidit, largiendo pontificium, sociandum: Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinari, ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique vestrum sint, qui Apostolicæ sedis statuta cognouerint, nobiscum tempore aliquanto versati, ad disciplinæ normam, nostris conuentu adhortationibus, omnia fraternitas vestra reuocare festinet.

4 Primum, ut iuxta canonum decreta, vnaqueque provincia suo metropolitano cõtempnata sit, ut decessoris nostri data ad Narboldelicæ ca. 4 nensem episcopum continet constituta, nec usurpationis locus alicui sacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit concessis sibi contentus vnusquisque limitibus: alter in alterius

Dist. 61. Nõ provincia nil presumat, nec emeritis in suis ecclesijs clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati sint, ad exclusionem eorũ, qui benè de suorum ciuium merentur testimonio, præponantur: nè nouum quoddam, de quo episcopi fiant, institutum videatur esse collegium.

Dist. 61. Nul- 5 Nullus inuitis detur episcopus. Cleri- lus inuitis def. Et dist. 63. Cleri, plebis & ordinis cõsensu ac desiderio requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesijs, & in sua, si de ciuitatis ipsius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesijs merito præferantur. Habeat vnusquisque clericorum suæ fructum militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minimè alter obrepat: nec alij debitam, alter sibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari: & quos sibi ingredi ex transuerso agnouerint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum præmium, vel liberũ de eo, qui eos rectorus est, debent habere iudicium.

6 Abstineatur etiã ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digam, nullus, qui sit viduæ maritus aut fuerit, ordinetur: sed irreprehensibilis, & qualem elegit Apostolus, fiat. Per Moysen Dominus præcepit: Virginem accipiat sacerdos vxorẽ. Subsequitur, & supplet Apostolus, eodem locutus spiritu, vnus vxoris virũ, debere episcopum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes: & si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ, remoueantur: quoniã stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quanuis latere se æstimet, qui taliter peruenerunt, vt nulla religionis re-

1. Tim. 3. a
Leuit. 21. c
1. Tim. 3. a

uerentia obscuritate fuscetur. Non sit vana gloriatio palliatis. Episcopalem morem, qui episcopi sunt, sequantur. Daniel, vt diximus, qui accusationem põtificali honore subterfugere posse se credidit, & ad fastigiũ rãtum, accusatores suos latẽdo peruenit, a sanctitatis vestræ coetu interim se nouerit segregatũ, qui se nostro iudicio debet obijcere, si conscientia suã nouit confidentiam se habere. Massiliensis verò ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur (quod dictu nefas est) in necem fratris sui taliter gratulatus, vt huic, qui eius sanguine cruetatus aduenerat, portionem cum eodem habiturus, occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Data 7. Kalend. Augusti, Felice & Tauro viris clarissimis cõf.

EPISTOLA EIVSDEM CAELESTINI PAPAE TERTIA, AD EPISCOPOS APULIAE & CALABRIÆ.

Quod nulli sacerdotũ liceat a nones ignorare.

Quod non oporteat clericis ecclesiarũ contemptis, de laicis episcopos ordinare.

Quod docendus sit populus, nõ sequendus.

Capitulum primum.

Caestinus vniuersis episcopis per Apuliam & Calabriã constitutis. Nulli sacerdotum suos licet canones ignorare, nec quicquam facere, quod patrũ possit regulis obuiare. Que enim a nobis res digna seruabitur, si decretalium norma constitutorum, pro aliquorum libitu, licentia populis permessa, frangatur?

2 Audiuimus, quasdam proprijs desinitas rectoribus ciuitates, episcopos sibi velle petere de laicis, tantumque fastigiũ tam vile credere, vt hoc his, qui non Deo, sed seculo militauerint, estimet nos posse conferre, non solum malè de suis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) iudicantes, sed de nobis pessimè, quos credunt hoc posse facere, sentientes. Quod nunquam audent, si non quorũdam illic his cõsentiens sententia cõnueret. Itã nihil, quæ frequentius sunt decreta, proficiunt, vt hoc, quasi nõquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit, per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castris etate, si, qui his præfuturi sunt, ex laicis requirant? Qui vacantes seculo, & omnem ecclesiasticũ ordinem nescientes, salu præproprio in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transcedere, & in aliud vitæ genus, calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ, transire. Talibus itaque, fratres charissimi, qui iuris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obuiemus: hisque, fraternitatẽ vestram epistolis commonemus, nè quis laicum ad ordinem clericatũ admittat & finat fieri, vnde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

Dist. 38. Nulli sacerdotum lic.

Dist. 61. quid pderit par.

3 Docendus est populus, nõ sequendus. Nosque (si nesciunt) eos, quid liceat, quid ve non liceat, commonere, non his consensum præbere, debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censurã Apostolicæ sedis minimè defuturam. Quæ enim sola admonitionis autoritate non corrigimus, necesse est, per seueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc (quæ proprijs rectoribus carẽ) ecclesijs volumus innotescat, vt nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data 12. Kalendas Augusti, Florentio & Dionysio viris clarissimis consulibus.

DECRETA CAELESTINI PAPAE, QUAE SUNT IN CORPORE DECRETORUM GRATIANI, NE HABENTUR IN SUPERIORIBUS IPSIUS EPISTOLIS VEL DECRETIS, NUMERO 4.

PRIMUM. In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

9. q. 2. Nullus primas, nullus metropolitani, nullus reliquorum episcoporum alterius adeat ciuitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi parochiam super eius dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur, vt quicquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit: sin aliter presumpserit, damnabitur: & non solum ille, sed & cooperatores & consentientes ei: quia sicut ordinatio, itã eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare nõ poterit, quomodo iudicabit? Nullatenus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit.

SECUNDUM. Par penitentia ei indicitur, qui & spiritualem filiam, & ei qui & penitentialem suam violare monstratur.

30. q. 1. Si quis sacerdos cõ- Si quis sacerdos cum filia spiritali fornicatus fuerit, sciat se graue adulterium commisisse. Idcirco femina, si laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat: & conuersa, in monasterio Deo vsque ad mortem seruiat. Sacerdos aut, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annis peniteat. Postea verò ad monasteriũ vadat, ibique cunctis diebus vitæ suæ Deo seruiat.

TERTIUM. Episcopi aut presbyteri, cum sibi confessi fornicatis, pena seu penitentia qua.

30. q. 1. Non debet. Non debet episcopus aut presbyter commiseri cum mulieribus, quæ ei sua fuerint cõfesse peccata. Si forte (quod absit) hoc cõtigerit, sic peniteat, quo modo de filia spiritali, episcopus 13 annos, presbyter 12: & deponatur tamen, si in conscientia deuenerit.

QUARTUM. Questionis de binis vxoribus vni ductis, quarũ prior non fuerat solenniter desponsata, expeditio.

Videtur nobis, quod secunda quam contra prohibitionem Ecclesiæ duxit, non sit vxor, etiã si primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum & ordinem ecclesiæ factum est, ratum nõ haberi, tam humanæ quàm diuinæ legis proclamat autoritas: quia ea, quam inordinate superduxit, prohibitione renitente, vxor non est. Eam cogendus est recipere, quam iurauit, & desponsauit, & ex qua prole genuit, vt iuramenti religio non vilipendatur, & fides ad inuicem promissa seruetur, proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alij exinde occasione peccandi, & alios decipiendi, assumere non valeant. Quod autem pariter, fratres, & cognati vtriusque, sexus in testificationem filij & filia, ad matrimoniũ coniungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua cõsuetudine, legibus approbata, quàm diuinis & humanis legibus approbatur. In dirimendo autem matrimonio, idẽo maximè parentes recipiuntur, siue si defuerint parentes, proximiores admittuntur: quia vnusquisque suam genealogiã cum testibus & charis, cum exercitatione & recitatione maiorũ scire laborat. Quia igitur alijs melius sciunt, idẽo maximè admittuntur. Similiter etiã recipiuntur, & in testificationem matrimonij coniungendi, qui enim melius recipi debet, quàm illi, qui melius sciunt, & quorũ est interesse, itã vt si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod verò legitur, Pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris: in criminalibus causis & contractibus verum est. In matrimonio contrahendo & dirimendo, ipsius coniugij prerogatiua, quia & fauorabilis res est, congruè recipiuntur.

CAELESTINI PAPAE PRIMI, EPISTOLA AD SYNODUM EPHESIANAM FRAGMENTUM.

Spiritus sancti testatur presentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest veritas nostra mentiri, cuius in euangelio ista sententia est: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorũ. Quod cum itã est, nam hæc huic tam breui numero spiritus deest: quãto magis eum nunc interesse credamus in vnũ conuenientiu turbæ sanctorum? Sanctum namque concilium est pro debita veneratione collectum, in quo vtique nunc apostolorum frequentissima illius, quam legimus, congregatio adspicienda reuerentia est. Nunquam his defuit, quem receperant predicandũ. Afuit semper his Dominus & magister, nec docentes a suo doctore deserti sunt. Docebat ille, qui miserat: docebat, quod & dixerat, quod docerent: docebat, qui & in Apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in communem

35. dist. 6. Videtur nobis

* & si

Matth. 18. e

Actor. 1. a

munne Domini sacerdotes, mandatae praedicationis cura peruenit. Haereditario namque in hanc sollicitudinem iure constringimur, quicunq; per diuersa terrarum, eorum vice nomen Domini praedicamus, dum illis dicitur: *Itē, docete omnes gentes.* Aduertit vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum. Omnes etiam nos agere voluit, quod illis sic in commune mandauit officium. Necesse est nostrum sequamur auctoritate: subeamus omnes eorum laborem, quibus omnes successimus in honorem. Perseuemus, eorum

diligentiam praedicantes, postquam monente Apostolo, nullam praedicationem iubemur obmittere. Non est minor tradentis officio custodia traditionum. Illi iactauerunt semina: nostra haec sollicitudo custodiat, ut incorruptum & multiplicem fructum nostri patrisfamilias aduetus inueniat, cui soli utique assignatur veritas, loquente electione sua, se plantare & rigare, Deum autem incrementum dare.

Finis praesentis fragmenti.

CONCILIVM EPHESINVM SVB CAELESTINO PAPA I.

Ephesus Ioniae urbs quondam celeberrima, tum Diana amplissimo & incomparabilis structura templo, tum clarorum virorum frequentia, ab Antonibus auctore Plinio lib. 5. cap. 29. itemque Iuliano lib. 2. condita, vnicuique in signi D. Apostoli Epistola illustris. Habetur eius mentio in Actis Apostolicis non vno loco, atque etiam apud Ptolemaeum lib. 5. cap. 2. Strabonem lib. 12. & 14. Pomponium Melam, titulo de Ionia. Plura autem de hac Synodo diligens Lector reperiet in prima Actiōe Concilii Chalcedonenfis, & in Bremario S. Liberati Archiepiscopi Ecclesiae Carthaginiensis septima regionis, unde aliquam multa huc adscripsimus, nisi infra circa Virgili Romani pontificis tempora integre haberetur. quod Lectorem remittimus. Sunt etiam quaedam non pauca ad hoc Concilium pertinentia infra in Synodo Constantinopolitana, ea quae huic editioni iam recens accessit, antehac nunquam typis excusa.

DE CONCILIO EPHESINO EX NICEPHORI CALLISTI HISTORIA ECCLESIASTICA, LIB. 14. CAP. 32.

Vide Eusebii Eccles. Histo. lib. 1. cap. 2.

Anastasius quidam presbyter in maximo apud Nestorium honore fuit, comes profectiois eius, cum ille se ad episcopatum ineundum conferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopsuestensem diuertit, dogmatibusque eius auditis, a vera pietate Nestorius ipse transuersus actus est, quemadmodum Theodulus in epistola scribit. Anastasius igitur iste, acer Iudaicorum dogmatum & actionum Nestorij suator, verba aliquando in Ecclesia Constantinopolitana ad Christifidelem populum faciens, hoc propalam & aperte dicere ausus est, Mariam *θεοτόκον*, hoc est, Dei genitricem nemo vocato: Maria enim homo fuit. Ut autem ab homine Deus gignatur, fieri non potest. Dolum hunc cum primum Eusebius rhetor deprahendisset, eundemque deinde & clerus & pietate in populo praestantissimus quisque grauitate ferret, & elocutionem eiusmodi blasphemiam esse putaret, non paruum tumultus excitatus est. Dudum enim de Theologia & Christi diuinitate edocti fue-

rant, quod videlicet ille oeconomicae seu administrationis gratia veluti homo purus, haudquaquam a diuinitate secesserit: ea in re Apostoli Pauli verbo fidem habentes, qui dicit: Etiam si Christum secundum carnem cognouimus, nunc tamen non cognoscimus. Et rursum: Quapropter relinquentes eum, qui de Christo est, sermonem, ad perfectionem contendamus. Turba tali, sicut fieri afolet, gliscente, Nestorius impietatis dux non solum Anastasium non reprehendit atque inhibuit, verum etiam studiosè laudauit, & dictis eius assensum prorsus suum praebuit: eum quem in precio habebat, ut blasphemum arguerenolens. Et quod contendendi studio teneretur, frequētius in ecclesia docuit, & ubique vocabulum DEI genitricis exterminauit, a seipso pleraque illegitimè & subreptitiè statuens atque confingens, aperteque animi sui venenum eructans, ad blasphemiam se dedit. Proinde quaestione huius rei apud omnes diulgata, atque alijs aliter eam accipientibus, dissidium in Ecclesia ortum est: atque homines sicuti in nocturna pugna inter se sunt conflictati, nunc haec, nunc illa affirmantes & negantes. Nestorius verò a multis existimatus est, dominum merum hominem esse, opinari, atque olim Pauli Samosatēni & Photini inter mortuum dogma renouare, & in Ecclesiam sensim inducere. Intantum sanè quaestio haec agitata est, ut vniuersali etiam opus esset synodo. Porro Socrates, qui Ecclesiasticam historiam conscripsit, de Nestorij opinione haec commemorat: Ego, inquit, cum edita a Nestorio scripta legerem, imperitum esse hominem reperi: atque id ita verè dicere possum. Neque enim odio ductus, tenuitatis eius, qua alijs inferior fuit, meminero: neque, cuiquam gratificatus, quibus alios superauit, dotes exponam. Non mihi videtur Nestorius vel Paulum Samosatēnum, vel Photinum imitatus, merum hominem Dominum dicere: sed vocabulum ipsum tantum sicuti laruam reformidat, idque propter multam imperitiam

in epse, Deiparae vel dei genitricis

Heretici scripturas deprauant. 1. Ioan. 4.

tiam facit. Cum namque naturali quadam facultate praeditus sit, probè quidem eruditus esse putatur: re autem ipsa indoctus fuit, & veterum interpretum libros versare noluit: siquidem expedita lingua volubilitate elatus, animum ad veterum scripta non accurate intendit, sed seipsum omnibus praestantiorē esse duxit. Itaque illud statim ex catholica Iohannis epistola, quod in vetustis exemplaribus scriptum est, ignorauit. Quod spiritus omnis, qui soluit Iesum, ex Deo non est. Nam sententiam hanc, qui ab administratione hominis diuinitatem segregare voluerunt, ex antiquis exemplaribus sustulerunt. Quapropter & prisci interpretes hoc ipsum indicauerunt, esse nimirum quosdam, qui epistolam eam deprauerunt, hominē a Deo soluerē volentes. Assumpta autem est a diuinitate humanitas, & iam non duo sunt, sed vnū: quo veteres freti, Maria *θεοτόκον*, hoc est, Dei genitricem dicere non dubitarunt. Sic enim & Eusebius Pamphili in tertio de vita Constantini libro hac de re ad verbum inquit: Nam & natiuitatem qui est nobis Iesum Deus, nostra causa subire sustinuit, & locus natiuitatis eius in carne nominatum apud Hebraeos Bethleem praedictus est. Quam obrem etiam Dei amantissima Helena Augusta, gestationem vteri Dei genitricis admirandis monumentis conuolauit, & sacrum illud antrum multifaria exornauit. Origenes verò & ipse in tertio Commentariorum in Epistola Apostoli ad Romanos Tomo, quomodo Dei genitrix dicatur exponit, copiose id explicat. Apparet igitur Nestorium lucubrations veterum ignorasse. Proinde sicuti dixi, locutionem solam oppugnat. (Quin ille non vocabulum ipsum modo, sed prorsus etiam Dei esse qui genitus est, negauit, qui enim ex virgine sancta natus est, idē crucifixus quoque est, qui quidem Dominus est gloriae, quem admodum Apostolus ait: Si enim cognouissent, Dominum utique gloriae non crucifixissent. Nestorius autē inquit: Ne gloriaris Iudae, Deum non crucifixisti. perinde atque Dominus gloriae crucifixus non esset. (Quādoquidem quod Christum non purum hominem dicat, sicut Photinus aut Paulus Samosatēnus, homiliae seu populares eius conuociones editae docent. Nunquam enim DEI verbi subsistentia tollit, sed ubique id in carne subsistere, & carni inesse profiteretur. Nec ille, sicuti Photinus & Samosatēnus, subsistentiam eius abolet. nam id Manichaei & Montanistae quoque opinari sunt ausi. Sic ego Nestorium sentire inuenio, atque id simul & ex libris eius quos legi, & ex sectatorum eius dictis animaduerti. Non paruum verò turbam orbi vniuerso ineptiae Nestorij peperere. haec Socrates. Et cum ille (Nestorius) sic blaterans nugaretur, ut detestandum quiddam in Ecclesia fieret, accidit. Nam primarij cuiusdam magistratus serui, crudeliter ab ipso herō accepti,

1. Cor. 2.

Socratis de Nestorio sententia, lib. 7. cap. 34.

ad ecclesiam confugere, & ferrum in manibus habentes, ad sanctiorē sacrificij aram intrare: iussique, indatque, coacti exire, haudquaquam parare, diuinas ceremonias impediētes: & diebus pluribus strictos & coruscantes enses praeseferentes, ut obuios omnes ferirent, parati fuere. Atque ubi clericum quendam trucidauerunt, aliumque insuper vulnerarunt, postremo tandem seipso interemerunt. Porro ex eis qui affuere, quidam mali omnino esse templi prophanatione & iniquationem praedixit, poētae cuiusdam iambo allegans eiusmodi *συνετα και γαρ ταυτα γλυπεσθαι φιλει, εταυρι ναοσ ιγκατασκηνη μυσσοσ.* Latine haec:

Assuevit omen ferro triste, sanctius
Si forte templum polluat piaculum.
Nec ille prorsus non vera dixit. Cum enim diuisionem populi & dissidium eius, qui feditione eiusmodi discessionis auctor esset, abrogationem praedice visus est. Enimvero Nestorius non alijs tantum, sed Proclo quoque per disensionem aduersatus est. Cum enim ille in ecclesia docens, Nestorij praesidente, orationem in haec verba conceptam haberet: Virginalis hodie, o fratres, celebratur conuentus: Exultet natura, choros ducat hominum conditio. Coegit & conuocauit nos sancta Dei genitrix, impollutum decus atque ornamentum virginitalis: ob eam causam ad contentiois studium delapsus Nestorius, dissidere quam maxime a Proclo coepit.

Cap. 32.

Sedem diuinus quoque Cyrillus, ubi Nestorij blasphemias audiuit, vnam atque alteram ad eum dedit Epistolam, in quibus discretis verbis eos, qui non aperte Christum Deum profiteretur, sed blasphemis verbis hominē Deiferum, atque organum seu instrumentum diuinitatis esse dicerent, anathema esse perclamauit. Cui Nestorius literis rursus obuiauit, cuius simul & blasphemiam rem agens. Eis verò Nestorij literis, ingentes heresis fluctus eructantibus, acceptis, cum quatuor quibusdam alijs prouincialem Alexandria Synodum congregauit, atque ei vtriusque vltro citroque datas epistolas exhibuit, quarum exempla & Synodi ipsius decreta, ad veteris Romae Episcopum Caelestinum misit. Ad Nestorium insuper tertiam dedit epistolam, cui multum celebrata illa duodecim capita vna cum anathematismis adiunxit. Caelestinus Romanus Episcopus diuini Cyrilli literis acceptis, & graui praeterea de Nestorio fama audita, ad eum scripsit: decē exactis diebus, si adhuc in eadē impietate perseueraret, non amplius eum ad communionem admitterendum, sed potius omnino sacerdotum Christi catalogo eximendum: illisque ad eum ad communionem recipiendos esse, qui propterea ab eo, quod pro hēde recta steterunt, excommunicati fuerat. Porro non Nestorio modo Cyrillus & Caelestinus, sed etiam Iohanni Antiocheno, Theodori successori, & Iuuenali Hierosolymitano heresim Nestorij exponētes scriperunt.

Galat. 3.

perunt. Ipse quoque Iohannes ad Nestorium epistolam dedit, admonens hominem, ne à patria fidei professio deficeret, sed rectè filium Dei ex sancta Dei genitrice Maria genitum esse profiteretur, neq; in duo eum partiretur, neq; etiam iuxta progressum seu profectum Deificatum esse diceret: Apostolica etiam illi vocem subiiciens, quæ est: Misit Deus filium suum factum ex muliere. Et simul illi suavitè sententiam ipse suam ut rectam & certam retineret, sed potius quod in commune commodum atque vtile esset, sequeretur. Misit in super ad eum, quas Cælestinus & Cyrillus scripserat literas. Nestorius sibi ipsi obsecutus est: & quoniam sciebat ecclesiarum præfates in Ecclesiæ turba haudquaquam tacituros, Theodosium permouit, ut sacra ad Cyrillum mitteret, in qua multa illi obijciebat, & multa minabatur, nisi in Nestorij decretis acquiesceret. Et cum talibus literis se illum pessimum existimaret, magis etiam commotum excitavit. Accepto namque spiritu diuus Cyrillus, ad ipsum Imperatorem & sorores eius libellos doctè compositos misit, quibus simul certam rectæ fidei professionem, & peruersam Nestorij recordie opinionem ostendit: tum autem ut synodus vniuersalis cogere tur petijt, ut Nestorij res certò in apertum proferrentur.

Cap. 34.

Theodosius Imperialibus literis suis in metropoli Epheso locorum omnium Episcopos conuenire iussit, sacra Pentecostes diem, qua conuenirent, constituens. In ea quippe die Spiritus uiuificator ad sanctos Apostolos puenit. Literis ipsis illud quoque adiecit, neminem se vel apud Deum vel apud homines excusaturum esse, qui non statim ad designatam sancte Pentecostes diem præsto ibi esset. Qui namque inquit, ad Episcopalem sacrum conuentum vocatus non alacriter occurrit, non bonæ is conscientia esse apparet. Nestorius, qui non longè ab Epheso abesset, cum turba multa statim post festum Pasche diem Ephesum venit, multos ibi iam congregatos Episcopos reperiens. Cyrillus quoque cum suis ante destinatum diem adfuit. Quinta post Pentecosten die Iuuenalis cum Palæstinis episcopis venit. Quibus ita conuenientibus, celebris & magnus ille Euthymi Petro Saracenorum Episcopo abeunti præcepit, ut Cyrilli Alexandrini & Acacii Melitenensis omninò sententiam sequeretur, columnas & fastigia rectæ fidei eos esse testatus. Cælestinus autem Romæ Episcopus propter nauigationis pericula ipse synodo adesse detrectauit: ad Cyrillum tamè, ut locum ibi suum obtineret, scripsit. Ex quo tempore fama est mitram istam & Papæ appellationem, atque ut orbis vniuersi iudex appellaretur, accepisse: quæ deinde omnia per successionem ad eos etiam peruenerint, quibus forte Alexandrinæ ecclesiæ thronus legitime obuenisset, sacros episcopos. Solus Iohannes Antioche-

nus antistes cum Orientalibus suis episcopis, longè etiam post diem constitutum tardius adfuit, non dedita illi opera moratus, sicut se pluribus verbis excusauit: sed quod tam celeriter episcopos qui sub eo essent, cogere non potuerit. Magnis enim locorum interuallis ditionis eius vrbes distant, ab ea quæ olim quidem Antiochia, nunc autem Theopolis dicta est. Duodecim namque dierum itinere, & aliquo præterea exiguo, homini expedito & succincto absunt. Tum autem Antiochia ipsa ab Epheso triginta dierum via maximè distat. Cõfirmavit ille etiam, ad designatum se non venturum fuisse diem, si nouo qui dicitur Dominico die collega sui in sedibus suis esse perseverassent. Vbi post diem constitutam dies quindecim præterire, & Antiochenus præsul non aduenit, multiq; episcopi morbis & grummi alijs pressi sunt, de communi sententia vigesimo mensis Iunij die episcopi congregati sunt circiter centum & triginta: à condito mundo quater millesimo noningentesimo decimo quinto, à secunda autem synodo quadagesimo & vno anno, præsertim Iuuenali & diuino Cyrillo, qui Cælestini locum tenuit, Romani, ut diximus, Episcopi. Die primo Nestorius etiam præsto fuit. Atque ubi de questione eius agi ceptum est, Cyrillus Alexandrinus in prima uelitatione iacula fortiter iaciens, Nestorium admodum perstrinxit. Hostili enim iam dudum erga eum erat animo. Et cum Christo sententis suis multi diuinitatem tribuerent, vnumq; & eundem esse filium, ex patre quidem ante secula genitum, extremis aut temporibus ex perpetua virgine hominem factum, neque alium atque alium, & virginem Mariam propriè & verè Θεοτόκον Dei genitricem dicendam esse asserent, assurgens Nestorius, Ego, inquit, bimestrem aliquè & trimestrem vrum non dixerim. Proinde purus sum sanguinis vestri, & postea ad vos non veniam. His verbis dictis, cum sex episcopis egressus est, & deinceps cum illis conuenire solitus fuit: alijs quoque assumptis, qui prauam eius fidem sequebantur. Ità synodus in partes duas diuisa est. Cyrillus & qui cum eo erant, postridiè concilio coacto, ut mos est, tribus episcopis missis, Nestorium ut in conuentum veniret, citarunt. Ille id contempsit, & haudquaquam cõparuit, Synodum in Antiocheni episcopi aduentum diffundens. Vt autem ille iterum atque tertio vocatus responsum nullum, quo se defenderet, dedit, & cum conuicijs atque contumelijs eos, qui ad se missi erant, remisit: Synodus sancta trecentorum illorum & decem octo diuinorum patrum symbolum in medium, & Cyrilli atque Nestorij, quas vtrò citroq; de dogmate dederant literas, sacram item illam Cælestini ad ipsum Nestorium scriptam epistolam protulit: atq; ubi Theodorus An-cyranus & Melitenensis Acacius blasphema eius

Impia & blasphemata Nestorij vox.

Cap. 35.

eius verba, quibus aperte Ephesi multis presentibus vsus fuerat, indicare, & multæ eximiorum & sanctorum virorum voces audire, in superq; alia Nestorij impiè dicta congesta sunt, impium illum exauthorauit sententia hisce verbis concepta: Cum præter alia reuerendissimus Nestorius neq; vocationi nostræ audies esse voluerit, neq; à nobis missos sanctissimos & piissimos episcopos admiserit, necessariò eò descendimus, ut de impietate eius inquireremus. Et quoniam cum ex epistolis & scriptis eius quæ lecta etiam sunt, atque item ex verbis, quibus in metropolitana hac vrbe vsus est, tum ex testium dictis, impiè eum & sentire & docere deprehendimus: necessitate nobis à canonicis & sanctissimi patris collegæque nostri Romæ Ecclesiæ Episcopi epistola inposita, diu multumque lachrymantes, ad tristem hanc peruenimus sententiam. Qui igitur ab eo blasphemij expetitus est, Dominus noster Iesus Christus, per præsentem sanctam synodum decreuit, Nestorium ipsum à dignitate Episcopali & sacerdotali cõuentu omni esse alienum.

Post latam hanc legitimam sententiam, Iohannes Antiochenus cum sacerdotibus & episcopis suis duobus & viginti triduo à Nestorij condemnatione aduenit: & rescripta acta fuerat cognita, Cyrillo valdè successit, qui sic ad Nestorium exauthorandum deproperasset. Et facta à synodo discessione, concilioq; cum Nestorio coacto, Cyrillo & Memnoni Ephesi episcopo, sicuti illi videbatur, dignitatem abrogauit. Cyrillus & Memnon postquam libellos suos synodo, quæ cum eis congregata fuerat, obtulerunt, (quantis Socrates per ignorantiam aliter scripserit) Iohannes vnà cum suis euocatus est, ut rationem de condemnationis sententia, quam illegitimè tulisset, redderet. Vbi verò ille non comparuit, tertiam citationem, sicuti mos est, Cyrillus quidem & Memnon à sancta vniuersali Synodo à cõdemnationis sententia, præter rationem lata, absoluti sunt: & qui eos damnauerant, in vincula ea deciderunt. Nam & à diuina communione sunt exclusi, & sacerdotalis eis autoritas omnis adempta est, Iohanni videlicet & qui in partibus eius erant Episcopis, in quibus etiam fuit sapiens ille Theodoritus Cyri Episcopus: donè se ipsos condemnantes, erratum suum professi sunt. Theodoritus sanè Iohannis vicem ægrè ferens, in Cyrillum inuectus est: confutans etiam, quæ tertiè ad Nestorium epistolæ duodecim capita Cyrillus adiunxerat, perperam ea exponendo. Quod cum non ritè fecerit, Nestorio quàm maximè patrocinari iudicatus est. Aduersus quod scriptum Theodoriti, ea quæ diximus capita Cyrillus doctè tutatus est, ea pro eo atque decuit interpretando, & latentem in eis sententiam declarando. Hæc omnia cum ab

utraque parte ad Imperatorem sunt relatum episcopi eidem præsto fuere, qui acta factionis vtriusque renunciarunt. Imperator primùm Nestorij condemnationem ratam non habuit. Orientales enim episcopi Nestorium secum abductum in annum tertium per vim in episcopatu retinere. Quarto autem ab illius condemnatione anno, Iohannes Antiochenus iudicium Dei metuens, & multos præterea praua Nestorij opinione interire videns, Theodosio Impatori, ut quamprimùm eum ex orientali ditione eijceret, significauit. Et imperator postquam blasphemiam illius certò cognouit, cõfestim Nestorium quidem Oasim deportari iussit: ad Cyrillum autem & Iohannem piè scriptas literas dedit, ut cum inter se consentirent, tum vterq; latam aduersus Nestorium cõdemnationis sententiam confirmaret, & dissidio omni Ecclesiæ Dei liberaret. Porro Nestorius ubi communionem, quæ sibi cum Iohanne Antiocheno intercesserat, in contentione & dissidium euasisse cognouit, pœnitentia ductus, Mariam Θεοτόκον Dei genitricem vocauit: Dicatur, inquit, etiam Dei genitrix Maria, & contentiones tristes facessant. Verùm nemo prorsus id eum per pœnitentiam dixisse arbitratus est. Iohannes Antiochenus Episcopus Imperiali iussioni cedens, Paulum Emisenum Episcopum Alexandriam ad Cyrillum cum libello misit, in quo germana & sincera fidei professio, necnò amicitie conciliatio, & scandalorum seu offenculorum amolito expressa est. Venerandus autem ille Cyrillus libello accepto, atq; professione fidei ei inserta comprobata, & veteres sanctos patres, & seipsum ita sensisse cõfirmavit. Atque epistola ea vehemèter laudata, hisce verbis Iohanni rescripsit: Letentur celi, & exultet terra. Dirutum est enim interstitium mæriæ, & quod merorem fecit, cõquieuit, modusq; discordiæ omnis sublatus est, eò quod seruator omnium nostrum Christus ecclesijs suis pacem cõciliauit, & ad eam nos piissimi & Dei amantissimi principes vocarunt. Qui Maiorum pietatis æmulatores optimi, cum ipsi in statu suo certam atq; immotam cõseruant fidem rectam, tum præcipuè de sanctis ecclesijs gerunt curam, ut simul & præclaram in eorum gloriam habeant, & quàm celeberrimam Imperij sui administrationem reddant. Quibus etiam ipse virtutum dominus manu liberali bona tribuit, simulq; dat, ut aduersarijs imperent, & victoriam ab eis reportent. Non enim fallit is qui dicit: Viuo ego, dicit

Reg. 2.

Dominus, quoniam glorificantes me glorificabo. Cum igitur Alexandria venisset Dominus meus, piissimus frater & collega Paulus, animi voluptate & gaudio repletus sum, ac meritò quidè, quod tatus scilicet vir partes suas ut mediator interponeret, & supra vires tantum laborem adiret, ut diaboli inuidiam superaret, ea quæ diuisa erant, cõiungeret.

geret: & sublati è medio scandalis atque offenculis, concordig & pacis corona vestras simul & nostras cohonestaret ecclesias, &c. Hactenus ex Nicephoro. Porro totam hanc Cyrilli Epistolam infra lector offendet sub duplici versione, in prima Actione Synodi Chalcedonen.

EPISTOLA D. CYRILLI, MISSA Nestorio mense Mechir, qui Aegyptijs Februarius est, indictione 14. & à patribus concilij Chalcedonen impensè commendata.

Vide primam A& Concilij Chalcedon. **C**omperi quosdam existimationi meæ detrahentes apud reuerentiã tuã multa garrere, & id crebrò frequenterq; agere, & maxime tunc, cum virorum illustrium atq; prudentium præstò esse plurimos vident, & fortassis è opinãtes tuas aures delectari. Non ad eò ex volũtate tales aduersum nos voces emittunt homines, nulla quidem in reã me prorsus offensi nec læsi, sed modestè à nobis clementerq; conuicti: vnus, quia cæcis vim egētibz que faciebat: alter, quia super matrem suam erexit gladium: alius, quia cum ancilla aurum rapuit alienum, & hac semper existimatiõe vixit, quam nullus inimicissimo suo optat euenire. Cæterum talium hominum nullam omninò habeo curam, nè videar supra Dominum aut magistrũ, vel supra patres nostros mensuram meã medio critatis extēdere. Neque enim fieri potest, vt aliquis maledicorum virus & molestiam vitare possit, quantum rectissimè viuat. Sed illi maledictionis & amaritudinis os plenum habētes, rationem iudicij omnium reddituri sunt. Ego autem me conuerto ad id, quod me maxime decet, & te nũc quoque ad monebo quasi fratrem in Domino, vt doctrinam verbi & sensum fidei cautè & cum omni obseruatione facias semper ad populos: sciens planè, quod si quis ex his, qui in Christum credunt, vnum duntaxat scādalizauerit, indignationi subiacet ingenti. Sin verò non vnus sit, sed multitudo decepta, tũc omni arte nobis vtendũ est, vt circuncidamus scādala, & illis qui querunt veritatem, sanam rectamq; fidei dirigamus rationem. Id autem facillè fiet, si patrum recensentes scripta sanctorum, eos plurimi faciamus, & nosmetipsos consulentes, si in fide consistimus, secundum quod scriptum est, tum demum rectis illorum atque irreprehensibilibus institutis sensus nostros animosque firmemus. Ait igitur sancta & magna synodus, ipsum qui est ex Deo patre naturaliter natus, filium vnigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quẽ & cum quo omnia fecit pater: hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus in cælos. Hæc nos seq. verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarna-

tum esse, & hominem factum DEI verbum. Non enim dicimus, quod DEI natura conuersa vel immutata, facta sit caro, nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali sibi copulauerit verbum & substantialiter, & ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiã filius hominis, non nuda tantummodò voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quod diuersè quidem naturę in vnum conuenerint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, nõ euacuata aut sublata diuersitate naturarum per cõiunctionem, sed quia simul nobis effectuerunt vnum Dominum & Christum, & filiũ, id est, diuinitas & humanitas, per arcanã illã ineffabilem que copulationem ad vnitatem. Itaque is qui ante seculum omnia esse natus ex patre, etiã ex muliere carnaliter dicitur, præcreatus: non quia diuina ipsius natura de facta virgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsum opus habuit secundò nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre: est enim inceptũ & stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia secula est conserpiternus patri, secundã regenerationis egerit, vt esse inciperet: sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neq; enim primũ natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum inhabitauit in eo verbũ: sed in ipsa vulua vteroque generali se cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ natiuitatem suam faciens. Sic illũ dicimus & passum esse & resurrexisse: non quia DEVS verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera, (Deus nanque incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, id eò hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, DEVS, qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita & viuificans Dei verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortẽ passus esse pro nobis. Non quod ipse mortem esset expertus, quãtũ ad ipsius naturam pertinet, (insania est enim, hoc vel sentire vel dicere) sed quod, vt supra diximus, vera caro ipsius mortem gustauit. Itã & resurgẽte carne ipsius resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderat, quod absit, sed quia eius resurrexit corpus. Itã Christum vnum & dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, nè diuisionis quẽdam species inducatur, sed vnum iam & eundem adorantes: quia nõ est alienum à verbo

verbo corpus suum, cum quo ipsi etiã affidet patri. Nec hoc itã dicimus, quasi duobus filiis affidētibz, sed vno cum carne per vnitatem: quia si talem copulationem factã per substantiam, aut quasi impossibilẽ, aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidemus, vt duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere, & dicere hominem separatim, fuisse sola filij appellatione honoratum, & rursũ quod est ex Deo, & nomine & veritate filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus vnum Dominũ Iesum Christum. Neque enim id adiuuat rectam filij rationem, licet nonnulli copulationem, nescio quam, perhibeãt personarum. Non dixit enim scriptura, verbum Dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere, Dei verbum similiter ac nos participationem habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum propriè suum fecisse, & hominem ex muliere, processisse, nõ abiectã nec depositã deitate, aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiã in assumptione carnis deum, quod erat. Hoc vbiq; rectę fidei ratio proferatur. In tali sensu sanctos patres fuisse cõperimus. Ideò illi non dubitarunt sanctam virginem dicere Θεοτόκον, non quod verbi natura Deitasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei verbum, carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo, querens te tanquam fratrem, & contestans coram Christo & electis angelis, vt hæc nobiscum & sentias simul & doceas, vt Ecclesiarum pax salua seruetur, & concordia charitatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.

IN SEQUENTEM EPISTOLAM PRÆFATIUNCULA F. LAURENTIJ SURIJ.

Sequens Epistola hæc tenet synodo Ephesinẽ tributa fuit: sed ex V. Concilio œcumenico Constantinopolitano, quod nunc primũ prodit in lucem, satis constat scriptam esse in synodo Alexandria, quam Cyrillus habuit, Alexandria cum Aegypti Episcopis. Porro recitata est postea in Concilio Ephesino, vt patet ex eius Concilij gestis, quorũ pars quẽdam habetur in V. Synodo vniuersali, & non in Ephesina tantum, sed etiã Chalcedonensi & V. Constantinopolitana satis approbata videtur, vt merito eius apud nos authoritas magna esse debeat. Plura hinc nõ esse licebit ex antè dicta V. Synodo Constantinopolitana, circa tempora Vigilij Papæ.

EPISTOLA CONCILII ALEXANDRINI AEGYPTIACAE DIOECESIS AD NESTORIVM.

Reuerendissimo & sanctissimo cõministro Nestorio Cyrillũ, & quã conuenit Synodus Alexandrię de Aegyptiaca diocesi, in Domino salutem. Cũ saluator noster apertè pronũciat, Qui diligit patrẽ aut matrem super me, nõ est me dignus: & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus: quid nos faciemus, qui deposcimus à tua religione, vt te super Christum, saluatorem omnium, diligamus? Quid em nobis in die iudicij proderit, aut quam satisfactionem reperire poterimus, propter tam diuturnum silentium, de prolatis à te contra eum blasphemijs? Et si quidem te tantummodò læderes, docens ista vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret: cũ verò totam scādaliza ueris ecclesiam, & fermentum insolite prauitatis & nouæ hæresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positis, sed vbiq; consistentibus, (nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt) pro nostro silentio quæ ratio vltra, vel exculpationis sermo sufficiat? Aut quomodò nõ necesse sit, meminisse Christi Domini, sic dicentis: Non putetis, quod veni pacem mittere, sed gladium: Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiã aduersus matrem suam? Nam cũ læditur fides, parentum reuerentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresq; vitatur. Ad postremum etiã, super ipsam vitam mors potius à pijs viris eligitur, vt meliorem resurrectionem (sicut scriptum est) consequatur. Ecce itaq; te simul cũ sancta synodo, quę apud amplam urbem Romã congregata est, præfidente sanctissimo & reuerendissimo patre & confacerdote nostro Cælestino episcopo, his scriptis synodicis te etiã teritiõ conuenimus, consilium dantes, vt à tam prauis abstinere distortisq; dogmatibus, quæ & sentire cognosceris & docere, recipias verò fidem rectam, ecclesijs per beatissimos apostolos & euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstratur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, iuxta dilationem literis præfinitam sanctissimi & reuerendissimi confacerdotis nostri Romanæ præfulis ecclesie Cælestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei sacerdotibus & episcopis obtinere. Non enim fas est cõtemnere nos non solum ecclesias itã turbatas, & scandalizatos populos, fidemq; rectissimã violatã, dissipatumq; quietiam gregẽ, quem custodire debueras, si quidẽ iuxta nos amator recti dogmatis extitisses, sanctorum patrum vestigia pia confans. Omnes itaq;, quos propter fidem tuã religio à cõmunionem remouit, aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostrã cõmunionem recipimus. Non em iustum est, eos tuis decretis opprimi, qui nouerunt rectã sen-

lire, qui etiã, benefacientes, tibi prudentifimè resistunt. Hoc idem nanque in epistola, quam misisti ad presulè amplè Romæ sanctum & coepiscopum nostrum Cælestinũ, significare curasti. Non autè sufficit tuè religioni, tantummodò fidei symbolũ cõsiteri, quod expositum est per idem tẽpus, spiritu sancto largiente, à venerando & magno cõcilio apud Niceam congregato. hoc em̃ non intellexisti, nec rectè interpretatus es: quin immò peruersè, licet sono vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est, etiã iureiurãdo fateri te, quòd anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, sentias autem & doceas, què nos vniuersi siue per Orientem, seu per Occidentè episcopi & magistri presulesque populorũ credimus & docemus. Epistolis autè ab Alexandrina ecclesia tuè religioni directis, cõsensum prebuit tam ea, què apud urbem Romanã conuenit sancta synodus, quàm etiã nos omnes velut rectè irreprehensibiliterque conscriptis. Subditum autè his literis nostris, què te sentire oporteat & docere, & ea, à quibus abstinere cõueniat. Hæc est em̃ fides catholice & Apostolice ecclesie, cui cõsentiunt orthodoxi per Orientè Occidentemque; potestates.

CRedimus in vnum Deum, patrè omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in vnum Dominũ nostrũ Iesum Christũ, filiũ Dei, natũ de patre vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deũ ex Deo, lumẽ de lumine, Deũ verum ex Deo vero, natũ, non factũ, hominẽ non patri, hoc est, vnus cum patre substantiæ, per què omnia facta sunt in cõelo & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutẽ descendit de cõelis, et in carnatus est, & homo factus, passus est. Et resurgens tertia die, ascendit in cõelos, indè venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. eos autem, qui dicunt, Erat tempus, quandò non erat, & antequam nasceretur, non erat: & quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia esse dicunt, aut conuertibilem, vel cõmutabilem Dei filium, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Sequentes itaque omnium sanctorũ patrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu, protulerũt, & intentioni, quæ est in eorũ intellectibus, equis vestigijs inhæretes, atque iter ambulantes regiũ, profitemur, quòd ipsum vnigenitũ Dei verbũ natum ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per què omnia facta sunt, siue in cõelis, siue in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exinanitionẽ sese dignatus est inclinare: natus autè & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, natiuitatem nostram ex vulua sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abijciens. Nam licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamè etiam sic quod erat Deus, naturã scilicet & veritate, persistit. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conuersam, nec in substantiam carnis, ineffabilem DEI verbũ essentiam commutatam. Inconuertibilis est enim & incommutabilis, idemque ipse, iuxta scripturas, iugiter permanens. Visus est autem & paruulus, positusque in cunabulis; & in sinibus genitricis virginis constitutus; vniterfam creaturam replebat, vt neus genitoris suo indiuisus existeret. Quod diuinum est enim, sine quãtitate & sine mole cognoscitur, nec vllis terminis continetur. Vnitum ergò carni verbum Dei secundum substantiam consistentes; vnum adoramus filium, & Dominum Iesum Christũ, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deũ, velut inuicẽ sibi dignitatis & authoritatis vnitate coniunctos. Hoc enim nouitas vocis est, & nihil aliud. Nec item Christũ specialiter nominantes * Dei verbum, quod ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter, qui de muliere natus est: sed vnũ solummodò Christum, Dei patris verbum, cũ propria carne cognoscimus. Tunc enim etiã iuxta nos vnus est, quauis spiritũ dignis ipse contulerit, & nõ ad mẽsuram, sicut B. Ioannes euangelista asseruit. Sed nec illud dicimus, quòd dei verbum velut in homine cõmuni, qui de sancta virgine natus est, habitauerit, nõ Deũ homo Christus habitorem possidere credatur. Quauis enim verbũ habitauerit in nobis, & dictũ sit, in Christo habitare omnẽ plenitudinẽ deitatis corporaliter: attamen intelligimus, eum, quòd caro factus, non sicut in sanctis habitare dicitur, nec talem in ipso habitationem factã diffinire tentauimus, sed vnitus iuxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Vnus igitur est Christus filius, & Dominus, non velut cõiunctionem quamlibet in vnitate dignitatis & authoritatis hominis habentis ad Deum. Non enim potest vnire naturam sola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Ioannes, æqualis sunt ad alterutrum dignitatis, propter quod apostoli, & sancti discipuli esse monstrantur. Verũtamen vterque non vnus est. Nec iuxta collationem vel connexionem, modum cõiunctionis aduertimus. Hoc enim ad vnitatem non sufficit naturalem. Nec secundum participationis effectũ, sicut nos etiã adherentes Domino, vnũ cum eo spiritus sumus: immò potius cõiunctionis nomen euitamus, tãquam non existens id onẽ, quod significet vnitatis arcanũ. Sed neque Deũ aut dominũ Christi, verbũ Dei patris asserimus, nõ iterũ manifestius in duo diuidamus vnũ Christũ, filiũ & Dominũ, & in crimen sacrilegij recidam, Deũ illi, seipsum facientes, & Dominũ. Vnitus quippe (sicut superius diximus) Deũ verbum

*Deum
Ioan. 3. d
Ioan. 1. b
Col. 1. c
1. Cor. 8. d
1. Cor. 6. d

Nestorius propter assumptionẽ venerabatur assumptũ.

Heb. 2. b

1. Cor. 15. c

Heb. 2. c

1. Cor. 15. c

Heb. 2. d

Phil. 95.

bum carnĩ secundum substantiam, Deus quidem est omnium, & dominator vniuersitatis. Veruntamen nec seruus est sibi ipse, nec Dominus: quoniam ineptum est, vel potius impium, hoc sentire vel dicere. Quauis enim dicat DE VM suum patrem, cum sit Deus & de substantia eius, ramen nullatenus ignoramus, quòd manens Deus, homo quòd què factus sit, qui sub DE O iuxta debitam legem naturã humanitatis existeret. Ipse vero sibi quomodò vel Deus poterit esse, vel Dominus? Ergò sicut homo quantum deceter exinanitionis mensurè cõgruit, sub Deo se nobiscum esse differuit. Hoc etiã, quomodò sub lege factus est, quauis ipse promulgauerit legem, & legislator vt Deus existeret, cauẽ de Christo dicere, Propter assumptionem, venero assumptum: & propter inuisibilem, adoro visibilem. Horrendum verò super hoc, est etiã illud dicere, Is qui susceptus est, cum eo qui suscipit, conueniatur Deus. Qui enim hæc dicit, diuidit iterum in duos Christos eum, qui vnus est, hominem seorsum in parte, & Deum similiter in parte constituens. Euidenter enim denegat vnitatem, secundum quam, nõ alter cum altero coadoratur, aut conueniatur Deus, sed vnus intelligitur Christus Iesus, filius Dei vnigenitus, vna seruitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiã, quòd idem ipse, qui ex DE O patre natus est, filius vnigenitus Deus, licet iuxta naturam suam, expers passionis extiterit, pro nobis tamen, secundum scripturas, perpeffus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referens passiones. Gratia verò Dei pro omnibus gustauit mortẽ, tradens & proprium corpus, quauis & naturaliter ipse vita sit, & resurrectio mortuorũ. Nam vt mortem ineffabili potentia proculcaret, ac prius in sua carne primogenitus ex mortuis fieret, & primitiæ dormientium, viamque faceret humanæ nature, ad in corruptionis recursum, gratia Dei (sicut supra dictum est) pro omnibus gustauit mortem, & tertia die resurgens, expoliavit infernum. Idcirco, quauis dicatur, quòd per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum verbũ, quod ex Deo est, & per ipsum, mortis imperium fuisse destructum. Veniet autem in temporibus presinitis (sicut est vnus filius & Dominus) in gloria patris, vt iudicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessariò igitur & hoc adijcimus: Annunciantes enim, sicut secundum carnẽ, mortem vnigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionẽ eius & in cõelos ascensionem pariter consistentes, incruentam celebramus in ecclesijs sacrificij seruitutẽ: sic etiã ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis & preciosi sanguinis Christi, omnium nostrũ redemptoris, effecti, non vt communẽ carnẽ

percipientes, (quod absit) nec vt viri sanctificati, & verbo cõiuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinã possidentis habitationẽ, sed vt verè viuificatricẽ, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus, existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et idè, quauis dicat ad nos, Amèn amèn dico vobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamẽ eam, vt hominis vnus ex nobis, existimare debemus, (quomodò enim iuxta naturã suã viuificatrix esse caro poterit hominis?) sed vt verè propriam eius factã, qui propter nos filius hominis est factus & vocatus. Eas autè voces, quas saluator noster in euangelijs protulit, non in duabus subsistentijs aut personis omninò partimur: nõ em̃ duplex est, vnus Christus & Deus solus, quauis ex duabus diuersisque rebus ad vnitatem cognoscitur indiuiduã conuenisse: sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex, sed vnus potius est ex vtroque. Humanas ergò & diuinas insuper voces ab vno Christo dictas, animaduertentes, rectè sentimus. Quĩ em̃ Deo dignissimè loquitur de seipso, Qui me videt, videt & patrẽ: & Ego & pater vnũ sumus: diuinam eius intelligimus, ineffabilemque naturã, secundum quam vnũ est cum patre suo, propter vnã eandẽque substantiam, imago & character, splendorque gloriæ eius existens. Quĩ verò humanæ nature mensurã nullatenus ignorans, Iudeos alloquitur, Nunc me queritis occidere hominẽ, qui veritatẽ loquutus sum vobis: itè non minũs eũ, qui in similitudine & equalitate patris est, Deũ verũ, etiã in mẽsuris humanitatis eius, agnoscimus. Si autè necessariò creditur, quòd natura Deus existens, factus sit caro, imò potius homo, animatus anima rationali: quæ causa est, vt in eius quibuslibet vocibus erubescat, si eas hominẽ dignas effatus est? Quòd si sermones hominẽ congruetes abijcit, iuxta nos hominẽ fieri quis cõegit? Quĩ verò se propter nos ad exinanitionem spontaneã misericorditer inclinauerit, quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit? Vni igitur personę cunctas eius in euangelio voces ascribimus, vni hypostasi vel subsistentiæ, verbi scilicet incarnati, quia vnus est Dñs Iesus Christus, vt scriptũ est. Appellatũ verò ab apostolo apostolũ & pontificẽ confessionis nostræ, tanquã sacrificantẽ deo & patri fidei nostræ confessionẽ, quæ à nobis ipsi, & per ipsum Deo & patri incessanter offertur, iterũ eũ dicimus, quod ex Deo secundum naturã filius vnigenitus est, nec hominẽ præter eum alteri sacerdotij nomen & officiu deputamus. Factus est em̃ mediator Dei & hominũ, & reconciliator ad pacẽ, semetipsum Deo & patri pro nobis offerens in odorem suauitatis. Ideoque dicebat: Sacrificium & oblationem noluit: Holocausta & pro peccato non tibi placuerunt,

Ioan. 6.
*coisse:
Ioan. 14. b
Ioan. 10. f
Heb. 1.
Ioan. 8. c
1. Cor. 8. b
Heb. 3. a
1. Tim. 2. b
Eph. 5. a
Phil. 39.

Rom.3.d

corpus autem perfecisti mihi: Tunc dixi, ecce venio: In capite libri scriptum est de me, vt facerem, Deus, voluntate tuam. Obtulit enim proprium corpus, non pro se, sed pro nobis, in odorem suauitatis. Nam qua pro se vel oblatione, vel sacrificio indigeret, ab omni peccato liber, vt Deus, existens? Quod si omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, secundum hoc, quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti, & peccatis aegrotauit humana natura, ipse vero non ita, ideoque & nos gloria eius egemus: cur erit vltra iam dubium, quod agnus verus propter nos & pro nobis sit immolatus? Qui autem dicit, quia seipsum tam pro se, quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, quum nihil prorsus iste deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatum. Quia igitur egeret oblatione, nullo suo existente facinore? pro quo, si esset, satis admodum conuenienter offerret. De spiritu quoque cum dicit, Ille me clarificabit, hoc rectissime sentientes, vnum Christum Dominum, & filium, non velut alterius egentem gloria, conuitemur a spiritu sancto gloria consecutum, quia eius spiritus nec melior, nec superior ipso est. Sed quia mira opera faciens ad demonstrationem sue deitatis, virtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quod virtus sua vel disciplina que libet vnum quaque clarificet. Quauis enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietate, iuxta id, quod spiritus est, & non filius, attamen alienus ab illo non est. Nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est: vnde & ab isto similiter, sicut ex deo patre, procedit. Denique hic ipse spiritus, etiam per sanctorum manus apostolorum, miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in celum. Nam creditus est Christus, natura deus existens, per suum spiritum virtutes efficiens: ideoque dicebat, De meo accipiet, & annuntiabit vobis, nequaquam vero participatione alterius, idem spiritus sapiens aut potens dicitur: quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indiget bono. Nam paternae virtutis & sapientiae, id est, filij spiritus credit: & ideo ipsa re & subsistente virtute virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni vnitum iuxta subsistentiam, sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profitemur: non quod verbi natura, existendi principium de carne sortita sit: (erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse conditor seculorum, patri coaeternus, & vniuersitatis creator) sed superius diximus, iuxta subsistentiam sibi met vniens humanam naturam, natiuitatem sustinuerit ex ipsa vulua corpora. Non quod egerit necessarium aut propter suam naturam natiuitate ista, quae est in extremis seculi facta temporibus, sed vt ipsas benediceret substantiae nostrae primitias, & dum eum

Ioan. 16. c De eo dicit. 5

Ioan. 15. d Ioan. 14. a

Ioan. 16. c

Ioan. 1. a

carni vnitum mulier edidisset, illa quae aduersus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, delineret, nec iam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque, quod dictum est, in tristitia paries filios, ipse dissoluens, verum esse monstraret, quod prophetae voce praedixerat, Absorpta est mors in victoria. Et iterum: Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie eorum. Propter hanc enim causam dicimus, eum dispensatorie & ipsis tunc benedixisse nuptijs, cum in Cana Galilaeae cum sanctis vocatus fuit apostolis. Hec sapere edocti sumus tam a sanctis apostolis, quam euangelistis, & ab omni scriptura diuinitus inspirata, nec non & a beatis patrum confessionibus, veritate subnixis. His omnibus etiam religionem tuam concordare, & praeter aliquem dolum vel fictionem consentire conuenit. Quae vero religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolae nostrae subiecta sunt.

CAPITVLVM I.

SI quis non confitetur, Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea DEI genitricem sanctam virginem, (peperit enim secundum carnem, carne factum Dei verbum, secundum quod scriptum est, Verbum caro factum est) anathema sit.

II. Si quis non confitetur, carni secundum substantiam vnitum Dei patris verbum, vnumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitionem, sola eas conexione coniungens ea, quae secundum dignitatem est, vel etiam auctoritatem, aut potestatem, ac non potius conuentu, qui per vnitatem factus est naturalis, anathema sit.

III. Si quis in personis duabus vel subsistentijs eas voces, quae in Apostolicis scriptis continentur & euangelicis, diuidit, vel quae de Christo dicuntur a sanctis, vel ab ipso: & aliquas quidem ex his, velut homini, qui praeter Dei verbum specialiter intelligatur, aptauerit, aliquas vero tanquam dignas Deo, soli dei patris verbo deputauerit, anathema sit.

V. Si quis audeat dicere, hominem Christum theophoron, id est, deiferum, ac non potius Deum esse veraciter, dixerit, tanquam vnicum filium per naturam, secundum quod verbum caro factum est, & comunicauit similiter vt nos, carni & sanguini, anathema sit.

VI. Si quis dicit, Deum vel Dominum esse Christi, Dei patris verbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

VII. Si quis velut hominem, Iesum operante Deo verbo dicit adiutum, & vniuersitatis gloriam, tanquam alteri praeter ipsum existentem, tribuit, anathema sit.

VIII. Si quis audeat dicere, assumptum hominem coadorantem cum deo verbo oportere, & glorificari, & conuocari Deum, tanquam

Gene. 3. c

Ose. 13. 1. Cor. 15. 2

Esa. 25. c Apoc. 21. 4

Ioan. 2. a *vocatur apostolis, adesse dignatus est.

Ioan. 1. e

*subsistentias

Ioan. 1. a

Hebr. 3. a

Ephes. 5. a

Esa. 45. c

1. Cor. 15. c

Idem habetur in cōc. Chalced. a. c. 1. e.

Interprete Laurentio Sifano.

quam alterum cum altero, (nam con, syllaba superadiecta, hoc cogit intelligi) ac non potius vna adoratione veneratur Emmanuel, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

IX. Si quis vnum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit a spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum usus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, & per eum implere diuina signa, ac non potius proprium fatetur eius spiritum, per quem digna signa expleuit, anathema sit.

X. Pontificem & apostolum confessionis nostrae, factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo & patri. Si quis ergo pontificem & apostolum nostrum alium dicit factum, praeterquam ipsum Dei verbum, quando caro factum est, & homo iuxta nos homines, sed velut alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere: aut quod dicit, quod pro se obtulit semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis, (non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius praeter ipsum, coniuncti eidem secundum dignitatem, aut quasi diuinam solam habentem habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria verbi, cuncta viuificare valentis, anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & morte carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificator vt Deus, anathema sit.

XIII. Ait igitur magna & sancta synodus, ipsum, qui est ex Deo patre naturaliter natus, filium vniuersum, &c. vt supra habentur in Epistola Cyrilli ad Nestorium vsque ad eius Epistola calcem.

CANONES DVCENTORVM SANCTORVM AC BEATORVM PATRVM, QUI EPHESI CONUENERUNT POST CONSULATUM FL. THEODOSII DECIMUM QUARTUM, & FL. VALENTINIANI TERTIUM, SEMPER AVGVSTORVM, DECIMO CALENDAS IULIAS.

Sanctum & vniuersale concilium ex edicto pietatis studiosissimorum Imperatorum ephesini coactum, omnibus qui in quaque provincia & ciuitate constituti sunt, episcopis, presbyteris, diaconis & vniuerso populo S.

CVm ex pio edicto coacti essemus in Ephesiorum metropoli, quidam ex nobis numero triginta & aliquanto amplius, defecerunt: hi cum nullam haberent ecclesiasticae communionis tanquam ex auctoritate sacerdotali facultatem & ius, ad hoc, vt ex hac potestate & hoc iure possent aliquibus vel nocere vel pdesse,

propterea quod nonnulli eorum etiam depositi essent, ante omnes apertissime demonstratum & ostensum est, eos importare & inducere peruersas ac pertinaces Nestorij & Caelestij opiniones, eo quod in animu inducere non potuerunt, vt vna nobiscum Nestorium condemnaret, quos sanctum concilium communi decreto cum omni ecclesiastica communione exclusit & abalienauit; tum omnem ijs ex auctoritate sacerdotali quidquam agendi potestatem, per quam aliquibus vel commodare vel incommodare possent, ademit atque abrogauit.

I. Quoniam autem oportebat & eos qui sancto concilio non interfuerunt, sed vel in prouincia vel ciuitate propter ecclesiasticas corporalesve causas manserunt, ea quae de illis decreta atque conclusa sunt, haud ignorare: significamus vestrae sanctitati ac dilectioni, quod si quidem metropolitanus prouinciae defecit a sancto generali concilio, & adiuxit se apostatarum coetui, vel in posterum se adiunxerit, aut cum Caelestio sentit, aut in illius sententiam transierit: is contra episcopos prouinciae nullo modo aliquid agere ecclesiastica communione concilium eum eiecerit, & ob id nullam potestatem aut ius agendi quicquam habeat, quin etiam ipsis prouincialibus episcopis, item finitimis & vndique vicinis metropolitanis, qui recte sententiam ecclesiae partes sequuntur, obnoxius erit, vt etiam penitus vbi que excidat a gradu Episcopatus.

II. Sin autem aliqui prouinciales episcopi ab sancto concilio abfuerunt, & se cum apostatis coniunxerunt, aut se cum illis coniungere conati fuerint, vel postea quam consenserunt in depositionem Nestorij, recurreunt ad coetum apostatarum, his prorsus vbi que ex decreto sancti concilij sacerdotium abrogator, de gradu quoque deiciuntur.

III. Porro si quibus clericis cuiusque vel prouinciae vel ciuitatis, idcirco quod recte saperent, ab Nestorio eiusque socijs sacerdotium abrogatum est: iustum & aequum esse censuimus, vt his etiam suus gradus restituatur. communiter autem & in genere iubemus, vt ij, qui cum orthodoxo & generali concilio clerici sentiunt, nullo modo prorsus ijs, qui defecerunt vel deficiunt, episcopis obnoxij & subditi sint.

III. Praeterea si qui ex clericis defecerint, & ausi fuerint vel priuatim vel publice Nestorij Caelestij ve sequi opiniones, vt hi quoque depositi sint, sacrum concilium aequum esse iudicauit.

V. Item si quos ab insolentia & absurda facinora ab concilio vel suis episcopis condemnatos, sicuti in nulla re delectum habere solent Nestorius, & qui eius partes sequuntur, contra canones restituere in communionem vel gradum conati sunt, vel adnixi fuerint, id ijs

nihil prodesset, ac nihilominus depositos esse æquum iudicauimus.

VI. Similiter item si qui etiã voluerint ea, quæ de quaque re acta sunt in sacro concilio Ephesio, quocunque modo rescindere ac labefactare, sanctum conciliũ constituit, vt si vtiquẽ episcopi vel clerici fuerint, de suo gradu prorsus excidant ac destituantur: sin autem laici, vt sint excommunicati.

SERMOCINATIO EIVSDEM sancti concilij, pronuntiata postquam & canones editi à trecentis octo decim sanctis beatisque patribus, qui Nicæ conuenerunt, & impium symbolũ à Theodoro Mopsuestias Episcopo confectum, & eidem Ephesio concilio traditum à Charisio presbytero Philadelphienſi, recitata fuissent:

VII. His igitur recitatis, constituit sanctũ conciliũ, vt nemini liceat aliam fidem vel proferre vel cõscribere vel cõponere, quã eam quæ præstituta ac præscripta est ab sanctis patribus, qui in Nicenorũ vrbe cum auxilio spiritus sancti coacti fuerũt. Qui autem audeat aliam fidem vel componere vel producere vel proferre volentibus conuerti ad agnitionem veritatis siue ex gentilitate, siue Iudaismo, siue alia qualicunq; secta, vt hi si quidem episcopi vel clerici sint, ab episcopatu illi, hi à clero remoueantur ac prohibeantur: sin autem laici sint, vt extremã detestatione & execratione percellantur. Similiter si deprehendatur aliqui siue episcopi, siue clerici, siue laici, sentientes aut docentes vel eã quæ continentur in edito symbolo, quod à Charisio presbytero prolatum est, de humana nature assumptione vnigeniti filij DEI, vel atroces ac peruerſas Nestorij opiniones & conclusiones, quæ etiã subiectæ sunt: subiacento & obnoxij sunt sententiæ ab hoc sancto ac generali concilio, platã, nimirũ, vt episcopo quidem episcopatus abrogetur, & ipse depositus sit, similiter clericus excidat à clero: si verò laicus fuerit, is quoquẽ diris execrationibus ac detestationibus percellatur, si cui dictum est.

DECRETVM EIVSDEM SANCTI concilij pronuntiatum postea, quã ad ipsum conciliũ accessissent Episcopi Cyprij.

Hic ab alijs dicitur cas non viij.

*patrum

Religiosissimus collega noster episcopus Rheginus, eiusq; collega Dei amatissimĩ episcopi prouinciæ Cypriorum Zenon & Euagrius, detulerunt ad nos rem, quẽ contra consuetudines ecclesiasticas & canones sanctorum apostolorũ designetur, & omnium libertatem attente. Quoniam igitur communia vitia maiorem & exquisitiorem curationem requirunt, vt quæ maius adferat incommodum: si ne mos quidem antiquus subsecutus est, vt episcopus Antiochenorum ciuitatis ordinatiões in Cypro administret,

quemadmodũ & scriptis & verbis docuerunt nos religiosissimi viri, qui hac de re sanctum conciliũ conuenerunt: obtinebunt illegitimum & iniuolatum ius suum, qui in Cypro sanctis ecclesijs præfunt, vt secundũ canones sanctorum patrum ac veterem consuetudinem, ipsi p se ordinationes religiosissimorum episcoporum administrent. Idem etiã in alijs quoquẽ diocesisibus, p in cõijsq; omnibus obseruabitur, vt nemo religiosissimorum episcoporum prouinciam occupet alienam, quæ non antiquitũs & iam inde ab initio fuerit sub potestate vel ipsius vel eorũ, qui ante eum præfuerũt: sed etiã si quis occupasset, ac vi in suam potestatem redegit, vt is eam pristino suo iuri restituat, ne Maiorum canones violentur, neu prætextu sacræ functionis & administrationis, superbia licentiaque sese insinuet, & imprudentes paulatim libertatem amittamus, quam nobis proprio sanguine donauit noster Iesus Christus, qui est omnium liberator.

Placuit ergo sancto generali que concilio, vt vniciq; prouinciæ iura sua, quæ antiquitũs & ab initio ad eam pertineant, integra & iniuolata seruentur, secundũ iam in ueteratum & antiquũ morem: potestate facta cuiq; metropolitano, vt ad suam cautionem, actorum excipiat exempla. Si quis autem diuersam contrariã uel ipsius, quæ nunc statuta sunt, formam produxerit, placuit vniversali ac generali concilio hæc esse irritam & infirmam, eiq; fidem omninõ derogari.

EPISTOLA EIVSDEM SANCTI Ephesij concilij, ad pium conciliũ Pamphylia, de Eustathio qui eorum fuerat metropolitanus.

Cum nos diuina scriptura moneret, omnia consulto ac habita prius deliberatione esse agenda, maxime vtique oportebat eos, qui sacerdotij dignitatem sortiti sunt, exactissima adhibita diligentia, de omnibus rebus agendis deliberare. Qui enim hoc modo vitam transigere instituit, eorũ res in bona spe fixas ac firmatas esse, & quasi secundo adspirante vento, ipsos optatis potiri ac frui contingit, quẽ sententiã maximè rationi consentanea est. Sed acerbis & intolerabilis dolor si animũ & mentem inuaserit, potest eam nonnunquam cum vehementer perturbare, tum abductam ab inquisitione rerum vtilium adducere atque impellere, vt ea quæ natura noxia sunt, quasi res vtilis ac commodas, spectet atq; sectetur. Tale quiddam animaduertimus etiã accidisse religiosissimo pijsſimo que viro Eustathio. Ritè enim ac secundũ canones quidem, sicuti testimonijs probatum est, electus ac designatus est, turbatus aut, vt ait, & concitatus à quibusdam, & inopinatis casibus & infortunijs cõfictatus, deinde ab longinqua vitæ tranquillitate studiose

1. Cor. 14. 5

* inquirere ac examinare

studiose quietis desperatione se posse resistere, quibus grauaretur, sollicitudinibus & curis, cum propulsare posset eas, quibus petebatur infamiae notas, excusationis & abdicationis, necsimus quomodò, attulit libellum. Oportebat enim eum, vtputa cui semel demãdata esset cura sacerdotalis, hanc suscipere, atque capessere cum robore spiritali, ac veluti cõtrã accingi obnitiq; laboribus, & sudorem, cui merces proposita esset, vltra perferre. Quoniam autẽ semel negligentem sese ostendit, quod ei studio quietis ac vitæ tranquillẽ potius, quã pigritia socordia que accidit: necessariò vestra pietas religiosissimum piensissimumq; fratrem nostrum & collegam episcopum Theodorum creauit, qui curam ecclesiæ susciperet. Non enim consentaneum erat eam quasi viduam esse, & greges seruatoris absq; præfecto permanere. Sed quoniam ad nos accessit flens, nõ de ciuitate quidem neque ecclesiã controuersiam mouens dicto pijsſimo episcopo Theodoro, honorem & nomen saltem Episcopi exposcens: condoluimus vnuerſi homini sens, communisq; existimãtes esse lachrymas eius, quã primũ scire voluimus, an legitimè depositus supradictus Eustathius, vel aliqua info-

lenter & indecorè egisse conuictus esset à quibusdam, qui obtrectationibus insectati essent eius existimationem. Actale quidem nihil commissum esse comperimus, sed potius crimini datum esse ei, quod se excusasset & abdicasset. Quare ne vestram quidem pietatem incusauimus, qui in eius locum necessariò creastis supradictũ religiosissimũ episcopum Theodorum. Quoniã autem aduersus hominem quietis ac tranquillẽ vitæ amatorem, non admodũ cõtendere conueniebat, quin potius misereri oportebat hominis senis, qui tam diũ ciuitate, quæ eum produxit, ac patrijs ædibus caruisset: equum esse censuimus & statuimus, vt absque omni controuersia & contradictione obtineat & nomen episcopatus & honorem & communionem: hac tamen conditione, vt neque ordinet ipse, neque verò occupata ecclesiã, officio sacerdotis fungatur ex sua autoritate, nisi vtiquẽ tanquã adiutor assumeretur, vel ei fortè permitteretur à fratre & episcopo collega, secundũ dispensationem & dilectionem, quẽ est in Christo. Quod si aliquid de eo benigniũs statueritis vel in præſenti, vel in posterum, etiã hoc sancto concilio placebit.

Hic usque vertit Sifanus.

SYNODICARVM CONSTITVTIONVM LIBELLVS, VARIIS DE REBVS AC SCITV DIGNIS AGENS, SPECTANS QVE AD TRIA CELEBERRIMA CONCILIA præhabita, videlicet Nicenum primum, Constantinopolitanũ primum, & Ephesinum primum mox habitum, authoribus quidem varijs, sed inter alios potissimũ Cyrillo patriarcha Alexandrino.

TYPOGRAPHVS LECTORI S. D.

Incidimus fortè fortuna in hos D. Cyrilli, doctissimi Episcopi, necnon aliorum sanctissimorum virorum libellos, inter tineas & blattas serè absumptos, hæc tamen, à nemine editos, qui doctrina & eruditio multijuga scaturit, ad seculi nostri, in quo omnia corruptissima sunt, mores corrigendos appositisimĩ, quos in lucem non dare in hoc prouentu librorum seruari alioquẽ, ingens esset piaculum. Fateri aut ingenuè cogimur, quẽdã hinc nõ aptè cogere ob vetusta & arrosa exemplaria, quibus vsi sumus, quẽ partim deprauata adeo & semilacera, vt nõ semel diuindum fuerit, quẽnam esset genuina verborũ sententiã: partim etiã adeo deprauate scripta, vt quinq; aut sex verba cõtino ordine cõglutinata essent. Verũ nihil temere mutare, duẽ religioẽ quadã, vetustati multũ tribuentes, voluimus: immò nullo labori pepercimus, vt id qualecunq; sit, nõ dubitãtes in edificationem exulcerate ecclesiẽ cessurum, diuulgaremus, non curantes quorundam maledicentiam: dent illi castigatiora, si in Græca exemplaria inciderint: aut si meliora & tersiora domi habent inclusa, alijs cõmunicent, nos non repugnabimus: Quicquid enim in Christi gloriam & magnificentiã vergere, & in Ecclesiæ Catholice commodum & edificationẽ spectare nouimus, id strenuè curabimus in lucẽ profer-

ri. Damus igitur nunc synodalia hæc, summa diligentia prelo nostro excepta, & diuino quodam nomine vsque ad nostra tempora, adseruata: in quibus modus Synodalis præscriptus. & quidnã in Synodis sanctorũ Episcoporum tractatũ & tractandum, & à quo indicendũ & celebrandũ, suffragia etiã in cõferendo fidei negotio à quibus collecta, liquide certimus. Deinde depositio Episcoporum, sacerdotũ & diaconorum, quorũ sit, itidẽ palãm erit: & quidnam cum populo simplici blandiloquẽtia & vafrie hereticorũ à via sincerẽ doctrinẽ abducto, fieri debeat, lucidissimè apparebit. Officium deniquẽ Cesarum, Regum, Principum, Papæ, Cardinaliũ, Episcoporum, & c. in religionis negotio aut proponedo, aut tractando, hinc exactè depingi videas. Eam vitanã huius mudi præſides doctrinẽ regulã expendent, seruarẽt, suisq; in indicãdis pertractãdisq; rebus Ecclesiasticis præscriberẽt. Prætereã nõ opus multis verbis, authores, qui per se magne dignitatis, sanctitatis & nominis fuerũt hucusq; in Ecclesiã, nostro præconio extollere. Ligna in Syluã ferrẽ, si illorũ doctrinã & vitẽ sanctimoniam vel digitalo attingerẽ. Illius etiã te admomitũ volumus. Librũ de incarnatione verbi vnigeniti serè ex libro de reã fide Theodosio Imp. intitulato, desumptũ esse, etsi copiosiori stylo ea quẽ diuinitatis & humanitatis sunt in Christo, hinc exponãtur, expẽdatũq; scriptura locis adscitis.

Librũ

Liber autem Anathematismorum, quem nos damus in lucem, de Greco exemplari per studiosum Theologia recens translatus est, bis per omnia, cum eo qui anno 26. excusus est, discordans. Si contuleris exemplaria, dices nos vera dixisse. Vale.

QVAE IN SEQUENTI CONSTITUTIONUM Synodicarum tractatu contineantur.

- 1 Niceni Symboli expositio.
- 2 Relatio Synodi Orientalium ad Callimorem Regem.
- 3 Definitio sanctae & Oecumenicae Synodi in Epheso contra impios meffalianitas, hoc est, Eucherias siue Enthufiastas.
- 4 Exemplar libelli sanctae Synodo oblato ab Euprepio Episcopo Byzis & Archadiopolis, & Cyrillo episcopo Caeleſti.
- 5 Exemplar epistolae sanctae Synodi, ad synodum Pamphyliae de Eustathio facta metropolitano.
- 6 Exemplar suggestionum de Cypri Episcopis.
- 7 Cyrilli Episcopi Alexandrini scholia de incarnatione vniuersi.
- 8 Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi Liber Apologeticus pro duodecim capitulis ad Orientales Episcopos, qui illius scripta taxarunt.
- 9 Exemplar Epistolae Ioannis Comitris Sacresis, scripta ab Epheso ad Reges, quae docet quid egerit, ubi Synodum conuenit.
- 10 Exemplar relationis Orientalium ad Reges de his, quae Ioannes Comes egerat.
- 11 Mandatum quod Synodus dedit Legatis Constantinopolim proficiscentibus, ut Orientales iudicarent.
- 12 Relatio synodi missa cum praedictis Episcopis, & locutenente Papae ad Reges.
- 13 Mandatum quod Orientales legatis suis in Constantinopolim Episcopis dederunt, ut iudicentur cum legatis vniuersalis Synodi Orthodoxis Episcopis in Constantinopoli.
- 14 Expositio fidei quam dederunt Orientales Episcopi Legatis suis in Constantinopoli.
- 15 Petitio prima Septem Orientalium Episcoporum, missa Regibus ex Chalcedone, eo quod non permittebatur eis ingredi in Constantinopolim.
- 16 Petitio eorundem secunda, missa Regi a Chalcedone.
- 17 Petitio tertia eorundem, similiter a Chalcedone missa.
- 18 Epistola eorundem ad suos in Epheso.
- 19 Alia Epistola eorundem ad eosdem.
- 20 Exemplaria Orientalium ad eos qui Constantinopoli sunt fratres.
- 21 Relatio Orientalium in Epheso ad Regem.
- 22 Epistola Theodoriti Episcopi Cyri, ad Alexandrum Hierapolitanum, scripta a Chalcedone.

- 23 Epistola legatorum Orientalium ex Constantinopoli ad suos in Epheso.
- 24 Pars Homiliae Theodoriti Episcopi Cyri, dicta in Chalcedone, quum essent abituri.
- 25 Homilia Ioannis Antiocheni Episcopi in Chalcedone dicta, post Homiliam Theodoriti.

EXPOSITIO SYMBOLI NICENI, IOANNE THEOPHILO interprete.

Dilectis & amantissimis, Anastasio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio, presbyteris, & Maximino diacono, caeterisque orthodoxae fidei patribus, monachis, vobiscumque monasticam vitam agentibus ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in Domino salutem.

Charitatem vestram, eruditiois simul ac virtutis amantem, nunc quoque haud mediocriter commendare possum, atque ad omnem encomio dignam esse dico, etenim diuinas doctrinas desiderare, & ut sacrorum dogmatum rectitudinem assequamini, omnem operam impendere, quo pacto quis non valde admiraretur? Hoc enim opus vitae sine termino ac beata conciliat, neque irremuneratum erit tale studium. Dicit enim alicubi ad caelestem patrem & Deum Dominus noster Iesus Christus: Hec autem est aeterna vita, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti, Iesum Christum. Recta sane & irreprehensibilis fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono vos implet, & decorat aeternam gloriam ostendit. At operum fulgor, si expers videatur esse rectorum dogmatum, inculpatumque fidei, humanae animae nullo modo (mea sententia) utilis fuerit. Nam sicut fides absque operibus mortua est, ita si veritas & dicas opera absque fide mortua, verum esse fatemur. Igitur simul fulgeat cum honeste vitae gloria, etiam immaculate fidei candor. Integri enim ita erimus ac perfecti, iuxta sapientissimi Moysi legem: Perfectus enim, inquit, eris coram Domino Deo tuo. At qui contempserunt rectam habere fidem, discereque noluerunt, quamuis honesta vita sese ornent, comparantur nimirum viris, ingenua quidem faciei forma, oculis verò distortis, & hinc inde errantibus: atque adeo contempit in eos, quod a Domino per Hieremiam vocem ad Hierusalem, Iudeorum matrem, dictum est: Ecce non sunt oculi tui, neque cor tuum rectum. Oportet igitur, ut ante aliam sanam in vobis mentem possideatis, & sanctae scripturae memores sitis, alloquens & dicentis: Oculi tui recte viderunt. Visus autem rectus interiorum & absconditorum oculorum, est, posse sermões, qualescunq; de Deo fiant, per sua virili videre lympidè & exactè. Videmus enim in speculo & enigmate, & cognoscimus ex parte: quippe reuelans tenebrarum profunda, lumen veritatis infundit his, qui ipsius cognitionem rectam capere volunt. Operis precium autem, ut coram

Ioan. 17.

Comparatio.

1. Jac. 2.

Deut. 18.

Hiere. 17.

inter

Esa. 30.

1. Cor. 3.

ram Deo procumbentes dicam: Illustra oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Quandoquidem si a sacrorum dogmatum rectitudine excidero, nihil aliud fuerit, quam manifeste in morte obdormire, a qua rectitudine excidimus, quoad scripturas diuinitus inspiratas non sequimur, sed vel minimè laudatis opinionibus, vel exhortationibus circa fidem non rectè incedentium capti, inclinationem mentis eorum tollimus, & nostras imprimis animas in commodamus. Eisdem igitur rectam fidem parare sibi studentibus, ad id, quod sacris praedicationibus videretur, quas & per spiritum sanctum traderunt nobis, qui ab initio spectatores & ministrum fuisse verbi, quorum vestigia sequi studere etiam celeberrimi patres nostri, quae venerabile & vniuersale fidei decreuerunt symbolum, in Nicea olim congregati. Quibus sane & ipse Christus assedit, qui dixit: Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio eorum. Nam quod praefederit inuisibiliter sanctae & magnae illi synodo, quomodo ambigeretur? Basis etenim quaedam & fundamentum immotum & inconcussum per vniuersum orbem iactum est, syncerae irreprehensibilisque fidei confessio. Ad hanc quo pacto abfuisset Christus, quandoquidem ipse est iuxta sapientissimi Pauli vocem fundamentum. Fundamentum enim aliud nemo ponere poterit praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Ea propter expositam ab illis & determinatam fidem seruauerunt inculpati etiam hi qui sequuti sunt eos, sancti patres, populorumque pastores, & ecclesiarum luminaria, ac opportuni sacrorum doctores. Nihil autem omnino praetermissum vel contemptum ex his, quae utilia & necessaria viderit quis in Patrum confessionibus, hoc est, expositionibus, quas de recta & in adulterata fide fecerunt ad apprehendendum & subuertendum vniuersas hereses ac impias blasphemias, & ad solidandum ac confirmandum eos, qui in fide rectè incedunt, & quibus fulgidus illuxit lucifer, diesque (ut scripturae dicunt) infulsit, sancti quoque spiritus gratia veritatis lumen immisit.

Quoniam autem vestra pietas scripsit, quod nonnulli pro sua libidine torqueant verborum symboli virtutem, vel non intelligentes rectè, vel etiam quorundam scriptis dediti, in sensum reprobum elati, & quod etiam ego debè super illis sermonem vobis parare, manifestae quoque expositionis virtutem interpretari, censui ea quae nunc animo occurrunt, cursim dicenda. Sequentes autem modis omnibus sanctorum patrum confessionem & opinionem, rectè & citra vllam deflexionem, quae ab illis dicta sunt, examinabimus.

Porrò nunc & sancta synodus Ephesina ista, quae iuxta voluntatem Dei congregata, aduersus Nestorij peruersam opinionem, sententiam tulit & sanctam & diligètem, simulque

Plal. 118.

1. Pet. 3.

Luc. 1.

Mat. 18.

1. Cor. 3.

1. Pet. 1.

pari sententia condemnauit aliorum vaniloquentiam, quotquot vel post illum vel ante illum fuere, qui eadem cum illo sapienter, dicereque vel componere audent. Etenim consentaneum erat, condemnato semel ob tam prophanam vaniloquentiam viro, ut non vnus duntaxat feriretur, sed (ut sic dicam) vniuersa illorum haereticorum atque calumnia, quam contra pia ecclesiae dogmata fingentes, duos introducunt filios, & impartibilem diuidunt, eglumque ac terram anthropolatrig, hoc est, hominis cultus fugillant. Vnicum enim Dominum nostrum Iesum Christum, & superiorum spirituum sancta multitudo nobiscum adorant.

Vltra, ne ignoretur a quibusdam vis symboli, quod in omnibus ecclesijs Dei auctoritatem obtinet, & praedicatum est, sanctorum patrum sententias, hoc est, expositiones, in commentariis illic factos referri iussit: ut scirent hi qui eos legunt, quomodo sanctorum patrum expositionem, hoc est, syncerum rectae fidei symbolum, intelligi conueniat. Opinor autem & vestrae charitati eum libellum obuuisse, quae de hisce rebus conscripsimus: illum & nunc tractabo, & vbi iuxta verba sua symboli proposuero, singula quae in eo traduntur, manifeste, uti decet, interpretabor. Scio enim Petrum maximè venerabile scripsisse, Parati sitis semper omnibus quae petunt, ad reddendam eius, quae in vobis est, fidei rationem.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, genitum ex Deo patre vni-genitum, hoc est, ex substantia eius, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantiali patri: per quem omnia facta sunt, tam ea quae in caelo, quam quae in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homoque factus est. Passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in caelos, & venturus est ad iudicandum vivos & mortuos. Et in vnum spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando, quoad non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quae ex nihilo factus sit, vel ex alia substantia vel essentia dicunt esse, vel conuertibilem vel commutabilem filium DEI, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Credendum dicentes in vnum Deum, funditis quodam modo gentium opiniones amouent: quae quum se crederent esse sapientes, infatuati sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volatilium, quadrupedumque ac reptilium: coluerunt autem & creaturam super creatorem, elementisque huius mundi seruiuerunt, multos & innumerabiles esse deos suspicantes. Igitur ad subuertendum errorem qui multos deos tradidit, vnum Deum nominantes, sacras scripturas omnibus modis imitantur, & veritatis honestatem vniuersis, qui in

1. Pet. 3.

Rom. 1.

Deut. 6.

ⲕⲱⲛⲉⲣⲉⲓⲟⲩⲱⲛⲉ
765
Exo. 20.
Esa. 42.

qui in toto mundo sunt, indicant. Hęc & sapientissimus Moses statuens, manifeste dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est. Et idem qui omnium natiuitatis author ac Dominus, alio loco inquit: Nō sint tibi dii alij præter me. Præterea & per vocem sanctorum Prophetarū, Ego Deus primus, & Deus posthęc, & non est extra me. Insuper celeberrimi patres, optimę fidei fundamentum iacentes, sentiendum & asserendum, quōd vnus & solus sit & natura vereq; Deus, dixerunt credendū in vnum Deum.

PATREM OMNIPOTENTEM.

Eundem & agnominauerunt patrē omnipotentem, vt cum patre simul & filij manifestaretur illatio, per quem est pater, qui simul subsistit, semperq; coexistit. Neque enim per tempus factus est pater, sed erat, quod est, semper pater, existens super omne quod factum, & in summis dignitatibus. Nam imperare & dominari omnibus, splendidam adeoque incorruptibilem ei dat gloriam.

Ab ipso autem condita esse dicunt omnia, quæ in cęlis & quæ in terris, vt & hinc, nullā ei cum vlla creatura cognationē esse, cognoscatur: incomparabile enim discrimen est factoris & facturæ, ingenti & geniti, natureq; subditæ ac feruili, & dominij dignitatibus sublimatę, quę deo dignam & ornatissimam gloriam sortita est.

Porro meminerunt & filij, nē videantur nomē cōmune ipsi attribuere, id quod fortē & nobis quoquē a commodaretur. Vocati enim sumus & nos filij DEI, & sic solertissimē adijciūt ea, per quæ videre licet dignitatem naturalis gloriæ, quæ in ipso est, supra omnem creaturā. Genitū enim, & non factū, esse dicunt. Sanē per hoc quōd nō est factus, intelligunt eum creaturis nō esse coordinatum substantiabiliter: affirmantes autē ipsum esse genitum ex substantia Dei & patris, sinē tempore & incōprehensibiliter. Erat em̄ verbum in principio, posthęc & partus veritas.

*coadunati

Humano autem more & hoc dictū sit, designantes, admodū conuenienti sermone Deum dixerunt de Deo natū filium. Hęc em̄ omnino vera natiuitas, illic autem omnino intelligendum & dicendū, genitum, ab eius qui genuit, substantia non esse alienum, sed eius propriam, quia & ex ipsa, iuxta rationē illa dignam & assimilem. Incorporeū enim, non vt corpus nascitur, sed magis sicut lumē ex lumine, sicut in fulgurante lumine, quod ex radijs fit, lumen intelligitur, & ex illo secundum ineffabilem & indicibilem processione, & in ipso secundum vnionē & identitatē naturalē. Sic enim esse dicimus in patre quidem filium, in filio autem patrem. Nam filius in propria natura & gloria patrem suum describit. Proinde apertē dicit ad vnū sanctorum discipulorum, Philippus is erat: Nō credis quōd ego in patre, & pater in me est? Qui videt me, videt & patrem: Ego & pater vnū

Ioan. 14.

Ioan. 10.

sumus. Igitur cōsubstantialis est filius patri. Proinde hac ratione Deus verus ex Deo vero natus esse creditur. Et natiuitatis quidem nomen, etiā in creaturis positum inuenimus, iuxta id quod de natis ex sanguine Israel, à Deo dictum est: Filios genui & exaltaui. Porro appellationem hanc per gratiam illis factam esse, lucrum erat, at de naturali filio nihil tale per abusum verbi dictum est, sed omnia verē. Et propter hoc solus ex omnibus dicit: Ego sum veritas. Itaque certas ac securas reddunt animas nostras, patrem & filium vbiq; ac natiuitatem nominantes, & Deum verum ex Deo vero, lumenq; ex lumine effulisse dicentes, vt natiuitas simplex quiddam ac incorporeum sonet, & existens ex illo, & in illo, & alius in propria persona intelligatur, (pater enim est pater, & non filius: & filius natus, & non pater) & in identitate naturæ propriū vtrunq; esse quod est. Cæterum omnium factorem, tam visibiliū quā inuisibiliū, affirmantes patrem, per filium omnia facta esse dicunt. Non minorē gloriam, quasi sorte quadam illo digna, ei tribuerunt. Minimē. Vbi enim omnino minus vel etiā maius in identitate substantiæ videri potest? sed quōd Deus & pater nō soleat alio modo operari, quod & creare, q̄ per filium in spiritu, sicut per virtutem ac sapientiam suam. Scriptum est em̄, Verbo Domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius oīs virtus eorum. Adhęc & sapientissimus Ioannes inquit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Adiecit necessariō, quōd omnia per ipsum facta sunt, & sinē ipso factum est nihil.

Esa. 1.

Ioan. 14.

Psal. 32.

Ioan. 1.

Igitur quia demonstrarunt cōsubstantialitatem, eiusdemq; glorię & operationis cū patre filium, opportunē commemorant ipsum hominem factum, dispensationisq; cum carne sacramentū declarant, benē mirum scientes hanc esse absolutissimam, & in nullo deficientem fidei traditionem. Non enim sufficit itā credere ī ipsum, vt sentias solum, quōd Deus de Deo patre natus sit, cōsubstantialisq; illi character substantiæ eius sit, sed etiā necessarium, vt ad hęc scias, quōd propter salutem ac vitam omnium, demiserit se in euacuatiōem, assumpta serui forma, & processit homo natus secundum carnem ex muliere, propter hoc quod dicunt, Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, incarnatus est, homo factus est. Vide quā appositē, & quā decorē sermo illorum progreditur. Descendere enim dixerūt, vt per hoc super omnia intelligamus esse & natura & gloria, qui ppter nos humiles, visitando voluit nostram similitudinem assumere, & cū carne apparere mundo. Scriptum est em̄ in libro psalmodum, Deus manifestē veniet, deus noster, & non silebit. Intelligi autem poterit descēsus, si quis voluerit, etiā alio modo, nēpe ex cęlo & supernē

Heb. 1.

Phil. 2.

Gal. 3.

Psal. 49.

Scripturæ mos.

Ioan. 16.

Ioan. 8.
Ioan. 16.

Ioan. 3.

Philip. 2.

Phil. 2.

Ioan. 1.

nē. Solet enim sancta scriptura, ea quę mentem excedunt, verbis nobis familiaribus significare. Vnde cū sanctis discipulis suis loqueret, dicit: Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Et iterum: Vos de infernis estis, ego de supernis sum. Insuper & hoc dicit, Ego à patre exiui, & venio. Scribit autem sanctus etiā Ioannes: Qui de fursum venit, supra omnes est. Nam quanuis in summa celsitudine esset, & cum patre suo secundum substantiam super omnia, vt potē identitatis naturæ cum ipso coronam ferens, non est tamē arbitratus rapinam, se esse æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit, accepta forma serui, in similitudinem hominum factus: & habitu inuentus vt homo, humiliavit seipsum. Em̄ uerō quoniam Deus verbum erat, nostram quidem carnem indutus est, mansit autem & sic Deus. Et propter eā sacratissimus Paulus Deum in similitudinem hominis factum esse dicit, inuentumq; esse vt hominem figura. Erat enim Deus in specie humana. Nec asumpsit carnem inanimatam, sicut hæreticis quibusdam sentendum videtur, sed animatam animam mentalem. Ipsum igitur verbum, quod ex substantia patris progressum, & filium vnigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen Deum de lumine, ipsum per quem omnia facta sunt, descendisse dixerunt Patres: Incarnatumq; esse & hominem factum, hoc est, habuisse natiuitatem secundum carnem ex muliere, & processisse in specie simili nobis. Hoc enim est, hominem esse factū. Igitur vnus Dominus IESVS CHRISTVS idem vnigenitus, Dei patris verbum, factus est homo, non relinquens autem esse quod erat. Mansit enim in humanitate Deus, & in serui forma Dominus, & in exinanitione simili nobis plenitudinem habens diuinitatis, & in infirmitate carnis virtutū Dominus, & in mensuris humanitatis proprium habens quid super omnem creaturam. Etenim quæ erant ante carnem, irrepudiabiliter habet, vt quōd Deus erat, & filius verus, & vnigenitus, & lux, & vita & virtus. Quæ verō non erat, ea adsumpsit: vnde propter dispensationem videtur. Nam quæ carnis erant, propria fecit. nō enim erant alterius cuiusdam, sed magis eius, quæ inenarrabiliter ei erat vnita, carnis. Itā & sapiens Ioannes, Verbum, inquit, caro factum. Factum autem est caro, non secundum translationem vel conuersionem vel commutationem, transformatione facta in carnis naturam, neque habens temperationem, vel commixtionem, vel (vt à quibusdam prædicatur) cōsubstantiationem. Impossibile enim esset, quoniam secundum naturam, incommutabiliter & inconuertibiliter se habet. Carnem autem ex virgineo & illibato corpore, vt dixi, animam mentalem animatam asumpsit, & suam propriam fecit. Cæterum mos est scripturæ diuini-

nitūs inspiratę, ab sola aliquandō carne totum hominem significare. Effundam enim, inquit, de spiritu meo super omnem carnem. Neque tunc promisit Deus gratiam spiritūs carnibus, anima mentali non animatis, sed magis hominibus, ex corpore & anima constitutis. Itaq; verbum nō reliquit esse, quod erat: factum est homo, sed in specie simili nobis appārens, mansit verbum. Et non prius homo intelligitur Christus, deinde sic progrediens, itā vt esset Deus: sed deus existens verbum, factum est homo, vt in eodem Deo simul & homo intelligatur idem. Qui autem ipsum in duos diuidunt filios, & audent dicere, quōd ex femine Abraham hominem sibi ipsi adaptārit Deus, & comunicārit illi dignitatem glorię & honoris ac filiationis, & præparārit illum vt ferret crucem, moreret, & reuiuifceret, inq; cælum ascenderet, & ad dextram sederet patris, vt ab omni creatura honoretur, & honorem propter Deum, in quem respicitur, fortiat: primū quidem duos filios introducunt, deinde sacramenti virtutem imperitē subuertunt. Non enim ex homine Deus factus est Christus, vt dixi: sed Deus existens verbum, factum est caro, hoc est, homo. Exinanitus verō esse dicitur, eo q̄ ante exinanitionem plenitudinem habuit in propria natura, secundum quam intelligitur Deus. Non enim ex eo q̄ inanis quispiam sit, ad plenitudinem peruenit: sed magis ex diuinis dignitatibus & ineffabili gloria humiliavit semetipsum, non humilis existēs homo exaltatus & glorificatus. Accepit autem formam serui: vt liber, non seruus existens, ad libertatis redijt gloriam. In similitudine hominum factus est, qui in forma & in patris æqualitate, non homo existens, vt fieret in similitudine Dei, secundum participium locupletatus est. Quid igitur subuertūt dispensationis sermones, & veritatem circūscribunt, contra omnes diuinitūs inspiratas scripturas insurgentes, quæ Deum esse sciūt, & hominem factum filium, vnumq; ipsum vbiq; nominant? vnde & in libro Creatiōis mundi scripsit Moses, q̄ transmisit quidem diuinus Iacob flumen labōc pueros suos, & mansit solus, lucatusq; est homo cum eo vsq; ad manē, & vocauit Iacob nomen loci eius, Species Dei: Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & saluata est anima mea. Ortus est autem ei sol, quandō transijt species Dei, Iacob verō claudicauit coxa altera. Nā patriarchæ Deus antea ostensus est, q̄ & homo futurus esset olim vnigenitus eius verbum, & q̄ obluētantem habiturus esset Israel, & q̄ coram eo nō essent rectē incessuri. Claudicant autem quodammodō, sicut ipse inquit per psallentem lyra: Filij alieni & claudicauerunt à femitis suis. Hoc enim opinor significare, quōd Iacob altera coxa claudicārit. Veruntamen illud considera-

Caro quid.

Iohel. 2.

Gen. 32.

Psal. 17.

fff quōd

614
 cum homo luctatus sit cum eo, vidisse se dicit Deum facie ad faciem, & speciem ipsam nominat Dei. Manfit enim verbum Dei, & homo factus, in forma patris: secundum spirituales, inquam, imaginem, & secundum omne quod incommutabiliter habet. Proinde dicebat ad Philippum, characterē substantię patris seipsum ostēdens etiā cū carne: Qui videt me, videt & patrem. Et cū quendam cecum à natiuitate, quem curauerat, offendisset in templo, Tu credis, inquit, in filium Dei? Illo autem ad hoc dicēte, quis est, Domine, vt credam in eum? Respondit, dicens: Et vidisti eum, & quiloquitur tecum, ille est. Vidit autem ipsum cæcus non nudum, vel sinē carne, sed in specie simili nobis: & credidit in eum quem vidit, non tanquā in filium alteri filio vnitum, sed tanquā in vnum natura & verē, qui non absque carne hominibus apparuisset. Porro Moyses in benedictionibus inquit: Date Leui manifestationē eius, & veritatem eius viro sancto, quem tentauerunt tentatione, & obiurgati sunt apud aquam contraditiōis. Qui dicit patri & matri, Non vidi te, & fratres suos nō agnouit. Ordinauerat quidem vniuersorum Deus, podērem fieri Aaron varijs modis contextam, quam soli summo sacerdoti gestare licebat & concedebatur. In pectore autem summi sacerdotis fuere lapides quidam elaborati numero duodecim, in quorum medio figuratum erat, Manifestatio & Veritas, duo iterum alij lapides. Ceterum per hos, duodecim apostolorum chorus ænigmaticē demonstrabatur, quasi in circulo Emmanuelem cingens, qui est Manifestatio & Veritas: Manifestauit enim nobis veritatem, cultus eius qui in vmbis & figuris, fidem imponēs. Quoniam autem pontifex factus sit nobis vnigenitus Dei verbū, quandō & homo factus est, quomoddō dubitari potest, cū diuinus Paulus scribat, Considerate Apostolum & pontificem confessionis nostrę Iesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum? Enimvero sacerdotij dignitas, humanitatis mensuris (vt non ab similibus) rectē intelligitur: & minor quidem, vt DEI verbi naturę ac glorię competat, non dedecet autem dispensationem cum carne: facta enim eius, sunt humana. Igitur date, inquit, Leui (hoc est, sacerdoti) manifestationem & veritatem. Quali autem dicat Leui, hoc est, sacerdoti, declarauit dicens: Viro sancto. Nō enim fecit peccatum Dominus noster IESVS CHRISTVS. Vndē Paulus de eo scribit: Talis decebat vt esset nobis pontifex, sanctus, innocēs, impollutus, separatus à peccatoribus, & sublimior cælis factus. Illū tentauerunt in tentatione, obiurgati sunt eum apud aquas contraditiōis. O rem admirabilem. Virum dicēs eum, Deum statim declarauit. Quem enim exacerbauit & tentauit Israel & in eremo, & ad aquā contraditiōis,

Psalm. 103.
 fideliter indicauit psaltes, dicens: Dirtpit petram in eremo, & potauit eos in abyfso magna, & eduxit aquā de petra, & deduxit quasi flumina aquas. Et quid post hoc? Et tentauerunt, inquit, eum in corde suo, & locuti sunt contra Deum, & dixerūt: Num poterit Deus preparare mensam in eremo? Qui percussit petram, & fluxerunt aque, & torrentes in undauerunt, num, & panem poterit dare, vel parare mensam populo suo? Intelligis igitur quomoddō obiurgati fuerint mirificum Deum, quem certē & virum dicit Moyses. Nā & diuinus Paulus sic intelligens, scribit: Berberunt enim ex spirituali sequente petra. Petra autem erat Christus. Vir igitur cui obiurgabantur, ipse erat ille, qui nondūm incarnatus, tentabatur ab Israelitis. Neq; enim alius erat filius, qui ante carnem alius autem ab ipso, qui ex semine Dauid, sicut audent quidam dicere, sed vnus & idem. Ante incarnationem quidem erat verbum: post partū autem, qui ex sancta Virgine, incarnatū & homo factum, sicut scripserunt diuini patres. Alio quoq; signo comprobauit Moyses, nam cū interrogaret quispiam, & discere cuperet, de quoniam viro mētionem fecisset, quē & tentasse & obiurgasse Israelitas diceret, tātū non protensa manu Iesum monstrat, & inquit: Qui dicit patri & matri, Non vidi te, & fratres suos non agnouit. Meminimus autem vnum sanctorum Euangelistarum scripisse, quod d docente aliquandō & quosdam erudiente Christo, adstiterunt mater eius & fratres: deinde accurrente quodam ex discipulis, & dicente, ecce mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre, extensa manu sua in discipulos suos, dixit: Mater meā & fratres mei hi sunt, qui audiunt verbum Dei, & faciunt. Qui enim fecerit voluntatem patris mei in cælis, hic frater meus, & soror, & mater est. Hoc (opinor) est id, quod Moyses dixit, inquiens: Qui dicit patri & matri, Non vidi te, & fratres suos non agnouit. Vltra & sapientissimus Daniel in specie simili nobis, Visum est, inquit, vnigenitum Dei verbum. Vidisse enim se dicebat antiquum dierū sedentem super thronum, & mille millia millium assistentium, & millia millia ministrantium, & interserit inter hęc, quę addit: Videbam ego in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniens, & vsq; ad antiquum dierū peruenit, & coram ipso adducta sunt, & ei data honor & regnum, & omnis tribus & lingue seruient ei. Ecce em̄ iterū manifestē & euidenter vidit Emmanuelem, ascendentē ad eū qui in cælis est, patrē & Deum. Nubes enim suscepit eum, quem & Astor. 1. non hominem simpliciter, sed tanq; filium, hominis dicit. Deus enim erat verbum factum in similitudine humana, quomoddō & sapientissimus Paulus intelligens, in simili. Philip. 2. uentū autē vt hominē habitu, & in similitudinem

615
 dinem carnis peccati visum effchis, qui super terram. Si autem homo fuisset, & ob copulationem cum Deo, tāquā Deus honoratus, dixisset propheta quasi Deū, vel quasi filium Dei, eum qui cum nubibus venit, visum esse: sed hoc non dicit, sed illud dicit, Sicut filium hominis. Vidit vtiq; Deum existētem, & hominem factum filium, hoc est, in similitudine hominum factum, iuxta Pauli vocem. Veruntamen, quanuis in carne apparuerit, vsq; ad antiquum dierū peruenit, hoc est, ad sempiterni patris redijt thronum. Et ipsi data sunt honor & regnum, & omnis tribus & lingue seruient ei. Id nimirum est, quod ab ipso dictum est: Pater, glorifica me gloria quam habui, antequā mūdus esset, apud te. Quod autem incarnatum verbum Dei, confideat & æqualis gloria sit cum deo & patre, etiā in carne, tanquā vnus existens filius, etiā quandō factus est homo, manifestat sapientissimus Paulus, scribens: Talem habemus pontificem, qui sedet in dextra throni magnitudinis in sublimibus. Præterea & ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS, interrogantibus ipsum Iudęis, nunquid ipse esset verē Christus? Si dixerō vobis, inquit, non crederis: & si interrogauero, non respondebitis. Amodō erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Igitur etiā incarnatum filium in diuinitatis contemplatus est. Videamus autem & noui testamenti præcones, totius orbis Doctores, quibus ipse Christus dicebat: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Inuenimus igitur dicentem diuinum Baptistam: Post me venit vir, qui ante me factus me, quia prior me erat. Deinde quomoddō qui post ipsum erat, prior ipso fuit? Quia enim Christus secundum tempus carnis, tardius venit quā Ioannes, quomoddō non omnibus manifestum? Quid igitur ad hęc dixerit quis? Soluit nobis ipse Saluator, quod queritur. dicebat enim, Iudęos alloquēs: Priusquā Abraham fieret, ego sum. Nam erat quidem & ante Abraham diuino more. Intelligitur autem post ipsum, secundum quod homo apparuit. Deinde & Patre clamante manifestē, Gloriam meam alteri nō dabo, (Deus em̄ alius præter ipsum nullus est) dixit nobis Christus: Quandō venerit filius hominis in gloria patris sui cum sanctis angelis. Quod autem expectamus filium hominis de cælis descensurum, iterum scribit sapientissimus Paulus: Apparuit enim gratia DEI saluatoris omnibus hominibus, vt abnegantes impietatem & mundanas cupiditates, sobriē & iustē & piē & placidē viuamus in hoc seculo, expectātes beatā spem & illustrationem glorię magni Dei, & saluatoris nostri IESVS Christi. Dicebat autem & in alio loco, mentionem faciens de carnalibus Israelitis, quod ipsorum sint promif-

615
 fiones, & legislatio, & testamentum, & ex ipsis secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula, amen. Igitur vestigia patrum sequentes, & non deflecentes, ipsum diximus ex Deo patre natum vnigenitum filium, incarnatum esse & hominem factum, passum, mortuum, tertia die resurrexisse ex mortuis. Nam impassibile, citra controuersiam, quantum ad suam naturam attinet, est verbum DEI, & nullus tam attonitus est, qui putare possit naturam quę super omnia, passionum capacem. Quia autem factus est homo, propriam fecit carnem quę ex sancta virgine. Hoc igitur modo, dispensationis verba sequentes, in carne propria passum esse humano more eum, qui extra omnem passionem est, vtpotē Deum, affirmamus. Nam si Deus existens, factus est homo, minimē autem cessauit esse Deus, si factus est creature portio, & mansit super creaturam: si legislator existens, factus est sub lege, & legislator erat adhuc: & dominus existens diuino modo, serui formam induit, & minimē abijciēdam obtrinet dominij dignitatem: si vnigenitus existens, factus est primogenitus in multis fratribus, & est vnigenitus: quid est mirabile, si carne passus humano modo, impassibilis & sic intelligitur diuino modo? Hinc est quod & sapientissimus Paulus eum, qui Verbum, quod in forma & equalitate Dei & patris erat, eundem subditum esse factum dicit, & vsq; ad mortem, mortem autē crucis. In alia autem epistola sua de eodem dicit: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnīs creature, quia in ipso condita sunt omnia, tam quę in cęlo, quā quę in terra: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso condita sunt: & datum est, inquit, caput ecclesię, factum autem & primitias dormientium, & primogenitum ex mortuis, quanuis vita & viuificans sit verbū ex Deo & patre, vtpotē & ex vita natus eius qui genuit eum. Deinde quomoddō factus est primogenit⁹ ex mortuis & primitię dormientium? Nam quia mortis susceptiuā carnem propriam fecerat gratia Dei, sicut dicit sapientissimus Paulus, pro omnibus gustauit mortem carne, qua ipse pati potuit, non abiecto autē, quod ipse erat vita. Itaque etiā si diceretur carne passus esse, nō natura deitatis fuscipiet passionem, sed (vt iam dixi) propria caro, quę passiones capit. Vndē & beatus propheta Esaias, hominem factum Deum carne cognoscens, dicebat de illo: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondeute, sinē voce fuit, sic nō aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est, & generatiōem eius quis enarrabit? quia aufertur de terra vita eius. Quanuis autem aliquis fuisset homo, & specialiter intelligeretur filius coniunctus DEO, sicut dicunt impiorum dogmatum introductores: quomoddō adhuc difficile

Roman. 9.
 dylogon
 vōs dei
 xōs
 Philip. 1.
 Coloss. 1.
 1. Cor. 15.
 Coloss. 1.
 Esa. 53.

Esaiæ 53.

ficti inuenietur, qui generatione eius enar-
rabit? Factus igitur est ex femine Dauid & Ies-
sæ. Dei autem verbi natiuitatem, hoc est, na-
tiuitatis modum, quis dicere poterit? Auferi
enim à terra vita eius, hoc est, existentia: po-
fuit enim, pro existentia, vitam. Sublime aut
fertur, natus est; super omnes qui in terra, de in-
effabili natura sermo: excellit enim omnem
cogitationem, humanamque; menti accessum non
concedit. Adiungam autem & hoc dictum
superioribus: Vnus dominus, vna fides, vnus
baptismus, sicut dicit sacratissimus Paulus.
Itaque cum vnus sit dominus, & vna fides, & vnus ba-
ptismus: quis Dominus, & in quem credidi-
mus, & baptizati sumus? Attamen decere di-
xerit quis, verbum quod ex Deo patre est,
ut dominetur nobis, & credamus in eum, in
ipso autem consummatum esse & salutare
baptisma: sic enim sanctis Apostolis præcep-
tit, dicens: Euntes, docete omnes gentes, ba-
ptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spi-
ritus sancti. Ceterum diuinus Paulus domi-
nationis gloriam, & fidei confessionem, & san-
cti baptisimi virtutem manifestè tradit, di-
cens: Nè dixeris in corde tuo, quis ascendet
in caelum? hoc est Christum deducere. vel quis
descendet in abyssum? hoc est Christum ex
mortuis reducere. Sed quid dicit scriptura?
Prope te verbum est in ore tuo & in corde
tuo: quod si dixeris, Dominus Iesus, & credide-
ris in corde tuo, quod Deus ipsum excitauit
ex mortuis, saluaberis. Scribit autem iterum:
Nescitis quod quicumque baptizati sumus in
Christum IESUM, in mortem eius baptizati
sumus? Ecce, oro, quam solerter & manife-
stè virget dominationis & fidei confessionem,
ipsamque; sancti baptismatis gratiam, in eum
qui passus est mortem, & resurrexit à mor-
tuis. Credimus igitur in duos filios? Igitur
prætercurrentes verbum quod ex Deo patre
effulsit, alterique; ab illo qui passus est fi-
lio, dominationis gloriam attribuemus? ipsam
quoque; fidei confessionem, & caelestem glo-
riam? Adhæc, quomodo non stolidum est,
& indubitanter impium, sic sapere vel dice-
re? Quid igitur dicemus? Vnus Dominus ve-
rè, vnaque; fides, & vnum baptisma. Etenim est
vnus filius & Dominus, verbum: quod non
hominem secundum connexionem suscepit,
& participem illum suarum dignitatum de-
clarauit, communicauitque ei filiationem &
dominationem, sicut dicunt quidam deli-
rantes: sed ipsum verbum Deus ex Deo, & lu-
men de lumine, incarnatum & homo factum
est, in eius mortem baptizati sumus: qui pas-
sus quidem ipse est humano modo in pro-
pria carne, mansit autem impassibilis diui-
no modo, & viuit semper. Vita enim est ex
vita Deo & Patre. Sic victa est mors, quæ in
vitale corpus insultare ausa est. Aboletur au-
tem sic & in nobis corruptio, & infirmatur
sic mortis ipsius imperium. Proinde dice-
bat Christus: Amen amen dico vobis, nisi

Ephæ. 4.

Matt. 28.

Roma. 10.

Roma. 6.

Ioan. 6.

manducaueritis carnem filij hominis, & bi-
beritis eius sanguinem, non habebis vitam
in vobis ipsis. Viuifica igitur sunt, sanctum
corpus & sanguis Christi. Corpus enim, sic-
ut dixi, est non hominis cuiusdam, qui vitam
particeps est, sed potius proprium vitam se-
cundum naturam: perspicuum autem, quod
vnigeniti.

Hæc sentit nobiscum amantissimus Chri-
sti, sanctorum patrum chorus, & Proclus ipse,
qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ ec-
clesiæ thronum adornat, religiosissimus &
pientissimus pater & coepiscopus. Scripsit
enim & ipse ad Orientales pijsimos episco-
pos in hæc verba: Et incarnatus quidem est
absque conuersione, qui speciei expertus: na-
scitur autem secundum carnem, qui princi-
pio caret: proficit verò secundum corpus
ætate, qui natura perfectissimus est: & passi-
ones sustinet, qui passionibus superior, non
quo erat, sustinuit contumelias, sed quo fa-
ctus est, susceptis corporis passionibus. Re-
prehenditur igitur vbiq; praua fides illa hæc
scribentium vel sentientium, vtpotè prophæ-
nè languida, & veritatis dogmatibus diuer-
sa continens. Postquam autem beatissimi Pa-
tres sermonem de Christo absoluerunt, Spi-
ritus sancti mentionem faciunt: credendum
enim dixerunt in illum simili modo, videli-
cet ut in patrem & filium. Est enim ipsis co-
substantialis: & profunditur quidem, hoc
est, egreditur sicut à fonte Deo & patre, co-
ceditur autem creaturæ per filium. Vnde in-
spirauit in sanctos apostolos, dicens: accipi-
te Spiritum sanctum. Igitur ex Deo, & De-
us, spiritus est, & non alienus à substantia, quæ
super omnia est: sed ex ipsa, & in ipsa, & pro-
prius eius.

Ipsa est sanctorum patrum rectissima &
ab omni errore aliena fides, hoc est, fidei co-
fessio. Verum ut Paulus dicit, Deus seculi huius
excæcauit mentes infidelium, ut non ful-
geat illustratio euangelij gloriæ CHRISTI.
Itaque nonnulli relicta veritatis via, eunt per
petras, non intelligentes neque ea quæ lo-
quuntur, neque ea de quibus affirmant. Vr-
geñtes enim filiationis gloriam in solum ver-
bum, quod ex Deo patre natum, quasi filium
alium, qui ex femine Iesæ & Dauid, coadu-
natum ei dicunt, participemque; filiationis ac
diuinæ gloriæ, & inhabitationis verbi ipsi-
us, & ab ipso habuisse omnia, proprium ve-
rò omnino nihil. De istiusmodi, ut opinor,
scripserunt Saluatoris discipuli: Subingressi
enim sunt homines quidam impij, de quibus
& olim in hoc iudicium antea scriptum, qui
transferunt Dei gratiam in procacitatem, &
vnicum horum & Dominum nostrum Iesum
Christum abnegantes. Iesus autem Christus
nominatur merito verbum, quod in huma-
na forma apparuit: quia interrogantibus
scripserunt aduersarij, qui præ multa insipi-
entia Nestorij & Theodori opinionem & scri-
pta

Lucæ 2.

Ioan. 20.

2. Cor. 4.

1. Tim. 1.

2. Pet. 3.

2. Tim. 3.

& 4.

Astro.

Matt. 22.

traditio se-
quenda.

pta non cauent: Eum qui ex sancta virgine,
non finite esse Deum, & filium verum dei &
patris: illique; soli tribuite passiones, & amoue-
te ipsum verbum, ut nè dicatur Deus passibi-
lis. Hæc sunt diligentia illorum adinuentio-
nes, & cogitationum confusio. Igitur nec no-
minetur Christus vel vnctus, specialiter &
seorsim verbum, quod ex Deo patre, quem-
admodum enim alienum ab eo est pati, quã-
dò extra carnem intelligitur, sic & vnctio in-
congrua & aliena ab eo. Iesum enim à Naza-
reth vnxit Deus spiritu sancto: perfectum autem
omnibus modis verbum Dei, & non opus
habet vnctione, quæ per spiritum sanctum est.
Igitur negare dispensationem, spoliare vni-
genitum à sua erga mundum charitate, nè no-
minetur Christus à vobis. An non indignum
ipsum, quod in his mensuris, sicut nos, factus
est? Igitur quia & hoc indignum est, eò ne-
mo confiteatur quod factus sit homo, ut &
ipsis dicit Christus: Erratis, neque scientes scri-
pturas, neque virtutem Dei. Igitur eos qui hæc
opinionem delegerunt, ut hostes veritatis ha-
bentes, fugiamus ipsorum perniciosam vani-
loquentiam, sequamur autem sanctorum
patrum sententias, & sanctorum apostolorum
euangelistarumque; traditionem. Ipsum enim
verbum, quod caro factum est, loquebatur
in illis, per quod & cum quo, Deo & Patri
honor, gloria, imperium cum sancto spiritu
in secula seculorum. Amen.

**CANONES SAN-
CTORVM PATRVM, QUI CONSTAN-
TINOPOLI CONUENERUNT, FLAVIO EUCHE-
RIO, FLAVIO; EUAGRIO clarissimis
viris coss. 7. Idus Iulias.**

INTERPRETE LAVRENTIO SIFANO.

Nuncupatoria eiusdem sancti concilij ad
Theodosium Magnum pietatis ac religio-
nis obseruantissimum Imperatorem, cui
subiecerunt atque commendauerunt ab se
editos canones.

Religionis ac pietatis obseruatissimo, dei-
que; amantissimo Imperatori Theodosio, san-
ctum concilium episcoporum, qui ex di-
uersis prouincijs præfecturisve Constans-
tinopoli conuenerunt.

Initio quidem nostri ad tuam pietatem
scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pie-
tatis imperium constituit ad commu-
nem pacem ecclesiarum, & sanæ fidei co-
firmationem. agentes autem Deo debitas gra-
tias, necessaria quoque; ea, quæ acta sunt in san-
cto concilio, ad tuam referimus pietatem,
nempe quod ex quo tempore ex mandato
tuæ pietatis Constantinopoli conuenimus,
primùm quidem mutuam inter nos concor-
diam renouauimus: deinde verò breues eti-
am præscriptis ac pronunciauimus quos-
dam quasi terminos regulasve, quibus & pa-
trum, qui Niceæ congregati fuerunt, fidem

confirmauimus, comprobauimusque; & quæ
aduersus eam obortæ sunt, peruerias hære-
ses ac prauas opiniones extrema cum exe-
cratione ac detestatione reprobauimus. Pre-
terea etiam ad rectè constituendum & ordi-
nandum statum & disciplinam ecclesiarum,
certos canones statuimus ac præscripsimus,
quæ omnia huic nostro scripto subiecimur.
Rogamus igitur tuam clementiam, ut per li-
teras tuæ pietatis ratum esse iubeas confir-
mesque; concilij decretum, & sicuti literis, qui-
bus nos conuocasti, ecclesiam honore pro-
secutus es, ita etiam summam eorum, quæ de-
creta sunt, conclusionem sententia atque sig-
gillo tuo corroboret. Domini autem im-
perium tuum in pace & iustitia stabiliat, trã-
mittatque & producat in multas & infinitas
vsque ætates & generationes, atque ad terrenam
potentiam caelestis quoque; regni gaudium &
fructum adiciat. Gratificetur Deus orbi ter-
rarum, ut te, qui reuerà pietatis studiosissi-
mus, dei-que; amantissimus Imperator es, valè-
tem, omnibusque; præclaris rebus florentem
& excellentem videat. id quod sancti etiam
ab illo precibus ac votis petunt & orant.

HAC STATVERUNT AC DECREVE-
runt episcopi, qui gratia Christi ex diuersis
prouincijs & præfecturis Constantino-
poli conuenerunt, vocati à Theo-
dosio, pietatis ac religionis
studiosissimo Impe-
ratore.

Habentur
hec supra in
Synodo cõ-
stantinopol.
1. sed alio
interprete.
I.

i. anathe-
matizetur

Ne reijcitor reprobatorve fides trecen-
torum octodecim patrum, qui in Ni-
cea Bithyniæ conuenerunt: sed maneto ea
firma ac rata, & extrema execratione ac dete-
statione * damnator omnis hæresis, peruer-
sæ & impia opinio, præcipue Eunomiano-
rum, siue Anomæorum: item Arrianorum,
siue Eudoxianorum: item Semiarianorum,
siue pneumatomachorum: item Sabelliano-
rum, Marcellianorum, Photinianorum, Apo-
linarianorumque;

Qui ultra quanque; diæcesin sunt episcopi
constituti, nè ad ecclesias extra suæ admini-
strationis fines sitas accedunto, neque con-
fundunto ecclesias: sed secundum canones,
Alexandrinus quidem episcopus res Aegy-
pti duntaxat administrato: Orientis autem
episcopi, Orientem solum reguto: (reserua-
tis ecclesiæ Antiochenæ ijs, quæ in canonibus
Niceæ editis continentur, dignitatibus præ-
rogatiuisve.) Asiaticæ item administrationis
episcopi, res Asiaticæ diæceseos duntaxat
regunto: item Ponticæ, res Ponticæ solas: si-
militer Thracici episcopi res Thracicæ ad-
ministrationis administranto. inuocati autem
neque; accersiti episcopi, ultra diæcesin nè ac-
cedunto, neque; ordinandi, neque; alias ecclesi-
asticas res administrandi causa: obseruato
verò supra scripto canone de diæcesibus: nã
hoc clarum ac manifestum est, quod in qua-
que; prouin-

provincia praefecturae ipsius provincie concilium administrare debet ea, quae Niceae decreta atq; statuta sunt. Ecclesias autem Dei in barbaricis nationibus constitutas administrari oportet secundum eam, quae obtinuit & in usu habetur, consuetudinem patrum.

II. Constantinopolitanus tamen episcopus obtinet praecipuum honorem ac dignitatem secundum episcopum Romanum, ideo quod Constantinopolis noua Roma est.

III. Quod ad Maximum Cynicum attinet, & ea, quae illius tempore inhoneste, indecenter ac flagitiose Constantinopoli acciderunt: decreuimus accusuimus, Maximum neque episcopum fuisse aut esse, neque eos, qui ab eo in quocumque gradu cleri ordinati sunt, clericos vel fuisse vel esse debere, omnibus ijs, qui circa ipsum vel ab ipso acta sunt, improbatis atque rescissis.

V. Quod ad volumen attinet Occidentalium, etiam eos qui sunt Antiochiae, approbauimus, vnam confitentes patris & filii & sancti spiritus diuinitatem.

VI. Quoniam multi eam, quae in ecclesia obseruari debet, modestiam & disciplinam decentemve ordinem confundere & euertere volentes, inimico calumniatorioque animo criminationes nonnullas aduersus orthodoxos episcopos ecclesias regentes confingunt, nihil aliud quam polluere ac deripere sacerdotum existimationes, turbasque & tumultus in pace degentium populorum concitare atque confutare conantes: idcirco censuit sanctum concilium eorum, qui Constantinopoli confluxerunt episcoporum, non absque examinatione ac disquisitione admittendos esse accusatores, neque cuius permittendum esse, ut instituat accusationes aduersus eos, qui administrant ecclesias, neque tamen omnes esse prohibendos & excludendos ab accusando: Sed si quis propriam aliquam, id est, priuatam adfert aduersus episcopum querelam, utpote circumuentus defraudatusve ab eo, aut aliqua alia iniuria affectus, in huiusmodi quidem accusationibus non esse examinandam neque personam accusatoris, neque religionem: Oportet enim omnibus modis & episcopi conscientiam liberam esse culpae vacare, & ei, qui sibi iniuriam fieri queratur, cuiuscumque religionis fuerit, auxilium iuris non denegari. Sin autem ecclesiasticum fuerit id, quod episcopo crimen intentetur, tunc oportet spectare atque probare personas accusatorum, ut primum quidem haereticis haud liceat orthodoxos episcopos de rebus ecclesiasticis accusare: haereticos autem appellamus partim eos, qui iam olim ab ecclesia exclusi sunt, partim eos qui postea a nobis execratione ac detestatione reiecti atque repulsi sunt: praeter hos autem eos quoque, qui simulat quidem se profiteri sanam rectamve fidem, segregauerunt autem sese, & conuenticula habent contra

Haereticus qui.

canonicos nostros episcopos: deinde vero etiam si aliqui ab ecclesia ob nonnulla crimina ante condemnati sint & eiectione vel excommunicati, siue clerici, siue laici ordinis sint, ne his quidem licitum esto episcopum accusare priusquam de proprio crimine satisfecerint. Similiter item qui ante intentato crimini sunt obnoxij, ne prius tanquam idonei ad accusationem episcopi aliorumve clericorum admittuntur, quam se innocentes ac puros a criminibus in ipsos collatis, ostenderint. Quod si aliqui tamen neque haeretici, neque excommunicati, neque condemnati vel ante accusati de quibusdam delictis fuerint, qui dicant se habere aliquam ecclesiasticam contra episcopum accusationem, hos iubet sanctum concilium primum quidem apud omnes illius provinciae episcopos instituire accusationes, & apud eos conuincere & probare crimina contra episcopum, quem de quibusdam peccatis arguant. Si acciderit autem, ut provinciales non sufficient, nec idonei sint ad correctionem eorum criminum, quae in episcopum conferantur, tunc eos accedere iubet ad maius concilium illius dioeceseos episcoporum de hac causa conuocandum, & non prius instituire accusationem, quam in scriptis & tabulis profiteantur se per periculum subire paratos, si in processu ac serie actorum falso accusare calumniarive episcopum atque cauillari conuicti fuerint. Quod si quis spreto ijs, quae de praedictis concilio censuit, ausus fuerit vel aures Imperatorias obtundere, vel secularium magistratum tribunalia, vel generale concilium conturbare, ignominia affectis omnibus dioeceseos episcopis, eum censuit concilium prorsus ad accusandum non esse admittendum, ut qui contempserit canones, & ecclesiasticam disciplinam, verecundiam, conuenientemque in quibusque rebus ordinem labefecerit.

VII. Qui ex haereticis orthodoxae ecclesiae adiungi & adherere, atque in partes eorum, qui feruantur, transire cupiunt, eos recipimus & admittimus secundum subiectum ordinem & consuetudinem. Nam Arrianos quidem & Macedonianos, Sabbatianos & Nouatianos, qui dicunt sese catharos & aristeros: item quarto decimanos siue quaternarios, itemque Apollinaristas admittimus, si tradant libellos, ac detestentur execrenturque omnem haeresin, quae non conueniat cum sancta Dei vniuersali & apostolica ecclesia: ad haec, ut eorum & frons, & oculi, & nares, os & auriculae signentur siue vngantur primum sacro vnguento. & cum signamus eos, dicimus, SIGNA CVLVM domini Spiritus sancti. Eunomianos autem, qui vna immersione baptizantur: item Montanistas, qui hic appellantur Phryges: praeter haec Sabellianos, qui hyiopatorian docent, & alia quaedam atrociter agunt: aliasque sectas (multi enim haeretici sunt,

Hucusque verum sit.

Gravis in D. Cyrilli calumnia.

Concilium falsum vocant sanctam synodum.

sunt, maxime quae adueniunt a Galatarum regione) ex ijs, qui volunt adiungi orthodoxae ecclesiae, sicuti Graecos gentiles & infideles admittimus: ac primo quidem die designamus eos Christianos, altero catechumenos, id est, elementarios ac quasi fidei tyrones: deinde tertio die adiuramus eos, ter insufflando in faciem & aures: atque ita catechizamus siue instituiamus & erudimus eos, damusque operam, ut longiori tempore maneant ac verentur in ecclesia, diligenterque & attentè audiant scripturas: tunc tandem eos baptizamus.

Quae sequuntur, legantur cum iudicio: est enim seditionum ac schismaticorum episcoporum contra pios & verè catholicos vel calumnia, vel detractio.

RELATIO EPISCOPORVM ORIENTALIVM AD Callimorem Regem Persidis, ut eius animu aduersus D. Cyrillum & Memnonem commoueant: horumque depositionem a se iuste factam fictis atrocissimis criminibus testificantur.

Pietas vestra, quae benefaciendo orbi & ecclesiae DEI clarescit, iussit nos in Epheso congregari, ita ut inde lucrum & pax ecclesiae accresceret, non ut omnia confusione & deordinatione implerentur: & haec vestrae maiestatis edicta, aperte & manifestè piam vestram & pacificam pro ecclesiae DEI indicabant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad perniciem ecclesiarum (ut videtur) & natus & educatus, assumpta cooperatrice Memnonis Ephesiorum audacia, primum quidem placidum & pium vestrum edictum transgressus est, per omnia se illi non subditè declarans. Nam cum vestra maiestas praeeperit, de fide diligens examen & inquisitione haberi, hanc cum concordia & pace omnium Cyrillus, de Apollinarij dogmatis accusatus, immò ipse seipsum redarguens anathematismis, quos pridem in regiam urbem cum propria subscriptione misit, in quibus reprehenditur sapere cum impio & haeretico Apollinario. Posthabitis his omnibus, quasi tempora haec rege destituta essent, suae indulgentiae: & cum oportebat rationem reddere dictorum, quibus gloria Domini nostri Iesu Christi contaminabatur, assumpta sibi autoritate propria, neque a canonicis, neque vestris edictis sibi concessa, contendit ad omne deordinationis & iniquitatis genus. Ad haec mota sancta synodus, quae non approbavit pestiferas fidei eius adinventiones, ipsum quidem deponit propter praedicta omnia: Memnonem vero, ut cooperarium eius & commilitonem in omnibus factum, & innumeras turbas contra sanctissimos episcopos, qui non assentiebantur haeretico illi pravae opinioni, excitauit, & ecclesias & omnia templa conclusit, quasi adessent pagani & hostes Dei, qui

& vulgus Ephesiorum introduxit, ad eum ut nobis quotidie de summa periclitandū sit. Spectat autem sancta synodus non vindictam, sed recta pietatis dogmata. Haec enim creuisse, nihil aliud est, quam rectam fidem statuere. Poterit autem maiestas vestra, vel ex ipsis illius capitulis eius sententiam agnoscere. Summum enim haereticorum impium Apollinarium, quasi ex inferno excitare, & contra ecclesiam & rectam fidem militare comprobatur, & anathematizare, si verba eius exponantur, euangelistas simul & apostolos, & post illos ecclesiae progenitores, qui a Spiritu sancto, non a suis cogitationibus impulsii, piam fidem praedicauerunt, & euangelium annunciarunt. Contraria istis ille & sapit & loquitur, praecipiendoque vult vbiuis terrarum suam impietatem valere. id instantes, ut par erat, non ferebamus, diuina gratia, vestraque pietatis merito filii. Scimus enim quod sanae fidei nihil praferatis, in qua simul educati vos & beatissimi vestri progenitores, sine extraneo successore regni scepra suscepistis, semper eos qui apostolicis doctrinis aduersarij erant, deprimentes, de quibus est Cyrillus praedictus, qui quasi in tyrannica arcem veniens Ephesum cum Memnone cooperario, iuste cum eo depositionem pertulit. Nam praedicti omnes infidias & omnem temeritate attentarunt contra nos, qui conueneramus relictiis vrbibus & patrijs, & etiam nobis ipsis, ut edictum vestrum ratum esset: & sumus nunc tyrannidi exposita praeda, nisi adiuuet vestra pietas, alio loco propiore ut conueniamus, edicens, vbi poterimus ex Scripturis & conscriptis patrum libris redarguere manifestè Cyrillum, & eos qui ab illo sunt inducti, quos parcendo excommunicationi subijciemus, spem salutis, si respiciant, subindicantes, qui quasi in barbarico exercitu materias deordinationis vsque in praesentem horam suppeditarunt. Alij autem quidem iam multo tempore depositi, & ab illo suscepti: alij vero excommunicati a suis metropolitanis, & ab ipso in communicatione recepti: alij varijs criminibus implicati, ab ipso honores consequuti sunt: & haec faciebat, tentans per multitudinem sensum suum haereticum stabilire, non expendens quod in religione non numerus, sed dogmatum relictudo, & apostolicarum doctrinarum veritas quaeritur, & viri, qui illas pie & apostolicis demonstrationibus & testimonijs constitutere sciunt, non ex audacia & potestate tyrannica. Proinde obsecramus & oramus, ut vestra maiestas quamprimum religioni quae impugnatur, subsidium ferat, & celerè correctionem imponat illorum insaniae & tyrannidi, quae quasi turbo ad haereticam perfidiam audaciores corripit. Iustum enim est, ut vestra pietas, Persidis & earum quae inter Barbaros sunt, ecclesiarum curam gerens, ecclesias etiam, quae sub Romanorum principatu turbantur, non despiciat.

Hic sua haereticam paucitatem equo animo fert, alias vel maxime turbis intumescens.

De Euche-
tis vide Ni-
cephor. lib.
II. cap. 14.

**DEFINITIO SAN-
CTAE ET OECUMENICAE**
synodi in Epheso contra impios Messa-
lianitas, hoc est, Euchetas, siue
Enthusiastas.

Venientes ad nos pientissimi & reli-
giosissimi episcopi Valerianus & Am-
philochius, proposuerunt in communi con-
siderandum de Messalianitis, hoc est, Euche-
tis vel Enthusiastis, qui in Pamphylia ver-
santur, vel quocunq; nomine contaminatissi-
ma hæresis vocatur. At nobis consideran-
tibus attulit pientissimus & religiosissimus
Episcopus Valerianus schedulã synodicam
de illis compositam in magna Constantino-
poli sub beatæ memoriæ Sisinio. Quæ ubi
lecta, ab omnibus probata est, quod benè sit
condita, recteque habeat. Et placuit nobis
omnibus & pientissimis Episcopis Valeria-
no & Amphilocho, & omnibus Pamphylia
& Lycæoniæ prouinciarum pientissimis epi-
scopis, vt omnia quæ in synodica charta con-
tenta, robur habeant, & nullo modo præter-
eunda, vt solida sint & ea quæ in Alexan-
dria acta sunt, ita vt omnes qui per vniuer-
sam prouinciam hæretici Messaliani vel En-
thusiasta sunt, vel de eius hæreseos morbo
suspecti, siue clerici siue laici sint, cõueniantur.
& si quidem anathematizauerint iuxta
ea quæ in prædicta synodo scripto pronun-
ciata sunt, in scriptis, si clerici fuerint, man-
eant clerici: si laici, ad communionem admit-
tantur. Quod si renuerint anathematizare, si
presbyteri vel diaconi fuerint, vel in alio
quopiam gradu ecclesiæ, excidant & à clero, &
à gradu, & à cõmunionem. Laici verò anathe-
matizentur. Conuicti quoque non permit-
tantur habere monasteria, vt nè zizaniam dif-
fundantur & crescant. Hæc vt sic agantur,
omnes vires intendebant pientissimi Epi-
scopi Valerianus & Amphilocho, ceteriq;
reuerendissimi totius prouinciæ Episcopi.
Vnde adhæc placuit, librum pollutæ illius
hæreseos, qui dicitur Asceticon, anathe-
matizari, quæ attulerat religiosissimus & pient-
issimus Valerianus, vt potè ab hæreticis cõ-
positum. Similiter si quid illorum impieta-
tem sapiens apud plerosq; inueniatur, etiã
hoc anathema sit. Præterea dum conueniunt,
quæ utilia & necessaria, ad concordiam &
communionem & dispositionem, manifestè
scriptis commendatur. Si autem questio ob-
orta de his, quæ in hoc negotio sunt, & si
quid difficile & ambiguũ fuerit, quod pient-
issimis Episcopis Valeriano & Amphilo-
chio, ceterisq; per totam prouinciam Epi-
scopis non probatur, admotis scripturis
omnia excutere debent. Et si relictis fuerint
pientissimi Episcopi vel Lyciorum vel Ly-
caoniorum, non relinquatur tamen metro-
polititanus, prouinciæ cuiuscunq; fuerit. In
commentarios hæc referenda, vt si qui opus

Seueritas in
hæreticos.

habent ijs, inueniant, quod etiã alijs ea dili-
gentius exponant.

**EXEMPLAR LIBEL-
LI SANCTAE SYNODO OB-
lati ab Euprepio Episcopo Byzes, &
Archadiopolis, & Cyrillo Epi-
scopo Cœlen.**

Sanctæ & vniuersali synodo, gratia DEI
& assensu pientissimorum Regum, in
Ephesiorum metropoli congregatæ, ab Eu-
prepio Episcopo Byzes & Archadiopolis, &
Cyrillo Episcopo Cœlen. Vetus mos viget
in prouincijs Europæ, quod singuli episco-
pi duos vel tres sub se habeant episcopos:
vnde Heracleæ episcopus sub se habet He-
racleam & Panion: Episcopus autem Byzes,
sub se Byzen & Archadiopolim. Cœlensis
verò similiter habet Cœlan & Callipolin.
Porro episcopus Sabfadiæ, sub se habet Sab-
fadiam & Aphrodisiadem. Itaq; olim & ab
initio ecclesias illas duo Europæ Episcopi
administabant, & nunquam prædictæ ciui-
tates proprios acceperunt Episcopos. Sed
aliæ quidem sub Heraclea fuerunt ab initio,
Archadiopolis autem fuit episcopi Byzen,
Callipolis similiter sub Episcopo Cœlensi.
Verum quoniam nunc Phrius Heracleæ
episcopus, à sancta synodo apostata factus,
Nestorio & cum illo sentientibus se addixit,
(suspiciamus autem quod nunquam vel ipse
vliciscens tanquam hostes, vel qui cum ipso
Heracleæ episcopatum administrant, veni-
ant ad ordinandum episcopos, iuxta veterem
& roboratam consuetudinem in memoratis
ciuitatibus, quæ nunquam proprios episco-
pos receperunt) itaq; prisicos mores & con-
suetudinem, quæ olim & ab initio viguit,
commoueri propter nouitates cogitantes:
oramus vestram pietatem, definitionem pro-
nunciari de ea re, à vestra sancta magna que
synodo, proprioq; signaculo eam roborari,
ita vt neq; nos ecclesijs nostris priuemur, in
quibus plurimum laborauimus: neque mos
iam longo tempore cõfirmatus, à quopiam
præmemoratorum commoueatur, fiantque
bella & inordinationes maximè inter Epi-
scopos Europæ. Cuius rei si compotes facti
fuerimus, gratiam habituri sumus omnium
Deo, qui hic vestram sanctitatem congrega-
uit ad corrigendas ecclesias Orbis.

Sanctæ & vniuersalis synodus dixit: Ho-
nesta petitio est pientissimorum episcopo-
rum Euprepij & Cyrilli, quã ostendunt ob-
lati libelli. Vnde & sanctis canonibus & ex-
ternis legibus, quæ veterem consuetudinem,
nunc vim legis habent, nihil innouandum
in Europæ ciuitatibus, sed iuxta veterem con-
suetudinem gubernetur ab episcopis, à qui-
bus & olim, quum nullus etiam nunc metro-
polititanus, qui alioqui sustulisset potestatem,
neq; postea futuris temporibus poterit ali-
quid à veteri consuetudine innouari.

EXEM-

Alias Phri-
niclas

Cõsuetudo
vim legis
habet.

**EXEMPLAR EPI-
STOLAE SANCTAE SYNODI**
ad Synodum Pamphylia de Eusta-
thio facta Metropolitano.

Haberuridè
paulò supra
sed alio in-
terpreto.

Ecd. 32. d

Subaudi,
contigit.

Sanctæ Synodus, quæ gratia Dei & nutu
pientissimorum regum in Epheso con-
gregata, sanctæ synodo in Pamphylia, dile-
ctis fratribus in Domino salutem.
Cum consilio omnia fac, dicit diuinitus
inspirata scriptura. Maximè autem oportet
eos qui sacerdotium nacti sunt, cum omni
diligentia, in omnibus quæ operanda sunt,
agere. Sic enim firmare poterunt res suas. Et
sicut rebus secundis contingit, vt oratio
multum valeat, sed quando acerba & intole-
rabilis tristitia mentem ita inumbrat, & val-
dè conturbat, vt à consequutione eorũ qui-
bus indiget, priuetur; & si quid vtile videat,
persuadeat esse offensurum. Tale quiddam
passum esse pientissimum & Dei amantissi-
mum episcopum Eustathium. Nam ordinatus
quidem est, & testimonium habet cano-
nicè. Vbi autem à quibusdam turbatus est,
& in solitudines inexpectatas incidit: &
quum præ multo ocio, pondus curarum sibi
pendentium ferre non esset assuetus, nec
valeret conuicia insidiantium repellere, ces-
sionis suæ (nescimus quomodo) obtulit li-
bellum. Oportebat enim semel eõ creditam
sacerdotalem curam cum tato spiritali ro-
bore geri, vt labores & sudorem spontè fe-
rat. Quoniam autem pusillanimum se decla-
rauit, hoc ex cõsideratione rei magis, quàm
ignauia vel torpore, passus, ordinauit neces-
sario vestra pietas pientissimũ & Dei aman-
tissimum fratrem nostrum & cõepiscopum
Theodorum, qui ecclesias curet. Indignum
enim est, viduus esse, & absque præceptore
manere saluatoris greges. Quoniam autem
accessit plorans, non de ciuitate, neq; de ec-
clesia contendens contra prædictum pient-
tissimum episcopum Theodorum, petens
iam Episcopatus honorem & nomen, cõ-
doluius omnes presbytero: & communes
esse arbitrati eius lachrymas, festinauimus vt
addiceremus, num legitimam depositionem
pertulisset memoratus: hoc est, à quibus ob-
trectatoribus, & de quib; absurdis rebus re-
dargutus esset: didicimus autè nihil tale, sed
magis euenisse illi, p crimine ipsam cessionem:
vnde neq; vestram pietatem repræhēdimus,
quæ ordinauit in locum eius memoratum
pientissimum episcopum Theodorũ. Quo-
niam autem non valdè contendendum est
cum viro ob amorem ocij eius, sed miseran-
dum potius seni, extra natalem ciuitatem &
patrias conuersationes longè dissito, iustum
esse decreuimus, vt absq; omni contradic-
tione habeat episcopi nomen & honorem ac
communionem, sic quidem, vt neq; ipse or-
dinet, neq; in ecclesiam propria autoritate
ordinaturus veniat, nisi fortè coassumatur,

siuè admoneri contingat à fratre & episco-
po secundum affectionem & charitatem in
Christo. Quod si melius quiddam de ipso
consuleritis vel nunc vel in posterum, pla-
cebit & hoc sanctæ Synodo.

**EXEMPLAR SVG-
GESTIONVM DE CYPRI**
Episcopis in Concilio
Ephesino.

Post consulatum dominorum nostro-
rum, Flauij Theodolij decimum tertium,
& Flauij Valentiniani tertium, semper Au-
gustorum, pridè calendas Septembres, Syn-
odo congregata, gratia DEI & edicto pient-
tissimorum Christi; amatorum regum no-
strorum, in Ephesiorum Metropoli in san-
cta ecclesia, quæ dicitur Maria:

Reginus episcopus sanctæ ecclesiæ apud
Constantiam Cypri, dixit: Quoniam turbat
quidam sanctissimas ecclesias nostras, oro vt
libellus quem in manibus gero, suscipiatur
& legatur.

Sanctæ synodus dixit: Libellus oblatus
recipiatur & legatur.

Sanctissima, gloriose & magnæ synodo,
gratia Dei & nutu pientissimorum nostro-
rum regum in Ephesiorum Metropoli, DEI
obseruantissima congregata, petitio à Re-
gino & Zenone & Euagrio Cypri episcopis:
Olim etiã sanctus pater noster & Episco-
pus factus Troilus, ab Antiocheno clero
multa passus est, & pientissimus episcopus
Theodotus vim non vulgarem pertulit, atq;
ad eõ vsq; ad plagas, quas nec flagrationes ho-
mines ferre deceat, illicitè, absurdè & illegi-
timè. Nam cum propter aliam causam abij-
set, illius verò felicem accepit finem, abusi
abitione, vi cogere voluerunt, & subijcere
sibi sanctos episcopos insulæ contra Apo-
stolicos canones & definitiones sanctissimæ
Nicenæ Synodi. Et nunc quia cognouerunt
quod beatus ex hac vita migravit, subornã-
runt magnificentissimum ducem Dionysium
scribere mandata prouinciæ principi, & san-
ctissimæ Constantienfis ecclesiæ clero: literę
publice sunt, quas & ad manum habemus, &
parati sumus eas vestræ sanctitati ostendere.
Huius gratia rogam; & petimus, nè permit-
tatur hominibus nihil non audentibus, vllã
nouitatem inuehere, olim & ab initio vo-
lētibus præter ecclesiasticos canones & con-
stitutiones expositas à sanctissimis patribus
in Nicea congregatis imponere magnæ &
sanctæ Synodo finitionibus ad nihil vtili-
bus. Nam sicut diximus, non appulisset ho-
diè magnificentissimus dux Dionysius, ec-
clesiæ adflicta curam habens, neque ea quæ
sibi non conueniunt, vsurpasset, neq; eccl-
siasticis rebus se immiscuisset, nisi à sanctis-
simis qui illic congregati erant Episcopis,
& clero ipsorum deceptus, putasset eam
canonicam, quod etiã præcepta eius
testan-

testantur, quam absque eorum consilio aduersus Episcopum Constantiæ Cypri Metropolis habuit. Oramus autem & has literas magnificentissimi ducis legi, & præcepta & omnia simul quæ in hac tragœdia commissa & facta, vt ex ipsis cognoscat sancta vestra & magna synodus intolerabilem vim factam. Etenim non vulgaris tumultus in rota metropoli ortus est. Præterea significamus vestræ sanctæ synodo, quod cum literis gloriosissimi ducis, etiã diaconus sanctæ Antiochenæ ecclesiæ missus est. Ided obsecramus, & ad vestra sancta genua procidimus. Canonica sententia etiã nunc, sicut in initio à temporibus Apostolorum & constitutionibus & canonibus sanctissimæ & magnæ synodi Nicenæ illasæ, & superior infidij & potentia permansit nostra Cypriorum Synodus: Itã & nũc per vestram incorruptam & iustissimam sententiam, etiã vestra constitutione iustitiam nobis fieri cupimus.

Reginus Episcopus Constantiæ Cypri, subscripsi manu mea. Zenon episcopus Curientis sanctæ ecclesiæ Dei Cypri, subscripsi manu mea. Euagrius minimus episcopus Solensis Cypri sanctæ Dei ecclesiæ, subscripsi manu mea.

Reginus episcopus inquit: Quoniam etiã præceptum offerimus magnificentissimi Capitanei Dionysij, scriptum ad illustrissimum principem prouinciæ, oro, vt & illius lectio fiat.

Sancta Synodus dixit: Legatur & illius magnificentissimi Dionysij præceptum.

Flavius Dionysius illustrissimus & magnificentissimus vtriusq; exercitûs magister, Theodoro illustrissimo Cypriorum regionis præfidi. Regia authoritas, multas & maximè ecclesiasticas ob causas, pientissimos episcopos, vt in Epheso conueniant, diuinis, apertis, signatisq; literis præcepit. Quoniam autem cognouimus episcopum Constantiensis ciuitatis è præfenti vita migrasse, & prædefinitum sibi diem impleuisse, necessarium hoc mandatum tibi transmittendũ esse iudicauimus, vt nè quis absq; scitu vel scripto pietissimæ synodi, audeat in locum defuncti nominare aliũ. Decet enim expectare formam, quam talium pientissimorum episcoporum consensus præscribet. Nam vt diximus, harum rerum gratia prædicti pientissimi viri conuenire iussi sunt. Itaq; si contentiosi turbas excitarent, partim tua grauitas, partim obtemperans illi exercitus, eas auertere studeat, modisq; omnibus prohibeat, & nè quẽ, vt dixi, progredi sinat, antequàm pientissimi episcopi sua authoritate approbent. Quod si hæc literas præuenit incerti episcopi ordinatio, illum iuxta cæleste responsum regum, in Ephesum vt alios, venire iubas. Neq; ignores q; si aliter fieri approbãris, tu quidẽ auri libras quinq; exercitus

verò alias tantas fisco inferre cogemini. Vt autẽ hæc quẽ iuxta pientissimorum episcoporum petitionẽ decreta sunt, scribantur, & celerem finẽ fortiantur, Maturũ & Adelphiũ ab exercitu iussimus ob hoc ad illos legari. Datã xij. Kalendas Iunii, Antiochia.

Reginus episcopus dixit: Est & aliud mandatum eiusdem magnificentissimi Dionysij, scriptũ ad pientissimum clerũ Constantiẽtis metropolis, quod & ipsum vt legatur, oro.

Sancta Synodus dixit: Lectum & hoc, inferatur in acta commentariorum.

Flavius Dionysius magnificentissimus & gloriosissim⁹ comes, & dux vtriusq; exercitûs, ac procõsul pientissimus, clericis in metropoli Constantiæ Cypri. Nouit & vestra pietas, quomodò Augusti & Callinici orbis domini, religiosissimos & sanctissimos episcopos in Epheso conuenire iusserũt, ob multas alias & maximè ecclesiasticas causas. Itaq; quoniam ex ipsis sanctissimis Episcopis qui hĩc conuenere, cognouimus, quod beatus Episcopus vester iuxta diuinam voluntatem obdormierit, opere precium cenſui, vt significarem vestræ pietati & admonerem, vt caueatis vobis, nè quis à quopiam in Episcopũ eligatur vel ordinetur: nam de hac planè forma præscribetur, sed expectate sententiam quæ illic danda. Dignum sanè & iustum, vt sancti patres ea quæ patres iubent, obseruet. Quod si quempiam ante literas nostras contingit in sedem collocari, id quod non opinamur, illum cum pietissimis viris ad Ephesum, iuxta diuinum edictum, vt veniat, admoneatis, non ignorantes, quod laus sequetur obtemperates, inobedientes autẽ etiã præfens conuenienter corriget scriptum.

Sancta synodus dixit: Quoniam autem causa, quæ mouit magnificentissimum & gloriosissimum capitaneum Dionysium, vt hæc scriberet, obscurius in propositis habetur, doceant præfentes pientissimi episcopi sanctarum ecclesiarum, quæ in Cypro, manifestius, quid mouerit magnificentissimum capitaneum, vt hæc mandata emitteret.

Zenon episcopus ciuitatis Curien Cypri, dixit: Etiã beatæ memoriæ Sapiritius, qui mecum huc venit, eius rei gratia huc venit. Quoniã autem ex hac vita concessit, necessariò nos docemus sanctã vestram & vniuersalem synodum, quod ad suggestionem Antiocheni Episcopi & cleri, magnificentissimus Capitaneus principi & clero scripsit.

Sancta Synodus dixit: Quid volente Antiocheno?

Euagrius episcopus Solensis Cypri: Subijcere inſulam nostram, & ordinandi ius ad se rapere attentat, præter canones & consuetudinem, quæ iam olim inſualuit.

Sancta Synodus dixit: Nunquãne Antiochenus visus est in Constantia ordinare Episcopum?

Zenon Episcopus Curij Cypri, dixit: A sanctis

sanctis Apostolis nunquã possunt ostendere, quod affuerit Antiochenus & ordinauerit, vel communicauerit vnquã inſulæ ordinationis gratiam, neq; alius quisquam.

Sancta Synodus dixit: Memor sit sancta Synodus canonis sanctorum patrum in Nicæa congregatorum, qui conseruat vniciquẽ ecclesiæ priscam dignitatem. Hic etiã memor sit Antiochia. Docete igitur, an non ius ordinandi ex more veteri apud vos habet Antiochenus.

Zenon Episcopus dixit: Prius affirmauimus, quod nunquã vel affuerit vel ordinauerit, neque in Metropoli, neque in alia ciuitate, sed Synodus nostræ prouinciæ congregata, constituebat Metropolitanum: & oramus, vt vestra sancta Synodus, sua sententia nobis consentiat, & hæc stabilitat, itã vt vetus mos, sicut hætenus robur habuit, itã & nunc habeat, & nullam nouitatem in nostra prouincia fieri sinat.

Sancta Synodus dixit: Doceant & hoc pientissimi magistri, num Troilus ille sanctus ac beatę memorię Episcopus, qui nunc requieuit, vel sanctę memorię Sabinus, qui illum præcessit, vel qui ante illos venerabilis Epiphanius, ab aliqua synodo ordinati fuerint.

Zenon Episcopus dixit: Et nunc memorari Episcopi, & qui ante illos sanctissimi Episcopi, & qui à sanctis Apostolis erant omnes orthodoxi, ab his qui in Cypro constituti sunt, & nunquã locum habuit Antiochenus Episcopus, vel alius aliquis ordinandi in nostra prouincia.

Sancta Synodus dixit: Rem hanc, quæ præter ecclesiasticas constitutiones, & sanctorum patrũ Canones innouatur, & omnium libertatem attingentem annunciauit pientissimus Episcopus Reginus, & qui cũ eo pientissimi Episcopi prouinciæ Cypri Zenon & Euagrius: vnde quoniam communes morbi maiore egent remedio, eò quod maius damnum afferant: si non est vetus mos, quod Episcopus Antiochenus ordinat in Cypro, sicut libellis & proprijs vocibus docuerunt pientissimi viri sanctarum ecclesiarum in Cypro præfules, qui ad sanctam Synodum accesserunt, à nullo impetantur vel vim patiantur, secundum Canones sanctorum patrum & veterem consuetudinem, sed per seipsos ordinationes pientissimorum Episcoporum faciant. Istud autem etiã in alijs diocesisibus, & in omnibus prouincijs seruetur, vt nullus pientissimorum episcoporum aliam prouinciam, quæ non antea & ab initio fuit sua, sub suam vel saltem eorum qui sibi præfunt, manum trahat: sed si quis apprehenderit, & suam fecerit, eam restituat, vt nè patrum Canones prætereantur, neq; sub sacerdotij prætextu mundanæ potestatis fastum subintroducatur, nè paulatim & clam libertas amittatur, quã

nobis donauit sanguine suo Dominus noster Iesus Christus omnium hominum libertas. Visum igitur est sanctæ & vniuersali Synodo, seruare vnquamque prouinciam puram & nullam tyrannidem passum ius vetus, ac consuetudinem veterem, opus habente vnoquoque Metropolitanò, vt ad suam securitatem, exemplaria actorum excipiat. Si autem quis veterem figuram contempserit, pœnam non effugiet. Et si quis his quæ nunc decreta sunt, pugnantes literas attulerit, irritas esse decreuit sancta & vniuersalis Synodus.

F I N I S.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI SCHOLIA DE INCARNATIONE vnigeniti.

Quid est Christus?

Cap. I.

CHRISTI nomen nec definitionis vim obtinet, nec cuiuspiam substantiæ: qualis sit, significat, sicut fortẽ homo, aut equus, aut bos: sed rei magis quæ in aliquo agatur, habet significationem. Oleo nanque vngebantur quidam superiorum, iuxta quod DEO tunc temporis placebat. Et signum regni illius erat vnctio. Vngebantur autem & propheta sensibiliber Spiritus sancto, vt inde quoquẽ nominarentur Christi. Deniquẽ beatus David psallit ex persona Dei, & ait: Nolite tangere *χριστὸν* meos, & in propheta Abacuc: Existi in salutem populi *χριστὸν* tuos. In Christo autem omnium saluatore vnctionem quidẽ factam esse dicimus. Cæterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica, sed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicuius huiusmodi negocij, quale factum esse dicimus & sub Cyro Persarum & Medorũ rege: Contra Babylonios enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Dicitur enim: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram. Atquẽ ille vir cũ esset idolorũ cultor, nominatus est Christus, ided quod quasi vnctus est in regnum cælesti suffragio, & ordinatus est à Deo, vt Babylonem vehementer expugnaret. Illud autem magis de Christo: quoniã enim propter Adæ prouaricationem regnauerat super omnes peccatum, & spiritus ab humanitate discesserat, ob eamq; causam in malis omnibus illa fuerat cõstituta: opus autẽ erat, vt rursus Dei misericordia in pristinũ reuocata, spiritũ mereretur, homo factum est vnigenitũ Dei verbũ, & cũ terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiã liber à peccato, vt & in ipso, & in eo solo innocen-
tia

624
 *adepta
 *arcepta
 Psalm. 44.
 Matth. 3.
 Hebr. 2.
 Ios. 1. a
 Locus ob-
 scurus.
 Baruch 3. d
 Psalm. 9.
 Heb. 2. d
 Philip. 2.

tia laudibus natura hominis coronata, spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. Transiit enim ad nos quoque gratia correpta à Christo, qui est in nobis primogenitus: idque nos docet beatus Dauid, psallens ad filium: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, idèd vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Vnctus est igitur exemplo nostro filius innocentie laudibus, vt antè dixi, in ipso natura hominis illustrata, & digna iam sortiri spiritum sanctum: non discessurum iam, sicut antea, sed mansurum magis in ipsa. Ideoq; scriptum est, quod descendit quidem in eum spiritus, mansit autem super ipsum. Dicitur ergo Christus Dei verbum, quod propter nos nostri similis homo est factum, & in serui forma: & vn-gitur quidem humanè secundum carnem, vn-gitur autem diuinè suos, eos nempe qui in ipsum credunt.

QUALITER INTELLIGI
debeat Emmanuel.

Cap. II.

EMmanuel nominatur Deus verbum, quod Abrahæ semen apprehendit, & similiter à nos, participauit carni & sanguini. Interpretatur autem Emmanuel, Nobiscum Deus. Confitemur autem nobiscum fuisse Dei verbum, non localiter, (In quo enim loco non est Deus, qui implet omnia?) nec quod ad esse nobis conspicitur auxiliij ratione. Dicitur enim hoc modo ad Iesum: Et sicut eram cum Mose, ita ero & tecum. Sed quod factus est in nostris, id est, in humanitate, non derelicta natura sua. Inconuertibile est enim natura Dei verbum. Cæterum quam ob causam, cum plene dicitur ad Iesum, quod sicut eram cum Mose, sic ero tecum, non est nominatus Emmanuel ipsa autem ratio sit, & sicut de alio nescio quo sanctorum fuisse dicatur. Ergo nobiscum factum esse dicimus Deum verbum, eo tempore quo dicit Baruch: In terra visus est, & inter homines conuersatus est, & omnem viam inueniens disciplinae, & dans eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo: Ipse est enim Deus noster, & non comparabitur alius ad eum. Et quantum quidem ad Dei naturam pertinet, non erit nobiscum: Multum enim interest inter diuinitatem & humanitatem, & ingens est nimis differentia naturarum. Denique etiam diuinus Dauid ad proximitatem mysticam, scilicet Deum verbum, quod nondum ad nos venerat, vocabat, dicens in spiritu: Vt quid Domine discessisti longè? despicias in opportunitatibus, in tribulatione? Ergo non iam longè discessit, sed nobiscum fuit. Qui cum mansisset id quod erat, apprehendit Abrahæ semen, vt dixit. Accepit autem etiam serui formam, & conspectus est homo in terra, Christus verè & Emmanuel, eundem nobis filium designas:

partim quia vnctus est more nostro, humanæ hominis nature spiritum accipiens, vt in seipso & primo. Positus est enim primordium generis secundum, ipse vn-gens, vt Deus, sancto spiritu eos qui in se credunt. Partim quia fuit nobiscum, secundum quas modò reddidi rationes, & in eo nos facit certos Esaias propheta, dicens: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabunt non: s eius Emmanuel. Cum enim sancta virgo ex spiritu quidem sancto prægnans esset facta, peperit autem secundum carnem filium, tunc etiam Emmanuel dictus est. Fuit enim nobiscum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per vocè Dauid significabatur: Deus manifestus veniet, Deus noster & non silebit. Et illud opinor: Ipse qui locutus sum, præstò sum. Locutus enim per prophetas, vt incorporale adhuc verbum, aduenit etiam corporaliter.

QVID EST IESVS?

Cap. III.

VIquidem intentionum, quia oporteat à nobis vnum dici filium, tantundem est & Christus, & Emmanuel, & Iesus, & idèd verò quasi ex renome est factum. Ipse enim saluabit populum suum à peccatis eorum. quemadmodum enim vò Emmanuel significabat, per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei verbum, & Christus porro quia factus homo, vnctus dicitur iuxta nos humanè: ita etiam Iesus, quod saluauit nos, id est, suum populum, quod maxime eum demonstrat Deum verè, & natura omnium Dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicitur. Deceat autem magis omnia dicere esse vnigeniti, etsi factus sit homo. Dicit fortasse aliquis, ad quid Mose dictus est populus Israel? Ad hoc dicimus, quod Dei quidem populus nominatus sit, & id erat verbum. Verum quoniam ad defectiorem deductus est, & vitulum fecit per desertum, in honoratus est à Deo. Non enim suum nominare populum dignabatur, sed eum iam homini destinauit. At nos nò ita. Proprij enim sumus filij, eò quod & Deus sit, & per ipsum creata sunt omnia. Ità enim ait Dauid: Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos. Nos autem populus pascuæ eius, & oues manuum eius. Denique etiam ipse de nobis dixit: Oues meæ vocem meam audient, & sequentur me. Rursus: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me congregare, & fiet vnus grex, & vnus pastor. Mandabat autem etiam beato Petro: Simon Ioannis, amas me? pasce agnos meos.

Quam ob causam homo dictum sit Dei verbum. Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei patris verbum, quoniam similiter à nos, carni communicauit & sanguini: sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat,

erat, sed assumens humanitatis naturam, in sua ratione perfectam: Veruntamen & in humanitate Deus remansit & omnium Dominus, vt potè qui natura & veritate, ex DEO creatus & patre, & id nobis euidentissimè sapientissimus Paulus ostendit. Primus enim (inquit) homo ex terra delimo, secundus de cælo. Atqui virgo sancta peperit templum verbo vnitum, sed de cælo dicitur, & rectè quidem, Emmanuel. Desuper enim, & ex substantia Dei & patris, natum est verbum ipsius. Descendit verò ad nos tunc, cum factus est homo, tamen sic quoque desuper est. Testatur autem Ioannes de eo, dicens: Qui desursum venit, super omnes est. Et ipse Christus etiam ad populum ait Iudeorum: Vos deorsum estis, ego desuper sum. Et rursus: Ego non sum de hoc mundo. Licet pars mundi, sicut homo, nuncupatus sit: sed erat cum hoc quoque supra mundum, vt Deus. Meminimus enim planè dicentem: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis. Descendisse autem dicimus de cælo filium hominis per vnitatem dispensatoriæ, verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & diuinæ maiestatis claritudinem.

QVAM OB CAUSAM EXINANITUM DICITUR DEI VERBUM.

Cap. IIII.

PLEnum secundum naturam, & ex omni parte perfectum Deum verbum, & distribuens. ex sua plenitudine bona sua creaturæ, exinanitum dicimus, nihil in natura propria violatū, nec vt aliter se haberet commutatū, nec inferius ex vlla parte factum. Inconuertibile enim & immutabile est ipsum quoque, sicut generator ipsius, vt nunquam fiat passionis cuiusquam capax. Quod verò factum sit caro, id est, homo, eò quod ait, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, humanitatis & paupertatem propriam facit. Primum, quia semel homo sit factus, etsi remaserit Deus: deinde, quod serui formam accepit, qui secundum suam naturam liber est, vt potè filius: & cum sit ipse gloriæ Dominus, gloriam dicitur accipere: cum sit ipse vita, viuificare videtur: & in omnes accepit potestatem, cum sit ipse rex omnium cum Deo simul, & patri obediens fuit, & crucem est passus &c. Verum cum hæc quidem humanitatis mensuræ conueniant, tamen ea familiaria ducit esse cum carne, & implet dispensationem, manens quod erat.

QVOMODO VNVS CHRIL-
stus. Cap. V.

DIuinus Paulus scribit: Etsi sunt dii multi & domini multi in cælo & in terra, sed nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex eo: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum. At verò sapientissimus Ioannes de Deo verbo dixit, quod omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil. Euangelizabat autè beatus

tus Gabriel sanctæ virginis, dicens: Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Cum igitur per CHRISTVM Iesum omnia diuinus Paulus facta esse commemoraret: confirmet autem vim sententiæ, & opificem omnium fuisse Deum euangelizet, rem veram dicens, Euangelista diuinus: designet autem etiam Angeli vox, verè ex sancta virgine natum esse Iesum Christum: nec absq; humanitate intelligimus Deum verbum, sed vnum dicimus ex ambobus effectum, vt Deum hominem factum: eundem ex patre, vt verbum, natum diuinè, & ex muliere humanè, vt hominem: non tanquam in secundum substantiæ initium vocatum, tunc cum secundum carnem dicitur natus: sed natum quidem ante omnia secula, stante tamè tempore, quo debuerat implere dispensationem: natum etiam ex muliere secundum carnem. Ergo etsi alij simili appellatione vocati sunt CHRISTI, vnus tamen est, per quem omnia, Iesus CHRISTVS: non quod homo sit factus opifex omnium, sed quod Deus verbum, per quem omnia facta sunt, similiter à nos participarit carni & sanguini, & nuncupatus sit homo, non tamen perdidit esse quod erat: ita enim & in carne factus, intelligitur meritò opifex omnium.

QVOMODO VNVS EST

Emmanuel.

Cap. VI.

SEMèl nouissimis seculis Dei verbum homo esse dicitur factum, & sicut ait diuinus Paulus, per sacrificium suum manifestatus est. Et quodnam est sacrificium? Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suauitatis Deo patri, & intrauit in sancta semel, non per sanguinem hircorum & tauro-rum, sed per suum sanguinem. Sic enim credentibus remissionem in æternum comparauit. Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fuere, sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet esse nobiscum, id est, in nostrâ venire naturâ per carnem, is qui est omni superior creatura. Vnus igitur Emmanuel. Semel enim factus est homo vnigenitus, tunc cum per sanctam virginem generationem carnalem perpeffus est. Dicitur enim & ad Iesum, quod ero tecum. At non erat ille Emmanuel: fuit etiam cum Mose, sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen filio datum esse, Nobiscum Deus, sapienter intelligamus, nò ita fuisse nobiscum nouissimis temporibus, sicut aliquandò dicitur fuisse cum sanctis. Illis enim erat tantum adiutor. Nobiscum autem fuit, quod factus est similis nostri, cum suam non amississet naturam. est enim inconuertibilis vt Deus.

QVAM ESSE DICIMVS
adunationem.

Cap. VII.

ggg Aduna-

Adunatio multis modis impletur: se-
iuncti enim nonnulli affectu fortè vel
voluntate, & discordantes inter se, adunari
dicuntur per reconciliationem socialè, de-
posita similitate. Adunari autem dicimus &
quæ sibi cõglutinantur, siue modis alijs con-
feruntur, aut per compositionem. Quoties
igitur adunatum esse nostræ naturæ Dei ver-
bum dicimus, omni humanæ cogitationi
adunationis eius modus videtur esse superi-
or. Neq; enim per suprâ scriptos modos, fa-
cta est arcana illa & nulli penitus nota: sed
& nihil mirum, si in huiusmodi cogitatione
vincamur, cum res nostras, quo modo se ha-
beant, inquirentes, vltra modum nostræ men-
tis inuentione esse confiteamur: quo nanq;
modo animam hominis suo corpori aduna-
tam esse putauim, quis est qui possit expri-
mere? Sed si oportere eos qui parua ætate vix
intelligere soleat, immò eos qui valeant in-
telligere tam subtiles res, & omnem ratione
transcendentes, cõiectare dicimus quod de-
ceat cogitare (quanuis minor sit oratio ve-
ritate) talem esse adunationem Emmanuel,
qualem quis intelligat & animam hominis ad
suum corpus habere. Anima enim omnia quæ
sunt corporis, esse reputat sua, licet per natu-
ram propriam expers sit passionum corporis,
& quæ extrinsecus accidant: mouetur enim
corpus in concupiscentias naturales, & con-
sentit animæ, nullo quidem modo participans
concupiscentiæ, tamen exitu delectationem
propriam ducit: & si fortè à suo corpore de-
primatur aut torqueatur, condolet quidem
quod suum corpus patiat, ipsa verò in sua
natura nullum patitur omnino tormentum:
tamen super hæc quoq; dicimus esse aduna-
tionem, quæ est in Emmanuel facta. Erat enim
necessè, cum suo corpore adunata ei ani-
mam dolere, vt dum timebat passiones, sub-
ditam ceruicem Deo submitteret. De Deo
autem verbo, condolere passionibus nefas
est dicere. Impassibilis enim Deus est, & no-
strarum rerum lógè dissimilis, sed adunatus
quidem erat carni habenti animam rationa-
lem: qua patiente, ipse impassibilis, ea quæ
animæ contingerent, cognoscebat: & con-
tundebat quidem, vt Deus, carnis infirmita-
tes suas, tamè eas tanquam sui corporis esse
ducebat. Itaq; esurisse dicitur, fatigatus esse,
passus fuisse pro nobis: ergò verbi adunatio,
quæ est cum humanitate facta, non irratio-
nabiliter rebus nostris cõparatur. Nam sicut
corpus alterius est naturæ præter animam,
vnus tamen ex vtroq; homo efficitur & vo-
catur: ita etiã ex perfecta Dei verbi substi-
stentia & humanitate perfecta, vnus est Chri-
stus, idem in eodem deus simul homo: & sua
quidem dicit Deus verbum, vt antè dixi, ea
quæ sunt carnis propria: quia ipse est cor-
pus, & non alterius. Communes autem facit
tanquam cum sua carne diuinæ suæ maiesta-
tis cooperationes, vt posset etiã viuificare

mortuos, & sanare infirmos. At si conuenit,
exemplis etiã scripturæ diuinæ, quasi per
figuram, adunationem demonstrare, agè di-
camus vt possumus.

DE CARBONE.

Cap. VIII.

Beatus Esaias, Missum est, inquit, ad me
vnum ex Seraphin, & in manu habebat
carbonem, quem forcipe accepit ab altari, &
dixit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua, & au-
feret iniquitates tuas, & peccata tua depur-
gabit. Carbonem autem dicimus figuram &
imaginem nobis exhibere verbi hominis fa-
cti: quod si labra nostra tetigerit, id est, fide
in id conuersi fuerimus, tunc nos ab omni
peccato puros efficit, & pristinis criminibus
liberabit. Cæterum tanquam in imagine, li-
cet in carbone cõspicere adunatum quidem
humanitati Deum verbum, non tamen pro-
iecisse quod fuerat: transformasse autem ma-
gis assumptam naturam, in suam gloriam &
operationem. Quemadmodum enim ignis
ligno affixus, & in id penetras, compræhen-
dit quidem ipsum, & quanuis lignum esse
non desinat, vim tamen suam speciemque
transmutat omnem, seq; confert in lignum,
& cum ipso iam quasi vnum aliquid estimat-
tur, idem intellige & de Christo. adunatus
enim inestimabiliter humanitati Deus, ser-
uauit quidem ipsam in eo quod fuerat, &
ipse permanfit quod erat, semel tamen adu-
natus, quasi vnus iam cum ipsa putatur, ea
quæ sunt illius, sua faciens, conferens autem
ei etiã ipse naturæ suæ operationem.

QVOD INCORPORALIS DI-
uinitatis corpus fuerit, habens animam ra-
tionalem, & quod si ea à sese diuidere volue-
rimus, proculdubio labefactabimus
dispensationem, quæ in Chri-
sto intelligitur.

Cap. IX.

In Cantico Canticorum ipse nobis intro-
ductus est, dicens, Dominus noster Iesus
Christus: Ego flos campi & liliū conual-
lium. Quemadmodum ergò odor res qui-
dem est incorporea, habet autem quasi pro-
prium corpus id in quo inest, tamen vnum
ex vtroque intelligitur liliū: corrumpitur
tamen ratio ipsius, vnus rei discessu. In sub-
iecto enim corpore odor est. Ità etiã de
Christo intelligimus diuinitatis naturam,
quæ suam excellentissimam maiestatem vt
odorem suauissimum mundo dispergat,
tanquam in subiecto esse corpore humani-
tatis: & id quod incorporale est per natu-
ram, per adunationem dispensatoriam penè
dicam factum fuisse corporale, propter eà
quod voluisset se cognosci scire corpus: in
eo enim diuina signa operatus est. Igitur id
quod incorporale est, tanquam in suo cor-
pore intelligatur, quemadmodum & iam
odor in flore subiecto, liliū tamen iam &
odor nominatur & flos.

QVOD

QVOD ET ADVNATO DEO
verbo veræ humanitati, inconfusæ ta-
men substantiæ permanferit.

Cap. X.

Rectum est secundum Dei voluntatem
sanctum tabernaculum per desertum,
& in eo multis modis formabatur Emma-
nuel. Ait enim Deus omnipotens ad diuinū
Mosen: Et facies arcam testimonij ex lignis
imputribilibus, duorum cubitorum & di-
midij longitudinem, & cubiti & dimidij al-
titudinē, & inaurabis eam auro puro, extrâ
& intrâ inaurabis eam. Sed lignum quidem
imputribile, sit figura corporis incorrupti.
Imputribilis enim cedret. Aurum verò quasi
materies alijs preciosior, diuinæ nobis indi-
cat substantiæ maiestatem. Attende igitur,
quàm arca tota inaurata sit auro puro extrâ
& intrâ. Adunatum quidem fuerat sanctæ
carni Deus verbum, & id est, vt opinor, ar-
cam fuisse extrâ inauratâ: quod verò & ani-
mam rationabilem, quæ corpori inerat, pro-
priam fecerit, ex hoc apparet, quod & intrâ
arcâ præceperit inaurari: quod autem natu-
ræ siue substantiæ inconfusæ manserunt,
hinc scimus: Aurum enim superpositum li-
gno, misit id quod erat: & ordinabatur qui-
dem lignum, sed lignū esse non desijt. Quod
verò arca in Christi accipitur imagine, plu-
rimis possit probationibus declarari. Per-
ambulabat enim cum his qui sunt ex Israël,
quærens ipsis requiē. Ait enim alicubi Chri-
stus: Et parabo vobis locum.

QVOD CVM ESSET DEVS
verbum, factus sit homo: nec homo, simpli-
citer nuda coniunctione honoratus, voca-
tus sit ad parem dignitatem Dei verbi
siue auctoritatem, sicut qui-
busdam videtur.

Cap. XI.

Diuinus Paulus magnum quidem ait
esse mysteriū pietatis: & verè ita se res
habet. Manifestatus est enim in carne, cum
sit Deus verbum, iustificatus est autem & in
spiritu: nullo enim modo nostris videtur in-
firmitatibus contineri, licet iuxta nos homo
sit factus, non enim fecit peccatum. Appa-
ruit autem & angelis, neq; enim generatio-
nem ipsius secundum carnem ignorauerūt.
Prædicatus est autè & gentibus, quasi Deus
homo factus. Ità autem creditus est in mun-
do. Probauit autem diuinus Paulus, ita scri-
bens: Propter quod memores estote, quod
aliquandò vos gentes in carne, qui dicimini
præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in
carne manufacta, quia eratis illo tempore si-
nè Christo, alienati à conuersatione Israël,
& hospites testamentorum, promissionis
spem non habentes, & sinè Deo in mundo.
Erat ergò gentes in mundo sinè Deo, cum
absq; Christo essent. Verum quoniã agno-
uerunt eum, & verè (quia natura) Deum esse
agnouerunt, ipsæ quoq; ab eo cognitæ sunt,

fidem confitentes, & ipse assumptus est in
gloria certè diuina. Psallit enim beatus Da-
uid: Ascendit Deus in iubilo. Ascendit enim
certè cum corpore, nec in nuda deitate: De-
us enim erat incarnatus. Credimus enim nõ
in vnum nostrū similem deitate per gratiam
honoratum, nè cultores esse hominis dete-
gamur, sed in Deum magis, qui in serui for-
ma comparuit, & qui fuit verè nostrū similis,
& humanitate tamen Deus remansit. Deus
enim verbum, carne assumpta, non deposuit
quod erat. Intelligitur tamen idem Deus si-
mul & homo, & fidei quidem ratio ita se ha-
bet. Et rectè quidem. Sed si fortè aliquis di-
cat, quid mali est, si intelligatur homo simi-
lis nostrū apprehendere deitatem? ac nõ ma-
gis Deus homo fieri? Respondemus: Mille
esse quæ è contrario possint opponi, & penè
etiã nutu significantia, nos oportere reni-
ti constanter, nec credere ita esse. Agè enim
ante alia dispensationis, quæ cum carne fa-
cta est, modum cernamus, & nostrarum re-
rum naturam subtilius perscrutemur. Peri-
clitata est hominis natura, & depressa est ma-
lis extremis: maledictione & morte damna-
ta, & peccati laqueis irretita, errabat & erat
in tenebris: Deum nesciebat eum, qui est na-
tura & veritate: præter creatorem coluit crea-
turam. Quomodo igitur huiusmodi malis
poterat liberari? An illud dicemus, quod fas
erat humanitati, diuinam naturam appre-
hendere, qua nesciret omnino qualis esset
dignitas naturæ cælestis, cum esset ignoran-
tiæ tenebris occupata, & peccati sordibus
inquinata? Quomodo poterat fieri, vt ap-
prehenderet sanctam naturam, & acciperet
gloriam, quã nemo inueniet nisi acceperit?
Concedamus enim quod cognouerit for-
tasè, & sciērit apprehendere duntaxat: quis
est qui docuerit? Quomodo enim credent,
nisi audierint? Cæterum non id est appre-
hendere deitatem, & conuenientem ei gloriã
capere. Ergò decentius sit, & rectè quidè ita
sentire, quod seruare volens id, quod periē-
rat, descendēs ad nos Deus verbū, per quod
omnia, in id se, quod non erat, immisit, vt &
hominis natura id quod non erat, fieret di-
uinæ maiestatis dignitatibus per adunatio-
nem nitescens, quæ subleuata magis est vltra
naturam, quàm deijcit intra naturam inuer-
tibilem Deum. Conueniens erat, vt incorru-
ptibilis natura apprehenderet corruptibile,
vt eam peste liberaret. Conueniens erat, qui
peccare non nouerat, cū peccatoribus con-
formari, vt peccata compeſceret. Quemad-
modum enim vbicumq; lux fuerit, caligo in-
terit tenebrarū: ita etiã immortalitate præ-
sente, omnis certè pestis fugitiua discedet: &
præsentē eo qui peccatum non nouit, (qui
etiã propriū corpus efficit, quod est * im- * absq; ma-
peccatum) cedet omne peccatum. Quod ve-
rò verbum, cum esset Deus, factum sit ho-
mo, & non magis homo deificatus intelliga-
tur

Philip.2.

tur Christus, etiam ex sacris literis enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de vni-
genito: Qui eum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo, sed se exinanivit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliavit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propterea & Deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine IESV CHRISTI omne genu flectatur caelestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Quem igitur dicemus in forma esse & in æqualitate patris, & hæc non rapinam arbitratum, sed descendisse magis in exinanitatem, & in formam serui, & se humiliantem, & in similitudine nostra fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum & solum, quomodo is erat in forma & in æqualitate patris? vel quomodo habeat plenitudinem, ut intelligatur exinanitus? Vel in qua antea positus celsitudine semet humiliasse dicitur? vel quomodo in similitudine hominum factus est, qui id erat & antea per naturam, etsi non id factus esse forte dicitur? Vbi autem magis exinanitus est, æsumens plenitudinem Deitatis? vel quomodo non sit factus altissimus, qui in gloriam supernam ascenderit? Igitur non hominem Deum factum dicemus, factum autem esse magis in exinanitate propter humanitatem Dei verbum, quod erat in æqualitate patris & forma: Exinanitum est enim hoc modo propter similitudinem nostram, cum esset plenus ut Deus. Humiliatus est propter carnem, cum à diuinæ maiestatis fastigio non discedat: sed enim habet altissimam: factus est in similitudine hominum, cum sit eisdem formæ cum patre, & cuius est figura substantiæ. Verum quoniam semel factus est, iuxta nos ascendisse dicitur, & cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habeat quasi propriam: alio tamen pacto in ea fuit propter humanitatem. Dominus enim omnium esse creditur & cū carne. Flectitur autem ipsi omne genu, & id non ad dolorem vel contumeliam patris, sed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur, dum ab omnibus filius adoratur, licet factus sit similis nostris. Scriptum est autem rursus: Non enim angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, vnde debuit per omnia fratribus assimilari. Ecce semen Abraham apprehendit. Verum quod Deus est & non homo, nescio quis nostris similis Deitatem apprehendit, & ipse nobis assimilatur, & nuncupatur frater ut homo, non nos ei, quātum est ad deitatis naturam. Et rursus quoniam pueri communicauerunt sanguini & carni, & ipse similiter participauit eis, ut per mortem destrueret eum, qui

Hebr.2.

Ibidem.

imperium obtinet mortis, id est, diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis, per oem vitam obnoxij erant seruitutis. Ecce iterum ipse similiter ut nos, participauit sanguini & carni: & ea res causam habet coniunctissimam ac proximam. Scriptum est enim: Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, deus suum filium misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum condemnavit in carne. Attende iterum quod non homo affectans diuinam naturam ostenditur, & ad eius dignitatem ascendens, sed mittens magis suum filium Deus & pater in similitudine carnis peccati, ut destrueret peccatum. Ergo verbum, cum sit Deus, se in exinanitatem homo factum immisit: & non homo simpliciter diuinam gloriam affectans, Christus videtur.
QVOD CHRISTVS IESVS VOCETUR HOMO FACTVS DEI VERBUM.

Cap. XII.

Dispensationis incarnati vni-
geniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus, fidem rectam seruantes & veram, quod ipsum patris Dei verbum, qui est Deus verus ex Deo vero, & lumen delumine, incarnatum sit & homo factum, & descenderit, & passum sit: Surrexit autem etiam à mortuis: Ita enim definiuit fidei symbolum synodus ingens & sancta. Perquirentes autem & nos, & discere cupientes, quid sit, inquam, incarnatum esse, & hominem factum Dei verbū: cernimus, quod non hoc est hominem assumere, tanquam in coniunctione, quæ fiat per æqualitatem dignitatis siue autoritatis per solam filietatis *εὐνοίας*, magis autem fieri iuxta nos hominem: ita tamen, ut nulla conuersio vel cōmutatio subsequatur, & subleuante pariter cum sua natura eum, qui in assumptione fuit carnis & sanguinis, dispensatione. Vnus igitur est, qui ante incarnationem quidem, à diuina scriptura nominatur vnigenitus & verbum & Deus, imago & lumen, & figura substantiæ patris, vita, gloria, splendor, sapientia, virtus, magnificentia, Dominus Sabaoth, & alij talibus nominibus, quæ verè conueniant deitati: post incarnationem verò, homo Christus Iesus, propiciator, mediator, primitiæ dormientium, primogenitus à mortuis, secundus Adam, caput corporis Ecclesiæ, cum eum etiam nomina prisca sequantur: omnia enim ipsius sunt, & priora, & quæ sunt nouissimis facta temporibus: Vnus igitur est & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate remansit id, quod erat & est & erit. Non discernendum igitur vnum Dominum Iesum Christum, in hominem seorsus, & seorsus in Deum: sed vnum eundemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas inconfusas inter sese seruantes. Quoties igitur litera sacra commemorat, quod in Christo

Rom.8.

Iob 4.

2. Cor. 4.

Esa. 26.

Heb. 1.

Ioan. 14.

Esa. 6.

1. Cor. 15.

Luc. 2.

Ioan. 7.

Col. 2.

sto inhabitaret omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, non ided dicimus, tanquam in alio Christo, in homine seorsus inhabitasse Deum verbum: nec porro diuidentes ea quæ vnita sunt, duos intelligimus filios. Illud autem magis, quod Christum nominat litera sacra, & ex parte nonnunquam humanitatis Dei verbi, quam propriam habes, in locum posuit templi. Scriptum est autem & de animabus humanis, Inhabitantes autem domos luteas: de quibus & nos, ex eodem luto sumus. Ergo quoniam domos luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare, in duos homines vnum hominem diuidimus: atque non irrationabile omnino sit, si & in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo etsi per huiusmodi orationis modos figura procedat, quæ aliter fieri non possit: non tamen ided rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore seruari. Quoties igitur quæpiam quæ dissimilia sunt, inter se sociantur, ut collecta in adunatione per compositionem videatur: deinde alterutrum ex his in altero habitare dicatur, non diuidentur in duo, adunationis conuentione minime violandam, licet suis nominibus per sese, ea quæ adunata sunt, nominentur à nobis. Dicitur nanque, ut antè dixi, & in homine habitasse spiritus suus: veruntamen homo dicitur & seorsus spiritus, seorsus & corpus. Quid igitur nobis huiusmodi diuinus Paulus obliquam significationem commemorat? Nam etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Si quis igitur dicat interiorem nostrum hominem in exteriori homine inhabitare, verum quidem memorauit, ided tamen vnu diuidere non videbitur. Ait autem alicubi etiam propheta Esaias: De nocte vigilat spiritus meus ad te Domine. Vtrum si tāquam alius, præter ipsum, spiritus suus ad Deum dicatur vigilare, nonne ineptissimum videatur? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti, sed referre magis sententiarum vim ad sensum, quid vnicique rei conueniat. Et si dicatur proficere Iesus ætate & sapientia & gratia, dispensationis hæc ratio est. DEVS enim verbum, humanitatem more suo proficere permittebat, & quasi paulatim diuinitatis suæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam sua extendere, nè quid nouum videatur, idque nonnullos nimia nouitate perterrere, ac tum præsertim sic quoque dicere, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Ergo corporale quidem est augmentum, & profectus gratiæ & sapientiæ, humanitatis magis mensuræ conuenit: ipsum verò Deum verbum, per suam naturam perfectissimum confitemur, non egeum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ & sapientiam & gra-

tiam & bona omnia impertit. Et si Deus passus esse dicatur, passio quidem erit dispensationis ipsius, tamen dicitur, & rectè quidem, quia corpus passum est, & quod erat in corpore patiente ipse, qui pati non poterat. Impassibilis enim est ut Deus: quantum tamen ad conuicatorum petulantiam pertinuit, passus esset, si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus sit vnigenitus, quotiescūque homo nominetur à diuina scriptura, intuentes dispensationem, sic Deum ipsum naturam quoque confitemur.

EXEMPLA DIVINAE SCRIPTURÆ, quod DEI verbum & homo factum, manserit Deus.

Cap. XIII.

A It alicubi Deus ad Pontificem Mo-
ses, ut facies propiciatorium impositione auri puri, duorum cubitorum & dimidij longitudinem, & cubitum vnum & dimidij latitudinem, & facies duos Cherubin aureos ornatos, & impones illos ex utroque latere. Cherub vnus de latere hoc, & Cherub vnus de latere isto propiciatorij, & facies duos Cherubin super duo latera: erunt Cherubin extendentes penas à sursum, super obumbrantes pennis suis super propiciatorium, & vultus eorum adinuicem respicientes propiciatorium erunt. Aenigma certissimum id sit, Deum verbum etiam in humanitate Deum mansisse, & in sua gloria & maiestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri. Propiciatorium nanque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis comprobauit sapientissimus Ioannes, dicens: Filiioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis: sed etsi quis peccauerit, consolatore habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Nec non etiam Paulus: Quem proposuit, inquit, Deus propiciatorem in fide in suo sanguine. Ceterum cerne Cherubin circumstantia propiciatorium, super obumbrantia quidè pennis, conuersa autem ad propiciatorium, & penè nutui Dominico oculum intendentia: DEI enim voluntatem tantum respicit sancta caelestium spirituum multitudo, & nunquam DEI satiatur ad speculum. Ita filium propheta Esaias vidisse se dicit, in sede altissima & eminentissima, circumstantibus Seraphin, & obsequentibus ei ut Deo.

Exo. 25.

*cubiti vnus & dimidij

1. Ioan. 1.

Rom. 3.

Esa. 6.

ALIUD DE VIRGA MOSES. Cap. XIII.

Destinabatur aliquandò diuinus Mo-
ses, ut Israel ab Aegyptiorum violentia liberaret. Verum quoniam necesse erat, eos qui sub iugo essent seruitutis insolite, prius doceri quod DEVS iam esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat: plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem: Si autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes: Non apparuit tibi

Exo. 3.

Exo. 4.

tibi Deus, quid dicat illis? Dixit deinde Dominus: Quid est hoc quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait illi: Projice illam in terram, & facta est serpens, & fugit Moses ab eo. Et dixit Dominus ad Moses: Extende manum tuam, & apprehende caudam: & facta est virga in manu eius. Et dixit illi: Ut credant tibi, quia apparuit tibi Dominus Deus patrum ipsorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Animaduerte in his natura & veritate filium Dei, tanquam si quaedam virga sit patris. Virga autem in signum est regni. In filio enim habet omnium potestatem. Denique etiam diuinus David: Thronus tuus, inquit, Deus in seculum seculi, & virga æquitatis virga regni tui. Sed eam proiecit in terram, id est, corpore terreno circumdedit, siue per humanitatem misit in terram. Tunc enim in similitudinem factus est, malignorum hominum scilicet. Malignitatis autem signum est serpens. Quod autem verum sit, hinc scribitur. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus, in imaginem & figuram dispensationis factæ cum carne, pro serpente accipitur greo quæ erexit Moses. Et sicut, inquit, Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnes qui credunt in ipsum, non pereant, sed habeant vitam æternam. Quemadmodum enim serpens factus ex ære, salutis erat periclitatibus causa, (sanabantur enim in eum respicientes) eodem modo etiam Dominus noster Iesus Christus eis, qui eum videt quidem in similitudine malignorum, eò quod factus sit homo, non ignorant tamen, quod Deus sit viuificus, causa erit vitæ, & dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates. Id quoque huius rei figura sit, quod Moses virga alias deuoraret, quas in terram Magi proiecerant. Igitur virga quidem in terra proiecta est, non tamen serpens remansit: resumpta autem, fuit quod erat: nam licet facta sit, ut antè dixi, in similitudine nostra patris virga, id est, filius, per quem habet omnium potestatem, hac tamen impleta dispensatione, reuolauit in cælum, & fuit iterum tanquam in manu patris virga æquitatis ac regni: sedet enim ad dexteram genitoris sui propria maiestate, sedes altissimas obtinens & cum carne.

ALIVD DE MANU MOVIS LEPROSA, & integrè sana. Cap. XV.

Dixit autem ad eum iterum Dominus Deus: Iterum infer manum tuam in sinum tuum. & intulit manum in sinum suum, & protulit manum de sinu suo, & facta est manus eius tanquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum suam in sinum suum, & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis suæ. Manum & dexteram Dei & patris verbum & filium eius diuina scri-

ptura nominat. induxit enim ipsum dicentem: Ego enim manu mea firmavi cælum. Nec non etiam David diuinus cantat: Verbo Domini cæli firmati sunt. Cerne igitur in sinu quidem Moysis adhuc manum eius occultari, & non dùm factum leprosum: prolatam verò, & statim leprosam factam: deinde mox illatam, & rursus prolatam, & deceterò non leprosam. Restituta est enim, inquit, in colorem carnis eius. Ergo quandiu quidè erat in sinu patris Deus verbum, diuinitatis natura fulgebat: Verum quoniã aliquo modo extrã fuerat per incarnationem siue *ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης*, factus est in similitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus est. Ait enim diuinus Paulus: Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus iustitia Dei in ipso. Hoc existimo lepra significari. Immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum fuerit in patris sinu, assumptus est enim post resurrectionem à mortuis: prolata iterum manus, videbitur munda. Adueniet enim, adueniet tempora, Dominus noster Iesus Christus in sinceritate diuinitatis & gloria: quantum similitudinem nostram nõ proiecerit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: Quia semel mortuus est ad multorum exhauriendã peccata, secundò sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Ergo quoties nobis sacræ literę nominant Christum Iesum, nõ hominem seorsum putaueris, nõ verè adunatum ipsi Deo verbo, sed existimaueris magis ipsum esse ex Deo & patre verbum IESVM Christum, cum factus sit homo.

QVOD NON ERAT HOMO *ὁμοιωτος* Christus, nec simpliciter in hõie inhabitauit Dei verbum, sed magis caro sit factum, siue homo perfectus, secundum scripturas. Cap. XVI.

Qui fidem habet in CHRISTO immaculatam, & rectis omnium suffragiis comprobata, dicat videlicet, quod ipsum ex deo patre verbum, ex inanitate descendit, formam serui accipiens: proprium autem sibi faciès corpus, quod est natum ex virgine, factus sit nostri similis, & nuncupatus sit filius hominis. Est autem Deus quidè secundum spiritum, homo autem idem secundum carnem. Denique diuinus Paulus Iudeorum populum alloquebatur, dicens: Multifariam multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio. Et quoniam modo intelligatur locutus fuisse deus & pater nouissimis diebus in filio? Locutus est enim antiquioribus per sese legem, idcirco etiam ipse filius suos dicit esse sermones per sapientissimum Moysen. Ait enim: Nolite putare quia ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. dico enim vobis, iota

Matth. 24. iota vnum aut vnus apex non transibit de lege, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ad hoc etiam propheta vocem: Ipse qui loquitur, præstò sum. Ergo cum factus est in carne, tunc loquutus est nobis pater in ipso, sicut ait Paulus: Nouissimis diebus. Sed nõ parum credamus, quod ipse sit ille & ante secula filius, intulit statim: Per quem fecit & secula: splendorem etiam gloriæ, & figuram substantiæ patris esse commemorat. Homo igitur factus est verè is, per quem fecit & secula Deus pater, & non, ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut tanquam homo intelligatur à nobis, Deum habens inhabitantem. Nam si hæc rectè se habere confidunt, superuacaneus videbitur esse beatus Euangelista Ioannes, dicens: Et verbum caro factum est. Vbi enim opus est *ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης* aut quare incarnatum dicitur Deus verbum, si non factum est caro? Similem nostri eum factum esse significat, & vis *ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης* similem nostri eum factum esse declarat, mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, immò etiam supra vniuersam creaturam. Oportere autem existimo, ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare, & persuadere quod factus sit homo vnigenitus, & sit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabitaret in homine, sed *ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης* ipsum efficiens, tanquam & alios, qui diuinitatis ipsius fuere participes. QVOD EMMANVEL CHRISTVS DEUM in se habitantem habuerit aliter quam nos. Cap. XVII.

Ait alibi Deus de nobis: Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Nec non etiam ipse Dominus noster IESVS Christus: Ecce ego venio, & si quis mihi aperuerit, intrabo, & ego & pater & mansioinem apud ipsum faciemus, & apud eum coenabimus. Nominati autem sumus etiam templa DEI. Vos enim, inquit, templa DEI estis viui. Et rursus: Nescitis quod corpora vestra templum est Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis à Deo? Verum si ita aiunt, & ipsum esse Emmanuel, tanquam vnumquemque nostrum, inhabitantem in sese Deum habuisse, aperte confiteantur, & cum ipsum adorari conspiciunt tam à nobis, quam ab angelis in cælo pariter & in terra, erubescat tanquam diuersa sentientes, & literarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt hi, qui in principio & viderunt, & ministrauerunt in verbo. Sin autem dicant, quod propterea Deus sit, & ut Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitaret Dei patris verbum, ac non propterea quia factus sit homo, audient rursus à nobis: Si in eis qui inhabitantem in se Deum habuerint, factus est, ut idcirco verè dii esse possint, & ab omnibus adorentur, omnes sint dii

& adoradi. Inhabitat enim in sanctis angelis. Habuimus autè & nos ipsum in nobis per spiritum, sed nõ sufficiat hoc natura deos ostendere, & adorandos eos qui habeant spiritum. Igitur non propterea Deus est adorandus Emmanuel, quod inhabitaret in eo tanquam in homine communi, & seorsum intelligendo in parte Domini verbum, sed quod factus sit caro, id est, mansit enim idem & Deus & adorandus.

DICTA APOSTOLICA, IN QVIBVS DEUS nominatus sit Christus. CAP. XVIII.

De mysterio dicens secundum Christum, Ephe. 3. Quod alijs, inquit, generationibus nõ est agnitus filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius, quibus voluit reuelare diuitias gloriæ mysterij huius intelligentibus, quod Christus in vobis spes gloriæ, quæ nos annunciamus. Si igitur est theophorus, ac non Deus verè, quomodo ipse est diuitiæ gloriæ mysterij, quod annunciat gentibus? vel quomodo omninò DEVS annunciat?

ALIVD. CAP. XIX. **V**olo enim vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei, Christi. Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi, & plenè intelligere quosdam vult imaginationem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri quod inhabitaret in homine DEVS? Opus enim nimio intellectu, ut scias contrã, quod verbum, cum sit Deus, factus sit homo.

ALIVD. CAP. XX. **A**vobis enim sonuit sermo Domini, non solum in Macedonia & Achaia, sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, exiuit. Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicit: Qui credit in me, habet vitam æternam. Nam sermonem Domini, prædicationem dicit de seipso.

ALIVD. CAP. XXI. **I**psi enim scitis introitum nostrum ad vos, quomodo non inanis fuit, sed antè multa passi & contumelias affecti, sicut scitis, in Philippis. Confissi sumus in Domino nostro loqui ad vos Euangelium Dei. Ecce loquens in Deo, Dei Euangelium memorauit, qui prædicat gentibus Christum.

ALIVD. CAP. XXII. **R**ecordamini fratres laborem nostrum, & ærumnam, nocte ac die operantes, nõ quem vestrum grauaremus, prædicauimus Euangelium Dei inter vos. Et iterum: Propterea & nos gratias agimus DEO

Psal. 44.

Ioan. 3. Numc. 21.

Exo. 7.

Psal. 44.

Mar. 16.

Exo. 4.

i. inhumana tionem

Marc. 15.

2. Cor. 5.

Leui. 13.

Marc. 16.

Matth. 24. Acto. 1.

Heb. 9.

Ioann. 1. i. inhumana tionis?

i. Deo donatum.

2. Cor. 6. Leuit. 26. Esaiæ 52.

Apoc. 22. Apo. 3. Ioann. 14.

1. Cor. 5. 1. Cor. 6.

Luce 1.

Phil. 1.

Heb. 1.

Matt. 5.

finè intermissione, quoniam cum percepisset à nobis verbum auditus Dei, excepistis non ut verbum hominum, sed sicut est verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Nonne euidenter euangelium Dei & Dei verbum, prædicationem de Christo commemorat? Quippe id omnibus manifestissimum est. Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudicens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce Deus & magnus planissimè nominatus est Dominus noster Iesus Christus. Ipse est enim, cuius aduentum gloriæ expectantes, sobriè viuere & irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo theophorus, quomodo sit & magnus Deus? vel quomodo beata est spes in eum? siquid è verus est Propheta Hieremias, dicens: Maledictus qui spem suam ponit in hominem. Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut antè dixi, Deum portare. Denique doceat nos, quid impediatur aliis etiam omnes deos esse, & adorandos qui in se habuerint Deum. Deum autem & magnum & beatum, habet illuminationem, Christum nominat beatus Paulus, qui inuenitur dicès de Iudæis, & de Emmanuel: Quorum patres & testamentum & promissiones, ex quibus CHRISTVS secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula seculorum, Amen. Quod verò secundum diuinam reuelationem, perspicuum sit, ipso dicente: Deinde post annos quatuordecim iterum ascendit Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendit autem secundum reuelationem, & exposuit eis euangelium quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui videbatur aliquid esse, nè fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem. Christum prædicans gentibus ut Deum, diuinum nominat ipse vbi què mysterium. Ascendit per reuelationem Hierosolymam, & exposuit his qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis Apostolis, siue discipulis, nè fortè in vacuè currat, aut cucurrerit. Cum verò ab Hierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendauitne aliquid ex prioribus? Nonne perseverauit Deum cõsistens Christum? Atqui scribit quibusdam: Miror quod sic citò transferimini ab eo qui vos vocauit, in aliud euangelium, quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes conuertere euangelium Christi. Ait idem iterum: Sed & si nos aut angelus de cælo euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. Pro qua igitur causa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum prædicabat IESVM sicut Deum?

ALIUD. CAP. XXIII.
Scriptum est de Christo: Cum autem esset in hierosolymis in die festo, multi crederunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Ipse autem IESVS non crederet se illis, quod ipse sciebat omnes, & quod non necesse habebat, ut aliquis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Si homo esset tantum theophorus, quomodo non decepti sunt multi, qui Hierosolymis in nomine eius crediderunt? Vel quare solus cognoscit quæ sunt in homine, cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse enim Deus dicitur corda nostra singularim. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim: Quia potestatem habet filius hominis in terra remittere peccata. Quare solus præter alios affessor est Dei & patris? Quare soli obsequuntur angeli? Et nos quidem docuit communè putare patrem, qui est in cælis: sibi autè eum specialiter ascribit. Sed forte dices, quod huiusmodi voces inhabitanti verbo deputandè sint. Nonne igitur eum oportebat iuxta prophetas conuenientem mensuram, ipsum quoquè dicere, Hæc dicit dominus: Verum cum ea quæ sunt supra legem, sancire vellet, assumens sibi conuenientem legillatoris auctoritatem, aiebat: Ego dico vobis. Quomodo liberum se ait, & non obnoxium Deo? Idèd, quia est filius veritate. Et si esset homo theophorus, essetne etiam liber secundum naturam? Solus enim Deus liberat, quia solus est. Solus enim quasi tributa omnium exigit, & tãquam loco debitorum, ab omnibus recipit religionem. Et si exitus legis & prophetarum Christus est, est autem homo theophorus, nonne dicere liceat, quod prophetarum prædicationum exitus, & prophetarum crimen nobis induxerunt? Deinde quidem lex prædicabat, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruies. Qua nos eruditione perduxit ad Christum, quasi ad agnitionem illius, qui in lumbis fuerat posteriorum. Spernentèsne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Vbi enim præstabilis erat DEVM intelligi, in cælo magis, an in homine? in Seraphin, an in terreno corpore? Si erat homo theophorus, quibus modis propemodum, à nos, participauit carni & sanguini? Nam si, quia inhabitaret, hoc ei sufficit nostra similiter à nos participare, id est, hominem factum esse, inhabitauit & in multis sanctis. Homo igitur non semel, sed sæpissimè factus est. Quare ergò semel in consummationem seculorum, id est, in destitutionem peccati, per hostiam suam dicitur apparuisse? Quomodo vnum nobis verbi aduentum prædicant diuinæ scripturæ, si theophorus erat homo? templum scilicet & ipse factus est DEUS? Quomodo etiam in nobis CHRISTVS est? Sicut templum ne in templis, an ut Deus magis in templis

plis per spiritum? Si theophorus erat homo, cur est solus ipse corpus viuificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus inhabitauit Deus omnipotès. Scripsit autem alicubi etiam diuinus Paulus: Irritum faciens quis legem Moysi, sinè vlla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur: quãdò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui pollutum duxerit sanguinem testamenti pollutum duxerit? Atqui diuina erat lex, & mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriorè supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem CHRISTI? Vel quomodo potior est religione, quæ est secundum legem, fides in Christo? Sed ut iam antè diximus, est non similis aliorum sanctorum homo theophorus, sed Deus magis verè, & omni mudo celsiorem possidet gloriam, quod cum Deus sit natura, Dei verbum factum est caro, siue homo perfectus, animatum enim & rationale esse, quod adunatum est, & credimus corpus, & vera omninò est adunatio.

QUOMODO OPORTET INTELLIGERE, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et quomodo mittitur verbum, quod Deus est. Et quomodo proprium ipsius dicitur corpus.
Cap. XXIII.

Si enim Abraham apprehendere verbum Dei vnigenitum, beatus Paulus commemorat: nec non etiam, quod propemodum à nos, participaret carni & sanguini. Memores autem, scimus etiam vocem Ioannis. Ait enim: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Idèd igitur fuit propositum vis spiritualibus docere, quod Dei verbum conuersionis sit patiens? aut quod eum fas sit commutationem, quæ magis creature conueniat, sustinere? adèd vt id quod non erat, forsitan aut in id sua sponte deueniat, aut vt alius contra ipsius voluntatem ad aliam naturam impellatur? Absit. Manet nanque idem, à sua natura commutationem omnem excludens, & conuersionis umbram nesciens pati. fixa est enim semper in suis superna illa cælestisque natura. Quomodo igitur verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem diuina scriptura carnem plerumque nominat, & quasi ex parte, animalis totius significationem facit, nec non etiam à sola anima: interdum tantundem ait: Scriptum est enim, quod videbit omnis caro salutare Dei: Et ipse diuinus Paulus: Non consensit, inquit, carni & sanguini. Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel, potifex Moses: In septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Aegyptum. Sed non idcirco dixeris, quod nudæ & sinè carne animæ in Aegyptum descenderint: nec porro, quod in animis corporibus & solis carnibus salutare suum Deus indulerit. Quoties igitur

tur audimus carnem factum esse verbum; hominem intelligamus, ex anima & corpore factum. Est autem verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum & rationale: idque sibi verè adunauit, quomodo ipse scit, (nostris enim sensibus huiusmodi cogitationes omninò cerni non possunt) & nuncupatus est filius hominis.

Sed si oportet tãquam in speculum intuentes dicere, coniectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse verbum corpori habenti animam rationalem, qualiter etiam hominis animam suo corpori, ipsa quidem diuersæ naturæ, sortita tamen communionem adunationemque cum corpore, ut penè videatur non esse alia præter corpus, eò quod per compositionem ex utroque animal vni efficiatur: manet tamen ipsa, ut antè memoraui, in sua natura. Ergò non per commutationem aut conuersionem hominem factum dicimus Dei verbum, nec prorsus quod deus esse desièrit: sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex vtero adunatus, exiit homo idem simul & Deus: neque DEI & patris generationem areanam proiciens, sustinuit ex muliere, in dèd initium vt esset accipiens: permittebat autem carni propriæ, naturæ suæ legibus nasci, secundum natiuitatis rationem duntaxat. Ceterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile: natus est enim ex virgine, & solus matrem habet innuptam. Factum autè etiam ipsum carnem, & in nobis inhabitasse commemorat, vt utroque comprobaret, & factum fuisse hominem, & suum non perdidisse: mās enim quod erat. Intelligitur nanque certè, tãquam aliud in alio inhabitaret, id est, diuina natura in humanitate, non perpeffa commixtionem aut confusionem, aut commutationem; vt esset quod nõ erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum sit tale, quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At verò in verbi natura & humanitatis, solam nobis differentiam designat diuersitas naturarum. Vnus enim ex utroque intelligit Christus. Ergò in confusione, vt antè dixi, seruata, inhabitasse verbum ait in nobis: Scit enim vnum esse filium vnigenitum, carnè femoris eius, cum luctaretur cum eo, & dixit ei: Dimitte me, ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, nisi benedixeris me. Et post alia: Benedixit autem eum ibi, & vocauit nomen loci illius, faciem dei. Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ascendit autem sol cum transijt faciem Dei: ipse autem titubabat femore suo. Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim videtur Iudæorum oblationem, qua utebantur in Christo, penè cum ipso luctantes, qui tamen superati sunt, & ipsi autem impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum nouissimis temporibus conuertissent. Attamè illud

Compositio

De differentia naturarum.

Gen. 32.

Eph. 40.
Luc. 3.
Galat. 1.
Act. 7.
Deut. 10.
Gen. 46.

illud certè homo erat, qui luctabatur, cum Iacob Dei faciem nominabat. Neque id solum, nam sciebat eum Deum esse veritate. Vidi enim, inquit, DEVM facie ad faciem, & saluata est anima mea. Deus nanque est natura Emmanuel. Dicitur etiã facies nei: nam est figura substantiæ patris. Itã se vocabat apud Iudæos, cum diceret de Deo & patre: Neque faciem eius vidistis. Et, Verbum eius non habetis in vobis manens, quod quæ misit ille, huic vos non creditis. Quod verò Deus sit verus homo ille, qui luctabatur cù Iacob, sacra litera iterum faciet fidem. Dixit enim, inquit, Dominus ad Iacob: Surge, ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres à facie Esau fratris tui. Reuertens enim ex Mesopotamia, deindè timens Esau, traiecit Iacob pueros & omnia vasa sua: subremanfit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

ALIVD. Caput XXV.
DEatus Daniel horribilem nobis visione noctis, & ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniens, & vsque ad vetustum dierum peruénit, & in conspectu eius adduxerunt eum, & ipsi datus est principatus & honor & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruiant: potestas eius, potestas in æternum, quæ non transgredietur, & regnum eius non corrumpetur. Audis quemadmodum non hominem se vidisse simpliciter commemorat, nè vnus ex nobis & iuxta nos Emmanuel esse credatur, sed quasi filium hominis? Cùm enim verbum natura sit DEVS, in similitudine hominum fuit, & inuentus est habitu vt homo, vt in eodem vtrunque intelligatur: & neque homo nudus, nec verbum absque humanitate vel carne. tamen ei principatum & honorem quem semper habeat, datum esse commemorat. Ait enim, q̄ omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruiant. Cùm igitur etiã in humanitate positum vnigenitum DEI verbum, seruientem habeat creaturam, & patris principatum & suum: peperit autem secundum carnem ipsum sancta virgo, quomodo non intelligitur sancta virgo Θεοτόκος?

DE CHRISTI PASSIONE, ET QVOD Vtile sit quod secundum aliud de vno eodem dicitur, diuidimus in duo. Cap. XXVI.

SANCTUS Paulus salutarem passionem nobis exponit, ait nanque: Nunc gratia dei pro omnibus gustauit mortem. Nec non etiã: Tradidi enim vobis inprimis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & resurrexit tertia die. Ad hoc etiã sapientissimus Petrus: Christo, inquit, passo pro nobis carne. Cùm vnum igitur

Heb. 1.

Ioann. 8.

Gen. 31.

Gen. 32.

Dan. 7.

Philip. 2.

Dan. 9.

Lucæ 2.

Heb. 2.

1. Cor. 15.

1. Petr. 4.

credamus Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, id est, in humana forma conspectum, siue hominem factum iuxta nos DEVM verbum, quonam modo & passionem ipsi deputemus, & impassibilem seruemus vt DEVM? Ergo passio quidem dispensationis erat, sua quidem dicente Deo verbo ea, quæ sunt propriæ carnis, propter inenarrabilem vnitatem: manente verò extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertineat. Impassibilis enim DEVS est. Neque id mirum, cùm & ipsam animam hominis videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem, quantum pertineat ad naturam: at tamen non extra passionem esse intelligi, eò quod proprium sit corpus ipsius quod patitur: & licet incontigua sit & simplex, tamen id quod patitur, non alienum est. Sic intelliges etiã de Christo omnium saluatore. Vtar autem exemplis, quæ quasi per ænigmata nobis possunt ostendere, quod communicarit quidem passioni vnigenitus, quãtùm pertinet ad familiaritatem corporis sui: manserit autem passionis expers, vt Deus. Denique Deus omnipotens prodigia sapientissimo Mosi iubebat efficere, vt credat ei Israel quod esset missus à DEO, & vt à violentia liberentur. Ait autem: Et accipies aquam de flumine, & effundes super terram, & erit aqua, quam accipies in flumine, sanguis super terram. Inquimus autem, quod aqua quidem figura sit vitæ, & quod sit per naturam vita filius ex patre, tanquam ex flumine exiens eiusdem substantiæ. Ratione itaq; omnia viuificat. Sed cum aquam, inquit, effuderis super terram, erit sanguis. Ergo cùm factus est caro de terra, id est, quandò à terra carnem sibi circudedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passus, licet per naturam sit vita. In Leuitico autem pollutum quidem & imundum leprosum esse significat, itã quod eum de castris eijci præcipit oportere: & si sanus fuerit à morbo, hoc eum pacto purgare: Et accipient purgati duos pullos mundos, & lignum cedrinum & coccum & hyssopum, & præcipiet sacerdos, & occident pullum vnum in vas fictile, in aqua viua, & pullum qui viuuit, accipiet illum, & lauabit in sanguine pulli occisi in aqua viua, & adsperset super eum qui purgatus est à lepra, septiès, & mundus erit. Reddit quidem nos mundos, & pollutionis fordes abluit, & carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis preciosissimus Christi, & purgatio baptismatis sacrosancti. Cæterum illud adspice: (omittentes enim scriptorum vim subtiliter examinare, quod mysterio expediat, in præsentia memorabimus) Pullis duobus comparat Christum, non quod duo sint filij, sed quod vnus potius ex duobus, ex diuinitate & humanitate, in vnitatè collatus. Mundi autem pulli: neque enim fecit

Exod. 3.

Exod. 4.

Leuit. 13.

Leuit. 14.

peccat-

Ioann. 3.

Lucæ 2.

peccatū Dominus noster IESVS Christus, sed erat verbum sanctum & diuinitate & humanitate. Volucris verò comparatur, quod quasi in sublimi sit super terrã & à cælo desuper. Etenim à cælo est homo Christus, licet carnem sancta virgo peperit. Quomodo igitur desuper de cælo? Deus enim verbum, quod est desuper & ex patre, carnem ex virgine sancta accipies, & eam suã propriamque existimas, tanquã si eam desuper & de cælo detulisset, dicebat: Et nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis. Ea enim quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit: adunatum verò semel iam cum ipsa, vnum scilicet æstimabitur. Cæterum vide, occiso vno pullo, lauari quidè alterum, eius sanguinem tamen non emori. Et quid hoc sit? Viuebat enim verbum, licet sua caro fuisset emortua, & communem passionem esse ducebat propter adunationem & familiaritatem, quã habebat cum carne. Igitur ipse quidem viuuit vt Deus, corpus verò tanquam proprium faciebat, & in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur & necessarium est, si in vno Christo id accipiamus, quod secundum aliud & aliud de vno eodemque constituatur: & quod in duo diuidi non permittat, licet diuersa inter se & minimè conuenientia acta esse dicantur. Est autem tale quod dico: Natum esse secundum carnem ex muliere, dicimus Deum verbum, quauis omnibus ipse præbeat nasci, & ad natiuitatem, quæ nondum nata sint, vocet secundum aliud & aliud. Natus est enim, eo quod homo nostri similis intelligatur. Vocat autem ad natiuitatem omnia, eò quod natura sit DEVS. Scriptum est autem de ipso: Puer proficiebat & confortabatur, & implebatur sapientia & gratia, cum natura sit perfectus vt Deus, & ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat, & ipse sit sapientiæ dator & gratiæ. Quomodo proficit puer, & sapientia impletur & gratiæ secundum aliud & aliud. Cùm sit enim idè ipse homo simul & Deus, propter vnitatem quidem propria ducit humana. Est autem perfectus & sapientiæ & gratiæ dator, vt Deus. Nuncupatus est etenim primogenitus, & vnigenitus. Sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est, qui est inter fratres plurimos primò genitus. Vnigenitus verò, vt vnigenitus, non iam primogenitus, nec inter plurimos fratres, & est ipse & hoc & illud. Et quomodo? Ergo secundum aliud & aliud. Primogenitus enim, vt inter plurimos fratres, propter humanitatem: Vnigenitus porò idem, vt solus ex solo patre natus & Deo, sanctificatus fuisse dicitur per spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes. Baptizatus est secundum carnem, qui in spiritu sancto baptizabat. Quomodo igitur idem & sanctificat & sanctificatur, & bapti-

zat & baptizatur? Secundum aliud porò & aliud. Sanctificatur enim humanè, sic etiã baptizatur. Sanctificat autem diuinè, & baptizat in Spiritu sancto, cù ipse suscitaret mortuos. Resurrexit à mortuis, & cum sit per naturam vita, viuificari dicitur. Hoc quoque quonam modo? Secundum aliud nempe & aliud. Ipse enim resurrexit quidem à mortuis, & viuificari dicitur secundum carnem: viuificat autem & suscitatur à mortuis, vt potè Deus. Patitur, & non patitur, secundum aliud & aliud. Patitur autem humana carne, eò quod homo sit. Impassibilis autem diuinè manet vt Deus. Adorauit ipse nobiscum. Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus. Adest etiã adorandus. Flectitur enim ipsi omne genu. Hoc quoque secundum aliud & aliud. Adorat enim, quia naturam assumpserit, quæ debeat adorare. Adoratur autem porò idem, quasi maior adorante natura, eò quod intelligitur DEVS. Adoratione verò non est diuidendum in hominem seorsum, & seorsum in Deum: nec verò tanquam Deo coniunctum æqualitate dignata sit diuisis substantijs, cum ipso adorari dicimus hominè. Id enim extremæ impietatis plenissimū est, sed vnum adorandum hominem factum & incarnatum dei verbum, itã tamen, vt credamus corpus ei adunatum, animam iuxta habuisse rationalem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere tam à nobis quàm à sanctis angelis adorari: Vnus est enim, qui est introductus in orbem terrarum. Et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium inueniemus. Introductus est autem in orbem terrarum, tunc cùm factus est homo, licet & natura sua distare ab orbè longissimè videatur, & in diuinitatis eminentia verè esse credatur. Alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit deus. Vnus tamen, vt antè dixi, adorandus est, & tunc cùm in multis fuerit fratribus: tunc etiã propterea dicitur est primogenitus. Vnum filium adorauit cæcus à natiuitate sua, cùm præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam cùm inuenisset eum, inquit, in templo Iesus, dixit: Tu credis in filium Dei? Ille autem dixit: Quis est, Domine, vt credam in eum? Christus verò ei seipsum cum corpore demonstrabat: Et vidisti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Vides quod singulari numero vtatur, non permittens Deum & hominem seorsum intelligi? Immo verò & si quis hominem nominauerit Emmanuelè, minimè quidè comunem hominem significauit, sed Dei verbū adunatum nostræ nature. Sicut vnum hominè adorare beati discipuli, cùm eum videtes miris modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: Verè Dei filius est. Si verò hominem cū deo coado-

Ioann. 4.

Philip. 3.

Heb. 1. b

Ioann. 9.

Matt. 14.

coadorari dixerimus, diuisionem spatiosissimam inducemus. Sed enim semper, quod Latine est, Cum, si in significatione unitatis, quæ est per compositionem, ponatur, duo omnino cogit intelligi. Quemadmodum enim nemo sibi conuiuere dicitur, neque concenare, aut coadorare, vel coambulare: duarum enim personarum significationem inducet præpositio verbo præposita: ita etiam si quis coadorari hominem cum DEO dixerit, duos planè filios dicit, & eos esse diuinctos. Unitatis enim ratio si in sola dignitate æqualitate siue autoritatis intelligatur, non esse vera conuincitur: idque à nobis iam pluribus antè probatum est.

AD ILLOS QUI AIUNT, QVOD
sola relatione DEVM verbum
deceant humana.

Cap. XXVII.

Garriunt nonnulli de carnali dispensatione vnigeniti, & venerabile & magnū ac superis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam saluati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulchritudinemque veritatis, cum eos oporteat non si quid rectè habere videantur, roborare conari, sed inspicere magis subtili acutoque mentis oculo sacrum propositum literarū, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea que patres sanctissimi examinarunt, qui sancti spiritus illuminationibus eruditi, sanxere nobis symbolum fidei ipsum, dicentes quod ex patris substantia inestimabiliter natum est Deus verbum, per quod omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra, propter nos homines & nostræ salutis causa descendisse, carnem factum, passum, ascendisse in cælum, venturum per tempora iudicare viuos & mortuos. Verum nonnulli sunt, doctos se esse scientesque opinantes, & supercilio & tumore inflati, qui si hæc verba audierint, derident, & ea quæ tanquam rectè sunt dicta, deliramenta magis existimant, cum præsertim credamus, illuminatione Spiritus sancti paruifese sanctis patribus scientiam veritatis: at illi, tanquam si soli possint meliora sentire, non ipsum existimant vnigenitū Dei filium, quod est ex substantia eius Deum verbum, passum esse sua carne pro nobis humanè, licet eò quod Deus intelligitur, in sua natura habeat, ut pati non posset: hominem autem seorsum & separatim eum ponentes, qui est ex sancta virgine procreatus: deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt verbo Dei & patris: & rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt à Deo æqualitatem dignitatis siue autoritatis, & vt simili appellatione & Christus & filius dicatur & Dominus. Sin verò etiam passus esse aliquid dicatur homo, qui ab ipsis excogitatur: oportere autem in ipsum Deum verbum referri, eò quod coniunctus sit ipsi æqualitate dignitatis, * cū naturis di-

Arrogantia
hæreticorū.

*cū in

uersis vnusquisque; id sit quod est. Explanabo autem vim sententiarum, quantumquātum ipse valero, sacrarum literarum exempla proponēs. Esurijt Christus, itinere fatigatus est, dormiuit ingressus in nauiculā, pulsatus est à ministris verberibus, à Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungētes, acetum mixtum felle ori eius obtulerunt: gustauit autem & mortem cruce, passus & alia conuicia Iudeorum. Hæc omnia homini quidem contigit commemorant, referri verò in filij Dei personam. At nos credimus, sicut in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem: ita etiam in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium eius. Diuidere verò seorsum in hominem Emmanuel recusamus, & seorsum in verbum. Scientes autem quod factum sit iuxta nos verbum & homo, verè ipsum eundemque dicimus deū de Deo, humanè verò hominem iuxta nos ex muliere. Affirmamus autem propter familiaritatem carnis quidem eum infirmitates fuisse perpeffum: seruasse verò naturæ suæ impassibilitatem, eò quod non homo erat solum, sed idem etiam Deus natura. Er quemadmodum erat proprium corpus ipsius, ita etiam naturales corporis & inculpabiles passionis, nec non ea quæ ei illata sunt petulantia nonnullorum: patiebatur autem impassibiliter, qui non idcirco se humiliavit, vt esset tantum similis nostris, sed quia, vt antè dixi, naturæ suæ, vt istis omnibus superior, referuasset: ac si diceremus, quod per conuersionem vel commutationem naturæ suæ, in naturam trāsierit carnis: necesse è erant omnibus modis, nos, inuitos etiam, confiteri, arcanam diuinamque naturam fuisse passibilem. Sin autem manserit incommutatus, licet iuxta nos homo sit factus, & est propriū cælesti naturæ, vt pati non posset: deinde per adunationem ipsius fuerit corpus passibile, patitur corpore patiente, eò quod ipsius fuisse dicitur proprium: manet verò ipse impassibilis, eò quod ipsius est porro propriū, vt pati non posset. Et si glorificatus est Emmanuel per passionem, vt ipse dixit, cum pro nobis preciosam crucem esset passurus, Nunc glorificatus est filius hominis: cur passionis gloriam homini tribuentes, solam habenti coniunctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non erubescunt? Nam sicut ipsi existimant, coniunxit sibi secundum voluntatem patris & complacitum hominem. Similiter & eum suæ gloriæ parem effecit, & concessit, vt simili appellatione Christus & filius & Deus nominetur & Dominus. Ergo neque incarnatum est verè verbum, nec prorsus homo est factum: & fortè etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum patiatur detrimentum. Aut enim dicant, immò magis procedant in medium, probaturi, quod coniunctionis, quæ ab ipsis induci-

Ioann. 12.

inducitur, modus habeat vim, & idem verbū hominè factum: aut si ea non ita habere existimant, quare coniunctionis nobis inconiunctæ modum excogitant, veritate neglecta, cum deceat eos dicere, humanitati nostræ adunatum fuisse DEI verbum & patris? Ità enim carne quidem propria intelligitur passus humana: quantum verò pertineat ad diuinitatis naturam, molestiæ omnis expertus, vt Deus. Quod verò relationem nominantes, quæ nescio quomodo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant: Emmanuel quoque, eum vix vnum sanctorum efficiant Prophetarum, & quod inter mensuras constituant plurimorum, in eoque proculdubio capiantur, probabo porro diuinæ scripturæ ponēs exempla. Murmurabat aliquandò in deserto aduersus Moysen & Aaron populus Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus, percussi à Domino in Aegypto, cum sedebamus ad ollas carniū, & edebamus carnes vsque ad fatietatem. Dicit deinde sapientissimus Moyses: (erat enim consequens, tam temerè impatientes confutare) Nos autem qui sumus? Neque enim aduersum nos est murmuratio vestra, sed aduersus Deum. Regnabat autem per illa tempora etiam Deus omnipotens per sanctos prophetas in populo Israel. Illi autem in hoc etiam pusillanimes, accedebant ad diuinum Samuel, dicentes: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, & nunc constituere super nos regem, qui iudicet nos, sicut & cæteræ gentes. Molestè quidem nimis ferebat id propheta. Ait regnat Deus omnipotens: Audi vocem populi, sicut locutus est ad te, quia te non spreuerunt, sed me, vt non regnem super eos. Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis Apostolis: Qui recipit vos, me recipit. Necnò etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur: Venite benedicti patris mei, participite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Probitatis verò ipsorum mores familiariter agnoscens, de his quibus benè consultum fuerat ab ipsis: Quandiū feceritis, inquit, vni horum minimorum, mihi fecistis. Ecce in his, relationis modus qualis sit, cognoscitur. Vehementer murmurabat aduersus Moysen & Aaron populus Israel, & res quidem hæc habet relationem in Deum: erant tamen Moyses & Aaron homines similes nostris. Eodem pacto etiam in alijs intelliges, quorum nupè fecimus mentionem: sed erant quidem, vt antè dixi, sancti & admirabiles homines, homines tamē similes nostris. Eòne igitur modo etiam homo Deo verbo coniunctus, vt illi aiunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo iam non sit homo communis, & seorsum, & aliud nihil? Ergo non est verè Deus, Emmanuel, non vnigenitus filius, non Deus secundum naturam? deinde, quam ob causam nemo aliorum à DEO verbo honoratus est

æqualitate dignitatis siue autoritatis: solū autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt, maximè quum Deus saluator omnium, non iudicat ad personam, sed iustum iudicium, sicut ipse commemorat? Quare ergo confidet solus? quomodo veniet iudex obsequentibus angelis? Quare autem solus tam à nobis, quàm à supernis principibus adoratur? Sed valdè, inquit: te enim quoque id agere inuenimus. Passim enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuas passiones, licet impassibilem serues vt Deum. At nos, vir optime, quum prius aduauerimus verbum & hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassibilem verò vt Deum seruabimus. Nam licet factus sit similis nostris, attamen scire debemus cælestium dignitatum, & diuinæ eius eminentiæ maiestatem. Præmissa igitur unitate ea, qua quasi aliquo fundamento fidei præiacta, carne quidem passum esse confitemur, mansisse verò extra passiones: quippe cum in se habeat, vt pati non possit. Sin verò in partem ponamus verbum & hominem, naturas à se diuidentes, & secundum solam relationem dicamus Deum verbum suum duxisse ea quæ corpori contigerunt, Moysi quippe & Aaron modum habebitis, qui ex sancta virgine procreatus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Ergo & ipsi per Prophetas sanctos dicant: Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas. Faciem autem meam non auerti à confusione sputorum. Porro, Insuper manus meas & pedes meos, numerauerunt omnia ossa mea. Et porro, Dederunt in cibum meum hyssopum, & in siti mea obtulerunt mihi acetum. Ipsi omnia hæc vnigenito attribuiimus, quæ pro nobis dispensatoriè carne passus est, secundum scripturas. Viuifica enim eius passione nos sanati sumus, & infirmatus est propter peccata nostra ipse, impassibilem verò eum natura esse cognoscimus. Nam si (vt dudū dixi) idem homo est simul & Deus, sunt quidem certæ humanitatis eius passiones. Porro DEI proprium est, vt impassibilis intelligatur. Hæc ita sentientes, seruabimus pietatem, & per rectas cogitationes & sensus ad cælestis vocationis palmam perueniemus in Christo, per quem & cum quo, Deo & Patri gloria cū Spiritu sancto. Amen.

BEATI CYRILLI ALEXANDRI
ni Archiepiscopi, Liber Apologeticus
pro duodecim capitulis, ad Orientales episcopos, qui illa scriptis taxarunt.

QVI suam mentem sanctissimo Deo dicarunt, & veritatis dogmata profiteri delegerunt, cauent & prophana irreligiosorum hæreticorum vaniloquia, confirmante internum & absconditum cordis oculū scriptura

Ibidem.

for. sua

Matth. 1.

Esaie 53.

Psal. 21.

for. Emma
nuelis, qd
eum vix

Exod. 16.

1. Regum 8.

Matt. 10.

Matth. 25.

Ibidem.

3. Reg. 19.

ptura diuinitus inspirata bonis cogitationibus: et ijs qui recta peruertunt, oblectantur: idq; strenue, quasi dicentes: Zelando zelati sumus nominum. Itaq; quum Nestorius multas & diuersas blasphemias contra Christum saluatorem nostrum omnium effuderit, & quodammodo venerandum & magnu in carnationis sacramentum funditus remoueat, non ignoramus, ad hac velle silere, piculosum esse. Ceteram cum sapissimè cõsuluerimus illi, vt à talibus blasphemijs cessaret, nihilq; penitus proficeremus, necessariò tandem ad defendenda pietatis dogmata accessimus, & selectis quibusdam illius dogmatib; ea vtiliter anathematizauimus, hoc est, eos qui talia sentire volunt, obtemperantes in hoc beato Paulo, dicenti: Si quis vobis euāgelizauerit p̄ter id quod accepistis, anathema sit. Sed etsi nos, vel angelus de celo euāgelizauerit vobis p̄ter id quod accepistis, anathema sit. At nescio quo pacto id grauatim ferat periq; *vel sint eiusdem sententiæ ac opiniois cum illo: vel simulēt quidem se vitare opinionis societatem, attrētent autem modis omnibus ipsum adiuuare, & reddere exosos eos, qui saluatorem Christu simul predicare volunt. Veruntamen cogitandum erat, quod increpare diuersa docētes, cõciliandi illis amoris in Christum syncretitatē, officiu fuerit: nunc autem, cum nō faciāt meliūs, vt oportebat, atq; adeo multum in eis desideratur, immò facti sunt infensissimi his, quorum si fuissent imitatores, cum ipsis corona redimiti forent. Itaq; anathematismos arripiunt, quasi non habeant bene, vndē & vniciue suarum mentiū adinventiones scribendo apposuerunt, rati se qui stultas quasdam ac friuolas fabulationes commenti sunt, attracturos etiā librorum suorum imprudentes lectores. Itaque & nobis necessarium fuit, è diuerso veritatem tractare, & refellere obloquutionem, ostendereque aduersarios esse dicacitatis studiosos, vel saltem veritatis indagatores. Proindē p̄ordinabimus singulos anathematismos: deindē his adiungemus, quæ ab illis composita sunt. Postremum subdentes & nostra, ea diuinas scripturas scientibus quasi iudicibus offeremus, petentes ab his qui veritatem sciunt, sententiam rectam & inculpata.

Anathematismus primus.

Ephesini conc. cap. 1.

SI quis non confitetur Deum esse secundum veritatē Emmanuelem, & propter hoc Dei genitricem, sanctam virginem: genuit enim carnaliter carnem factum Dei patris Verbum, anathema sit.

Orientalium oppositio.

Lucæ 1.

ET quis carnaliter carnem factum DEI Verbum, natum esse simul cõsitetur? Nam si carnaliter genuit, iam non vt virgo. Et vbi ponemus hoc? Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi,

si carnaliter iuxta illius mentem virgo, & nō vt Deum decet, genuerit? Et quomodo hanc stella, insolito modo appārens, demonstrauit? Magi ex Perside, illa duce, aduenerūt natum quærentes: & inuento, dona obtulerūt. Angeli qui descenderant de celo, cum pastoribus mixti, de natali tripudiārun, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus beneuolentia. Hæc cuius indicia? carnalis, vel eius quæ Deum decet, natiuitatis? Et alioqui si absque examine & iudicio in voces incidimus, & cõuersionem & cõmutationem verbi in carnē imaginabimur, & sic etiā peccatum & maledictum ipsum natum esse suspicabimur, si quidem minis ad sequentia & præcedentia contextus sermonis, & ad ipsam consuetudinem scripturæ attenderimus. Ceterum carnem esse factu Verbum, rectè iuxta Euangeliorum mentē, habitationem in carne exponimus.

Defensio Cyrilli.

Dispensatiōis vnigeniti filij Dei in carne sacramentum sapientissimus Ioannes Dei declarat, scribens: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc rectè intelligentes beati patres, olim in Nicea congregati, dixerunt ipsum verbum ex Deo patre esse natum, per quem omnia fecit pater, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, in carnatum & hominem factum esse, hoc est, vnitum carni, animam habenti rationalē, & hominem factum esse, & cum hoc etiā mansisse Deum. Quod autem absque conuersione & confusione vnionis opus factum est, manente (vt dixi) Dei verbo id quod est, tametsi facta sit caro. Immutabilis enim secundum naturam est, id quod nulli dubium. Nam dum dicitur in carnari, nō intelligitur, quod in carnis naturam vertatur, sed aliud quiddam ab illa sit, & vnitum sit ei. Sic sentientes beati patres, Dei genitricem nominauerunt sanctam virginem. Crediderunt em, quod in carnatum & hominem factum genuerit filium, per quem omnia fecit pater. Verum Nestorius nouellarum blasphemiarum inuentor, cum illa opinione pugnans, perstringit quidem vocem, Dei genitricem, quasi nō sit verè dicta, dicebat autem sic: Interrogauit, inquit, sæpè eos: diuinitatem natam dicitis ex sancta virgine? Resiliūt statim ad verbum. Et quis, inquit, tāto blasphemix morbo laborat, vt illum quæ genuit, templū dicat, & à Spiritu sancto Deum in illa conditum esse? Deindē quandò infero, Quid igitur absurdum nos dicimus, consulentes fugiēdam vocem, & eundem ad commune, verasque naturas significās? Id nunc blasphemè dictum putant. Vel conficere manifestè Deitatem ex beata Maria natam esse, vel si fugis hanc vocem, dic quare ea vti non liceat. Igitur illo vrgente, immò persuadete impiē, vt ij qui sanctam virginem Dei genitricem dicunt, fateri debeant carnis fuisse fructum

Θεικός ἀπόστολος

Matth. 2.

1. Ioan. 1.

Lucæ 2.

Ioan. 1. ἐγένετο

Ioan. 1.

ctum nudum, & seorsum deitatis naturā, & substantiæ initium ex muliere habuisse dei verbum: nos autem ab hac opinione alienos esse, qui certiores fieri volūt, audiant. Nondum ita delirauimus, vt velimus sentire aliud quàm sit sentiendum. Peperisse dicimus virginem, carnem factu secundum scripturas Dei verbum, hoc est, hominem: peperisse autem illum carnaliter, hoc est, secundum carnē, nā Deus & pater secundum diuinitatem, genuit ex se Deum existentem filium. Quoniam autem quod natum ex carne, caro est, genuit virgo, vt caro existēs, carnaliter. Carnaliter enim dicere, non est tollentis admirabilem natiuitatem, neq; subuertētis spiritus sancti operationem, qua in vtero formauit partum: sed docentis potius, quod sicut Deus gignit diuinē, hoc est, dignē Deo, secundum suam naturam, ita & homo humanē, hoc est, carnaliter. Deo autē existens secundum naturam verbum, quauis caro factum processit, hoc est, vt decet eum, qui secundum veritatem est Deus. Solus enim habuit matrem nuptias non expertam, & seruauit virginem eā, quæ ipsum peperit secundum carnem. Admiror autē quod grauantur dicere ipsam sanctam virginem, Dei genitricē, cum Deo dignē ipsam genuisse faterentur: non enim homo cõmunis gignitur Deo dignē. Dona itē allata esse dicūt à Magis, quæ & oblata & ei qui intelligebatur, & ei qui videbatur, diuidentes in duos iterum post vnionem vnū Dominum Iesum Christu. Qui enim intelligitur, factus est visibilis, nō imitatiōe naturæ, sed vnitione cū corpore quod videbatur. Et profectò ipsos spectatores & ministros fuisse verbi sanctos Apostolos, sacra scriptura ostendit, quauis nō vniciq; manifestum, quod sit in corporeum & intāgibile ac inuisibile Dei verbum. Verum inuenio dicētes sanctos Apostolos, quod erat ab initio, quod audiuius, quod vidimus, quod spectauimus oculis nostris, quod manū nostrā palpauerunt de verbo vitæ. Oblata igitur dona vni, hoc est, Christo. Etenim est in eodem Deus simul & homo, idem. Hac ratiōe nato ipso, tripudia quidem fuere sanctorum angelorum, exercitus autem spirituum dicentium ipsum saluatorem ac redemptorem. Porro quum Euāgelista dicat, Verbum caro factum est, formidandum dicunt, si dictio, factum est, propriam seruet significationem, versio quædam intelligatur circa diuinam verbi naturam fuisse. Laudo quidē metum, miror autem, quod cauentes dictionem, veramq; & necessariam manifestationē, sic factum fuisse carnem verbum dicūt, perindē ac si dicatur, factum fuisse maledictum & peccatum. Deindē quo pacto non vident mente præditi, quod beatus Euāgelista ponens dictionem, factum est, mox omnis cõuersionis suspicionem tollit, adijciens, Et habitauit in nobis? Absurdum autem & alio-

quū foret dicere, sic factam esse carnem verbum, vt factum esse dicitur maledictum & peccatum. Nō enim ipsum met maledictum vel peccatum factum est, sed cum iniquis reputatus est, iustus existens, vt aboleat peccatum: & appellatus est maledictus, qui benedicit creaturam, vt soluat nostrum maledictum, & liberet à pœna credentes in ipsum. Igitur non est factus secundum veritatem maledictum & peccatum, appellatus autem illorum nominibus, vt aboleat maledictum & peccatum. Igitur si sic factum esset caro, aboleuisset vtique carnem, sicut & maledictum & peccatum, & neque factus esset homo, neque incarnatus esset secundum veritatem. Sed in hoc solo esset sacramentum, & in nudis nominibus inueniret tropus. Tollitur autem omninò & resurrectionis spes. In cuius igitur mortem baptizati sumus? Vbi verbum fidei quod predicamus? Confessi enim quod Dominus IESVS, & credētes quod Deus ipsum excitauit è mortuis, saluamur. Igitur in vnū qui similis nobis, & communem hominem, erit fides? non vltra autem verbu, quod in humana forma propter nos apparuit, adoramus? Non accepit serui formam, liber vt Deus? non humiliavit seipsum, qui diuinitatis excellentia conspicuus est? qui in forma & equalitate patris, non demisit se in exinanitionem, quauis distribuatur de sua plenitudine creaturæ bona? Apagē cum malo isto consilio. Aliter nos edocuerunt sancti Patres, incarnatum esse & hominem factum esse secundum veritatem ipsum Dei patris verbum dixerunt, absq; cõuersione & confusione. Ineffabilis autem omninò est dispensationis modus. Testes autem eorum quæ dicta sunt, sermones illorum erunt.

SENTENTIAE.

Petrus Martyr episcopus Alexandrinus: Vndē & Euāgelista verè loquitur, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tunc videlicet, quandò angelus salutauit virginem, inquit: Aue gratia plena, Dominus tecum. Quod dicit Gabriel, Dominus tecum: pro hoc est dictum, Dominus verbum tecum: significat enim ipse gigni in vtero, & fieri carnem, sicut scriptum est: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Porro & quod nascitur sanctum, vocabitur filius Dei.

Athanasius episcopus Alexandrinus: Vndē & quum nasceretur caro ex Dei genitrice Maria, ipse dicitur natus esse, qui alijs natiuitatem vt essent exhibet, vt nostram in se transferret natiuitatem. Idem in epistola ad Epictetum: Quomodo & ambigere audent, qui vocantur Christiani? Dominus qui è Maria processit, filius quidem substantia & natura Dei est: quod autem secundum carnem, ex semine est Dauid, carne autem san-

ctæ Marię. Qui autem tam audaces fuere, vt dicerent CHRISTVM carne passum & crucifixum, non esse Dominum & saluatorem, & Deum & filium patris? vel quo pacto volunt nominari Christiani, qui dicunt in hominem sanctum, sicut in vnum prophetarum, venisse verbum? & non ipsum hominem factum, qui sumpsit ex Maria corpus: sed alium esse CHRISTVM, & alium DEI verbum, eum qui ante Mariam & ante secula filium existentem patris? Vel quomodo Christiani esse possunt, dicentes, alium esse filium, & alium Dei verbum? Has nos sanctorum sequemur sententias. Si autem quis diuersum docet, & diuersum sapit, extra rectam & regiam viam fertur. Quod autem & carnaliter dici natum esse CHRISTVM, non insolitum sit sanctis patribus, (est autem magis & in alijs tritum verbum) nihilominus nobis verè dictum esse demonstrat & quod subiungitur dictum. Habet autem sic:

Amphilochius Episcopus Iconij. Nisi enim ille natus esset carnaliter, neque tu natus esses spiritualiter: nisi ille portasset serui formam, neque tu gloriam adoptionis filiorum nactus esses. Significat autem & hoc loco carnaliter, hoc est, secundum carnem, sicut scilicet diuine, hoc est, secundum diuinitatem.

Cyrilli anathematismus tertius.

SI quis in vno CHRISTO diuidit substantias post vnitionem, sola coniungens eas copulatione, quæ est secundum dignitatem, hoc est, auctoritatem vel potestatem, & non potius conuentum, qui secundum vnitionem naturalem factus est, anathema sit.

Orientalium obiectio.

Iterum illum suorum commonefecimus verborum, ostendentes ipsum duas substantias dixisse. Dicit enim in primo Tomo: Itaque quantum ad suam naturam, non sanctificatum est solum Dei patris verbum. Si autem quis putauerit eum qui ex sancta virgine genitus est, vnctum esse & sanctificatum solum, hac ratione & nominatum CHRISTVM: quomodo igitur, quasi oblitus suorum verborum, ad vnam hypostasin cogit, naturas confundens, naturalem diuinam vnitione nominans? Et quis vnquam ostendet naturalem diuinam vnitionem sacramenti dispensationes? Si enim naturalis vnitio, vbi gratia? vbi diuinum sacramentum? Naturæ enim, vt edocti sumus, semel ab ordinante Deo ordinatæ, necessarijs consequentijs seruiunt. Num etiam iterum erit, secundum resolutionem & naturæ consequentiam, dispensationis opus, iuxta deliramenta fabulosaq; mille annorum ignobilis Apollinarij dogmata?

Cyrilli defensio.

Diuinus Paulus, quomodo factus sit homo, vnigenitus Dei verbum, vt fidelis dispensator sacramentorum DEI, & ipsum habens in se loquentem Christum, manifestè omnibus ostendit. Non enim alicubi angelos apprehendit, inquit, sed semen Abrahamæ apprehendit. Vnde oportebat eum per omnia fratribus similem fieri, vt misericors & fidelis fieret Pontifex in his quæ ad Deum. Nos verò rectissima sententia dictum laudamus, sequentes vbique diuinitus inspiratas scripturas, & valde admirantes theologorum voces, immò & diuinas censentes leges, dicimus Dei patris verbum, non apprehendisse neque sanctorum angelorum, neque suam naturam: credidimus autem, secundum quod sacris literis videtur, quod adumbrat sanctam virginem, vtpote & virtus existens altissimi patris, formauit sibi corpus ex illa, veruntamen per operationem sancti spiritus & factus est homo, appellatusq; & filius Abrahamæ & Davidis, non amittens propter humanitatem, quod sit filius DEI & patris secundum veritatem, manens autem potius, quantum factus sit caro, in natura & eminentia & gloria veritatis immutabilis enim est, & conuersione melior vt Deus. Est igitur vnus & idem filius & Dominus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Diuidere autem vnum in duos filios, & soluere veræ vnitionis opus, in distinctos seorsum & positos, propriè hominem, & propriè DEVM, impietatem habet nulla scriptura satis fugilabilem.

Porro Nestorius ista parùm curans, audeat istis verbis sic dicere: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exinanauit, qui formam serui suscepit. Non dixit, Hoc sentite in vobis, quod & in Deo verbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit CHRISTVS, vt duarum naturarum appellationem significatiuam, sine periculo ipsum & serui formam dicit suscepisse, & Deum nominat, dum ea, quæ dicuntur, in duas naturas sine repræhensione diuiduntur.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium & terrenorum & subterraneorum, & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus, propter quem feretum quod fertur, non erat, inseparabilis est ab eo qui videtur, Deus: propter hoc, dum non separatur, honorè non separo: separo naturas, sed vno adorationem. Et iterum in alia explanatione: Dic eum qui suscepit, quod sit Deus: appone susceptum, quia serui forma: adijce post hæc connexionis dignitatem, quia duorum auctoritas communis, quia duorum eadem dignitas: naturis manentibus, fatere dignitatis vnitatem. Vides vbique separatim quidem inter se naturas, viuentem autem vt dicit, ad-

θεολογία

αυτο δὲ
τοῦτο νομίζουσι

orationem, & communè auctoritatem nominatim, iuxta solius dignitatem vnitatem. Quod autem commune, non vni commune sit, sed duobus prorsus vel pluribus, qui propriè & separatim considerantur. Itaque pro quo tanta facta est obiectio, quum sermo hoc rectè anathematizet? Quid absurdum, si execrabilibus & absurdissimis Nestorij sermonibus pia dogmata è diuerso excitentur, necessaria securitatis fratrum cura habita? Quoniam autem dicunt, mea verba secum pugnare, & asserunt ad demonstrationem partem epistolæ, quam scripsi ad sanctos Monachos: operæ precij arbitrator, & ad hoc conuenientia dicere. Dicit enim, quod duas etiã ipse nominavi substantias. & sufficeret eis ad redarguendum, si nos eis ipsis idem renunciaremus. Istuc ipsum scilicet putant. Apposita igitur necessariò parte epistolæ, subinseram post hæc ea, quibus vbique falso nugari velle demòstrentur. Habet autem sic: Itaque quantum ad suam naturam, non sanctificatus est separatim, dei patris Verbum. si autè quis existimet eum, qui ex sancta virgine natus, vnctumq; esse & sanctificatum solum, hac ratione & nominari Christum, dicat pertractans, num sufficiat vnctio ad hoc, vt appareat, quod vnctum est, æqualis gloriæ & throni cum eo, qui super omnia est Deus. Quoniam enim Dei verbum propriè nominari Christum, non illarum nobis blasphemiarum inuentor continuo affirmat Nestorius: propriè autem & seorsim Christum alterum, qui ex sancta virgine genitus est, nè adulteremus gloriam quasi vniuersis pulchram, contemptam, & à veritate alienatam, neque Verbum DEI patris, quod seorsum intelligatur vnctum esse oleo exultationis, affirmamus, neque seorsum & priuatim vt hominem, & alium filium ab eo qui Verbum ex DEO, eum qui ex sancta virgine, vnum autem ab omnibus oportere confiteri Christum asserimus, incarnatum & hominem factum vnigenitum Dei Verbum: vnus enim dominus, vna fides, vnum baptisma. Igitur nulli qui rectè sentire solet, obscurum est, quod vitiant sensum eorum quæ à me scripta sunt, & calumniantur etiã in hoc veritatem. Quin & alio modo culpa vacaret & omni repræhensione, idque meritò, scire forsitan, quod alia quidem sunt secundum naturam propriam caro, à verbo ex Deo patre nato, & vnigenitus verbum secundum suam naturam: sed scire hæc, non est diuidere naturas post vnitionem: iam si quis voluerit sacramenti virtutè exacto mentis oculo considerare, videbit utique, quod (sicut dixi in principio) non suam naturam apprehendit Deus existens verbum, sed semen Abrahamæ: non consubstantialè autem verbo, quod ex Deo natum est, quod ex semine Abrahamæ sanctum corpus, id quod ex sancta virgine sumpsit, procedens homo, vt fratri-

bus similis esset, vt appelletur primogenitus qui vnigenitus. Quauis autem alterius naturæ à verbo Dei Patris, vnus tamè est Christus, & Filius & Deus & Dominus, tametsi facta sit caro. Non caret autem damno, dissoluere veræ vnitionis modum, & diuidere in duos filios substantias, secedentes quidem inter se, vt priuatim & seorsum sint: habentes autem solum externam connexionem, quasi in ordine dignitatis. At si naturalem vnionem dixerimus, veram dicemus: habet enim scriptura diuinitus inspirata hunc morem, hac dictione uti. Scribit enim alicubi quibusdam diuinus Paulus: Et eramus filij naturæ iræ, sicut & cæteri. & neutiquam dixit quopiam subsistere secundum naturam diuinam iram, ita vt peccatores illius sint soboles: alioqui prorsus & omnibus modis cum errore & infania Manichæorum laborarem. vnde ibi natura idem est, quod verè. Non igitur confundentes naturas, neque ipsas inter se confermentantes, sicut dicunt aduersarij, naturalem dicimus factam esse vnitionem, sed ex duabus rebus: dissimilibus, deitate (inquam) & humanitate vnum factum esse Christum, & filium & Dominum, vbique affirmamus. Demum de Apollinarij dogmatis planè nullum sermonem facimus. Semel enim condemnata, tanquam veritatem aduulterantia, auersari oportet.

Cyrilli Anathematismus quartus.

SI quis eas voces, quæ in Apostolicis & Euangelicis scriptis de Christo vel à sanctis, vel ab ipso dicuntur, duabus personis, hoc est, substantijs distribuit: & alias quidem voces, velut homini, quem seorsum, sequestrato verbo Dei, intelligit: alias autem, soli Dei patris verbo, vtpote Deum addentes aptarit, Anathema sit.

Orientalium oppositio.

Einceptus etiã hoc loco illi sua ipsius verba suggerenda sunt. dixit enim: quauis audias quod profecit ætate, & sapientia, & gratia, nè putes sapiens ex incremento factum esse verbum DEI, neque illud nugaciter ausis dicere, quia proficere in ætate & sapientia & gratia, homini adaptabimus: tametsi neget hic scripturæ testimonium, profectus ille iuxta naturam carnis, quæ videbatur, fuerit. Verum nunc non est tempus redarguendi hoc, festinatibus ad propositum capitulum. Nam vt ostenderemus eum dicere, duas substantias, & sibi ipsi contrarium, apposuimus ea quæ olim ab ipso dicta sunt. Quod autem duabus personis, vel duabus substantijs, vel duobus filijs, diuidetes vnitionem, hoc est, vnum filium, voces adaptare non oportet. Indiuisibilis enim & inseparabilis est summa vnitio, & vnus filius, omnibus modis & sermonibus & cogitationibus est. quum autem summa vnitio seruetur, & confiteamur vnum filium & Christum & Dominum,

Eph. 2.

Luca 2.

συνεχίζω

θεολογία

χιλιαντα
ετην

minū, de vno & eodē filio accipienda sunt, quæ dicuntur. Etenim iuxta virtutē naturarū vnitatum, adaptare conuenit vni filio, quæ dicuntur. Cæterum quod non sint separandæ voces in Euangelij, quas vel ipse Dominus de se loquutus, vel Apostolica scripta habent, quam hyperbole non transcendit? Nam si voces non distinguimus, quomodo obistemus Arrio & Eunomio, omnia in vnâ naturam dicta confundentibus, & humilia humanitatis in summâ perfectæ deitatis naturam referentibus? vel quomodo intelligemus Domini voces propter naturam carnis, quæ videtur, dicentis: Non veni meam voluntatem facere: Et ego à me ipso nihil facio: Et, Mandatum accepi, quid dicam, vel quid loquar: Et, Vado ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meum & Deū vestrum, & cætera quæcunque talia sunt? Indivisibilibus enim vocibus sicut & naturis manentibus, erit secundum illum vnigeniti dei Deus Pater, minister autem & seruus patrum mandatorum, filius secundum vnitatem. Et si humilia in deitatis naturam exposuerimus, cui adaptabimus, Ego & pater vnū sumus? & similes erit patri, ipsum operari? Etenim quemadmodum pater excitat mortuos, ita & filius quos vult, & non de quibus imperatur, viuificat: sed est rectè secundum ipsius Domini vocem, Pater & Deus Pater. Deus quidem nouissimis temporibus ex femine Dauid carnis, Pater autem eius qui ex se absque passione & æternè natus est, dei verbi. Et si seruetur, cōfiteamurq; filiationē intra vnitatis præscriptum, quomodo intelligemus hoc, Amèn amèn dico vobis, priusquam Abraham fieret, ego sum? Et hoc, Omnia per ipsum facta sunt? Si indè secretæ maneat voces, utiq; aptabimus vocē hanc naturæ quæ ex femine Dauid nouissimè temporibus facta est, quod sit ante Abraham & Dauid, & omnia per ipsam facta: vel dicemus piè naturis inconfusis manentibus, & vnitati inseparabili posita, adaptantes voces secundum vnitatum naturarum vim, sicut prædictum est, in vnum quidem filium & Dominum & Christum, sed non in vnâ naturam, omnia contrahentes, ita & ex vno naturarum nomine, alias intelligi propter incōprehensibilem vnitatis summam, quæ admodum & hoc: Nullus ascendit in cælū, nisi qui descendit, filius hominis qui est in cælo: & Si igitur videritis filium hominis ascendentem vbi prius erat? Nonne ex appellatione filij hominis, etiā ei in cōfusè & inseparabiliter vnitum intelligimus? Nam quis & filium hominis nominārit, propter assumptionē & visibilis carnis naturam, sed per ea quæ ab ipso fiebant, Deum ipsum demonstrabat. Et iterum: Iesus Christus, per quem omnia. Et iterum: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Si heri & hodie, quomodo per ipsum omnia? Si autē per ipsum omnia, quo-

Ioann. 6.
Ioann. 8.
Ioann. 20.
Ioann. 10.
Ioann. 5.
Ioann. 8.
Ioann. 1.
Ioann. 3.
Ioann. 6.
Hebr. 13.
Ioann. 1.

modò heri & hodie? Præterea & hoc verum est, Omnia per ipsum. Et hoc, Heri & hodie, fide recipiendum. Et hoc, Ipse in secula, credendum, si secundum vnitatum inconfusè & inseparabiliter naturarum differentiam voces aptamus, intelligentes secundum visibile, Heri & hodie: secundum intelligibile autem, in secula: secundum autem filiationis vnitatem, vnum & eundem.

Cyrilli defensio.

VT apparet, his qui anathematismos à nobis vtilissimè & necessariò factos, imprudenter reprehendere volunt, vnus ille scopus est, vt nihil verum vel sapiant, vel dicant, declarentq; se solo calumniandi studio occupatos. Nonne si mentem suam studiosè ac diligenter scriptis adhibuissent, nō ignorassent, quod suis sententijs & sermonibus quos faciunt, stabiliunt anathematismum, ostendantq; illum non ineruditè cōditum? Et quomodo dicam? Bonus Nestorius dicebat tale quiddam in Ecclesijs episcopans. Vt autē ipsum manifestius, ita vt omnes capere possint, dicam: Arrius & Eunomius & Apollinarius, & omnes societatis illorum chori, studebant inducere nomen Theotocos, DEI genitrix, vt si commixtio fieret, & natura non separaretur, nihil humile in humilitate suscipiendum esset, locumq; haberent ipsi contra deitatem: quasi omnia quæ dicebantur, de vno dicerentur. Hæc cum sic dicta sint, vtilissimè anathematismum fecimus, non permitteutes in duas diuidi personas & substantias vnum Dominum Iesum Christum. Quod autem & ex nostris sermonibus vtilitatem capiant, notum est his qui capere poterunt, ex his quæ scripta sunt. Habent autem sic: Sicut autem personis duabus vel substantijs duabus, vel filijs duobus, diuidendo vnitatem, hoc est, vnum filium, voces adaptare non conuenit: indivisibilis enim & inseparabilis est summa vnitati, & vnus filius est secundum omnem & sermonem & modum & vnitatem. Si autem summa vnitati seruetur, & vnus filius & Christus & Dominus ponatur, de vno & eodem filio accipere oportet quæ dicuntur. Sanè, secundum vnitatum naturarum virtutem, accommodare decet vni filio, quæ dicuntur. Igitur dum seruetur summa vnitatis, qualis irreperet dualitas, vel saltem imaginatio sectionis adiudicaretur? Et qui audeat diuidere, quomodo non extra rectam viam incedit, & à pietatis dogmatibus in vniuersum recedit? Quid igitur dicit anathematismos? Si quis diuidit voces secundum hunc modū, vt alias quidem tanquam homini, à Deo seorsim intellecto, adaptet: alias verò, vt DEO dignas, soli verbo Dei, anathema sit. Igitur separantes & distinguentes in hominē propriè & seorsim, & in Verbum dei propriè & seorsim, non partiuntur vnum Christū, non duos dicunt filios. Succedat nobis criminatores. Si au-

autē sectio & separatio est, ita sentire: secundum quem modum nostros sermones increpare poterunt, quauis & ipsi (sicut dicunt) inuisibilem & vnum, secundum summam vnitatem confiteantur esse Emmanuelem? Itaq; vnamquæq; vocem de Christo à sanctis, vel etiā ab ipso fortè dictam, exponendam esse, laudārim etiā ego, & vt opinor, quisq; rectè senserit: nam aliæ quidem sunt Deo dignæ, aliæ verò dispensationi cum carne congruentiores. Quoniam autem est vnus & idem Deus simul ac homo, hac ratione rectè, aliquādd diuinè, aliquādd humanè loquitur: verum tamen vnus Christi & has & illas voces esse asserimus, neque vulgare dicentes templum, quod ex sancta virgine, neque sine carne scientes Dei Patris verbum post ineffabilem vnitatem. Admiror autem quod quauis curiosè inquirentes, & vt arbitrantur, subtiliter examinantes meas Epistolas, quæcunque in eis sunt vtilia & necessaria, ad demonstrandum dogmatum rectitudinem & diligētiam, volentes prætereunt: apprehendunt supra modum atrociter, si qua ipsis vel minimā coniecturam præbent, ex ipsis contra nos calumnias cōtexi posse. Commemorabo autem & mea verba, quæ sic in prima ad Nestorium Epistola scripsi: Voces autem saluatoris nostri in Euangelij, neque substantijs duabus, neque certè duabus personis distribui-mus. Nō enī duplex est, vnus est solus Christus, etiam si ex duabus & diuersis rebus intelligatur in vnitatem indiuisibilem coadunatus, quemadmodum scilicet & homo, & non duplex magis, sed vnus ex vtriusq; Cæterum humanas & diuinas quoq; ab vno dictas esse cognoscimus rectè sapiētes: Quādd enim, vt deum decet, de se loquitur, Qui vidit me, vidit patrem: Et, Ego & pater vnū sumus, diuinam ipsius & ineffabilem intelligimus naturam, secundum quam est apud suum patrem, propter identitatem substantiæ, & imago, & character, & splendor gloriæ ipsius. Quādd autem humanitatis mensuram obseruans, Iudæis loquitur: Nunc autē me queritis occidere hominem, qui veritatem vobis loquutus sum, iterum nihilo minus ipsum in æqualitate & similitudine patris deum verbū, & ex humanitatis suæ mensuris agnoscimus, nam si necessarium est credere, quod Deus existens natura factum est caro, hoc est, homo anima præditus rationali carnis: quomodo verisimile, erubescere quempiam voces eius, si facti sunt homini congruentes? Nam si vitasset sermones qui hominibus congruunt, quis compulisset, vt homo fieret similis nobis? Qui autem se demisit propter nos in voluntariam exinanitionem, propter quā causam vitaret sermones, suam exinanitionē docentes: Igitur vni personæ omnes voces in Euangelij, substantiæ vni verbo incarnatæ. Dominus enim

& solus
Ioan. 14.
Ioan. 10.
Ioan. 8.

vnus Iesus Christus, secundum Scripturas. Igitur & sicut à iam præscriptis non ignorasse deprehendimur dispensationem & suas vtriusque naturæ voces, non permittere autem animalibus & spiritum non habentibus, duos cogitare vel dicere filios, vt diuidant inter se substantias post indiuisam vnitatem. Vbi autem vel parū quid ex nostra Epistola posuerunt in principio suorum sermonum, minantur nobis, quod in tempore sint redarguturi, quasi non mediocriter peccent, quod in verbum ex Deo patre, & ipsius naturæ incrementum & profectum, quæ ad carnem pertinent, in sapientissimè distribuerint. Agē, & ad hoc verisimilia dicamus, adijciendo tantum Epistolæ partem. Ipsi enim metuentes veritatem, & auditores allicientes, partem quandam posuerunt, eam quæ ipsis vtilissima esse videtur, ad hoc vt indè viderentur iuste calumnias in nos struxisse. Habet autem sic quod dictum est: Etiam si audieris quod profecerit Iesus ætate & sapientia & gratia, nē putes verbum Dei patris, sapiens profectu temporis effectum esse. Commemorabo autem magis, quod sic diuinus Paulus scripserit, Christus Dei virtus & Dei sapientia. Neque rursus illud nugaciter ausis dicere, quod proficeret in ætate & sapientia & gratia homini attribuamus. Hoc enim, vt opinor, nihil aliud est, quàm diuidere in duos vnum Christum, sed sicut dudum dixi: Filius qui est ante secula, in nouissimis seculi temporibus, in filium prædefinitus esse Dei dicitur, suæ carnis natiuitatem approprians dispensatiōe. Sic & existens sapientia eius qui genuit, proficere in sapientia dicitur, quauis perfectissimus sit, vt potè Deus, dū humanitatis proprietates per summam vnitatem in se conuenienter suscepit. Sanè pro hoc quod Deus dicit, Iudicium iustum iudicate, veritatem falsis rationibus adumbrant. Neq; enim partitionem substantiarum post vnitatem dogmatizamus, neque Deitatis naturam augmento & profectu opus habuisse dicimus: sed illud multo magis, quod secundum dispensatiōem appropriationē suam fecerit carnis proprietates, eò quod verbum caro factum est secundum scripturas. Quod autem tali fidei & opinioni etiā sanctorum patrum concinat chorus, ostendere attentabo, adijciens ad maiorem certitudinem, partem enarrationis olim ab Attico, beatæ memoriæ Episcopo factæ, ea sic habent:

Luc. 2.
Deur. 4.
Ioan. 7.

SANCTORVM PATRVM TESTIMONIA PRO CYRILLO, & IN PRIMIS ATTICI CONSTANTINOPOLITANI.

Hodie Dominus Iesus Christus humanitatis natiuitatem suscepit. Iuxta enim diuinam dignitatē prius exiitit. Deindè illis iterum annectit: Humanitatis verbum exinanitur, natura nō exinanibile existens. Seipsum

enim exinaniuit, forma serui assumpta: Qui absq; carne, propter te incarnatur. Verbum enim caro factum est. Qui tactui non subiacet propter incorpoream naturā, palpatur: Qui principio caret, sub principio corporali sit: qui perfectus, crescit: qui inconuertibilis, proficit: qui diues, in diuersorio sit: qui operit cælum nubibus, pannis inuoluitur: qui rex, in præsepio ponitur. At quod post vnitionem subsistenrias diuidere, delicto non careat, & sit planè subuertere venerandum incarnationis sacramentum, nihilominus cognoscemus, legentes sententias Iulij & Felicis, qui olim Romanæ Ecclesiæ doctores fuere.

SENTENTIA IVLII EPL-
scopi Romani.

PRædicatur autem ad completionem fidei, & incarnatus ex virgine Maria Dei filius, qui & habitauit in hominibus, non in nomine energiæ operans. Hoc enim in Prophetis est, & in Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu, non duo filij, vnus quidem germanus filius, qui suscipit hominem: alter verò mortalis homo assumptus à Deo, sed vnus vnigenitus in cælo, vnigenitus super terram.

SENTENTIA FELICIS SAN-
ctissimi Episcopi & Martyris
Romani.

DE incarnatione verbi & fide credimus in dominū nostrum Iesum Christum, ex virgine Maria natū, quod hic est dei æternus filius & Verbum, & non homo à Deo assumptus, vt alius sit ab illo. Neque enim hominem suscepit Dei filius, vt alius ab ipso: sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

CYRILLI ANATHEMA-
tismus septimus.

SI quis dicit Iesum, tanquam hominem, à Deo verbo habuisse vim operadi, ac gloria vnigeniti circumdatum, tanquam alter ab ipso sit, anathema sit.

ORIENTALIVM OBIECTIO.

Operandi vim habere Dominum nostrum Iesum Christum à spiritu, vt hominem simpliciter, vel vt Prophetam, vel vt Apostolum, nullus confiteretur. Quippe Apostolicas voces de illo propter visibilis carnis naturam dictas, neq; negabimus, neq; expungemus aliquando, dicentes quidē secundum efficaciam roboris virtutis eius, quā efficaciter operatus est in Christo, suscitans ipsum ex mortuis, soluēs dolores inferni. Et iterum, Virtute Dei exaltatus, & quæcunq; talia. Quauis & hæc adhareant, propter visibilem nullus excipiat, velut hominū simpliciter operadi vim accepisse, vel vt iustum, vel vt Prophetam, vel vt Apostolum. Itaque diuinas voces neq; debemus, neq; inficiabimur, neque imperitè simul & blasphemè anathematizamus dictas & adiaceates pro-

pter visibilis carnis naturam, neque vt hominem simpliciter, vel vt iustum, vel Prophetam, vel Apostolum, operandi vim inde accepisse dicemus. Non enim dicebat: Hæc dicit Dominus, sed vt filius legislator: Ego au. *Matt. 5.* tem dico vobis.

CYRILLI DEFENSIO.

ET nunc quoq; iisdem sermonibus defensionis modus incedet. Nā vnus quidem est absq; dubitatione, Dominus noster Iesus Christus, qui idem creditus est esse & ex Deo patre verbum perpetuum & antefecula, & in nouissimis seculi temporibus homo ex muliere, qui admirabilem habuit secundum carnem natiuitatem. Veruntamen quum vnus erat filius & Deus & Dominus, operabatur signa per virtutē plūs quam humanam, sufficientibus argumentis docens, quod quauis factus sit caro, nihilominus tamen sit etiā sic Deus verus & virtus patris. Non enim destitit esse quod erat, factus homo. Faciebat igitur insolita, tū quod dæmonia increpabat, & satanā conterebat, tum quod cæcis lumen præstabat, mortuos resuscitabat, mare procellosum vno verbo sedabat, non sic hominē quendam, & alterum existentem seorsim Christum glorificari faciens, quemadmodum scilicet & vnum ex sanctis Prophetis vel Apostolis, sed sibi gloriam procurans, vt ab omnibus crederetur Deus existens natura, tametsi factus esset homo. Fuisset igitur absurdissimum, ferre Nestorium dicentem: Communes enim trinitatis sunt efficaciam, & solis subsistentijs distinctiōne habentes. Proindē vnigeniti gloria, interdum patri adaptatur, interdum spiritui, interdum Christi potentiæ. Idcirco qui repræhendere volunt, ostendant nobis aliū Christum, qui priuatim & seorsim existat & intelligatur, cui suam potentiam applicuerit vnigenitus Dei verbum, quasi sit propriè ab ipso filius, vel nisi sit alius & alius, sed vnus & idem, & ex patre vnigenitus, & ex matre homo, secundum carnem: Quomodo igitur filendi locus esset, & non magis debebat veritatis potentia, illius nugis oblectari, quæ pulchra pietatis dogmata obliterant? Itaque erat quidem, & est Deus filius. Quoniā autē semel subijt mensuram, dispensationem irrectaneam fecit. Sustinuit autem omnia voluntarius propter nos. Eapropter quum sit secundum natura vita, viuificari dicitur à patre: & quum sit gloriæ Dominus, dicitur gloriam accepisse. Hinc paulus Apostolus Hebræus ex Hebræis, verè doctus in lege, & ex tribu Benjamin, dicebat: Nō ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum, & neum patrem, qui excitauit illum ex mortuis, & gloriam illi dedit. Verum quauis dicatur gloriam accepisse à patre, quum transit res ad humanitatis mensurā, nouit seipsum habere dignitatē vltra creaturam, secundum quod intelligitur & est Deus. Proindē dicebat:

Matt. 11.

bāt: Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nullus cognoscit quis sit filius, nisi pater, neq; patrem quis cognoscit, nisi filius, & cui filius reuelauerit. Fortasē quis studiosorum interrogabit: Si omnia sibi tradita sunt à patre, quali ei qui gloria indiguerit, & debuerit habere datum robur contra omnes, propter humanitatē: quomodo humanis mentibus vltra compræhensibile esse dicit, scire se, quemadmodum scit & pater? Vtique dicit. Cognitio enim non est coarctata in eo, sicut in me, vsq; ad visibilia. Nam nisi Deus in carne & sanguine secundum carnem quidem cognosceretur, secundum naturam autem & gloriā diuinitatis, æquale cum Deo & patre mensuram habere omniaum mētem & sermonem transcederet. Proindē (implector enim propositōrū mentem) neq; Apostolicas voces negamus, absit, neq; alia quædam minus probabilia, & incarnationis sermōibus aduersa, vel sentimus, vel loquimur, vel tractamus. Sequimur autem, vbi sacras scripturas, & Theologorum voces inuenimus, quas ratas esse debere concedentes, obfirmus solis istis, qui recta Ecclesiæ dogmata subuertunt. Quod autem & pater ex mortuis resuscitare Dominum nostrum Iesum Christum dicitur, quasi scilicet circa carnem eius operandi vis suscipiatur, nullus admiserit. Ipse autem, quum sit vita & viuificator & efficax virtus patris, suum viuificat templum, iuxta illud: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Itaq; quod viuificabatur, non erat alienum, neq; alicuius ex nobis hominibus similibus, sed propriū ipsius verbi corpus.

CYRILLI ANATHEMA-
tismus octauus.

SI quis audeat dicere, assumptum hominē, & coadorandum & conglorificandum & coappellandum cum Deo verbo, vt alterum cum altero, & non potius vna adoratione colit Emmanuel, & vnam illi glorificationem adaptat, secundum quod verbum caro factum est, anathema sit.

ORIENTALIVM OBI-
iectio.

COadorare, & conglorificare, quasi de personis vel subsistentijs, vel filijs duobus non dicimus, quasi aliter fiat adoratio Deo verbo, & aliter carni, sed vnam potius adorationem, & cætera vt in filio offerimus: & quod coadoratur, sicut & ipse in primo libro. Nam quauis semper vt verbū cum patre suo confidet, & ex ipso & in ipso secundum naturam existat, iterum audit dicentem & cum carne, Sede à dextris meis, donc ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Itā & adorari dicimus ipsum & à nobis ipsis, & à sanctis angelis. Proindē ad hæc dicimus, quod valde eruditè prouidit his, qui cum carne vnum & eundem filium adorare volunt, eō quod aliud quiddam sit, & &

Psal. 109.

uerò, id quod & ipse posuit, sicut prædictum est, dicens ipsum cum carne adorandum, negans autem coadorandam cum diuinitate carnem.

CYRILLI DEFENSIO.

Mentis esse nos dominos, diuinus Paulus ostendit, dicens: Probate vos ipsos num sitis in fide. Nam mens humana, licet non nunquam propter amorem sui, si à recta via egrediatur, & à veris dogmatibus abducentem habeat motionē, feruē semper grauat, & formidat suarum cogitationū absurditatem definire, quum se correxerit, & obiter labores scrutata fuerit sanctorum patrum, qui præ omnibus in rectitudine & certitudine dogmatum celebrantur, suam rectē fidem explorabit. Omnes enim quibus integrum cor est, illorum sententias sequi non detrectant. Quia & ipsi Apostolica & Evangelica traditione suam mentem quum impleuerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum ac inculpatum prænuiciarint, mundi fuere luminaria, sermonem vitæ continentia. Itaque scribit reuerendæ memoriæ pater noster & episcopus Athanasius de nostro omnium saluatore Christo in libris De incarnatione:

Confitemur etiā esse illum filium Dei & Deum secundum spiritū, filium hominis secundum carnem, non duas naturas, vnum filium, vna quæ adoretur, & altera quæ non adoretur, sed vnam naturā Dei verbi incarnatam & adorandam cum carne sua vna adoratione, non autē duos filios, alium quidem filium Dei verum & adorandum, alium verò ex Maria hominem non adorandū, scilicet secundum gratiā filium dei factum, sicut & homines. & post alia iterū: Igitur qui natus ex virgine Maria, filius Dei natura & Deus verus, & non gratia ac participatione. Secundum carnem solam, ex Maria homo: secundum spiritū autē, ipse filius Dei, & Deus. Et iterum: Si autem quis præter hæc ex diuinis scripturis docet, alium docens filiū Dei, & alium ex Maria secundum gratiam filium factum sicut nos, itā vt sint duo filij, vnus secundum naturam filius Dei, qui ex Deo, & vnus secundum gratiam homo ex Maria: vel si quis Domini nostri carnē supernè esse dicit, & non ex virgine Maria, vel conuersam diuinitatem in carnem, vel cōfusam, vel immutatam, vel passibilem Domini Deitatem, vel non adorandam Domini nostri carnem vt hominis, & non adorandam vt Domini & Dei carnē: hunc anathematizat sancta & Catholica Ecclesia, diuino Apostolo obtēperans, qui dicit: Si quis vobis euāgelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit. Hæc quū senserit & scripserit nobis vir ille, nunc verò Nestorius gloriam Christi oppugnare volens, & impudentem linguam laxans, iterum dicit: Confiteor quidem in homine Deum, colo autē eum diuina connexionione Deo Verbo

2. Cor. 13.

Patres sequendi.

Athanasius.

Galat. 1.

1. Cor. 6.

Verbo coadorandum hominem: non enim hic manifeste hominem Deiferum nominat Christum, & connexionem simpliciter dicit hominis factam esse cum Deo, secundum illud fortassis quod à Paulo dictum: Qui adhucet Domino, vnus spiritus est? Quauis quomodo non est verum, quod ipse fuerit potius Deus simul & homo, & non homo quidam, qui seorsim ac proprie intelligatur, connexionem cum Deo secundum habitudinem habens? Etenim post ineffabilem vnitionem etiam si quis dicat Deum Emmanuelem, hominem factum & incarnatum Dei verbum, intelligi conuenit. Quauis hominem nomines, scimus tamen cum hoc & ipsum esse Dei Patris verbum. Est igitur aliud, vnum dicere filium, cum vnita sibi carne, Dei Patris verbum: & similiter aliud, in homine dicere esse Deum, quemadmodum videlicet in Prophetis erat, vel saltem etiam in nobis ipsis propter spiritum sanctum. Itaque vt mihi videtur, citra periculum & culpam dixerit quis, quod incarnatum Dei verbum, vtpote vnus existens filius, non absq; sua carne, sed cum illa potius adorandum sit, quemadmodum scilicet etiam hominis anima cum suo corpore honoratur, vna autem appellatione, quod ex vtrifq; constat, significatur animal. Igitur quando de omnium saluatore Christo, sermones facere paratus, diuiseris in duo vnum, & hominem proprie ac seorsim intelligendum declaraueris, deniq; illum coadorandum & appellandum Deum, quasi ille alius sit à Christo, ex Deo secundum naturam genito, dicere fueris ausus, quis ferre poterit tam perspicuam contra illum criminationem aut silentio præterire? Potius enim dicendum erat, Colo quidem verbum Dei factum hominem, quod appellatur Deus, & in humanitate adoratur, quia natura Deus est, & ex Deo patre apparuit. Eia, dicunt aduersarij, captus es & in Epistola scribens, quod sedeat filius cum patre cum propria carne. Deinde, quomodo intelligis dicentem, quod cum Deo verbo, hominem coadorare & coappellare oportet? Idem enim dicere & *ὁὐν*, & *μετὰ*. Proinistatū rñdet dē redarguamus ignorantes dictorū virtutem, & rerum naturam nō inspicientes. Etenim quando ab vna persona & natura, hoc est, substantia vna manet sermo, ea ex quibus est, hoc est, constat naturaliter, affert *ὁὐν*, hoc est, *μετὰ*: seruauit etiam sic per significatum, quod vnū sint secundum compositionem, & non inter duo distincte discernit. Quando autem ante distinctis substantijs in duo, & ad hoc quod oporteat seorsim alteram intelligi & proprie, si *ὁὐν*, vel *μετὰ*, tunc eorum vel etiam plurium, & non vnus secundum compositionem factā manifestationem dicimus. vt exempli gratia, si dicerem forte cohonorari animam hominis cum suo corpore, qui honor certe fieret à quopiam er-

Veriq; vocū
istatū rñdet
lacinē, cum.

ga vnum hominem, qui est ex vtrifq; vel si quis diceret animam cum suo corpore esse vnū animal, non propterea in duos homines vnum diuidit. Videtur autē potius nō ignorare ea ex quibus sit, hoc est, compositum sit naturaliter. Quando verò dico, Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel etiam *ὁὐν* (aut cum) Petro & Ioanne ascendit in templum: nō iam *ὁὐν* vel *μετὰ*, id est, Cum, vnus cuiusdam manifestationem facit. Non enim Ioannes compositus est cum Petro, sed neq; ad vnus hominis constitutionem. vterq; aliquid faciunt. Vnde veritati illudunt, diuidentes imperiti in duos Christos vnum. Si autem putant, quod dicens filium cū proprio corpore confidere patri, duos intelligendos filios conuenerimus: inquirant an non dicamus vnum filium vnica confidentia honoratum esse, & nō duabus, ita vt vna & propria tributa sit corpori, alia verò iterū & propria verbo. Verū hoc non poterunt ostendere. Quomodo enim vel vnde? Nam vnum & eundem filium, vnum propria carne esse Deum simul & hominem, vna confidentia apud Patrem honestari affirmamus. Ceterum dicere, hominem adorari cum Deo, & coappellari Deum, omnino est confiteri duos adorandos, vel etiam inter se appellandos. Atquē valde fatuus à rectis & veris cogitationibus omnino est sermo ille. Igitur factus est anathematismus contra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominem proprie, & Deum verbū proprie. Nobis enim vnum & eundem Theologorū sermo prædicauit, sacrarumq; scripturarum inadulterata cognitio.

CYRILLI ANATHEMATISMUS NONUS.

SI quis dicit vnum Dominū Iesum Christum glorificari à spiritu, tanquam aliena per illum virtute vti, & accepisse ab ipso facultatem, vt operari possit contra immundos spiritus, & adimplere in hominibus diuina signa, & non magis proprium eius spiritum dicit, per quem & diuina signa efficaciter operatus est, anathema sit.

ORIENTALIVM OPPOSITIO.

ITERUM bonum fuerit, ea que ab illo dicta sunt, & quorum ille fortassis oblitus fuit, in medium adducere, & ita commonefacere eum. Non enim solum Dominum signa in spiritu fecisse demonstrauit, sed etiam ipsum mortuum, viuificatum esse spiritu dixit in primo tomo, his verbis: Igitur si nō passus moriendo carnaliter secundum scripturas, nō viuificatus esset spiritu. Hic videre licet, quantum secum ipse pugnet, quum in anathematismis suis negat Dominum in spiritu dæmones eijcere, & alia signa facere, & scriptā in euangelij vocem Domini exprobrat, dicentis: Si autem in spiritu Dei ego eijcio dæmonia.

At nos

Ioann. 14.

Matt. 22.

Psal. 32.

Ibidem.

Ioann. 7.

At nos Dominum nostrum Iesum Christum etiam sua virtute & spiritus operatione abfoluisse signa. cōfitemur: non enim, quasi careat propria virtute, vt dicimus virtute spiritus sancti: nō autē spiritum sanctum simul esse dicere, esset eorū q scripturas sanctas negant. Nā quāuis alicubi scriptura dicat patrem pficere opera miraculorū, dum dicit: Pater qui manet in me, ipse facit opa quæ ego facio. Filius est qui facit omnia opera patris, licet ea filij spiritus dicatur facere, dum dicit: Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmonia. Dominus est qui facit in spiritu. non em alienus est filius à patre vel spiritu. Neque separata & pprie facta sunt Trinitatis efficaciam, sed proprie est Trinitatis vnus cuiusq; substantia, quæ in scriptura dicitur efficacia. Quia scriptura dicit aliquando omnem creaturam filij opus, dicens, Verbo Domini cæli firmati sunt: aliquando autem spiritus, dum dicit, Et spiritu oris eius omnis virtus eorū: sed non, quasi pater nō possit omnia facere, conditor est & filius: & spiritus quoque assumitur ad creandum, nō quod ita infirmus sit filius. Verē enim dictum est, quod per ipsum facta sunt omnia. Vt Trinitatis nobis eadem substantia, idem honor, & eadem virtus commendetur, dicit hæc interdū à patre, interdū à filio, interdū à spiritu sancto esse facta. Sic enim & ab vna substantia diuina, perfecta esse omnia intelligimus. Non vt verbū est in substantia & in substantia vnigenitus, absq; passione natus: Ita & spiritus sanctus ex ipsa procedens, in propria substantia existit, ita vt in tribus substantijs vna substantia effigietur, & nulla ipsarum in substantia ratione aliena spectetur: solis autē proprietatis, characterem referentibus siue distinguentibus inter ipsas intelligantur. Quomodo igitur efficacia est alicubi proprie cedens? Nam hæc omnia communia, vna penitus efficacia.

CYRILLI DEFENSIO.

NUM quid mihi testium voce opus erit ad monstrandum aduersarios vana loqui voluisse, & aduersum nos in circumspecte blasphemij vfos esse? Verū hoc solus illorum sermo, vt opinor, iudicabit. Nā in proposito anathematismo affirmamus manifeste, proprium esse filij spiritus sanctum, & quod per ipsum perfecit diuina signa. At illi quauis sæpe dicunt me oblitum esse meorum sermonum, in eam perueniunt dementiam, vt putent me dicere, quod Iesus dæmonia non eiecerit per spiritum. An non est manifesta calumnia hæc? Nam si non dignantur confiteri diuina signa esse, modum eijciendi dæmonia, dum dicunt quæ volūt: afferant contra me scripturam, accusent q hoc non dixi manifeste, silentio præteritis diuinis signis. Si autem cum alijs diuinis signis non caret miraculo dæmonia eijcere, cur quum didicerint, quā inutile sit eligere

sonoram pronūciationē, & vitare tanquam rem inutilem veritatis sermonem, suam contra impudentiam honorarunt, neque paucis dixerunt, quod apud Deum & homines vituperatum est? Videtur mihi esse oblitus Christi, dicentis: Quomodo dices fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes in tuo oculo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis, vt eijcias festucam de oculo fratris tui. Itaque sancta Trinitas eiusdem sit substantia, eiusdem roboris & operationis, nō per vestrum didicimus sermonem, sed sumus edocti potius ex sacris scripturis. Iam quod propositum anathematismus nullo modo recte fidei contrarius sit, & in sermonibus istis non offendat, sed quod proficit potius, sine labore videre licet. Nam eos qui diuidunt vnum Dominum Iesum Christum, & diuidunt ipsum, vt iam sæpissimè diximus, in hominem proprie, & in Deum verbum proprie, ita vt dū intelligantur personæ & substantia inter se distincta, hoc facere non finit neque permittit dicere, quod vnus communis homo Iesus, operandi facultatem acceperit à spiritu sancto, vt possit scilicet diuina signa perficere, quia nullo modo differet à sanctis Apostolis vel Prophetis, qui per diuinam benignitatem diuinis impleti donis, dixerunt meritò: Gratia Dei sumus quod sumus. Hæc vox sanctis quidem viris, sancti spiritus gratia distributa honestatis, benè congruit, Christo autem non item: proprius enim est eius spiritus sanctus, quemadmodum scilicet est Dei Patris. Operatur autem efficaciter sicut Pater per Spiritum, ita & ipse. Ceterum quauis diceret Iudæis, Multa bona opera ostendi vobis à patre meo, & à me ipso non loquor: Pater autem in me manens, facit opa: ipse tamen dicebat iterum, Si autem ego eijcio dæmonia: operationem per spiritum, referens in se & Patrem propter identitatem substantia. Et plurimus quidem ac prolixus esset de illis sermo, qui tempore congruo his qui voluerint, examinandus erit. Itaque non quasi aliena virtute, per spiritum operandi facultatem accepisse dicimus Emmanuelem, sed propriam habuit consubstantialis spiritus virtutem, quam vt DEVS habuit. Nam beati quidem discipuli signa facientes, dicebant: Viri, quid nobis attēditis, quasi propria virtute vel pietate fecissemus ambulare portæ speciosæ assidentem claudum? Proprius autem CHRISTI est spiritus eius. Illis autem qui nostra cauillantur, hoc dicimus: Quippe, si quidem consonat cum illorum mentibus, diuidendum indiuisibilem, & sicut communem hominem, operandi facultate accepisse per spiritum IESVM, haud magna ratio est eorum qui sic affecti sunt. Sin Christum vnum & filium & dominum esse confitentur, eundem que esse simul Deum ac hominem, credat nobiscum, quod non

Matth. 7.

1. Cor. 15.

Ioann. 10.

Ioann. 14.

Matth. 12.

Act. 3.

*potestate

non operandi facultatem accipit, quasi meliore quadam & aliena ab illo virtute: ipse autem potius efficaciter diuina signa quasi per proprium spiritum *, in quo & omnis genitorum virtus: nam sic cessabunt frustra nos irridere, & inuidiæ dentes in nobis confringere.

CYRILLI ANATHEMA-
tismus decimus.

Heb. 3. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, diuina dicit scriptura, obtulisseq; se pro nobis in odorem suauitatis Deo & Patri. Si quis igitur Pontificem & Apostolum nostrum factum fuisse dicit, nõ ipsum ex Deo patre verbum, quãdõ factum est caro & homo nobis similis, sed vt alium ab ipso propriè hominem ex muliere: vel si quis dicit, quõd per se ipse obtulerit oblationem, & non magis pro solis nobis, (Qui enim peccatum nesciuit, oblatione opus non habuit) anathema sit.

ORIENTALIVM
obiectio.

Heb. 5. SId Deus verbum est sacerdos, cui vel quali Deo suo ministerium suum offert? Sed adducit beatus Paulus, dicens: Non enim habemus pontificem, qui non potest compati infirmitatibus nostris, sed tẽtatum per omnia secundum similitudinẽ, absq; peccato. Quis igitur est tentatus ille? num Deus verbum, vel humana natura semen Dauidis? Et iterum: Nemo sibi assumit honorem, sed vocatus à Deo, sicut & Aaron. Itã & Christus non se ipsum glorificauit vt fieret Pontifex. Quis igitur ille, qui comparatur secundum sacerdotij dignitatẽ Aaron, & ei qui non à seipso honorem assumit, sed vocatur à Deo in diuina natura, quẽ patri coæterna, cui omnia patris sunt propria, & in quã dignitatem maiorem ascendit? Dicemus sacerdotium diuina natura dignius, ad quod non à seipso, sed à Deo vocatur, perq; illum ascendit, & per istud glorificatur, vel natura ex semine Dauid facta & præfinita? Cui etiã iurauit Deus, secundum Psaltem, daturum se sacerdotium in æternũ. Iurauit enim, inquit, Dominus, & nõ penitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. Num Deitas vnigeniti promissiones cũ iuramento accepit, suscepturam se sacerdotium in æternum à Deo, per quod sit glorificanda? Et quis nos feret, talia dicentes vel cogitantes? Quis nõ contemnet nos Deum introducentes, qui pontifex ordinetur, & pacta cum iuramento recipiat, voceturq; ad sacerdotium, & non sibi ipsi accipit honorẽ, sed ad illum vocatur, & comparatur primo qui sacerdotium accepit? et iterum dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. Quis igitur qui comparatus est Melchisedek secundum sacerdotium, vt illud suscipiat, sanctus Deus verbum, vel caro ex nobis susceptus, secundum carnem,

hac sibi inseparabiliter & inconfusè vnita? Et iterum dicit: Qui in diebus carnis suæ, preces & supplicationes ad eum qui potest Heb. 5. ipsum saluare de morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Nunquid Deus verbum supplicationes & preces, & cum clamore valido ad aliquem qui potest saluare seipsum, offerens, exauditus est pro reuerentia, & didicit ex his quæ passum est, obedientiam? Si igitur Deus verbum põtifex, & didicit ex his, quæ passus est ipse, & consummatus est. Verum nõ turbetur vestra mens, audiens de eo qui passus est, quãuis existat filius: Non enim duos filios ponimus, eum qui passus est, & qui mansit impassibilis. Neque enim Deitas seorsim sequestrata, ab eo qui ex semine Dauid filius nominata est, itã vt neque Deitas post vnitionem sine carne visibili filius appellat' sit. Nam filiatio post vnitionẽ vtriusq; naturis vna est, inter se non separatis. Non enim post hãc vnitionem separatio facta est. manet enim perpetuõ vnitiõ. Quin & in passionibus carnis Deitas inseparabilis, manet impassibilis: & quẽ Deum addecent, per carnem perficiuntur: vndẽ vnũ & eundem filium confitemur, naturis inconfusis manentibus, non alium & alium dicentes, absit, sed vnũ & eundem. Itaq; Pontificem & Apostolum cõfessionis nostræ Iesum Christum, secundum diuinas scripturas factũ esse, nullus non confitebitur. Itaq; non dicimus separatum propriè hominem ex muliere à dei patris Verbo, itã vt quod ex semine Dauid, vnitum sit inconfusè, ineffabiliter & inseparabiliter verbo quod ex Deo, sacerdotem tentatum per omnia absq; peccato, & edoctum ex his quẽ passus est, obedientiam, obtulerit Deo & patri, non pro seipso, sed pro solis nobis suam carnem. Nõ enim imperitẽ dicimus Deum verbum pontificem & obtulisse seipsum Deo & patri. non enim vnigeniti Deitatis Deus pater, sed Pater.

CYRILLI DEFENSIO.

Iterum aduersarijs tempestiuè dicemus: Vsq; quõd claudicatis ambobus popliti- 3. Reg. 18. bus vestris? Oportebat enim vos habere famam & validam ad agnoscenda rectã fidei dogmata mentem, non duplicitate animæ claudicantem, valdè imbecillem, & rectè incedere non valentẽ. Inconstans enim est du- Iaco. 1. plex anima in omnibus vijs suis, & non adiuuatur à Domino. Quod dico, valdè admirans aduersarios tam effusè ac remerè propositũ etiamnũ anathematismũ perstringere velle. Nec absurdum, quõd volunt Dei patris verbum, à nobis nominari Apostolũ & Pontificem confessionis nostræ, quãdõ factus est homo. Nam qui prorsus attentant natiuitatem eius secundum carnẽ calumniari, & reiectiuam quasi non veram facere audent, non ferentes dici sanctã virginem, Dei genitricem, quomodo non & dispensationis modos

modos vitiant? Audiant igitur hoc quod Efsai. 7. Efsaias dixit, Nisi credideritis, non intelligetis. Etenim diuinus euangelista Ioannes magnũ & præcipuum quiddã hominibus detonuit, dicens, Verbum carnem esse factum. Ioan. 1. Qui autem virtutem veritatis suffurantur, itã carnem ipsum factum esse dicunt, sicut & maledictum & peccatum esse fatentur. Et de illis iã pridẽ diximus, quæ probabilia erãt, vt possint sermones illorum falsi comprobari. At illis obiurgatoribus nunc illud dicimus: Discite audire angustiat, suscipite fundamentum, sacramento secundum Christum prima dispensationis exordia, & ipsum (vt itã dicam) ingressum. Credite nobiscũ, immo sacris scripturis. Date date veritatis calculum, confitẽtes quõd ipse vnigenitus Dei verbum, qui est in sinu Patris, per quem omnia, & in quo omnia, factus sit caro, non ferendo conuersionem vel contemperatorem, sed existens hoc secundum naturam id quod erat, & est, & erit. Factus autem est caro, natiuitatem ferens ex sancta virgine, secundum carnẽ, inquam, & appellatus est filius hominis, & similiter vt nos particeps fuit sanguinis & carnis. Hæc cognoscentibus, & tam venerandam veramq; fidem amplexantibus, omnia deinceps apparebunt accessa & peruia, & planè nihil asperum vel obluẽtans. Prou. 8. Scriptum est enim, quõd perspicua sunt intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Opinor autem operæ precii, vt & nos causam nostram dicamus, propter quam factus est anathematismus. Nestorius enim qui omnia perturbat, & omnia susq; deq; confundit, tale quiddam de saluatore nostro Christo dicebat: Missus est ad prædicandum captiuis remissionem, hic fidelis Deo factus Pontifex, factus est enim hic, non perpetuõ erat. Hic paulatim ad pontificis dignitatem peruenit: hæreticè hæc, aliaq; his, consimilẽ parientia impietatem, adducit multa. Quis igitur auditis tam foedis sermonibus, non mallet omnia pati, quàm silentium Deo exosum diligere? Mortuus est pro nobis Christus, confusionem contempsit, crucem & mortem tulit secundum carnem, & nos benefactori neque beneuolum sermonem rependemus? sed quieti sedebimus, iam absurdas audientes blasphemias, vel fortassis etiã inter nos diuidentes crimina? Heus quid dicis? Profecit in sacerdotem paulatim? Verbum quãuis esset Deus, exinaniuit seipsum: liber secundum naturam, accepit serui formam: & qui ultra omnẽ creaturam est, & diuinitatis eminet gloria, humiliãuit seipsum. Si autem profecit, quonam modo exinaniuit est, vel quo pacto se demisit ad humiliationem? Vt quẽ antè præcesserit honor & gloria, dixerit quis, hanc exinanitionem. Deindẽ quomodo ante rem est exinanitio? Eia, inquit, Si ipsum Dei patris verbum factus est Põtifex: quis, oro, maior est ille eius cui sacerdotali ministerio seruit? Igitur dicam iterum: Crede quõd quãuis Deus se- Phil. 2. cundum naturam esset in forma patris filius, nõ rapinam arbitratus est se esse Deo æqualem: sed seipsum exinaniuit, formam serui assumens. Si autem factus est homo, assumpsit autem serui formam, quomodo censebitur parum & dispensationis sermonibus incongruum, appellari & Apostolus & Pontifex? & qui mensuram humanitatis nostræ non dedignatus est, quomodo repudianda faceret humana? Forsitan haud difficile foret, id multis tractare sermonibus, & prolixiorem enarrationem protrahere. Sed illis nunc tranfitis, ipsorum afferam sermones. scripserunt enim sic: Verum nõ turbetur vestra mens, audiens de eo qui passus est, quãuis sit filius. Non enim duos filios dicimus, eum qui passus est, & eum qui mansit impassibilis. Neq; enim Deitas seorsim sequestrata ab eo, qui ex semine Dauid filius nominata est, itã vt neq; Deitas post vnitionem sine visibili carne filius appellatus est. Et iterum: Vndẽ vnũ & eundem filium, confitemur inconfusis naturis manentibus, non alium & alium dicentes, absit: sed vnũ & eundem Pontificem & Apostolum nostrum factum esse, Dominum nostrum Iesum Christum secundum diuinas scripturas nullus non confitebitur, nec separatum propriè hominem ex muliere à Dei patris verbo. Itaq; si vnũ dicunt filium, nullo modo partientes in duos vnũ ex semine Dauid, & alium ex Deo patre verbum, quomodo non lædunt sacramentum, partientes dispensationem Deo & homini, & non potius vnũ & eundem Deum & hominem esse dicunt, vt sunt omnia eius, quẽ diuinè vel humanè dicta? Nã quãdõ aliquid quod decentissimè de ipso dicitur, hoc certè omni modo & verum esse dicimus. Deũ enim ipsum esse scimus. Et si humani quidpiam dictũ fuerit, etiã hoc admitemus. Confitemur enim, quõd Deus est in carne & sanguine, & humanitatis mensuram per humana agnouimus. Mille em̃ milia sanctorum angelorum ministrat ei, & diuinum eius chorũ circumstant Seraphim. Quãdõ autem factus est homo, vocatus est & Pontifex, non quõd maiori Deo offerret sacrificium, sed quõd sibi ipsi & Patri fidei nostræ confessionem procuraret. Audiens quõd dictus est sacerdos, propter humanitatem, erubescisne? Deindẽ quomodo non admiratus es, quõd non secundum sacerdotum morem alteri fecerit sacrificij modum, sed sibi ipsi potius & Patri, vt dixi? Quãdõ dicis indignũ esse Deo vt sacrificet, ad stipulor & ego: scilicet, si solum sit & absq; carne verbum, dixeris rectè: quia autem factum est caro, indẽ & sacrificantem propter humanitatem, & in dignitatibus ultra creaturã sicut Deũ. Confidet enim cum deo & Patre. Itaq; vide ipsam sacrificantem secundum humanitatem,

Hebr. 2.

nitatem, cōfidentem autem vt Deum. Quid enim dicit beatus Paulus? Talem habemus Pontificem, qui confedit in dextra throni magnitudinis in excelsis. Igitur videntes q̄ factus est homo qui Deus sit, (Est autē vnus & idem filius) illi omnia attribuimus vt vni, & dispensationis sermones non ignorabimus, cogitationis vim semper prouidē & sapienter ad obedientiam eius accommodantes.

VNDECIMO ET DVODECIMO anathematismo eadem obiecta & responsa sunt cum his, quæ D. Cyrillus ad Theodoriti reprehensiones rescripsit.

Post duodecimam respōsionem, adduntur & hæ sanctorum Patrum sententiæ.

GREGORII BEATI EPISCOPI Nyssæ.

Phillip. 2.

Hoc sentite, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, qui quum esset in forma Dei, non est rapinam arbitratus, æqualem se esse Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Quid pauperius sub Deo figura serui? Quid humilior sub rege omnium, quàm venire in communionem pauperis nostræ naturæ? Qui rex regnantium & Dominus dominantium, serui forma induitur, subditus sit potestatem gerentibus. Dominus creaturæ, in speluncam diuertit. Qui vniuersum palmo concludit, nõ inuenit locum in diuersorio, sed in præsepio brutorum reclinatur. Mundus & immaculatus, humanæ naturæ suscipit sordes, & omni paupertate nostra perfunctus, vsq; ad mortis finem peruenit. Videtis voluntariæ paupertatis mensuram? Vita mortem gustat, Iudex in iudicium trahitur: Dominus vitæ omnium quæ sunt, sententiam tolerat iudicis: Rex omnis vltimam virtutis, licetorum manus non repellit.

BASILII EPISCOPI CAESAREAE.

Non enim tantum & cælum, ac terra, & marium magnitudines, & quæ in aquis versantur, & terrena animãtia, & plantæ, & stellæ, & aer, & hora, & varius mundi ornatus roboris eminentiam commendant: quantũ, posse Deum, nõ capacem, impassibiliter per carnem cum morte configere, vt nobis sua passione impassibilitatem largiatur.

ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI.

Et ostendit quod non apparenter, sed verè habuerit corpus. Decebat enim Dominũ humanam hanc carnem indutum, cum suis passionibus ipsam totam induere, vt sicut proprium ipsius esse dicimus corpus, ita & corporis passiones propriæ tantum eius dicantur, etiamsi non contingant secundum diuinitatem eius, siquidē alterius esset corpus, alterius verò dicerentur passiones. Si

Esa. 40. Luc. 2.

autem Verbũ caro, (verbum enim caro factum est) necessarium & carnis dici passiones eius, cuius & caro est. Cuius enim dicuntur esse passiones, quales sunt maxime, cõdemnari, flagellari, sitire, & crux & mors, & alię corporis infirmitates, eius & opera bona ac gratia sunt. Idcirco rectè nõ alterius, quàm Domini, dicuntur esse tales passiones, vt & gratia ab ipso sit, & non fiamus idololatræ, sed verè pij. Quia nullam creaturam, nullum communem hominem, sed ex natura Dei & verum filium, hunc & factum hominem, & nihilominus Dominum ipsam ac Deum & saluatorem inuocamus. Sufficiens igitur ad probationem vel mediocriter doctis sententiæ propositæ, diuina lege manifestè dicente: In ore duum vel trium testium stabit omne verbum. Quod si quis voluerit etiam posthac contēdere, audiat ipse à vobis: Eas hæc contra te ipsum, nos verò rectas scripturas & sanctorum patrum sequemur vestigia. Sic enim lucrabimur supernæ vocationis præmium in Christo, per quem & cum quo deo & Patri gloria cum sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

EXEMPLAR EPISTOLAE IOANNIS COMITIS SACRENSIS, scriptæ ab Epheso ad reges, qua docet, quid egerit vbi synodum conuenit Ephesinam, & præsertim cur sanctissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem capere voluerit.

Cum sciam conducibile pietati, si diuinis scripturis commendentur omnia, quæ iuxta purissimam celsitudinis mentē pro virili feci, hinc quæ facta, discitis. Pridè quàm hæc literæ darentur, labore magno accelerationeq; mira in Ephesiorum ciuitatē perueni. Aduenissim enim ciuitis, nisi maximis negocijs impeditus fuissim, quæ vestre magnitudini affuturus, Deo propicio, coram recēsebo. Statimq; sanctissimos episcopos qui hinc & inde conuenerant, reuerenter salutavi. Propter discordiam autem quæ intercedebat inter eos, partes accersere conueniebat. Turbatis autem omnibus, Cyrilloq; & Memnone se munientibus, per me ipsum ijs qui conuenerant, denunciaui, & ijs qui aberāt, manifestaui, vt sequenti die absq; vlla mora omnes in diuersorio meo cõfluerent. Porro nõ cõflictus quidam fieret, promiscuè ipsis conuenientibus, (metuendum enim & hoc erat propter ferociam, quæ nescio vndè illis acciderat) ingressus, ordinem distribui. Præsentem autem Nestorio ferè cum ipsa auro, & Ioanne pientissimo episcopo, aduenit etiam Cyrillus cum omnibus pientissimis episcopis. Solo autē Memnone absente, magna turbatio tumultusq; exoriri cœpit, dicentibus ijs qui cum Cyrillo venerant, Nestorij, qui ab ipsis depositus esset, nõ adspēctum quidem ferēdum esse: nihilominus tamen conuenientibus diuinarum scripturarum

scripturarum lectiōem fieri volebāt. Affirmabant autē ij qui Cyrillo fauebant, lectiōnem diuinarum & terribilium scripturarum absq; Cyrillo non habendam, neq; præsentem Nestorio, neq; his qui ab Oriente venerant, sanctissimis episcopis, & ob hoc magna facta seditio est, immò prælum & pugna. Eadem quoq; & sanctissimi episcopi, qui Ioanni pientissimo episcopo adstant, contēdebant, dicentes Cyrillum non oportere diuinarum literarum lectiōem interesse, vt potē & illo cum Memnone ab ipsis deposito. Fiebat igitur super hac re contentio. Iam autem maximo diei intervallo exacto, operæ precium existimaui, absq; Cyrillo & Nestorio, cæteris patefacere regias sentētiās, quandoquidem commemoratis illis, neq; scriptæ essent à mundi dominis. Verum renuebant & hoc pientissimi episcopi, qui cum Cyrillo venerant, nolebantq; etiã his qui cum Ioanne aduenerant, præsentibus aures præbere, eò quod dicebant eos illegitimè Cyrillũ & Memnonem deposuisse. Vix igitur potui persuasione & vi (si quidē vera dicere oportet) sequestratis Nestorio & Cyrillo, inducere omnem synodum, vt regium rescriptum audiretur. Igitur congregatis omnibus, Augustarum literarum lectiōem feci, in quibus depositi sunt Cyrillus & Nestorius, & Memnon. Quum autē hi, qui cum Ioanne pientissimo conuenerant, lectiōnem amicè susciperent & approbarent, audiuerunt à graui auditorio depositionem Cyrilli & Ioannis illegitimè factam. Cæterum nõ maior fieret seditio, Nestorium quidem custodiendum suscepit Candidianus comes & conuiuarium domesticorũ, qui omnibus consilijs & operibus meis interfuit. Cyrillum autē & ipsum custodiendum tradidit Iacobo circumspecto comiti & præposito quartæ scholæ. Memnon verò, vt prædixi, aberat. Vndè missis dispensatore & licetore ac Protodiacono sanctissimæ Ephesiorum Ecclesiæ, ei manifestaui qd depositus esset. At memoratus Memnon cū prædictis, fidem dedit eis, se suo periculo cū omni securitate ecclesiasticas pecunias seruare. His in hunc modũ actis, quoniã oportebat me & precibus vacare, descendi in sanctissimam ecclesiam. Cognoscēs autem Memnonē agere in episcopio, mitto ex ministris meis Primiceriũ nobiliũ Palatinorũ ad ipsum, vt ad me veniret, vt discerem, num omninò me accedere renueret. Verum ipse absque mora aduenit, & repræhensus à me, quare manè nõ venisset: dixit, ægritudine se deprehensum esse, & propterea non affuisse. Nè ferret autē alias meas admonitiōes vel cõsilia, præuenit sermones meos, & in meam irrupit domum. Traditus igitur & ipse Iacobo circumspecto comiti, custodiendus & à Scutarijs nobilibus, & reuerendissimis Palatinis. Hęc primo die à me facta sunt. Quoniã autem & de pace pientissimis episcopis ser-

monē habere oportebat, nè hærefes & schismata in Orthodoxa religione fierent: proindē quanta potui diligentia, ei negotio me accommodaui, & posthac operam daturus, modò placeat & melioribus, & pietati consonum sit, & recta mens sit Domini mundi. Quod si pientissimos episcopos videro implacatos & non recõciliabiles, (nescio vndè in hanc rabiem & asperitatem venerint) & si quid amplius factum fuerit, quamprimũ vestræ amplitudini significabo.

EXEMPLAR RELATIONIS Orientalium ad Reges aduersus D. Cyrillum & huius Anathematismos.

Meritò quis dixerit nostri seculi homines, qui tuo imperio gubernentur, beatiore ijs, qui ante nostram ætatem fuere. Vestra enim pietas inter innumeras totius orbis curas, eam quam religionis pietate gerit, omnibus alijs præposuit. Magis autē veneratur laudatissimum vestrum imperiũ eaque Dei sunt, quàm omnia quæ super terrâ. Quoniam fides in illum, vestras cogitatiōes & opera moderans, cū vestra pietate in omnibus honestis cooperatur. Hęc ita certò se habere semper quidem ex his quæ contingunt, didicimus: isto autē tempore maximè certi sumus. Postquam enim inexpectata sacerdotum exorta sunt disturbia, singulis simul à se inuicem dissidentibus, & commune hoc nostrum consistorium commotum est, Aegypto orbe (id quod semper solitus est) conturbante, vestræ pietatis oraculum per magnificentissimum & gloriosissimum comitem generalem largitionum Ioannem alatum, omnium vānas choleras restringere sufficiens est, siquidem modesti esse voluerimus. Illud autem maximũ, quod vestra Maiestas literis cauit, tollēda offendicula à quibusdam excitata. Vtendum autem canone & regula, qua olim à patribus in Nicea fides exposita est, quæ etiã nihil diminutum vel superfluum continens, compendiarium salutem concedit, verbis paucis compræhendens omnia, quæcunq; diuinæ scripturę tradiderunt, & eliminans seductorum & nouā nobis tradere volentium opiniones. Quapropter acceptis literis vestris, quum vidissemus mentem vestræ Maiestatis rectæ patrũ fidei conuenire, operam dedimus, vt confestim eijcerentur capitula contra Euangelicā & Apostolicam doctrinam à Cyrillo exposita, in quibus omnes & qui nũc sunt, & qui olim fuere, sanctos anathematizare ausus est. Quam autē nupero tempore turbulēter episcoporum præsentia conspirationem fecit, multorum in experientia & aliquorum morbo olim quidem latente, nunc autē impudenti circuncursatione manifestato, auctoritate synodali stabilire attentauit. Hęc autem sicut vestra Maiestas, etiã pientissimus sanctissimusque pater noster & episco-

Que sequitur, schismatiorũ sunt: proindē cū iudicio legantur.

Aegyptium per cõtemprium dieũ D. Cyrillũ.

Memnonis

nobilium

Acacius ex
annorum.

pus Acacius, scriptis sanctam synodum docuit, Apollinarij impietatem contingunt. Optimè enim scit vir ille decem & centum annos natus, qui omnem ætatem in Apostolicos sudores insumpsit, & plurimis synodis interfuit, & Apollinarij asseclas vicinos semper habuit. Vnde facile deprehendere potuit, quòd prædicta capita prauam illam opinionem saperet, & iam deceptos episcopos, & illi subscribere sinentes. Orauimus igitur vnà cum Ioanne magnificentissimo & gloriosissimo comite, vt ab orthodoxa fide recedantur & alienarentur, & se subscriberet orthodoxæ fidei Patrum in Nicea congregatorum. Et quum non possent propter malâ ipsorum præiudicationem factam, coacti sumus apud eos syneram illam & rectâ confiteri fidem, & illi subscribere, eijcereq; legitima confessione superflua illam, impijs opinionibus refertam, capitulorum expositionem. Sufficit enim paruorum illorû verborum rectæ fidei confessio, ad redarguendum omnem hæreticam errorem. Neq; enim prædicta Patrum fides contempnit ea quæ de vnigeniti Deitate recensentur, sed consubstantialiam prædicans, immobiles fidelium mentes seruauit, & Arrianorû hæresin sustulit, de quæ dispensatione exactas definitiões tradidit. Tunc inconuertibilem & incommutabilem Deitatem vnigeniti nos docuit, & non purum hominem esse, Dominum nostrum Iesum Christum, sed verè filium Dei credendum prædicauit, cõgrua diuinis sanctisq; scripturis confirmans. Vnde & nos illos sequentes, fidei & expositioni confessionis nihil adiecimus, nihilq; ademimus, contenti in omnibus sanctorum Patrum expositione. Quoniam autem õ piensissimi Reges, percipimus post hanc firmæ fidei cõsonantia, etiã de sancta ac Dei genitrice virgine, vestre excellentissimæ pietati innotuisse, (hoc enim Ioannes ille magnificentissimus & gloriosissimus comes annunciauit, id quæ diuino petito auxilio: maius enim fuerat, quàm vt talia homines attentarent) nota facimus vestræ pietati, quæ ex diuinis scripturis edocti sumus cõfessione nostræ infirmitatis excludere, & hæc inserere volentes inter ea, quæ super hominem esse cõsiderauimus. Igitur fatemur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante secula quidẽ ex patre genitum, nouissimis autem diebus ex Maria virgine secundum humanitatem, consubstantialiam ipsi Patri secundum Deitatem, & consubstantialiam nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta est. Idcirco vnum Christum, vnum filium, vnum dominum confitemur, iuxta hanc inconfuse vnionis sententiam confitemur sanctam virginem dei genitricem, eò quòd verbum incarnatum & inhumanatum est, & ex

illius conceptione vnuit sibi templum ex ipsa assumptum. Hæc quum didicerimus à Theologis viris, euangelistis & Apostolis, & prophetis, & pijs fidei doctoribus sua tepeitate claris, tãquam in compendio exposuimus. Oramus autem & obsecramus vestram Maiestatem, piam religionem quæ corrumpi videtur, morbo ab Aegyptiacis capitulis inuecto, more solito defendere, & omnibus præfectis sanctarum ecclesiarum sacerdotibus edicere dignetur, vt explodant capitula à prædicto Cyrillo, magna ecclesiarum iactura & fidei catholicæ introducta, soli q; subscribant sanctorum Patrum in Nicea congregatorum confessioni. Neque enim aliter pax in ecclesijs Dei triumphabit, nisi eiecta fuerit impia illa expositio.

MANDATVM QVOD SYNODUS dedit Legatis Constantinopolim proficiscentibus, vt Orientales iudicarent, Cyrillum verò & Memnonem sanctos Episcopos à condemnatione ac depositione liberarent.

PHILIPPO PRESBYTERO DEI ET amantissimo & colendissimo, sanctissimi & piensissimi Archiepiscopi Apostolicæ sedis magnæ Romæ Cælestini vicario, & piensissimis & sanctissimis episcopis, Archadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acacio, Euoipio, Sancta & vniuersalis synodus, quæ gratia Dei & edicto piensissimorum regum in Ephesinorum Metropolitanorum congregata, in Domino salutem.

Admontiti à piensissimis Christi q; amantissimis Regibus, vt mittantur Legati pro toto orbe, qui propter eos qui nobiscum in Ephesinorum vrbe congregati sunt, anxius est, vnanimi calculo decreuimus, & legationis prouinciam, vt pro recta fide & pro sanctis fratribus, sanctis, & dei amantibus Archiepiscopo Cyrillo, & dei amantibus, coepiscopo Memnone iniunximus. Vtrorunq; autem securitatis & vestrorum & nostrorû habentes curâ, hoc mandatorium diploma instruximus, vt & sciatis, ppter q; nos miserimus, & vestra pietas cognoscat, quòd nihil præter hæc facere debeatis. Ante omnia igitur sciat vestra sanctitas, quòd cum Ioanne Antiocheno, & cum Apostatarum concilio communionem nullo modo habere debeatis, eò quod noluerit nobiscum deponere impietatis præconem Nestorium, sed illi vsq; ad abitionem vestram patrocinati sunt, ausi contra omnes canones condemnare sanctissimum, Dei q; amantissimum Archiepiscopum Cyrillum, & sanctissimum Dei q; amantissimum episcopum Memnona. Præterea vsque ad id tẽpus in Nestorij dogmatis defendendis anxij sunt. Sunt item inter eos Cælestiani & depositi, audentq; totius orbis synodum, hæreticam appellare. Iam si necessitas quædam se obtulerit adeundi regè piensissimum, quoniam iam

niam edicto amatoris Christi & piensissimam, pro virili obediendum est, si noluerint prædicti subscribere depositioni Nestorij, & per libellos veniam petere à sancta synodo super ijs, quæ temerè in nostros præfides admiserunt, anathematizareque Nestorij dogmata, & abijcere eos qui eadem cum illo vel sapiunt, vel sapuere: denique & laborare nobiscum, vt restituantur nobis sanctissimi Archiepiscopi Cyrillus & Memnon, permittimus vestræ sanctitati his factis, polliceri quidem ipsis communionem, scribere autem nobis, vt & vobis cõpaciscentibus perfecta cum ipsis pax constet. Verum non erit antea promittenda illis pax, nisi præfides suos recipiat sancta synodus. Scire autem volumus vestram sanctitatem, quòd si quid horum à vobis contempturn fuerit, neq; sancta synodus acta habeat rata, neq; vos communionis sinet esse participes.

SUBSCRIPTIONES.

Berinianus	Sub-	Seuerus	Sub-
Erenianus	scri-	Pius	scri-
Dalmatius	psi.	Hellanicus	psi.
Perges iussus subscripsi.			
Palladius		Philippus	
Amphilochius		Heracleon	
Perigenes		Petrus	
Iconeus		Theodosius	
Aristonicus		Eusebius	
Valerianus		Benantius	
Cyrus		Anyfius	
Meonius		Domninus	
Dynatus		Zenobius	
Idduas		Aëtius	
Epiphanius		Timotheus	
Gregorius		Eugenius	
Hefychius		Calippus	
Tribunianus		Ioannes	
Theodotus		Senecion	
Ablabius		Docunafius	
Domninus		Theosebius	
Eustathius	Simi-	Domnus	Simi-
Constantinus	liter	Asterius	liter
Eunepius		Bessulas	
Euprepus		Maximus	
Patalius		Theodulus	
Siluanus		Commodus	
Limonius		Modestus	
Cyrillus		Aristobulus	
Euporus		Esthabius	
Thomas		Heraclius	
Rhodon		Pãulus	
Tychicus		Theon	
Martyrius		Hieraris	
Micias		Chrysaorius	
Nestorius		Hermogenes	
Theodorus		Aristocatus	
Archelaus		Alexander	
Aphobius		Lampetius	
Hermobius		Seuerus	
Carius		Ardesimus	
Reginus		Apellas	

Alypius		Mandianus	
Anderius		Eusebius	
Paulus		Heraclides	
Macedonius		Ammon	
Acacius		Zenobius	
Spudafius		Zenon	
Aphronius		Isaac	
Philetus		Nateras	
Promachus		Timotheus	
Nectarius		Zenon	
Metrodorus		Eusebius	
Dorotheus		*Philudephus	
Tarianus		Macarius	
Abraham	Simi-	Pabiscus	Simi-
Petrus	liter	Andreas	liter
Eudoxius		Phœbammon	
Adelphius		Sabinus	
Eulogius		Eusebius	
Theonas		Alexander	
Cyrus		Eutherius	
Marcellinus		Saadus	
Euagrius		Petrus	
Theodorus		Ioannes	
Solon		Ammon	
Romanus		Thomas	
Paulus		Ioannes	
Ioannes		Timotheus	
Rufinus		Eusebius	
Nefius		Paulus	

RELATIO SYNODI MISSA

cum prædictis Episcopis, & locum tenente Papæ ad Reges, vbi & iuste damnati Nestorij causa redditur, & iniuste depositi Cyrilli Memnonisq; innocentia defenditur aduersus Ioannem Antiochenum.

PIENSISSIMIS DEI QVE ET CHRISTI amantissimis Theodosio & *Valeriano *Valentiano Victoribus triumphantibus semper Augustianis, Synodus, quæ iuxta gratiam Dei & vestræ maiestatis edictum in Epheso congregata est.

Omnia quidẽ, õ Reges amatores Christi, Regiæ Maiestatis vestræ acta laudè merentur, magnumq; pietatis zelum præseferunt: eapropter vnanimiter omnes & singuli pro perpetua vestra incolumitate & imperio, preces Domino Christo offerimus, orantes vt Christi amantissima vestra Maiestas orbi perpetuò seruetur. Quia autem & nunc nostris precibus flexa vestra pietas præcipit per Ioannem magnificentissimum & gloriosissim. comitẽ, vt vniuersalis vestra synodus ad vestram Maiestatem electos quosdam piensissimos mittat episcopos, & coram omnibus causis exponat, merito gratias agentes Christi amantissimæ vestræ maiestati, Eligim⁹ sanctissimos ac piensissimos episcopos, Archadium, Iuuenalẽ, Flauianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Euoipium, & Philippum presbyterum romæ, Cælestini sanctissimi & piensiss. Archiepiscopi Apostolicæ sedis

Lucæ 10.

magna Romæ locum tenentem, quos his literis vestra serenitati commendamus, ut eos benignè videre & audire dignetur. Scientes autem quantum anima vestra amet Christum, Deoq; sit dedita, maximeq; faciat Christum, qui pugnat pro vobis & vos seruat, seruatur habeanturque in honore semper sacerdotes eius, iuxta id quod dictum est ab eo: Qui vos audit, me audit: & qui vos recipit, me recipit. Cõfidimus & quod qui nos cõturbauit, idem & vos (sicut literis insertum est) cõturbat: nos enim non ob aliã causam qui Ephesi nunc sumus, quã ut iuxta vestrum pietissimum edictum de fide tractaremus. Quoniã enim prophana Nestorij dogmas, eius immobilem à seculo tranquillitatẽ conturbauerunt, meritò super ea re consilium proposuimus. Post decimum & sextum diem præfiniti termini, Nestorium suis decretis ecclesias conturbantem accersiuimus. Verum quia ille malè sibi cõsciũs, comparere detrectauit, ingrentes impia dogmata, de Domini Christi incarnatione ab illo scriptis exposita, ea ipsa anathematizauimus, & eorum patrem ab episcopali dignitate omninò alienauimus. Ceterum Ioannes Antiochenus post vicissimum diem præfiniti termini, quasi zelo fidei nos adiuturus, huc peruenit, congregatis apud ipsum episcopis paulominus triginta, quorum alij Cælestiani, alij depositi multò antea fuerunt, aduersus nostros prædices & Orthodoxe fidei emulatores, secessit, sanctissimumq; & pietissimum Archiepiscopum Alexandriæ Cyrillum, & sanctissimum ac pietissimum eõ episcopum Memnona, neque accusatos ab ipso, neq; citatos iuxta canonum rationem, depositionis cõtumelia affecti: & quasi communicãrit cum ipso sancta & vniuersalis synodus in hanc contra illos iniustitiam, itã pias & religiosas vestras corripuit aures. At sancta & vniuersalis synodus (cui assidet & magna vestra Romæ sanctissimus & pietissimus Archiepiscopus Cælestinus, omnisq; occidentalis synodus per eos quos ad vos misit sanctos episcopos: Assidet autè & Africã omnis & Illyricum) legitime mota, ipsum præfectum concilij apostatarum Ioannem, & ceteros qui cum eo sunt, alienos ab omni Ecclesiastica communione esse decreuit, atq; omni sacerdotali ministerio destituit, refutans omnia, quæ ab illis illegitime facta sunt. Et quæ cum illis acta sunt, vestra Maiestati pridem literis significauimus: nunc verò his scriptis, & per hos legatos pietissimos episcopos, vestra pia genua protensis manibus attingimus, rogantes ut quæ violenter acta sunt cum sanctissimis & pietissimis episcopis Cyrillo & Mênone, nullumq; canonibus robur habentia, prorsus irritare, itã vt nostra Synodus capite non careat, & nos & omnes Christiani vniuerso orbe, luctu intolerabili in desinenter propter præfides conteramur, sed petitionum compotes,

consuetas preces vniuersi orbis ecclesijs domino Christo offeramus, vt in seculum concedatur vestrum Christi amatissimum Imperium. Nam calumnia quæ contra illos facta est à Ioanne Antiocheno & socijs eius, ad omnes nos pertinet, eandem fidem habentes cum prædictis, & cum eis sacerdotali ministerio fungentes, eõ quod & omnis occidentalis synodus testimonium dat eis, rectam & inculpabilem eorũ esse fidem, & nos quoq; de hoc certiores facti, commentariorũ scriptis promulgauimus, quod sint Orthodoxi, sanctorumq; patrum nostrorum sententiam in dogmatibus catholice & apostolice ecclesiæ habeant. Oramus igitur vestram Maiestatem, soluite & nos & illos à vinculis vincitis enim fratribus præsidibus sanctæ nostræ Synodi, etiã nos quodammodò vinciti sumus.

Finis.

MANDATVM QVOD ORIENTALES legatis suis in Constantinopolim episcopis dederunt, vt iudicent cum legatis vniuersalis synodi Orthodoxis episcopis in Constantinopoli. Sed hæc etiã sunt aduersus D. Cyrillum.

Schismaticorum hæc sunt.

Sancta Synodo in Epheso congregata, Scientissimis & sanctissimis Ioanni Archiepiscopo Antiocheno magnæ ciuitatis, & Paulo episcopo Emeseno, rationem reddente & p sanctissimo episcopo Acacio Berrhæensi, & Imerio episcopo Nicomedie metropolis, & Macario Laodicensium vrbis, ratione reddente & pro Cyro episcopo Tyrriorum metropolis, & Apringio episcopo Chalcidensium, rationem reddente & pro Alexandro episcopo Apameæ, & Theodoro episcopo ciuitatis Cyretanorum, rationem reddente & pro Alexandro episcopo Hierapolitanorum metropolis, & Helladio episcopo Ptolemaidis, præsentibus præsentibus mandabamus, quæ subordinata sunt.

Quoniam ecclesiasticæ causæ gratia, propter quam in hanc Ephesiorum urbem oēs vocati sumus, præsentem tempore vestra nouit pietas, quæ iuxta edictum pietissimorum regum nostrorum in celeberrimam Constantinopolim citati sumus ad suffragandum veritati, fideiq; sanctorum Patrum, & rectis dogmatibus: nõ tamen omnes iussi sumus esse vobiscum. Operæ precium autem est, vt omnium nostrum mens, quasi præsentium manifesta fiat. Vnde propria habemus quæ à nobis sunt, & pertinent ad timorem Dei, & pacificandam beneq; ordinandam Ecclesiam. Quapropter hunc vobis libellum, quo mandatum continetur, fecimus, quo precipimus & permitimus, perfectamq; potestatem tradimus, quã & nos si præsentem essemus, haberemus, vt quum vos gratia Dei in prædictam magnam ciuitatem perueneritis, siue apud pietissimum Regem opus fuerit, siue in consistorio, siue

Et hæc schismaticorum sunt.

in sancto conuentu, siue Patrum synodo, de his quæ inquiruntur, sermo habeatur, hac valeatis libertate dicendi sapientiaq; ac diligentia, vt vos decet, afferre pro communi ecclesiarum vsu, laborem hunc suscipientes, p nobis omnibus, scilicet manentibus & comitantibus & amantibus, & tanquam acta essent, habentibus omnia quæ à vobis in hac causa agitis, & acturi estis, & istuc ipsum oramus vestram sanctitatem, ne quod communi vsui profuturum, & ad gloriam Domini Christi, facere minus alacres sitis. Iam si & videbitur, synodale epistolã cum omniũ subscriptione mittendam, confitemur omnes communiter & singuli, omni alacritate nos subscripuros, & ad pium exercitium missuros. Quippe manifestum est, quod Capitula, quæ à Cyrillo Alexandrino adiecta ad fidem Patrum, qui in Niceno concilio, tanquam hæretica modis omnibus & à Catholica & Apostolica Ecclesia aliena eijciuntur.

Alexander Episcopus Hierapolis Metropolis. Si quid iuxta expositam fidem à sanctis Patribus feceritis, neq; adieceritis aliquid fidei sanctorum Patrum, & reprobantur hæretica illa Capitula Cyrilli Alexandrini, illi sententio. Huic enim expositioni fidei, etiã cum sancta synodo vobiscum subscripsi.

Dorotheus Episcopus Martianopolis secundæ Mysiæ, subscripsi, similiter commendans, vt præmissum est. Conscripserunt autè & ceteri omnes.

EXPOSITIO FIDEI, QVAM DEDE- runt Orientales episcopi legatis suis in Constantinopolim aduersus sententiam & scripta D. Cyrilli.

Sancta synodi tam Orientalis dioceseos, quàm adiutorum eius ex diuersis dioceseos & prouincijs congregati, Bithyniæ, Cappadociæ secundæ, Paphlagoniæ, Pisidiæ, Europæ, Mysiæ, Rhodopes, Thessaliæ, Daciæ, subsequencia collocuti sunt.

Propter ecclesiasticas quæstiones nuper exortas, cõuocati in Ephesiorum ciuitatem ab his qui ad iustè regendum à Deo probati, sapienterque & piè subditos dirigunt, sine mora in prædictam venimus ciuitatem. Non multo autem tempore exacto, propter factas à Cyrillo Aegypto turbas, secundoque ac tertio literis à pietissimis Imperatoribus acceptis, qui adhortantur vt omnes Christi ecclesiæ vinculo pacis vniantur, contenteq; fide quæ in Nicea à sanctissimis Patribus exposita, explodamus offendicula, nuper scilicet exorta: attentauimus quidem persuadere episcopis, Aegypto illi consentientibus, qui hæreticis articulis ab eo expositis subscriptione offendunt, amputent, contenti expositione, quæ in Nicea facta est, iuxta edictum pietissimorum nostrorum Regum. Nequiuimus autem ipsi persuadere propter malam eorum præsumptionem: coactiq; su-

mus nos, qui in sana Patrum fide permanemus, & nihil noui in illam inferri permittimus, eam scriptis exponere, & subscriptionibus nostræ confessionis solidare. Contenta enim paucis verbis expositio, & exacta docebit pietatem, & veritatis demonstrans sententiam, hæreticæ impietatis reprehendet errorem.

Credimus in vnum Deum Patrem, Deum potentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem: & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei genitum, ex patre vngentum, hoc est, ex substantia patris, deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, tanquæ in celo, quàm quæ in terra: qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homoq; factus, passus, resurrexit tertia die, ascendit in celos, & venit iudicare viuos & mortuos. Et in sanctum spiritum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quod ex nihilo factus sit, vel ex alia substantia vel essentia, dicentes esse conuertibilem & commutabilem filium Dei, anathematizat sancta Catholica & Apostolica Ecclesia. Ista est fides, quam exposuerunt Patres, primum quidem contra Arrium blasphemantem & dicentem, creaturam filium Dei, & contra omnem hæresin Sabellij, Photini, Pauli Samosatani, Manichei & Valentini ac Marcionis, & contra omnem hæresin, quæ in Catholica & Apostolica Ecclesia surrexit, quos condemnauerunt in Nicea ciuitate congregati trecenti decem & octo episcopi: In hac fide manentes omnes, confitemur & nos qui in Epheso conuenimus, & ij qui in nostris prouincijs agunt pietissimi episcopi, qui pacti sunt se mansuros in omnibus, quæ à nostris aguntur. Itaque obtemperamus sapienti qui dicit: Nè transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Quæ autem nuper à Cyrillo Alexandrino exposita sunt hæretica capitula, quibus & anathematismos superfluos & friuolos coniunxit, attentans suffragio & subscriptione episcoporum stabilire, eijcit ac alienos ab Orthodoxa fide censet sancta quæ in Epheso congregata est synodus.

PETITIO PRIMA SEPTEM

Orientalium Episcoporum, missa Regibus ex Chalcedone, vt D. Cyrilli causæ præiudicaretur, & illi iam liberè abire possent veluti victores.

Orandum erat, nè à quopiam alio, in expositionibus absurdis, sermo pietatis amitteretur, maxime autem, nè ab his qui sacerdotium, præfecturamq; Ecclesiarum sortiti sunt, quos nescimus quomodo præfidi cupiditas & ambitio, frigidèq; promissiones quædam, ad contemnenda semel omnia Christiana mandata induxerunt, idq; hoc fo-

Pro. 22. Deu. 19. 27.

Legatorum schismaticorum epistola schismatica.

lo animo, vt feruiant viro, qui p̄sumit ac sperat, se & auxilium sibi ferentes omnia recte gesturos: dicimus Alexandrinum Cyrillum, q̄ sola nugacitate in sanctas Dei ecclesias hæretica introduxit dogmata, ea q̄; confidit se argumentis comprobaturum, & correctionem peccatorum effugere, solo Memnonis & prædictæ conspirationis episcoporum ministerio sperauit. Quapropter nos, qui silentium alioqui amamus, & in cæteris philosophicè agendum censemus, nunc silentium & eius sapietie studium, fidei iacturam intelligentes, ad solos vos post supernam virtutē, orbis seruatorum, precando vertemur: quandoquidem scim⁹ pro pietate sollicitudinem vobis peculiariter conuenire, vtpotē ijs qui vsq; in hoc tempus custodiērint, vicissimq; p̄ illam custodiantur. Suspensos autem hos libellos offerimus, tanquam coram sanctissimo Deo exhibēda esset nostra excusatio: nō quōd pro religione min⁹ alacres fuerimus, sed pietati studentes, & pro ea sermones facientes. Nihil enim est, quod Christianorum temporibus sacerdotibus magis facere deceat, quam vt coram tam fidei Rege testimoniū ferant, etiā si parati essemus vitam ac corpora nostra in fidei discrimine milliēs exponere. Idcirco propter DEVM, qui videt omnia, & per Dñm Iesum Christum, qui iudicaturus est omnes in iustitia, per Spiritum sanctum, cuius gratia regnum gubernatis, & per electos angelos qui vos custodiūt, quos assistentes videbitis terribili throno, & horrendam illam Sanctificationem semper deo offerentes, quam nunc quidā adulterare nituntur, pietatem vestram, quæ obsidetur varfritie quorundam, id re ipsa adimentium, & hæretica capitula fidei introducta stabiliētium, quæ omnino à sanis dogmatibus aliena sunt, & cum hæreticis opinionibus conueniūt: obsecrauimus, vt vel si quis illic subscribat vel cōsentiat, & post promissam vobis veniam cōtendere vltra nō velit, præcipias illum in medium venire, & Ecclesiasticis pœnis subiacere, quōd pugnare pro pietate meli⁹ possis. Nihil enim d̄ Rex, magis regiū fuerit, pro quo & cum Persis & alijs Barbaris prælia committere festinasti, reddente tibi Chro pulchras victorias p̄ hactua in ipsum alacritate. Obsecramus autem, vt fiant apud pietatem tuam quæstiones in scriptis: sic em̄ facili⁹ dinoscantur, & in om̄e posterū tempus reprehendantur peccantes. Si autem q̄ sermones pro quibus delinquens fuit, negligens, voluerit per præceptum recte fidei præualere, tuæ iustitiæ ac iudicij fuerit attendere, num & ipsam Doctorum appellationem abiecerint ij, qui de dogmatibus introducunt, periclitari grauantur, & prædictis subijci nolentes, vt non redarguantur impiè egisse, neque refutare ea digna putantes, vt mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis. Iam enim per ordinatos manifestum est,

quosdam ex illis, pro hac impietate meditados esse, vt dignitatibus concessis nonnullos demereantur, & alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius obsistat, & videbit eos pietas tua non multo post proditiōnis suæ mercedem quasi spolia fidei Christi, distribuuros. At ex nobis quidam, à piētissimo Iuuenale Hierosolymitanorū olim ordinati, filuimus, quanuis pro canonibus certandum esset, nē videremur nostræ gloriæ causa dolere. Et nunc quoq; illius studia & præstigijs tales per Phœnicen secundam & Arabiam non ignoramus. Sanè de illis nobis non vacat curam habere, qui ciuitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contraditum, atque ad eōdē vitam nostram desitui maluimus, quam ista pro fide promptitudine. Verūm aduersus illorum conatus, Dei ac vestre pietatis iudicium opponemus. Nunc autem oramus, vt vna ac primaria pietas curetur, & nē Orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandē sub sancti nominis Constantino irradiauit, & per beatissimos auum & patrem vestre pietatis confirmatus est, à tua autem Maiestate etiā in alias barbaras gentes, & in Persarum gentem prorogatus est, nunc in ipsis Regiæ aule penetralibus langueat, & apud vestram turbetur serenitatem. Non em̄ duplices in Persidem d̄ Rex mittes Christianismi doctrinas, neque nostra magnum aliquid erunt, nobis discordia laborantibus, nemineque existente apud illos qui diiudicet. Neque quis geminis communicabit verbis & sacramentis, neque certē piē à tantis partibus & in condemnationis sanctis desciscet, sed neque Regni commoda tribuenda erūt his, qui diuersa inter se sentiunt, neque paruus inde * vsus pietatis hostibus excitabitur, & innumera alia malignæ contentiōnis ipsorum quis enumerārit nocumenta? Si autem quis est, qui paruifaciat celestium rationem, talis sit potius quicumque olim, quam is cui omnem orbis potestatem Dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, vt iudicium à tua pietate accipiamus. Mētem enim tuam ad exactam eorum quæ inquiruntur, comprehensionem Deus inducet. Demum si quod nunc prohiberet, (neque enim tuæ pietatis negocia omnia nota esse possunt) petimus à tua serenitate, vt ad propria tutō & feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus ciuitates nobis commissas, ex tali mora nō parum offendi, propter eos qui etiā in rebus pijs, vt videtur, contentiōnem querunt, nulla inde proueniente vtilitate.

PETITIO EORVNDĒM SECVNDĀ,
missa Regi à Chalcedone, D. Cyrilli
opprimendi causa.

SAEpenumerō pietatem vestram & per nos ipsos, & per eos qui à nobis missi sunt, docuimus, q̄ rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur, & quōd ij qui

*ausus

Alia schismaticorū epistola schismatica

disserpere videantur Ecclesiæ corpus, qui omnia susque deque faciunt, & omnem Ecclesiasticam constitutionem, omnemq; Regiam legem conculcant, vniuersaque simul confuderunt, vt expositam hæresim à Cyrillo Alexandrino confirmant. Nam vt à vestra pietate in Ephesum vocati sumus, ad inquirendam quæstiones quæ pullulārent, & ad confirmandum fidem euangelicā & apostolicam, à sanctis patribus expositam, nondum omnibus præsentibus conuocatis episcopis, ij qui particulare concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arrii & Eunomij & Apollinarij impietate conueniunt, scriptis commentarijs roborarunt, & alios quidem deceperunt, alios verō terruerunt, alios autem de hæresi accusatos, in cōmuniōne susceperunt: & alij qui non communicabant, mercedem, vt communicarent, dederunt: alios demum spe honoris, quibus indigni erant, accenderunt, & ita multitudinem sibi congregarunt, quasi nescientes, quōd piam religionem non multitudo, sed veritas ostēdit. Iterum lectæ sunt vestre pietatis literæ per magnificentissimum comitē Candidianum, significantes quōd pacificè & fraternè quæstiones quæ exortæ nup̄, inquirantur. Verūm conuenientibus omnibus piētissimis episcopis, nihil profuit lectio: venit nobilis Palladius Magistranus, alias vestra Maiestatem literas afferens, docētes rescindenda esse omnia quæ particulariter constituta fuerunt, & concilium denuō congregandum, verumque dogma fanciendum. Contemptum est autem & hoc more solito pium vestrum mādatum ab his qui omnia audent. Aduenit rursus magnificentissimus magister Ioannes, qui tunc comes omnium Largitionum, alias iterum afferens literas, significantes quōd à vestra Maiestate trium depositiones decretæ sunt, tollendæq; è medio suborta offendicula, solamque fidem in Nicea expositam à sanctis & beatis patribus, ab omnibus confirmandam. Transgressi sunt, vt solent, & hanc legem ij, qui omnia pro ludibrio habent. Enimverō nec post lectionem à cœptis destiterunt, & communionem habuere cum depositis, & meminerunt eorum tāquam episcoporum, non permittētes vt capitula ista in damnum & corruptionem piæ fidei exposita, exploderentur, tamen à nobis ad colloquium sepius accersiti fuerint. Habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta. Horum nobis testis est magnificentissimus Magister, qui nobis & illis tertio ac quarto conuocatis, & hæc nec prætere audent propter illorum inobedientiam, operæ precij duxit posthac huc nos vocari. Aduenim⁹, nihil remorati, nec quieim⁹ donèc huc veniremus, & apud vestram pietatem, & apud illustre consistorium obsecrantes, vt ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent,

ac in colloquium venire, vel ea tanquam aliena à recta fide exploderent: manentes in sola expositiōe fidei beatorum Patrum, qui in Nicea conuenerant. Et hi quidē nihil horum facere voluerunt, sed manentes in hæretica contentiōne, permisi sunt ecclesiis frequentare, & sacerdotio fungi: nos verō synaxi destituti, mansimus tanto tempore in Epheso & nunc, innumeraq; pericula & illic & hic pertulimus, & quū lapidaremur, & tantum non perderemur à seruis, monachorum habitu indutis, boni consuluimus, vtpotē pietate talia libenter perferentes.

Post hæc visum est vestre Maiestatem, vt iterum nos ac illi cōuocaremur, & vt ad inquirenda dogmata inobedientes compellerent. Hæc vt fierent nobis expectantibus, vestra pietas in ciuitatem profecta est: & eos quidem, qui de hæresi accusabantur, & propter hoc alios ex his depositos à nobis, alios verō excōmunicatos, & deinde canonicis pœnis subijciendos, præcepit vt in ciuitatem venirent, sacerdotio fungerentur, & ordinarēt. Nos verō qui pro pietate tantum certamen suscepimus, & pro rectis dogmatibus nullū non periculum sustinimus, neque ingredi in ciuitatem iussit, vt fidei periclitatis negocium ageremus, & pro rectis dogmatibus vageremus, neque ad propria remigrare permisit, sed sumus in Chalcedone, tristes ac gemētes in Ecclesiæ, quæ exercetur, schismate.

Idcirco qui nullum responsum obtinem⁹, necessarium duximus, præsentibus literis vt doceremus vestram pietatem coram Deo & Christo ipso ac sancto spiritu, q̄ si quis ordinatus fuerit, antequam discutiantur recta dogmata, ab his qui hæretica sentiunt, necesse vt tota ecclesia scindatur tam clero q̄ plebibus dissidentibus. Nullus enim piorum ferret, hæretica colentibus communionem dari, p̄priumq; salutē annihilari. Vbi autē hæc futura sunt, tunc vestra pietas præter suā mētem agere cogetur. Nam & schisma p̄ter sententiam inualecet, & eos qui pro pietate certant, contristabit, non ferentes vt suæ animæ pereant, & contentiōnis impia Cyrilli dogmata, quæ iustificare volunt. Multi autem qui pietati student, & omnes nos qui ex Orientali diocesi, & vestre prouinciæ ex diocesi Ponti & Asiæ & Thraciæ & Illyrici & Italiarum, non Cyrilli dogmata admitti sinent, qui & vestre pietati librum beatissimi Ambrosij miserunt, aduersa pullulanti huic superstitioni docentem. Quapropter nē hoc eueniat, & vestra pietas magis conturbetur, supplicamus, precamur, obsecramus, vt edicatur nē ordinatio antea fiat, donèc Orthodoxa fides formetur, propter quam & nos congregauit vestra, quæ Christū amat, celsitudo. PETITIO TERTIA EORVNDĒM, similiter à Chalcedone missa ad Imperatorem, vt eum D. Cyrillum peragerent.

Schismaticorum & hæc sunt.

NON

Non hunc euentum fortituram, vestrae pietatis expectabamus vocatione. Vocati enim honeste sumus tanquam sacerdotes a rege, & vocati sumus ad confirmandum sanctorum Patrum fidem, propterea etiam tanquam pio Regi obedire aduenimus. Vbi autem venimus, neque Ecclesiam minus sequuti sumus, neque vestrum contempsumus edictum, sed vestros nutus sequuti sumus continue ab eo die, quo in Ephesum peruenimus usque in hodiernum. Veruntamen ut videtur, nihil nobis profuit in hoc seculo modestia nostra, immo etiam plurimum, ut videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui sic vos habuimus, usque in praesentem diem in Chalcedone tenti conferuati sumus: nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero qui omnia confuderunt, & orbem turbis implerunt, & Ecclesias dissepere contendunt, & pietatem manifeste oppugnant, sacerdotio funguntur, Ecclesias congregant, & ut putant, auctoritatem ordinandi habent, nimirum illicita ab illis petita, seditiones in Ecclesia excitant, quae expendenda in usus pauperum, in suos infumunt milites. Caeterum non illorum tantum, sed & nostrer rex es. Non enim parua portio regni tui est Oriens, in qua semper recta fides refulsit, & cum hac etiam aliae prouinciae & dioceses, e quibus congregati fuimus. Proinde ne despiciat vestra Maestas fidem, quae adulteratur, in quam & vos baptizati estis, & vestri progenitores, in quam & ecclesiae fundamenta sunt iacta, propter quam sanctissimi martyres innumera mortis genera cum voluptate susceperunt, cum qua & barbaros vicistis, & tyrannos destruxistis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Est enim Deus omnium, comilito vester, si proprijs eius dogmatibus laboraueritis, & prohiberitis corpus Ecclesiae dirumpi. Dirumpetur enim, si opinio quam Cyrillus fidei induxit, & alij haeretici confirmarunt, inualescat. Haec saepe quidem coram Deo & in Epheso & hic testati sumus, & vestram pietate docuimus, rationem illius ut coram omnium Deo reddentes. Exigit enim & hoc a nobis, sicut diuinae scripturae, propheticae & Apostolicae docent. Etenim beatus Paulus clamat: Testificor coram Deo qui mortuos uiuificat, & Domino nostro IESU CHRISTO, qui testificatus sub Pontio Pilato bonam confessionem. Et Ezechiel precipit Deus, ut annunciet populo, & minas adiicit, dicens: Nisi annunciaueris, sanguinem de manu tua requiram. Timentes itaque hoc iudicium, necessarium existimamus iterum docere vestram Maestatem, quod ij qui permissi sunt Ecclesias habere, in Ecclesijs docent quae Apollinarius & Arrius & Eunomius: illegitime & contra canones sacerdotio funguntur, & animas eorum qui se accedunt, si quis & ipsos volet audire: nam per diuinae gratiam, cui omnium hominum cura est,

2. Tim. 4.

Eze. 3.

deest forte, occidunt aut perdit.

& qui omnes vult seruari, maxima pars populi sana est, & pro pijs sollicita est dogmatibus. Propter illos maxime dolemus, & quia cruciamur, timetes ne paulatim serpens moribus plures comprehendat, communeque malum fiat, haec nos vestram serenitatem docemus, & docere non desistimus, & precamur vestram maestatem, ut nostris precibus annuat, & nihil sinat adijci ad fidem sanctorum Patrum, qui in Nicea congregati fuerunt. Quod si & post hanc nostram obsecratione, hancque coram Deo data est, doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam puluerem pedum excutiemus, & clamabimus cum beato Paulo: Mundi fumosa sanguine vestro. Non enim cessamus nocte & die, ab eo die quo in hac celebrem synodum aduenimus, & regi & principibus & militibus, & sacerdotibus & laicis testari, ne amittamus traditam nobis a Patribus fidem.

Acto. 18.

EPISTOLA EORVNDEM AD suos in Epheso, ut obarment se mutuo in D. Cyrilli perniciem.

SANCTISSIMAE AC PIENTISSIMAE synodo quae in Epheso, Ioanes, Ioannes, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoritus, in Domino salutem.

Postquam in Chalcedonem venimus, (nam in Constantinopolim neque nos, neque aduersarij nostri intrare permisi sumus, propter seditiones honorum monachorum) fama accepimus, quod ante octo dies priusquam compareremus (en gloriam piensissimi regis) dominus Nestorius ab Epheso dimissus sit, ut eat quod liberet. Unde valde doluimus, quando quidem verè ea, quae illicitè & absque iudicio facta, iam robur habere videntur. Sciat autem vestra sanctitas, nos promptos, pro fide certame inuituros, & certare velle ad mortem usque. Expectamus autem hodie, hoc est, vndecima mensis Gorgiae, transiturum piensissimum nostrum regem ad Rufinianum, & illic causam auditurum. Precetur igitur vestra sanctitas, ut Dominus Christus nos adiuuet, quod valeamus sanctorum Patrum fidem roborare, & in damnum sanctae Ecclesiae exorta capitula radicitus discerpere. Eadem ut vestra sanctitas sentiat ac faciat, obsecramus, maneatque in sua pro fide Orthodoxa alacritate. Porro cum scripta esset epistola, nondum occurrerat nobis dominus Imerius: nam fortassis impeditus est in itinere. Caeterum nihil vos turbet: speramus enim tristitia extinguenda, & veritatem effulsuram, modò vestra pietas strenue nos adiuuet.

ALIA EPISTOLA EORVNDEM ad eosdem, de victoria in tempeste uè gloriantium,

Precibus sanctitatis vestrae datus est nobis accessus ad piensissimum regem nostrum, diuinaque gratia his, qui diuersa sentiunt, in certamine superiores facti sumus, quia omnia qui-

quidem nostra accepta fuere apud Christi amantissimum Regem. Isecta autem sunt, oblata ab illis, & quae visa sunt indigna ut reciperentur, neque vllam consequentiam habebant, reiecimus. Cyrilli enim sursum ac deorsum memores erant, orabantque illum accersiri, ut ipse pro seipso rationem redderet. Usque in praesentem diem non obediunt, sed audierunt, quod oporteat sermones de pietate, hoc est, de ratione fidei haberi, & firmatam esse fidem beatorum Patrum. Redarguimus & Acacium, qui in commentarijs profuerat, passibilem esse Deitatem. Quod usque adeo grauatum tulit pius Rex noster, ut excuteret pallium, & retrorsum cederet praebisphemiae magnitudine. Scimus autem & totum consistorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus. Visum igitur est piensissimo nostro regi, ut vnusquisque suum sensum exponat, & suae pietati offerat. Respondimus autem nos, quod impossibile est aliam fieri expositionem, quam eam quae in Nicea à beatissimis Patribus facta est, & placuit eius maestati. Proposimus igitur illa, in qua vestra sanctitas subscripsit. Caeterum omnis populus Constantinopolitanus iugiter ad nos venit, orans ut strenue pro fide pugnemus, multumque laboramus ad retinendum eos, ut ne videamur occasionem dedisse aduersarijs. Misimus autem exemplar expositionis, ut duo exemplaria fiant, duobusque illis subscribatis.

EXEMPLARIA ORIENTALIUM ad eos qui Constantinopoli sunt, fratres, ut Cyrilli causam & scripta opprimant: suam vero sententiam corroborent ac sectam.

OMNIBVS MODIS PIENTISSIMIS ET sanctissimis ac religiosis Coepiscopis, Ioani, Ioani, Imerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodorito, Helladio episcopis, synodus quae in Ecclesia Ephesi congregata, in Domino salutem.

Quoniam didicimus vestros pro religione labores, cum diuina Regis nostri, Christum amantis, & pietissimi, cognouimus experientia Dominum Iesum Christum Ecclesias suas non derelinquere: qui sane & vobis Orthodoxis docentem gratiam exhibuit, aduersariosque multo rubore confudit, piensissimumque nostrum Regem recte fidei sanctissimae Ecclesiae accedere fecit. Confidimus autem quod & vobis libertate sacerdotibus Christi digna certantibus, & piensissimi nostri Regis vita per Deum salua, pacificum finem res habiturae sint. Infametur haeretica, ut per totum orbem in Ecclesijs iterum sanctorum Patrum Orthodoxa fides reluceat. Verum aduersarij non cessant usque in praesentem diem solitam exercere tyrannidem, eo quod nullam indignationem expri sunt. Vbiq; enim in Ecclesijs, illicitas depositiones mittentes, turbant & clerum

& plebem. Subscripsimus item in duobus exemplaribus, quae a vestra sanctitate nobis sunt missa, pro quibus oramus, ut contra pullulantem impietatem, pro veritate certantes, usque ad sanguinem obfistatis, scientes quod eum vestra sanctitate concordat ea, quae nos confitemur. Parati etiam sumus prius mori, quam suscipere vnum ex haeticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quae autem ad personarum dehonorationem attinet, perpetuo silentio abrogamus. Qui enim recipiunt eum in haeticis illis commentarijs, (haeretica commentaria, ut scitis, Patrum fidei coniunxerunt) hac ratione declarant se ipsos haeticos, & ab Orthodoxa fide alienos. Quod igitur oro, fieri potest, ut duo haec diuersa, depositio & capitula, conueniant? Nam si fidedigni sunt qui eum recipiunt, digni fide erunt & in capitulis haeticis quae exposuerunt. Si autem capitula redarguunt eos haeticos, omnino haeticorum est & depositio. Haec autem & ad piensissimum nostrum regem scripsimus, misso exemplari, ut quod opere precium videbitur, faciatis. Non minor enim nobis sollicitudo est, quam pro veritate ipsa, ne si depositio, quae ab haeticis facta, robur accipiat, valeant & haeretica capitula, & alia quae ab illis contra multos sacerdotes facta sunt. Bona nobis fiducia est, quod vestra sanctitas haec omnia doceat, & illa faciat, quae contra omnia quae ab haeticis facta sunt, irritent siue depositionem siue excommunicationem, idque tam synodali rescripto, quae regio edicto. Non ignorat enim vestra pietas, quod habemus quosdam episcopos nobiscum desolatos in suis prouincijs. Demum misimus vestrae sanctitati reces factam expositionem ab Alexandrino haeticorum capitulorum euidentius etiam per illam ostendente suam impietatem. Sicut & rogauimus vestram sanctitatem, dignemini curare, ut nos statim dimittamur, maxime quia nunc haec inflat.

RELATIO ORIENTALIUM

Episcoporum in Epheso ad reges Theodosium & Valentinianum, ut in horum odium pertrahant D. Cyrillum.

Piensissimis & Christi amatoribus regibus Theodosio & Valentiniano Augustis, a sancta synodo quae in Epheso congregata. Edocti ex sanctissimorum & pietissimorum ministrorum nostrorum literis, qui pro tota synodo ad vestrum pium exercitium puenerunt, tum quod benignus illis ad vestra pietatem patuerit accessus, tum quod Maestas vestra multum pro Orthodoxa fide letgauit sumus, quasi praesentes praedictis serenam vestre pietatis faciem simul intueremur. Cognouimus enim, quomodo ea quae ab aduersarijs, vestro iusto iudicio minus fuere accepta: Sanctorum autem Patrum, qui in Nicea, fides, pro qua & praesentes piensissimi episcopi & nos solliciti sumus, receptionem meru-

meruit. Credimus itaque Deum sic instituisse vestram pietatem, nè quo modo commoueretur apostolica fides, per quam à progenitoribus regnum habet vestra Maiestas, omnesque alienas nationes subditas habet. Et propterea gratiarum actiones & continuas preces solito more, cum magno gaudio, Domino Christo offerimus. Quoniam autem sub vestro imperio magna quædam fiducia est sacerdotibus, confidimus etiam ea, quæ nos more conficiunt & solitudine, cognouisse vestram Maiestatem, illorumque remedium petere. Unde oramus, & ante vestigia vestra prouoluimur, vt nos cum longanimitate humiliantes vestre pietati suscipiatis, & iuste petentes, de offensa persona, ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deum ipsum impiè egerrunt. Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turbauerunt sanctorum Patrum fidem, hanc ipsorum partem in ipsis commentarijs etiam illicitam depositionem fecerunt. Et credimus nõ visum fuisse incorrupto vestro & recto iudicio, iustam illorum stare condemnationem, quos condemnari manifestè oportet, vt potè conuictos hæreticos. Quæ autem particulariter sequutura sunt ab illis & contra ecclesiasticas constitutiones, & contra piensissima vestra scripta, iam à multis didicit vestra Maiestas, si in nullo ab ipsis offendatur, vestrisque edictis non oblectentur, & ecclesiasticam fidem prædicet. Nam etsi millies fugiens tumultus caueat, & ipse priuatim agere mallet: opus tamen, nè fides iacturam ferat, eò quòd illegitima ista depositio, ab his quæ hæretica capitula introducunt, facta sit.

EPISTOLA THEODORITI EPISCOPI Cyri ad Alexandrum Hieropolitanum, scripta à Chalcedone, quanta nimirum dexteritate & vafricie causam secte suæ ageret apud populum & Imperatorem, vt Cyrillo Nestorium anteponeret.

Nillum humanitatis, nullum asperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omisimus, quo apud piensissimum regem & illustre consistorium nõ sumus vsi, testificantes coram Deo, qui omnia videt, & Domino nostro IESV Christo, qui iudicaturus est orbem in iustitia, & spiritu sancto, & electis eius angelis, nè contènatur fides, quæ ab his qui heretica dogmata suscipere, & his subscribere ausi fuere, adulterasti: & vt præcipiatur, solùm exponendam sicut in Nicea, & abijciendam superinductam hæresim ad damnũ & perniciem pietatis. Et vsq; in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus sese ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, vt ab vrgendo proposito desisteremus, sed persequuti sumus causam, Dei gratia, cum iuramento enim piensissimo nostro

regi suauissimum, quòd impossibile sit, nobis Cyrillũ & Memnonem conciliari, & qd fieri nequeat vt alijs communicemus, qui nõ antea eiecerint hæretica capitula. Itaque nos quidem hanc habemus metem. Studium autem est his qui sua ipsorum quærunt, non autem quæ Iesu Christi, vt reconcilientur eis & ppter mentem nostram. At non est vobis eius rei cura. Deus enim nostrum propositũ exigat, & virtutem explorat, neque supplicia irrogat propter ea, quæ ppter mentem fiunt.

De amico autem sciat tua sanctitas, quòd si quãdò eius faceremus mentioem, vel apud piensissimum Regem, vel apud illustre consistorium, defectiois notabamur. tãtæ sunt eorum qui intrò sunt, erga illum inimicitia. Et hoc est molestissimum. piensissimus Rex præ omnibus alijs auersatur nomen, manifestè dicens: De hoc mihi nullus loquatur. specimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hinc sumus, non cessabimus omni virtute & eius patris curam gerere, scientes factam illi ab impijs iniustitiam. Nobis quoque studiũ est, vt hinc liberemur, & vestra liberetur pietas. nihil enim hinc boni sperandũ, eò quòd iudices ipsi omnes auro confidant, & contendant vnam esse naturam deitatis & humanitatis. Populus autem omnis, gratia Dei, benè habet, & iugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipsis etiam disserere, & celebrauimus communionem maximam, & quartò illis enarratum est precibus tuæ pietatis de fide: & tãta audierunt voluptate, vt vsque ad horam septimam non discederent, sed perdurauerint vsq; ad estum solis. In aula enim maxima, & quatuor habente porticus, multitudo cõgregata fuit, & nos supernè concionabamur è suggestu propè teetum. Verum clerus omnis cum bonis monachis, valde nobis erat infensus, ita vt fieret collapdatio, qnã Ruffinianis post aduentum piensissimi Imperatoris rediremus, & vulnerarentur multi ex laicis & falsis Monachis, qui nobiscum erant. Nouerat autem rex piensissimus, qd multitudo cõgregaretur contra nos: & solis nobis occurrens, dicebat: Noui qd malè congregamini. Dicebam autem ei: Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iustum est, hæreticos quidem excommunicatos in ecclesijs agere: nos verò qui pro fide certamus, & ppter hoc illos communionis exortes factos, non intrare in ecclesiam. & ille respondit: Et ego quid faciam? Respondi igitur illi, Quod fecit magister tuus Comes largitionum in Epheso. Ille enim vt inuenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos, dicens: Si non fueritis pacifici, non concedam vni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatè præcipere hinc episcopo, nè pmitteret neq; illis neq; nobis cõgregari, donèc conueniamus, vt iusta tua sententia oibus nota fiat. Adhæc dicebat: Equidè episcopo impare nõ possum. Itaq; respõ-

Vide quala borat infamia Nestorius, què tũ iste schismatico amicum suũ vocat, pauloq; post, patrè.

παρασση δ' ην.

hos

Laus impia impij hæretici.

di ego. Igitur neque nobis imperes, & accipimus ecclesiam, & congregamur, & cognoscunt tua pietas, quòd multò plures nobiscũ sunt quam cum illis. Adhæc diximus ei, qd nostra congregatio neque lectionem sacrarum scripturarum habebat, neq; oblatione, solas autem preces p fide & vestra Maiestate, & de religione colloquia. Approbavit igitur, & vltra non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur cõuentus multitudinis ad nos venientis, & cum voluptate doctrinas audientis. Oret igitur vestra pietas, vt causa nostra exitũ habeat Deo placente. nos enim quotidie periclitamur, & insidias monachorum & clericorum suspicantes, & potentiam & incuriam videntes.

EPISTOLA LEGATORVM orientalium ex Constantinopoli ad suos in Epheso, vbi Nestorium hæresarcham probates, damnat planè hæretica temeritate D. Cyrillũ, eiusq; capitula.

Legatorum schismaticorũ ad eos qd se legatũ, epistola.

DOMINIS MAXIME HONORABILIBUS & piensissimis Episcopis, qui in Epheso versantur, Ioannes, Ioannes, Imerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoritus.

Quintò accessus nobis cõtingit, & quis multum de hæreticis capitulis disceptauerimus, iurauerimusq; sapius piensissimo Regi, qd impossibile sit nobis communicare his, qui diuersa sentiunt, si nõdum exploferint capitula, & qd Cyrillus, etiam si reiecerit capitula, à nobis suscipiendus nõ sit, eò qd ipse tam impiæ hæreseos hæresarches factus sit, nihil tamen profecimus, eò quòd & aduersarij instarent, & auditores hos tam impudenter oblectantes nõ compescerent, nec cogèrent eos, vt ad inquisitione & colloquium venirent. Hac enim via effugiunt, nè capitula examinentur, & de his disputari prorsus non sinunt. Nos autem propter vestras preces vsque ad mortem instare parati sumus, & neq; Cyrillum suscipere, neq; capitula ab eo exposita, neq; illis communicare, priusq; explodantur, quæ malè fidei adiecta sunt. Obsecramus igitur & vestram sanctitatem, vt sapiatis eadem quæ nos, eundemque laborem ostendatis. Certamen enim nobis pro religione est, quã solam habemus spem, & propter quam expectamus fructuosos nos benignitate saluatoris nostri in futuro seculo. De piensissimo & sanctissimo episcopo Nestorio sciat vestra pietas, quòd studuerimus quidem sermonem de illo inferere: sed nunc nõ potuimus, eò qd omnes & ad ipsum nomen hostiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res sic habeant, per opportunitatem temporis ac auditorum beneuolentiam, etiam hoc facere, si quidè nostro proposito Deus cooperatus fuerit. Porro vt vestra sanctitas etiam hoc nõ ignoret,

Gratiũ D. Cyrillũ columnia.

scitote quòd videntes Cyrillianos tyrannide & fraudibus, & adulatione, & donis, oes (vt ita dicam) decepsisse, non raro piensissimum regem obsecramus & magnificentissimos principes, vt & nos ad Orientem dimitteremur, & vestra pietas ad propria remigraret. cognoscimus enim quòd in vanum moras necimus, & instituta non perficimus, eò quòd Cyrillus vbiq; fugit colloquium nostrum, conscius sibi, blasphemias quas in duodecim capitulis suis edidit, manifestè redarguendas. Placuit autem piensissimo regi, post multas adhortationes, vt singuli ad propria redeamus, ad hoc, vt & Aegyptius & D. Memnon Ephesius in suis locis maneant. Sic enim poterit Aegyptius omnes excaccare muneribus suis, sic, vt ille quidem, quum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat, iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur. Omnem quæ vobiscum est fraternitatem, & nos & qui nobiscũ sunt, plurimum salutamus. Ioannes Episcopus antiochiæ Orientis, valere vos in Christo precor Domini piensissimi & sanctissimi. Subscripserunt autem similiter & alij.

Cyrillũ Memnonem Ephesius in suis locis maneant. Sicut enim poterit Aegyptius omnes excaccare muneribus suis, sic, vt ille quidem, quum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat, iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur.

Concio schismatici episcopi suos consolantis, in qua liquidò videri potest, quomodo pertinaces ac peruersi scripturam sibi contra veritatem vsurpent. Porro admonendus est Lector, hunc Theodoritum aliquandiu mansisse in errore, sed tandem rediisse ad sanitatem, adeo vt in Concilio Chalcedonensi in pristinum gradum, vn de exciderat, restitutus sit.

PARS HOMILIAE THEODORITI Episcopi Cyri, dictæ in Chalcedone, ad confirmandos Orientales episcopos, dum à Constantinopoli phiberentur, & Cyrillo cedere cogentur.

Christus nobis dux sit sermõis, per quẽ & ipsi sermões, & nos diuinorum eius eloquiorum ministri. Christus qui posuẽ est in ruinam multorũ & resurrectionem, & in signum cui cõtradicitur: olim quidè carnali Israel, nõcautẽ & spiritali. Christus infidelibus quidem lapis offendiculi & petra scandali: credentes autẽ non cõfundens, preciosus lapis est, fundamentũ secundũ Esaiæ vocem. Christus lapis est, quẽ reprobauerunt edificantes, & factus est in caput anguli. Christus Ecclesiæ fundamentum: Christus lapis, qui sectus absque manibus, & factus est in montem magnum, & obtexit orbẽ, iuxta Danielis prophetiam. p quo, & cum quo, & ppter quem impugnamur, propter quẽ à regia ciuitate prohibiti sumus, sed calorũ regno nõ excludimur, verum ciuitatem habemus super nam Hierusalẽ, cuius architectus & opifex deus, vt Paulus dixit. Christus per quem terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, vt nostram audiatis vocem, quam vestri pastoris vocis effigiẽ putatis. Desideratis enim audire iuctidas vestri pastoris fistulas, pastoris quẽ pastores socij calamis occiderunt, vt

Luc. 2.

1. Cor. 1. Esai. 8.

Psal. 117.

Dan. 2.

Heb. 11.

kkk

pu.

Hiere. 12. putant, ad quos Deus per prophetam clamat: Pastores multi corruerunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, posuerunt partem meam desiderabilem in solitudinem imperuiam. Dicit de ipsis & per alium Prophetam: Secundum multitudinem ipsorum, ita peccauerunt mihi gloriam eorum in ignominiam ponam. Dicit & per alium iterum Prophetam: Vae filij apostatae, fecistis consilium, & non ex me: & pacta, & non per spiritum meum, ut adijciatis peccatum super peccatum: conuersi estis, qui profundum consilium consultastis & iniustum.

Esaia 30. Dicit ad eos & Esaia: Manus enim vestrae pollatae sunt sanguine, & digiti vestri peccatis. Lingua vestra loquuta est iniustitiam, & os vestrum iniquitatem meditatum est. Nullus loquitur iusta, quia concipiunt laborem & pariunt iniquitatem: oua aspidum excuderunt, & telas araneae texunt. Videte accusationem malitiae, & putredinis malitiae iudicium: oua aspidum, & telas aranei: partus quidem malitiam, conceptum autem infirmitatem habet. Oua aspidum, malitiae species: tela aranei, infirmitatis argumentum est. Et comedit ouum eorum contra factum, putam e inuenit. Vidisti malitiam infirmantem, vidisti offendentem, non offendentem: vidisti eum qui impugnatur, coronatum? Et qui comedit ouum eorum contra factum, vrium inuenit. Vrium autem est aliquid sterile, hoc est, imperfectum. Esaia, pmulga nobis & malitiae speciem. Et in ipso basiliscus. Hoc autem mirabile, quod basiliscus in illo, & vrium, hoc est, sterile. Basiliscus autem malitiam significat, quando quidem bestiola haec omnium reptilium ferocissima est, ei confert malitiae sobole. Verum & illa ipsa vrium est, propter infirmitatem malitiae. Infirma enim est malitia. Sequitur demonstratio: Tela eorum non erit in vestimentum: non enim vestiuntur ab operibus manuum suarum. Quare? quia opera eorum, opera iniustitiae. Dic specie iniustitiae: Pedes eorum in malum currunt, nimirum ut aliquid fiat. Et veloces ad effundendum sanguinem. Quid ad haec? Contatio & infelicitas in vijs eorum. nam via eorum tortuosae quas transiunt, & viam pacis nescierunt. Verum lamentis digna sunt haec, quod sacerdotes contra sacerdotes talia dicant. Verum hoc dicimus, non quod tantum accusamus illos, quantum nostri curam gerimus. Et post alia: Verum obstupescit celum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit Dominus: quia duo haec mala fecit populus iste. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquae vitae, & foderunt sibi cisternas detritas, quae non poterunt aquam continere. Dicit ad eos Deus per Hieremiam Prophetam: Transite ad insulas Chetim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate bene, si facta sint talia qualia haec, si mutauerunt gentes deos suos. Transite ad insulas Chetim: non vultis, inquit, ferre verba mea,

non fertis prophetas? non accipitis legem? non creditis diuinis scripturis? Assumite gentilium pueros in doctores, ite ad gentes, & discite quomodo colantur ab illis dii putati, quum non sint dii. Transite ad insulas Chetim, & videte: & mittite in Cedar, & bene considerate, si facta sunt talia qualia haec: num mutauerint gentes deos suos. & quos? Et illi non sunt dii. Et quare haec dicis? Populus meus mutauit gloriam suam, vnde nullam vtilitatem accipiet. Haec & de illis congruit dici. Pagan ligna & lapides venerates, vt immortalia, illa saluant. tu autem illis predicas ea venerari non debere, sed solum verum Deum, qui constituit motes in statera, & syluas in libra, qui metitur manu aquam, & celum in palmo, & omnem terram pugillo, qui constituit celum quasi cameram, qui continet rotunditatem omnis terrae, & habitantes in illa quasi locustas. Et hunc qui omnia verbo fecit, & vnica momenti inclinatioe exhibet ea quae non sunt, vt sint, & dedit his qui non erant, vt essent, sola voluntate, quasi oblitus horum omnium, passionibus obnoxium facis, & legem ponis, vt adoretur Deus passibilis. Et pagani quidem, vt praedictum est, avaritiae verbo capti, etiam celum impassibile vocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt, & terram quam calcant, inter deos numerant. Nos autem inuisibilem, vni genitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibile esse credemus? Absit, Saluator noster & benefactor, ne sic Apostatae sumus adorationis tuae, ne sic ignoremus tuam naturam, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemus passibilem nostrum liberatorem, qui nos de passionibus ad impassibilitatem transtulit, & nobis passionibus obnoxij, impassibilitatem largitus est. Haec & pro nobis legationem afferimus Deo, cui gloria in secula, Amen.

HOMILIA IOANNIS ANTIQCHENI Episcopi in Chalcedone dicta, post homiliam Theodoriti, vt & suos complacet animaret, & a Diui Cyrilli sententia auerteret. Est autem obseruandum, hunc Ioannem Antiochenum Episcopum postea cum D. Cyrillo rediisse in concordiam, & prorsus damnasse Nestorium.

Sancta lex est, vt patribus accepta ferantur ea quae filiorum sunt. Meus igitur est Galaad, & meus est Manasses: immo non mei sunt, sed Dei, eius qui vestra cum nostra congregauit Ecclesiam, & hunc pro pietate zelum cum alijs donis largitus est. Equidem inter vos ideo surrexi, vt dicendo salutare simul & valedicerem. Etenim vobiscum sumus, ad fratres nostros contendentes. Transite enim quocumque vult absque impedimento charitatis natura. Saluto vos, & oro, vt pacem habeatis cum Deo, prius quidem fideles, nunc autem confessores. Quisquis magnas facultates

Esa. 40.

Psal. 59.

tes possidere censetur, strenue militat & impigre, vt conferat quae possidet. Nullus igitur a paterna fide destituit, quam & nos vt depositum apud filios deponimus. Respiciat ad progenitores, quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit a fidei sinceritate auellere. Porro vobiscum paruae quidem minae sunt, magna autem merces: paruae passiones, sed coronae magnae. Nemo depregetur depositum vestrum, nempe dogmatum certitudinem: nemo persuadeat, Deum esse passibilem, neque corporis & neitatis naturam vniam. Illa enim per se est diuina substantia, hanc verò, corporis videlicet, suscepit. Idcirco connexionem praedicamus, & non confusionem: vnionem, non compositionem. Deus hoc per illud, filius hoc per illud, omnia hoc per illud: adoratur cum illo, glorificatur cum illo: & qui cum illo adunatus est inseparabiliter, primitiae appellat nostrae naturae. Haec seruate, & Deo pacis erit nobiscum, adiuuans nos, modo quo ipse nouit, cui sit gloria in secula, Amen.

Libelli Synodiarum constitutionum, FINIS.
DECLARATIO DVODECIM capitum & Anathematismorum, a Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino, Ephesi, sacra Synodo latiore illorum explanationem petente, dicta.

Conspicua sunt intelligentibus omnia, & rectam scientiam inuenientibus, sicut scriptum est. Hi nanque, qui sacra diuinae scripturae verba acuto & puro oculo inspiciunt, vtilitatis loco diuinum quaedam & caelestem ex illis thesaurum in animos suos recondunt. Qui verò mentem habet ad mendacium procedentem, & quorundam dicitate deuictam, vanaque scientiae amatem, confortes illorum erunt, de quibus B. Paulus dicit: In quibus Deus huius seculi, sensus infidelium excacauit, vt non splendeat illis illuminatio Euangelij glorie Christi. Sunt enim caeci, & duces caecorum. Quapropter & in foueam perditionis incidunt. Sicut nanque; seruator ipse alicubi dicit: Si caecus caeco ducatum praestiterit, ambo in foueam cadent. Nugantur itaque nonnulli contra veritatis dogmata, ac mentem diabolica improbitate refertam habentes, veritatis mysterium vngenti studio adulterare conantur, incarnationisque vni geniti desponsationi haud medicriter derogant, non intelligentes neque quae dicunt, neque de quibus affirmant, sicut scriptum est. Sunt autem huiusmodi impietatis inuentiones multi quidem & alij superioribus & iam elapsis temporibus facti: nunc autem, illorum impietate minimè inferiores, Nestorius & qui cum illo faciunt, ad exemplum praefcorum Phariseorum Christo aduersantur, impudenter vociferantes: Quam obrem tu, cum homo sis, te ipsum Deum fa-

cis? Est itaque necessarium, vt aduersus illorum sermones accingamur, & impura ac prophana eorum dogmata anathematizemus, memores DEI, per vocem prophetae dicentis: Audite sacerdotes, & contestamini domum Israel, dicit Dominus omnipotens. Et iterum: Ingreimini per portas meas, & lapides à vis abijcite. Oportet enim nos qui pro veritatis certamus dogmatibus, è medio submouere offendicula, ne villo pacto populi ad illa impingentes, veluti per planam semitam ad sacra & diuina stabula veniant ferè quotidie, dicentes: Haec est porta domini, iusti intrabunt per eam. Cum itaque Nestorius ad excitandas turbas peregrina & impia dogmata libris suis inseruerit, necessarium salutis eorum, qui illa lecturi sunt, rationem habentes, anathematismos construximus, non statim quicquid in mentem incidisset, admonitorie, quam ad ipsum scripsimus, epistolae inserentes, sed vt iam dixi, peregrina & aliena esse à pietatis dogmatibus, dementiae ipsius demonstrantes conuicia. Molestè verò nonnulli forsitan, quae à nobis dicta sunt, ferunt, vel non verè intelligentes vim eorum quae scripta sunt, vel impure Nestorij haereseos propugnatores, & impietatis illius, eadem sentientes, participes facti. Latet itaque veritas neminem eorum, qui rectè sapere consueverunt. Quoniam autem verisimile est, futuros quosdam qui non intelligant, quomodo Anathematismi isti aduersus illorum sunt inducti nugae, necesse existimaui, vt singulos breuiter exponam, & quantum fieri potest, vim illorum perspicue doceam: futurum est enim, vt arbitror, hoc institutum còducibile ad vtilitatem legentium.

ANATHEMATISMVS PRIMVS.
Si quis non confitetur Emmanuele secundum veritatem esse Deum, ideoque sanctam virginem esse deiparam, (carnaliter enim verbum ex Deo patre carnem factum genuit) anathema sit.

DECLARATIO.
Beati patres olim Niceae congregati, cum rectae & irreprehensibilis fidei determinationem exponerent, credere se dixerunt in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem: Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium eius, Et in spiritum sanctum. Ipsum verbum quod ex Deo est, per quod omnia facta sunt, lumè de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum esse, & inhumanatum, passumque; & excitatum dixerunt. Cum enim vni genitum patris verbum, secundum naturam deus esset, semè Abraham assumpsit, sicut B. Paulus dicit: & nobis simile factum, de carne ac sanguine participauit. Natum est enim secundum carnem è sancta virgine, & homo nobis similis apparuit, non definens esse Deus, Absit: sed existens quod erat, & in diuinitatis natura & gloria permanens.

Amos 3.

Hiere. 50.

Psal. 117.

Prouer. 8.

1. Cor. 4.

Matth. 15.

1. Tim. 1.

Iohan. 10.

Heb. 2.

nens. Dicimus igitur ipsum verbum hominem esse factum, nec conuersionem aut alterationem sui in id, quod non erat, passum. Idem enim semper est, nec mutationis obscuritatem pati sustinet. Sed & neque commixtionem, neque confusionem, nec temperaturam aliquam essentiae eius cum carne factam esse statuimus. Dicimus autem verbum carni rationalem habenti animam modo nobis nec intelligibili, nec dicendo, quem solum ipsum nouit, esse unitum. Mansit itaque; deus in assumptione quoque; carnis, & est vnus Dei ac patris filius, dominus noster Iesus Christus: id est cum ante omnia secula & tempora, quatenus intelligitur verbum esse Dei & character substantiae eius, tamen in nouissimis temporibus per dispensationem homo propter nos factus. Quis vero nonnulli natiuitatem eius secundum carnem ex sancta virgine ad omnium salutem factam tollunt, quae non hoc illi contulit, ut primum esse inciperet, sed ut nobis similis factus, a mortuo & corruptione liberaret: ob hanc causam primum noster Anathematismus partim contra peruersam illorum fidem vociferatus est, partim id quod recte habet confitetur, Emmanuelem secundum veritatem Deum, & ob id sanctam virginem deiparam esse dicens.

ANATHEMATISMVS SECVNDVS.

Si quis non confitetur carni secundum substantiam unitum esse, quod ex Deo est verbum, atque vnum esse Christum cum carne sua, eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

DECLARATIO.

Scribit diuinus Paulus, sacer diuinorum mysteriorum minister, In confesso magnum esse pietatis mysterium: Deus apparuit in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, praedicatus est inter gentes, fides illi habitata est in mundo, assumptus est in gloria. Quid igitur est quod dicit, Deus apparuit in carne? Hoc est, verbum ex Deo patre, caro factum est, non secundum transmutationem, aut conuersionem in carnem mutatum, sicut iam diximus, sed magis quod carne ex sancta virgine sumptam, propriam sibi fecerit, vnus & idem appellatus filius, ante incarnationem, quidem carnis expertus, & verbum tantum, post incarnationem vero idem existens in corpore. Propterea dicimus eum simul & Deum esse & hominem, non diuidentes illum in hominem separatim & seorsum considerandum, & in Deum verbum separatim, ne duos cogitemus esse filios, sed vnum confitentem Christum esse & filium & dominum. Eos vero, quae causam hanc non ad hunc modum habere suspicantur, aut non sic credere volunt, sed eum qui vnus est, in duos filios diuidunt, & quae secundum veritatem sunt coniuncta, a se inuicem separant, dicuntque; hominis cum

Deo coniunctionem duntaxat secundum dignitatem vel authoritatem esse factam, a reuera & inculcata fide alienos esse dicimus. Itaque licet Apostolus nominetur, & vnctus, in quo filium designatus dicatur, non tamen erubescimus hanc dispensationem, sed ipsum dei patris verbum, quando pro nobis homo factum est, tum sanè & Apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem vnctum esse dicimus. Cum enim nobis sit simile factum, licet quod erat, manserit, quae humana tamen sunt, non est auersatum, sed admittit potius simul cum humanitatis mensuris quae sunt humana, propter dispensationem, nihil ex eo in propria vel gloria, vel natura diminutum. Est enim, est inquam, etiam hoc pacto Deus, ac Dominus omnium.

ANATHEMATISMVS TERTIVS.

Si quis in vno Christo substantias, post factam illarum vnionem, diuidit, coniunctione tantum illas, quae sit secundum dignitatem vel authoritatem, & non magis coitione, secundum naturalem vnionem connectens, anathema sit.

DECLARATIO.

Dispensationis vnigeniti cum carne mysterium studiosè considerantes, admirabili & inenarrabili modo verbum Dei patris sancto corpori rationalem animam habenti adunatum esse dicimus, atque ita vnum esse filium intelligimus, quemadmodum videlicet in nobis ipsis cernere licet. Est quidem anima diuersa à corpore naturae, & tamen vtraque coniuncta, vnum animal efficiunt. Verum sunt, qui ista non ad hunc modum habere suspicantur, sed hominem nobis seorsum ac separatim statuentes, DEI patris illum verbo secundum solam dignitatem vel authoritatem non naturali, id est, vera vnione, & sicut nos credimus, coniunctum esse dicunt. Nam ita & diuina scriptura alicubi dicit: Et eramus natura filij irae, sicut & ceteri, diuisionem naturae, pro verè usurpans. Itaque qui substantias post vnionem diuidunt, & singulas, hoc est, Deum & hominem separatim ponunt, & coniunctionem illarum, eam intelligunt, quae secundum solam sit dignitatem, duos omnino filios statuunt, cum diuina scriptura & filium & Dominum esse dicat. Proinde post inenarrabilem illam vnionem, eum Deum nominat Emmanuelem incarnatum & humanatum verbum, nos quod ex DEO ac patre est intelligimus: & cum hominem eum esse dicit, nihilominus illud ipsum verbum per dispensationem in humanitatis mensuris constitutum esse cognoscimus. Dicimus itaque eundem palpabilem, cum sit impalpabilis: visibilem, cum sit inuisibilis. Non enim alienum ab eo corpus est, quod illi coniunctum est, quod & palpabile & visibile esse dicimus. Eos vero qui ad hunc modum non

dum non credunt, sed quemadmodum dixi, substantias post vnionem diuidunt, nudamque coniunctionem, quae secundum solam sit dignitatem vel authoritatem, confingunt, propositus hic Anathematismus alienos ab his esse iudicat, qui quae recta sunt, sentire consueuerunt.

ANATHEMATISMVS QVINTVS.

SI quis voces illas, quae in Euangelicis & Apostolicis habentur literis, siue de Christo à sanctis siue ab ipso de seipso dictas, duabus personis vel subsistentijs assignat, & alias tanquam homini separatim à Dei patris verbo intellecto, alias verò tanquam Deo competentes, soli Dei patris verbo adaptat, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum verbum Dei ac patris, in ipsius esset forma & aequalitate, non est rapinam arbitratum quod Deo esset equale, sicut scriptum est, sed magis seipsum ad spontaneam exinanitionem demisit, & in nostram naturam descendit, non amittens quod erat, sed magis etiam hoc pacto Deus permanens, & tamen humanitatis mensuram non despiciens. Sunt itaque ipsius omnia tam diuina, quam humana. Etenim vbi seipsum exinaniuit, si in humanitatis sese mensuras demittere erubuit? et si humana detrectauit, quis illum necessitate ac vi aliqua ad hoc impulit, ut nobis similis fieret? Vniuersas igitur Euangelicas voces, tam quae humanitatem, quam quae diuinitatem concernunt, vni personae adaptamus. Nam & vnum credimus esse filium Christum Iesum, hoc est, inhumanatum & incarnatum DEI verbum. Itaque etiam si humanum quid scriptura de Christo dicat, humanitatis eius mensuris hoc deputamus, (est enim ipsius & humanitas, etiam si Deus esse dicat) Deum qui humanatus est, esse credentes. Rursus & quae de humana natura sonant Euangelicae voces, vni Christo & filio assignamus. Qui vero illum in duas personas diuidunt, omnino duos comminiscuntur esse filios. Quemadmodum enim hominem (quales nos sumus) non in duas diuidimus personas, licet ex anima esse & corpore intelligatur, sed vnus & idem homo est: ita & in Emmanuele ciendum est. Quoniam enim vnus est filius & dominus, verbum illud Dei incarnatum & inhumanatum, omnino etiam vna est illius persona, & huic ascribimus, tam humana, propter dispensationem illius cum carne susceptam, quam diuina, propter inenarrabilem illius, quam ex patre habet, generationem. Qui vero illum diuidunt & partuntur in hominem separatim, tanquam alium praeter Dei verbum existentem filium, & in Deum separatim, tanquam rursus alium existentem filium, merito tanquam duos di-

centes esse filios, virtuti propositi huius Anathematismi subiiciuntur.

ANATHEMATISMVS QVINTVS.

Si quis Christum deiferum hominem audeat dicere, & non potius Deum secundum veritatem, tanquam vnicum & naturalem filium, quemadmodum verbum caro & carnis & sanguinis inde atque nos, particeps est factum, anathema esto.

DECLARATIO.

Verbum Dei diuinus Euangelista Iohannes Iohann. 1. nes carnem esse factum dicit, non solum transmutatione aut conuersione propriae naturae in carnem mutatum, sicut iam praediximus, (Est enim inalterabile tanquam deus) sed quae consimiliter nobiscum in carne ac sanguine communicauit, homoque factum est. Est enim in consueto diuinae scripturae, ut hominem carnem vocet. Scriptum est enim: Et videbit ois caro salutare Dei. Sed impiorum dogmatum inuentores, Nestorius & qui cum illo faciunt, eadem videlicet cum illo sentientes, simulat quidem confiteri se incarnationis vocem: verum non simul dicunt verbum Dei secundum veritatem esse incarnatum, hoc est, hominem ad nostri similitudinem factum, ita ut quod erat manserit, sed velut in homine vno ex sanctis, ex sancta virgine nato, vnigenitum Dei verbum habitare affirmant, ut iam non confiteantur, quod vnus sit filius & dominus adorandus: sed quod tanquam homo seorsum ac separatim intellectus, sola coniunctione secundum dignitatem vnionem honoratus simul adoretur & glorificetur. Habitat quidem in nobis omnium Deus per sanctum spiritum. Nam & per vnum ex sanctis prophetis dixit: Hier. 31. Quoniam inhabitabo in eis, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. 2. Cor. 6. Scribit & beatus Paulus dicens: An ignoratis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Et ipse Christus de sanctis prophetis, vel reliquis sanctis, qui ante ipsum fuerunt, dixit: Si & illos dixit neos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & in mundum misit: vos dicitis quod blasphemet, quia dixi, filius sum dei? Verum non ita deus in Christo, sicut in nobis, habitat. Erat enim natura Deus, etiam cum nobis similis fieret. Itaque qui deiferum illum hominem dicere audent, & non magis inhumanatum Deum, merito proposito subiaceat anathematismo.

ANATHEMATISMVS SEXTVS.

Si quis verbum quod ex Deo patre est, Deum ac dominum Christi esse dicit, & non magis illum eundem confitetur esse Deum simul & hominem, sicut verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

DECLARATIO.

kkk 3 Do-

Domini noster IESVS CHRISTVS vnus & solus & secundum veritatem filius Dei ac patris existens, cum verbum illius sit, caro factus est, & simul omnibus vna cum genitore suo. dominatur, fleaturque; illi omne genu caelestium, terrestrium, & inferorum, & confitetur omnis lingua, quod Dominus noster IESVS CHRISTVS sit in gloria Dei patris. Est itaque idem ipse Dominus omnium, iuxta quod & intelligitur & est Deus, licet non sine carne, post inhumanationem, ipse verò suus nec Deus est, nec Dominus. Est enim hoc omnium absurdissimum, immò omni impietate reuera refertum, si ita sentias aut dicas. Itaque meritò contra hanc impietatem propositus est hic anathematismus.

ANATHEMATISMVS SEPTIMVS.

Si quis Iesum à verbo Dei tanquam hominem actum & impulsum esse, & vnigeniti gloriam illi tanquam alteri cuidam à se diuerso accessisse dicit, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum vnigeniti filij Dei generationem secundum carnem sanctæ virgini beatus Gabriel euangelizaret: Paries, in quiebat, filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipse namque saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nominatus autem & Christus est, propterea, quod nobiscum humanitatis vnctus secundum Psalmistæ vocem, dicentis: Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ confortibus tuis. Quãquam enim cum ipse sit spiritus sancti supplicator, illum que non mensurat det his qui digni sunt, (Est enim plenus, & de plenitudine eius omnes accepimus, sicut scriptum est) per dispensationem tamen, vt homo, vnctus est. Dicitur & spiritualiter spiritus sanctus, non humanitatis per omnia, supra ipsum venisse, vt & in nobis permaneat, licet propter transgressionem Adæ principio à nobis fugerit. Ipsum itaque vnigenitum Dei verbum caro factum, Christus vocatum est, & cum propriam habeat potentiam Deo competentem, miranda operatur. Proinde qui CHRISTI potentia vnigeniti gloriam accessisse dicunt, quasi alter sit præter CHRISTVM vnigenitum Dei, duos sentiunt esse filios: alterum operantem, alterum verò illius operatione, tanquam hominem nobis similem, impulsum: Ob eam causam, virtuti huius anathematismi subiiciuntur.

ANATHEMATISMVS OCTAVVS.

Si quisquam assumptum hominẽ audeat dicere, vna cum Deo verbo adorandum & glorificandum, Deumque tanquam alterum cum altero appellandum

esse, & non magis vna adoratione Emanuele honorat, & vnam illi glorificationem, sicut verbum caro est factum, deputat, anathema sit.

DECLARATIO.

Baptizati sumus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum filium, & scilicet in vnum quoque spiritum sanctum. Denique B. Paulus dicit: an ignoratis, quia quotquot in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus: Sumus itaque illi conscripti per baptismum in mortem, vt quemadmodum Christus excitatus est ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Credidimus itaque, & baptizati sumus in vnum, sicut dixi, filium Dei nostrum Iesum Christum, hoc est, incarnatum & inhumanatum Dei verbum, sumusque; vnum adorare Deum edocti, & nobiscum etiam caelestes virtutes. Scriptum est autem: Cum induceret primogenitum in orbem, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Factus est autem vnigenitus primogenitus, quando homo nobis similis est factus. Tunc etenim & frater diligentium ipsum, est appellatus. Si quis igitur adorari eum tanquam hominem vna cum altero præter ipsum existentem, videlicet Dei patris verbo, dicit, & nõ secundum veram vnionem in vnum Christum & filium & dominum coniunctum vna adoratione honorat, iuste virtuti anathematismi huius subiicitur.

ANATHEMATISMVS NONVS.

Si quis dicit vnum Dominum Iesum Christum, à spiritu tanquam aliena virtute, qua per ipsum sit usus, glorificatum esse, & ab illo accepisse, quæ contra spiritus immundos operatus est, & quæ diuinitatis signa inter homines perfecit, & non magis proprium ipsius esse spiritum, per quem diuinitatis signa operatus est, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum homo factum sit vnigenitum DEI verbum, etiam sic tamen Deus mansit, omnia existens quæ pater est, solo hoc dempto, quod ille pater est: & proprium habens, quod ex patre est. Et essentialiter inherens illi spiritus sanctus, signa illa diuine potentie operatus est. Itaque, etiam homo factum Deus mansit, atque ita propria virtute spiritus miracula perfecit. Qui verò dicunt, quod tanquam vnus ex nobis, sanctis videlicet, spiritus sit glorificatus efficacia, qua sit nõ propria, sed aliena magis, & non quomodo Deum decet, usus: & quod gratia loco à spiritu sancto assumptionem in celos acceperit, iuste virtuti huius Anathematismi subiacebunt.

ANA.

Hebr. 3:

Ephes. 5:

Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum scriptura dicit. Obtulit autem pro nobis semetipsum in odorem bonæ fragrantie Deo ac patri. Si quis igitur Pontificem, & Apostolum nostrum, non ipsum quod ex Deo est verbum, & caro & homo, nobis similis est factum, sed tanquam quendam hominem præter ipsum, separatim ab eo, ex muliere natum, factum esse dicit, aut si quis Christum etiam pro seipso oblationem, & non magis pro nobis obtulisse dicit, (non enim opus habuit oblatione, qui peccatum non nouit) anathema sit.

DECLARATIO:

Modici quidem momenti indubiè, verbo ex Deo patre genito sunt, quæ humana sunt: veruntamen ab illo non contempta, propter dispensationem. Cum enim secundum naturam Dominus esset omnium, demisit semetipsum in nostram naturam, forma serui accepta, appellatusque est noster pontifex & Apostolus, humanitatis mensuris ad hoc illum vocatibus. Obtulit autem semetipsum pro nobis, in odorem bonæ fragrantie Deo ac patri. Vnica quippe oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, sicut scriptum est. At ignoro, quomodo qui aliter sentiunt, non ipsum Dei verbum hominem esse factum & Apostolum ac Pontificem confessionis nostræ appellatum, affirmant: sed tanquam alium quendam præter ipsum separatim hominem ex sancta virgine natum, Apostolum & Pontificem appellari, famulandique modo ad hoc muneri venisse, & non magis pro nobis, quam pro seipso semetipsum Deo ac patre obtulisse, id quod omninò à recta est & inculcata fide alienum. Peccatum enim non fecit. Qui verò superior est omni delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Quonia verò, vt apparet, præuaricantes duos iterum filios excogitant, qui aliter sentiunt, necessarium positus est hic Anathematismus, * vt veritatem perspicuam redderet.

Al. * palam
faciens coru
impietates.ANATHEMATISMVS
vndecimus.

Si quis carnem Domini non confiteatur esse viuificam, & ipsius verbi, quod ex Deo patre est, propriam, sed tanquam alterius cuiuspiam præter ipsum, secundum dignitatem quidem, aut tanquam qui diuinam duntaxat inhabitationem sit adeptus, cum ipso coniuncti, & non

magis viuificam, sicut diximus, propterea quod propria facta est verbi, quod omnia viuificare potest, anathema sit.

DECLARATIO.

Sanctum ac viuificum incrementum que in Ecclesia celebramus sacrificium, non hominis alicuius nobis similis & communis corpus: consimiliter & preciosum sanguinem esse, quod proponitur, credentes, sed magis tanquam proprium viuificantis verbi corpus & sanguinem accipimus. Communis enim caro viuificare non potest. Et hoc ipse seruator testatur, dicens: Caro non prodest quicquam, sed spiritus est qui viuificat. Quonia enim verbi facta est propria, ob eam causam intelligit, & est viuifica, sicut seruator dicit: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, etiam ille viuere propter me. Quia verò Nestorius, & qui cum illo sentiunt, mysterij huius virtutem temerè dissoluunt, propterea, idque valde meritò, constitutus est hic Anathematismus.

Inuentura
sacrificium.

Ioan. 6.

Ibidem.

ANATHEMATISMVS
duodecimus.

Si quis non confitetur verbum Dei carne esse passum, carne crucifixum, & mortem carne gustasse, primogenitum ex mortuis factum, quemadmodum & vita est, & viuificans sicut Deus, anathema sit.

DECLARATIO.

Impassibile quidem & immortale est Dei patris verbum. Vt enim excellentior est diuina, & inenarrabilis natura, quam quæ patitur aliquid: ita & ipsa omnia viuificat, & corruptionem ac quicquid contristare solet, superat. Attamen licet verbum ex DEO patre essentialiter hæc habeat, nihilominus carnem mortis capacem sibi propriam fecit, vt per hoc quod passionibus est obnoxium, passiones illas pro nobis ac propter nos in sese susciperet, & nos omnes à morte ac corruptione liberaret, suum ipsius corpus viuificans, vt DEVS, primitiæque dormientium ac primogenitus ex mortuis. Non enim communis homo est, separatim ac seorsim, præter verbum DEI, intellectus, qui propter nos preciosam passus est Crucem, & mortem gustauit, sed ipse Dominus gloriæ, carne passus est, secundum scripturas. Quonia verò qui vana sua & impia dogmata, in rectam & inculpatam fidem insinuare conantur, communem pro nobis hominem crucem sustinuisse dicunt, necessarium anathematismus hic constitutus est, vt latentis in illis impietatis magnitudinem demonstraret.

kkk 4 LIBER

LIBER CYRILLI ADEVOPTIVM EPISCOPVM, QVI miserat ei reprehensiones Theodoret. Episcopi Cyri, contra duodecim Anathematismos, quos Capitula vocant, factas: reddit autem de omnibus obiectionibus rationem hoc ordine: primum pramittit capitula: nos vero, quia bis, terve capitula hæc sunt repetita, omittimus: subdit deinde Theodoret. i reprehensionem, postremo suam responsionem addit.

Pientissimo & desideratissimo fratri & ministro Euooptio, Cyrillus in Domino salutem.

Prou. 18.

LECTIS nuper literis à pietate tua ad me datis, admiratus sum & affectationem charitatis, & in Christo synceritatem, atque adeo, vt illud in Prouerbijis, Frater qui à fratre adiuuatur, sicut ciuitas munita, verissime scriptum sit, nunc quoque verè dici debere censeam: videatur que mihi charitatis possessio digna, quæ omni eloquio rectè & merito in scripturis diuinitus spiratis celebratur. Plenitudinè em legis continet, aliasque virtutes antecellit, & ad miraculum vsque in sanctorum animabus relidet. Eam sanè non solum puris verbis compleri dicimus, sed magis spectamus, vt ab operibus testimonium recipiat. Sicut enim preciosissimas gemmas, quas Indicas esse dicunt, non continuo admiramur, si quis de illis mira narret, sed si videntes admirationem capiant: ita etiam clarum dilectionis pulchritudinem effulgent arbitror, si in cunctis pijs negocijs, ab operibus perfectis testimonium habeat.

Hanc igitur dum pietas tua probe colens, per prudentium sanctorum vestigia incedit, gloriam quam illi benè viuèdo meruerunt, vendicat. Abundantiùs autem comprobatum est mihi tuæ pietatis erga me studium, libro mihi exhibito, quem composuisse dicitur contra Anathematismos Theodoretus Cyri. (ita enim ciuitatulam vocant.) Lectis his, que in eo habentur, gratias DEO cum hymnis offerebam, tantum non & illud dicens: Domine, libera me à labijs iniustis & à lingua dolosa. Sentiebam enim me vbique calumnijs impeti, idque per singula capita. Cogitabam autem hoc, quod familiares nonnulli dicebant, virum istum in literis exercitatum, & in sacrarum scripturarum cognitione fortè prouectum. Verum ab intelligentia istorum capiendorum tantum abcessit, vt de eo nunc planè sentiam, quod quorundam desiderijs indulgens, fingat se ignorantem, nè arroganter & superuacaneè, sed iuste & appositè lædorijs in me vsus reputeretur, tametsi in dictis nostris nihil omninò sit ita difficile vel sublime, quod vel apprehensionè subterfugiat. Quoniam autem, licet pridem de his scripseri-

Psal. 119.

mus, pauca & cum illo loqui necessarium est, vt nè quis præ desperatione silètiū eligere putet, quanta licuerit sermonis breuitate defensionem illaturus sum. Oportebat sanè ipsū, vt potè in sacris exercitatum scripturis, si quidem mens eius erat de diuinis mysterijs nobiscum miscere sermones, de solis sacris literis nobiscum commentari, narrationemque vt sacra decet, contexere, neque veteres nobis fabulas cum salibus in medium adferre. Meos enim sermones pōmo Eridis cōfert, fortassis vt ostentet quantum sibi sapientis peculium compararit: vnde & nos dictorum suorum multo maximi admiratores fieremus. Nam & eloquentissimum se declarat, & multifariam eruditum, vt potè qui pomum Eridis nō ignoret, atque adeo neque Priami Paridem. Cæterum his missum factis, præsentem causam in manus potius sumamus.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi Anathematismus primus.

Si quis non constitetur Deum, &c.

REPREHENSIO DVODECIM CAPITVLORVM diui Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi, ab Theodoret. Episcopo Cyri ad Ioannem Antiochenum conscripta.

VALDÈ dolui, dum Anathemata legissem, que direxisti, destruere ea à nobis ex scripto præcipiens, & hæreticum eorum sensum nudum omnibus intimare. Dolui autem, quia vir pascendi sortitus officium, cui grex tantus est creditus, & oves infirmas curare præceptus, languet quidem ipse, & vehementer implere. Implere autem oves nititur ægritudine, & agrestibus bestijs fauēt ea, quæ sunt pascenda, discepit. Illæ nanque ea, quæ sunt dispersa, & à grege diuisa, capientes dilacerant: hic autem in medio eius existens, & saluator est deputatus, & custos, latentem læsionem introducit obedientibus. Quod enim apertè rebellet, obseruari facile est: quod verò sub amicitiarum figura insidias parat, inuenit id, cōtra quod pugnat incautū, eiq; facile infert læsionem. Vnde oblidētibus hostibus interioribus seuiores sunt proditores. Hoc ergo magis contristat, quod sub pietatis nomine atque figura, & sub pastoris dignitate consistens, in hæreticas & blasphemias voces erumpit, & dudum extinctam Apollinaris inanem simul impiamque doctrinam renouat. Super hæc autem non solum talia allegare, sed & non consentientem suis blasphemijs anathematizare præsumpsit. Si tamen istius ista sunt germina, & non inimicorum quispiam veritatis, tanquam ex illo hæc componens, precipit in mediū, secundum illud quod in fabula

In Cyrillum criminatio.

Alias præceptum, & redundat.

Apertū horem facile vitamus.

multos.

Apollinaris & dispesare.

Psal. 101.

Hebr. 1.

Malach. 3.

Philip. 2.

Matth. 1.

Colof. 1.

Matth. 1.

Emmanuel.

bula malum discordiæ in altum flammam exaltans. Nos autè quicumque doctrinas Evangelicas sequimur, nō carnem naturaliter factum, neque in carnem conuersum verbū dicimus: inconuertibilis est enim immutabilisq; diuinitas. Vnde & David propheta dicit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient: Quod Paulus maximus veritatis præco de filio dictū in epistola ad Hebræos edocuit. Et alibi per Prophetam ait Deus: Ego sum, ego sum, & non mutabor. Si igitur inconuertibilis est immutabilisq; diuinitas, mutabilitatis est & conuersionis insusceptibilis. Si autem impossibile est mutari immutabilem, non factus est caro Deus verbū cōuersus, sed adsumpsit carnem, & inhabitauit in nobis, secundum Euāgelicam vocem. Et hoc explanans sacratissimus Paulus in epistola ad Philippenses ait: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, vt esset æqualis Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui suscipiens. Palam igitur ex his, quæ dicta sunt, quia Dei forma mutata non est in serui formam, sed manens quod fuit, adsumpsit formam serui. Si igitur non est caro factum Deus verbū, sed carnem viam & rationale animam adsumpsit, non ipse naturaliter ex virgine natus est, conceptus, & factus, atque formatus, & principiu exindè, vt esset adsumens, qui ante secula est, & Deus est, & apud Deum est, & cum patre est, & cum patre cognoscitur & adoratur: sed templum sibi in vtero virginali fingens, erat cum concepto, & ficto, & formato, & nato. Quia gratia & sancta illam virginem Dei genitricem appellamus: nō tanquā Dei naturaliter generarit, sed tanquā hominem vnitum Deo, qui finxit eum. Si autè nō est homo, qui in vtero virginis factus est, sed Deus verbū, quod ante secula est, factura igitur spiritus, Deus verbū. Quod enim in ea nascitur, inquit Gabriel, ex spiritu sancto est. Si autem in creatum est vnigenitum Dei verbū, patriq; consubstantiale & coæternum, non est figmentū aut creatura spiritus. Sin verò non Deum verbū in vtero virginis spiritus sanctus finxit, restat intelligi serui formam & fictam & formatam, & conceptam & natam naturaliter. Quia verò non nuda est à Dei forma, sed templum erat inhabitantis verbi, secundum Pauli vocem: In ipso enim, inquit, complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter: non hominis genitricem, sed & Dei genitricem virginem appellamus: hanc quidè figmento, & formationi & conceptui, hanc autem vnitati ponentes appellationem. Propterea & natus infans Emmanuel appellatur: neque Deus humana natura separatus, neque homo diuinitate nudus. Emmanuel enim, nobiscum interpretatur esse Deum, secundum Euāgelicam vocem. Nobiscum

autem deus ex nobis pro nobis adsumptum significat, & adsumptum Deum prædicat verbū. Ergo infans Emmanuel propter adsumptum Deū, & Dei genitrix virgo propter vnitatem Dei formæ ad conceptam serui formam: non enim in carnem Deus conuersus est, sed DEI forma adsumpsit serui formam.

CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM refutatio.

VLTVM valdè declamauim? aduersus eos, qui confiteri nō patiuntur Deū carnem Dei verbū, quando factum est caro. Accusator verò horum sic rectè discorū, si non Deum nouit verè existentem Emmanuel, si non tantum secundum carnem ex sancta virgine, carnem factum Dei verbū, secundum quod scriptum est, cur non potius clarè dicit? Quid agis, o fortis, terribilis, & contrarias euomens voces? cur extolleris aduersus dogmata veritatis? Nō est secundum veritatem Deus Emmanuel? neque Dei genitrix sancta virgo? At nos ita clamanti atque dicenti, ex scriptura diuina resistentes, prudenter & Apostolicæ atque Euāgelicæ fidei traditionem, patrumque confessionem, qui per tempora in Nicea collecti sunt, proferentes satisfacimus: quia neque rectè neque honestè nostris dictis conatur insurgere, magis autem cum omnibus diuinis scripturis litigat imprudenter. Sed sapiēs & astutus expositor, que quidem dicebat ritè dici & necessariò, præmittens, & omninò cogitās de talibus nihil, ad aliam semitam pergit, quasi cōpelleretur oportere monstrare, quia cōuersione superior est Deus verbū, & nō in naturā transformatus est carnis, tanquā hoc obtinente & verè declarare volente nunc Anathemate. Audiat itaque qui obuiare his, quibus contra dicit, nullo modo nouit. Superfluè loqueris homo, & sensu litigas ocioso, & hoc apud nos. Nouimus enim quia cōuersione & obumbrationem sustinere diuina & excellentissima natura non patitur, sed neque Dei verbū, esse desinēs hoc quod est, in naturam transijt carnis. Quia verò ait à dei forma adsumptam serui formam, doceat transiens, si absque subsistentijs solæ secundum vnitatem formæ cōuenerunt alterutris. Sed existimo, certabit ex hoc & ipse. Non enim similitudines simpliciter nō subsistentes & formæ conuenerunt alterutris, secundum vnitatem dispensatiuam, sed rerum ipsarum siue subsistentiarum conuentus est factus, vt & inhumanationis ratio verè facta credatur. Ergo si dicimus carnem factum verbū, non confusionem, non mixturam, non conuersionem, aut immutationem contigisse dicimus circa eum, sed vnitum potius ineffabiliter & inenarrabiliter sancto corpori, animam habenti intelligibilem. Quod autem vniri dicitur, non omninò confunditur, sed fit in adsumptione magis alterius.

Ioan. 1.

Non tantum scripture facte innitentia dum.

Vnitio.

Affir.

Affirmamus igitur ex Deo patre verbum in assumptione factum sanctæ & animatæ carnis, vnitumq; secundum veritatem inconfusè, ex vulua ipsa processisse hominem, permansisse autem etiã sic Deum verbum: idcoque & Dei genitrix est sancta virgo. Superfluum autem arbitror existimandum, & hominis genitricem eam oportere dici. Si quidem essent aliqui ex multa mentis vesania, qui diceret, Dei verbi naturam fontem veluti quendam & propriæ essentiæ principium habuisse carnem, fortè fuisset aliquando non absurda & contemnenda ratio volentibus eam etiã hominis nominare oportere genitricem. Quia verò abominabilis & odiosa quidem apud omnes est huiusmodi sententia, intelligiturq; non aliter Dei genitrix sancta virgo, nisi primò suscepterit quicquam fidem, hoc est, quia factus est caro, hoc est, homo, verbum ex Deo patre: Non enim quodammodo diuinitatem nudam, sicuti dixi, peperit virgo: quæ huius instantiæ videtur utilitas, dicentium oportere nominari eam & hominis genitricem? sed sicut apparet, inuenta quidè ab eis est contra Christum hæc machinatio. Non enim patiuntur sapere vel dicere, ipsum qui ex Deo & patre est ante secula filiū, in nouissimis seculi temporibus, inconfusè, incoerentibilibiter ex vulua vnitum carni, animam habenti rationalem, sicq; factum secundum nos hominem: sed tanquam vnum sanctorum, inhabitantem habentem Deum prædicare conatur, & suadent hæc sapienda, non considerantes, quia & in nobis est per spiritum, sicut & in sanctis templis omnium Deus. Scriptum est enim: Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergò templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Sed licet nominemur templa Deum habentia, inhabitantem per spiritum, attamen alterum nouimus modum sacramenti secundum Christum. Vnitam enim Deo verbo secundum veritatem carnem adferimus, cum anima vtique rationali. Libèter autem eum percontarer, vtrum vnitatem verbi ad humanitatem, siue ad sanctum corpus animatum, intelligibiliter factam dicat secundum veritatem, an potius cū alijs simul, & ipse secundum copulationem, quæ per habitudinem est, sermo decibilis & inexistens formæ, ad inexistentem & diuinam formam, aut etiã secundum alium modum, secundum solam filiationis homonymiã, id est, vniuocationem, & secundum solam æqualitatem meritorum: si tamen aliquis modus iste copulationis intelligitur. Sedenim, sicut apparet, in isto nãtijs inaniter, & interrogationem superflua facio, habes eius voces apertamq; confessionem. In primo namq; Capitulo ipse verbis sic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus humana natu-

ra separatus, neq; homo diuinitate nudus. Oportebat igitur eum subtilem politamq; explanationem de istis efficere. Veruntamè illud interim designare cõuenit: Ecce enim hæc & satis clarè interpretatus ipse vnitatem humanæ naturæ, non separatam dicit Deum: simul etiã constitetur, quia & vnum secundum vnitatem nouit existentem Christum, eundem vtique & Deum simul & hominè. Quomodo ergò non erubescit à nobis factos obiurgare sermones?

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
secundus.

Si quis non confitetur carni secundum &c.

THEODORETI REPRAE-
hensio,

VNum quidem Christum confitemur, sanctis Apostolorum obediētes doctrinis, eundemque propter vnitatem, & Deum & hominem nominamus. Secundum substantiam verò, vnitatem modis omnibus ignoramus, tanquam peregrinam & alienigenam à diuinis scripturis, & patribus qui eas interpretati sunt. Si autem hoc vult dicere, per vnitatem secundum substantiam, quæ hæc genuit, quòd temperamentum carnis & diuinitatis sit factum, contradicimus omni virtute, & redarguimus blasphemiam. Necesse enim est, temperamentū sequi confusionem: ingressaq; confusio, aufert vniuiscuiusq; proprietatem. Quæ enim temperantur, non permanent vt primò fuerunt. Hoc autem de Deo verbo, & qui ex semine Dauid est, dicere, absurdissimum est. Oportet autè obedire Domino, ostendenti duas naturas, atq; dicenti Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Si autem temperatio facta est, neque Deus permanferat Deus, neq; templum cognosceretur templum, sed & templū Deus, & Deus templum: hoc enim exigit ratio temperamenti. Et superfluè Dominus ait Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Oportebat enim dicere: Soluite me, & in tribus diebus suscitabor, si verè aliquod temperamentum factum fuisset atque confusio. Nunc autem ostendit soluendum templum, & suscitantem Deum. Superflua itaq; secundum substantiam vnitatis, quam pro temperamento nobis, sicuti puto, proponit. Sufficit autem dicere vnitatem, quæ & naturarum proprietates ostendit, & vnum edocet adorare Christum.

CYRILLI ADVERSUS THE-
odoretum refutatio.

Ecce rursus iste fortis occasionem contra nos oris effrenati fortuitam facere studens, detrahit sermoni, id est, secundum substantiam dicto. Determinat autè, quod insolitum est ei, & peregrinè eam prolatam

insolitum est ei, & peregrinè eam prolatam affirmat: non considerans, quia pro scelerorum, hæreticorum adinventionibus harum dictionū virtus, veritate ediuersò examinans, destrueretur nititur, quod ab eis videtur oppositū. Nestorio igitur vbiq; perimete dei verbi secundum carnem natiuitatem, & solarum nobis dignitatum vnitatem introducente, hominemq; Deo copulatum dicente, filiationis homonymia, hoc est, vniuocatione honoratū, necessariò nos dicis illius repugnantes, secundum substantiam vnitatem dicimus factam: hoc, secundum substantiam, nihil aliud declarantes, nisi quia solà verbi naturam, siue substantiam, quod est ipsum verbum, humanæ naturæ secundum veritatem vnitum, sinè vlla cõuersione atq; confusione, sicuti sæpissimè diximus, vnus intelligitur & est Christus idem Deus & homo. Hoc autem, vt opinor, etiã Theodoro probatur, dicenti ab humana natura Deum non esse separatum, neq; humanitatem absq; Deitate intelligi. Igitur neq; substantijs serui & Dei formam vnitam esse, neque sanè communè hominem sola dignitatum æqualitate cohonestatum, secundum habitudinem verbo copulatum esse dicimus: verum ipsum, vt dixi, filium Dei vngentum, secundum veritatem in vnitatem sibi vnitæ carnis esse, animam habentis rationalem, cum hoc quòd & Deus maneat. At vir ille sermonibus disertus, & cõtemplationibus valens, verbum definiuit esse temperamentū significatiuum, & dicere audeat, & asserti iniurias quæ ex contemperatione fieri solent, quasi nos ignoraremus, vel fortassis sibi ipsi placeat, & verborū ornato gaudet: nihilq; aliud assequitur, quàm opinionem, quòd possit prolixè loqui, & quòd nullum ab alio dictum tāquam verum recipiat, vt aliquis esse videatur apud eos, qui rectè diiudicare nesciunt, quifnam fabuletur & mentiat, aut quis recta veritatis via incedat, & sermonibus sapientibus & necessarijs vtatur. Nam & initio, fateor, credebam eum sensum ignorare capitulorum: fingere autem quasi videatur ignorare, & in hoc quibusdam morem gerere: atqui nunc verè illum ea ignorare comperio.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
tertius.

Si quis in vno Christo diuidit &c.

THEODORETI REPRAE-
hensio.

Tenebrosa quidem & caliginosa est dictorum intelligentia, pijs autem manifesta est ipsorum ineptia. Cui non est perspicuum, quòd copulatio & conuentus nihil differunt? Copulatio enim, est discreto-

rum copulatio: Conuentus verò, distantium coitus. At sapientissimus istorum verborum pater, quasi contraria posuerit ea quæ non pugnant: Non oportet, inquit, copulatione substantias coniungere, sed conuentu, & conuentu naturali, vel ignorans fortè quòd dicit, vel cognita blasphemias. Natura enim, res est necessariò compellens & absque voluntate. Exempli gratia: Natura esurimus: arbitrio hoc non, sed necessitate patimur: natura fitimus, natura dormimus, natura spiramus aërem. Hæc autem omnia omnium sunt absque voluntate, vt dixi: Qui autem nihil horum in se recipit, necessariò vitæ finem accipit. Si igitur naturalis fuit Dei formæ & serui formæ vniò, à necessitate quadà cogitur, & non misericordia vsus est Deus verbū, formæ serui coniunctus, & legislator omnium, necessitatis legem sequi inuenitur. Verum non ita nos docuit beatus Paulus, sed contrarium, eò quòd seipsum exinanuit formam serui assumpta. Quòd autem seipsum exinanuit, voluntarium demonstrat. Si igitur consilio & voluntate naturæ ex nobis suscepta vnitatis est, superflua est naturalis verbi additio. Satis enim fuerit fieri vniõnem. Vniõ autem etiã in discretis accipitur. Nusquam enim intelligitur, vbi vniõ non inuenitur. Igitur vniõnem suscipiens, discretionem recipit. Quomodo igitur dicit, non oportere substantias diuidere, siue naturas, idque sciens, quòd perfecta quidem Dei verbi substantia ante secula fuit, perfecta autem ab illa assumpta fuit serui figura? Ideò & substantias dixit, sed non substantiam. Si igitur altera natura perfectionem habet, in hoc autem conuenerunt ambæ, forma videlicet DEI, serui formam suscipiente, vnam quidem personam & vniū filium & Christum sicut piū est confiteri, duas autem substantias siue naturas vnitatis dicere, non absurdum est, sed & iuxta causam cõsectaneum. Etenim si in vno homine diuidimus naturas, vt mortale corporis, immortale verò animæ dicamus, vtrunque autem hominem, multò magis assumptis Dei, & assumpti hominis naturarum proprietates cognoscere ratio poterit. Inuenimus autem & beatum Paulum vnum hominem in duos diuidentem, & aliquando quidem dicentem, Quantò exterior homo corrumpitur, tantò interior renouatur: aliquando verò, Condescebat me lex DEI, inquit, secundum internum hominem. Et iterum: In interiore homine inhabitare Christum. Iam si Apostolus naturalem copulationem naturarum simul conditarum diuidit, quomodo impietatis arguit eos, qui diuidunt proprietates naturarum DEI, qui ante secula fuit, & eius qui in extremis diebus homo assumptus est, quum temperationem nos per alia verba doceat.

CYRILLI

CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM REFUTATIO.

Vide, obsecro, quomodo callidissimus iste, qui obscuritatem in dictis calumniatur, nimirum ipse mentem non fulgidam, sed tenebrosam afferens, tenebrosus esse dicit sermonem, qui recte sentire volentibus tam perspicuus est, adeoque notissimus. Existimavit autem, quod debeat dici conuentus, & non copulatio: deinde industriae suae dexteritatem declarans, vnam vim ex significationibus ostendit, siue quis conuentum, siue copulationem factam esse dixerit. Ego vero cum admiratione depræhendo, eius mentem subtili valere consilio. Solus enim nouit, ut videtur, quod a nullo, qui vspiciam sit, ignoratur, & sic protritum est, ut etiam his elucescat, qui nihil vel mundanae vel scholasticæ sapientiae tenent, vel audiendo mediocriter & negligenter didicerunt. Admiratus igitur eruditionem eius, illud dictum mecum repeto: Paululum euigilans quasi ex fomno & crapula, is qui amplum os contra nos dilatat, vide subtiliter sacramentum. Vnionem quæ in Christo est, calumniatur quidem, qui præter sacrarum litterarum mentem, iuxta suam ipsorum sententiam fœdè torquent. Dicunt enim diuisas esse à se inuicè, & omnibus modis seiungi naturas, & seorsim ac particulariter vtrâque esse: hominem autem sic coniunctum esse Deo per habitudinem contendunt, secundum solam dignitatem, vel auctoritatem, secundum filiationis æqualem nominationem. Hanc opinionem tollit Anathematismus, nugacissimisque illis vocum nouitatibus se opponit. Afferit enim vnium secundum naturam, hoc est, non secundum habitudinem, sed secundum veritatem, sanctæ carni verbum rationalem habenti animam, nullo modo diuidendum esse, ut nè duos imaginemur filios, & impartibilem partiamur. At hic non intelligens, quidnam sit vnio naturalis, hoc est, vera, non confundens naturas neque commiscens, ita ut alteram aliter esse oporteat quod ut est, puerile quoddam & frigidum suscipit argumentum, & benè se gerere arbitratur. Et inquit: Si naturalis facta est vnio, exinanitio verbi voluntaria non fuit, sed quasi ex vi & necessitate. Natura enim cogere solet. Ad hæc dicat quis ei: Esuri, siti, & cætera facito, quæ ipse dixisti. Carnis erunt naturales infirmitates, & in nobis ipsis motionem habent, quia naturam possidemus tyrannicis affecti onibus obnoxiam. Ipsa autem diuina & ineffabilis natura verbi nullo modo passionibus, & necessitati subiecta est, neque ab vilo alio, nec à seipsa coacta est, ad hoc, ut præter voluntatem caro fieret, & appropriaret sibi humanitatis formam, apprehenderetque semen Abraham. Quam inconsideratè autem loquatur, nulli, qui voluerit, difficile erit videre. Dicit enim: Semper omnibus modis

Secundum naturam, hoc est, secundum veritatem.

Non subiacere necessitati, quod secundum naturam est.

naturalia necessitatis legibus subiacebunt. Et ad demonstrationem hoc protulit, quod præter voluntatem nostram esuriamus & sitiamus, natura in hoc prouocante, etiam si quis nolit: Atqui oportebat virum, & in his exercitatum habentem animum, etiam alia opera videre, quæ merito maioris pensæ erant. An non est verum, quod homo secundum naturam est rationalis? Itaque & ipse præter voluntatem suam & coactè est rationalis? Quis autem? Dic mihi, Deus omnium an non secundum naturam est Deus? an non secundum naturam est sanctus, iustus, bonus, vita, lux, sapientia & virtus? Itaque præter voluntatem & coactè est quod est? At eum qui sic voluerit sapere, opinor quod ad summam peruenerit amentiam. Quid igitur nobis mendacium tanquam murum inexpugnabilem & inuictum opponit, & patria problemata tractat, & audiens naturalem fieri vnionem, hoc est, veram, & versionis expertem, inconsumumque omnino subsistentiarum conuentum, attentat torquere vim dictorum, ita ut videantur non esse rectè facta? Nec formidauit audax ineuitabilibus necessitatibus subiicere verbi naturam, secundum similitudinem quam nobiscum habet. Exinanitum semetipsum non absque voluntate, sed voluntariè vnigenitus factus est homo, & non, sicut tu dicis, suscepit hominem habitudinem, donans ei copulationem, filiationisque gratia coronans sicut nos. Atque adeo, licet intelligamus vnitas esse subsistentias, hominemque factum & incarnatum esse verbum, & videatur quodammodo secundum hoc, naturalis dici à nobis vnio, eiecta non vera & habituali, quam nos per fidem & sanctificationem habemus, quia & diuina naturæ facti sumus participes, sicut inquit Paulus: Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Sed non subijcit necessitatibus & desiderijs naturalibus affectionem expertem & liberum Deum verbum. Quod autem vnita post vnionem in duo separari debere non vult, mea sententia irreprehensibile est & inculpabile, maximeque quod bonus ille Theodoretus hominem qui nobis consimilis esse intelligitur, in exemplum assumpsit, & in duo diuidi non finit, quanuis ista eius consideratio contineat partitionem & diuisionem non repudiandam: quod dixerim, quantum ad sciendum attinet: Quia alterum quidem secundum naturam est anima, alterum verò secundum suam naturam caro. Itaque secundum similem rationem, vnionem diligenter inquirentes, quæ in Christo facta esse intelligitur, considerando quidem diuinitatis & humanitatis conuentum, verum secundum vnionem factum esse dicimus, non ignorantes quod aliud quiddam, quam caro, secundum naturam sit Dei verbum, & aliud secundum suam naturam sit caro. Non est autem tutum, semel secundum carnem vnium dissecare: neque in duos

Naturalis vnitas.

1. Cor. 3.

duos filios dimetiri vnium Christum & filium & dominum, permittit vlla recte fidei ratio, ita nos sancta diuinitasque inspirata scriptura erudiente. Verum illi non tanta cura est de veritatis dogmatibus: nosse autem quid in rebus vtendis necessarium sit, non mediocriter studet, ut si quid ad iniurias natum sit, mendacius illud verisimiliter adornet, satis etiam ad calumniandum instructus, audiat à nobis: Quid gloriaris in malitia potens iniquitate? tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

Psalm. 51.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi Anathematismus quartus.

Si quis eas voces quæ in Apost. &c.

THEODORETI REPRÆHENSIO.

Sunt & hæc his, quæ iam dicta sunt, cognata & assimilia. Vult enim tanquam temperatione facta in sermionibus, qui in sacris Euangelijs & Apostolicis scriptis dicti sunt, nullam esse differentiam, licet eos Arrium & Eunomium & cæteros hæresiarchas oppugnare gloriatur. dicat igitur ille sacrorum dogmatum diligentissimus doctor, quomodo hæreticorum blasphemiam redarguat, dum ea quæ humiliter & congruè à serui forma dicuntur, Deo verbo aptat: Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam, & facturam & feruum, & ex nihili filium Dei esse docendo statuunt. Cui igitur nos, qui diuersa quam illi sentimus, & consubstantialiam esse & coæternam Deo & patri filium confitemur, opificemque omnium & factorem, & ornatores, & gubernatores, & administratores, & in omnibus sapientem & omnipotentem, immo ipsammet potentiam, ipsammet vitam, ipsammet sapientiam affirmamus, cui, inquam, attribueremus illud: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? et illud: Pater, si possibile est, trahat poculum istud à me. Et: Pater, salua me ex hac hora. Et illud: Horam illam nullus nouit, neque filius hominis. Et alia quæcumque humiliter ab ipso & à sanctis Apostolis de ipso dicta scriptaque sunt. Cui famem & sitim adaptabimus? cui fatigationem & somnum? cui ignorantiam & formidinem? Quis angelico subsidio habebat opus? Si hæc Dei verbi sunt, quomodo ignoraui sapientiam? Quomodo vocata est sapientia ignorantia infirmitati obnoxia? Quomodo verax fuit, dicens habere se omnia quæ patris, quum patris cognitionem non haberet? Solus enim, inquit, pater nouit diem illum. Quomodo fuit incommutabilis imago genitoris, non omnia quæ genitoris sunt, referens? Itaque si quidem hoc dicens verax fuit, quis ista eum ignorare suspicaretur? Si autem diem sciens, ignorare se illam dicere voluit, vide in quam blasphemiam, quod

Matth. 27.

Matth. 26.

Ioan. 12.

Matth. 24.

Luc. 22.

Marc. 13.

colligitur euadat, si veritas mentiatur, quæ immeritò veritas dicitur, si quid in se habet veritati aduersum. Si autem veritas non mentitur, neque Deus verbum diem quem fecit, ignorat, quem ipse ab alijs distinxit, in quo orbem iudicaturus est. Sed habet patris sapientiam imago incommutabilis. Non igitur Dei verbi est ignorantia, sed formæ serui, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta Deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Quam enim rationem haberet, Deum Verbum dicere ad patrem: Pater, si possibile est, trahat à me poculum istud, veruntamen non quod ego volo, sed quod tu? Multa enim incongrua rursus hinc accidunt. Et primum discordes erunt pater & filius, & alia quidem vult pater, & alia filius. Ait enim: Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Deinde magnam rursus ignorantiam considerabimus in filio. Inuenietur enim ignorans, an possibile sit vel non, quod trahat poculum: Hoc autem de Deo verbo dicere impium, & blasphemiam plenum foret. Sciebat enim accurate, qui propter hoc aderat, qui sponte nostram naturam assumpserat, qui seipsum exinanierat, quisnam sacramenti dispensationis finis futurus esset. Vnde & sanctis Apostolis prædicebat: Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur in manus gentium, ut illudant ei, & flagellent, & crucifigant, & tertia die resurget. Qui igitur hoc antea prædicauit, & Petrum deprecantem nè hoc fieret, corripuit, quomodo deprecatur nè fiat, qui manifestè sciebat omnia euentura? Quomodo autem non absurdum, Abraham quidem ante multa secula diem eius vidisse, & gauisum esse, & Esaiam similiter prædixisse salutarem eius passionem, & Hieremiam & Daniele & Zachariam, atque adeo omnem prophetarum chorum, ipsum verò & ignorare, & liberationem petere, & deprecari, quod in salutem orbis futurum erat? Igitur hæc verba non sicut Dei verbi, sed formæ serui, quæ metuebat mortem, eò quod nondum erat mors destructa, cui etiam formæ Deum verbum, loco timori dato, hæc dicere permisit, ut assumpti appareret natura, & nè eum, qui ex Abraham & dauid descendit, putatiuum vel phantasticum crederemus, vnde impiorum hæreticorum societas hanc blasphemiam protulit. Igitur ea quæ dicta & facta sunt Deum decentia, Deo verbo accommodemus; quæ verò humiliter dicta & facta sunt, formæ serui aptemus, ut nè eodem, quo Arrius & Eunomius, blasphemiam morbo laboremus.

Matth. 26.

Luc. 18.

Matth. 16.

Ioan. 8.

CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM REFUTATIO.

EN quanto satius foret, amice, eum cuius mens ab odio & affectationibus libera est, dictorum nostrorum vim exquirere? Verum hoc minimè pensi facit, vrget autem

tem vtcunquē sibi vifum fuit. Etenim dicit: Sunt & hæc his, quæ iam dicta sunt, similia. Vult enim tanquam temperatione facta in sermonibus, qui in sacris Euāgelicis & Apostolicis scriptis dicti sunt, nullam esse differentiam, licet eos Arrium & Eunomium & hæresiarchas cæteros oppugnare gloriatur. Verum hoc quidem ille. Ego autem in tantum caui, nē dicerem contemperatas inter se naturas, mixtionemq; & confusionē ac versionem tolerandam, quantum & ipse in hoc rectē sapit. Qui nec sermonum differentiam è medio sustulimus. Scimus enim, quod alij quidem tales sunt, vt de Deo deceter dicantur, alij verò humanum morem sapiunt: & illi quidem summam docent gloriam, hi autem exinanitionis mensuræ conuenientiores sunt. Cæterum dicimus eos non duabus personis inter se modis omnibus distinctis distribuēdos. Nam si vnus est Dominus noster Iesus Christus, vnaq; fides, quæ in illum, & vnus baptisma, vna quoq; eius tanquam vnus persona, & quādoquidem idem Deus est simul ac homo, congruenter & absq; reprehensione de illo dicentur sermones, siue Deo digni, siue humani sint: neq; diuina & ineffabilis eius natura, vel in minimo in excellentia patris, per hoc, quod loquimur ea quæ humanitatem sapiunt, minuitur: neque propterea minus creditur dispensatio cum carne, quādo cum hoc quod est Deus & homo, sicut nos factus esse prædicatur. Itaque omnia sunt vnus Christi, tam ea dicta quæ Deum decent, quàm quæ humanitatem referunt. Nam si quidem non fuisset verbum, quod ex Deo patre est, homo factus, non humanus, vt de nobis, ita & de seipso fieret sermo. Quoniam autē verum est, qd similiter sicut nos, particeps factus est sanguinis & carnis, & assimilatus est fratribus per omnia, cur nobis videlicet stultissimè dispensationem sapientissimam irrident, vocem humanam nō ferentes, sermonisq; vtilitatem, quasi ad alterum seorsim filium, formā serui sicut ipsi dicunt, referre studentes? Omnino autē stultum foret, fingere quidem quod metuantur hæreticorū morositates, quasi traditionem rectæ fidei extra suā dignitatē auerturi sint. melius autē dixerim & longè eruditius esse, humanas aptare voces non alteri personæ, magis qd seorsim & particulariter intelligatur esse filius, & sicut ipsi dicere solent, formæ serui attribueri, aut potius humanitatis mensuris. Nam eū qui simul deus est ac homo, vtrunq; sermonem admittere oportet. Atqui miror, quomodo ipse simulet, quod confiteatur vnus esse Christū, qui idem Deus simul sit & homo. Nam quasi in obliuionem adductus esset eorū, quæ benè se habere putauit, separat iterum vnus in duos, dum Saluatoris vocem apponit, dicens: De die vel hora illa nemo nouit, neq; angeli cælorum, neq; filius, nisi pater. Deinde sapiētiam esse affir-

mans verbum ex Deo patre natum, quæ & omnia futura prænoscat, adijcit & dicit: Nō igitur verbi Dei est ignorantia, sed formæ serui, quæ tāta per tēpus illud sciebat, quanta Deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de alijs similibus dicēda sunt. Igitur si nō mentiris, dicens vnus esse Christum & Dominū Iesum, eundem scilicet Deum & hominem, vtiq; diuidis, & duos dicere filios non erubescis. An non planè duo sunt, si quidem nō est idem cum eo qui dimensam habet scientiam, is qui nouit omnia: & cum eo qui partiarum recipit reuelationē, is qui perfectus est in sapientia, & tanta cognoscens quanta & pater, & si quidē est vnus & idem propter veræ vnitatis causam, & non alius atq; alius, disiunctimque particulariter, eius omnino erit etiā hoc scire, & neutiquam vt solum putetur scire. Itaq; nouit quidē diuinē, sicut sapientia patris, quum dispensatū mensurā ignorantis humanitatis assumpsit, propriumq; sit hoc cum alijs, quanquam sicut dudum dixi, ignorans nihil, sed sciens omnia cum patre. Nam propter quam causam esurire, & ex itinere fatigari dicitur, quauis vita & viuificus sit vt Deus, & ipse sit panis viuus, qui de celo descendit, & dat vitā mundo, & insuper ipse sit virtutum Dominus? Verum vt credatur secundum veritatem factus homo, appropriauit sibi humana in bonis suæ naturæ mansionem gratiam habens, & indiuisè retinens ea, in quibus semper erat, & est, & erit. Iam qui reuelationem datam esse dicit formæ serui ab inhabitatē deo, eamque mensuratam, is Emmanuelem prophetam nobis facit, Deiferumque hominē, atque aliud nihil. Porro putat quis sapienter, & irrefragabiliter dictum. Nam si DEI verbum est qui clamauit: Pater, si possibile est, transeat à me poculum istud: & primum quidem facit discordem filium cum Patre, iniuriaque deprecatur, nē bibat poculum, quauis, inquit, non ignorans mundo salutem allaturam passionem suam. Igitur, inquit, non erunt tales verbi voces. Itaq; vicissim audiat & à nobis, qui tam adulterinis cogitationibus vacat. Quoniam tibi videtur à Deo verbo tales voces amouēdas esse, soliq; serui formæ adaptandas, igitur non in duos iterum filios vnus partiris? Et quis hoc sapientium perspicuè non cognoscet? Nam dicit fortassis quidam, Heus cur tuas sequeris cogitationes? Quia nec credibile, nec rationi consentaneum, vt forma serui passionem declinet, & cum patre & inhabitante verbo dissidere videatur. Sciebat em̄ (opinor) passionem suam omnibus qui sub celo sunt, & quos mors vicerat, salutarem, & vitæ conciliatricem fore. Oportebat sanè, inquit, videri etiā metu superiorem, diuinosq; nutus sequi paratum. Agè non sentis, qui temerè nugatus es, quānam sit talis cogitationū cōfusio? Ego autem, quod parua quidem sint omnia

omnia hæc humana verbo ex Deo nato, absq; mora dixerō. Quæro autem, cuius fuisse putetur exinanitio, & quis hanc voluntariè tulerit. Itaq; si quemadmodum alij dicūt, forma serui, vel quod est ex semine dauid, quomodo vel quo pacto exinanitum est, si à neo assumptum est? Si autem ipsum verbū, quod in forma & æqualitate Dei & patris existit, seipsum exinanuisse dicitur: quomodo vel quo pacto exinanitum est, si refutauit exinanitionem? Exinanitio autem Deo verbo, versionis & passionis nescio, est facere & dicere quiddam humanum, propter dispensationem ad carnem conuentum. Tametsi autem factus sit homo, nullo modo sacramenti ratio naturam eius læsit. Māsit enim quod erat, etiā in humanitatem sese demittens propter mundi salutem ac vitam. Eapropter non in duas personas, sed tanquam in vnus Christum & filium & Deum euangelicas & sanctorum Apostolorum referentes voces, neque diuinam eius immittimus naturam & gloriam propter humana, neque dispensationem negamus, sed propter nos factam ipsius verbi in carnationem credimus.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
quintus.

Si quis audeat dicere Christum &c.

THEODORETI REPRÆ-
hensio.

Participem fuisse, sicut nos, sanguinis & carnis & animæ immortalis Deum verbum propter vnionem cum istis dicimus: Carnem autem Deum verbum conuersione quadam factum esse, non solum non dicimus, sed & eos qui dicunt, impietatis fugillamus. Pugnare enim hoc & ipsi dictis videtur. Nam si conuersum est verbum in carnem, non communicauit nobiscum carni & sanguini, sicut aliud præter hæc. Si autem aliud quiddā præter illud est caro, nō ipsum in carnem est verbum. Igitur communicationis nomine vtentes, sicut vnus quidem filium adoramus, & eum qui assumpsit, & id quod assumptum est: naturarum autē differentiam cognitam habemus, & Deiferum hominem, sicut à multis sanctis patribus dictus est, non deuitamus, quorum vnus magnus ille Basilius in sermone de sancto spiritu ad Amphilochium, hoc vsus est nomine, & in explanatione quinquagesimo Psalms. Vocamus autem Deiferum hominē, non quod particularem quandam gratiam acceperit, sed quod omnem vnitam habeat filij Deitatem. Hoc enim interpretans beatus dicebat Paulus: Videte nē quis vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, &

non secundum Christum: quia in illo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM refutatio.

Iterum etiā in hoc loco, quàm inaniter nugetur, ostendere facillimum fuerit. Dicimus enim nos, non debere ab aliquo Deiferum hominem nominari Christum, vt non sicut vnus sanctorum intelligatur, sed magis Deus verus prædicetur verbum Dei, quod factum est homo, & incarnatum est. Perstringit autē ille iterum ea quæ rectē dicta sunt, varijsq; modis prodigiosè & falsè cōcionatur. Inquit autē, quod nos dicamus verbum Dei cōuersum esse in naturā carnis, & cogitatus suos manifestat, quibus effodere & in lucē eruere studeat, verbum Dei non esse cōuertibile. Id quod sæpissimè dixi, hoc nunc quoq; necessariò dico, cum nemo sit qd dicat diuinam incorruptibilemque; verbi naturam, in carnē terrenā transformari, omnibus vnò cōsensu inconuertibile esse testantibus. Cessate superuacaneos exantlare labores, vt eos qui minimè decepti sunt, copiosis argumentis certiores faciatis, quod verbum dei secundum naturam sit inconuertibile & immutabile. Quis enim ita stupidus & insipientis est, vt tam turpia, & ab ipsis fortè insipientibus refutata, sentire & dicere velit? Obstupesco autem, quod cum vbiq; Deum esse Emmanuelem affirmet, in his depræhēdatur illi prophetica mensuram tribuere. hominem enim cum esse Deiferum dicit, vt videatur similis nobis, qui per sanctum spiritum deum omnium habemus in nobis habitantem. Habitat enim in cordibus nostris, & sumus templa dei viuētis. Neq; idem fuerit dicere, verbum factum esse hominem: & putare, Deū habitare in homine, etiam si, vt est, vera beati Pauli vox est, quod complacuit in ipso habitare omnem plenitudinē Deitatis corporaliter. Sed vnus, inquit, esse Deū patrem & filium Dominum Iesum Christum, per quæ omnia. Dicit autē quis & in homine habitare spiritum eius, deniq; & de nonnullis scriptum est: Eos autē qui inhabitant domos luteas, ex quibus & ipsi de eodem luto sumus. Igitur vnus intelligitur, & est secundum cōstitutionem homo, & ex carne, & ex rationali anima illā inhabitatē. Quare igitur non cessat rectā minimeq; peruersam rationem conturbare? Aliquando enim vnū dicit Christum & Dominū, eundemq; Deū simul ac hominem: aliquando verò prophetarum mensuram ei dans, deiferum hominē appellat, ignorans fortassis quod illū nobis equalem faciat, quando quidē nō est Deus verus, sed templum quod inhabitat Deus verbum, sicut & in nobis. Verum diuina scriptura fecus habet. Verbum enim caro factum est, & inhabitauit in nobis, nē quis putet secundum conuersionem & transmutationem in carnis ipsius naturam transformatum esse.

Iam factum caro, hoc est, homo, non est Deifer homo, in exinanitionem spontaneam seipsum demittens, & suam faciens carnem, quam ex muliere accepit, carnem inquam, neque animæ, neque mentis expertem, sed animam & mentem habentē. Memores autem eius sumus, qui suum corpus templum appellauit, verum non propter habitudinē, sicut & in nobis per spiritum sanctum est, inhabitationem censerī voluit, sed vnus secundum vnionem intelligitur Christus & filius.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
sextus.

Si quis dicit Deum aut Dominum esse, &c.

THEODORETI REPRÆ-
hensio.

Philip. 2. **B**Eatus ille Paulus, quod assumptum est à Deo verbo, formam serui appellat, quandoquidem vnionem assumptio præcessit. At vbi de assumptione dislerit idem beatus Paulus, formam serui assumptam appellauit naturam. Non vltè locum habet, vnitatem facta, seruitutis nomen. Nam quoniam idem Apostolus scribens, his qui in illum crediderant, dicebat: Atque adeo iam nō est seruus, sed filius. Et Dominus discipulis: Non iā seruos vocabo vos, sed amicos, multo autem magis initium nostræ naturæ, per quod & nos adoptionis donum assecuti sumus, à serui cognominatione liberatum est. Deum igitur fatemur & serui formam, propter vnitatem ipsi Dei formam. Et credimus prophetæ etiā puerum Emmanuelem appellanti, & natum puerum, & magni consilij angelum, & admirabilem, & consiliarium, & Deum fortem, & potestatem habentem, & principem pacis, patremque futuri seculi. Veruntamen idem propheta etiā post vnionem prædicans assumpti naturam, seruum appellat eum, qui ex femine Abraham sit, dicens: Seruus meus es tu Israel, & in te glorificabor. Et iterum sic inquit: Dominus qui formauit me ex vtero seruū sibi. Pauloque post: Ecce dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt tu sis in salutem vsque ad vltimū terræ. Quod autem formatum est in ventre, nō Deus verbum, sed serui forma est. Non enim Deus verbum conuersus factus est caro, sed assumpsit carnē, anima rationali præditam.

CYRILLI ADVERSVS THE-
odoretum refutatio.

DE Sacramento dispensationis vnigeniti cum carne, superiores sermones, quos fecimus, præsens sermo coniunctus monstrabit decentes ac rationabiles, idque facillimè. Vnigenitus enim filius, qui est in forma Dei patris, & æquæ cum illo mensuræ per omnia, par gloria & libertate, forma

serui assumpta, frater appellatus est eorum, qui sub seruitutis iugo erant, hoc est, nos. Itaque quasi vnus ex nobis persoluit didrachma censum exigentibus, & factus est legislator sub lege, quasi homo: quasi Deus docebat discipulos suos, quia & filius est verè, & in forma serui propter carnem, tamen secundum naturam propriam liber sit, vt potè Deus & ex Deo: veruntamen tanquam propriam habēs, propter exinanitionis mensuram, tributorum exactoribus subditus erat: atque adeo si quis dicat seruum eum appellari, propter vocem sanctorum prophetarum, nullo modo offendi deet. Cognouerunt enim per reuelantem eis spiritum sanctum, quod verbū ex Deo patre fieret homo. Erat quidem & sic liber, tanquam filius. Neque tamen mensuram exinanitionis optime factæ, faciebat contemptibilem, configuratus nobis, seruitutis iugo subditus. Sic & Deum suum patrem dicit, quauis natura Deus existeret, & ex ipso, & nullo modo gignentis eminentia minor. Quum Nestorius igitur sic scribat de Christo, Atque adeo passus Pontifex misericors, non viuificator Deus eius qui passus est: & Deum Christi, Deum verbum nominauit, adieceritque: Erat autem ipse & infans, & infantis dominus: hos illius sermones nos non solum indecorè, sed & impiè dicta asserimus. Nam si Deus est Christi, verbum quod ex Deo patre est, duo vtique erunt modis omnibus & incunctanter. Quomodo autem intelligitur ipse infans, & infantis dominus? Non igitur dicitur suimetipsus Deus ac Dominus Emmanuel, quandoquidem ipse idem simul est Deus ac homo, eoque quod verbum Dei homo factum & incarnatum est. Quia autem Deitas aliud quiddam est secundum suam naturam, aliud autem secundum naturam suam humanitas, quomodo quis vacillabit? Veruntamen vnus est Christus ex duabus Deitatis & humanitatis naturis secundum dispensatiuam vnitatem.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
septimus.

Si quis tanquam hominem Iesum operante &c.

THEODORETI REPRÆ-
hensio.

Simortalis est humana natura, Deus verbum autem vita & viuificas, suscitauitque templum à Iudæis solum, & in cælos euegit, quo pacto forma serui per formam Dei glorificata non est? Quum enim natura sit mortalis, facta est immortalis propter vnionem cum Deo verbo. Assumpsit quod non habebat, quod autem nō habebat, vt assumpsit & glorificauit, ab eo qui dedit, glorificatus est. Idcirco & Apostolus clamat: Secundum efficaciam roboris virtutis eius, quæ operatus est in Christo, excitato eo ex mortuis.

D. CY-

D. CYRILLI ADVERSVS THE-
odoretum refutatio.

Qui Christum Iesum nominant, non vnus quendam, sicut nos, vulgarem hominem, sed verbum ex Deo natum, hominem factum & incarnatum auditoribus significant, atque adeo si quid, quod dignè Deo tribuitur, per corpus eius, quod vt organum sibi ministerij exhibet, factum esse dicatur: Nihilominus virtutum Dominus Christus operans est, non concedens alteri vt operetur, quemadmodum scilicet beatis Apostolis potestatem contra spiritus immundos dedit, vt illos eijceret, & curaret omnem morbum & languorem in populo. Propterea beatus Paulus inquit: Non ausim aliquid loqui quod non operatus est per me sermone & opere Christus, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti. caudentes autem & beati discipuli, accesserunt aliquando ad Christum, & dicebant: Domine, etiā dæmonia nobis subiiciuntur in nomine tuo. Operatos enim esse per Christum in spiritu sancto dicimus, quod alij ab ipso fuerint: sed non ita de Christo intelligimus, quod à verbo in spiritu ad operandum motus sit, quasi alius sit filius præter vnigenitum ex Deo. Vnum enim monstrauit vnio, & propterea cauemus, nē in duos illum diuidamus. Nam quauis secundum scripturas verbum caro factum est, attamen & sic secundum veram vnionem, quæ & mentem & sermonem excedit, vnigenitus filius est. Itaque ipse vnus, & solus Christus Iesus, quasi per organum sui corporis operatus est diuina signa, & non operandi virtutem habuisse eum dicimus, secundum similitudinem sanctorum. Prophanum & hoc esset, atque valde absonum. Iam quia & ex mortuis corpus suum excitauit, secundum quod vita est & viuificator, ipse semetipsum glorificare videtur, naturam suam viuificare declarans, neque alteri cuidam in hoc eam gloriam largitus est, sanè & ad Deum ac patrem, qui in cælis est, dicebat: Pater, glorifica me gloria, quam habui antequam mundus esset apud te, quauis & Deus esset, & ex Deo secundum naturam & gloriæ Dominus. Deinde quomodo sicut gloria egens, gloriam, quam ante secula habuit, perit? Nam quia factus est homo, & per carnem suam gratia Dei, pro vniuersis mortem gustauit, secundum quod dicit beatus Paulus. Cauens enim ignominiam, quæ inde colligi posset, resurrectionem prædicat, per quam, quia & vita & viuificus est Deus, rectè cognoscitur, & sic à nobis creditur. Glorificauit igitur non alium quempiam, sed seipsum, declarans vnitum sibi templum secundum veritatem, quod nec morte domaretur. Porro quod vnitum illi corpus, neque animæ neque mentis expertes credamus, sed animam mentemque habens, falsissimè à nobis dictum est.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
octauus.

Si quis audeat dicere assumptum &c.

THEODORETI REPRÆ-
hensio.

VNam quidem, vt sæpè dixi, glorificationem Domino Christo tribuimus, & ipsum Deum simul ac hominem confitemur. Hoc enim nos vnionis docuit ratio. At naturarum proprietates dicendo non vitabimus. Neque enim Deus verbum vnionem in carnem accepit, neque vicissim homo perdidit quod erat, nec in naturam Dei transmutatus est. Igitur vtriusque naturæ proprietates dicimus, Dominum Christum adorantes.

CYRILLI ADVERSVS THE-
odoretum refutatio.

AT nos, vir eximie, qui meliora verioraque credere assueuimus, & subtiliores intellectus ad accuratam sacramenti huius manifestationem & cognitionem adplicamus, secundum quod sacris scripturis & sanctorum patrum æquis interpretationibus videtur, non hominem assumptum esse dicimus à Deo verbo, & copulatum illi secundum habitudinem quandam, quæ extrinsecus intelligatur, sed hominem eum factum esse definimus. Et hanc ob causam excidisse à pietate dogmatum eos, qui audent dicere assumptum hominem adorandum cum filio & Deo, vt alterum cum altero. Nam si quidē ipse est Deus ac homo, ipse adoratur, sicut vnus adorandus est adoratione vna, & non coadoratur & conglorificatur Deus, nē Emmanuel credatur esse homo simpliciter communis, & sicut nos per gratiam diuinæ gloriæ participes. Confiteri autem decet Deum in carne, propter nos verè hominem factum non transitu naturæ, secundum alterationem & vnionem, sed vnionis dispensatione.

D. CYRILLI ALEXANDRINI
Archiepiscopi Anathematismus
nonus.

Si quis dicit vnum Dominum, &c.

THEODORETI REPRÆ-
hensio.

Hic manifestè anathematizare præsumpsit non eos modò, qui nunc piè sentiunt, sed & eos, qui olim veritatis fuere præcones, atque adeo Euangeliorum scriptores, sanctorumque Apostolorum chorum & Gabrielem archangelū. Primus enim ille Christum secundum carnem ex spiritu sancto natum esse, idque ante conceptionem prædicauit, & post conceptionem ipsum Ioseph docuit. Mariæ quidem roganti, quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco? dicebat: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

111 3 Iosepho

Matth.7. Iosepho autem inquit: Ne timeas accipere Mariam vxorem tuam: quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est. Et Euangelista: Cum esset, inquit, desponsata mater eius Maria Ioseph, inuenta est pragnans de spiritu sancto. Quin & ipse Dominus Iesus ingressus in synagogam Iudæorum, acceptoq; propheta esaias, hunc locum legit, in quo dicit: Spiritus Domini super me, eo qd vnxit me, &c. Subdit autem: Hodie completa est scriptura ista in auribus vestris. Beatus etiam Petrus loquens cum Iudæis, hoc testatur, dicens: Iesum Nazarenum, quem vnxit Deus spiritu sancto. Sed & Esaias ante multas generationes talia præsagiu: Egredietur virga ex radice Iesse, & germen ex radice eius orietur, & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Dei implebit eum. Et iterum: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo benè complacuit animæ meæ: ponam spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Hoc autem testimonium & Euangelista in suis conscriptionibus posuit. Sed etiam ipse Dominus in Euangelij ad Iudæos ait: Si autem in spiritu Dei ego eijcio dæmonia, appropinquauit super vos vti què regnum Dei. Et Ioannes: Qui misit me, inquit, baptizare in aqua, ipse mihi dixit: Super quem videris spiritum descendētem, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Non itaq; in prophetas solos & Apostolos, neque in Gabrielem archangelum sacrorū dogmatū subtilis examinatore, sed in ipsum saluatorem omnium blasphemias extendit. Ostendimus enim & ipsum Dominum, nunc quidem Iudæis post lectionem, qua ait: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, &c. dicentem: Luc.4.&11. Hodie scriptura hæc completa est in auribus vestris: nunc autem ad eos, qui dicebant, in Beelzebub eum eijcere dæmonia, dicentem

*al. non aut se in spiritu Dei eijcere dæmones. * Fictum dicim. Deū autem à spiritu sancto & vñctum non verbū Dei dicimus, spiritui consubstantiale & coeternum, sed in nouissimo dierum humanā ab eo adsumptam naturam, proprium autē sancto, for- spiritum filij: si quidem eiusdem cum eo naturæ, & ex patre procedentem, ac simul vnctum.

Matth.15. Ioan.15. 1. Co. 12. De spiritu Christi.

CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM REFUTATIO.

DVdum dixi, quia Nestorij superfluitatibus seu blasphemijs, & multum ne-

gligenter dicitur virtus repugnat Capitulo- rum. Illo nanq; dicente de spiritu sancto hoc: Itaque tantam Christo gloriam contulit, & cum dæmonibus fecit terribilem, donauitq; ei ad cælos ascensionem, tãquam de aliquo secundum nos homine communi. Hæc obloquenti factus est necessarius Anathematismus, non aduersus eos, qui dicunt glorificationem à spiritu sancto Iesum, hoc est, inhumanatum Dei verbum, sed potius contra illos, qui & impudenter eum, sicut aliena virtute, per spiritum vñctum dicunt. Meminimus enim dicentem palam de sancto spiritu: Ille me glorificabit. Nouimus adhuc sancti spiritus operatione conterentem nequissimas immundasque virtutes. Sed non ita dicimus eum, sicuti denique vnumquemq; sanctorum, tanquam aliena virtute vñctum virtute. Fuit enim & est eius spiritus, sicuti denique & patris. Et hoc nobis benè satis explanat scribens sacratissimus Paulus: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitet in vobis, si quis autem spiritum Christi non habet, hic nō est eius. Procredit enim ex Deo patre spiritus sanctus, secundum saluatoris vocem. Sed non est alienus à filio: omnia enim habet cum patre, & hoc ipse edocuit, dicens de spiritu sancto: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, propterea dixi vobis, quia ex meo accipiet, & annuntiabit vobis. Ergo glorificauit quidem Iesum spiritus sanctus inopinabilia operantem, veruntamen sicut spiritus eius, & non aliena virtus, & eo superior, secundum quod intelligitur Deus. Nec blasphemauimus igitur in sanctos angelos, nec in prophetas, sicut dicere præsumpsit, qui solum modò accusare nouit. Quia verò mens eius & sanctorum eius est, vt vnum in duos Christos diuidant, & illum quidem vt glorificetur, & operandim recipiat, hunc verò vt glorificet & operetur: itaq; carpūt insipienter oēm sermonē piū, seque in partem tam malè sententium constituunt. Proinde & de beato Gabriele faciens sermonem vitiligator iste: Etenim secundum carnem, inquit, Christum ex spiritu sancto natum esse, primus ille & ante formationem prædicauit. Alius igitur est Christus ille qui secundum carnem, & alius seorsum Christus iterum verbum, quod ex Deo patre est. Vbi igitur vnio? Et quæ indè vtilitas, si duo Christi, & seorsim ac particulariter vterque intelligatur? Eapropter licet pietatis multum sibi affingentes, vnum dicant esse Christum, verè tamen duos esse putantes, audiant à nobis: Vtque quò claudicatis in duos poplites? Satiùs enim fuerit rectè incedere fidem habentes in adulteratam & firmatam, nullisq; stultis opinionibus claudicantem.

D.CY-

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi Anathematismus decimus.

Pontificem & Apostolum confessionis &c.

THEODORETI RESPONSO.

NON in carnis naturam versa est inconvertibilis natura, sed humanam suscepit naturam, & hanc super communes sacerdotes constituit, vt beatus Paulus docet, dicens: Omnis enim pontifex ex hominibus sumptus, pro hominibus constituitur in his quæ erga Deum sunt, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse infirmitate circumdatus est, & propter illam debet, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis. Et paulò post hoc interpretas dicit: Sicut & Aaron, ita & Christus. Deinde monstrans assumptæ naturæ infirmitatem, inquit: Qui in diebus carnis suæ supplicationes & preces ad eum, qui poterat ipsum seruare à morte, cum clamore valido & lachrymis obtulit, & pro reuerentia sua exauditus est. Et cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est author salutis æternæ omnibus qui obediunt ei, appellatus à Deo sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quis igitur ille qui laboribus virtutis perfectus, & non natura perfectus existit? Quis ille qui didicit obedientiam, & hanc ante experientum ignorans? Quis cum reuerentia vixit, & cum voce valida & lachrymis supplicationes obtulit, & saluare se nō valuit? sed poterat eum saluum facere, rogauit, & mortis absolutionem poposcit? Non Deus verbū, quod immortale est, impassibile, incorporeū, cui memoria secundum Prophetam, exultatio & lachrymarum securitas: ipse enim abstulit omnem lachrymam ab omni vultu. Et rursum propheta: Memor factus sum, inquit, dei, & satiatus sum. Qui coronat cum reuerentia viuentes, qui cognoscit vniuersa ante natiuitatem suam, qui habet omnia, quæ patris sunt, & imago existit impermutabilis genitoris, qui in semetipso demonstrat patrem. Sed quod ex semine Dauid assumptū est ab eo, quod mortale, quod passibile, quod timuit mortem, licet hoc ipsum postea mortis destruxerit potestatem, propter vnitatem ad assumptum Deum, quod per omnem ambulauit iustitiam, & ad Ioānem locutum est: Sine modò, inquit: sic enim decet compleri omnem iustitiam, hoc pontificis appellationem accepit, secundum ordinem Melchisedech: hoc enim indutum est naturæ necessitate, & non omnipotens Dei verbum. Vnde & ante pauca beatus ait Paulus: Nō enim habemus Pontificem, qui non potest compati infirmitatibus nostris: expertum verò per omnia secundum similitudinem absque peccato: in experimento autem nostrarum fa-

ctus est passionum, sine peccato ex nobis, pro nobis adsumpta natura, qui hæc adsumpsit nostræ causæ salutis. Sed & in principio capituli huius talia rursus docet: Considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ, fidelem existentem ei, qui fecit eum, sicut & Moses in tota domo eius. Facturam verò nullus dixerit, rectam habens fidem, increatum & non factum, & patri coeternum Deum verbum, sed qui ex femine Dauid, qui omni peccato liber existit, potifex noster, & sacrificium factus est, ipse semetipsum pro nobis offerens, habens in semetipso, videlicet ex Deo, verbum vnitum sibi, & inseparabiliter connexum.

D. CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM REFUTATIO.

PROPHETA Hieremias offendenti Israel, & exacuenti ad iracundiam omnium DEVM, dicebat tristis: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & deflebo populum istum die ac nocte? Arbitror autem ego huiusmodi voces non illis potius conuenire, & eos decere, sed his qui sine Deo, & incontinens in Christum os habent: quique obloquuntur aduersus gloriam ineffabilem audaces & presumptores, sicut scriptum est. Lamentatione quippe & gemitu digni pro veritate, qui ex multa nimis subsannatione & inderogabilem pietatis Christi relinquentes viam, cursus sibi faciunt monstrosos, & corruptibilibus sensuum ad inuentionibus pulchritudinem veritatis adulterantur. Ergo audiant hi, qui sapere elegerunt, quæ omnibus respuenda sunt: Erratis nescientes scripturas, atque venerandum & magnū inhumanationis sacramentū. Scripturæ nanq; diuinitus inspiratæ, deum nobis inhumanatum prædicat Emmanuel, participatumque carne & sanguine proximè nobis DEI & patris affirmant verbum carnem factum, hoc est, hominem: non per conuersionem seu mutationem, sed virtute ineffabili vnitatis. Ideoque & vnum dicimus IESVM CHRISTVM. nominū, vnamq; fidem, & vnum sanctum baptisma. Qui autem à dogmatibus sic rectis recedunt, & contra sacras literas durum atque superbum obijciunt sensum, & hoc solum, quod benè se habere arbitrantur, inspicunt, hominem verò adsumptum à Deo verbo dicunt, secundum illud puto, quod per vnum sanctorum dictum est prophetarum: Non eram propheta, neque filius prophetæ, sed caupo erā fricans sycamina, & adsumpsit me ex ouibus. Et sicut ait beatus Dauid: Suscipiens mansuetos dominus. Per habitum quippe & familiaritatē spiritalem, tanquam in voluntate & gratia, & sanctificatione sicut & nos ipsi adherentes domino, vnus spiritus sumus, secundum quod scriptum est. Sed non est hoc humanari Deum, sed neque proximè nobis

Heb.4.

Hiere.9. Hæretici deplorandi maxime.

Matth.22

Amos 7. al. pastor al. sycamoros, Psalm. 146.

Matth.3.

Heb.4.

fanguine & carne participari, sed magis proprium facere hominem: & non secundum alium modum, quam qui dici poterit per prophetas & Apostolos, & alios sanctos omnes. Putasne sanctus Paulus seducebat sanctificatos per fidem, apertissime dicens de vni-genito: Quia cum esset diues, pauper est factus propter nos? Absit. Verè nanque dicit omnino veritatis præco, quis sit diues, & quomodo pauper factus est. Etiam nunc sermo hic à nobis examinatur: si quidem, sicut & sapere & dicere ipsi præsumunt, homo adsumptus à Deo est, quomodo pauper est factus qui assumptus est, & ultra naturam dignitatis declarat? Glorificatus enim est, aut si non est hoc verum, derogabitur ab eis adsumptioni, tanquam deportati ad minorem partem & inhonestiorem mensuram humanitatis. Sed ita sapere dissonum est. Ergo non est pauper factus quia adsumptus est: restat igitur dicere, quia factus est in paupertate nostra, qui diues est tanquam Deus. Proinde quomodo pauper est factus, agere nunc, agere consideremus, ut necessarium est. Inconuertibilis etenim per naturam est, confidenter non transijt in naturam carnis, propriam deserens. Mansit enim quod fuit, hoc est, deus. Vbi itaque videbimus paupertatis abiectionem? Putas in eo quod aliquè secundum nos adsumpsit, sicut dicere præsumperunt impietatis Nestorij parasiti? Et qui fiet paupertatis eius & euacuationis modus? tanquam in hoc solo, quod noluit fortè honorare aliquè secundum nos hominè: læditur etenim nullo modo benè operatus omnium DEVS. Quomodo ergo pauper est factus? quia cum Deus natura sit & filius Dei patris, factus est homo, & ex semine Dauid natus est secundum carnem, & seruilem mensuram subiit, hoc est, humanitatem, qui in forma dei & patris, per quem omnia, & in quo omnia, & omnium creator: homo autem factus, humanitatis mensuram non erubescit. Qui enim hoc ipsum fieri secundum nos non aspèrnatus est, quomodo respueret ea, per quæ liceret eum videre factum verè, propter nos secundum nos? Si ergo humanis eum remouerimus & rebus & verbis, nullo modo discernetur ab eis, qui dicunt quasi aliquid possibile fuerit solùm, nec non ab eis, qui carne exuunt eum, & scripturæ diuinæ non credunt, destruuntque in omnibus humanationis sacramentum, mundi salutem, fidem, resurrectionem. Sed forsitan dicit quispiam: parum esse Deo verbo, & dissimile in totum, flere, metuere mortem, calicem refutare, pontificem esse. Vtiq; sic dixerim & ego ipse, quia diuinæ excellentiæ, naturæ & gloriæ hæc parua sunt, sed in ipsis contemplabimur paupertatem, quam propter nos spontè perpeffus est, quando tibi visum fuerit onerosum, quod ex euacuatione ingloriosum est, potius admirari circa nos filij charitatem. Quod enim tu parum

2. Cor. 8.

Paupertas Christi vnde estimanda sit.

*indignum

Christi passio contra calamitates nos obarmat.

esse dixisti, hoc promptissime fecit propter te: Fleuit humanè, ut tuam constringeret lachrymam: Formidatus est, dispensatiuè permisit carni pati interdum quæ propria sunt, ut nos preparatos ostenderet. Refutauit calicem, ut impietatem Iudeorum crux accusaret: Infirmari dicitur secundum humanitatem, ut tuam repararet infirmitatem. Preces offert supplicationis, ut & deprecationibus tuis accessibilem monstret patris aurem, & ut tu discas in tentationibus non dormire, sed ad orationem magis adurgere: Vnde culpabat dormitantes sanctos Apostolos, & dicebat: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. In informationem etenim tuam, qua sanctæ conuerfationis seipsum pandens profuit vniuersis, humanitatis infirmitates proprias fecit. Ob quam causam? ut & secundum veritatem homo factus crederetur, licet permanendo quod fuit, hoc est, Deus. Sed nescio quomodo qui Christum seivnum dicere fingunt, & filium & Dominum, eundem verum & hominem, non ex Deo natum verbum, appellari dicunt pontificem & apostolum confessionis nostræ, quoad factus est homo, sed velut alterum quandam singulariter hominem ex semine Dauid vocatum ad hoc affirmant, metuentes, ut estimo, nè à mala secta Nestorij deficientes, recta sapere capiantur. Ait enim sic ille: Iste fidelis Deo factus pontifex. Factus est enim hic, non sempiternè profuit hic, qui paulatim ad pontificis prouectus est hæreticè dignitatem. Deinde, sicut estimauit, confirmans in veritate suas voces, intulit, dicens: De quo & Lucas clamabat in Euangelij: Iesus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia. Et rursus: Cum sit nobis hic solus pontifex, compassibili & cognata, & firma in eo fide nolite deficere: ipse enim nobis pro benedictione promissa ex semine Abraham missus est, tanquam pro se & genere corporis sacrificium collaturus. Illius autem odij optimus imitator magnus iste Theodoretus, non erubescit, dicens: Humanam naturam adsumpsit, & hanc ultra communes statuit Pontifices, sicut & Paulus ait: Omnis enim Pontifex ex hominibus sumptus, pro hominibus statuitur in his quæ ad Deum sunt, compati valens ignorantibus & errantibus. Nam & ipse circumdatur infirmitate, & propterea debet, sicut pro populo, ita & pro se offerre pro peccatis. Putas non hominè nobis communè, quantum ad suum placitum, explicauit Emmanuel? Nò cognata sensit his, quæ nuper à nobis nominata sunt, & parem generantia blasphemiam? Dic mihi, metuis Pontificij modum omnium nostrum saluatoris Christi? Incongruum esse dicis, de verbo humanè sacrificij ministrare propter dispensationem. Ergo aufer personam, nega dispensationem factam incarnationem verbi, propter quæ nominatus est etiam pontifex. Putas

Matt. 26.

Heb. 2.

Luce 2.

Gen. 17.

Heb. 5.

Mira Cyril- li in disserendo vis- & solertia

faci-

sacrificantem, vides tanquam alteri Deo, & potiori DEO patri bouem immolantem secundum illos, qui ex hominibus sunt accepti, & compati possunt ignorantibus & errantibus, eò quod & ipsi sint in nostris infirmitatibus? non considerasti, quia ab omnibus fidem, siue fidei confessionem sibi meruisset, & per omnia sancto patri? Dic mihi, putasne, mos est humani sacrificij, fidem petere eos, qui in odorem suauitatis offerunt in spiritu? Contemplare etiam aliter existentem Deum, licet dicatur humanè sacerdotium perhibere propter dispensationem. Adhuc enim Deo & patri, & in sublimibus sedibus decoratus apparet. Conturbat te humanitas: quod est Deo decibile, terroribus non abfoluit. Non pateris ipsis videre rebus Deum simul & hominem existentem Emmanuel, sed sic impudenter & durè ultra omnem impietatem currens, consummatum dicit secundum virtutem in laboribus, & profecisse paulatim ad Pontificis dignitatem. Si profecit, ubi exinanitus est & pauper factus? Si consummatum est per virtutem, ex imperfecto utique, & in tempore factus est integer. Omne verò quod imperfectum est ad virtutem, sub vitio est: & quod sub vitio, sub peccato. Quomodo ergo scriptum est de eo, quia peccatum non fecit? Præsumpsisti etiam dicere, quæ subiecta sunt: Quis igitur sacerdotio functus est, qui laboribus virtutis consumptus, & non naturaliter perfectus existens? Quis experimento discens obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reuerentia viuens, & cum clamore valido & lachrymis supplicationes offerens, & saluum facere non valens semetipsum, sed Deum, qui poterat saluum facere, rogans? O audax vox atque scelestæ. Quæ sufficient lachrymæ ad diluendum peccatum talia sapere proponentium? Si suscipis vnitatem, quomodo ignorasti, quia tibi sermo fuit de Deo homine factus? Humiliauit se propter te, & tu imprudenter exclamas: Propicius esto tibi Domine. Non erit tibi hoc. Ergo autem dies dicentem: Vade post me Satana: scandalum es mihi. Sedenim in sine verborum suorum ait: Ergo qui ex semine Dauid, est Pontifex, habens utique in semetipso ex Deo verbum vnitum, inseparabiliterque connexum. Quomodo ergo vnitum dicit, qui ex semine Dauid est ex Deo verbum, si soli, qui ex semine Dauid, Pontificatum attribuis? Palam itaque est, quia fingunt quidem se confiteri vnitatem simplicium vota surripientes, copulationem verò sapiunt, quæ est extrinsecus, & per habitum, quam & nos habuimus, participes diuinæ effecti naturæ per spiritum. Si enim vera est vnitas, non duo omnino sunt, sed vnus & solus ex ambobus intelligitur Christus. Respicienda itaque sunt non illorum multiloquia, sed recta & immaculata fides, & Evangelicæ atque Apostolicæ sancti-

1. Pet. 2.

Heb. 5.

Matt. 16.

ones. Deus est in carne, & in sanguine, humanitatisque mensuram per ea quæ sunt humana, cognoscimus. Millia millium enim angelorum sanctorum ministrant ei, & sacræ eius sedem circumstant Seraphin. Quia verò factus est homo, appellatus quoque summus sacerdos, non tanquam maiori deo offerens sacrificium, sed sibi & patri, fidei nostræ negociatus confessionem, confundens audiens, quia sacerdos est appellatus propter humanitatem. Proinde quomodo non admiratus es, quia non secundum sacerdotum solennitatem alteri celebrat immolationis modum, sed magis sibi, sicut dixi, & patri, quando dicit, non esse dignum DEO, ut sacrificet? Simul & ego dico: Sed si solùm esset & citra carnem verbum, diceres rectè: quia verò factus est homo, intueri & immolatem propter humanitatem, & in dignitatibus, quæ ultra creaturam sunt, sicut Deum: adhuc enim Deo & patri. Intueri siquidem eum immolantem quidem secundum humanitatem, adfidentem verò sicut Deum. Quid enim ait beatus Paulus? Talem habemus Pontificem, qui sedet in dextera sedis maiestatis in excelsis. Scientes igitur, quia cum Deus esset, factus est homo, (est autem vnus atque idè filius) ipsi omnia tribuimus tanquam vni: & dispensationis non ignoramus modos, sensuum virtutem artificiosè atque prudenter ad eius semper conuertentes obedientiam.

Dan. 7.

Heb. 8.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi Anathematismus vndecimus.

Si quis non constitetur Domini carnem etc.

THEODORETI REPRÆHENSIO.

Propriam factam Dominicam carnem verbi per vnitatem confiteri bonum est, intelligentes tamen eam ex nobis adsumptam. Superfluum autem est inferre, & non alterius cuiuspiam præter eum, nisi fortè excessivè, eam. Propitiam eam ex nobis adsumptam. Dum enim sepe dicit propriam, excipientis est, dominicam carnem nostræ esse naturæ. Et ubi gloriatio nostra est, per quam, dicit Paulus, confuscitavit & confedere fecit nos? Cuius enim hominum caro alterius est, quam vniuscuiusque? Nonne vnusquisque nostrum communem quidem habet carnem, cum vnquoque consubstantialem ratione & propriam, eò quod quæ est vniuscuiusque, non sit alterius, nisi solius cuius est caro? Quid ergo sibi vult, cum dicit propriam, tanquam aliud quid dicens? Sic enim intelligit dominicam carnem ex nostra assumptam, & intelligit quia vniuscuiusque caro illius est propria, cuius est caro, & non alterius, velut extranei dicit, propria eam esse. At certum est, quæ obscurè dicit eam ex nostra sumptam non esse naturam, sicut uti clariùs dicit in 1. suo tomo. Et infans, inquit,

Eph. 2.

quit, erat non secundum nos, hoc est, non in pura & sola apud nos similitudine, sed in humanitate quidem propter carnem: diuinus autem tanquam ultra nos, & de caelo. Et iterum in secundo Tomo sic ait: Corpus enim eius non erat alterius alicuius, qui secundum nos est, sed proprium magis ipsius existentis ex patre verbi, quod natum ex eo est. Quis autem aliquando dixit, quia alterius alicuius a seculo hominum facta est caro dominica, velut Abel, aut Noe, aut Elia, aut cuiuslibet alterius a seculo hominum? Non solum autem de dominica carne definimus, quia facta non est cuiuslibet alterius a seculo hominum, sed ipsius domini propria & sola, quae inconfuse inseparabiliter vnita est Deo verbo. Sed neque vnus cuiusque nostrum caro facta est aliquando, sicut diximus, alterius alicuius, nisi illius cuius est caro. Hoc itaque omnibus Ecclesijs consentibus, quid sibi vult, quod sepe propriam eam dicit, nisi forte excepit eam a nostra natura? Quomodo autem etiam interdicit, ne dici oporteat, connexa quidem ei secundum dignitatem & auctoritatem, cum ipse dicat in primo tomo: Sic enim & nos illius paupertate ditati sumus, ut reuelata in eo humana natura in dignitatem Deo conuenientem decibili? Sed nos dicimus ei aduersanti etiam sibi: Si igitur natura inconfuse manent, manet autem & vnitas, dicimus verò ea, quae adorationis, & virtutis, & dignitatis & auctoritatis sunt, tanquam vni filio offerri digna, manentibus naturis in vnitate inconfusis, quid restat aliud quod subtiliorem fugit vnitatem? & cedimus, & consentimus, extra confusionem videlicet naturarum. Sed certum est quia ei nihil sufficit ad summam vnitatis, naturas non confundenti. Sed nos naturas quidem existentes inconfusas seruamus, vnitatemque summam & diuinam & nobis incomprehensibilem confitemur: omnia ad glorificationem tanquam Deo & vni filio offerentes, & dicentes ei beati Petri voce: Tu es Christus filius Dei viui.

CYRILLI ADVERSVS THEODORETVM refutatio.

EXacuebantur aliquando ad iracundias scelestas infelices Iudaei, inuidiae iaculis mente percussi. Quia verò super hanc etiam prophanas inferebant manus omnium nostrum saluatori Christo, talium presumptiuam causas volebat edicere: Multa, inquit, bona opera ostendi vobis patris mei, propter quod horum opus me lapidatis? At illi ad tantam inconsiderationem & fatuitatem cogitationum venerunt, ut etiam criminibus blasphemiae eum molirentur obstringere. Dicebant enim: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Dixit autem ad eos Saluator: Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, Dij estis? Si illos dixit deos, ad quos ver-

bum DEI factum est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quod blasphemem, quia dixi, filius Dei sum? Nos verò diligenter perscrutates modum apostolatús, de quo hic dicitur, in facris scripturis, in hoc scientiam lucrificamus. Dicit igitur ipse per vocem Esaiæ: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ad praedicandum captiuis remissionem, & caecis visum. Missum verò dicitur CHRISTVM a Deo & patre, factum hominem. Valdè enim congruunt humanitatis mensuris Apostolatús nomen & res. Missum itaque est, sicut dixi, non nudum & absque carne, verbum quod est ex Deo patre, sed magis naturam secundum carnem ferens, vel corpus ex sancta virgine assumptum ineffabiliter & inconfuse sibi vnies, sicut saepissime diximus, apparuit nobis DEVS dominus secundum scripturas. Proprium igitur corpus dicimus factum esse verbi, & non hominis alicuius seorsum & separatè, tanquam alius praeter illum Christum & filium intelligatur. Quemadmodum autem vnus cuiusque nostrum proprium dicitur corpus seorsum eius, ita & in vno CHRISTO est intelligendum. Nam quantum sit nostris corporibus cognatum, hoc est, consubstantiale, natum enim ex muliere est: proprium eius, ut dixi, intelligitur & dicitur. Quia autem vita secundum naturam est verbum, quod ex Deo patre est, viuificatricem declarauit suam carnem. Er hac ratione facta est nobis benedictio viuificatrix. Proinde & Christus dicebat: Amè amè dico vobis, ego sum panis viuus, qui de caelo descendi, & vitam dedi mundo. Et rursus: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Et iterum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: non dicit: Qui manducat meam diuinitatem, & bibit meam diuinitatem. Qui manducat meam carnem, inquit, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Memores estote quod de carne sit dictum. sed forte malè interpretor. Audiamus igitur ex sequentibus. Sicut misit me viuens pater. Dicit haereticus, hic diuinitatem dicit. Misit me Deum verbum viuens pater, secundum illos, & ego Deus verbum viuo propter patrem. Deinde post hoc: Et qui manducat me, & ille viuere. quid man-

Consensus Ecclesiariu

figuratur

Matth. 16.

Ioann. 10.

Ibidem. Dij sunt, ad quos sermo Dei fit. Psalm. 81.

Esaiæ 61. Luca 4.

Missum Christum.

Esaiæ. 61.

Nota de commestione carnis Christi.

Corpus Christi, nostris corporibus cognatum est & consubstantiale.

Ioan. 6.

Ibidem.

Verba Nestorij.

Viuificat spiritus perinde vt filius. Ioan. 6.

Athanasius

1. Cor. 15.

manducamus? diuinitatem vel carnem? Igitur iam satis diu hæsimus in sermone, quem absurdè negligenterque nugatus est. Quid igitur vult intelligere? Non Deum verbum nullum esse dicens in carnatum & hominem factum. Ponens autem iterum seorsum & particulariter, ut ipse dicit, quod videtur, non possum dicere, immò & manifestum iam cauillum est. Nam vnionis modum destruit, vt commune inueniatur corpus Christi, non iam proprium verbi omnia viuificare valentis. Indubitanter omnia humana parua sunt Deo verbo. Quia autem dignatus est propter nos mundo salutarem exinanitionem sustinere, etiam si missus esse dicatur, vt praedicet captiuis remissionem, & caecis visum, glorificatur magis, vt potè humilitatem dispensationis in carne passus. Et nullus (opinor) rectè sapientium reprehenderit, quod humiliarit se propter nos ad hanc nostram. Num igitur asserit esse alium quemdam filium, & Christum praeter verbum ex Deo, quod apparuit, cui & soli attribuitur Apostolatús negocium? Num hominis commestionem nostrum hoc sacramentum pronuncias, & irreligiosè ad sacras cogitationes vrges eorum qui crediderunt, mentem, & attentas humanis cogitationibus tractare, quae sola pura & inexacta fide accipiuntur? Quoniam enim minimè editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctum corpus Domini? Scire autem operæ precium est, quod sicut supra diximus, proprium est corpus eius verbi, quod omnia viuificat. Quoniam autem est corpus vitae, viuificum est. Nam per hoc mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis imperium euacuat. Viuificat autem nos equali modo & sanctus spiritus Christi. Spiritus est enim, qui viuificat secundum eiusdem saluatoris vocem. Nec moror, vt ne videar ego & solus proprium appellare corpus verbi, etiam sanctorum patrum afferre sententias, vt sciant aduersarij, quod nos frustra inclamant, qui vbi què illorum voces sequimur. Dicit igitur celeberrimus pater noster & episcopus Athanasius in sermone de S. Trinitate: Et monstrabat, quod non apparet, sed verè habuerit corpus. Decebat autem Christum induentem humanam carnem, hanc cum proprijs passionibus eius indui totam, vt sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & ipsas passiones corporis propriae solum eius dicantur, quantum non contingerent secundum diuinitatem eius. Et iterum: Hæc necessarium antè examinauerimus vt si videamus ipsum quasi per instrumentum sui corporis, diuino modo operantem vel dicentem, cognoscamus quod Deus existens omnia operetur. Et hæc quidem beatus pater noster Athanasius. Veruntamen quantum proprium dicatur verbi corpus, est tamen ex muliere, & nostris cognatum, secundum quod caro intelligitur. iam & beatus Paulus inquit:

Primus homo ex terra terrenus, secundus de caelo, ipse autem est Christus. Nullus ascendit in caelum, inquit, nisi qui de caelo descendit, filius hominis. Porro dicimus quod non ex caelo corpus vnium sibi deferens verbum hæc dicat, verum quum de sursum existens ipsum & ex caelo, corpus hoc sibi proprium fecit & vnium tam mirè, vt nec edici nec intelligi valeat, absque conuersione & confusione: Ideoque & de caelo dicit se venisse, quoniam factus est filius hominis.

Proinde rectè & inculpatè habet sermo noster. Quam igitur nugandi occasione obrectare nobis volentes habebunt, si quorundam blasphemiarum Anathematismum repugnans, mendacior veritatem opponat? Opinor autem me neutiquam a recta via excidisse, quod Christum dixi ultra nos. Nam licet verbum DEI factum sit homo, est tamen etiam sic non solum ultra nos homines solus, sed etiam super omnem creaturam. Non enim solus homo intelligitur sicut nos, sed idem ipse Deus de sursum & de caelo.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi Anathematismus duodecimus.

Si quis non confitetur verbum Dei, &c.

REPRÆHENSIO THEODORETI. Iterum hic commonefacimus sermonum eius in libro primo, vbi omnino impassibilem diuinam naturam dicit esse his verbis: Vnus igitur omnium dignissimus, propriam pro omnibus posuit animam, & permisit dispensatiuè, carnem suam breui tempore a morte comprimi, & euacuans mortem, vt ita non valens pati, quod praeter naturam suam est, nunc secundum se patitur propter carnem, sed non passus Deus carni vnium, sed caro coniuncta Deo verbo, & secundum suam indulgentiam propria sustinuit. Non enim vel passio vel mors factæ fuissent, nisi ipse permisisset: Nam si anima presente non sit mors, quomodo Deo presente, & non solum presente simpliciter, sed etiam coniuncto secundum summam quandam & ipsi soli comprehensibilem vnioem, turbaret eius templum, ipso non admittente, vel passio vel mors? At qui non Deitas carni vnita passa fuit, sed caro, ipsa permittente, propria sustinuit. Cæterum quod malignè ei additum sit hoc, passum est carne ad seductionem simpliciorum, inde manifestum erit. Non enim obseruauit impassibilem diuinam naturam, dicens: Passum est carne, nihilominus passibilem dici, quantum cum carne pateretur. Erit & pater passibilis consubstantialis existens filio. Necessariò enim omnia genitori accidunt, quæ soboli accidunt. Non confitebimur eum quidem passum esse, vt potè aptum ad passionem, patrem verò non esse aptum ad passionem? Verum sic dicentes, consentiemus haereticis dicentibus Deitatem vni geniti passibilem, patris verò Deitatem non esse

Ioann. 3.

esse passionis susceptum, vnde illam & alterius substantia esse dicunt. Si autem dixerint præter naturam ipsum passum esse, dicemus, & quæ passio diuina natura est fortior, ita vt naturâ impassibilis passio præter naturam subijciat? Sed dicunt, eius voluntas hæc est. Verum dicimus: Voluntas eius impassibilis est: quæramus autem passionem, quæ impassibilem naturam in suam passibilitatem transferrat. Alioqui & diuina voluntas illa vult, quæ se decent. Et quid, inquit, honestius, quàm seruare hominum genus? Quo pacto autem seruaret humanum genus, quæ diuinâ & impassibilem naturam in passionem attrahit? Omnino enim fortior, transfudit ad suâ passibilitatem id quod erat impassibile. Et quæ utilitas passibili, si & impassibile passibile fiat? Salus autem passibilis naturæ est, non societas impassibilis in passioe. Hoc igitur magis erit augmentum mali, non ablatio. Alterum enim à simili nõ aufertur, sed augetur. Quæ igitur salus passibilis est naturæ, vt diximus, nõ eip quod impassibile est, ad ipsam societas in passione, sed translatio eius ad id quod est impassibile, quod & fecit Dominus Christus, non ipse secundum diuinitatem ad passionem coactus, sed qui omnem humanitatem, per suam sanctam carnem in sublimi euexit, & humi iacentem in celos traxit, & pridem omni libertate destitutam, ad optioe filiorum dignatus est. Quis autem debebat mortem, quæ est ex inobedientia? Omnino humana natura, non diuina. Quomodo igitur consentaneum erat, illam psoluere mortem?

LATINVS CODEX HIS OMISSIS,
hanc habebat reprehensionem
breuioribus.

Passiones, eius qui est passibilis, propriae sunt. Impassibilis enim ultra passioes est. Passa est itaque serui forma, coherente utiq; Dei forma, & permittente quidem pati propter salutem, quæ ex passioibus nascebatur, proprias verò faciente propter vnitatem, passionis. Ergo non Deus passus est, sed homo ex nobis sumptus à Deo. Vnde & beatus Esaias presagens clamabat: Homo cum in plaga esset, & sciret ferrelanguorem. Sed & ipse Dominus Christus ad Iudæos dicebat: Quid me queritis occidere hominem, qui veritatem vobis loquutus sum? Occiditur autem non ipsa vita, sed habens mortalem naturam. Et hoc docens alibi Dominus, ad Iudæos ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Ergo solutus est, qui ex David est suscitatus autem hunc solutum, quod ex patre impassibiliter natum est ante secula, vni genitum Dei verbum.

CYRILLI ADVERSVS THEODORE-
tum refutatio.

Admiranda profecto veritatis potentia est, id quod experientia testatur. Non

enim multo mihi sermone ad defensionem opus est, ad persuadendum deceptis & opinantibus, quod passibile esse dicamus verbi naturam, deiectis in hoc semel aduersarijs, palamque confitētibz nos ab illis criminibus esse alienos. Quoniam autem vt industriæ suæ acrimoniam ostentent, austeris cogitationum adinventionibus vsi, imprudenter argumentum inuisum, sicut ipsis videt, adducunt, mira q; grauitate asserunt, impassibile secundum suam naturam esse DEI verbum, audiant à nobis, q; frustra pugillant, aërem q; verberant, nempe in hoc eis se opponente, vel diuersa cogitante. Quid igitur frustra sudant, & in superuacaneis morantur? Quis tam attonitus, vt eminentissimam omnium substantiam passibilem, & eam quæ vltra omne genitum, & incorpoream, in firmitatibus passionum conculci dicere audeat? Porro sacramenti ratio habet, vni genitum ex Deo patre secundum naturam vni genitum, & eam quæ vltra omne genitum dispensatiuè. Quia autem dicimus proprium esse sanctum corpus, quod ex beata virgine est assumptum, eam ob causam iustissimam, carnis passioes eius esse dicimus secundum dispensatiuam appropriationem, seruata vbiq; natura eius impassibili. Deus enim est ex DEO. Quando igitur carne dicitur pati, non ipse in propria natura intelligitur pati. Ipsius enim factum est vnitum sibi corpus, sicut dudum dixi. Quapropter & diuinus Paulus ipsum dicit esse factum primogenitum ex mortuis, ipsum inquam, p quem omnia & in quo omnia fecit pater. Coloss. 1.

Scribit autem sic: Gratiis agentes patri, qui nos idoneos fecit ad partem sortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos ex potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso creata sunt omnia, cum quæ in celis, tum quæ super terram, visibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum habens: quia in ipso complacitum est, omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum conciliare omnia, pacificatis per sanguinem crucis eius ram his q; sup terrâ, q; his q; in celis sunt. Considera, obsecro, quod per ipsum omnia dicat esse facta, visibilia & inuisibilia, sedes q; & potestates, ipsum datum Ecclesiæ caput, & primogenitum ex mortuis factum esse affirmat, restitutaque omnia per ipsum in ipsum, & pacificata per sanguinem crucis eius, siue quæ super terram, siue q; in celis. Igitur post hæc dubitaret quisquam & frustra formidaret, nõ passibilem filij naturam sacramenti sermo declaret, quando dicitur carne pati? Pro-

1. Petr. 4.

Proprie enim sunt, vt dixi, proprii corporis passionis. Hoc sentire visus est & sanctus Petrus, dicens: Christo igitur passio pro nobis in carne. Aliud est enim dicere, pati in carne: & aliud, simpliciter dicere, pati diuinitatis naturam. Quia enim idem Deus simul est ac homo, impassibilis quidem quantum ad diuinitatis pertinet naturam, passibilis verò secundum humanitatem. Quid hic absurdum, si dicatur pati in eo quod pati potest, qui mansit impassibilis in eo, quod pati nõ potest? Quod autem in tali fide & sanctorum patrum perseueravit chorus, ex his cognoscemus quæ ipsi scripserunt. Mandati enim seruatoris, quod & seruauerunt, memores fuerunt, dicentis: Gratis accepistis, gratis date.

Math. 10.

SANCTORVM PATRVM TESTIMONIA, quibus defendit sententiam suam Cyrillus: primum D. Gregorij Episcopi in epistolam ad Philippenses.

* sententia
Phillip. 2.

HOC * sapiatur, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, q. cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui suscipiens. Quid pauperius in Deo, quàm formam serui? Quid humilior in rege cunctorum, quàm ad communionem pauperis nostræ nature spontè venire? Rex regum & Dominus dominantium induitur forma serui: iudex omnium fit subditus potestatibus creaturæ. Dominus in spelunca deponitur, qui omnia continet: in diuersorio non inuenit locum, sed in presepe projicitur iumentorum: mundus & immaculatus, sordes suscepit humanæ naturæ: & per omnem paupertatem nostram transiens, vsque ad mortis venit experimentum. Considerate paupertatis spontaneæ mēsuram: vita mortem gustat, iudex de dicitur ad iudicium: vita omnium existentium Dominus, subditur sententiæ iudicantis: rex omnium virtutum, quæ vltra mundum sunt, spiculatorum non respuit manus.

BASILII MAGNI EPISCOPI
Cæsarensis.

NON enim totum celum & terra, & magnitudines pelagorum, & quæ in aquis habitant, & terrena animalia, & plantationes, & stellæ, & aer, & tempora, & varius mundi totius decor sublimitatem fortitudinis demonstrauit, quantum potuisset Deus (vt quem vniuersa non capiunt) impassibiliter per carnem morte completi, vt nobis propria passione impassibilitatem donaret.

D. ATHANASII EPISCOPI
Alexandrini.

ET videbatur, quia nõ phantasia, sed vere vehemens erat corpus, necebat enim dominum induentem humanam carnem, vt cum proprijs eius passionibus totum indue-

ret, sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & corporis passionis proprie eius solummodo dicerentur, licet non applicaretur secundum diuinitatem eius. Nam si alterius esset corpus, illius etiã dicerentur & passionis. Si autem verbi caro, (verbum enim caro factum est) necessarium est & carnis passionis dici eius, cuius & caro est. Cuius enim dicuntur passionis, quale est maxime dānari, flagellari, sitis & crux, & mors, & aliæ corporis infirmitates, huius & correctio & gratia est. Propterea igitur & consequenter & decenter non alterius, sed ipsius Domini dicitur huiusmodi passionis: vt & gratia ab eo sit, & idololatræ non efficiamur, sed vere colentes Deum: quia nullum horum quæ facta sunt, neque communem quemlibet hominem, sed ex Deo naturaliter & verum filium, eundem etiã hominem factum, nihilominus Dominum eundem & Deum & saluatorem inuocamus. Sufficiant itaq; ad satisfactionem, vt puto, sapientibus dicta propofita, diuina lege palam dicente: In ore ditorum vel trium testium stabit omne verbum. Si quis autem voluerit & post hæc adhuc contendere, audiat à nobis ipsum contra seipsum existere. Nos autē diuinas literas, & sanctorum patrum sequimur fidem. Sic enim lucramur supernæ vocationis palmam in Christo, per quæ & cum quo Deo & patri honor & gloria cum sancto spiritu in secula. Amen.

Iohan. 1.

Iohan. 8.
Math. 18.

Scripturas
& patres sequendo saluamur.

SEQUUNTUR EPISTOLAE
synodales, Concilium Ephesinum concernentes, è Græco in Latinum
recens conuersæ.

RELATIO à SANCTA SYNODO
ad pientissimos reges de Nestorij depositione facta.

Religiosis ac pientissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus ac semp Augustis, sancta synodus per Christi gratiã, ac dominationis vestræ nutum, Ephesi congregata.

Epistola 1.

AM indè à progenitoribus pietas vestra, Christi amantes ac pientissimi Reges, rectam est cõsequuta fidē, & hanc quietidie euehit, multumque curarum veritatis impendit dogmatibus. Quorum gratia cum perturbatio nõ solum in magna illa ciuitate, sed & in vniuerso terrarum orbe per ea dogmata fieret, quæ à Nestorio sunt predicata, de S. Patrum, sanctorumq; apostolorum & Euangelistarum traditione, nõ cõtempta vestra dominatio perturbatas ecclesias & adulterata fidei ac veræ pietatis dogmata, sed ex vniuerso orbe pietas vestra Metropolitanos pientissimos, & aliarum quoque quarundam ciuitatum episcopos congregari iussit, sufficienti ad eam rem temporis determinato spatio, nimirum ad diem vsque Pentecostes. Attamē cum omnes secundum prescri-

m m m
prum

ptum nobis terminum Ephesi conuenisse-
mus, accidit vt sanctissimus Iohannes Anti-
ochenus episcopus aduentum suum tarda-
ret. Nos verò itineris difficultatem, tardita-
tis huius causam esse suspicati, Synodalem
distulimus auscultationem diebus sexdecim
à termino, à dominatione vestra nobis præ-
scripto. Interea nonnulli sanctorum episco-
porum senio grauati, diuturnam inter pere-
grinos conuersationem haud tulerunt: alij
morbis correpti, periclitati sunt: alij Ephesi
ex hac vita migrarunt: quidam etiã pau-
peritate pressi nos acceperunt, & vt synoda-
lis auscultatio maturaretur, viferunt. Post
sexdecim autem integros dies, à Pentecoste
numeratos, ad Synodalem auscultationem
collecti sumus, quoniam & sanctissimus Io-
hannes Antiochenus Episcopus per pientif-
simos Alexandrum Apameæ, & Alexandrum
Hierapolis Episcopos à se præmissos signi-
ficauit nobis, habere se causam prolixioris
moræ, qua in re sanctam synodum nondum
visus grauauit. Cum itaque congregati esse-
mus vigesima secunda mensis Iunij, secun-
dum Romanos, præcedente die spectatum
Nestorium per pientissimos quosdam Epi-
scopos admonuimus, nobiscum consideret,
& communi pietatis ac fidei inquisitioni ad-
esset. Is verò per eos qui missi fuerant, hoc
tantum renunciauit, visurum se: & si videat-
ur, aduenturum. Sequenti igitur die in san-
cta & magna Ecclesia, quæ Maria vocatur,
congregati sumus: propositumque est in
throno, qui medius erat in Ecclesia, sanctum
Euangelium, quod CHRISTVM nobis
præsentem esse docet. Nos hic secundum
normam canonum, rursus tres alios sanctif-
simos Episcopos ad Nestorium missimus, ad-
monentes eum, vt ad sanctam Synodum ve-
niret, doctrinæque suæ rationem redderet.
At ille domum in qua erat, militibus com-
muniri fecerat, cum nec esset, nec fuisset vl-
lus in ea ciuitate tumultus: nec villo digna-
batur eos, qui missi fuerant, responso. Quo-
niam autem canones immorigerum tertio
vocari præcipiunt, missi iterum ad eum tri-
bus alijs sanctissimis Episcopis, adhuc im-
morigerum inuenimus, ita vt eos, qui missi
erant, multa ignominia & contumelia per
milites, qui domum ipsius obseruabant, af-
fectos remiserit. Cum igitur non conueni-
ret, vt illo accessum propter malam consci-
entiam negante, sancta synodus ociosa desi-
deret, necessariò fidei ac pietatis dogmata
excussimus, sed ita, vt commentarijs acto-
rum, autoritatis gratia, pietissimas pietatis
vestræ literas præmiserimus, post quas fidei
expositionem subiecimus: proposita pri-
mum ea, quæ à sanctis est tradita Apostolis:
deinde & ea, quæ per sanctos trecentos decem
& octo patres Niceæ quondam à beatæ me-
morie Constantino congregatos, est facta
expositio: cuius fidem dominatio vestra il-

lustriorem reddidit. Deinde epistolas Deo
dilectissimi ac sanctissimi Cyrilli de fide scri-
ptas ad expositionem istam collatas inueni-
mus, & dogmatibus & verbis consonas: nec
vpiam deprahendimus illius doctrinam à
pia illa fidei expositione alienam. Proximū
erat, vt probarem dogmata à spectatissimo
Nestorio prædicata. Erant autem illa haud
obscurè, sed luculenter in epistolis eius præ-
dicata, deinde & in libris & publicis conci-
onibus manifestè audita, & in ipsa Epheso-
rum metropoli ad quosdam religiosissimos
Episcopos palam ab ipso dicta. Indefinen-
ter enim ista dicebat, Non est dicendum,
DEVM factum esse hominem propter nos.
Quasi humana diuinitati ignominiosa sunt,
quæ non infirmitatis gratia, sed propter be-
neuolentiam erga nos, suscepit. Perinde au-
tem tanquam venerandum nobis ac diuinum
rideret mysterium, cum religiosissimis Epi-
scopis loqueretur, ausus est dicere: Ego bi-
mestrem ac trimestrem deum non dico. Idem
triduo ante coactam sanctam synodum, sic-
ut & commentariorum fides continet. Cum
enim ista necessariò ad expositionem san-
ctorum patrum conferremus, inuenimus ea
pugnantia & omninò contraria esse catholi-
cæ & Apostolicæ nostræ fidei, ita vt necesse
nò fuerit Nestorium horum dare rationem,
cum ipse quotidie esset sui ipsius accusator,
permanens in corruptis suis dogmatibus,
prorsus catholicæ & Apostolicæ nostræ fi-
dei contrarius. Ob eam itaque causam à sa-
cerdotio illum & peruersa doctrina desiste-
re iussimus, canonice ipsius facta depositio-
ne, laudatoque Deo dilectissimo & sanctif-
simo Cælestino magnæ Romæ Episcopo,
qui ante nostram sententiam hæretica Ne-
storij dogmata condemnauit, & nos in fe-
renda contra ipsum sententia, prauentit, vt
& Ecclesias & piam ac salutarem fidem à
sanctis Apostolis & Euangelistis, ac sanctis
patribus traditam communiret, quam ille
corrupta doctrina, quam damnatus copio-
sissime effuderat, peruertere conatus est.
Oramus autem vestram dominationem, vt
vniuersam ipsius doctrinam ex sanctis Ec-
clesijs tolli, & libros eius vbicunque in-
uenti fuerint, igni tradi iubeat, quibus gra-
tiam DEI, qui beneuolentiæ gratia ho-
mo factus est, reprobare conatur: cuius
ipse beneuolentiam, nò beneuolentiam, sed
diuinitatis arbitratus est esse ignominiam.
Quòd si quis sancta vestra contempserit,
denunciatur illi timendam ipsi esse domi-
nationis vestræ indignationem. Etenim ad
hunc modum & Apostolica fides per pie-
tatem vestram munita, illæsa permanebit:
& nos vniuersi irremissas pro dominatione
vestra preces facimus, per quam CHRIS-
TVS glorificatur, fides communitur, &
gratia Dei cunctis mortalibus illustris red-
ditur. Sunt autem ad manifestiorem ac foli-
diorem

deest forte
intelligentiã

IMPERATORES CAESARES
Theodosius & Valentinianus, Victores ac
triumphatores maximi, semper Augu-
sti, sanctæ Synodo Ephesi
congregatæ.

EPISTOLA SANCTAE SYNO-
di Ephesinæ ad clerum & populum Con-
stantinopolitanum de depositio-
ne Nestorij.

SANCTA ET MAGNA ET OE-
cumenica synodus per gratiam DEI Ephesi
congregata, pientissimis consenioribus &
communitris vniuersòque clero & po-
pulo sanctæ Constantinopo-
litane ecclesie, in Do-
mino S.

Epistola 2.

for. * à Ne-
storio ista
impietatis
sue peste co-
ripantur,

AD hoc deuenim, vt causam vobis ad-
modum ingemiscendam significare
cogamur. Primum quidem eorū gratia, quæ
facta sunt, illachrymati, tandem verò neces-
sitate adacti, nò plures * ista impietatis suæ
corripantur, morbi huius causas amputaui-
mus. Submorsus est enim à sacerdotio Ne-
storius, quod impietatis ipsius accessorius
quidam prætextus factus erat: cuius vos
testes estis propter ea quæ apud vos sæpenu-
merò sunt ab ipso dicta: ad quæ mala etiã
ea blasphemia accessit, quam hic Ephesi ef-
fudit. Neque enim quæ huc ascendit sancta
Synodus, neque multitudo eorum qui hic
sunt congregati, ab hoc illum impetu cohi-
bit, sed grauius etiã blasphemias prio-
ribus adiecit, videlicet quòd nolit adorare
bimestrem ac lacte nutritum, nec DEVM
eum nominare, qui in Aegyptum aufugerit:
ita vt parum abfuerit, quin ex eo vniuersa à
seruatore propter nos facta dispensatio im-
peritioribus in dubium vocaretur. Precatio-
nis autem vestræ opus erit, quam intensa ad
Deum perficitis, vt aliquem designet, qui
dignus sit, vt sedem illam & magnæ ciuita-
tis episcopatum apud vos fortiat. Si nan-
que regia illa ciuitas piè fuerit instituta &
recta, còmunis omnium vbique sanctorum
ecclesiarum futurus est profectus. Ego Cy-
rillus Alexandria episcopus opto, vt in Do-
mino salui sitis dilectissimi ac desideratissi-
mi fratres. Item Philippus Presbyter ecclesie
Apostolicæ, Iuuenalis episcopus Hierosoly-
morum, Archadius Episcopus Cæsareæ, &
alij complures. Cum supra ducentos sint,
qui Nestorium deposuerunt, sufficiat ipsorū
subscriptio.

EXEMPLAR REGIARVM LI-
terarum Ephesum ad sanctam synodum per
Palladium Magistrinum ad hoc missarum,
vt quæ acta fuerant, subuenterentur:
quasi ab integro renouari de-
buerit fidei qua-
stio.

PRæclarissimo comite, qui nobis est à le-
gitimis & sacris domesticis, significan-
te, pietas nostra cognouit, quædam isthic in
ephesiorum metropoli per tumultum, & sic-
ut non conueniebat, esse gesta, ita vt neque
vniuersi pientissimi episcopi, sicut decretum
est, in synodum conuenierint, licet magnæ
ciuitatis Antiochiæ episcopus cum alijs Me-
tropolitanis iam aduenturus esset: neq; eti-
am hi, qui iam præsentibus erant, ad consulta-
tionem sint adhibiti; aut inter se consense-
rint, neque de fide, quomodo oportebat, in-
quisierint: nec literis nostris, quas indefinen-
ter misimus, attenderint. Et præterea quòd
manifestum sit, alios alijs esse infensos, pro-
pterea quòd quisque suam sententiam quo-
cunque modo tueri conetur, & ne tegere
quidem conceptum odium queat: vt merito
quis arbitretur, studio esse facta quæ gesta
sunt. Quapropter maiestati nostræ visum
est, vt huiusmodi autoritas nullo pacto lo-
cum habeat, & quæ inordinatè sunt gesta,
cassentur: ac primum, quæ de pietate sunt
dicta, sicut decretum est, examinètur: & quæ
communiter vniuersè videbuntur synodo,
in posterum retineantur. Neque enim pietas
nostra præiudicia de industria facta feret: sed
ita quæ facta sunt, molestè tulit, vt donè ab
vniuersa prorsus synodo pietatis fuerint
examinata dogmata, & ob eam causam quæ-
quam è nostro palatio vnà cum præclarissi-
mo comite Candidiano missus fuerit, qui
quæ gesta sunt, secundum nostram iussionem
cognoscat, & quæ sunt inconuenientia pro-
hibeat: neque abscedat quisquam congre-
gatorum episcoporum ab Ephesiorum ciui-
tate, neque ad Maiestatis nostræ veniat ex-
ercitum, nec in patriam suam reuertatur, ita
vt ista nemini, quacunque spe ducto, trans-
gredi liceat. Sufficiant quidem istæ literæ ad
denunciandum vestræ pietati, nò quid aliud
preter nostram iussionem ijs quæ facta sunt,
adijciatis. Sciat tam en sanctitas vestra, etiã
illustrissimis prouinciarum primoribus esse
scriptum, vt neminem prorsus sinè nostra
iussione in patriam ac ciuitatem suam reuer-
sum recipi sinant. Oportet enim vt omnia
primùm iuxta id quod Deo placitum est,
sinè contentione, & cum veritate examina-
tum demùm à nostra pietate corroboren-
tur. Neque enim maiestas nostra, hominum
iam aliquorum, neque sanctissimi ac pient-
tissimi Nestorij, neque cuiusquam alte-
rius, sed ipsius doctrinæ ac
veritatis curam
gerit.

m m m 2 Epi-

* Mariana

Loquitur
de verbis
Christi mat-
28, vbi duo
vel tres &c.

EPISTOLA SANCTAE EPHE-
sinae Synodi ad Imperatores, qua sacre
præmissæ respondetur, & quæ à
Candidiano relata fuerant,
falsa esse docentur.

PIENTISSIMIS AC DEO DILE-
ctissimis Theodosio & Valentiniano victo-
ribus, triumphatoribus, ac semper Augu-
stis, sancta Synodus per gratiam
Dei, & dominationis vestre
nutum, in ephesiorum
metropoli con-
gregata.

Epistola 4.

Dominatio quidem vestra ad confir-
mandam pietatem, sanctæ synodo di-
ligentiorum dogmatum examinationem fac-
cere præcepit, quam & fecim⁹, veteri patrum,
immò & sanctorum Apostolorum & Evan-
gelistarum & trecentorum decem & octo,
qui Niceæ congregati fuerunt, traditioni ob-
temperantes, quam & concorditer interpre-
tati sumus, & animo vno vestre pietati ma-
nifestam in Commentarijs actorum exhi-
buimus, & in quibus & Nestorium diuersa
sentire depræhensum deposuimus. Neque
enim in Ephesiorum quoque Metropoli
sententiam suam occultuit, vt opus fuerit il-
lum aliunde redarguere, sed vociferatus est
quotidiè aliena, ad complures prædicans, à
fide. Exhibuimus autem in commentarijs
actorum, vestre pietati singula particulatim
& conspicuè. Verùm quoniam magnificen-
tissimus Comes Candidianus amicitia Ne-
storij pietati præposita, vestre pietatis audi-
tum subripere studuit, antequàm exactè quæ
gesta sunt, dominatio vestra cognoscat, &
commentarios ad se recepit, antequàm quæ
dicta sunt, manifestentur, atque interea ea
pietatem vestram docere studuit, quæ ipsi
sint Nestorio amica & grata, priusquam do-
minatio vestra ex commentariorum lectio-
ne veritatè cognoscat, in quibus probamur
nullam contra Nestorium exercuisse inimi-
citiã, sed ipsa pietatis exposuisse dogmata:
ad quæ collatis quæ à Nestorio sunt prædica-
ta, reprehensionem ex ipsius scriptis ac lite-
ris, & publicis etiã concionibus habentia,
sententiam tulimus, adducto in medium san-
cto Evangelio, quod nobis omnium Domi-
num Christum præsentem esse ostendit. Ora-
mus itaq; dominationem vestram, nè quen-
quam eorum suscipiat, qui hominis amici-
tiam pietati præferunt. Tales enim secundum
affectum Deo dilectissimi Iohannis Antio-
cheni episcopi animati sunt, vt qui amicitia
deserere cupit magis, quàm quid fidei conse-
rat, spectare. Quoniam autem hic neque do-
minationis vestre minas veritus, neque ze-
lo pro fide iam indè ab initio tradita motus,
sanctam synodum distulit, tandè post vi-

ginti & vnum dies, post datum à dominati-
one vestra terminum, vniuersi qui in hac syno-
do orthodoxi sumus, & solam fidem ama-
tes, quæ pietatis sunt, inquirere coacti su-
mus, id accidisse Deo dilectissimo Episcopo
Iohãni suspicari, quod & spectatissimus com-
es Candidianus passus esse ostenditur. Non
enim omnium est pietatem, hominum præ-
ferre amicitia. Erat autem suspicio nostra de
Deo dilectissimo Episcopo Iohanne nec va-
na, nec inanis. Vt enim venit, manifestum
sanctæ synodo fecit, quod cum Nestorio sen-
tiat, siue id amicitia largiatur, siue in errore
dogmatis cum illo communicet. Verùm
quoniam manifestè, quæ gesta sunt, domi-
nationi vestre significare, sicut diximus,
prohibiti sumus, magnificentissimo comite
Candidiano, quæ in doctrina pietatis sunt
gesta, manifestare nos prohibente, omne ve-
rò studium Nestorio impendente, domi-
nationem vestram oramus, vt sanctæ synodi
erga Deum studium cognoscat, & magnifi-
centissimum Candidianum, & quinque epi-
scopos ex sancta synodo accersat, qui res ge-
stas coram sancta vestra pietate tueantur.
Astuti nanque sunt ad tegendum impostu-
ram, qui diuersa à recta fide sentiunt, ita vt
quidam sanctissimorum Episcoporum à Ne-
storio sint repta impostura inescati, vt ipsi iu-
gerentur, & ijs quæ ab ipso fiebant, subscri-
berent. Postea quàm verò manifestè ipsum,
quid sentiret, interrogarunt, inuenerunt quæ
blasphemias suas detegentem, deserto eo, ad
sanctam synodum venerunt, ac blasphemiam
ipsius manifestarunt, & contra memora-
tum Nestorium sententiam nobiscum tulerunt:
ita vt apud Nestorium & religiosissimi-
mum Iohannem Antiochenum Episcopum
relictis sint circiter triginta & septem, quo-
rum plures criminibus sunt obnoxij: ideo quæ
sanctæ synodi veriti sententiam, Nestorio,
sicut diximus, sese coniunxerunt, quorum
& nomenclaturam dominationi vestre mi-
simus: alij verò propter dogmatum peruersi-
tatem, tanquàm Pelagiani, & pietati contra-
ria sentientes, rursus alij iam ante plures an-
nos ab episcopatu depositi: alij etiã ob ali-
as malas causas meriti: qui post reprehensio-
nem exilij multà in extremum orbem à
sanctæ synodo adijcerentur, quæ sanctissi-
mos Episcopos omnes vnum & idem sen-
tientes habet, propterea quod & magnæ
Romæ Episcopus Synodo coniungitur,
Aphricani quoque, per DEO dilectissi-
mum Archiepiscopum Cyrillum cum quo
eadem sunt sententia vniti, & cum solo sint
locorum interuallo distiti, cum ipsius, tum
nostræ omnium sententiæ consentiunt. Ne-
que enim quisquam DEO dilectissimorum
episcoporum Nestorio & religiosissimo epi-
scopo Iohãne coniunctus fuisset, nisi astute
prætextu doctrinæ impietatem suam obue-
lisset,

Infrà tñm
27. numerũ.
tur, quãdo-
quẽ nume-
rantur 30.

lisset, & qui nunc cum eo sunt, multam à
synodo aduersum se determinandam veriti
essent. Nos verò ad breue tempus conglome-
rati, non potuimus dominationi vestre re-
scribèdo significare, quàm multa simus per-
pessi à magnificentissimo comite Irenæo, qui
vniuersam synodum perturbauit, & metum
sanctissimis episcopis quorundam tumultu-
ationibus & circūrfationibus incussit, ita
vt complures ex nobis in discrimen vitæ ab
ipso ducerentur: sed partim ista dominatio-
nem vestram docuimus. Verùm si quod pe-
titiuimus à pietate vestra, concessum fuerit,
quinque illi à synodo missi Episcopi vbi ad-
uenerint, dominationem vestram singula lu-
culenter expressa docebunt.

Sumus autem qui in confesso nostro ca-
nonicam tulimus contra Nestorium depofi-
tionis sententiam, plures quàm ducenti ex
vniuerso orbe congregati, consentientè eti-
ã totum Occidentem habentes. Subscri-
psimus verò relationi isti numero pauci, præ-
sentibus tamen omnibus, & potissimum in
eo consentientibus, vt deuotus Magistrus
Palladius abiturum maturet, nec tandiũ
moras nectat, donèc vniuersi subscribant.
neus autem omnium, regnum vestrum mul-
tis annorum reuolutionibus custodiat, pi-
etissimi victores, ac semper Augusti. Flauia-
nus episcopus Philippensis subscripsit. Ad-
uersariorum verò sunt hæc nomina, Iohan-
nes episcopus Syriae, Iulianus, Macarius, Di-
ogenes, Alexander, Melitius, Elias, Paulus,
Iohannes, Marcellus, Musæus, Maximus, &
cæteri. Hi solum confortes sunt impiorum
dogmatum Nestorij in ciuitate circūeuntes,
tumultus & factiões mouètes, & ordinatio-
nes episcoporum denunciantes, ita vt quoti-
quot in hac ciuitate orthodoxi & ob hanc
causam in metu sumus, agrè absurdos illorũ
conatus cohibeamus.

RELATIO SANCTAE SYNODI
ad pientissimos Imperatores de Ori-
entalibus.

PIENTISSIMIS AC DEO DILE-
ctissimis Theodosio & Valentiniano, victo-
ribus, triumphatoribus, semper Augustis,
sanctæ synodus per gratiam Dei, & do-
minationis vestre nutum, Ephesi
congregata.

Epistola 5.

Quæ sanctæ sunt synodo à domi-
natione vestra mandata, ad com-
petentem deducta sunt effectum:
id quod pietati vestre notum fe-
cimus, & simul Apostolicã fidẽ,
quam trecenti decem & octo episcopi Niceæ
olim congregati exposuerunt, pietati vestre
declarauimus, & Nestorium contraria senti-
entem, à sacerdotio & confidentia impieta-
tem suam prædicãdi deposuimus. Quoniam
verò pauci quidam mentem habentes à do-
ctrina Nestorij corruptam, & illi adherẽtes,

ac nonnullos criminibus obnoxios, ad se per-
trahentes, Iohanne quoque religiosissimo
Antiocheno episcopo, siue propter conten-
tionem, siue propter hominum quorundam
amicitiã cum eo faciẽte, qui omnes nume-
ro sunt tantum triginta, antequàm actorum
quorum quisque gratia accusatus est, ratio-
nem reddiderint, semetipsi concilium appel-
larunt, quasi duo concilia & non solum vni-
cum cogi vestra præceperit pietas. Et cum
Euãgelica fides obtinere debeat, & ab eccle-
siastico ordine reijci, qui corruptam habent
sententiam, vt apparet, memorati Episcopi
antequàm se purgãrint, de quibus accusati,
pauci numero conspirãtes, & religiosissimũ
Iohannem Antiochenum episcopum naçti,
qui & ipse propterea, quod tardiũs aduenit,
pœnas subiturũ se metuit, sicut ab illis, qui
hoc euulgãrunt, cognouimus: contra omnẽ
ecclesiasticum ordinem, & præter canones,
contra sanctam synodum, & caput congre-
gatorum episcoporum, Cyrillum dicimus san-
ctissimum archiepiscopũ: & præterea etiã
contra Deo dilectissimũ episcopũ Memno-
nem ausi sunt proferre blasphemiam depofi-
tionis, vt arbitrantur contumeliam habentem,
cũ à nemine aliquam contra istos ac-
cusationem acceperint, nec accusatorẽ quẽ-
quam expectãrint, nec quenquam, ad iudi-
cium vocãrint, sed præter omnẽ iudicium &
examinationem contumeliam hanc scripto
euomuerint, quam & adeò absurdam domi-
nationi vestre offerre sunt ausi, quasi pietas
vestra ignoret vnam tantum esse orbis syno-
dum, nec synodum dici posse paucorũ quo-
rundam, crimini cuiuslibet subiacetum, ideo quæ
pœnæ meru à sancta synodo sese auellentiu,
factionẽ. Neque enim contumeliam hanc tan-
quàm de errore conuictis ausi sunt inferre,
sed fortè ob eam causam, quod defendere se
contra ea, de quibus sunt accusati, nequeãt,
seque numero paucos esse videant, verean-
tur quæ futurum, vt post reprehensionem pœ-
nas subire cogãtur, præuenire nos ausi sunt,
id quæ se nobis facere putãrunt, quod passu-
ros se, si conuicti essent, meruerunt. At hoc
nobis tanquàm absurdum, dignũ visum est,
quod cõtemnamus. Verùm quoniam, vt dixi-
mus, absurdissimam hæc suam dementiam
etiã dominationi vestre ausi sunt offerre,
nec veriti quod ab ipsis præter leges & cano-
nes, & cõtra omnem ecclesiasticum ordinem
est factum, vestre manifestare pietati, iam
non amplius irrationalem illorum conatum
contemplimus, sed iterum normam canonũ
sequuti, ad synodum vocauimus religiosissi-
mum episcopum Iohannem, qui talia cum
alijs contra supra memoratos Episcopos ausi
fuisse designare. Neque enim reliqui ausi
fuisse ad tantam usque progredi arrogan-
tiam, (cũ pauci sint, & criminibus obnoxij)
nisi ex cõscientia religiosissimi Iohãnis, hæc
induisent audaciam. Cũ itaq; cõgregatis
m m m 5 nobis

Vides hic
Cyrillũ ca-
put congre-
gatorũ epi-
scoporũ, i.
totius con-
cilij, vocari.
Erat enĩ vi-
carius Cele-
stini papæ.

*erroris iam
cõdemnati,

nobis oblati esset libellus à sanctissimo ac Deo dilectissimo Cyrillo archiepiscopo, ac Deo dilectissimo Episcopo Memnone, memoratum Deo dilectissimo Iohannem episcopum conuocauimus: vt vel nunc saltem querelam edicat, propter quam in tãtam exorbitarit contumeliam, cõtra sanctã synodi primores prolatam. Hic verò semel, iterum ac tertio vocatus, vt causam diceret, in sancta synodo comparere detrectauit, nullã habes quam assignaret probabilem istorum rationem: militibus verò & armis circumspecto domo, neq; eos, qui à sancta synodo erant missi, sanctissimos episcopos admisit, neque nos in sancta synodo congregatos cõpetenti dignatus est responso. Quapropter vbi cognouimus illum fugere causã defensionem, quã illi temerè ac vanè fuerant nugati, & præter omnem canonum seriem contra sanctissimũ archiepiscopum Cyrillum, & religiosissimũ coepiscopum Memnona scripserunt, prorsus irrita & vana esse iudicauimus. Iudiciũ enim, quod nihil habet in se, quod canonicũ sit & iustum, nihil est nisi conuiciũ. Cũ itaque ad hunc modum, cũ ipse, tum quos secum habet, contra canones & inordinatè egerint, decreuimus eos extra omnem ecclesiasticũ ordinem eiecctos tãdiũ, vt absurdam eorum temeritatem coerceamus, communionem priuare donèc in synodo compareant, & de his quã proteruè commiserunt, se purgèt. Proinde hæc ad pietatem vestram scribentes, oramus nẽ synodum esse iudicet cõspirationem eorũ, qui criminibus sunt obnoxij, cũ etiã olim in sancta & magna synodo trecentorum decem & octo patrum Niceã congregatorum, nõnulli à sancta illa & magna synodo pœnas ab illa infligendas veriti, defecerint: nec illi tamẽ à beatã memoriã Constanino rege concilij loco habitũ, sed magis pœnas dare iusti sunt, propterea quòd deficientes sanctorum illorum episcoporum cõsensui, mala (sicut isti) conscientia præditi, repugnauerunt: Est enim absurdum, quod synodo ducentorum ac decem sanctorum episcoporum, quibus etiã vniuersa sanctorum occidentalium episcoporum, & per hos omnis quocũ reliquorum totius orbis multitudo cõsensit, triginta tantũ numero repugnant: quorum iam alij depositi sunt, alij etiã peruersã Cælestij opinioni adherēt: alij anathematizati quoquẽ sunt, tanquã cum Nestorio sentientes: sed potius iubeat, quẽ à sancta œcumenica synodo ad pietatis subsidiũ cõtra Nestorium & impiũ illius scripta sunt dogmata, suum habere robur, per pietatis vestrã nutum & assensum confirmata.

LECTORI.

Quonia in Breuiario Liberati, & etiã præcedentibus synodalibus literis mentio fit libelli cuiusdam, quem Cyrillus Alexandrinus & Memnon Ephesus contra orientales sancte Synodo Ephesina obtulerint, nẽ diligens lector hunc

desideret, visum est illum hoc loco subiicere.

LIBELLVS SANCTO CONCLIO Ephesino à sanctissimis episcopis Cyrillo Alexandrino & Memnone Ephesino oblati.

Pium Imperatorum decretum & nos & vestram sanctitatem in ephesiorum metropoli conuenire iussit, vt & rectam Apostolicã fidei determinationem communi sententia confirmemus, & hæresim à Nestorio recens inductã probemus. At sancta quidem nostra synodus omnia rectè & canonicè instituens, in sancta metropoli huius ecclesia conuenit, memoratumq; Nestorium ad confessum venire, & rationem eorũ reddere iussit, quã cũ in expositionibus blasphemauit, tum in epistolis suis impia & pestifera contra nostri omnium seruatore Christum locutus est. Quoniam autem ille tertio vocatus, propterea quòd mala esset cõscientia percussus, accedere nõ sustinuit: ecclesiasticas sequuta leges, depositione cum subiecit, omnibus primũ exactè inquisitis, certoque comperto, quòd & hæreticus sit & blasphemus. His itã gestis, & ad cognitionem piensissimorum & semper victorum Imperatorum nostrorum deductis, serò & egrè tandem, & quandò ipsi libuit, Iohannes Antiochenus episcopus Ephesum venit, adducens secum, sicuti cognouimus, nonnullos cum Nestorio sentientes: quorum alij iam olim depositi sunt, alij verò nullas habent ciuitates, sed solo nomine sunt Episcopi. Hic velut molestè ferens, quòd Christus glorificatur, & Nestorius depositionem est passus dignã eo qui Christum blasphemauit, nescimus, quomodo & an prorsus verum sit, quod inuulgatum est, vniuersa ecclesiastica lege conculcata, & omnibus ecclesiasticis ordinibus cõtumelia affectus, impiam & iniquam charitã cõcinnauit, arbitratus nos depositionis nomine percelli posse: contumeliaq; nos afficit intoleranda, cũ sancta synodus plũs quã ducentos habens sanctos episcopos, Nestorium deposuerit. Cũ autem collegerit hæreticos & suspectos numero circitè triginta, licet neq; per ecclesiasticas leges, neq; per regiam sanctionem potestatem habeat vel quenquam ex nobis iudicare, vel omnino tale quid conari, præsertim contra maiorem sedem, cũ etiã si liceat illi iudicare, ecclesiasticos canones sequi debeat, & admonere nos, contumelia affectos, & simul ad reliqua vniuersã synodo vestra ad red-

* in synodũ vestram

quam ad hæc rem habuisset occasionem, inconueniens tamen est, ecclesiasticas leges ad hunc modum calcare, aut temerè cõtra Maiores insurgere, vel latenter ista facere, quã non committeret in aliquem, vel extremum in ecclesia gradum fortitum, & ipsius mancipium. Quonia verò hic est cum ijs, quẽ contumeliam hanc cum ipso perpetrarunt, necessariò scriptum hoc offerimus, adiurantes vos per cõessentialem sanctã Trinitatem, vt ipsum Iohannem, & quos habet actionis huius socios conuocetis, vt in sanctã Synodum venientes, temeritatis suã rationem reddant. Sumus enim ad hoc parati, vt ostendamus eum impio & illegitimo ausu istam contra nos adornãsse contumeliam.

RELATIO SANCTAE SYNODI ad piensissimos Imperatores per diaconum Eutychem, de episcopis ac presbyteris, qui à Romano episcopo missi fuerant, exhibita.

RELIGIOSISSIMIS AC DEO dilectissimis Theodosio & Valentiniano Victoribus, triumphatorib; semper Augustis, sancta synodus per gratiam dei, vestramque Dominationem in Ephesiorum metropoli congregata.

epistola 6.

Deus ille omnium, Christi amantes Imperatores, qui curã vestram ac diligentia, quã pietati impenditis, gratam & acceptã habet, etiã sanctorum episcoporum, qui p occidentem sunt, animos zelo ad vindicandum Christum, contumelia affectum, excitauit. Licet etiã propterea, quòd maximo sunt à nobis locorum interuallo distiti, omnis illa sanctissimorum episcoporum multitudo ad nos vsque venire nequeat, suis tamen locis cõgregati, præsertim etiã sanctissimo ac Deo dilectissimo Cælestino magnã Romã episcopo, etiam nũm nostram de fide sententiam magno cũ consensu prædicarunt, & eos qui extra hanc diuersa sentiunt, prorsus alienos esse à forte & gradu sacerdotij decreuerunt. Hęc quidem & antea priusquã sanctissima synodus cõgregaretur, sanctissimus Cælestinus magnã Romã episcopus literis suis significauit, iniungens sanctissimo ac dilectissimo Cyrillo magnã ciuitatis Alexandrię Episcopo, vt vices suas in hac causã subiret: & nũc iterum alijs literis hæc sancte Synodo manifestauit, quam dominatio vestra Ephesi cõgregari præcepit, quas per sanctissimos episcopos Archadium & Proiectum, & Deo dilectissimũ Philippũ magnẽ Romę presbyterum misit, qui & sanctissimi ac deo dilectissimi Cælestini episcopi vices hæc subiit. Quoniam igitur viri isti presentes hic cõstituti, vniuersę occidentalis synodi sententiã, huic nostrę synodo per literas manifestarunt, dequẽ fide & pietate mentem nobis consonam ostenderunt, atque eadem nobiscum cũ per literas, tum per ea, quẽ in mandatis

habent, quã & scripto nobis obtulerunt, de creuerunt: ideoque necessitas hoc exigit, vt & nos quẽ concordia nostrẽ erga ipsum cõpetit, faciamus, ad dominationem vestram ista retulimus, quòd pietas vestra cognoscat, iudiciũ illud nostrum, quod nũpẽ tulim; communem esse & vnam totius orbis sententiam, quam zelus vester circa fidem & pietatem cognitam & manifestam fieri curauit. Quoniam itaque causã hæc finem consecuta est cũ dominationi vestrẽ optatum, tum ecclesijs omnibus securissimum, & qui fidei suam adferat similitudinem, pietatem vestram oramus, vt iam nos, alios paupertate obrutos, alios morbis detectos, alios senio grauatos, & peregrinationem hæc amplius ferre non valentes, itã vt & aliqui ex nobis episcopi & clerici iam sint mortui, ab hac cura & peregrinatione liberet, vt ista sedata sollicitudine, magnã ciuitatis ecclesiã curam geramus. Supplicamus etiã, vt ad eos, qui singulis sunt locis, literas comminatorias mittat, nẽ denuò alia suscitetur ecclesijs molestia, ac perturbatio sanctissimis episcopis in ipsorum regionibus oriatur. Etenim factã iam pietatis declaratione, & vniuerso orbe consonam de illa sententiam ferente, paucis demptis, Nestorij amicitiam pietati præferentibus, gratiam hanc chaud immeritã petimus, dominationi vestrẽ supplicantes, vt nos cura ista deinceps liberet, vt ordinationi futuri episcopi incumbamus, & in fide iam & pietate confirmata nos oblectemus, purasque ac sinceras pro dominatione vestra preces omnium Domino Christo destinemus.

SACRA IMPERATORIA, SANCTE ac magne synodo Ephesinẽ per Iohannem Comitem sacrorum à piensissimis imperatoribus missa.

Cælestino, Russo, Augustiano, & relijs religiosissimis episcopis. Quãtum zeli circa pietatem & progenitorum nostrorũ fidem ostenderit, multis quidem (vt arbitramur) præcedentibus iudicijs perspicuè declaratum est: non minũs autem illud & in eo, quòd Synodum vestram nũpẽ cõuocauimus, vniuerso orbi manifestatum esse credimus. Neque em̄ cũ vel parũ disceptatio quaedam emerisset, qui euimus: sed quòd citius illius consequeretur solutio, sanctitatem vestram diligenter conuocari fecimus, nequaquam futurum rati, vt molestus pietati vestrã esset subeundus pro pietate labor: Expeditam autẽ ad hoc deputauimus ciuitatem, & terra & mari accessu facilem, & quã omnis generis fructus, cũ eorum, qui in ipsa nascuntur, tum qui aduehuntur, quantum vsus ibi agentium exposcit, abundè suppeditet, itã vt & pius serenitatis nostrã scopus, & sanctitatis vestrã synodus faciliore cursu in effectum deducatur. Vndẽ

mm 4 &

& nunc significaram à pietate vestra, Nestorij, Cyrilli & Memnonis depositione suscipimus. Ceterum * autem in alijs quoque, quæ à vobis sunt gesta, cognouimus & fidem vos & rectitudinem circa Christianismum custodiuisse, quam à patribus ac progenitoribus accepimus, quam etiam sancta synodus ante sacram Constantini mortem confirmavit. Curabit igitur quisque sanctissimi vestri Concilij, vt soluta iam omni disceptatione, præteritis Calendis, cum pace & concordia domum redeatis. Vt autem sanctitas vestra, non solum nostræ pietatis literis ad concordiam se, & in vniuersum ad pij dogmatis pacem admoneri videat, etiam Acacij Beroensium episcopi literas, quibus ad hoc ipsum hortatur, lectas ad vos misimus: qui quia sanctissimo vestro concilio propter senij gravitatem coniungi non potuit, per ea quæ scriptis pietati ipsius conuenientia, & orthodoxæ religioni profutura exposuit: quæ qualia sunt, epistolæ ipsius lectio, manifestat. Sciat etiam sanctitas vestra, quod præclarissimum & gloriosissimum Iohannem comitè sacrorum ob eam causam misimus, vt vbi ille pietatis vestræ circa fidem, scopum cognouerit, quæ ipsi videbuntur vtilia, faciat.

RELATIO SANCTAE SYNODI
Ephesinæ, qua ad præmissam sacram
Imperatoriam respondetur.

RELIGIOSISSIMIS AC CHRISTI
amantissimis Theodosio & Valentiniano,
victoribus, triumphatoribus, semper Augu-
stis, sancta & œcumenica synodus per
gratiam Dei & dominationis ve-
stræ nutum Ephesi con-
gregata.

Epistola 8

Regia quidē vestra & Christi amans mē-
telitas, pietissimi reges, à pueris zelum
circa fidē & canones declarauit: cuius etiam
gratia, orbis episcopos ad Ephesiorum ciui-
tatem concurrere pia sanctione præcepit. ve-
rū literę serenitatis vestrę iam nobis p ma-
gnificentissimum & gloriosissimum comitē
Iohānem lectę, haud modicam attulere per-
turbationem, innuētes imposturam quandā
& mēdaciū p veracib⁹ quosdā vestris auri-
bus obiecisse. Quod enim dominatio vestra
relationem à nobis acceperit, quę sanctissi-
mi ac pietissimi Cyrilli, & pietissimi De-
oq; dilectissimi cōepiscopi nostri Memno-
nis depositionem contineat, per hæc nobis
est literas significatum. Quapropter, vt nul-
lo pacto mendacium apud regiam vestram,
Christique studiosam maiestatem obtineat,
optantes ac fatigantes, cum fidutia serenita-
ti vestrę referimus, quod œcumenica syno-
dus, quę vniuersum occidētem cum magna
vestra Roma, fedęque Apostolica, totam eti-
am Aphricam & omnem Illyricum in con-
fessu habeat, memoratorum sanctissimorū,
& deo dilectissimorum episcoporum depo-

sitionem nec fecerit, nec retulerit, sed potiùs
viros istos propter rectę fidei zelum suscipi-
ens, multis prædicet cum apud homines en-
comijs, tum apud Dominum Christum co-
ronis dignos. Solum verò Nestorium infan-
dę heresis eorum, qui hominem adorant, p-
dicatorem, depositum regię vestrę Christi
studiosę dominationi retulimus. Et illud
quoque haud modicę nos cōtristauit, quod
ex fraudulētia factum apparet, nempe quod
qui ab œcumenica synodo defecerunt, qui
cum Iohāne Antiocheno sunt Cęlestiani ac
depositi, nostris sese insinuant in omnibus,
& quod vnā simul ad nos & ad illos sacra
regia mittitur, de quib⁹ iam antea & olim ma-
nifestę vestrę pietati significauimus, quomo-
dō illi à nobis defecerint, & quomodo ad cō-
uiciandum præsidentes nostros conuersi, &
Canones ausi sint conculcare, & seipsos vni-
uersę œcumenicę synodi communionem per
proteruitatem, qua contra nos sunt vsi, pri-
uare: quomodo etiā ad probationem vocati,
haudquaquam obedire sustinuerint, atq;
ideò prorsus communionis sunt expertes, &
inutiles à sancta œcumenica synodo facti.
Hęc etiam nūm regię vestrę ac Christi studi-
osę dominationi nota facimus, quod pro-
pter huiusmodi ipsorum absurditatem, &
adhuc pro Nestorio deposito decertant, nul-
lo illos pacto ad communionē recipere sus-
tinuimus, cum depositioni Nestorij subscri-
bere detrectēt, immo manifestę cum illo sen-
tiant, Canonibus etiam subiacent, propter
inordinatū aduersus præsidētes nostros co-
natum, & quod ausi sunt pijs vestris auribus
mentiri & imponere. Supplicamus igitur re-
gię vestrę Deo dicatę maiestati, vt sanctissi-
mos ac Deo dilectissimos episcopos Cyril-
lum & Memnona sanctę synodo restituantis,
nequaquam à Canonibus condemnatos: &
fidem immotam custodiiri faciat, quę mēti
quoque vestrę à sancto spiritu est inscripta,
& iam indē à progenitorib⁹ tradita, & in cō-
mentarijs iam iterum à nobis oblatis, & cō-
tra Nestorium conscriptis admodum decla-
rata: proposita primū fide sanctissimorum
trecentorum decem & octo patrum Niceę
quondam cōgregatorum, dein dē & vniuer-
sa ac sufficienti circa ipsum actiōe subiecta,
qua perspicuē aduersariorum impietatem
redarguimus. Et vt patrocini in ortho-
dxæ fidei, quam hæc tēns, & semper custodi-
re fategisti. Si verò dominatio vestrę vi-
debitur, vt quę inter nos & eos qui à nobis
defecerunt, sunt acta, diligenter cognoscat:
Sublimitati vestrę supplicamus, vt à sancta
synodo, quos dominatio vestra probauerit,
vocētur: vt coram regia vestra & CHRISTI
amans maiestas, de omnibus certiùs instrua-
tur.

RELATIO SANCTAE SYNODI
ad imperatores pro restituendis Cy-
rillo & Memnone.

PIEN-

PIENTISSIMIS AC CHRISTI
amantissimis Theodosio & Valentiniano,
Victoribus, triumphatoribus, semper Au-
gustis, sancta & œcumenica synodus per
gratiam Dei & dominationis ve-
stræ nutum Ephesi con-
gregata.

Epistola 9.

Non est quidem dominatio vestra pas-
sa, rectam fidē quasi cuniculis quibus-
dam suffodi per Nestorij doctrinam, qui cū
Iudeis Christo Domino probro vertit, quas
humanitū pro nostra salute passiones susti-
nuit: sed detestata vestra pietas, quod huius-
modi cōtra Christum dicebatur, ex vniuerso
propē orbe qui sub sole est, ad ephesiorū nos
metropolim congregari præcepit, ad hoc, vt
patrum apostolorū dogmata consolidaren-
tur. Ob eam itaque causam congregati, com-
muni iudicio fidem à sanctis trecentis decem
& octo patribus olim Niceę sub beatę me-
morie Constantino congregatis expositam
corroborauimus, Nestoriumque artificiosus
ac peregrinis sophismatibus fidem hanc no-
uando adulterasse, ac pietatis sententiam la-
bescisse deprehensum, à sacerdotali gradu
deposuimus, & doctrinam illius veluti pestē
quandam Ecclesias depascentem cōcercere
fategimus. Verū quoniam quosdam, eti-
am ex episcopis, relapsos, & q Nestorij sunt
sentientes, inque illius blasphemiam abre-
ptos inuenimus: quotquot cum eo sentiunt,
à communionē excludimus, donec à corru-
pta illius doctrina discedēt, ad catholicam
& Apostolicā fidē accedant, in qua cūcti iam
ab initio fundati saluamur. Et nos quidē ista,
vt quę per seductionem fuerant subinducta,
corrigemus, desinimus, pœnitentiā illorū
expectantes. Ipsi verò, cum paulò supra tri-
ginta sint numero, & nōnulli ex illis propter
alia quoque crimina canonibus sint obno-
xij, religiosissimum Iohannem Antiochenū
Episcopū nacti, qui (& ipse propterea, quod
admodum tardē aduenit, repræhensibilis
est) alij etiam de alijs heresibus conuicti, nō-
nulli quoque ex ipsis iam depositi, ad pœni-
tentiam non venerunt, sed ad patrocinandū
Nestorio congregati, contra duces sanctę &
œcumenicę synodi, ausi sunt depositionem
scribere, & velut ab vniuersa synodo decre-
tam, ad vestram pietatem referre: quam ac-
eptam pietas vestra firmam esse iussit, ab ipsa
synodo factam arbitrata, & non contra syn-
odum ab illis, qui cum Nestorio sentiunt,
fecit; de nobis propter depositionē Nestorij
vlicuntur, nullū crimē habētes, quod cōtra
duces sanctę Synodi proferre possint. Atq;
itā pijs vestris auribus ausi sunt imponere,
quasi illę probaturę sint factam ab ipsis cō-
tra sanctam synodum depositionem, quam
neque legitime, neque canonicę, neque mul-
ti decreuerunt. Quapropter sancta synodus
legitima & canonica actiōe, quę ab ipsis sic-

ut contumeliosē & non probabiliter iudi-
cata, euerit. Ob hanc causam vniuersi ad pi-
etatis vestrę dominationem confugimus
supplicantes, vt quę contra Nestorium & il-
li consentientes sunt gesta, robur suum ha-
beant: quæ verò ab illis, qui Nestorium vin-
dicant, eō quod cum illo sentiunt, contra
synodi nostrę duces illegitimē facta sunt,
inefficacia & irrita maneant, vt neque con-
uenienter, neque canonicę, sed contra eos,
qui de nullo sunt delicto conuicti, sola vli-
scendi libidine ab illis sunt gesta, qui con-
tra sanctam synodum cum Nestorio senti-
unt. Si nanque conueniens est sanctę syno-
di contra Nestorium sententia, & hanc do-
minatio vestra pbauit, vt quę denudatā Ne-
storij impietate publicārit, consentaneū vti-
quē esse consideret vestra dominatio, vt quę
contra sanctam synodum ab illis qui cum
Nestorio sentiūt, sunt facta, inefficacia pro-
sus & irrita maneant, cum ex nulla causa ali-
quam habeant rationem, sed ex solo vltio-
nis affectu propterea sint orta, quæ sancta
synodus contra Nestorium decreuit. Sup-
plicamus itaque vestrę maiestati, vt nos de-
incēps ab hac tribulatione absoluat, ac du-
ces sanctę synodi Deo dilectissimos episco-
pos Cyrillum Alexandrinum & Memnona
Ephesinum restitui iubeat. Est enim ratio-
ni consonum, vt vindicata iam pietate, & fe-
datis qui illam labefactarant, hi qui vnā no-
biscum pro fide decertarunt, honore poti-
antur, & non cum illis, qui de iniquis bla-
sphemijs cōtra Christū sparsis conuicti sunt,
condemnentur.

EPISTOLA SANCTAE SYNO-
di Ephesinæ ad episcopos, presbyteros
& diaconos Constantinopoli-
tanos.

SANCTA SYNODVS PER GRA-
tiam Dei & sanctionem pietissimorum Im-
peratorum Ephesi congregata, dilectissimis
ac desideratissimis fratribus & comministris
Constantinopoli agentibus, religiosis-
simis etiam ciuitatis ipsis
Episcopis & dia-
conis.

Qui in tanta negotiorum tempestate
constituti sumus, ac multo vndique
bellō petimus, & nullo tamen inter-
eā pacto ad placidum & serenum pietissi-
morum Imperatorum adspectum admitti-
mur, vnde solum spes erat, vt ab his mole-
stijs liberaremur: quam aliam possumus con-
solationem excogitare, quam vt quæ nobis
accidant, apud nostra ipsorum membra in-
ter nos deploremus? Vos autem membra
estis sanctę & œcumenicę synodi, q in desi-
nentem pro pietate zelum hæc tēns osten-
distis. Sciat itaque pietas vestra non ampliùs
Ephesum

*atque

Ephesum nos, sed custodiā inhabitare, neque illa trimestre iam tempus inclusos, neque per mare, neque per terras tutē ac securē ad pium exercitum, vel in aliquem alium locū quenquam amandare permitti. Etenim iam sæpius accidit, ut quæ à nobis sunt missa, haud finē mille periculis reddi potuerint: ut latrores illorum, quō seruarentur, in alias atque alias sese formas coacti sint mutare. Quōd autem ita custodimur, hinc est quōd omnia mendaciter ad pietissimum Imperatorem contra nos deferuntur. Nam alij, sicut acceperunt, quōd seditiones mouerimus, ita pias Imperatorum aures instruxerūt: alij uero ausi sunt ad illos referre, quōd sancta & œcumenica synodus per omnia Deo dilectissimum & sanctissimum Cyrillum archiepiscopum Alexandrinum, & sanctissimum ac Deo dilectissimum coepiscopum nostrum Memnona deposuerit: alij etiā hoc forsitā ausi sunt adijcere, quōd placuerit nobis cum defectionis conciliabulo amicū inire colloquium, cuius dux sit Iohannes Antiochenus: atque ob eam causam, nē hoc publicetur, plurimū ita custodiamur, & magnum hoc bellum contra nos oriat. Cū itaque simus omni destituti auxilio, diligenter ad uestram pietatem scripsimus, sciētes vos adhuc germanorum sanctæ & œcumenicę synodi filiorum retinere locum, nec ullo pacto sustinere, ut orthodoxam fidem prodatis. Cum uehementi igitur supplicatione & lachrymis, simulque cum his literis coram pietissimo & Christi studio Imperatore procedentes, instruite illū de omnibus, quæ contra nos geruntur: nos enim non condemnauimus memoratos sanctissimos ac Deo dilectissimos Episcopos Cyrillum & Memnona, sed hos magna commendatione coronisq; dignos iudicamus, qui soli ac primi plūs quā reliqui omnes, zelo DEI moti, impijssimum Nestorium impietatis prædicatorem excindere, & ecclesias ab hoc scelere repurgare conati sunt, & nē nunc quidem à memoratorum sanctissimorum episcoporum communione separari sustinemus, immō cum illis etiā in exiliū deportari, magni lucri loco ducimus. Certum autem nobis est, conciliabulum illud defectionis ad communionē non admittere, sed simul omnium uocibus in ecclesia Iohānem Antiochenum, & qui cum illo sunt, anathemate percussim: primū ob id, quōd prædicatorem impietatis Nestorium nobiscum deponere detrectarūt, sed & sermones cum illo miscere nullo modo cessarūt. Deinde quōd mox post iniquissimum & à canonibus alienū contumeliæ & calumniæ contra sanctissimos memoratos episcopos conatum, pijs Christi amantium Imperatorum auribus ausi sunt imponere. Et præterea quoque, quōd cum Nestorio sentire non cessant. Ob hæc causas semel illos ab ecclesiastica communione

amputauimus, & omnem illis sacerdotij efficaciam detraximus, decreuimusque potius ecclesijs quod absit priuari, quā cum illis amplius ad communionē redire, præsertim nisi omnia sua delicta, de quibus supra meminimus, corrigant. Notum autem hoc facimus uestrę pietati, ut & ipsi eodem illo loco habeatis. Hęc itaque obsecrate, & pietissimum ac Deo dilectissimū Imperatorem instruite, pro uniuersa synodo precantes, ut restituantur nobis, qui nullo modo sunt à canonibus cōdemnati, sanctissimi uidelicet ac Deo dilectissimi episcopi Cyrill' & Mēnon, & ut nostri misereatur, placidoq; uultu à lata nos sententia reuocet: & si digni sumus, q̄ pietissimi & Christi amantis Imperatoris faciem videamus, hoc nobis permittat: Si uero indigni iudicati sumus, quib' hoc permittatur, vel hoc saltem largiatur, ut ad ecclesias nostras reuertamur, nē hęc uniuersi, alij morbis, alij mœstia consumpti, pereamus. Cæterum nē tumultus in subscribendo fieret, qui multos oriri poterat, suffecit præfidentium subscriptio.

EPISTOLA SANCTÆ SYNODI
Ephesinę ad Cælestinum archiepiscopū Romanum, quę Ephesi sunt in magna synodo gesta, continens.
SANCTISSIMO ET PIENTISSIMO
simo comministro Cælestino, sancta Synodus per gratiam Dei Ephesi congregata.

Sanctitatis quidem tuę circa pietatē zelum, & curam illam de recta fide, nostri omnium seruatori gratam & placitam, cum omni admiratione meritō suspicimus. Est enim hoc uobis ita magnis uiris in cōsuetō, ut in omnibus celebres sitis, & studia uestra ecclesiarum fulcra constituatis. Quoniam uero necessitas postulauit, ut quæ consecuta sunt in hac sancta Synodo, omnia ad sanctitatis tuę cognitionem referrentur: necessariō scribimus quōd secundum uoluntatē seruatoris nostri omnium & sanctionem pietissimorum ac Christi amantium Imperatorum, in Ephesiorum metropoli ex multis & uarijs prouincijs plus quā ducenti numero episcopi congregati sumus, idque ad diē Pentecostes, quem piæ Christi amantium Imperatorum sanctiones, quibus conuocati sumus, terminum conueniendi sanctę Synodo præfixerunt. Cū autem uniuersi conuenissemus propter Imperatorū denunciations, ac comminationes, quōd si quis non accurreret, malę cōscientiæ reus esset, & inexcusabilis coram Deo & hominibus: desiderabatur religiosissimus Iohannes Antiochenus episcopus, non quōd simplici animo, aut p̄ locorū interuallum in itinere impeditus tardius ueniret, sed quōd propositum & consilium Deo aduersum animo occuleret: quod paulō post, ubi Ephesum uenit, manifestum fecit. Distulimus igitur consessum sedecim integros

*pedirent,

integros dies post præscriptum sanctæ Pentecostes terminum, etiam si multi episcopi & clerici partim morbis affligerentur, partim sumptibus premerentur, nonnulli etiā ex hac uita migrassent, essetque (ut & sanctitas tua uidet) nihil aliud, quā contumelia aduersus sanctam Synodum, quod fiebat: tanta uidelicet dilatione peruersē utrebat. Quāquā enim qui è longinquiorebus sunt regionibus, ipsū præuenissent, tamen post sextum decimum diem accurrerunt ex illis, qui cum eo sunt episcopi, Metropolitanus duo, Alexander Apameæ, & alter Alexander hierapolitan'. Hi cū aduentūs religiosissimi episcopi Iohānis tarditate, dicebant nō semel, sed sæpenumero ad hunc modum: Præcepit nobis ut pietati uestrę significemus, quōd si ipsū adhuc amplius tardare contigerit, nē synodum differatis, sed quæ faciēda sunt, faciatis. Cū hęc nobis significata essent, & iam cū aduentūs ipius tarditate, tum ex his quæ significauerat, manifestum esset quōd consessum detrectaret, siue id Nestorij amicitia largitē, siue propter eā quōd is ecclesiæ ipius clericus fuit, vel quōd quorundam pro ipso obsecrationibus cesserit, conuenit sancta synodus in magna Ephesiorum ecclesia, quæ Mariana uocatur. Quoniam uero cū uniuersi prompto animo conuenissent, solus in eo consessu desiderabatur Nestorius, admonuit eum sancta synodus canonicē per episcopos quosdam primō, secundō, ac tertio. Ipse uero domo, in qua erat, militibus circumseptus, contumax cōtra ecclesiasticas sanctiones factus est, nec sustinuit sese manifestē declarare, aut de impijs suis blasphemijs rationem reddere. Sub ista lecta sunt literæ ad ipsū à sanctissimo ac Deo dilectissimo Alexandrinę ecclesię archiepiscopo Cyrillo scriptæ, quas sancta synodus tanquā rectē & inculpatē scriptas approbauit, ut quæ nullo pacto à diuini scripturis, aut traditione & expositione fidei olim in magna synodo à sanctis patrib' Nicæ cōgregatis facta, discrepāt, quę admodum & sanctitas tua illas rectē suo testimonio approbauit. De idē lecta etiā epistola Nestorij ad ipsū memoratū sanctissimū ac Deo dilectissimū fratrem ac cōministrū nostrū Cyrillū scripta, iudicauit sancta synodus oīnō ab euāgelica & apostolica fide aliena esse, & q̄ maximam & exoticam blasphemiam sapere quæ in ea sunt dogmata. Subindē consimiliter & impijs illius exegesisbus lectis, & præterea quoque à sanctitate tua ad illū scripta, per quam iuste est condemnatus, tanquā qui blasphemiam scripsit, & impias uoces exegesisbus suis inseruit, iusta cōtra illum lata est depositionis sententia, præfertim quōd tātum abfuit, ut de blasphemijs suis pœnitentiā ageret, aut resipisceret, cū adhuc Constantinopolitanam haberet ecclesiā, ut etiā Ephesi constitutus, ad quof-

dā sanctos metropolitanos episcopos, uiros haud ignobiles, sed claros ac pietissimos differens, ausus sit dicere: Bim ceterum ego ac trimestre Deū non confiteor. Et his etiā alia peiora dixit. Postquā igitur impiā ac sceleratissimā hæresim, sanctissimā nōstrā religionē euertere, & uniuersam mysterij dispensationem ex ipsis fundamentis euellentem, demoliti sumus, sicut iam diximus, non potuit fieri, quō minus (sicuti apparet) dilectionis erga Christum perfectionem habentes, & pro domino zelantes, multis in rebus tentarentur. Sperabamus enim futurum, ut religiosissimus Iohannes Antiochenus diligentiam ac pietatem synodi laudaret, & forsitan etiā quereretur, quōd tardius depositionē Nestorij aggressi essemus. Verū omnino in contrarium, contra quā sperabamus, degenerauit. Inuētus est enim inimicus, & maximus cū sancta synodi, tum recta ecclesiarum fidei hostis, sicuti res ipsa declararūt. Nam simul atque Ephesum ingressus est, antequā puluerem ex itinere contractum abluisset, nondum depositō pallio, collectis quibusdā qui unā cum Nestorio defecerunt, & blasphemiam contra suum ipsorū caput loquuntur, & gloriæ Christi tantum non illud, quōd sibi ipsi uelut collegium circiter triginta hominum nomen episcopatuū habentium collegit, quorum alij extorres uagantur, nec ecclesias habent, alij sæpenumero grauib' de causis à metropolitanis suis sunt depositi, (sunt autē cum illis etiā Pelagianus & Cælestianus, ex illis quidam qui ex Thessalia sunt eiecti) his inquam collectis, rem ausus est impiam, qualem nemo ante illum unquā ausus. Seorsum enim charitam composuit, & nomine depositionis contumeliam contra sanctis ac Deo dilectissimum Cyrillum Alexandrinorum episcopū, & pietissimum fratrem nostrum & coepiscopum Ephesiorum Memnona exacuit, nemine nostrū sciēte, immō se ipsis quidē, q̄ contumeliā hanc sunt passi, de eo quod factum erat, aut quamnam ob causam hoc ausi sint, instructis. Verū p̄inde atq; si super istis nō succenseat deus, nec sint ecclesiastici canones, nec futurum sit, ut propter hęc audaciam periclitentur, ex cōmuniōnis nomine uniuersę Synodo cōtumeliam intulerūt, idq; publicę chartę insertū, & theatri parietibus affixū, legere uolētibus, profererūt, ut suā ipsorū impietate publico spectaculo p̄stituerent. Nec hæc tātum p̄gressa est ipsorū audacia, sed ausi sunt quāsi canonicū quiddā constituisse, ista ad aures quoque deo dilectissimorū ac Christi amantium impatorū deferre. his gestis, sanctissim' ac deo dilectiss. Cyrillus Alexandrinus episcopus, & pietissim' Mēnon Ephesiorū episcopus, cōpositū libellū obtulerūt, quo religiosissimū Antiochenorū episcopum Iohānem, & eos qui cū eo hoc fecerāt, accusarunt, adiurantes nos sanctam

sanctam synodum, ut ipsum Iohannē, & alios qui cum eo sunt, canonicè requireremus, ut rationem eorum redderent, quę temerè sunt ausi: & si quam accusationem haberent, si possent, edicerēt ac conuincerent. In charta siquidem depositionis, immò magis contumelię, pretextus loco ad hunc modum scripserant: Quoniam Apollinaristę sunt, & Arriani, & Eunomiani, ob eam causam à nobis sunt depositi. Cùm itaque isti, qui hanc ab illis passi sunt contumeliam, vřgerent: rursus necessitate adacti, i magna ecclesia facto cōfessu episcoporum, quorum numerus plures quàm ducentos habet, semel, iterum, ac tertio ipsum Iohannem, & qui cum eo sunt, ad cōcilium vocauimus, ut conuincerent eos, quos contumelia affecerant, rationem quę & causas dicerent, ob quas depositionis chartam conscripserant. Verum ille venire noluit: id quod facere debuisset, si quidē memoratos sanctos viros hęreticos esse conuincerat potuisset. Debuisset sanè accurrere, & crimen, si quod verum ac certum habuisset, cuius gratia temerariam contra illos sententiã tulit, ostendere ac declarare. Verũ praua impeditus conscientia non accurrat. Subdolos autem illius conatus hic erat. putabat futurum, ut si absurda ista & illegitima contumelia destrueretur, simul etiã iusta illa sanctę synodi sententia contra hęreticum Nestorium euerteretur. Indignitate itaque rei moti, volebamus quidem cōtra ipsum & reliquos proferre sententiam illi parem, quam iniquè contra eos tulit, qui nulla dum in resunt cōdemnati. Verum ut illius temeritatem animi lenitate vinceremus, etiã si illam iustissimè ac legitimè passus esset, referuauimus etiã pietatis tuę iudicio, itã tamen, ut intereã cōmunionis eos reddiderimus expertes, omi q; sacerdotali potestate priuauerimus, nē suis quonquam legere possint sententijs. Quomoddē enim necessariũ non fuit, illis qui tanta cum feritate & sequitia, & contra canones res adeo peruicaces & atroces aggredi consueuerunt, etiã inuitis nocēdi potestatem adimere? Fratribus itaque nostris & comministris Cyrillo & Memnoni episcopis, q contumeliam hanc ab illis sunt passi, communicamus omnes: & post illorum quoquē temeritatem sacro cũ ipsis ministerio sumus vři, & vtimur vniuersi, synaxes vnã celebrantes, illusionesq; illorũ scripto abrogantes, & prorsus irritas ac infirmas esse decernentes. Erãt enim nihil aliud quàm contumelia. Etenim viri numero triginta, quorum alij hęreseos macula sunt notati, alij extorres & reiecti, quam synodi faciem, aut quid roboris haberent cōtra synodum ex vniuerso, qui sub cęlo est, orbe collectam fuerunt enim in cōfessu nostro etiã illi, q à sanctitate tua sunt missi, pientissimi episcopi Archadius & Proiectus, & cum illis religio siss. presbyter Philippus, qui vicem ac presentiam tuam nobis

* mysterio

confessu suo exhibuerunt, & Apostolicę sedis locum adimplerunt. Competenter itaq; super istis sanctitas tua succedat. Si nanque facultas illis datur, qui hoc cupiunt, maiores sedes contumelia afficiendi, & contra quos nihil habent potestatis, adeo iniquè irregulares proferendi sententias, immò magis contumelias, id quę contra eos qui tanta pietate sustinere certamina, per quę iam pietas, accedentibus sanctitatis tuę precibus, resplenduit, in extremam confusionem res ecclesiasticę delabentur. Si verò competentimodo, q talia sunt ausi, refrenati fuerint, sedabitur omnis tumultus, & conueniēs canonũ reuerentia apud vniuersos seruabitur. Ceterum vbi lecti sunt in sancta synodo commentarij de depositione impiorum Pelagianorũ, Cęlestij, Pelagij, Iuliani, Persidij, Flori, Marcellini, Orentij, & reliquorum eadem cum istis sententiã iudicauimus & nos solida & firma permanere debere, quę à pietate tua vnt decreta: sumus quę omnes eiusdem sententię. Ad exactam autem omnium actorum cognitionem, in Domino dilectę & desideratissime, commentarios misimus & synodi subscriptiones. Valere te, & nostrum memorem esse optamus.

DECRETA SIXTI PAPAE TERTII.

Ex libro pontificali.

Sixtus natione Romanus, ex patre Sixto, sedit annis 8, diebus 19. Hic post annum vnum & menses 8, in criminatur à quodam Basilio. eodem tempore audiens hoc Valentinianus Augustus, iussit cōcilium & sanctam synodum congregari. Et facto conuentu, cum magna examinatione, per iudicium synodicum purgatur à 56 episcopis. et condemnatur Bassus à synodo, itã tamen, ut vltimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesię. Hoc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commoti, proscriptione Bassum condemnauerunt, & omnia prędia facultatũ eius, ecclesię catholicę sociarunt. Qui Bassus nuntio diuino intra tres menses defunctus moritur. Cuius corpus Sixtus episcopus cum lintheaminibus & aromatibus, manibus suis tractans, recondidit, & sepeliuit ad B. Petrum apostolum in cubiculo parentum eius. Hic fecit basilicam S. Marię matris Domini, quę ab antiquis Liberi cognominabatur, iuxta macellum Libyę, vbi & obtulit hęc: Altare argenteum purissimum, pensans libras 300. Patenas argenteas 3, pensantes libras 60. Amas argenteas 4, pensantes libras 60. Scyphum aureum purissimum, pensantē libras 12. Scyphos argenteos 5, pensantes libras 50. Calices ministeriales aureos 2, pensantes singuli libras singulas. Calices ministeriales argenteos 10, pensantes singuli libras 3. Aquamanu-

Anno Dñi 436.

* sociarunt.

Hanc ecclesiam, Mariam, no Scoto auctore, fecit anno patris scudo.

* res.

109

Locus obsecrus.

* quod

* excedam * suggestum

* consensit

* 20.

* lychnorũ

os argenteos, pensantes lib. 8. Coronam fararam ante altare argenteam, pensantem lib. 30. Coronas farales 34 argenteas, pensantes singula lib. 10. Candelabra argentea quatuor, pensantia singula lib. 20. Thymiamaterium argenteum, pensans libras 5. Canthara cerostrota aurichalcea 24, pensantia singula lib. 15. Possessionem Scaurianam in territorio Caietano, prestantem cum omnibus adiacētibus attiguis solidos 312 & tremissem. Possessionem Marmoratam in territorio Prenestino, prestantem solidos 92. Possessionē Celeris in territorio Afliano, prestantem solidos cxj & tremissem. Domum Palmatij intra urbem, iuxta inibi basilicam cum balneo & pistrino, prestantem solidos 154 & filiquas 3. Domos Claudij in Sicimino, prestantes solidos 104. Ceruum argenteum fundentē aquã in fontem baptisterij, pensantem lib. 20. Oia vasa sacra baptismi argentea, pensantia lib. 15. Cœnacula regię gradorum ad hęretia basilicę, vel quicquid intrinsecus esse videtur. Hic ordinauit de argento confessionem B. Petri apostoli, quę habet lib. 400. Huius supplicatione obtulit Valentinianus Augustus imaginem auream cum duodecim portis, & duodecim apostolos. Et saluatorem gemmis preciosissimis ornatum, supra confessionem B. Petri apostoli. Fecit & Valentinianus Augustus ex rogatu Sixti episcopi fastigium argenteum in basilica Constantiniana, quod à Barbaris sublatum fuerat, pensans lib. 1610. Huius etiã temporibus fecit Valentinianus Augustus confessionem B. Pauli apostoli ex argento, quę habet lib. 200. Itē fecit Sixtus episcopus confessionem B. Laurentij martyris cum colinis porphyreticis, & ornauit transfennam, & altare & confessionem S. martyris Laurentij de argento purissimo. Fecit altare, pensans lib. 50. Cancellos argenteos supra platonias porphyreticas, pensantes lib. 300. Absidem supra cancellos cum statua B. Laurentij martyris argenteam, pensantē lib. 200. Fecit autē basilicam B. Laurentio, quod Valentinianus Augustus concessit, vbi & obtulit hęc: Patenas argenteas 3, pensantes singulę lib. 15. Amas argenteas 3, pensantes singulę libras 15. Scyphos argenteos 4, pensantes singuli lib. 8. Scyphum singularem aureum, ornatum de margaritis, pensantē lib. 10. Lucernam nixorum decem auream, pensantem lib. 10. Calices argenteos ministeriales 12, pensantes singuli libras 2. Aquamanulos argenteos, pensantes libras 60. Ministerium ad baptismum vel penitentia, ex argento libras quinque. Concham aurochalceam, pensantem libras 20. Coronas argenteas farales 30, pensantes singulę libras sex. Fara canthararia ex argento, pensantia singula libras quindecim. Candelabra argentea duo, pensantia singula libras triginta. Canthara cerostrota ærea in basilicę gre mio viginti quatuor. Fara ærea 60. Hic fecit in basilica Constantini-

ana ornamentum super fontem, quod antè non erat, id est, epistylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Constantinus Augustus congregatas dimisit, & iussit vt erigerentur, quas & versibus exornauit. Hic fecit platoniam in cœmeterio Calixti via Appia, vbi nomina episcoporum & martyrum scripsit commemorans. Hic fecit ordinationem in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros vigintiocto, diacones duodecim, episcopos per diuersa loca quinquaginta duos. Qui etiã sepultus est via Tiburtina in crypta, iuxta corpus beati Laurentij, quinto Kalendas Aprilis. Et cessauit episcopatus dies vigintiduos.

TITVLI CANONVM SEQVENS Epistolę.

- De causa Sixti papę, qui se sacramento purgavit. 1
- Qui nõ debeant admitti ad accusationē. 2
- De peregrinis, siue de provincialibus iudicijs, vel si quis sibi iudicem senserit aduersum. 3
- Vt qui crimen obiecit, scribat se probaturũ & qui non probauerit, similem penam sustineat. 4
- De episcopis accusatis. 5

EPISTOLA SIXTI PAPAE III. ad episcopos Orientales.

Sixtus episcopus, omnibus Orientalibus episcopis in Domino salutem. Gratias vestrę referimus sanctitati, quod in tribulatione & persecutione nostra, nos visitare misistis, & causę nostrę finem bonum scire & esse optastis, precibusq; Deum exorastis, vt mihi in tribulatione succurreret mea, meque adiuuaret, & ab emulis tribulantibus & persequentibus meliberaret. O quàm bona est charitas, quę absentes per imaginem, presentes sibimet ipsis exhibet per amorē: diuisa quoquē vnit, & confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta cōfirmat: Quam rectē prædicator egregius, Apostolus videlicet Paulus, vinculum perfectionis vocat: quoniam virtutes quidem ceterę perfectionem generant, sed tamen eas charitas itã ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. Hac quoquē virtute, fratres, plenos vos spiritu sancti gratia esse reperio, dum solatiari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec mirum, charissimi, si me persequant æmuli mei, cùm caput nostrum, quod est Christus, olim æmuli sanctę Dei ecclesię, seruorumq; eius, sint persecuti. Vndē & ipsa per se veritas dicit: Si patrem familiã Beelzebub vocauerunt, quãto magis domesticos eius? Quę iterum dicit: Si de hoc mundo oissetis, mūdus, quod suum erat, diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Hęc (fratres) cùm & nos sciamus, & alijs nos sæpē dicamus, vosq; ea perfectè scire non dubitemus, propter insidiantium vi-

* cum me morijs.

Ephē. 4. d. & Ibi. 5. e. & ad Col. 1. c

Matth. 10. c

Ioan. 15. c

n n n tupe-

tuperationes, aut accusationes, vel propter adulationes laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus: sed inter verba laudatium siue vituperantium, ad mentem semper recurrendum est. Et si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet. Et rursus, si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus letitiam proficere. Quid enim si omnes laudent, & conscientia nos accuset? aut si oēs accusent, & conscientia nos liberos demonstrat? Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Iob quoque dicit: Ecce in caelis testis meus. Si ergo est nobis testis in caelo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem sufflant, atque in oculos suos terram excitant, ut vnde plus detractionis perfiant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes quod de Iudaeis veritas ait: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in euangelio adspicias: quia cum Domino dictum fuisset, Scis, quia audito hoc verbo, scandalizati sunt, respondit: Sinite illos: caeci sunt, & duces caecorum. Paulus quoque apostolus admonet, dicens: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Dicitur, cum omnibus hominibus pacem habentes: quia hoc difficile esse perpexit, praemissit, si fieri potest. Et subiicit, quod potest fieri, cum dicit: Quod ex vobis est. Quia si nos in mente charitatem erga odientes seruare cupimus, etsi illi pacem nobiscum non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis, ut scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel a quo, ut vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur: scitote, me criminari a quodam Basilio, & iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra autoritate synodum congregari iussit. Et facta concilio, cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet euadere satis aliter potuisset, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicionem & emulationem liberans: sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, cum scriptum sit: Si quis crimen obijcere voluerit, scribat se prius probaturum. Et alibi: Criminationes aduersus doctorem nemo recipiat. Et iterum: Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus, apud episcopum a qualibet persona fuerit accusatus, quicumque fuerit, siue ille sublimis vir honoris, siue vilius alterius generis persona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit, docenda p-

bationibus, monstranda documentis, se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, intelligat se iacturam infamiae sustinere, & sub magna excommunicatione exilio deportari. Ista omnia postpositi, non alijs (ut paulo superius praebatum est) exemplum dabo, sed me a praefata infamia & suspicionem liberado. Condemnatus est autem memoratus Basilius a iam dicta synodo, ita tamen, ut in vltima die viaticum ei non denegetur, propter humanitatem pietatis ecclesiae. Valentinianus quoque antedictus Imperator scripto eum condemnavit, cum Augusta matre Placidia, & omnia praedia facultatum eius, futuris de talibus dans hominibus formam ita faciendi, ecclesiae catholicae sociavit. Saepedictus ergo Basilius, nuntio diuino non multo post moritur. Cuius corpus, licet dignum non esset sepulturae, propter misericordiam tamen sepelitur eum in cubiculo parentum eius. Et quamquam ipse erga me stulte & imprudenter egisset, ego vero misericorditer circa eum egi, cogitans illud quod Dominus in euangelio loquitur, dicens: Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra. Et ipsa dominica oratione, quam Saluator noster discipulis orare docuit, quotidiè supplicado Domino dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et multa sunt talia his similia. His ita de me pactis, quia contra voluntatem omnium episcoporum, qui nobiscum erant, propter humilitatem sensus mei, nullo cogente iudicio, aut vim passus, sed sponte eligens, haec (nec formam, prout iam dictum est, alijs dando, sed me purificando) feci, in alijs tamen episcopis competens adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera capitis peste nihil possit, fed, segnius tracta pernicies, reatu non legitime curationis, inuoluat pariter fauciatos & medentes &c. *Quae supra in 3 Epistola Fabiani Papae, ubi ad verbum eadem omnia habentur usque in eius Epistola finem, praeter Data huius Epistola Sixti, quae talis est, Data Kalend. April. Valentiniano & Florentio v. cc. coss.*

CONCILIVM RHEGIENSE HABITVM TEM-

poris Sixti papae III. ab Episcopis xiiij. aera CCCCLXXII. Est vero prouinciale.

Rhegiū oppidū est Galliae Cisalpiniae, a Lepido edificatum. atque ea causa putatur Rhegiū Lepidum appellari: proinde Regiū, ob elegantiam & amantiam. Est alind Rhegiū in margine Italiae, Siciliam versus. sed in priori potius censendum est hanc synodum celebratam.

TITVLI CANONVM SEQVENTIS RHEGIENSIS CONCILII.

Vt peruersi ordinatores, nullis denuo ordinationibus interfint.
Vt a duobus episcopis ordinatus, aliquando episcopus possit non esse.

De

De haereticis & schismaticis episcopis, si ad catholicam fidem venerint, quid obseruari debeat.
Vt episcopus & benedicat & confirmet neophytum.
Vt episcopus, quum sepeliērit Episcopum, curam habeat ecclesiae ipsius.
Vt absque metropolitani literis & consensu, nullus accedat ad destitutam Ecclesiam episcopo.

CANONES ET CAPITVLA RHEGIENSIS CONCILII.

SVB Imperatoribus Theodosio iuniorē & Valentiniano, Theodosio decimo septimo & Festo consulis, quum de voluntate Domini apud Rhegiensem ecclesiam conuenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habitae, remedium quaereretur, qua sanctis ecclesiae canonibus, ac reuerendis patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium episcoporum praesentia, absque comprouincialium literis, absque metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem, a duobus temere conuenientibus, praesumptam esse clarebat, non minus doloris de praesumpto lapsu, quam de ecclesiae ipsius conuulsione, in peccatoribus omnium diutina collatione versatum est. Primum itaque, quia non vlciscēdi, sed remediandi studium nutu Domini vniuersorum peccatoribus prorsus sacerdotali consilio infederat, in sermonibus singulis proprietate perspecta, placuit, quod sicut reprobata, quae praesumpta essent, in irritum sunt deuocanda, ita eos, qui reprobata praesumpserunt, quantumvis confundere censura cogeret, charitati liceret absolueret, praesertim quum hi, qui in tam peruersa incidissent, a primo ipsius lapsus die, adhibitis passim precibus, culpam sibi poenitentes, cum ignorantiae proscriptioe imputassent, quia & si inueniale crederetur, sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse, leuius tamen erat, quam si ore impudenti fateretur se nota calcasse.

Capitulum I. De multa duorum, qui ordinationem praesumpserunt.

Itaque eos, qui tam incondita actam instabilia usurpauerat, placuit misericordiae & charitatis occursum, ita in communionem dilectionemque recipi, ut scirent, secundum recentem & saluberrimam Taurinatis synodi definitionem, ad perpetuam vitae istius suffusionem, nullis se decetero ordinationibus, nullis ordinarijs futuris interesse concilij, quia nihil salubre ab illis statuendū expectaretur, qui tanta corruptionis detestanda exempla praebuerant Ebredunensi ecclesiae, cui ante omnia mature visum est consulendum: (quia biennio & quatuor mensibus sacerdote legitimo destituta, hoc grauius egrotauerat) quod clerus innocens disciplinae (ut probatum est) memor, quorundam laicorum info-

lencia ac varia perturbatione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris minas ac iurgia, & vim acerbissimam periculosè perniciose nuper egerat, nec poterat differri bonorum ac disciplinae meror, ne vel expectatione videretur contumacium & inquietorum vota palpata, quorum conspirationes iniquae, machinationesque & in praeteritum (quantum deprehendi possint) animaduersione ecclesiastica puniendae, & in futurum mancipandae erant supplicio. Itaque ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque vacuanda esse censuimus, in qua praetermissa trium praesentia, nec expectitis comprouincialium literis, metropolitani quoque voluntate neglecta, prorsus nihil, quod Episcopum faceret, ostensum est.

Cap. II. De remotione eius, quem ordinare perperam duo praesumpserunt.

Itemque, de voluntate Domini placuit, remoto hoc, qui perperam assumpserat episcopus, fieri omnino fratrum constitutione, ecclesiastica traditione seruata. Verum, quia haec sancta synodus non disciplinam tantum, sed & misericordiam gessit, (quumque occurreret, quod se Armentarius diebus proximis eidem ecclesiae multa assentatorum insolentia retulisset, occurrebat tamen, quod ante admonitionem discessisset, quod a nonnullis sacerdotibus in hoc ipsum confirmatus, se etiam priuatae domui reddidisset, quod episcopas ad clerum ipsum miserat, quibus episcopatum, quem se indeptum agnoscebat appetere, renunciauerat, eradi nomen suum petens, & hoc ipsum quod instabiliter in se praesumptum erat, iam tunc inordinatum & irritum futurum protestatum esse confirmas) in illa potius partem declinata sententia est: ut iuueni, educato in timore Domini, plus suffragaretur, quod in actu vitiosissimo interdum sana sensisset, quam quod iuuenilibus titillationibus aliqua in parte cessisset. Itaque praetermissis his, quae in ingressu ipsius cum absque vilius excusationis effugio, culpa associatum assueuerant, velut innocentem, eundem praeterire sacerdotes Domini, qui huic concilio aderat, donatione vacuū maluerunt.

Cap. III. De indulto eidem peregrini vel chorepiscopi nomine.

Quod ergo in quibusdam schismaticis magis quam haereticis recipiendis Nicenum conciliū statuit a singulis per territoria sua, hoc etiam praesens conuentus in hoc statuit ab omnibus seruari debere, id est, ut cuiusque de fratribus tale aliquid charitatis concilia distauerint, liceat ei in vnam parochiarum suarum ecclesiam cedere, in qua aut chorepiscopi nomine, ut idē canon loquitur, aut peregrina (ut aiunt) communionem foueatur. Primum itaque statuitur, ut hoc in qualibet prouincia, praeterquam in Alpina maritima liceat, quā si in aliqua parte accesserit, ut malorum incitator & quietis impatiens, damnationi, quam

*vexata

*expectationi
*votis palpari

*disciplinae tantum curā
sed & misericordiae
*praetulisset

*indebitum quem se non adeptum

*regressu societatis culpe resperferant,

Nice. conc. cap. 8.

*concedere

nnn 2 quam

st. q. 4. Inter verba.

2. Cor. 1. c. Iob 16. d.

Matt. 17. d. Matt. 15. b.

Rom. 12. d.

2. q. 4. mada. stis vt scri.

2. q. 8. qui crī me obijcit. & 3. q. 6. qui crimē obij. & in de. Iuo. lib. 3.

*suscipiat. 2. q. 7. Si qd eps, presb.

2. q. 8. sentē tialiter. Qui crimē obij. cit.

Matth. 6. b.

Ibidem.

Idē habetur supra i. dec. Fabiani pa-

*presumptum

*poenitētia

Cap. 2. Taurinates concil.

*futuris

quam in se pronocauerat, subiacebit. Sed & si quis eidem quicquam ex his, quæ statuta sunt, transgrediēti, communicauerit, à communionē omnium fiat alienus. Deindē, ut quolibet in loco, præterq̄ in publico generetur, nē quisquam ei locus decernatur, quem curiæ & ciuitatis species, aut ordo nobilitat. Additur, nē vnquam in ciuitatibus, nisi sub episcoporum absentia offerre præsumat, nec ordinare vel vltimum clericum, nec in eadē quidem ecclesia, quæ illi cuiuscunque misericordia fuerit attributa, nec vlli episcoporu vel succedente ætate, assumpto aliquo, in rudimentis suis huic in aliquo quasi pro ætatis reuerentia, cedere liceat, nec vsquam ipsi quæquam de episcopalib⁹ officijs vsurpare, præterquam in ecclesia, quam cuiuscunque misericordia fuerit indeptus, in qua ei solūm neophytos confirmare, & ante presbyteros offerre conceditur. Quod si vnquam aliter aliquis, charitate alterius prouocatus, de habitationis commutatione variauerit, non aliter in alia ecclesia requiem accipiat, quam in priori habuit, cui renunciauerat. Nec omnino vnquam gubernationē obtineat, cui etiā in ea, quæ ipsi conceditur, ministros à ciuitatis episcopo necesse est ordinari. Sanē, quia ministrorum mentio facta est, & nonnulli ab ipso inuenti, excommunicati, temerē in clero dicuntur prouecti: statutum est, eos, qui ita assumpti sunt, depouendos. Quibus autem nulla macula conuersationis præiudicabit, prout Ebreduensis sacerdoti constituto visum est, aut in ecclesiæ suæ ministerio tenendos, aut ad ipsum, quodcunque habitasset, transferendos, plebi que quam acceperit, ex constitutionis huius permisso benedicere, & (ut supra definitū est) in vna eademque ecclesia neophytos confirmare in castellis ac vicis, totum illi ante presbyteros (sicubi venerit) liceat, quod in ciuitatibus omnino præscribitur.

Cap. III. Ut presbyteri priuatim fidelibus desiderantibus benedicant.

Et interminutas has discussiones & indefinitas visum est omni presbytero per familias, per agros, per priuatas domos pro desiderio fidelium habere facultatem benedictiones aperire, quod nonnullas iam prouincias habere occurrit. Huic autem etiā in ecclesiarum plebibus, per loca tamē magis quam per vrbes, hoc idem visum est esse tribuendum. In ecclesia quoque, in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginē, sicut confirmandi neophytum, ius habebit. Et per omnia, ut sit multæ indulgentiæ testimonium, semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat. Mandatis, votisque omnium sanctorum prosequētib⁹, viuat in timore Domini, & episcopum suum colat, deo seruiat, synodi circa se benevolentiam gratias agat, semperque indignum se indultis, etiā negatis imparem, esse fateatur.

CAP. V. De ordinanda Ecclesia, defuncto episcopo.

In cōmune aut omnes, qui conuenerant sacerdotes, sibimetipsis contra huiusmodi scandala p̄cauendum censuerunt. Itaque propter eiusmodi temeritatem, stabili definitione consultum est, ut decetero obseruaret, nē quis ad eam ecclesiā, quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ ecclesiæ episcopus exquiratū tēpore accederet, qui tñ statim ecclesiæ ipsius curam districtissimē gereret, nē qd ante ordinationē, discordantiū in nouitibus clericorum subuersioni liceret. Itaque quum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, descriptio, recensioq; rerum mandatur.

Cap. VI. Nē quis ad ordinationem veniat, nisi metropolitani literis inuitatus.

Hæc autem omnia exquirarum tempore vsque ad septimam defuncti agat diem. Exindē ecclesiæ referens mandatum metropolitani, simul cum omnibus sanctis episcopis sepeliatur. Nec quicquam ad ecclesiam, quæ summum amiserat sacerdotē, nisi metropolitani literis inuitat (nē à plebe decipiatur) accedat, & vim pati voluisse videatur.

In exemplari Parisijs impresso, continuē episcoporum subscriptiones (ut infra conferibantur) subsequantur. Verū in vetusto Gemblacensi codice, titulus & canon sequens interponebantur.

Cap. VII. De conuentu annuo.

Hæc, quæ communi consensu de voluntate domini seruanda sunt, neque (quod absit) sine offensa Dei ac omnium à quoquam transgredienda, definiēunt ita dicentes, ut secundum antiquam consuetudinem (si qui ex tempore ruerint) bis in anno conuentus agant, ac certē inter quasilibet anxietates, neglectis proprijs & domesticis necessitatibus, gratias simul Deo agentes, quicquid in spiritu considerant, consurgentes, solūm ecclesiæ remedium, remota vlcionis prurigine, atque omni animositate, querant.

Ego Hilarius episcopus (iuxta id quod vniuersis sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit) definita patrū sequutus, his definitionibus sub * die xvj Decembris, Theodosio Augusto xvij, & Festo viris clariss. coll. subscripsi.

Ego Seuerianus episcopus huic definitiōi interfui, & subscripsi, die & consulib⁹ superscriptis. Ego Audētius episcopus his statutis interfui, & die ac consulib⁹ superscriptis subscripsi. Ego Iulius episcopus his & c. Ego Archadius episcopus his & c. Ego Auspici⁹ episcopus his & c. Ego Seuerus episcopus his & c. Ego Claudius episcopus his & c. Ego Valerianus episcopus his & c. Ego Nectari⁹ episcopus & c. Ego Neuterius episcopus his & c. Ego Asclepius episcopus his & c. Ego Theodoros episcopus his & c. Ego Maximus episcopus his & c. Ego Vincenti⁹ presbyter episcopi Constantiniani, ab eodē ordinatus, interfui vice ipsius, & subscripsi.

Finis concilij Rhegiens.

AD

*egerit,

*adeptus

*quietem

DE EXPURGATIONE SIXTI PAPAE III. AD LECTOREM PRAEMONITIO in expurgationem Sixti papæ tertij, à crimine imposito.

Propter exemplarium intolerabilem, nimiamq; & differentiam & deprauationem, quorum alterum vetustum fuit ac mendosum, quanquam optimo caractere, atque in pergamento exaratum, alterum magis vetustum, sed equè deprauatum, cen ad oculum intuentibus liquet, adeo ut nonnunquam, quid intendant, non valeat intelligi: idcirco vtriusque exemplaris de syllaba in syllabam, nulla facta mutatione, litera est posita. Vnius quidem in columna anteriori, cui præponitur A, alterius in posteriori, cui præponitur litera C. Verū in media columna, cui litera B præscribitur, pro illius capacitate, seu potius coniectura, qui vtranque literam admodum differentem concordare visus est, & ad sensum aliquem reducere, quantum ei pro sua virilitate licuit, litera, ubi illius intellectus haberi potuit, manente, ex vtroque exemplari desumptis his, quæ litera magis congruere illi visa sunt, aut certè quibusdam vel mutatis, ubi litera nimis deprauata exstabat, aptata est. Nemo ergo caput sublamando moueat, qui vel exemplaribus correctioribus natis, aut ex ingenij nobilitate, aut lymphiditate concordantiam illam minus aptam considerans, potens est emendare: quinimmo patienter ferat, & in meliorem formam ipse restituat. Proinde visum collectori non est, omnino ista propter premissas ineptias prætermittere, quæ patres priores nobis suis posteris opera ac diligentia tanta reliquerunt: qui potius etiā nostræ posteritati illa communicare decreuit.

DE EXPURGATIONE SIXTI PAPAE III.

IPSE SIXTVS COLLIGI PRAECEPIT, VALENTINIANO & ANATOLIO VIRIS CLARISS. COSS.

A

B

C

CAPVT I.

CAP. I.

CAP. I.

Crescentius quidam timens Deum, quas ex nobilitate composuerat per annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, in integro fecit ecclesiam, heredemque instituit. In qua dimisit prædium in partes Siciliæ, quod nominatur Argianum, qui præstat solidos septingentos. Huic prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius seru⁹ Mariniani, intimaui Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tūc Marianus pergit ad episcopum vr̄bis Romæ Syxtum, & cepit, rogās, postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Syxtus episcopus vr̄bis Romæ, dixit: Nihil ex meis rediti-

Valentiniano & Anatolio viris clarissimis conatibus, Crescentius quidam ex nobilib⁹ timens Deū, quas comparauerat per annos vitæ suæ omnes facultates suas, ecclesiæ reliquit, & ex integro ecclesiam fecit, heredemque instituit. In qua dimisit prædium in partib⁹ Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Secus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius seru⁹ Mariniani, intimaui Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tūc Marianus pergit ad episcopum vr̄bis Romæ Sixtum, & cepit rogās postulare ab eo fundū ecclesiæ supradictum. respondens Sixtus

Crescentio quidam timens Deum ex nobilitate, cum poneret annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit. In integro fecit ecclesiam heredem atque instituit, in quibus dimisit prædium in parte Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Latus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius seru⁹ Mariniani, intimaui ei Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tūc Marianus pergit ad Episcopum vr̄bis Romæ Sixtum, & cepit rogās postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus Episcopus vr̄bis Romæ, dixit: Nihil

nnn 3

COLLECTIONES SIXTI PAPAE, quas collegit, impetratus à Mariniano & Basso.

CAPITVLA SEQVENTIS PROCESSIONIS habiti circa Sixtum papam tertium.

- De Crescentio, quod omnes facultates suas ecclesiæ dereliquit, & de Octauio seruo Mariniani. 1
- De Epiphano, eod quod Bassus prædia eius occupasset. 2
- De ingenuitate Epiphaniij. 3
- De accusatione Sixti episcopi. 4
- De Valentiniano Imperatore & Sixto episcopo conuenientibus in basilica Heleniana in fessorio. 5
- De condemnatione Bassi & Martiniani. 6

DE POLYCHRONIO & illius gestis.

- De Polychronio episcopo Hierosolymitano, eod quod ecclesiā & manūs impositiones cum præmio & muneribus consecraret. 7
- De accusatione Euphemij aduersus Polychronium pontificem suum. 8
- De expulsionē Polychronij extra ciuitatē. 9
- De obfessa Hierusalem, fame, & inopia paupertatis, & de Polychronio, eod quod prædia ecclesiæ in pauperes vel populo erogasset. 10
- De occurſu synodi, & de relatione Polychronij Episcopi. 11
- De directa epistola ad urbem Hierusalē. 12

reditibus creuit ecclesie. Vnde charissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, nec veni ecclesiam subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus. Hic nutritus fuerat, quasi in domo Bassi exconsulis. Litigies ergo inter seruū Bassi & Epiphaniū nascitur. Hic venit ad Syxtum episcopum, & cepit rogare eū, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. Veniens autem Syxtus episcopus vrbis Romæ ad Bassum, cepit rogare eū de ingenuitate munimentum. Iratus autem Bassus, respōdit ad Syxtum Episcopū: nemo enim iudicauit dñm in cōsilio serui. Nam & misit, & vniuersa p̄dia eius occupauit.

CAP. III.

Exiens autem & Syxtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cepit rogare eum de ingenuitate Epiphaniij, tantū vt cyrographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. & cepit studiose, sicut decet semper, subleuare grauatos. Iratus autem Marinianus, de his, quæ supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens, quasi de malitia Syxti episcopi, & quod per Petrum audierat seruū episcopi Syxti, eo quod consecratā Chryfogontē stuprasset.

CAP. IIII.

Consilio inito cœperunt ambo accusare eum apud Augustum Valentinianum, ita vt accenderet Augustus vel mater eius furore, & suspēderūt se ab inuicem a communione. Syxtus autem episcopus vrbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus se irrigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi suprascriptū verbū, & per Leonē diaconū populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare nō sit? & cepit omnis plebs

Sixtus episcopus vrbis Romæ, dixit: nihil ex meis redditibus creuit ecclesiam. Vnde charissime fili, accreuit ecclesiam, vnde pauperum senecta subleuari desiderat, nec veni ecclesiam subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit itra semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenus ex nobilibus parentibus procreatus, & facultatibus nutritus fuerat quasi in domo Bassi exconsulis. Litigies ergo inter seruū Bassi & Epiphaniū hoc euentu nascitur. Hic venit ad Syxtum episcopum, & cepit rogare eū, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. Veniens autem Syxtus episcopus vrbis Romæ ad Bassum, cepit rogare eū de ingenuitate munimento. Tum iratus autem Bassus, respōdit ad Syxtum episcopū: nemo iudicabit dominū ex cōsilio serui. Nam & misit, & vniuersa p̄dia eius occupauit.

CAP. III.

Exiens autē & Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cepit rogare eum de ingenuitate Epiphaniij, tantū vt cyrographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cepit studiose (sicut decet) ecclesiam semper subleuare grauatis. Iratus autem Marinianus de his, quæ supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens quasi de malitia Syxti episcopi, & quod per Petrum seruū episcopi Syxti audierat, eo quod consecratam Chryfogontem stuprasset.

CAP. IIII.

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Augusto Valentiniano, ita vt accenderet Augustus & mater eius furore. Et suspēderūt se ab inuicem a communione. Sixtus autem episcopus vrbis Romæ, sciens omnia quæ de eo apud Augustum delata fuerant, & quod ab eius communione multus populus se fegregaret, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi suprascriptū verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare nō sit? & cepit omnis vrbana

Nihil ex meis redditibus creuit ecclesiam. Vnde charissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, & ecclesiam nō subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenus ex nobilibus parentibus procreatus est, & facultatibus nutritus est, fuerat quasi in domo Bassi exconsule. Litigies ergo inter seruū Bassi & Epiphaniū nascitur. Euentus hic venit ad Syxtum, & cepit rogare eum, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus vrbis Romæ ad Bassum, cepit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus autem Bassus, respondit ad Syxtum Episcopum: Nemo enim iudicabit dominum in consilio serui. Nam & misit, & vniuersa p̄dia occupauit.

CAP. III.

Exiens autem Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cepit rogare eum, de ingenuitate Epiphaniij, tantū vt cyrographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cepit studiose sicut decet ecclesiam semper subleuare gratis. Iratus autem Marinianus, de quo supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens quasi de malitia Syxti episcopi, & quod per Petrum seruū episcopi Syxti audierat, eo quod consecratam Chryfogontem stuprasset.

CAP. IIII.

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Valentiniano Augusto, ita vt accenderet Augustus vel mater eius furore, & suspēderunt se ab inuicem a communione. Sixtus autem episcopus vrbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus romanus erigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi suprascriptū verbū, & per Leonē diaconū populo enarrabat, dicens: Sic delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non sit? Et cepit

* abijt

plebs vrbana clamare, vt dicta eius Augustus vel clerus vrbis Romæ probaret examine.

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Iussit fieri secundum dicta, & rogauit vniuersum senatum vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus congregauit presbyteros vrbis Romæ & clerum, necnō & monasteria seruorum dei. Et federunt in vno cōfessu in basilica Heleniana, quod dicitur sessoriu, & cepit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent, qui separauerunt filium a matre ecclesia, & corroborent vniuersa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus & dixit: Iusta petitio. Non abscondatur. Erant enim ibi Patricij, & consules isti: Paterius excoss. Anatolius excoss. Ipse Bassus & Marinianus &c.

Presbyteri autem vrbis Romæ omnes, 48. Diacones quinque. Introiuit enim Epiphanius presbyter & dixit cū lachrymis: Fiat probatio, vt ecclesia non maculetur. Respondit Maximus exconsul, & dixit: Non licet enim aduersus pontificem dare sententiam. Respondit Syxtus, & dixit: quoniam in meo arbitrio est iudicare, & in iudicare tamen meo non abscondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: Confitere publice vniuersas intimationes tuas, quoniam si non probaueris, eris obnoxius ecclesie & pontifici. Nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum: Parens Maxime iusta fuit postulatio tua. Leuauit se Augustus, & dedit in arbitrio Syxti episcopi, iudicare iudiciū suū. Et discesserunt cū Augusto omnes. Et erat sicut in pristinum munita ecclesia, ita vt cum gaudio & ioco discederet Valentinianus Augustus ad Syxtum Episcopum, infulsant Mariniano & Basilio.

CAP.

bana plebs clamare, vt dicta eius Augustus & clerus vrbis Romæ probarent examine.

CAP. V.

Hoc audito, Valentinianus Augustus dixit: Pia petitio. Iussit fieri secundum dicta. Et congregauit vniuersū senatū vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus congregauit presbyteros vrbis Romæ & clerū, necnō & monasteria seruorum dei. Et federunt in vno cōfessu in basilica Heleniana, quod dicitur sessoriu. Et cepit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent, qui separauerunt filium a matre ecclesia, & aliās vt corroborēt vniuersa velamina cordis mei. Augustus autē Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Iusta petitio nō abscondatur. Erat enim ibi Patricij, & consules isti: Paterius excoss. Anatolius excoss. Ipse Bassus excossul, & Marinianus patricij, Albinus patricij, Sigibuldu patricij, Honoratus patricij, & p̄fectus vrbis Euthymius, & p̄fectus vrbis Valerius patricij, Claudius patricij, Fonticius p̄fectus. Et aduocati isti, quiri, Deuterius, Alexāder, Heliocharus. Presbyteri autē vrbis Romæ omnes 48. Diacones 5. Introiuit enim Epiphanius presbyter, & dixit cū lachrymis: Fiat probatio, vt ecclesia non maculetur. Respondit Maximus excossul, & dixit: Nō licet aduersus pontificē dare sententiam. Respondit Syxtus, & dixit: Quāquā in meo arbitrio sit, iudicare, an non iudicet, tamen meo iudicio nō abscondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: cōfiteri publice vniuersas intimationes tuas, quā si nō probaueris, eris obnoxius ecclesie & pontifici. Nā & dānatio tibi cōmanet. Et iterum Augustus dixit ad maximum: Parens Maxime, iusta fuit postulatio tua. Leuauit Augustus, & dedit in arbitrio Sixti episcopi, vt iudicaret iudiciū suū. Et discesserunt cū Augusto oēs. Et erat sicut in pristinum munita ecclesia, ita vt cum gaudio & ioco discederet Valentinianus Augustus a Sixto Episcopo, exultans Mariniano & Basilio.

CAP.

pit omnis vrbana plebs clamare, vt dicta eius Augustus vel clerus vrbis Romæ probaret examine.

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et iussit fieri secundum dicta. Et rogauit vniuersum senatum vrbis Romæ. Et Sixtus episcopus congregauit presbyteros vrbis Romæ, & clerum, nam & monasteria seruorum Dei. Et federunt in vno cōfessu in basilica Heleniana, quæ dicitur censorium. Et cepit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent, qui separauerunt filium a matre ecclesia, vt corroborent vniuersa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus & dixit: Iusta petitio non abscondatur. Erat ibi Patricij, & consules isti: Paterius &c.

Presbyteri autē vrbis Romæ omnes, 49. Introiuit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lachrymis: Fiat probatio vt ecclesia nō maculetur. Respondit Maximus exconsul, & dixit: Non licet enim aduersus pontificem dare sententiam. Respondit Syxtus, & dixit: Quoniam in meo arbitrio est iudicare, & non iudicari, tamen non abscondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: Confitere publice vniuersas intimationes tuas, quoniam si non probaueris, eris obnoxius ecclesie & pontifici. Nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum, Parens maxime, iusta fuit postulatio tua. Leuauit se Augustus, & dedit in arbitrio Sixti episcopi, iudicare iudiciū suum. Et discesserunt cum Augusto omnes. Et erat sicut pristinum vnta Ecclesia, ita vt cum gaudio & ioco discederet Valentinianus Augustus a Sixto Episcopo, exultans Mariniano & Basilio.

CAP. V. RRR 4 CAPVT

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros vrbis Romæ, & fedit in eodem loco, quia ibidem consistebat Augustus, & fecit cum omnibus concilium, & damnauit Bassum & Marinianum, ita vt communione eos ambos vnitos subleuaret, & misit auctoritatis munimè per vniuersos episcopos. Audiens hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus grauitè ferre, Marinianus omnia deridere, ita vt omnia prædia sua, quæ composuisset per annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ dereliqueret, vt ad communionem reuenteretur, & nõ subleuaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicēs: Scriptum est in verba: *Luc. 6.* Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Hoc cū audiret Syxtus, dixit: Scriptum est in euangelica verba doctrinæ: *Math. 12.* Qui peccauerit in hoc seculo, remittetur ei. qui autem peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro. Et eos reuocauit ad communionem, ita vt de seculo ambo sic transirent. **Vtr.* Et damnauit eos sexto kalen. Septembris, ita tamē, vt Sixtus episcopus sedēs in sede sua, sic iudicabat, dicens: Non est seruus supra dominum suum, neque discipulus supra magistrum. Et quæ dixerunt Bassus & Marinianus de me peccatore, quod scorti adfamilarem negocium, relegi euangelia in loco vbi scriptum est: Sedēte Iesu, & scribente digito in terra, & quæ nõ inueniebant Iudæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerant ei. Et hoc respondit Iesus: Si quis ex vobis est sine peccato, iniiciat in istam lapidem. Et per hæc verba euangelica iudicabat sedem suam. Actum in basilica Heliana.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros vrbis Romæ, & fedit in eodem loco, vbi consistebat Augustus. Et fecit commune concilium, & damnauit Bassum & Marinianum, ita vt communione eos ambos vnitos subleuaret. Et misit auctoritatis munimen per vniuersos episcopos. Audiens hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus grauitè ferre, Marinianus omnia deridere, ita vt Bassus prædia sua, quæ per omnes annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ dereliqueret, vt ad communionem reuenteretur, & nõ subleuaretur. Nam Marinianus ore proprio clamabat, dicēs: Scriptum est in verbis erangelicis: *Luc. 6.* Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Hoc cū audiret Sixtus episcopus, dixit: Scriptum est in euangelicæ doctrinæ verbis: *Math. 12.* Qui peccauerit in hoc seculo, remittetur ei. qui autem peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro. Et nec eos reuocauit ad communionem, ita vt de hoc seculo ambo sic transirent. Et damnauit eos sexto kalen. Septembris, ita tamen, vt Sixtus episcopus sedens in sede sua, sic iudicaret, dicens, & proferens euangelica verba eandem doctrinam: Non est seruus supra dominum, neque discipulus supra magistrum. Et quæ dixerunt Bassus & Marinianus de me peccatore, quæ scorti adfamilarem negotium, relegi euangelica in loco vbi scriptum est: Sedente Iesu, & scribente digito in terra. Et quia non inueniebant Iudæi, quomodo eum damnarent, adulteram adduxerunt ei. Et tunc respondit Iesus: Si quis ex vobis est sine peccato, mittat in istam lapidem. Et per hæc verba euangelica iudicabat sedem suam. Actum in basilica Heliana.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros vrbis Romæ, & fedit in eodem loco, quia ibidem consistebat Augustus. Et fecit commune concilium, & damnauit Bassum & Marinianum, ita vt communione eos ambos vnitos subleuaret. Et misit auctoritatis munimen per vniuersos episcopos. Audiens hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus grauitè ferre, Marinianus omnia deridere, ita Bassus vt omnia prædia sua, dum posuisset annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ dereliqueret, & non subleuaretur: Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicēs: Scriptum est in verbis euangelicis: *Luc. 6.* Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Hoc cū audiret Sixtus, ait: Scriptum est in euangelicæ doctrinæ verbis: *Math. 12.* Qui peccauerit in hoc seculo, remittetur ei: qui autem in spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro. Et nec eos reuocauit ad communionem, ita vt de seculo ambo sic transirent. Et damnauit septimo kalen. Septembris, ita tamen, vt Sixtus episcopus sedens in sede sua, sic se iudicabat, dicens, & proferens euangelica per eandem doctrinam dicebat: Non est seruus supra dominum, neque discipulus supra magistrum. Et quia dixerunt Bassus & Marianus de me peccatore, quod scorti adfamilarem negotium, relegi euangelia in loco vbi scriptum est: Sedente Iesu & scribente digito in terra, & quia non inueniebant Iudæi, quomodo eum damnarent, adulteram adduxerant ei, & hoc respondit Iesus: Si quis ex vobis sine peccato est, iniiciat super istam lapidem, & per hæc verba euangelica iudicabat sedem suam. Actum in basilica Heliana.

Hunc indiculum collegit Archidamus presbyter, & quasi in chartarium Ecclesiæ collocauit.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, episcopus Hierosolymitanus. Hic per imprudentiam senectutis dicebat, quod Hierusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi superiorem affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in sua senectute semper infidelitiam corroboratur, ita vt acciperet remunerationem & ordinaret presbyteros & diacones, & nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum: & quia quod ei, prout videbatur opulentia, quod cano vrbis damnauit, diacos Aethiopes & Aegyptios in suo gremio ordinabat, & Ecclesiam quamlibet sicubi in eius regione parochiarum ad dedicandas rogaretur, non dabat auctoritatis suæ facultatem, nisi x. librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino vrbis Hierosolymitanæ non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, Episcopus Hierosolymitanus. Is per imprudentiam senectutis dicebat, quod Hierusalem prima sedes esset. Et ore superbo quasi superiorem affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & in sua senectute semper in hac sua confidentia corroborabatur, ita vt acciperet remunerationem, & alias cum ordinaret presbyteros & diacones. Et nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum. Et quia ei, prout videbatur opulentia, Aethiopes & Aegyptios in suo gremio vrbis (quod cano damnauit) diacones ordinabat: & sicubi ad dedicandas quamlibet parochiarum in sua regione ecclesiæ rogaretur, non dabat auctoritatis suæ facultatem, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino nullus vrbis Hierosolymitanæ ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, id per imprudentiam dicebat, quod Hierusalem prima sedes esset. Et ore superbo & quasi de superiore affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in senectute sua semper in sua fiducia corroborabatur, ita vt acciperet remunerationem, & ordinaret presbyteros & diacones. Et nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum, & quia quod ei, prout videbatur opulentia, vrbis damnauit diacones Aethiopes & Aegyptios in suo gremio ordinabat, & ad ecclesiā quamlibet sicut in eius regione parochiarum ad dedicandas ecclesias rogaretur, non dabat auctoritatis suæ facultatem, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino vrbis Hierosolymitanæ, non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Sedentibus itaque lxxx. & l. episcopis, & 40. & 8. presbyteris, & 6. diaconibus, iussit introire Euphemium episcopum, qui hoc supradictum de Polychronio pontifice

Sedentibus itaque octoginta & vno episcopis & quadraginta presbyteris & 6 diaconibus, iussit introire Euphemium episcopum qui hæc supradicta de Polychronio pontifice

Sedentibus itaque 80. & 1. episcopis, & XLVIII. presbyteris, & sex diaconibus, iussit introire Euphemium episcopum, qui hoc supradictum de Polychronio pontifice

tifice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem vniuersa synod⁹, & elegit de suo ordine tres presby. Castum, Felicem & Habundiū, & duos diacones ciues Romanos, Lollianum & Leonē, & tres presby. vrbis Romæ, Archidamum, Petrū, & Demetrium, & misit in hierusalem, & secundum Euphemij dicta quicquid integrum inuenissent, ore eius docente vel testib⁹ 40. qui vera testificarentur secundū dicta Euphemij episcopi aduers⁹ Polychronium episcopum. Hi Episcopi, Castus, Felix, & Abundantius, & Diacones Lollianus & Leo, & presbyteri, Archidamus, Petrus & Demetrius, Polychronium secundum dictū Sixti episcopi vrbis Romæ, vel octoginta & vnius episcoporum synodum, & 48. presbyterorum ciuium Romanorum, nam etiam & secundum chyrographum Augusti Valentiniani & Theodosij episcopi Constantinopolitani, quicquid edocuisse Euphemius episcopus de episcopo & pontifici suo Polychronio, ambos simul Polychroniū & Euphemiiū extra ciuitatem damnerent. Venientes autem in urbem Hierusalem, introierunt. Feria sexta hi octo cum Euphemio episcopo iam sabbato, & suspēderunt eos ab inuicem à communionē. Feria autem prima celebratæ sunt Missæ à Casto episcopo, qui direct⁹ fuerat à Sixto episcopo & coepiscopis suis vel à synodo. Feria autem secūda conuenerunt vniuersi Episcopi de illis regionibus, & venerunt in eandem ciuitatē quasi synodus 70 & 6. Episcopi isti, Epiphanius, Quiriacus &c.

*quasi ad synodum.

Bonofus, Ioannes, Victor, Montanus, Speciosus, Paulus, Roborus, Castinus, Barben-tius, Iacobus, Iustus, Festus, Palumbulus, Euphemius, Cicero, Familiaris, Felix, Augustin⁹, Hippolytus, Theodulus, Symmachus, Leo, Pelagius, Paulus, Restitutus, Reuocatus, Polychronius, Sabinus, Pardus, Spes in DEO, Triton, Auentius, Tranquillinus, Parfeus, Sebastianus, Vrbicus, Petrus, Zozimus, Habet DEVM, Zoilus, Valentinus, Quirinus, Anastasius, Caritus, Geminus, Deuterius, Theodulus, Paulus, Castus, Gorgonius, Fortunatus, Proditus, Scelbianus, Fabius, Clemens, Secundus, Iunius, Honoratus, Olybrius, Ioannes, Petronius, Holocauftus, Andreas.

Et

fice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem vniuersa synod⁹, & elegit de suo ordine tres episcopos, Castum, Felicem & Abundum, & tres presbyteros vrbis Romæ, Archidamum, Petrum & Demetrium, & duos diacones ciues Romanos, Lollianū & Leonem, & misit in Hierosolymam, vt secundū dicta Euphemij, quicquid integrum inuenissent, ore eius docente, testibus 40. qui vera testificarentur secundū dicta Euphemij episcopi aduers⁹ Polychronium episcopum, emēdarent idem episcopi Cast⁹, Felix, Abundius, & presbyteri Archidam⁹ Petrus & Demetrius, & diacones Lollianus & Leo secundū præceptū Sixti episcopi vrbis Romæ, vel octoginta & vni episcoporum synodum, & quadraginta octo presbyterorum Romanorum ciuium: quin etiam & secundum chyrographum Valentiniani & Theodosij Augustorū, si quid edocuisse Euphemius episcopus de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul Polychronium & Euphemium, extra ciuitatem damnerent. Venientes autem in urbem Hierusalem, introierunt feria sexta hi octo cum Euphemio episcopo, & iam sabbato suspēderunt eos ab inuicem à communionē. Feria autem prima celebratæ sunt Missæ à Casto episcopo, qui direct⁹ fuerat à Sixto episcopo, & coepiscopis suis, & à synodo. Feria autem secūda conuenerunt vniuersi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eandem ciuitatē quasi fuisse synod⁹, numero septuaginta sex episcopi isti, Epiphanius, Quiriacus,

ce suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem vniuersa synod⁹, & elegit de suo ordine tres episcopos, Castum, Felicem & Habundum, & duos diacones ciues Romanos Lollianum & Leonem, & tres presbyteros vrbis Romæ, Archidamum, Petrum & Demetrium. Et misit in Hierusalem secundū dicta Euphemij, quicquid integrum inuenissent ore eius docente testib⁹ vel quadraginta, qui vera testificarent secundum dictum Euphemij episcopi aduers⁹ Polychronium episcopum: hi Episcopi, Castus, Felix, & Habundantius, & diacones Lollianus & Leo, & presbyteri Archidamus, Petrus, & Demetrius, Polychronium episcopum secundum dictū Sixti episcopi vrbis Romæ, & octoginta & vnius episcoporum synodum, & 48. presbyteros ciues Romanos. Nam etiam & chyrographū Augusti Valentiniani, & Theodosij episcopi Constantinopolitani, & quicquid edocuisse Euphemius de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul Polychronium & Euphemiiū extra ciuitatem damneret. Venientes autem in urbem Hierusalem, introierunt feria sexta, & hi octo cū Euphemio episcopo iam sabbato suspēderunt eos ab inuicem à communionē. Feria autem prima celebratæ sunt Missæ à Casto episcopo, qui direct⁹ à Sixto episcopo, & coepiscopo suo vel à synodo. Feria autem secūda conuenerunt vniuersi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eandem ciuitatem, quasi synodus, numero septuaginta & sex episcopi isti, Epiphanius, Quiriacus &c.

Et federunt cum supradictis, qui directi fuerant ab vrbe Roma, & docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directiōe Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos iustitia: Introducant testes numero cōpetenti 40, vt secundum canonem catholicū vrbis Romæ dānetur extra ciuitatem.

C A P V T O C T A V V M.

Prima autem die synodi tēta probatio fuit Euphemij. Qui dum probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione, damnatus est, & accepit anathema dum docuisset omnia, & subscripserunt oēs episcopi in eius damnationē. Leo diaconus vrbis Romæ dixit: Ex te enim dānaberis, qm̄ pontificē q te cōsecrauit coepiscopū, cōdemnabas & accusabas. Cecidit autē in terra ante omē cōcilium episcoporū, & ibi cōfitebatur se peccasse. Respondit Abundius episcopus missus ab vrbe Roma, & dixit: Non licet quenq̄ accusare pontificē suū, qm̄ iudex nō iudicabit. Alia autē die cōuenerūt in basilica sancta resurrectionis dñi nri Iesu Chri, & ibi federūt iudicātes eum. Ibi autē cū anathemate dānauerūt Euphemiiū vsq; ad vltimū diē tēporis sui. Et subscripserunt oēs in eius damnationē episcopi numero 76, & 2 diaconi cardinales Romāi, & tres presbyteri, & tres episcopi, q directi fuerant, cōcluserūt, subscribentes in eius damnationem, & dum dānassent eū, extra ciuitatē iudicabant.

C A P V T N O N V M.

Et Polychronium episcopū Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum æthiopē nomine Victorē, & quia obpter 10. libras auri, ecclesias cōsecrabat, dānauerunt eum extra ciuitatem, & dederūt ei vel constituerunt prædia tria ecclesie, ita tñ, vt loc⁹ eius intactus seruaret in gremio vrbis Hierusalē. Et dum cessissent ei vsufructuario prædia, subscripserūt oēs episcopi 76 & diacones duo, & dimiserūt ibidē episcopū, q̄ si vicariū in loco eius nomine Theodolū

de

Et federunt cum supradictis, qui directi fuerāt ab vrbe roma. Et docuit omnia Euphemius in cōspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directiōe Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos iustitia. Introducant testes numero cōpetenti 40, vt secundū canonem catholicum vrbis Romæ dānetur extra ciuitatem.

C A P V T O C T A V V M.

Prima autē die synodi tēta probatio fuit Euphemij. Qui dum non probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione, dānatus est, & accepit anathema, dum nō docuisset omnia. Et subscripserunt oēs episcopi in eius damnationē. Leo diaconus vrbis Romæ dixit: Ex te enim dānaberis, qm̄ pontificē q te cōsecrauit coepiscopū, cōdemnabas & accusabas. Cecidit autē in terrā ante omē cōcilium episcoporum, & ibi cōfitebatur se peccasse. Rēdit Abundius episcopus, missus ab vrbe roma, & dixit: Nō licet quenq̄ accusare pōtificē suū, qm̄ iudex nō iudicabit. Alia autē die cōuenerunt in basilica sancta resurrectionis dñi nri Iesu Chri, & ibi federūt iudicātes eum. Ibi autē cum anathemate dānauerūt Euphemiiū vsq; ad vltimū tēporis sui. Et subscripserunt omes in eius damnationem. Episcopi verō 76, & 2 diacones cardinales Romāi, & tres presbyteri, & 3 episcopi, q directi fuerāt, cōcluserunt, subscribentes in eius damnationē. Et dum dānassent eū, extra ciuitatem iudicabant.

C A P V T N O N V M.

Et Polychroniū episcopū Hierosolymitanū, quare ordinasset diaconem æthiopē nomine Victorē, & quia ad decē libras auri ecclesias cōsecrabat, dānauerunt eum extra ciuitatē, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesie, ita tamen, vt locus eius intactus seruaretur in gremio vrbis Hierusalē. Et dum cessissent ei vsufructuario prædia, subscripserūt oēs episcopi septuaginta sex, & episcopi tres, & presbyteri 3, & diacones duo, & dimiserūt ibidē ep̄m quali vicariū in loco eius

Et federunt cum supradictis, qui directi fuerāt ab vrbe roma. Et docuit oia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directiōe Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos iustitia. Introducant testes numero cōpetenti 40, vt secundum canonē catholicū vrbis Romæ dānetur extra ciuitatem.

C A P V T O C T A V V M.

Prima autē die synodi tantū probatio fuit Euphemij. Qui dum probasset omnia testificabat, prima pollicitatione dānatus est, & accepit anathema, dū docuisset omnia. Et scripserūt oēs episcopi in ei⁹ damnationē. Leo diacon⁹ vrbis Romæ dixit: Ex te enī dānaberis, qm̄ pontificem qui te creauit coepiscopū, cōdemnabas & accusabas. Cecidit autē in terra anī omne conciliū episcoporum, & ibi cōfitebatur se peccasse. Respondit Abundantius episcopus, missus ab vrbe Roma, & dixit: Non licet quenq̄ accusare pontificē suū, qm̄ iudex nō iudicabit. Alia autē die conuenerunt in basilica sancte resurrectionis dñi nostri Iesu Christi, & ibi federunt iudicātes eū. Ibi autē cum anathemate dānauerunt Euphemium vsq; in vltimū tēporis sui. Et subscripserunt omes in eius damnationem. Episcopi verō 76, & duo diacones cardinales Romāi, & tres presbyteri, & 3 episcopi, q directi fuerāt, cōcluserunt, subscribentes in eius damnationē. Et dum dānassent eū, extra ciuitatem iudicabant.

C A P V T N O N V M.

Et Polychroniū episcopum Hierosolymitanū, quare ordinasset diaconem æthiopē nomine Victorē, & quia ad 10. libras auri ecclesias cōsecrabat. Dānauerunt eū extra ciuitatē, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesie, ita tñ, vt loc⁹ eius intactus seruaretur in gremio vrbis Hierusalē. Et dum cessissent ei vsufructuaria prædia, subscripserunt oēs ep̄i 76, & ep̄i 3, & presbyteri 3, & diacones duo, & dimiserunt ibidē ep̄m quali vicariū in loco eius nomi-

de Bethleem vrbe. Et suspen- derunt sedem eius, ita vt ex- tra ciuitatē habitaret in præ- dicta supradicta, & venerunt ad vrhem Romam festinātes supradicti 8. Et iussit Sixtus episcopus reconuenire epi- scopos supradictos simul cū Augusto Valentiniano, & al- ligauerunt vulnera eius. Gau- debat autem Augustus in dam- natione Eufemij episcopi, q̄ extitit accusator Polycro- nij pontificis sui, & subscri- pserūt in damnationem ho- rum duorum, om̄is synodus & Augustus Valētinianus, & Sixtus Episcopus vrbis Ro- mæ manu propria conclusit.

ibidē episcopum, quasi vi- carium in loco eius nomine Theodulū de Bethleem vrbe & suspenderunt sedē eius, ita vt extra ciuitatē habitaret in prædijs supradictis. Et vene- runt ad vrhem Romam festi- nantes supradicti 8. Et iussit Sixtus Episcopus conuenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligauerunt vulnera eius. Gaudebat autē Augustus in damnatione Euphemij epi- scopi, q̄ extitit accusator pon- tificis sui Polychronij. Et sub- scripserunt in damnationem horum duorum om̄is syno- dus & Augustus Valentinia- nus. Et Sixtus episcopus vrbis Romæ manu ppria cōclufit.

nomine Theodolū de Beth- leem vrbe. Et suspenderūt se- dem eius, ita vt extra ciuitatē habitaret in prædijs supradictis. Et venerunt ad vrbe Ro- mam festinātes supradicti 8. Et iussit Syxtus episcopus con- uenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valenti- niano, & alligauerunt vulne- ra eius. Gaudebat autem Au- gustus in damnationem Eu- phemij episcopi, qui extitit accusator Polychronij pon- tificis sui. Et subscripserūt in damnationem horum duorū omnis synodus & Augustus Valentinianus, & Syxtus epi- scopus vrbis Romæ propria manu conclusit.

C A P V T D E C I M V M.
Post menses enim 9, obsef- fa est ciuitas Hierusalē fame, non tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polycro- nius autem, qui ex episcopus, vendidit publice prædia Ec- clesie supradicta pauperibus & clericis, populoq; Hiero- solymitano erogauit vel spar- sit. Veniens autem Priscus di- aconus vrbis Hierusalem, ac- cusabat iterum Polycroniū, dicens: Quod ei temporale cōcessum fuerat, vendidit po- pulo cleroque sparfit. Hoc Sixtus episcopus audiēs, gau- dio corroboratur, & intima- uit Augusto Valentiniano rē quam gestam audierat. Re- spondit diaconus, & dixit ad Syxtum episcopum: Iube occurrere synodum per autho- ritatis tuæ munimen, vt sub- ueniat domui, quæ supra aquam habuit fundamētum, & accipiat cōtinua & funda- menta lapidea, vt tuo muni- mine pontificij non ruat do- mus ædificata.

C A P V T D E C I M V M.
Post menses etenim nouē, obsef- fa est ciuitas Hierusalē, ac laborabat fame, nec tātū fame, quantum inopia pauper- tatis. Polychronius autē, qui ex episcopus, vendidit publice prædia Ecclesie supradicta, pauperibus & clericis, popu- loq; Hierosolymitano ero- gauit vel sparfit. Veniens autē Priscus diaconus vrbis Hieru- salē, accusabat iterum Poly- chroniū, dicens, quod ei tem- porale concessum fuerat, ven- didit populo, cleroq; sparfit. Hoc Sixtus episcopus audiēs, gaudio corroborabat, & intima- uit Augusto Valentinia- no rem, quam gestā audierat. Respondit Leo diaconus, & dixit ad Sixtum episcopum: Iube occurrere synodum per authoritatis tuæ munimē, vt subueniatur domui quæ su- pra aquam habuit fundamē- tum, & accipiat contignatio- nes & fundamēta lapidea, vt tui munimine pontificij, non ruat domus ædificata.

C A P V T D E C I M V M.
Post menses enim 9, obsef- fa est ciuitas Hierusalē fame, non tantum fame, quam ino- pia paupertatis. Polycronius autem qui ex episcopus, ven- didit publice præmia ecclesie supradicta pauperibus, & cle- ricis, populoque Hierosoly- mitano erogauit vel sparfit. Veniens autem Priscus diaco- nus vrbis Hierusalem, accu- sabat iterum Polycroniū, di- cens: quod ei temporale ces- sum fuerat, vendidit populo, cleroque sparfit. Hoc Syxtus episcopus audiens corrobora- tur, & intimaui Augusto Valentiniano rem quam ge- stam audierat. Respondit Leo diaconus, & dixit ad Sixtum episcopum: Iube occurrere synodū per authoritatis tuæ munimen, subueniatur do- mui, quæ super aquam habu- it fundamentum. Et accipiat continas & fundamēta lapi- dea, vt tuo munimine ponti- ficij, non ruinet domus ædi- ficata.

C A P V T V N D E C I M V M.
Misit autē præcepta per vni- uersas ciuitates, & occurrerūt omnes episcopi, & fecit syno- dum, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constanti- niana, & sedit cum episcopis Augustoque, simul & cogita- tionibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polycro- nium reuelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit:

C A P V T V N D E C I M V M.
Misit autē præcepta per vni- uersas ciuitates, & occurrerūt omnes episcopi. Et fecit syno- dum, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constanti- niana. Et sedens cum episco- pis, simulq; & Augusto, cogi- tationibusq; æstuabat Sixtus episcopus, qualiter Polychro- nium reuelaret. Respondit Valētinianus Augustus, & di- xit:

C A P V T V N D E C I M V M.
Misit autem præcepta per vniuersas ciuitates, & occur- rerunt omnes episcopi. Et se- dit cum Augusto in eadē ba- siliica Constantiniana. Et se- dit cum episcopis Augustoq; si- mul. Et cogitationibus æstu- abatur Sixtus episcopus, qua- liter Polycronium reuelaret. Respondit Valētinianus Au- gustus, & dixit: Non æstua- re pater,

dixit: noli estuare pater, quia meruit Polycronius sicut & vidua, quæ misit aeris minu- ta 2. in gazofiliaciū, vbi om̄es abundāter miserunt. Illa em̄ nihil habebat, nisi tantum il- la duo minuta. Et respondit Dominus noster: Et quid dixit? Dixit autem Syxtus epi- scopus: Quia omnibus plus misit. Hic autem omnem vi- ctum suum quem habuit, mi- sit. Respondit Leo diaconus: Ergo præful qui imitatus est viduam, non viduetur. Tunc leuauerunt se omnes episco- pi, vel qui in eodē loco erant, gaudio letanias faciebāt. Plus enim gaudio plorabāt om̄es.

C A P V T D V O D E C I M V M.
Et direxit epistolam hanc ad vrhem Hierusalem. Beati- ssimo Polycronio Episco- po & coepiscopus Syxtus epi- scopus vrbis Romæ & vni- uersa synodus clerusq; om̄is & Augustus. Releuationis tuæ officia & munimen ruina nō obliuiscar pati, quam redij ad vxorem, supra quam tentabas adulterare. Non em̄ viduetur vxor casta, nec vir prudens non maculetur pecunia, non scorti consilio, quam templum quod deiecerat Eufemius, parte Poly- chroni ædificetur. Redi ad vxorem sine macula, & custodi dicta Apostolica. Ora pro vrbe Roma. Actum est autē Valentiniano septimo & Abieno consulib. dum introissent hi octo in Hierusa- lem decimo Kalendas Apri- lis, reuocauerunt Polychro- nium episcopum in vrbe Hie- rusalem cum magno honore, & sedit in eadē annos septē, & menses sex, & requieuit in pace.

C A P V T D V O D E C I M V M.
Et direxit epistolam hanc ad vrhem Hierusalem. Beati- ssimo Polychronio episco- po & coepiscopus Sixtus epi- scopus vrbis Romæ & vniuer- sa synodus, clerusq; omnis & Augustus. Releuationis tuæ officia & munimē ruinæ nō obliuiscar pati. Quoniā redi ad vxorem, super qua tenta- bas adulterari. Non enim vi- duetur vxor casta, nec vir pru- dens, non maculetur pecu- niæ, non scorti consiliū, quon- iā templum quod deiecerat euphemius, p te Polychroni ædificetur. Redi ad vxorem siue sine macula, & custodi dicta apostolica, & ora p vr- be Romana. Actum autē Va- lentiniano septimo & Abie- no consulib. dum introissent hi octo in Hierusalem, decimo Kalē Aprilis. Et reuocau- erunt Polychronium episco- pum in vrbe Hierusalē cum magno honore. Et sedit ean- dem annis septem, & menses sex. Et requieuit in pace.

Luc. 21. Mat. 12.

* restitutio- nem

FINIS GESTORVM AC DECRETORVM Sixti papæ tertij.

CONCILIVM AGA- THENSE, TERTIO IDVS SEPTEMB. MESSALA CONSVLE, cui interfuerunt (vt legitur) episcopi trigintaquinq; Est autem Prouinciale.

C A P I T V L A A G A - T H E N S I S C O N C I L I I .
Gatha, oppidū prouincie Narbonensis, quō- dam Massiliensium, a quibus etiā est con- ditum, iuxta quod Araris fluit. Vide Plinium lib. 3. cap. 4. Ptolemæum lib. 2. cap. 10. Strabonem lib. 4. Pomponium Melam libro secundo, capite tertio.

De bigamis clericis, vt non ministrent.	1	Si episcopus, à metropolitano admonitus, pro synodo vel ordinatione episcopali venire distulerit.	35
De contumacibus clericis, & ad officium tardis.	2	Vt stipendia clericorum iuxta meritum distribuantur.	36
De episcopis, qui vel innocentes, vel pro minimis causis aliquos excommunicant.	3	De homicidis & falsis testibus.	37
De his, qui suas vel propinquorum oblationes Ecclesie defraudant.	4	Vt, sine episcopi sui epistola, non liceat clericum vel monachum proficisci. Et de monachis vel abbatibus.	38
Si clericus furtum ecclesie fecerit.	5	Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.	39
Si episcopo à quibuslibet quicquam fuerit derelictum.	6	Nè Christiani Iudæorum vtantur conuiujs.	40
De rebus Ecclesie, quomodò ab episcopis habeantur, & de seruis Ecclesie, qualiter ab episcopo manumittantur.	7	Vt à clericis vitetur ebrietas.	41
De clericis, qui ad seculares confugiunt.	8	De sortilegis vel auguratoribus, vt ab ecclesia separentur.	42
De presbyteris & diaconibus, qui ad coniugalem coitum reuertuntur.	9	Nè de pœnitentibus clericus ordinetur, & vt presbyter altare non erigat.	43
Vt nullus clericorum cum extraneis foemina habitet.	10	Nè presbyter benedictione populo, vel pœnitenti, in ecclesia dare præsumat.	44
Vt nullus clericus in cellario, vel in secreto foeminam intromittat.	11	Vt episcopus exiguum aliquid, sine clericorum conuiuentia (si necesse fuerit) distrahat.	45
Vt omni quadragesimæ sabbato ieiunetur.	12	Vt seruos Ecclesie fugitiuos liceat vendere Episcopo.	46
Vt symbolum ante octo dies Pasche competentibus prædicetur.	13	Vt ante Missam expletâ egredi populus non præsumat.	47
Vt altare & benedicatur & vngatur.	14	De rebus Ecclesie proprijs vel adquisitis.	48
Qualiter maiores, qualiter minores pœnitentiam accipiant.	15	De nò alienandis ab aliquo rebus Ecclesie, Et de libertis.	49
Qua ætate diacones ordinentur.	16	De clericis capitale crimen incurrentibus.	50
Qua ætate episcopi vel presbyteri consecratur.	17	De testamento episcopi.	51
De laicis, quibus temporibus communicare debeant.	18	De clericis, qui sine epistolis sui pontificis proficiscuntur.	52
De sanctimonialibus, qua ætate velentur.	19	De presbyteris Parochianis, res ecclesie distrahentibus.	53
De clericis, qui comam nutriunt.	20	De eisdem, vt quicquid emerint, in nomine comparent ecclesie.	54
Vt solennitates maiores in ciuitatibus celebrentur.	21	Vt sacerdotes & Leuitæ canibus ad venandû & accipitribus non vtantur.	55
Vt nò liceat, presbyterum aut clericum rem ecclesie vendere aut donare.	22	De venditionibus, quas abbates facere præsumunt.	56
Vt clericus minor seniori non preponatur.	23	Nè vnus abbas duobus cœnobijs præponatur.	57
De expositis inuentis.	24	Nè monasterium sine notitia episcopi constitutur.	58
De secularibus, qui suas vxores derelinquunt.	25	De rebus Ecclesie vsui collatis, vt prescriptionis tempore non defendantur.	59
Vt si voluntariè clericus damnum ecclesie fecerit, & satisfaciatur, & excommunicetur.	26	De lapsis, qui de catholica fide in hæresim transeunt.	60
Vt monasterium nouum inconulto episcopo, nullus constituat de monachis.	27	De incestis coniugijs.	61
Vt monasteria puellarum procul à monachis constituantur.	28	De his, qui seruos suos extra iudicem necant.	62
De libertis, vt in necessitate ab ecclesia tueantur.	29	De laicis, qui in solennitatibus maioribus ad ciuitatem non occurrunt.	63
Vt post antiphonas orationes dicantur.	30	De clericis, qui ab ecclesie officio diebus solennibus desunt.	64
De his, qui propter odium ad pacem non reuertuntur.	31	De Leuitis, vt non sine iussu presbyteri se deant.	
Vt clericus, incòsulto episcopo, ad iudicem secularem non pergat.	32		
Si episcopus, hæredes non habens, Ecclesiam, cui præfuit, hæredem non fecerit.	33		
De Iudæis, qui conuerti cupiunt, qualiter suscipiantur.	34		

for,* aut

deant.	65
De ministris, nè secretariû ingrediantur.	66
De catholicis, nè hæreticorum connubijs copulentur.	67
De Leuitis & de Clericis, nè magi vel incantatores sint.	68
De seditionarijs clericis.	69
De scurris & iocularibus clericis.	70
De synodo annis singulis congreganda.	71

CVm in DEI nomine ex permissu regis in Agathensem ciuitatē sancta synodus cōuenisset, & in sancti Andree basilica cōseditsemus, ibiq; flexis genibus in terra, pro regno eius, pro longæuitate populi dominum deprecemur, vt qui nobis congregationis permiserat potestatem, regnum eius Dominus felicitate extenderet, iustitia gubernaret, virtute protegeret, de disciplina & ordinationibus clericorum atq; pontificum, vel de ecclesiarum vtilitatibus tractaturi, in primis id placuit, vt canones & statuta patrum per ordinem legerentur. Quibus lectis,

Capitulum primum.

PLacuit de digamis aut internuptarū maritis, quāquam aliud patrum statuta decreuerint, vt qui hucusquē ordinati sunt, habita miseratione, presbyteri vel diaconi nomen tantum obtineant: officium verò consecrandi presbyteri, & ministrandi huiusmodi diacones non præsumant.

2 Contumaces verò clerici (prout dignitatis ordo permiserit) ab episcopis corrigantur: & si qui prioris gradus elati superbia, cōmunionem fortassè contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis cōmunitio tribuatur, ita vt, cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula, gradum suum dignitatem quē suscipiant.

3 Episcopi verò, si sacerdotali moderatatione postposita, innocentes aut minimis causis culpabiles, excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam festinantes, recipere fortassè noluerint, à vicinis episcopis cuiuslibet prouinciæ literis moneantur. Et si parere noluerint, cōmunitio illis vsq; ad tempus synodi, à reliquis episcopis non denegetur: nè forte propter excommunicatoris peccatum, excommunicati longo tempore, morte præueniantur.

4 Clerici etiā vel seculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamento relictas, retinere p̄siterint, aut id, quod ipsi donauerunt ecclesijs vel monasterijs, crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit velut necatores pauperum, quousquē reddant, excludantur Ecclesijs.

5 Si quis Clericus furtum Ecclesie fecerit, peregrina ei cōmunitio tribuatur.

6 Pontifices verò, quibus in summo sacerdotio constitutis, ab extraneis duntaxat

aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donat, quia hoc ille, qui donat, pro redemptione anime sue, non pro commodo sacerdotis offerre probatur, non quasi suum propriū, sed quasi dimissum Ecclesie, inter facultates Ecclesie cōputabunt: quia iustū est, vt sicut sacerdos habet, quod Ecclesie dimissum est, ita & Ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sanè quicquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut Ecclesie fortassè dimittitur, cuicumque alij postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computare, aut retinere non poterit.

7 Casellas vel mancipiolas Ecclesie, Episcopi (sicut prisca Canonum præcepit auctoritas) vel vasa ministerij, quasi commendata fidei præposito, in integro ecclesie iure possideant, i. vt neque vendere, neq; per quoscunque contractus res, vnde pauperes viuunt, alienare præsumant. Quòd si necessitas certa compulerit, vt pro Ecclesie augmento, aut necessitate, aut vtilitate, vel vsufructu, vel indirecta vèditiōe aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprouinciales, vel vicinos episcopos, causa, qua necesse sit vèdi, primitus comprobetur, vt habita discussioe sacerdotali, eorum proscriptione, quæ facta fuerit vèditiō, roboretur. Aliter facta venditiō, vel transactiō, non valebit. Sanè, si quos de seruis Ecclesie, benemeritos sibi, episcopus

libertate donauerit, collatā à successoribus libertatem placuit custodiri, cum hoc, quod eis manumissor in libertatē contulerit, quòd tamen iubemus viginti solidorum numerū & modū in terrula, vel vineola, vel hospitio Io tenere. Quòd amplius datum fuerit, post manumissoris mortem Ecclesie reuocetur. Minusculas verò res, aut Ecclesie minus vtilis, peregrinis vel clericis, saluo iure ecclesie, in vsum præstari permittimus.

8 Id etiā placuit, vt si clericus relicto officio suo, propter distractionem ad secularem iudicem fortassè cōfugerit, & is, ad quē recurrit, solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesie cōmuniōe pellatur.

9 Placuit etiā, vt si presbyteri vel diaconi coniugati, ad torum vxorum suarum redire voluerint, papæ Innocentij ordinatio, vel Siricij episcopi auctoritas, quæ est his canonibus inserta, seruetur. Quòd si ad aliquos formula illa ecclesiastica vitæ, pariter & disciplina, quæ à Siricio episcopo ad prouincias comueuit, non probabitur peruenisse, eis ignorationis venia remittitur, ita vt de cæterò penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quòd locum ipsum quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à sancto Siricio episcopo, deteguntur, neq;

10. q. 2. Casellas vel mancipiolas vel mactip.

10. q. 2. Per tot. Pal. c. huiusmodi. Quòd si necessitas, ibi. 10. q. 2.

12. q. 2. Si quis de ser.

21. q. 3. Placuit vt clericus.

Dist. 82. Pro posuisti cap. Innocent. pp. ad Exuperiū Tolosanū episcopum. Et Siricij papæ ad Himerium tarrac. cap. 7.

oist. 50. Contumaces clericus corripiant.

11. q. 3. Episcopi si sacerdoti. Et in decret. Iuon. libr. 5.

13. q. 2. Clerici vel seculares.

13. q. 2. Clerici vel seculares. 12. q. 3. Pontifices, quibus

statim cupiditates libidinis abiicisse, illi sunt modis omnibus submouendi, eò quòd post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

10 Id etiã ad custodiendam vitam & famam, speciali ordinatione præcipimus, vt nullus clericorũ extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate iungatur. Et nõ solum in domo illius extraneæ mulier nõ accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tãtum, forore, filia, aut nepte, si habuerit, aut voluerit, viuendi liberam habeat potestatem. De quibus nominibus nefas est aliud, quàm natura constituit, suspicari.

11 Ancillas vel libertas, à cellario vel à secretario ministerio, & ab eadem mansionem, in qua clericus manet, placuit remoueri.

12 Placuit etiã, vt omnes ecclesiæ filij (exceptis diebus Dominicis) in quadragesima, etiã die sabbato, sacerdotali ordinatione & distinctionis comminatione ieiuent.

13 Symbolum etiã, placuit, ab omnibus ecclesijs vna die, id est, ante octo dies Dominicæ resurrectionis, publicè in ecclesiã Comptentibus prædicari.

14 Altaria, placuit, non solum vñctione christiatis, sed etiã sacerdotali benedictione sacrari.

15 Pœnitentes, tempore, quo pœnitentiam petunt, impositionem manuũ & cilicium super caput à sacerdote (sicut vbiq; cõstitutum est) consequantur. Si autẽ comas non deposuerint, aut vestimenta nõ mutauerint, abijciantur. Et nisi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiã pœnitentia nõ facillè committenda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis, non est negandum.

16 Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quàm viginti quinque annorum penitus non committat. Sanè si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiã vxorũ voluntas ita requirẽda est, vt sequeltrato mansionis cubiculo, religione promissa, postea q; pariter conuersi fuerint, ordinentur.

17 Presbyterum verò vel episcopum, ante triginta annos, id est, antequàm ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconos ante viginti quinque, nullus metropolitanorum ordinare præsumat, nè per ætatem (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

18 Seculares, q; in natali Domini, pascha & pentecoste non communicauerint, catholici non credatur, nec inter catholicos habeantur.

19 Sanctimonialia, quantumlibet vitæ carum & mores probati sint, ante annũ etatis suæ quadragesimum non velentur.

20 Clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono (etiã si noluerint) inuiti detondentur. Vestimeta etiã vel calceameta eis, nisi q; religionè deceat, vt aut habere nõ liceat.

21 Si quis etiã extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusq; conuentus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi Missas teneat propter fatigationem familiæ, iusta ordinatione permittimus: Pascha verò, Natali Domini, Epiphania Domini, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali S. Iohãnis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut in parochijs teneant. Clerici verò, si qui in festiuitatibus, quas supra diximus, in oratorijs (nisi iubente aut mittente episcopo) Missas facere aut tenere voluerint, à communione pellantur.

22 Et licet superfluum sit, de re nota & antiquis canonibus prohibita, aliquid iteratò definire, attamen quòd facillè cupiditas aut improbitas reprimat, id statuimus, quod omnes canones iubent, vt ciuitatenes siue diocesani presbyteri, vel clerici saluo iure ecclesiæ, rem ecclesiæ, sicut permiserunt episcopi, teneant, vendere autem aut donare penitus non præsumat. Quod si fecerint vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus (si quas habet proprias) indemnè ecclesiã reddant, & communione priuent.

23 Episcoporum etiã, quorum vita nõ reprehenditur, posteriorè priori nullus præponat, nisi fortè elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. Sanè si officium archidiaconatus, propter simpliciorum naturã implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi ecclesiæ, quem elegerit episcopus, præponatur.

24 De expositis id obseruandum, quod iam dudum synodus sancta constituit.

25 Si verò seculares, qui coniugale confortium sine culpa grauiori dimittunt, vel etiã dimiserunt, & nullas causas dissidij probabiliter proponentes, propter eã matrimonium sua dimittunt, vt aut illicita aut aliena præsumant, si antequàm apud episcopos cõprovinciales dissidij causas dixerint, & prius vxores, quàm iudicio damnentur, abiecerint, à communione ecclesiæ, & sancto populi cœtu (pro eo quòd fidem & coniugia maculent) excludantur.

26 Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut suppressere, aut negare, aut aduersarijs fortasè tradere, damnabili & puniẽda obflinatione præsumperit, quicquid per absentiam documentorum, damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat, & communione priuentur. Hi etiã, qui in damno ecclesiæ impiè sollicitati, à traditoribus aliquid acceperint, & superiori sententia teneantur.

27 Monasterium nouum, nisi episcopo, aut permittente, aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat. Monachi etiã, vagantes, ad officium clericatus nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in ciuitatibus, nec in parochijs ordinentur.

De cõ. dist. 1. Si quis etiam.

12. q. 2. Statutum quod episcopi.

Dist. 77. Episcorum etiam, quorum.

33. q. 2. Seculares qui confortium. Et in con. Car. cap. 30.

12. q. 2. Si quis de clericis.

* pari

18. q. 2. De monachis. 16. q. 1. Monachi vagantes.

20. q. 4. Monachum nisi per.

18. q. 2. Monasteria puellar.

Dist. 87. Libertos leg.

De cõ. dist. 5. Cõuenitor.

Dist. 90. Placuit etiã vt.

1. q. 1. Clerici cum nullus præsumat.

5. q. 6. Si quis verò secularium.

12. q. 2. Episcopus qui filios. * præsumperit.

De cõ. dist. 4. Iudæi quor.

Dist. 18. Si episcopus.

parochijs ordinentur. Monachum, nisi abbas sui aut permisso, aut voluntate, ad alterum monasterium commigrantẽ, nullus abbas suscipere aut retinere præsumat: sed vbi quòd fuerit, abbati suo auctoritate canonum reuocetur. Si enim necesse fuerit, clericum de monachis ordinari, cum consensu & voluntate abbatis præsumat episcopus.

28 Monasteria puellarum, longius à monasterijs monachorum aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur.

29 Libertos, legitime à dominis suis factos, Ecclesia (si necessitas exegerit) tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumperit, ab Ecclesia repellatur.

30 Et quia conuenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est, sicut vbiq; est, vt post antiphonas, collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini vel vespertini decantentur diebus omnibus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum & Missarum, post hymnos capitella de psalmis dicantur, & plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione mittatur.

31 Placuit etiã, vt (sicut plerumq; fit) quicumque odio aut longinqua inter felite dissenserint, & ad pacem reuocari diutina intentione nequiverint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere, perniciofa intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

32 Clericus nec quenquam præsumat apud seculari iudicem, episcopo non permittentẽ, pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negocium in iudicio seculari præponere. Si quis verò secularium per calumniã ecclesiã aut clerum fatigare tentauerit, & cõuictus fuerit, ab ecclesiæ liminibus, & à catholicorum communione (nisi dignè pœnituerit) coërceatur.

33 Episcopus, qui filios aut nepotes non habens, alium quàm Ecclesiã reliquit hæredem, si quid de ecclesiã, non in ecclesiæ causa aut necessitate * insumperit, quod distrahit aut donauit, irritum habeatur. Qui verò filios habet, de bonis quæ reliquit, ab hæredibus eius indemnitate Ecclesiæ consulatur.

34 Iudæi (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos ecclesiæ limen intro eant. Et si pura fide noscuntur venire, tum demum baptismatis gratiam mereantur. Quòd si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

35 Si episcopus metropolitanus ad com-

provinciales episcopos apostolos direxerit, in quibus eos aut ad ordinem summi pontificis, aut ad synodũ inuitet, postpositis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione regia) ad constitutum diem adesse non differant. Quòd si defuerint (sicut prisca canonum præcepit auctoritas) vsq; ad proximam synodum, charitate fratrum, & Ecclesiæ communionem priuentur.

36 Clerici etiã omnes, qui ecclesiæ fideliter vigilantẽ; deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita, secundum feruitij sui meritum vel ordinationem canonum, à sacerdotibus consequantur.

37 Itaque censuimus, homicidas & falsos testes à cõmunionem ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfatione crimina diluerint.

38 Clericis sine commendatitijs epistolis episcopi sui, licentia non pateat euagadi. In monachis quoquẽ presentis sententiæ forma seruetur. Quos si verborum increpatio non emendauerit, etiã verberibus statui-mus coërceat. Seruadum quoquẽ de monachis, nè eis ad solitarias cellulas liceat à congregatiõne discedere, nisi fortè probatis post emeritos labores, aut ppter infirmitatis necessitatem, a superior ab abbatibus regula permittatur. Quod ita demum fiet, vt intra eadem monasterij septa manentes, tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. * Abbatibus quoquẽ singulis diuersas cellulas aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

39 Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia nõ est, etiã alienarum nuptiarum euitent conuiuia. Nec his cœtibus miscantur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obsceni motus corporum * choreis & saltationibus efferruntur, nè auditus & obtutus sacris mysterijs deputati, turpium spectaculorum atq; verborum contagione polluantur.

40 Omnes deinceps clerici siue laici, Iudæorum conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quisquã excipiat, quia quum apud Christianos cibus communibus non vtatur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos à Christianis sumi: quum ea quæ Apostolo permittente, nos sumimus, ab illis iudicetur immunda, ac sic inferiores incipiãt esse Christiani, quàm Iudæi, si nos, quæ ab illis ponuntur, vtamur, illi verò à nobis oblata contemnant.

41 Ante omnia clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutritrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio cõmunionem statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio.

42 Ac nè id fortasè videatur omissum, 000 3 quod

In Arelate, 2. cap. 19. Et i Vasio. c. 29

1. q. 2. Clerici.

24. q. 3. Itaq;

20. q. 4. Monachum.

Dist. 34. Presbyteri.

* choris

28. q. 1. Oes deinceps.

1. Cor. 10. Rom. 14.

Dist. 35. Ante

quod maxime fidem catholice religionis in-
festat, quod aliquanti clerici siue laici studēt
augurijs, & sub nomine fictæ religionis, per
eas quas sanctorum sortes vocāt, diuinationis
scientiam profitentur, aut quarumcunq;
scripturarum inspectione futura promit-
tunt. Hoc quicumque clericus vel laicus de-
rectus fuerit vel consulere vel docere, ab ec-
lesia habeatur extraneus.

43 De pœnitentibus id placuit obserua-
re, quod sancti patres nostri synodali sentē-
tia censuerunt, vt nullus de his clericus ordi-
netur: & qui iam sunt per ignorantiam ordi-
nati, aut sicut bigami, aut internuptarū ma-
riti locum teneant. Ministrare diaconus, cō-
secrare altare presbyter non p̄sumat.

44 Benedictionem super plebem in ec-
clesia fundere, aut pœnitētem in ecclesia be-
nedicere, presbytero penitus non licebit.

45 Terrulas aut vineolas exiguas, & ec-
clesiæ minūs viles, aut longē postas paruas,
episcopus sinē consilio fratrum (si necessitas
fuerit) distrahendi habeat potestatem.

46 Fugitiui, domos suas aut familias de-
serentes, qui, etiā si reuocati fuerint, non
possunt teneri, simili ratione ab episcopo, si
voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahan-
tur.

Hucusquē inclusuē Gemblacē exemplar exten-
debat. Hinc continuabatur conclusio finalis cum
subscriptionibus infra positis.

47 Missas die Dominico secularibus to-
tas tenere, speciali ordine p̄cipimus, ita vt
ante benedictionem sacerdotis egredi popu-
lus non p̄sumat. * Qui si fecerint, ab Epi-
scopo publicē confundantur.

48 Vt de rebus episcopi proprijs vel ac-
quisitis, vel quicquid episcopus de suo pro-
prio habet, hæredibus suis, si voluerit, dere-
linquat. Quicquid verō de p̄uisione Ec-
clesiæ suæ fuerit, siue de agris, siue de frugi-
bus, siue de oblationibus, omnia iure ecclē-
siæ referuare censuimus.

49 Diacones vel presbyteri in parochia
constituti, de rebus sibi creditis, nihil audeāt
commutare, vendere, vel donare, quia res sa-
cratæ Deo esse noscuntur. Similiter & sacer-
dotes, nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ
(vt superius compræhensum est) alienare p̄-
sumant. Quod si fecerint, conuicti in Conci-
lio, & ab honore depositi, de suo aliud tan-
tum restituant, quantum visus sunt p̄sum-
pisse. Sanē si quis pro qualibet cōditione,
de rebus Ecclesiæ aliquid alienare p̄sum-
pserit, si de suo proprio tantum ecclesiæ con-
tulerit, quantum visus est abstulisse, tunc de-
mum istud stare licebit. Liberos tamē, quos
sacerdotes vel diaconos de ecclesia sibi con-
missa facere voluerint, actus ecclesiæ prose-
qui iubemus. Quod si facere cōtempserint,
placuit eos ad proprium reuerti seruitium.

50 Si Episcopus, presbyter, aut diaconus,
capitale crimē commiserit, aut chartam fal-

saueit, aut testimonium falsum dixerit, ab
officij honore depositus, in monasteriū re-
trudatur: & ibi quā diū vixerit, laicam tan-
tummodō communionem accipiat.

51 Si episcopus, condito testamento, ali-
quid de ecclesiastici iuris p̄prietate legaue-
rit, aliter non valebit, nisi tantum de iuris p̄-
prij facultate suppleuerit.

52 Presbytero, aut diacono, vel clerico,
sinē antistitis sui epistolis ambulanti, com-
munionem ei nullus impendat.

53 Quicquid parochiarum presbyter de
ecclesiastici iuris p̄prietate distraherit, in-
ane habeatur & vacuum vendicatione com-
parantis, & actione vendentis.

54 Presbyter dum dicecēsim tenet, de his
quæ emerit ad ecclesiæ nomen, scripturam
faciat, aut ab eius (quam tenet) ecclesiæ ordi-
natione discedat.

55 Episcopis, presbyteris, diaconibus, ca-
nes ad venandum, aut accipitres habere
non liceat. Quod si quis talium personarum
in hac voluntate detectus fuerit, si Episcopus
est, tribus mensibus se suspendat à commu-
nitione, presbyter duobus mensibus se absti-
neat, diaconus verō ab omni officio, vel cō-
munionem cessabit.

56 In venditionibus, quas abbates face-
re p̄sumunt, hac forma seruetur, vt quic-
quid sinē Episcopi notitia venditum fue-
rit, ad potestatem Episcopi reuocetur. Man-
cipia verō monachis donata, ab abbate non
liceat manumitti. Iniustum enim putamus,
vt monachis quotidianum rurale opus faci-
entibus serui eorum libertatis ocio potiant.

57 Vnum ablatum duobus monasterijs
p̄stidere interdumimus.

58 Cellulas nouas, aut congregatiun-
culas monachorum, absq; notitia Episcopi
prohibemus institui.

59 Clerici quilibet, quantacunque diu-
turnitate temporis, de ecclesiæ remuneratione
aliqua possederint, in ius proprium, p̄-
scriptione temporis, non vocentur, dum mo-
dō pateat ecclesiæ rem fuisse, nē videantur
etiā Episcopi administrationes prolixas,
aut p̄catorias, quum ordinati sunt, facere
debuisset, aut diū retētas facultates, in ius p̄-
prietatis suæ posse transferere.

60 Lapsus, id est, qui in catholica fide ba-
ptizati sunt, si p̄uaricatione damnabili p̄dēt
in hæresim transierint, grandem redeundi
difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos,
annorum multitudine breuiata, pœnitenti-
am biennij, conditione infrascriptæ obser-
uationis, imponimus, vt p̄scripto biennio,
tertio sinē relaxatione ieiunent, & ecclesiā
studeant frequentare. In pœnitentium loco
standi & orandi humilitatem ita nouerint
obseruandam, vt etiā ipsi, quum catechu-
meni egredi commonentur, abscedant. Hoc
si obseruare voluerint, constituto tempo-
re admittendis ad altarium obseruatio re-

laxe-

laxetur. Quod si ardua vel dura forte puta-
uerint, statuta p̄teritorum canonū imple-
re debebunt.

LXI De incestis coniunctionibus nihil
prosūs veniē referuamus, nisi quum adulte-
rium separatione sanauerint. Incestos verō,
nullo coniugij nomine deputandos, quos
etiā designare funestum est. Hos enim cen-
semus esse: Si quis relictam fratris, quæ pen-
dē prius soror extiterat, carnali coniunctione
polluerit: si quis frater germanam vxorem
acceperit: si quis nouercam duxerit: si quis
consobrinx suæ se sociauerit: si quis relictam
vel filiæ auunculi misceatur, aut patris filiæ,
vel priuignæ suæ: aut qui ex propria consan-
guinitate aliquam, aut quam consanguineus
habuit, concubitu polluat, aut duxerit
vxorem. Quos omnes & olim, atque sub hac
constitutione incestos esse non dubitamus,
& inter catechumenos, vsque ad legitimam
satisfactionem manere, & orare p̄cipimus.
Quod ita p̄senti tempore prohibemus, vt
ea quæ sunt hæcenus instituta, non dissol-
uamus. Sanē, quibus coniunctio illicita in-
terdicitur, habebunt ineundi melioris con-
iugij libertatem.

LXII Si quis seruum proprium sinē con-
sentientia iudicis occiderit, excommunicati-
one, vel pœnitentia biennij, reatum sangui-
nis emendabit.

LXIII Vt ciues, qui superiorum solenni-
tatū, id est, Pasche, ac Natalis domini, vel Pen-
tecostes festiuitatibus, eum episcopis inter-
esse neglexerint, (quum in ciuitatibus, com-
munionis vel benedictionis accipiendæ causa
positos se nosse debeant) triennio à cōmu-
nitione priuentur ecclesiæ.

LXIII Si quis in clero constitutus, ab ec-
clesia sua diebus solennibus defuerit, id est,
natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel
Pentecoste, dum potius singulari lucro stu-
deat, quàm seruitio suo parere, conuenit, vt
triennio à communionem suspendatur. Simi-
liter diaconus vel presbyter, si per tres he-
bdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic da-
mnationi succumbat.

LXV Quoniam non oportet diaconem
sedere, p̄sente presbytero, sed ex iussione
presbyteri sedeat. Similiter autem honorifi-
cetur diaconus à ministris inferioribus & omni-
bus clericis.

LXVI Quoniam non oportet in sacros
ministros licentiam habere, in secretarium
(quod Greci diaconion appellant) ingredi,
& contingere vasa Dominica.

LXVII Quoniam non oportet cum omni-
bus hæreticis miscere connubia, & vel filios
vel filias dare, sed potius accipere, si tamen
profitentur, Christianos futuros esse se & ca-
tholicos.

LXVIII Quoniam non oportet ministros
altaris aut clericos, magos & incantatores es-
se, aut facere quæ dicunt phylacteria, quæ sunt

magna obligamenta animarum. Hos aut qui
talibus vtuntur, proijci ab ecclesia iussimus.

LXIX Seditonarios, nunquam ordinā-
dos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuria-
rum suarum vltiores.

LXX Clericū seurrilem, & verbis turpi-
bus ioculatorem, ab officio retrahendum.

LXXI Synodum etiā secundum cōsti-
tuta patrum, annis singulis placuit congre-
gari. Et quia in nomine Domini, omnibus sa-
lubriter constitutis, synodus cum pace di-
mittit, gratias Deo primitus, & Domino no-
stro regi agamus, orantes diuinam clementi-
am, vt hæc eadē facere & docere per multos
annos in honorem Domini possimus. Ego
Cæsarius in Christi nomine episcopus, iuxta
id, quod vniuersis cōepiscopis meis, qui me-
cum subscripserūt, placuit, instituta patrum
secutus, his definitionibus annuens, sub die
* 5. Kalendas Septembris, anno 22. regis Ala-
rici, subscripsi.

Cyprianus episcopus subscripsi. Clarus
Episcopus subscripsi. Tetradius episcopus
subscripsi. Heraclianus episcopus subscripsi.
Sophronius Episcopus subscripsi. Sedatus
Episcopus subscripsi. Quintianus episcopus
subscripsi. Sabinus episcopus subscripsi. Gra-
tianus episcopus subscripsi. Nicetius episco-
pus subscripsi. Suauis Episcopus subscripsi.
Galactarius episcopus subscripsi. Gratus epi-
scopus subscripsi. Vigilius episcopus subscri-
psi. Glycerius episcopus subscripsi. Petrus
episcopus subscripsi. Chronopius episcopus
subscripsi. Probatius episcopus subscripsi.
Maternus episcopus subscripsi. * Agretius
episcopus subscripsi. Marcellus episcopus sub-
scripsi. Vendatius episcopus subscripsi. * Abi-
lius episcopus subscripsi. Ingenuus episco-
pus subscripsi. Paulinus episcopus subscri-
psi. Polemius episcopus subscripsi. Pompeius
Episcopus subscripsi. Firminus Episcopus
subscripsi.

DECRETA AGATHEN. CON-
cilij prioribus non inserta, secundum
Gratum, numero tria.

PRIMUM.
Non liceat episcopo proprijs manibus
aliquem cedere.
Non liceat Episcopo manibus suis aliquem
cedere. Hoc enim alienum à sacerdote de-
bet esse.

SECUNDUM.
Quandō amplius quàm debetur, exigitur,
vsura committitur.
Vsura est, vbi amplius requiritur, quàm
datur. Verbi gratia, si dederis solidos decē,
& amplius quesieris, vel dederis frumētū mo-
dium vnum, & super aliquid exegeris.

TERTIVM.
De purgatione clericorum, si conuicti
non poterint.

Si quis presbyter vitæ suæ negligens, p̄-
uis exemplis mala de se suspicari permise-
rit,

rit, & populus ab episcopo iuramento, seu banno Christianitatis cōstrictus, infamiam eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defuerint: admonetur primò seorsum ab episcopo, deindè sub duobus vel tribus testibus. Si non emendauerit, in conuentu presbyterorum episcop⁹ eum publica increpatione admoneat. Si verò neq; sic correxerit, ab officio suspendatur, vsq; ad dignam satisfactionem, nè populus in eo scandalum patiat. Si verò accusatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifestis indicijs pbare cōtenderint, & ipse negauerit, tunc ipse cum socijs septem eiusdem ordinis (si valet) à crimine seipsum expurget. Diaconus verò, si eodè crimine accusatus fuerit, semetipsum cum tribus expurget.

Libro 8.

EX DECRETO IVONIS.
Perquirendū est, si aliqua foemina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes, mētes hominum immutare se posse dicat, id est, vt de odio in amorem, vel de amore in odiū cōuertat, vt bona hominum aut damnet, aut subripiat. Et si est, quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulierum trāsfōrmata, certis noñib⁹ equitare super quædam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, hæc talis omnimodis scōpis correcta, ex parochia eiiciatur.

DECRETA QVAEDAM EX codice librorum sexdecim, libro v. cap. xxij.

De illis, qui contentiones & rixas amauerint. Si quis contentiones & rixas amauerit, vel manifestum vitium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris modumq; peccati diuturna expietur pœnitentia.

Ex eisdem libris & cap. De illis, qui faciles sunt ad detrahendum.

Si quis promptus facilisq; est ad detrahendum, dicens quod verum non est, septem dies in pane & aqua, sequestret⁹ à fraterno consortio, pœniteat.

Ex eodem libro xv. cap. viij. De falso testimonio, quòd capitale sit crimen.

Matth. 15. c

Nouerint falsi testes, quòd si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequam Deum in euangelio inter principalia crimina enumerasset. Ait enim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et idè debet pœnitere, similiter & excōmunicari falsus testis, sicut adulter, fur, & homicida.

Finis concilij Agathen. **DECRETA LEONIS PAPAE I.**

Anno Dñi 444.

Leo natione Tuscus, ex patre Quintiano, sedit annos viginti vni, mensum vnum, dies tredecim. Huius temporibus fecit Demetria ancilla Dei,

basilicam sancto Stephano via Latina, milliaro iij. in prædio suo. Hic inuenit duas hæreses, Eutylianam & Nestorianam. Hic ordinavit præcepta sua autoritate, & misit ad Martianum Augustum catholicum principē fidelem. Et facta collatio cum eodem principe, collecti sunt Episcopi. Et factum est concilium sanctum Episcoporum in Chalcedonia, in martyrio sanctæ Euphemie. Et cōgregati sunt cclvj. sacerdotes, & alij cccvj. Episcopi, quorum chirographus cucurrit, qui congregati sunt vnà cum tomo, hoc est, fide Apostolicæ ecclesiæ Romanæ. Sed & in presentia catholici principis Martiani Augusti congregatum est concilium, numero *nūero DC mille cc. Episcoporum vnà cum Augusto Martiano, qui exposuerunt fidem catholicam, duas asseretes naturas in vno Christo Deo & homine. In quo loco pijsim⁹ Augustus Martianus vnà cum vxore sua Pulcheria, deposita regia maiestate, fidem suam exposuerunt ante conspectum sanctorum episcoporum, vbi & damnauerunt Eutychem, & Nestoriū, & Dioscorum. Et iterum Imperator Martianus Augustus cum cōiuge sua Pulcheria Augusta, chirographo proprio fidem suam exponentes, postulauerunt sanctum cōcilium, vt dirigeret ad sanctissimum papam Leonē, rogates vt fidem catholicam exponeret. Beatus verò Leo direxit fidei catholice tomū, & exposuit, damnans omnes hæreses. Idem beatissimus Leo archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodiè archiuo ecclesiæ Romanæ reconditæ tenentur. Hic firmavit frequenter suis epistolis synodum Chalcedonensem. Ad Martianum Augustum misit epistolas xij. Ad Leonem Augustum epistolas xij. Ad Flavianum Episcopum epistolas nouem. Ad episcopos per Orientem epistolas octodecim, per quas fidem synodi confirmavit. Hic renouauit post cladem Vandalicam omnia ministeria sacra argentea per omnes titulos, de confatis hydrijs sex, duas basilicæ Constantinianæ, duas basilicæ beati Petri Apostoli, duas beati Pauli apostoli, quas Constantinus Augustus obtulit, quæ pensauerunt singulæ libras C. Hic renouauit basilicam beati Petri apostoli, & fecit ibi cameram, quam & ornauit. Et beati Pauli basilicam post ignem diuinum renouauit. Fecit & cameram in eadē, similiter & in basilica Constantiniana. Fecit quoquē basilicam sancto Cornelio episcopo & martyri, iuxta cœmeterium Calixti via Appia. Hic propter nomē Romanum suscipiens legationem, ambulauit ad regem Hunorum, liberauit totam Italiam à periculo hostium. Hic constituit monasterium apud Petrum apostolum. Hic cōstituit, vt intra actionem sacrificij diceretur, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam &c. Hic quoquē constituit, vt monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate. xl. annis. xli. Hic

Hic etiā constituit, & addidit super sepulcra apostolorum & clero romano custodes, qui dicuntur cubicularij. Hic fecit ordinationes quatuor per mēsem Decembrem in vrbē Roma, presbyteros lxxxj, diacones xxxj,

episcopos per diuersa loca numero clxxxv. Qui etiā sepultus est apud beatum Petrum apostolum, iij. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatus dies vij.

CONCILIVM ARAVSICANVM PRIMVM, SVB LEONE PRIMO PAPA, TEMPORE Theodosij iunioris & Cyri Consulum, sexto Idus Nouemb. in ecclesia Iustinianenā. Estq; Prouinciale.

*quinto

Arausia, sine Arausiensis ciuitas, Narbonensis est Gallie, nunc Anaponensium principum ditioni subiactis. Plini⁹ lib. 3. cap. 4. In mediterraneo Arausia colonia Secundanorum dicta, quòd è secunda legione milites coloni eò deducti sunt. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 10. & Strabonem lib. 4. Vulgò dicitur Auvergne.

TITVLI CANONVM ARAVSICENSIS Concilij sequentis.

- Vt nullus minister sine chrismate proficiscatur. 1
- De hereticis, si in mortis discrimine conuertantur. 2
- De pœnitentibus, qui de corpore exeunt. 3
- De clericis pœnitentiam volentibus. 4
- De his, qui ad ecclesiam confugiunt, nè tradantur. 5
- Nullus pro suis mancipijs, qui ad ecclesiam confugiunt, clericorum mancipia occupet. 6
- De libertis, qui in ecclesia commedati sunt, nè opprimantur. 7
- De his, qui clericum alienum ordinare præsumunt. 8
- De his, qui ciues alienos ordinauerint. 9
- De episcopis, qui in possessione & in aliena dicecesi basilicam construxerunt. 10
- De episcopis, qui excommunicatum alterius suscipiunt. 11
- De his, qui subito obmutescunt, quòd & baptismum & pœnitentiam accipere possunt. 12
- De his, qui mente desipiunt. 13
- De energumenis baptizatis. 14
- Vt energumenis & catechumenis de baptismō consulatur. 15
- Vt energumeni ad clerum non promoueantur. 16
- Vt in vnum propositio sacramenti consecratur. 17
- Vt euangelia catechumeni non audiant. 18
- Vt catechumeni ad baptisteria non accedant. 19
- Vt catechumeni cum fidelibus benedictionem non accipiant. 20
- Vt duo episcopi episcopum non faciant. 21
- Vt clerici coniugati, nisi continentiam profiteantur, diaconi non fiant. 22
- De his, qui post acceptum diaconatum incontinentes inueniuntur. 23
- De his, qui priuquam ordinarentur, incon-

- tinentes inuenti sunt. 24
- De viris pbatis, si cōiugia duplicauerint. 25
- De diaconissis non ordinandis. 26
- De foeminis, quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo. 27
- De his, qui professi sunt castitatem, si præuaricati fuerint. 28
- Vt nullus episcopus de concilio sine consensu discedat, aut ad conciliū ire recuset. 29

Capitulum primum.

Nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officium, sine chrismate vsquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem, qui in baptismate, quacunque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi vna benedictio est. Non vt p̄iudicans, quicquam dico, sed vt necessaria habeatur chrismatio repetita.

De cō. di. 4. Nullus ministrorum,

2 Hereticos, in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderēt, si desit episcopus, à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet.

3 Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit, sine re conciliatoria manus impositione eos communicare, quod morientis sufficit * consolationi secundum diffinitiones patrum, qui huiusmodi communionem congruenter viaticum nominauerūt. Quòd si superuixerint, stent in ordine pœnitentium, vt ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

26. q. 6. Qui recedit de.

*reconciliatōni

4 Pœnitentiā desiderantibus etiā clericis, non negandam.

Di. 87. Eos qui ad ecclesiam,

5 Eos qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia & intercessione defendi.

6 Si quis autem mancipia clericorum, suis mancipijs ad ecclesiam confugientibus, crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriat.

Et in decre. Iuo. lib. 2.

7 In ecclesia manumissos, & per testamentum ecclesiæ commedatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad * coloniarum conditionem * imprimere tentauerit, an-

*renouare ani-

animaduersione ecclesiastica coërcebitur.

VIII Si quis alibi consistentem clericum, ordinandū putauerit, prius definiat, vt cum ipso habitet. Nec cum sine consultatione eius episcopi, cum quo antè habitauit, ordinare præsumat: quia non sine causa, diu ab alio non ordinatus remanet.

IX Si qui autè alienos ciues, aut alibi consistentes, ordinauerint, nec ordinati in vlllo accusantur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi eis impetrent, cum quibus habitent.

*gratia ipsi eorum im-

X Si quis episcoporum in aliena ciuitatis territorio ecclesiam edificare disponit, vel p fundi sui negocio, aut ecclesiastica utilitate, vel pro quacunque sua oportunitate, permiffa licentia edificandi, (quia prohibere hoc nefas est) non præsumat dedicationem, que illi omnimodè referuatur, in cuius territorio ecclesia affurgit: referuata verò edificatori episcopo hac gratia, vt, quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet, in cuius ciuitatis territorio est, vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquirat. Et omnis ecclesie ipsius gubernatio, ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit. Quod si etiam secularium quicunque edificauerit ecclesiam, & alium magis, quam eum, in cuius territorio edificat, inuitandum putauerit: tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari vult, quam omnes episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, à conuentu abstinere. Si quis excefferit, in reatum deuocabitur. Si quis excefferit, ordinem recognoscat canonicum.

27. q. 6. Qui recedit de

XI Placuit, in reatum venire Episcopum, qui admonitus de excommunicatione cuiusque, sine reconciliatioe eius, qui eum excommunicauit, ei communicare præsumpserit, vt integra omnia, si reconciliatio intercesserit, de iustitia vel iniquitate excommunicationis, proximè synodo referentur.

Ibidem.

XII Subitò obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut pœnitentiam accipere, potest, si voluntatis præteritæ testimoniū aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.

XIII Amentibus, quecunque sunt pietatis, conferenda sunt.

XIII Energumeni ià baptizati, si de purgatione sua curent, & se sollicitudini clericorum tradant, monitisq; obtemperant, omnimodè communicent, sacramenti ipsius virtute vel munièdi ab incurfū demonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatio.

XV Energumenis catechumenis, in quantum vel necessitas exegerit, vel oportunitas permiserit, de baptifmate consulendum.

XVI Energumeni non solum non affumendi sunt ad vllum ordinem clericatus, sed & illi qui ordinati iam sunt, ab imposito officio sunt repellendi.

XVII Admixtionem eucharistie, simul

consecrandam censuimus. Alias, Cum capsâ & calix inferendus est, & admixtione eucharistie consecrandus.

XVIII Placuit, catechumenis non legi euangelium in ecclesia. Alias, Euangelia, placuit, deinceps catechumenis legi apud omnes prouinciarum nostrarum ecclesias.

XIX Catechumeni nonnunquam admittendi sunt etiam inter domesticas orationes. Alias, Ad baptisteriū catechumeni nunquam admittendi.

XX Segregandi, informandi que sunt catechumeni, vt se reuocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant eos fideles. Alias, Ad fidelium benedictionem, etiam inter domesticas orationes, in quantum cauere potest, segregandi, informandi que sunt, vt se reuocent. Ad signandos vel benedicendos se, semotè offerant.

XXI Duo si præsumpserint ordinare episcopum in nostris prouincijs, placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit, duos episcopos inuitum episcopum facere, auctoribus damnatis, vnus eorum ecclesie ipse, qui vim passus est, substituatur, si tamen vita respodet: & alter in alterius defectu loco nihilominus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quod cautiùs ea, que sunt antiquitus instituta, seruentur.

XXII Sedit præterea, vt deinceps non ordinentur Diacones coniugati, nisi qui priùs, conuersionis proposito, professi fuerint castitatem.

XXIII Si quis autem post acceptam benedictionem Leuiticam, cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio abijciatur.

XXIII De his autem, qui, priusquam ordinati fuerint, in hoc ipsum inciderint, Taurinatis synodi sequendam esse sententiam, qua iubentur, non vltèris promoueri.

XXV De idoneis autem, probatisque viris, quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggerit, si fortè in ciderint in duplicata matrimonia, vt non vltra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates.

XXVI Diaconissæ omnimodè non ordinandæ. Si quæ iam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant.

XXVII Viduitatis seruandæ pofessionè, coram Episcopo in secretario habitam, imposita à presbytero veste viduali, non esse violandam. Raptoem verò talium, vel ipsam talis professionis desertricè, meritò esse damnandam.

XXVIII Hi verò, qui sunt desertores, pofessæ castitatis, præuaricatores habendi, & sexu his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

XXIX Hæc que subscripsimus, cum eorum quoque concordia, qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sanimus: non prætereuntes eos, qui synodo aut per se, aut per

Dist. 64. De abiectione & ambitione. Et in decreto. luo. lib. 3.

27. q. 1. Viduitatis seruandæ. episcopo

In vtroque; & sexu

*sui per legatos

consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinando adesse detrectant, vt quid sibi de illis placeat, qui patrum statuta despiciunt, innotescat: non quod nobis temporum qualitate difficile sit, ad sanctam synodum conuenire, adijcientes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate ecclesiastica ac remedijs, congregare conuentus voluerimus, constituamus, vt nullus conuentus, sine alterius conuentus denunciatione, soluatur. Itaque sequenti anno, si Domino ac Deo nostro Iesu Christo permittente conceditur, die decimo quinto Kalendas Nouembris, in Arausico territorio conuentu habeamus. Qui idè tanto prius antè denunciatur, vt tam excusationis libertas, quam inuitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per nos ipsos commonebimur, singuli nobiscum exemplaribus ea, quæ per nos sunt constituta, referetes: reliquos, qui defuerunt, beatissimi fratris nostri Hilarij sollicitudini relinquamus, datis ad ipsos horum exemplaribus commonendos. Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanæ, vt si quis episcopus per infirmitatem, debilitatemve aliquam, aut hebetudinem sensus, incidit, aut officij oris amiserit, ea, quæ non nisi per episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed euocet episcopum, cui hoc, quod in ecclesia agendum fuerit, imponat. Ego Hilarius Episcopus subscripsi. Ego Claudius episcopus subscripsi. Ego Constantinus Episcopus subscripsi. Ego Audentius Episcopus subscripsi. Ego Egrestius episcopus subscripsi. Ego Iulianus Episcopus subscripsi. Ego Auspicius episcopus subscripsi. Ego Maximus episcopus subscripsi. Ego Theoderius episcopus subscripsi. Sanctorum sacerdotum comprouincialium meorum, qui superius sunt memorati, expectaturus assensum Nectarius subscripsi. Iustus episcopus subscripsi. Augustalis episcopus subscripsi. Ingenuus episcopus subscripsi. Cesarius episcopus subscripsi. Salomius episcopus subscripsi. Ego Superientor, pro patre & meo Episcopo Claudio subscripsi & recognoui. Explicit concilium Arausicum.

*Agrestius

*Theoderus

DECRETA ALIQUA HVIC concilio in Gratiani & aliorū decretis ascripta, que non habentur in superioribus. Primò ex decreto Gratiani.

ii. q. ii. Canonica instituta.

¶ Modus & forma excommunicationis. Canonica instituta & sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum DEI violatores, auctoritate Dei & iudicio sancti spiritus, à gremio sanctæ matris ecclesie & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque respiciant, & Ecclesie Dei satisfaciât.

¶ Ex eodem partim, & partim ex alio codice decretorum librorum xvj, cap. vij. lib. xj.

¶ Reconciliatio excommunicati.

Cum aliquis excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam postulat, & emendationem promittit, episcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas ecclesie venire debet, & xij presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debet. Vbi etiam esse debent illi, quibus iniuria vel damnum commissum debet emendari: aut si iam emendatum est, eorum testimonio comprobari. Deinde interroget episcopus, si pœnitentiâ, iuxta quod canones præcipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille terre prostratus, veniam postulat, culpam confiteatur, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu eius dextra, in ecclesiam illum introducat, & ei communionem & societatem Christianam reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus, Kyrieison, Pater noster. Et nò nos. Saluum fac seruum tuum, DEVS meus sperantem in te. Mitte ei Domine auxilium de sancto, Et de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo, Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto ei nomine turris fortitudinis, A facie inimici. Domine exaudi orationem meam, &c. Dominus vobiscum, &c.

ii. q. 11. Cui aliquis excommunicatus.

*communione Cl. risti.

ORATIO.

PRæsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt ecclesie tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admisorum veniam consequendo reddatur innoxius: Per Christum Dominum nostrum, Amen.

ALIA ORATIO.

Maiestatem tuam quæsumus, Domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, qui non mortem, sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, eius plantæ in gaudium tuæ miserationis conuerte, scinde delictorum saccum, & indue eum legitima salutari, vt post longam peregrinationis famem, de sanctis altaribus fatietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper. Amen.

ALIA ORATIO.

DEus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentiū deses, & præteritorum criminū culpas venia remissionis euacuas, respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem, deprecatur exaudi: innoua in eo, piissime pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est: & vnitati corporis ecclesie membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituū, miserere lachrymarum eius, & non habetem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tuam

tua sacramentum reconciliationis admitte. per Christum Dominum nostrum, Amen.

Post hæc, secundum modum culpe, penitentiam ei iniungat, & literas per parochiam suam dirigat, ut omnes nouerint, cum in societate Christiana receptum. Alijs etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præsumat, sine consensu vel conscientia proprii episcopi.

Ex eodem libro 14. cap. sexto. ¶ Vt in sabbato sancto ieiunia non soluantur.

Vt in sabbato sancto, hoc est, in vigilia Paschæ, ieiunium ante noctis initium, nisi à parulis & infirmis, nõ soluatur, nec in ipsa Parasceue: quia cœna Domini, & Parasceue, & sabbatum, ad illos quadraginta dies respiciunt: vel diuina mysteria his duobus diebus celebrantur, canonibus quippe iubentibus, in biduo isto, id est, Parasceue & sabbato, sacramenta penitus non celebrari.

Finis concilij Arausici & decretorum eius.

CONCILIUM VASENSE, VEL VASIONEN. SVB TEMPORE LEONIS

papæ primi. Estq; Prouinciale.

Vasio in Narbonensi Gallia Vocontiorum est oppidum, cuius meminit Ptolemæus lib. 2. ca. 10. Plinius lib. 3. cap. 4. & Pomp. Mela lib. 2. cap. 5.

TITVLI CAPITVLORVM huius Vasensis concilij

- 1 Vt Gallicani episcopi in Gallijs non discutiantur.
- 2 Depœnitentibus subito mortuis, vt oblationes eorum recipiantur.
- 3 Vt alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed tantummodò proprii.
- 4 Vt, qui oblationes defunctorum retinet, excommunicentur.
- 5 Vt, qui sententiæ episcopi sui non acquiescit, recurat ad synodum.
- 6 Vt excommunicatus, humiliet semetipsum.
- 7 Vt accusatores de leuibus causis non audiantur, de criminibus verò discutiantur.
- 8 Vt episcopus alieni clericum redarguat peccantem.
- 9 Vt, qui expositum inuenerit, ecclesiam contestetur.
- 10 Vt, qui præter constitutum exposcit, vt homicida habeatur.

* Vasionensis CAPITVLA CONCILII * VASENSIS, in quo 18 episcopi conuenerunt.

Constitutiones sanctę synodi habite in ciuitate Vaseñ, apud Urbicum ecclesię catholicę, temporibus Theodosij iunioris & Dioscori consulis, sub die Iduum Nouemb. Capitulum primum.

Placuit ergò, tractatu habito, episcopos de Gallicanis prouincijs venientes, intra Gallias non discutendos, sed solum sufficere, si nullus communionem eis interdixerit: quia inter circumhabitantes, ac sibi penè inuicem notos, non tam testimonio indigēt probi, quàm denotatione & denunciationibus deprauati.

2 Horum, qui penitentia accepta, in bono vitę cursu, satisfactoria compunctione viuentes, sine communiõne, inopinato non nunquam transitu, in agris aut in itineribus præueniuntur, oblationem recipieudam, &

eorum funera, ac deinceps memoriam, ecclesiastico affectu prosequendam: quia nefas est, eorum commemorationes excludi à salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fidei affectu contententes, dum se diutiùs reos statuunt, & indignos salutaris mysterijs iudicant, ac dum purgatiõnes restitui desiderant, absque sacramento viatico intercipiuntur, quibus fortasè nec absolutissimam reconciliacionem sacerdos denegandam putasset.

3 Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis, non (prout libitum fuerit) à vicinioribus, sed à suis proprijs, per annos singulos petant chrisma, appropinquante solennitate paschali: nec per quemcunque ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministeriorum occupatio est, per subdiaconum, quia in honorum est inferioribus summa committi. Optimum est autem, vt ipse suscipiat, qui in tradèdo vfusus est. Si quid autem obstat, saltem is, cuius officium est sacrarium dispensare, & sacramenta suscipere.

4 Qui oblationes defunctorum retinet, & ecclesijs tradere demorantur, vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi: quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinę pietatis exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimonie, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egètiū necatores, nec credentes iudicium dei, habendi sunt. Vndè **D. Hiero.** & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: Amico quippiam rapere, furtum est: ecclesiam fraudare, sacrilegium.

5 Si quis episcopi sui sententię non acquiescit, recurat ad synodum.

6 Ex epistola sancti Clementis, vtilia quęque præsentis tẽpore ecclesijs necessaria, sunt honorificè proferenda, & cum reuerentia ab omnibus fidelibus, ac præcipuè clericis recipienda. Ex quibus, quod specialiter placuit propter venerandam antiquitatem, statutis præsentibus roboramus, quod supradietus beatus

*alicuius

*bonæ

for. nec

13. q. 2. Qui oblationes.

D. Hiero.

Ex epi. Clementis prima, & i. Epi. dec. Fab. pp. Et in dec. Anac. papæ. Et di. 93. Si inimicus.

beatus martyr de beatissimi Petri apostoli constitutione commemorat, dicens: Quædam autem etiam ex vobis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: Inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius, videlicet qui ecclesię curam gerit, absq; cõmonitione obsecudare, & auerti ab eo, cui ipsam sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur: vt vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, citius festinet reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cum obedire cõperit monitis præsentis. & cætera, quę in consequentibus denotant amicos eorum, qui veritati inimici sunt. Sciat itaque deinceps clerus ad reatum, sed & populus fidelium ad culpam sibi adscribendum, si quis hoc in vitio, malorum cõfortator & disciplinę subuersor, esse cognoscitur.

7 Placuit præterea, accusandi licentiam in vestris ordinibus, si qua existat, lenitate cõprimere. Quòd si episcopus aliquem iudicat abstinentum pro humiliatione & correctione fratris, & assurgit exorari à cæteris, acquiescat fratri, de quo agitur, correptione & comminatione adhibita. Sin autè de crimine aliquem putet esse damnandum, accusatoris vice discutendum se sciat. Fas est enim, vt quę vni probantur, probentur ab omnibus.

6. q. 2. Si tñ episcopus.

8 Quòd si tantum episcopus alieni sceleris se conscium nouit, quandiu probare nõ potest, nihil proferat, sed cum ipso, ad compunctionem eius, secretis correptionibus elaboret. Quòd si correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicè ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat, in damnatus licet ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona maioris autoritatis iubeatur, illo, quandiu probari nihil potest, in cõmuniõne omniũ, præterquam eius qui eum reum iudicat, permanente.

*indemna

*calumniatorum

9 De expositis (quia conclamatur ab omnibus) querela processit, eos non misericordie iam, sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu, quauis inflexa præceptis misericordie mens humana detrectet: id seruandum visum est, vt secundum statuta fidelissimorum pijsimorumq; Augustorũ & principum, quifquis expositum colligit, ecclesiã contestetur, cõtestatione colligat: nihilominus de altario Dominico die minister annunciet, vt ecclesia sciat expositum esse collectũ, vt intra dies decẽ ab expositionis die, expositũ recipiat, si q̄s probauerit se agnouisse: collectori pro ipsorũ decẽ dierũ misericordia, prout maluerit, aut præsens retribuat, aut in perpetuũ cum dei gratia, si voluerit, possideat.

io Si quis expositorum, hoc ordine collectorum, repetitor vel calumniator extiterit, homicida habendus est.

Alias, Sanè si quis post hanc diligentissimam sanctionem expositorum, hoc ordine collectorum, repetitor vel calumniator extiterit, vt homicida habendus est, & ecclesiastica distictione damnabitur.

CANONES SECVNDI VASENSIS concilij.

Capitulum primum.

Cum secundum statuta canonum, in Vasensi vico sanctorum pontificũ fuisset concilium congregatum, iuxta consuetudinem antiquorum patrum regulas relegetes, propiciante Domino, nullum de presentibus dominis sacerdotibus aliquid contra decreta spiritualia aut præterisse, aut præsumpsisse cognouimus. De qua re vberes Deo gratias agimus, quia seruis suis secundum pietatis sue consuetudinem præstare dignatus est, pro quibus solo perfectę charitatis affectu, & p̄ desiderio videndi, ad synodum conuenerunt. Et quauis omnia, quæ à sanctis sacerdotibus vel clericis obseruari debeant, & antiqui & nouelli canones continere probentur, tamè nõ congregatio sancta sine aliqua definitione discesserit, vel parum aliquid, quod ad ædificationem ecclesiarum pertinere possit, inspirante Domino decreuerunt: & hoc placuit, vt omnes presbyteri, qui sunt in parochijs constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiã satis salubriter teneri cognouimus, iuniores lectores quãtoscunq; siue vxores habuerint secũ in domo, vbi habitare videntur, recipiant: & eos, quomodò boni patres, spiritualiter nutriendos, psalmos parare, diuinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant, vt & sibi dignos successores prouideant, & à Domino præmia æterna recipiant. Cum verò ad ætatẽ perfectam peruenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate vxorẽ habere voluerit, potestas ducendi coniugem non negetur.

Capitulum secundum.

¶ Vt presbyteris prædicandi potestas suis plebibus concedatur.

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non solum in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochijs verbum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita vt si presbyter, aliqua infirmitate prohibete, per seipsum nõ potuerit prædicare, sanctorũ patrum homilie à diaconibus recitentur. Si em̄ digni sint diaconi, quæ Christus in euangelio loquutus est, legere: quare indigni iudicentur, sanctorum patrum expositiões publicè recitare?

Capitulum tertium.

¶ Vt Kyrie eleison in omnibus ecclesijs dicatur. Et quia tam in sede Apostolica, quàm etiam per totas Orientales atque Italię prouincias, dulcis & nimium salubris consuetudo intromissa est, vt Kyrie eleison frequentius

PPP cum

cum grandi affectu ac cōpunctione dicatur: placuit etiā nobis, vt in omnibus ecclesijs nostris ista consuetudo sancta, & ad matutinum, & ad Missas, & ad vesperam, Deo propiciante, intromittatur.

Capitulum quartum.

¶ Vt in omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quae in defunctorū cōmemorationibus sunt, semper, SANCTVS SANCTVS SANCTVS, dicatur: & vt nomen Papae vrbis Romae, in nostris ecclesijs recitetur.

Et in omnibus Missis, siue matutinis, siue quadragesimalibus, siue in illis, quae pro defunctorum cōmemorationibus fiūt, semper SANCTVS SANCTVS SANCTVS, eo ordine, quo ad Missas publicas, dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiā si die noctuq; possit dici, fastidium non poterit generare. Et hoc nobis iustum visum est, vt nomen domini Papae, quicunq; sedi apostolicae praesuerit, in nostris ecclesijs recitetur.

Capitulum quintum.

¶ Vt propter haereticorum incredulitatem, post GLORIA PATRI, etiā SICVT ERAT IN PRINCIPIO &c. semper dicatur.

Et quia non solum in sede Apostolica, sed etiā per totum Orientem, & totā Africam vel Italiam, propter haereticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum patre fuisse, sed à tempore cōpisse blasphemant, in omnibus claufulis post GLORIA PATRI &c. SICVT ERAT IN PRINCIPIO &c. dicitur, etiā & nos in vniuersis ecclesijs nostris hoc ita dicendum esse decreuimus. ¶ Nomina episcoporum qui subscripserūt: Cefarius in Christi nomine episcopus subscripsi sub die Nonas Nouēbris, Decio iuniore, viro clariss. consule. Contumeliosus episcopus subscripsi. Cyprianus episcopus subscripsi. Gallicanus episcopus subscripsi. Constantinus episcopus subscripsi. Porcianus episcopus subscripsi. Heraclius episcopus subscripsi. Maximus episcopus subscripsi. Prosper episcopus subscripsi. Aquitanus episcopus subscripsi.

CONCILII VASENSIS CAPITVLUM ex decreto Gratiani.

¶ De sepulturis quomodo nō est accipiendū precipiendū est secundū. Precipiendum est secundū canonum auctoritatem, vt de sepulturis & hominibus sepeliendis, nihil muneris exigant: nisi forte, qui sepelitur, viuis iusserit, ecclesiae, in cuius atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere: aut etiā post mortem ipsius, illi, quibus commissum est eius elemosynam facere, de rebus illius aliquid spōtē dare voluerint. Et tamē nullatenus à presbyteris ecclesiae illius aliquid exigatur, siue ab illis, qui locis & villis praesunt.

Vasēni concilij Finis. CANONES CONCILII alterius Arausici provincialis, circa tempora Leonis pape primi.

¶ De libero arbitrio vel diuersis conditionibus, & de rebus necessarijs per capitula requirendis.

Capitulum primum.

CVm ad dedicationem basilicę, quam illusterrimus Praefectus & Patricius filius noster Liberius in Arausica ciuitate fidelissima deuotione construxit, Deo propiciante, & ipso inuitante cōuenissemus, & de rebus, quae ad ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos fuisset spiritualis oborta collatio: perueit ad nos, esse aliquos, qui de gratia & libero arbitrio minū cautē, & non secundū fidei catholicę regulam, sentire velint. Vndē & nobis, secundū auctoritatem & admonitionem sedis Apostolicę, iustum & rationabile visum est, vt pauca capitula, ab apostolica nobis sede trāsmitta, quae ab antiquis patribus de certis scripturarum voluminib; in hac praecipuē causa collata sunt, ad docendos eos, qui aliter quā oportet, sentiūt, ab omnibus obseruanda proferre, & manibus nostris subscribere deberem. Quibus lectis, qui hucusquē, non sicut oportebat, de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quae fidei catholicę cōueniunt, animum suum inclinare non differat. Si quis per offensam praerogationis Adae, non totum (id est, secundū corpus & animam) in deterius dicit hominē commutatum, sed animę libertate illesā durante, corpus tātummodō corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduersatur scripturae dicenti: Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Et, Nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis? Et, A quo quis superatur, eius & seruus addicitur.

2. Si quis soli Adae praerogationem suā, non & eius propagini, asserit nocuisse, aut certē mortē tantū corporis, quę pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est animę, per vnum hominem in omne genus humanum transfuisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: Per vnum hominem peccatū intrauit in mūdum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

3. Si quis inuocationem humanam gratię Dei dicit conferri, nō autem ipsam gratiam facere, vt inuocet à nobis, contradicit Esaię prophetae, vel Apostolo idem dicenti: Inuentus sum à non quaerentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant.

4. Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem vt etiā purgari velimus, per sancti spiritus infusionem & operationē in nos fieri cōstitetur, resistit ipsi spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Preparatur voluntas à Domino, & Apostolo salubriter praedicanti: Deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.

5. Si quis, sicut augmentū, itā etiā in initio fidei

Ezech. 18. a Rom. 6. c

1. Petri, 2. d

Rom. 5. b

Esaie 65. a Rom. 10. d

Pro. 19. i. a. xta Lxx. Philip. 2. b

fidei ipsum credulitatis affectum, quo in eū credimus, qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis peruenimus, non per gratię donum, id est, per inspirationem spiritus sancti corrigentem voluntatem nostrā ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus aduersari? approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus, quia qui cepit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem domini nostri Iesu Christi. Et illud: Vobis datum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed etiā vt pro illo patiamini. Et, Gratia salui facti estis per fidem, nō ex vobis: Dei enim donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalē, omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodō fideles esse diffiniūt.

6. Si quis sine gratia Dei, creditibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, nō autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hęc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti spiritus in nobis fieri cōstitetur, aut humilitati, aut obediētiae humanę subiungit gratię adiutoriū, nec vt obediens & humilis, ipseus gratię donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes quod nō accepisti? Et, Gratia Dei sum id quod sum.

7. Si quis per naturā vigorem bonum aliquid, quod ad salutem pertinet vitę eternę, cogitare non expedit aut eligere, siue salutari (id est, euangelizanti) praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo & credēdo veritati, heretico fallitur spiritu, non intelligēs vocem DEI, in euangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Nunquid idonei sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis? sed sufficiētia nostra ex Deo est.

8. Si quis (alius misericordia, alius verò per liberum arbitrium, quod in omnibus, qui de praerogatione primi hominis nati sunt) constanti sequitia hominem ad gratiam baptismi posse venire contendit, à recta fide, probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certē ita læsum putat, vt tamen quidam valeant, sine reuelatione dei, mysteriū salutis aeternę per semetipsos posse conquirere. Quod quā sit cōtrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere Dominū Iesum Christum, nisi in spiritu sancto.

9. De adiutorio Dei. Diuini est muneris, cum & rectē cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, vt operemur, operatur. 10. De adiutorio Dei. Adiutoriū Dei etiā renatis ac sanctis semper est implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono possit opere perdurare. 11. De obligatione votorum. Nemo quicquam nomino rectē vouerit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: Quę de manu tua accepim; datus tibi. 12. Quales nos diligit Deus. Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito. 13. De reparatione liberi arbitrii. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatū, nisi per gratiam baptismi, non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Vndē ipsa veritas dicit: Si vos filius liberauerit, tunc verē liberi eritis. 14. Nullus miser de quacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia praenititur, sicut dicit Psalmista: Citō anticipet nos misericordia tua Domine. Et illud: Deus meus, misericordia eius praeniet me. 15. Ab eo quod formauit DEVS, mutatur Adam, sed in peius per iniquitatem suam ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam DEI. Illa ergo mutatio, fuit preuaricatoris primi: hęc, secundū psalmistam, mutatio dexterę excelli. 16. Nemo ex eo, quod videtur habere, gloriatur, tanquā nō acceperit: aut ideò se putet accepisse, quia litera extrinsecus, velut legitur, apparuit, vel vt audiretur, sonuit. Nam sicut Apostolus dicit, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Ascendēs in altum, captiua duxit captiuitatē, dedit dona hominib;. Indē habet, quicunq; habet, quicquid quis autē indē se habere negat, aut verē non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo. 17. De fortitudine Christiana. Fortitudinem gentilium mūdana cupiditas, fortitudinem Christianorū Dei charitas facit, q̄ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitriū, sed per spiritū sanctū, qui dat est nobis, nullis meritis gratiam praenientibus. 18. Debetur merces de bonis operibus, si fiant: sed grā, quę nō debetur, praedit vt fiat. 19. Neminem nisi Deo miserante saluari. Natura humana, etiā si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, creatore suo non adiuuante, seruaret. Vndē cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit? 20. Nihil boni hominem posse sine Deo. Multa in homine bona fiunt, quę non facit homo. Nulla verò facit homo bona, quę non Deus praestet, vt faciat homo. 21. De natura & gratia. Sicut eis, qui volent

Philip. 1. a

Ibidem. d

Ephē. 2. b

1. Cor. 4. b. Ibidem 15. d

He duae ditiones videtur supflue.

Ioan. 15. a

2. Cor. 3. b

*sententia

Ioan. 6. c

Matth. 16. c

1. Cor. 12. a

Phil. 2. b

1. Para. 29. d

Ioann. 8. c

Psal. 78.

Psal. 58.

Psal. 76.

1. Cor. 4. b

Galat. 2. d

Ephē. 4. b. & Psal. 67.

Matth. 25. c

Rom. 5. a

Rom. 4. a

Esaie 26. d

Galat. 2. d. tes in lege iustificari, & à gratia exciderunt, verissimè dicit Apostolus: Si ex lege iustitia est, ergò Christus gratis mortuus est. iam hinc em erat lex, & non iustificabat: iam hinc erat & natura, & non iustificabat: idèd Christus nõ gratis mortuus est, vt & lex per illum impleteretur, qui dixit: Non veni legem solvere, sed adimplere: & natura per Adam perditam, per illum repararetur, qui dixit, venisse se querere & saluare, quod perierat.

Matth. 5. b. 22 *De his, quæ hominum propria sunt.* Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, vt ex eo quasi guttis quibusdam inrorati, non deficiamus in via.

Lucæ 19. b. 23 *De voluntate Dei & hominis.* Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quandò id agunt quod Deo displicet. Quandò autem ita faciunt quod volunt, vt diuinæ seruiant voluntati, quanuis volentes agant quod agunt, illorum tamen voluntas, est à quo præparatur & obitur, quod volunt.

Psalm. 115. 24 *De palmitibus vitis.* Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiant, vnde viuant. Sic quippe vitis est in palmitibus, vt vitale subministret eis, nõ fumant ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prædest, & non Christo. Nam præcisio palmite, potest de viua radice alius pullulare. Qui aut præcisus est, non potest sine radice viuere.

Ioan. 1. a & Augusti. super Ioan. 25 *De dilectione, qua diligimus Deum.* Prorsus donum Dei est, diligere Deum. Ipse, vt diligeretur, dedit, qui non dilectus diligit. Displentes, amati sumus, vt fieret in nobis vnde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiritus patris & filij, quæ cum patre amamus & filio. Ac sic secundum superscriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum diffinitiones, hoc Deo propiciante, & prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis, ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia diuina præuenierit. Vnde Abel iustum, & Noe, & Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnem antiquorum sanctorum multitudinem, illam præclaram fidem, quam in ipsorum laudem prædicat apostolus Paulus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam DEI credimus fuisse collatam: quia gratiam, etiam post aduentum domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio habere, sed in Christi nouimus simul & credimus largitate conferri, secundum illud, quod iam supra dictum est, & prædicat Paulus apostolus: Vobis donatum est, per Christum, nõ solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Et illud: Deus, qui

Ioan. 4. b
Ioan. 14. c
Rom. 5. a
Hebræ. 11. per totum.
Philip. 1. d
Ibidem, a

cepit in vobis bonum opus, perficiet vsq; in in die Dñi nostri. Et illud: cetera salui facti estis per fidem, & hoc nõ ex vobis: nõ enim donum est. Et quod de seipso ait apostolus: misericordiam consequutus sum, vt fidelis essem. nõ dixit, quia eras, sed, vt essem. Et illud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Omne datum bonum, & omne donum perfectum, defursum est, descendens à patre luminis. Et illud: Nemo habet quidquam boni, nisi illud illi datum fuerit de super. Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quæ possint ad probandam gratiam, præferri: sed breuitatis studio præmissa sunt, quæ & re vera, cui pauca nõ sufficiunt, plura nõ proderunt. Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, oes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos verò ad malum diuina potestate predestinatos esse, nõ solum nõ credimus, sed etiam, si sit quod tantum malum credere vellet, cum omni detestatioe in illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter præstetur & credimus, quod in omni opere bono nõ nos incipimus, & postea per Dei misericordiam adiuuamur: sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fide & amore sui prius inspirat, vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio ea quæ sibi sunt placita, implere possimus. Vnde manifestissime credendum est, quod & illius latronis, quæ dñs ad paradisi patriam reuocauit, & Cornelij Cæturionis, ad quæ angelus Dñi missus est, & Zachæi, qui ipsum Dñm suscipere meruit, illa tam admirabilis fides nõ fuit de natura, sed diuine largitatis donum. Et quæ diffinitionem antiquorum patrum, nostramque, quæ supra scripta est, nõ solum religiosis, sed etiam laicis, medicamentum esse & desideramus & cupimus: placuit ergò, vt etiam illustres ac magnifici viri, quibus ad præfatam festiuitatē conuenerunt, propria manu subscriberent: Cæsari in Christi nomine episcopus, constitutione nostram relegendi, & subnotas subscripsi, quinto Nonas Iulij, Decio iuniore viro clarissimo consule. Iulianus episcopus subscripsi. Constantius episcopus subscripsi. Cyprianus episcopus subscripsi. Eucherius episcopus subscripsi. Heraclius episcopus subscripsi. Principius episcopus subscripsi. Philagrius episcopus subscripsi. Maximus episcopus subscripsi. Prætextatus episcopus subscripsi. Aletius episcopus subscripsi. Lupercianus episcopus subscripsi. Vindemialis episcopus subscripsi. Petrus, Marcellinus, Felix, Liberi, viri clarissimi & illustres præfecti prætorij galliarum atque Patricij, consentientes subscripserunt. Siagrius vir clarissimus conscripsi. Opilio vir clarissimus conscripsi. Patagathus vir clarissimus conscripsi. Deodatus vir clarissimus conscripsi. Cariattho vir clarissimus conscripsi. Marcellus vir clarissimus conscripsi.

Eph. 2. b
1. Tim. 1. c
1. Cor. 4. b
Iaco. 1. b
Ioan. 3. d
Lucæ 23. f
Agor. 10. a
Lucæ 19. a

¶ Arauicæ concilij, circa tempora Leonis papæ primi, Finis.

CON-

CONCILIVM CAR

PENTORACTENSE, CIRCA LEONIS PRIMI tempora. Estque Prouinciale.

Carpentora est, vbi est Gallie Narbonensis, vt est apud Plinium lib. 3. cap. 4.

TITVLI CONCILII CAR-pentoraest.

De eo, quod parochijs fuerit à Christi-anis collatum, quantum aut qualiter ab episcopo præsumatur.

CONSTITVTIO SANCTORVM episcoporum vel patrum in ciuitate Carpentoraest.

Incet omnia, quæ ecclesiastica regula præcepit obseruari, in multis canonibus continantur inserta, nascuntur tamen causæ, pro quibus necesse habent sacerdotes Domini, quod ad iustitiam pertinet, secundum disciplinam ecclesiasticam ordinare. Et idèd quia Carpentoraeste conuenientes, huiusmodi ad nos querela peruenit, quod ea quæ à quibusdam fidelibus parochijs conferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumantur, vt aut parum aut propè nihil ecclesijs, quibus collata fuerant, relinquatur: hoc nobis iustum & rationabile visum est, vt si ecclesia ciuitatis eius, cui præest episcopus, ita est idonea, vt ipsa nullius indigeat, quicquid parochijs fuerit derelictum, clericis, qui in ipsis parochijs deseruiunt, vel reparationibus ecclesiarum rationabiliter deserventur. Si verò episcopus multas expensas, & minorem substantiam habere constitit, parochijs, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis vel architectis rationabiliter sufficiat, referuetur. Quod autem amplius fuerit, propter maiores expensas episcopus ad se debeat reuocare, ita tamen, vt nihil de facultatibus ipsa, vel de ministerijs clericorum loci ipsius, licentiam habeat minuendi.

Nomina episcoporum qui subscripserunt. Cæsarius in Christi nomine episcopus, constitutionem nostram relegit, & subscripsit. not. sub d. G. i.

Aletius constituit, & subscripsit.
Cyprianus constituit & subscripsit.
Eucherius constituit & subscripsit.
Gallicanus constituit & subscripsit.
Iulianus constituit & subscripsit.
Oranius constituit & subscripsit.
Porcianus constituit & subscripsit.
Vindemialis constituit & subscripsit.
Contumeliosus constituit & subscripsit.
Constantius constituit & subscripsit.
¶ Filagrius constituit & subscripsit.
Heraclius constituit & subscripsit.

¶ Lopertianus constituit & subscripsit.
Prosper constituit & subscripsit.
Principius constituit & subscripsit.

CAESARII EPISCOPI EPISTOLA ad Agretium (alias Agricum) Episcopum.

DOMINO sancto ac venerabili fratri Agretio episcopo, Cæsarius episcopus & ceteri episcopi in Carpentoraestensi synodo congregati: Licet ad synodum aut per vos, aut per personam vicariam debueritis adesse, vt ordinationis tuæ, quam fecisse diceris, in synodali conuentu redderes rationem, vt si rectè feceras, absolutus cum charitate DEI remeares: sin certè transgressorem te canonum esse constaret, præsentem denunciatione cognosceris, vt Deo medio prolata sententia aut percelleret reum, aut absolueret supplicentem: quia licet sacerdotibus canones ignorare non liceat, tamen penè leuior error fuerat, si per ignorantiam deliquisses, quam vt eorum custodia, vel vicarij tui manus subscriptione, canonum transgressor existeres. At nunc verò duplici reatu teneris adstrictus, cum non solum contra venerabilium patrum, sed etiam contra tua venisse decreta comprobaris. Quapropter hoc communi in Christo deliberatione sancimus, vt, quia filium nostrum Protadium statuta canonibus per vos inserta, & vos simili sententia confringunt, vsquè emisso anno Missas facere non præsumas: quia æquum est, vt quod apud antistites Deo medio statutum, inuolabiliter DEO propicio conseruetur. Quæ enim obseruationis reuerentia à posteris exhibebitur, si ab ijs primum lex, à quibus constituta est, violatur?

Cæsarius episcopus subscripsit.
Cyprianus episcopus subscripsit.
Constantius episcopus subscripsit.
Porcianus episcopus subscripsit.
Gallicanus episcopus subscripsit.
Aletius episcopus subscripsit.
Heraclius episcopus subscripsit.
Principius episcopus subscripsit.
Contumeliosus episcopus subscripsit.
Iulianus episcopus subscripsit.
¶ Philagrius episcopus subscripsit.
Eucherius episcopus subscripsit.
Prosper episcopus subscripsit.
Oranius episcopus subscripsit.
¶ Lupercianus episcopus subscripsit.
Vindemialis episcopus subscripsit.

¶ Capentoraest Concilij Finis.

PPP 3 CON-

CONCILIVM ARELAE

TENSE TERTIVM CIRCA TEMPORA LEONIS
papę celebratum. Estq; prouinciale.

TITVLI CANONVM SEV CAPITV-
lulorum huius cõcilij.

Vt diacones ante 25 annos, & sacerdos ante
30 non ordinetur. 1

Vt laicus ante annum conuersionis non ordi-
netur. 2

Vt digami, vel pœnitentes, vel repudiatarum
mariti, ad sacerdotiũ non prouehantur. 3

Vt qui clericum alienum defendere nititur,
communione priuetur. 4

Concilium arelaten tertium, 14. episco-
porum, æra 461, Marciano Augusto,
Opilione & Vincomalo consulibus, 8. Idus
Iulij. Quum in voluntate Dei ad dedicati-
onem basilicę sanctę Marię in arelaten ciui-
te sacerdotes Domini conuenissent, congru-
um eis & rationabile visum est, vt primũ
de obseruandis canonibus, attentissima soli-
tudine pertractantes, qualiter ab ipsis ec-
clesiasticę regulę seruarentur, salubri consi-
lio definirent.

CAPITVLVM I.

Et quia in ordinandis clericis, antiquorũ
patrum statuta non ad integrum (sicut expedi-
dit) obseruata esse cognoscuntur, nõ fortẽ
quorumcunque importunis & inordinatis
precibus, sacerdotes Domini fatigetur, & ea
quę totiẽs sunt p̄cepta, transgredi compellat-
ur: hoc inter se obseruandum esse defini-
unt, vt nullus episcoporum, diaconum, ante-
quam 25 annos impleat, ordinare p̄sumat:
episcopatus verò vel presbyterij honorem,
nullus laicus ante p̄missam anni conuerti-
onem, vel ante 30 annos ætatis accipiat.

2 Et licet de laicis prolixiora tempora an-
tiqui patres ordinauerint obseruanda, tamẽ
quia accrescunt numeri ecclesiarum, neces-
sẽ est nobis plures clericos ordinare: hoc in-
ter nos sinẽ p̄iudicio duntaxat canonum
conuenit constituere antiquorum, vt nullus
metropolitanorum cuiusque laico digni-
tatem episcopatus tribuat. Sed nec reliqui
pontifices presbyterij vel diaconatus hono-
rem conferre p̄sumant, nisi anno integro
fuerit ab eis p̄missa conuersio.

3 Nullus pœnitentem, nullus digamũ, nul-
lus viduarum maritos, in p̄dictis honori-
bus audeat ordinare. Et licet hoc iam propẽ
omnium canonum instituta contineant, ta-
men nõ cuiquam sacerdotum supplicantium
(sicut iam diximus) importunitas vel sugge-
stio iniqua subrepat, nõsẽ fuit, vt nunc se-
uēriorem regulam sibi velint Domini sacer-
dotis imponere. Et idẽ quicumque ab hac
die contra ea, quę superius sunt compræhẽ-
sa, clericũ ordinare p̄sumperit, ab ea die,
qua ei potuerit hoc approbari, anno integro

*crescente
numero

*maritos
vel corpore
vitiatos,
Di. 55. Nul-
lũ pœnitentem

Missas facere non p̄sumat. Quam rem si q̄s
obseruare noluerit, & contra confessum fra-
trum faciens, Missas celebrare p̄sumperit,
ab omnium fratrum charitate nouerit se
alienum: quia dignum est, vt seueritatem ec-
clesiasticę disciplinę sentiat, qui toties salu-
briter à sanctis patribus instituta, obseruare
contemnit.

4 Et si fortẽ aliquis clericorum, regulam
disciplinę ecclesiasticę subterfugiens, fuerit
euagatus, quicumque eum susceperit, & nõ
solum pontifici suo non reconciliauerit, sed
magis defensare p̄sumperit, ecclesię com-
munionem priuetur.

Cæsarius in Christi nomine episcopus, di-
finitionem hanc sanctorum fratrum meorũ
vel meam, relegi & subscripsi. Contumelio-
sus episcopus, cõfessi, & subscripsi. Philagri-
us episcopus subscripsi. Prætextatus episco-
pus subscripsi. Maximus episcopus subscri-
psi. Iulianus episcopus subscripsi. Floren-
tius episcopus subscripsi. Cyprianus epi-
scopus subscripsi. Cælestinus episcopus sub-
scripsi. *Proitianus episcopus subscripsi. *Porcianus
Eucherius episcopus subscripsi. Cataphro-
nius presbyter directus à dominis meis Agri-
cio & Seuero episcopis, subscripsi. Deside-
rius presbyter directus à domino meo Ioan-
ne episcopo, cõfessi & subscripsi. Leontius
presbyter directus à domino meo Constanti-
no episcopo, subscripsi. Ego *Meterius di-
rectus à domino meo Galliano episcopo, cõ-
fessi & subscripsi. *Emerius

EX GRATIANI DECRETO,

accertis alijs, in quibus ponuntur
certa decreta sub titulo Are-
lateñ concilij.

¶ Ex concilio 3. arelaten, secun-
dum Gratianum.

Præterea placuit, vt deinceps nõ ordinen-
tur diaconi coniugati, nisi prius conuersio-
nis proposito confessi fuerint castitatem.

Et nota quod sententialiter hac capitulum est in
tertio isto concilio, capitulo secundo, vbi dicit, Sed
nec reliqui &c. Et in capite secundo concilij Arela-
ten secundi.

¶ Secundũ decre. Inonis ex concil. 3. arelaten
cap. 3. sed non inuenitur.

Energumeni non solum assumendi non
sunt ad clerum, sed inuenti, ab officio remo-
uendi.

¶ Ex conc. 3. arelaten secundum Gratianũ.

Hos qui fratribus suis capitalia crimina
obiecisse conuicti fuerint, placuit, vsque ad
exitum nõ communicare, nisi digna satisfac-
tione pœniterint.

Nota, quod hoc decreti capitulũ legitur in Primo
concilio sententialiter, & verbis mutatis, cap. 24.

¶ Ex

¶ Ex arelaten concilio, iuxta Gratianum,
non tamen ponit, quoto.

18. q. 2. Mo-
nasteria, vel
monachorũ
Monasteria vel monachorum disciplina,
ad eum pertineat episcopũ, in cuius sunt ter-
ritorio constituta.

¶ Ex arelaten. conc. cap. 6. vt supra.

20. cõ. dif. 2.
qui nõ ben.
Et in decr.
Inon. lib. 1.
Qui non benẽ custodierit sacrificium, &
mus vel aliud animal comederit il-
lud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem
perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceci-
derit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœ-
niteat.

¶ Ex arelaten. concilij cap. 7. vt supra.

27. q. 1. Scie-
dũ est oib.
Et in decr.
Inon. lib. 3.
Sciendum est omnibus, quod Deo sacra-
rum sœminarum corpora, per votũ propria
sponsionis, & verba sacerdotis, Deo conse-
crata templa esse, scripturarum testimonijs
comprobantur. Et idẽ violatores earum,
sacilegi ac iuxta Apostolum filij perditionis
essentoscuntur.

¶ Ex arelaten concilio, iuxta alios decretorum
libros ex Gaudaio habitos, & vetustos in mo-
nasterio sancti Bauonis.

Titul. vt ordinatus quisque in illis permaneat,
vbi ordinatus est, locis.

De his, qui in quibuscunq; locis ordinati
fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

Nota, quod hoc capitulum legitur sententialiter
certis verbis mutatis in primo concilio arelaten,
cap. 22.

¶ Ex vbi supra Tit. De vita clericorum.

Prouidendum necesse est vniciq; episco-
po, qualiter canonici viuere debeant, nec nõ
& monachi secundum ordinem canonicum
vel regularem viuere studeant, vt ait aposto-
lus: Vnusquisque in qua uocatione uocatus
est, in ea permaneat.

¶ Ex vbi supra Tit. vt episcopi prouideant, quid
presbyteri dominicis suis faciant.

Vt episcopi prouideant, quem honorem
presbyteri pro suis ecclesijs facere debeant.

¶ Ex vbi supra Tit. De his, qui vanitates in ex-
cubijs funeralibus exercuerint.

Laici, qui excubias funeris obseruat, cum

timore & terrore & reuerentia hoc faciant.
Nullus ibi diabolica carmina p̄sumat can-
tare, nec ioca, nec saltationes facere, quæ Pa-
gani, docente diabolo, adinuenerunt. Quis
enim nesciat diabolicum esse, & non solum
à religione Christiana alienum, sed etiã hu-
manę naturę esse contrarium, ibi letari, can-
tare, inebriari, & cachinnis ora dissolui, &
omni pietate & affectu charitatis postposito,
quasi de fraterna morte exultare, vbi luctus
& planctus flebilibus uocibus debuerit re-
sonare, pro amissione chari fratris? Patres si-
quidem veteris & noui testamenti, mortẽs
sanctorum virorum legimus multis in locis
cum fletu deplorãsse, in nullo autem loco de
illis, qui à seculo discesserant, exultãsse. Nam
& Iacob patriarcham tota fleuit Aegyptus
septuaginta diebus. Et Ioseph & fratres eius,
cum patrem deferrẽt in terram Chanaan ad
sepeliendum, celebrantes exequias ad aream
*Azad, quæ sita est trans Iordanem, planctu
magno atq; vehemēti impleuerunt septem
dies. Tantus autem fuit planctus, vt locus in-
dẽ nomen accepit. Et de beato Stephano
legimus, quod sepeliẽrunt eum siue curauẽ-
runt viri timorati, & fecerunt planctum ma-
gnum super eum. Et idẽ talis inepta lętitia
& pestifera cantica, ex autoritate interdici-
da sunt. Si quis autem cantare desiderat, Ky-
rie eleison cãtet. Si autem aliter, omninõ ta-
ceat. Si autem tacere non vult, in crastino à
presbytero taliter coërceatur, vt alij timeãt.

¶ Ex concilio arelaten. 4. aut 5.

Vidua, si priusquam continentiam profi-
tentur, nubere elegerunt, illis nubant, quos
propria voluntate velint habere maritos. Si-
militer hæc conditio & de virginibus habe-
atur. Nec extra voluntatem parentum cogã-
tur accipere maritum.

¶ Ex concilio arelaten. 4. aut 5. ca. 6.

Nullum sinẽ dote fiat coniugium. Iuxta
possibilitatem fiat dos. Nẽ sinẽ publicis nu-
ptijs quisquam nubere, vel vxorem ducere
p̄sumat.

EPISTOLAE LEONIS

PAPAE PRIMI ET DECRETA.

EPISTOLA I.

Capitulorum sequentis epistolę, tituli.
Vt nullus episcopus seruum alterius ad offi-
cium clericatus promoueat.

1 Vt quicumque ad sacerdotium, vel viduarũ
mariti, vel habentes numerosa coniugia,
promoti fuerint, ab ecclesiasticis officijs
arceantur.

2 Quod vsuras, non solum clerici exigere non
debeant, sed nec laici.

3 Vt clericus nec suo, nec alieno nomine scen-
ererceat.

4 Vt, si quis sacerdotum contra interdicta fe-
cerit, à suo submoueatur officio.

5 Capitulum I.



Eo episcopus vrbis Romę,
vniuersis episcopis per Cã-
paniam, Picenum, Tusciã,
& vniuersas puincias con-
stitutis, in Domino salutẽ.
Vt nobis gratulationem
facit ecclesiarum status, sa-
lubri dispositione compositus, itã non leui
nos mœrore contristat, quoties aliqua con-
tra statuta canonum, ecclesiasticamq; disci-
plinam p̄sumpta vel commissa cognosci-
mus: quæ si non qua debemus vigilantia re-
secemus, illi, qui nos speculatores esse voluit
excusare non possumus, permittẽtes syncerũ
corpus ecclesię, quod ab omni macula purũ
custo-

Idẽ in epist.
Damasi ppi.

Ezech. 3. d
& 33. b

Di. 54. Admittuntur

custodire debemus, ambientium improba- ba contagione fœdari, quum sibi membro- rum per dissimulationem compago non cõ- gruat. Admittitur passim ad ordinem sacrũ, quibus nulla natalium, nulla morum digni- tas suffragatur: & qui à dominis suis liberta- tem consequi minimè potuerunt, ad fastigi- um sacerdotij, tanquàm ferulis vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur: & pro- bari Deo posse credi, qui domino suo nec- dum probare se potuit. Duplex itaq; in hac parte reatus est, quod & sacrum ministerium talis confortij vilitate polluitur, & domino- rum, quantum ad illicitã vsurpationis tem- eritatem pertinet, iura soluuntur. Ab his itaq;, fratres charissimi, omnes vestræ provincie abstineant sacerdotes, & non tantum ab his, sed & ab illis etiã, qui origini, aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi fortè eorum petitio aut voluntas ac- cesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant po- testatis. Debet em̃ esse immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ fuerit aggregãtus, vt à castris dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

Ididem.

1. Tim. 3. a Leuit. 21. c

2 Qualis verò vniciue natalium honestas & morũ esse debeat, qui sacri altaris ministerio est sociãdus, & Apostolo nos docete, & diuina præceptione didicimus, & cano- num regulis, à quibus plerosque fratrum declinãsse & penitus deuiãsse reperim⁹, admo- nemur. Nam constat ad sacerdotium perue- nisse viduarum maritos, quosdam etiã, quibus fuerint numerosa coniugia, & ad omnẽ licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permisso, contra illam B. Apostoli vocem, qua talibus exclamat, dicens: Vnus vxoris virum. Et contra illud antiquæ legis præceptum, quo dicitur & cauetur: Sacerdos virginem vxorẽ accipiat, non viduam, non repudiatam. Hos ergo, quicumque tales admisi sunt, ab eccle- siasticis officijs, & à sacerdotali nomine, apo- stolicę sedis auctoritate iubem⁹ arceri, (Nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vendicare, cuius capaces, per hoc quod illis obstit- terat, non fuerunt) huius discussionis curam nobis specialiter vendicantes, vt, si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, nè liceat vltra committi, & nè qua excusatio de ignoratione nascatur, quanquã ignorare nõquã licuerit sacerdotem, quod canonũ fuerit regulis definitũ. Hęc ergo ad prouin- cias vestras, per Innocentium, Legitimum & Segetiũ, fratres & coepiscopos nostros, scri- pta direximus, vt quę malè pullulãsse noscũ- tur, radicibus euellantur, & messem Domini- cam zizania nulla corrumpant. Itã enim fructum vberem, quæ sunt sincera, præstabant, si ea quæ natam fegetem enecare consueue- runt, diligentius amputentur.

Ibidem.

14 q. 4. Nec 3 Nec hoc quoquẽ prætereundum esse du- hoc prætereũ. ximus, quosdam, lucri turpis cupiditate ca-

ptos, vsurariã exercere pecuniam, & scœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupi- unt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt ois peccandi opportunità adimatur.

Di. 46. Sic ut non suo.

4 Illud etiã duximus præmonendum, vt sicut non suo, itã nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere scœnus attinet. In decẽs enim est, crimen suum commodis alienis im- pendere. Scœnus autem hoc solum adspicere & exercere debemus, vt, quod hęc misericor- diter tribuimus, ab eo Domino, qui multi- pliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

5 Hoc itaque admonitio nostra denũciat, quod, si quis fratrum contra hęc constituta venerit, vel venire tentauerit, & phibita fue- rit ausus admittere, à suo se nouerit officio submouendum, nec eum communionis nos- træ futurum esse confortem, qui focus esse noluit disciplinæ. Nè quid verò sit, quod p- termissum à nobis fortè credatur, omnia de- cretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quã omnium decessorum nos- trorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonũ promulgata sunt disciplinis, itã ve- stram dilectionem custodire debere manda- mus, vt si quis illa contempserit, veniam si- bi deinceps nouerit denegari. Data sexto Id⁹ Octobris, Maximo 2. & Paterno viris clariss. col.

Dist. 19. Si Roma. pon. quibus ad h.

in illa com miserit,

EPISTOLA II. EIVSDEM AD episcopos per Italiam, quod plurimi Manichæorum vigilantia ipsius papæ Leonis, in vrbe Roma detecti sunt.

Leo Episcopus vrbis Romane, omnibus Episcopis per Italiam constituitis.

IN confortium vos nostrę sollicitudinis, di- lectissimi fratres, aduocamus, vt vigilan- tia pastoralis, nè quid diabolica licere possit astutiæ, commissis vobis gregibus diligentius consulatis, nè is, qui domini misericordia reuelante per nostram curam à nostris ouib⁹ morbus abijcitur, necdum vobis præmoni- tis, & adhuc quid agatur ignaris, per vestras se dispergat ecclesias, & suarum furtim cuni- culos inueniat latebrarum, nè quod à nobis in vrbe extinguitur, tenebrosus apud vos ra- dicibus seminetur. Plurimos impietatis Ma- nichæ sequaces & doctores in vrbe inuesti- gatio nostra reperit, vigilãtia diuulgauit, au- thoritas & censura coërcuit: quos potuimus emendare, correximus, & vt damnarent Ma- nichæum cum prædicationibus & disciplinis suis, publica in ecclesia professiõe, & manũ suã subscriptione compulimus, & itã de vo- ragine impietatis suæ confessos, penitentiam concedendo, leuauimus. Aliquãti verò, qui itã se demerserunt, vt nullum his auxili- antis

*tenerent,

antis posset remedium subuenire, subditi le- gibus, secundum Christianorum principum constituta, nè sanctum gregem sua contagi- one polluerent, per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia, quæ tam in scripturis, quã in occultis traditionibus suis habent, pphana vel turpia, vt nõsset po- pulus, quid refugeret aut vitaret, oculis Chri- stianæ plebis certa manifestatione probaui- mus: ad eò, vt ipse qui eorum dicebatur epi- scopus, à nobis tentus, proderet flagitiosa, in suis mysticis quæ teneret, sicut gestorũ vos series potest edocere. Ad instructionẽ enim vestram etiã ipsa direximus: quibus lectis, omnia quæ à nobis deprehensa sunt, nõsset poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, nè absoluerentur, arctior reatus inuoluerat, cognoiuimus aufugisse: hęc ad dilectionem ve- stram epistolam misimus per acolythum no- strum, vt effecta certior sanctitas vestra, soli- citius agere dignetur & cautiùs, necubi Ma- nichæ perueritatis homines plebes vestras facultatẽ lædendi, & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis com- missos regere nõ possumus, nisi eos, qui sunt perditores & perdit, zelo fidei Dominicæ persequamur, & à sanis mentibus, nè pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possu- mus, abscindamus. Vndè hortor dilectionẽ vestram, obtestor, & moneo, vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuesti- gandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Vt enim habeat à Deo ingens remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis, pfi- ciat, fuerit executus, itã ante tribunal Domi- ni, de reatu negligentie se non poterit ex- cusare, quicunque plebem suam, contra sa- crilegæ persuasionis auctores, noluerit cus- todire. Data tertio Kalen. Februarij, Theo- dosio 18. & Albino viris clariss. consulib.

*Ianuarium

EPISTOLA EIVSDEM AD *IV- lianum episcopum Aquileiẽ, quod omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholica de- ferens, hereticę communioni se miscuerit, & ad Ecclesiam conuersus fuerit, in eo gradu, quo erat, sine promo- tione remaneat.

EPISTOLA III.

*Ianuario

LEO Episcopus vrbis Romæ, *Iuliano Aquileiẽ episcopo. Lectis fraternitatis tuę literis, vigorem fidei tuę, quem olim no- ueramus, agnouimus, congratulantes tibi, quod ad cultodiam gregũ Christi, pastoralẽ curam vigilanter exequeris, nè lupi, qui sub specie ouium subintrãrunt, bestiali sauitia simplices quosque dilacerent: & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiã ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quod nè vi- pereã possit obtinere fallacia, dilectionẽ tuã duximus commonendã, insinuantes, ad ani- mæ periculum pertinere, si quisquam de his,

Math. 7. c

1. q. 1. Si quis hereticæ.

qui à nobis in hæreticorum atq; schismati- corum sectã delapsus est, & se vt cunquẽ he- reticę communionis contagione macularit, respiciens, in communionẽ catholicã sine professiõe legitimæ satisfactiõis habeatur. Saluberrimum enim & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum est, vt sine presbyteri, siue diaconi, siue subdiaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volũt, atque ad catholicã fidem, quã iam pridẽ amiserant, rursum reuerti ambiunt: priùs errorem suum, & ipsos erroris auctores, dãnari à se, sine ambiguitate fateãtur, vt sensibus prauis etiã peremptis, nulla sperãdi super- sit occasio, nè vllum membrũ talium possit societate violari, quum per omnia illis pro- fessio propria cœperit obuiare. Circa quos etiã illam canonum constitutionem præci- pimus custodiri, vt in magno habeant bene- ficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, perpetua stabi- litate permaneant, si tamẽ iteratã transgressionis sacrilegio non fuerint maculari. Non leuem enim apud Deum noxam incurrit, qui deta- libus ad sacros ordines promouendam ali- quem iudicãrit. Quod si cum grandi exami- natione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis. Pro- indè dilectio tua, cuius deuotione gaudem⁹, iungat curam suam dispositionibus nostris, & det operam, vt circumspectè atq; velociter impleantur, quę ad totius ecclesię incolumi- tatẽ & laudabiliter suggesta sunt, & salubri- ter ordinata. Non autẽ dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fue- rint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius cõmo- uendos: quia inferiorum ordinum culpe, ad nullos magis referendẽ sunt, quã ad desides negligentesq; rectores, qui multam sepẽ nu- triunt pestilentiam, dum necessariam diffi- mulant adhibere medicinã. Data pridẽ Ka- len. Iulij, Alypio & Ardabure viris clarissimis consulibus.

1. q. 7. Salu- berrimum. 1. q. 3. Omnis cuiuslibet. Et cap. Si qd heret. Et in de. luo. li. 3.

Dist. 86. Ina- feriorũ cul.

EPISTOLA III. EIVSDEM, Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Quod prohibeatur, in die Epiphaniæ bap- tismum celebrari. 1 Quod cuncta nobis per ordinem rerum, per incarnationem Domini nostri salutis sa- cramenta digesta sunt. 2 Quod in baptismo mors proueniat interfe- ctione peccati, & sepulturam triduanam imitetur trina demersio, & ab aquis eleua- tio, sit velut resurrectio de sepulcro. 3 Quod beatus apostolus Petrus in die Pente- costes virorum tria millia baptizauerit. 4 Quod hæc duo tempora, id est, Pascha & Pẽ- tecoste, à Romanis pontificibus ad bap- tizandum præfixa sunt. 5 Quod omni tempore hi, qui necessitate mortis vrgentur, id est, ægritudinis, obfi- dionis

dionis,persequutionis,naufrajij, debeat baptizari. 6
Vt de Sicilia terni semper annis singulis, de episcopis ad diem tertium Kalendarum Octobrium,Romam sociadi synodo indiffimulanter occurrant. 7

Leo episcopus vniuersis episcopis per Siciliam constitutis.
Diuinis praecptis & apostolicis monitis incitatur, vt pro omium ecclesiarum statu, impigro vigilem affectu, ac si quid vsquam reprehensionem inueniatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut a presumptionis vsurpatione reuocem. Mente enim Dominicae vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticae sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum diligit, pascat: ipse sedis, cui per abundantiam diuinae gratiae praefumus, reuerentia cohortamur, vt periculum desideriae, quantum possumus, declinem: ne professio summi Apostoli, qua se amato rem Domini esse testat est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens toties commendatum Dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

CAPITVLVM I.

Quum ergo mihi, de charitatis vestrae actibus fraterna affectione sollicito, certis indicijis innotuerit, vos in eo, quod inter sacramenta Ecclesiae principale est, ab Apostolica institutione consuetudine discrepare, ita vt baptismi sacramentum numerosius in die epiphaniae, quam paschali tempore celebretis: miror, vos vel praecessores vestros, tam irrati onabilem nouitatem vsurpare potuisse, vt confuso temporis vtriusque mysterio, nullam esse differentiam crederetis inter diem, quo adoratus est Christus a Magis, & diem quo resurrexit a mortuis. Quam culpam nullo modo potuisset incidere, si vnde consecrationem honoris accepisset, inde legem totius obseruantiae sumeretis: & beati Petri apostoli sedes, quae vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticae magistra rationis. A cuius vos regulis recessisse, minore posset aequanimitate tolerari, si aliqua commonitionis nostrae increpatio praecessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, mansuetudo seruanda est. Et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio, quae praetedit incertiam: malum tamen & censuram necessarium temperare, & ratione vos apertissime veritatis instruere.

2 Semper quidem in aeterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter praordinata reparatio, sed ordo rerum, per Iesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum, in incarnatione verbi sumplit exordium. Vnde aliud tempus est, quo, annunciente angelo, beata virgo Maria fecundanda se per spiritum sanctum cre-

didit, & concepit: aliud, quo, salua integritate virginea, puer editus, exultate gaudio celestium ministrorum, pastoribus indicatur: aliud, quo infans circumciditur: aliud, quo hostia pro eo legalis offertur: aliud, quo tres Magi, claritate noui sideris incitati, in Bethlehem ab Oriente perueniunt, & adoratum paruulum mystica munerum oblatione venerantur. Nec iidem sunt dies quibus impio Herodi, ordinata diuinitus in Aegyptu trans latione subtrahitur, vel quibus ab Aegypto in Galilaeam, persequutore mortuo, reuocatus est. Inter has autem dispensationum varietates, accedunt augmenta corporea, crescit Dominus (sicut Euangelista testatur) profectibus aetatis & gratiae: per dies Paschae in templum Hierusalem cum parentibus venit: & quum abesset a societate redeuntium, sedens cum senioribus, & inter admirantes magistros disputans inuenitur: rationemque remansiois suae reddens, Quid est, inquit, quod me quarebatis? nesciebatis, quod in his, quae patris mei sunt, oportet me esse? significans, eius se esse filium, cui esset & templum. Iam vero quum in annis maioribus apertius declarandus, baptismum praecursoris sui Iohannis expetit, quid deitatis eius remansit ambiguum, quando baptizato Domino Iesu, spiritum sanctum in columbae specie super eum descendit & mansit, audita de caelis patris voce, dicentis: Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui? Quae omnia ideò, quanta potuimus breuitate, perstrinximus, vt notum sit dilectioni vestrae, dies vniuersos Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus, & in cunctis eius actionibus sacramentorum mysteria coruscasse: sed aliter quaeque signis denunciarum, aliter rebus impleri: nec quaecumque numerantur in operibus saluatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nam si etiam illa, quae post beati Iohannis lauacrum a Domino gesta cognouimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia spiritus sapientiae & intellectus ita apostolos & totius ecclesiae erudit magistros, vt in Christiana obseruantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernendae sunt causae solennitatum, & in omnibus institutis patrum principumque nostrorum, rationabilis seruanda distinctio, quia non aliter vnus grex & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, Id ipsum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia.

3 Quauis ergo & illa quae ad humilitatem, & illa quae ad gloriam pertinent Christi, in vnam concurrant eandemque personam totumque; quicquid in illo & virtutis diuinae est, & infirmitatis humanae, ad nostrae reparationis tendat effectum, proprie tamen in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia baptismatis nouam creaturam cre-

25. q. 1. Diuini
nis pceptis.

Ioan. 21. e

Luc. 2. a b c

Matth. 2. a

Matth. 2. c d

Luc. 2. f g

Matth. 3. d

Luc. 3. c

1. Cor. 1. b

De cõf. di. 4.
Proprie in
morte.

Luc. 1. d

Roma. 6. a

Math. 28. d

Ioan. 14. b

Ioan. 14. d

Ioan. 16. c

Ioan. 14. a

condit ex veteri, vt in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente beato apostolo Paulo: An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo IESU, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et cetera, quae latius magister gentium, ad commendandum sacramentum baptismatis, disputauit, vt appareret, ex huius doctrinae spiritu regenerandi filijs hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse & illud tempus electum, in quo, per similitudinem formaeque mysterij, ea quae geruntur in membris, his quae in ipso sunt capite gesta, congruerent, dum in baptismatis regula, & mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio: & ab aquis eleuatio, resurgens in stam est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet, celebrare generaliter gratiae esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Iesus Christus, postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum praesules docebantur, & formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. De quo vti que eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur sane huic obseruantiae etiam Pentecostes ex aduentu spiritus sancti sacra solennitas, quae de Paschalis festi pertinet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant, haec semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiae manus, & eos, quos ad die Paschae aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, inuitans, vt quibuslibet necessitatibus impediti, desiderij sui effectum dono spiritus sancti consequantur. Ipse enim vnigenitus Dei, in fide creditum & in virtute operum, nullam inter se & spiritum sanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura, dicens: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in aeternum, spiritum veritatis. Et iterum: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vniuersa, quaecumque dixi vobis. Et iterum: Cum venerit ille spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Cum itaque veritas Christus sit, & spiritus veritatis, spiritus sanctus, nomenque paracleti vtrique sit proprium, non dissimile est testum, vbi vnus est sacramentum.

III Hoc autem nos, non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate seruare, satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum apostolum Petrum, qui in ipso die, quo omnem credentium numerum, promissus spiritus sancti repleuit aduentus, trium millium populum, sua praedicatione conuersum, lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura, quae Apostolorum actus continet, fidei historia docet, dicens: His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos: Poenitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine IESU CHRISTI, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim repromissio est, & filijs vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscumque aduocauerit Dominus DEVS noster. Alijs etiam verbis pluribus testificatus, exhorrabatur eos, dicens: Saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositae sunt in illa die animae circiter tria millia.

V Vnde quia manifestissime patet, baptizandis in ecclesia electis, haec duo tempora (de quibus loquuti sumus) esse legitima, dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruantiae miscatis.

VI Quia etiam sunt alia quoque festa, quibus multa in honorem DEI reuerentia debeat, principalis tamen & maximi sacramenti custodienda nobis est mysticae rationis exceptio, non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subuenitur. Ita enim ad has duas festiuitates, connexas sibi atque cognatas, incolumium & in pacis securitate degentium, libera vota differimus, vt in mortis periculo, in obsequio discrimine, in persecutiois angustijs, in timore naufragij, nullo tempore, hoc vere salutis singulare praesidium cuiquam denegemus. Si quis autem Epiphaniae festiuitate, quae in suo ordine, debito honore veneranda est, ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Iohannis accesserit, sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem: nec ad eandem pertinuisse virtutem, quae per spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt. Dominus enim nullius indiget remissione peccati, nec querens remedium renascendi, sic voluit baptizari, quomodo voluit circumcidi, hostiamque pro se emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere, (sicut Apostolus ait) fieret & sub lege, quam non venerat soluere, sed adimplere, & implendo finire, sicut beatus Apostolus praedicat, dicens: Finis autem

De cõf. di. 4.
Proprie in
morte.

Act. 2. f

De cõf. di. 4.
Duo tempora.

mystica &
rõnabilis

De cõf. di. 4.
Si q necesse
fit.

Ibid. Si quis
autem episcopus
in dec.
Iuo. 1. b. t.

Ioan. 1.

Matth. 3. d

Luc. 3. c

Luc. 2. c. d

Galat. 4. a

Matth. 5. b

Rom. 10. a

tem legis Christus ad iustitiam omni creden-
ti. Baptismi autē sui in se condidit sacramē-
tum, quia in omnibus primatū tenens, se do-
cuit esse principium. Et tunc regenerationis
potentiam sanxit, quādd de latere ipsius p-
fluxerunt sanguis redemptionis & aqua ba-
ptismatis. Sicut ergo vetus testamentū noui
testificatio fuit, & lex per Moſen data est, gra-
tia autem & veritas per Iesum Christum fa-
cta est: sic diuerſa sacrificia vnam hostiam p-
formarunt, & multorum agnorum occiſio,
illius immolatione finita est, de quo dicitur:
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
mundi. Sic & Iohānes, nō Christus, sed Chri-
sti praeuius, non sponſus, sed sponſi amicus,
fuit adeo fidelis, & non sua quarens, sed que
Iesu Christi, vt se profiteretur, ad soluenda
calceamenta pedum eius indignum: quo-
niam ipse quidem baptizaret in aqua in pœ-
nitentiam, ille autē baptizaturus esset in spi-
ritu sancto & igni, qui duplici potestate & vi-
tam redderet, & peccata cōſumeret. His itaq;
fratres charissimi talibus ac tantis existenti-
bus documentis, quibus, omni ambiguitate
submota, euidenter agnoſcitis, in baptizan-
dis electis, qui secundum apostolicam regu-
lam, & exorcismis scrutādi, & ieiunijs sancti-
ficandi, & frequentibus sunt prædicationib;
imbuendi, duo tantum tēpora, id est, pascha
& Pentecosten, esse seruanda: hoc vestrae in-
dicimus charitati, vt ab apostolicis institutis
nullo vltiū recedatis excessu. Quia inultū
post hæc esse non poterit, si quisquam apo-
stolicas regulas in aliquo crediderit negli-
gendas.

7 Quare illud primitus pro custodia cō-
cordissimæ vnitatis exigimus, vt quia salu-
berrimè a sanctis patribus constitutum est,
binos in annis singulis episcoporum debere
esse conuentus, terni semper ex vobis ad diē
tertium Kalendarum Octobrium Romam,
fraternali concilio indissimulanter concu-
rant: quod vtique laboriosum non est, si vi-
cissim inter vos hæc consuetudo seruetur.
Quoniam adiuuante gratia Dei, facilius po-
terit prouideri, vt in ecclesijs Christi nulla
scandala, nulli nascantur errores, quum co-
ram beatissimo Apostolo Petro id semper in
commune tractatum fuerit, vt omnia insti-
tuta, canonumq; decreta apud omnes Do-
mini sacerdotes inuiolata permanant. Hæc
autem quæ inſpirante Domino, vobis inſi-
nuanda credidimus, per fratres & coepisco-
pos nostros, Bachillum atq; Paschatinū, ad
vestram volumus notitiam peruenire. Qui-
bus referentibus, cognoscamus, quā reue-
renter à nobis Apostolicæ sedis statuta ser-
uentur. Data duodecimo Kalendas Nouem-
bris, Alypio & Ardabure viris clarissimis cō-
sulibus.

EPISTOLA V. EIVSDEM AD
Dorum Beneuentanum episcopum,

Dilectissimo fratri doro Leo episcopus.
Iudicium, quod de te sperabamus, do-
lemus esse frustratum, quando ea te commi-
sisse perspiciamus, quæ omnem ecclesiasticæ
sanctionis regulam culpabili nouitate feda-
rent, cum plenissimè noueris, quanta solici-
tudine per omnes Domini ecclesias paterno-
rum velimus canonum præcepta seruari, &
hanc maximè curam ad sacerdotes vniuersa-
rum plebium pertinere, vt sanctarum consli-
tutionum regulæ nullis corrumpantur ex-
cessibus. Vndè miramur te, quem authorita-
tum Apostolicæ sedis obseruatissimum esse
conuenerat, tam negligenter ac potius inſo-
lenter egisse, vt traditarum tibi legum nō cu-
stos, sed transgressor existeres. Libello etenim
Pauli presbyteri tui, qui in subditis habetur,
cognouimus, apud te nouo ambitu, fædoq;
colludio presbyterij ordinē fuisse turbatū,
itā vt vnus festina & immatura prouectio,
quædam eorum deiectio facta sit, quorum
honorem ætas commendabat, & nulla culpa
minuebat. Quod si ambigenti intentio, aut
imperita fauētium studia id, quod nūquam
habuit consuetudo, poscebant, vt incipiens
emeritis, & nouellus præferret antiquis: tuæ
fuerat industriæ atq; doctrinæ, vt iniuste pe-
tentiu desideria rationabili authoritate co-
hiberes, nē quæ in sacerdotali prope re pro-
uehebas honore, ad iniuriam eorum, quibus
sociabatur, inciperet, minorq; se fieret, dum
in illo nō humilitatis virtus, sed elationis vi-
tium roboraretur. Neq; enim ignorabas di-
xisse Dominum, quod qui se humiliat, exal-
tabitur: q; verò se exaltat, humiliabitur. Vos
autem queritis de pusillo crescere, & de ho-
nore maiores esse. Vtrunq; enim inordina-
tum, vtrunq; præposterum est: & omnis la-
borum fructus aufertur, omnis meritorum
mensura vacuatur, si tantum quis assequitur
dignitatis, quantum adulationis obtinuit,
vt cupiditas eminen di non solum superbien-
tem minuatur, sed etiā conuiuentem. Si ve-
rò (vt asseritur) primi, secundiq; presbyteri,
circa Episcopium sibi met præponendū, tam
huic assentatio fuit, vt illum cū suis dedeco-
re poscerent honorari: nec hoc quidem illis,
proprio se iudicio deicientibus tribui de-
buit quod volebant, cui tam miseræ volun-
tati te digniū fuerat obuiare, quā cedere.
Deformis autem & ignaua subiectio benè si-
bi conscijs, & non irritam faciētibus gratiam
Dei, præiudicare nō potuit, vt primatus suos
quocunq; commercio in alterutrum trāsfe-
rentes, subsequentiū suorum minuere dignitatem:
& quem vltimum sibi antepo-
suerant, ceteris præmererent. Prædicti igitur
presbyteri, qui indignos se honoris sui ordi-
ne sunt professi, licet priuari etiā sacerdo-
tio mererentur, tamen vt eis pro Apostolica
sedis pietate parcatur, vltimi inter omnes ec-
clesiæ presbyteros habeantur. Et vt iudicij sui
sententiam ferant, inferiores etiā illo erūt,
quem

Ioan. 19. f

Ioan. 1. b.

Ioan. 3. d

Matt. 3. c
Luc. 3. c. d

In dec. Iuo.
lib. 1.

De cō. dif. 4.
Duo autem
tempora.

Nic. cōc. c. 5.

* Vacillum

Lu. 14. c. 18. c

* sed q; vlti-
mum sibi an-
teposuerat,
hi tñ ceteris
non præ-
minerent.

Matth. 7. a
Marc. 4. c

* iij. Idus

* literis

* prauitate
vel impor-
tunitate

quæ ppria sentētia sibi met prætulere, ceteris
omnibus presbyteris in eo ordine permanēti-
bus, quæ vnicuiq; ordinationis suæ tēpus as-
scripsit. Nec quisquā, pter p̄dictos duos, im-
minutæ dignitatis patiat iniuriā: sed in eorū
statum tantummodò hoc recurrat opprobri-
um, qui nouello & immaturè ordinato infe-
riores fieri delegerunt, vt illam euangelicam
sententiam ad se, sentiant pertinere, qua dicitur:
Quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur
de vobis: & qua mēſura mensuraueritis, eadē
remetietur vobis. Paulus verò presbyter ordi-
nem suum, de quo laudabili firmitate non
cessit, obtineat. Nec vltiū aliquid in cuius-
quā p̄sumatur iniuriam, itā vt dilectio tua,
quam non immeritò tota facti huius pulsat
inuidia, hoc saltem remedio curare se, p̄-
petret, vt sine dissimulatione hæc quæ deterni-
mus, tradantur effectui, nē si iteratò ad nos
imploratio iusta confugerit, necesse sit feue-
rius commoueri, cum his, quæ malè sunt fa-
cta, correctis, malum redintegre discipli-
nam, quā augere vindictam. Exequutionē
verò præceptionum nostrarum, fratri & co-
episcopo nostro Iulio commississe nos noueris,
vt omnia illi quem admodum constitui-
mus, roborentur. Data Idibus Martij, Post-
humiano viro clarissimo consule.

EPISTOLA VI.

Epistola eiusdem ad Eutychem Con-
stantinopolitanum abbatem.

Dilectissimo filio Eutychem presbyte-
ro, Leo episcopus. Ad notitiā nostram
tuæ dilectionis Epistola retulisti, quod Ne-
storiana heresis quorundā rursus studijs pul-
laret. Sollicitudinem tuam ex hac parte no-
bis placuisse, rescripsimus, quā index animi
tui est sermo, quem sumpsimus. Vndè nō am-
bigimus authorē catholicæ fidei Dominū
tibi in omnibus assuturum. Nos autem cum
pleniū, quorū hoc improbitate fiat, potue-
rimus agnoscere, necesse est, auxiliante Do-
mino prouidere, quatenus nefandum virus
dudum quæ damnatum, radicibus possit ex-
tingui. Deus te custodiat in columē dilectis-
sime fili. Datū Kalē Iunij, Posthumiano &
Zenone viris clariss. coss.

EPISTOLA VII.

Leo episcopus Theodosio Augusto. Quā-
tum præsidij Dominus ecclesiæ suæ in fi-
de vestra clementiæ præpararit, his etiā li-
teris, quas ad me misistis, ostēditur, vt vobis
non solum regium, sed etiā sacerdotale ani-
mum in esse gaudeam. Si quidem pter imper-
iales & publicas curas, piissimam sollicitudi-
nē Christianæ religionis habetis, nē scilicet
in populo Dei, aut schismata, aut hereses, aut
vlla scandala conualescant: quia tūc est opti-
mus regni vestri status, quādd sempiternæ
& incommutabili Trinitati, vni deitatis cō-
fessionis seruitur. Quid autem in Constāti-
nopolitana ecclesia perturbationis accide-
rit, quod itā fratrem & coepiscopum nostrū

Flavianum potuerit commouere, vt Euty-
chen presbyterum communionē priuaret,
nondum potuimus euidenter cognoscere.
Quāuis enim prædictus presbyter ad sedem
Apostolicam per libellum doloris sui queri-
moniam miserit, breuiter tamen aliqua præ-
libauit, afferens se Nicenæ synodi constituta
seruantem, frustra in fidei diuersitate culpa-
tum. Eusebij autem episcopi accusatoris ei
libellus, cuius exemplaria ad nos prædictus
presbyter misit, de obiectionis euidentia ni-
hil habebat. Sed cum presbytero hæreseos
crimen intenderet, quem tamē in eo sensum
arguerit, non euidenter expressit, quāuis &
ipse episcopus Nicenæ synodi profiteatur in
hac re se esse decretis, propter quod non ha-
buimus, vndè aliquid disceremus. Et quia
causæ meritum, fidei ratio, & laudabilis soli-
cudo vestrae pietatis exegit, necesse est, iam
locum subreptionibus non patere, sed prius,
de quibus eum æstimat arguendum, instrui
nos oportet, vt possit de benè cognitis con-
gruè iudicari. Ad prædictum autem episco-
pum dedi literas, quibus mihi displicere co-
gnosceret, quod ea quæ in tanta causā gesta
fuerant, etiā nimio silentio reticeret, cum
studere debuerit primitus nobis cūcta refe-
rare. Quem credimus, vel post admonitio-
nem, omnia ad nostrā notitiam relaturum, vt
in lucē ductis his, q; adhuc videntur occulta,
id quod euangelicæ & apostolicæ doctrinæ
conuenit, iudicetur. Data ad Kalend. Marti-
tias, Asterio & Protogene viris clariss. con-
sulibus.

EPISTOLA EIVSDEM AD FLA-
uianum Constantinopolitanum episcopum,
vbi quærit, cur Eutyches à communi-
one ecclesiæ fuerit separatus.

EPISTOLA VIII.

Dilectissimo fratri Flauiano episcopo,
Leo episcopus. Cum Christianissimus
& clementissimus Imperator sanctæ & lau-
dabilis fidei, pro ecclesiæ catholice pace soli-
citus, ad nos scripta transmiserit de his, qui
apud vos perturbationis strepitū mouerant,
miramur fraternitatē tuam, quicquid illud
scandali fuerit, nobis silere potuisse, & non
potius procurasse, vt primitus nos inſinua-
tio magis tuæ relationis instrueret, nē de re-
rum gestarum possem fide ambigere. Acce-
pimus enim libellum Eutychem presbyte-
ri, q; se queritur, accusante Eusebio episcopo,
immeritò cōmuniōne priuatū, maximè cum
euocatū se affuisse testetur, nec suū præsentia
denegasse, aded vt in ipso iudicio libellū ap-
pellatiōis suæ se asserat obtulisse, nec tamen
fuisse susceptum, qua ratione compulsus sit,
vt contestatorios libellos in Cōstantinopo-
litana vrbe proponeret. Quibus rebus inter-
cedētibus, necdum agnoscamus, qua iustitia
à communionē Ecclesiæ fuerit separatus. Sed
respicentes ad causam, facti tui nōsse volu-
m rationem, & vsque ad nostram notitiam
q q q cuncta

* sancta & lau-
dabilis fi-
de,

cuncta deferri: quoniam nos, qui sacerdotū Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cuiusquā partis præiudicium definire, priusquam vniuersa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus. Et ideo fraternitas tua per idoneā maximè aptamque personam, plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem nouitatis emerferit, quod feueriori sententia dignum fuerit vindicari. Nam & ecclesiastica moderatio, & religiosa pijsimi principis fides, multam nobis sollicitudinē Christianæ pacis indicunt, vt amputatis diffensionibus, fides catholica inuiolata seruetur, & his, quæ praua defendunt, ab errore reuocatis, nostra auctoritate, quorum fides pbata fuerit, muniatur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inuentum fuerit quod reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maximè puideri, vt sine strepitu cōcertationum, & charitas custodiatur, & veritas defendat, frater charissime. Et ideo quia dilectio tua de tãta causa nos videt necessariò esse sollicitos, quàm plenissimè & lucidè vniuersa nobis, quod antè facere debuit, indicare festinet: nè inter assertiões partium, aliqua ambiguitate fallamur, & dissensio, quæ in suis initijs abolèda est, nutriatur: cum in corde nostro ea obseruantia, Deo inspirante, permaneat, nè constitutiones venerabilium patrū diuinitus roboratæ, & ad soliditatem fidei pertinentes, praua cuiusquam interpretatione violentur. Deus te custodiat incolumè, frater charissime. Datum 12. kalen Maij, Asterio & Protogene viris clariss. coss.

RESCRIPTVM FLAVIANI
Episcopi Constantinopolitani, ad sanctissimū Leonem papam vrbis Romæ.

- De subdoli hostis insidijs. 1
- De fraudulenta subtilitate hæreticorum. 2
- De blasphemijs Eutychetis. 3
- De excommunicatione eius iustissima. 4

Domino beatissimo & Deo amabili patri Leoni, Flavianus in Domino æternam salutem.

CAPITVLVM I.

Nvlla res diaboli venenā cōpescit, nec continet mortiferas eius sagittas. Sursum enim atque deorsum peruolās, quærit, quos possit occidere, quos possit superare, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilandum est, & orationibus à deo obtinendum, vt fatuas inquisitiones euitare possimus. Decet enim sequi patres nostros, nec cōmutare definitionem eorum perpetuā, quorum regulam secundum sacras scripturas esse didicimus. Depositis ergo fletibus & lachrymis, quas incessanter fundo, quia sub me cle-

rus degens, inuasus est à fero dæmone, & nō potui eum liberare, nec auferre à tali lupo, quæ animam meam pro illis paratus eram ponere: quomodo raptus sit, quomodo resiliit à proposito diuino, & ad illum cucurrit, qui perdere consuevit, præcepta patrum declinans, & constituta eorum despiciens, iam incipio enarrare:

2 Sunt enim quidam, veste sua oves significates, interius lupi rapaces, quos ex fructibus eorū debemus agnoscere. Isti prima fronte vident esse de numero nostro, sed nō sunt de numero nostro. Si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Quaddò autem cœperunt assumere impietatem, illud, quod prius occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones nesciunt, & secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes & vituperantes patrū disciplinas, & reliquas sanctas scripturas ad suam perditionem, quos quidem debemus præuidere, & à quibus multum oportet cauere, nè in malitia sua aliqui occupati, concidant de sua firmitate. exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, & venenum in labijs habent quasi aspides. De his, hæc propheta clamauit.

3 Talis inter nos Eutyches emerfit, quondam presbyter & archimandrites, qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, & hanc præferebat: Nestorij quidem impietati resistens in pugna, quæ contra Nestorium parabatur: trecentorum autem decem & octo sanctorum patrū de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes eius, quibus omnes assenserunt, tentauit euellere, antiquam impij Valentini & Apollinaris reparans sectam, & non timuit præceptum regis veri Dei, dicentis: Quicumque scandalizauerit vnū de pusillis istis, expedit ei vt mola asinaria alligetur collo eius, & demergat in profundū maris. Verecundiā autem omnem ei perfidia abiecit, & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens, in sancta synodo asserbat, instanter dicens: Dominum nostrum Iesum Christum non oportere cōfiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cum à nobis vnus substantiæ & vnus personæ cognoscatur, neque carnē Domini cōessentialē nobis subsistere, tanquam ex nobis susceptam & coadunatam Dei verbo secundum substantiam: sed dicebat virginem quidem quæ eum genuit, secundum carnem consubstantialē nobis esse: ipsum autē Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialē nobis, & corpus domini non esse quidem corpus hominis: humanū verò corpus esse, quod est ex virgine, omniū patrū expositionibus contraria sentiens.

4 Sed nè multa dicens, longam faciam epistolam: olim, quicquid egerimus, misimus ad beatitudinem vestram literas, quibus literis docuimus & presbyterio illum esse nudatū, quia sic captus est, & iussimus eū cū monasterijs nullam habere rationem, & exclusimus eum à communionē nostrā, vt sanctitas vestra hoc cognoscēs, quod circa illum actum est, omnibus episcopis, sub beatitudine vestra degentibus, manifestare dignetur illius impietate, nè nescientes aliqui quid ille sentierit, quasi ad orthodoxū, vel per literas, vel per aliquam coniunctionem loquantur.

beatitudinem vestram literas, quibus literis docuimus & presbyterio illum esse nudatū, quia sic captus est, & iussimus eū cū monasterijs nullam habere rationem, & exclusimus eum à communionē nostrā, vt sanctitas vestra hoc cognoscēs, quod circa illum actum est, omnibus episcopis, sub beatitudine vestra degentibus, manifestare dignetur illius impietate, nè nescientes aliqui quid ille sentierit, quasi ad orthodoxū, vel per literas, vel per aliquam coniunctionem loquantur.

EPISTOLA LEONIS PAPAE
ad Theodosium Augustum, IX.

Leo vrbis Romæ Episcopus, Theodosio semper Augusto. Pro integritate fidei catholice Christianissimum principem conuenit esse sollicitum, & hoc indeffessis precibus diuinam misericordiam posco, vt cordi vestro id, quod est veritatis inspiret, neque falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiat. A me autem, atque ab omnibus catholicis sacerdotibus, quæ euangelicæ fidei pietas defendat, satis plenè ac lucidè literis meis (quas clementiam vestram iam dudum per famulum vestrum Epiphaniū tribunum, qui pro hac causa missus est) arbitror vos accepisse. Ratum est, nec ambigi potest, hoc nos purissimè credere, hoc cōstanter asserere, quod etiā venerandī patres, quondam apud Niceam congregati, secundum fidē symboli credendū & cōfitendū sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, sicut Nestorij dogma peruersum meritò anathematizauimus, ita iustè etiā horum impietatem, qui veritatē carnis nostræ negant à domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus. Vndè si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, vt intra Italiā haberi iubeatis episcopale conciliū, citò (auxiliante deo) poterunt omnia scandala, quæ in perturbatione totius ecclesie sunt cōmota, refecari, vt per vniuersum regnum vestrum catholice fidei integritate seruata, & pace Christiana manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data octauo Kalen Junias, Asterio & Protogene viris clariss. cōsulibus.

RESCRIPTVM LEONIS PAPAE
ad Flavianū Constantinopolitanum episcopum, contra Eutychetis perfidiam & hæresim.

EPISTOLA X.

Quòd ignorantia sanctorum scripturarum, Eutychem hereticum fecerit. 1
Cōtra eos, qui in duos filios dispensationis Dominicę mysteriū scindere molunt. 2
Cōtra eos, qui passibilem diuinitatem vni-geniti filij Dei audent asserere. 3
Cōtra eos, qui in duas naturas Christi temperamentum, vel confusionem, arguunt. 4

Cōtra eos, qui cælestem, aut alterius cuiusque substantiæ, existere formam serui, quam ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt. 5
Cōtra eos, qui duas quidem ante adunationem naturas domini delirant, vnam verò post adunationem confingunt. 6

CAPITVLVM I.

Leo episcopus dilectissimo fratri Flavianō Cōstantinopolitano episcopo. Lectis dilectionis tuæ literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopaliū ordine recensito, tandè quid apud vos scandalū contigerit, atque cōtra integritatem fidei exortum fuisset, agnouimus: & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterij nomine honorabilis videbat, multum imprudens, & nimis imperitus ostenditur, vt etiā de ipso dictum sit à propheta: Nōluit intelligere vt benè ageret, iniquitatem meditat⁹ est in cubili suo. Quid autem iniquius, quàm impia sapere, & sapientiorib⁹ doctioribusque non credere? Sed in hanc insipientiā cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, nō ad propheticas voces, non ad apostolicas literas, nec ad euangelicas auctoritates, sed ad femeripfos, recurrunt. Sed ideo magistri erroris existit, quia veritatis discipuli nō fuere. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris testamēti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidē symboli initia compræhendit? Et quod per totū mundum omnium regeneratorum voce depromitur, istius adhuc fenis corde nō capitur.

2 Nesciēs igitur quid deberet de verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promendum intelligentiæ lumen, in sanctorum scripturarum latitudine laborare, illam saltē communem & indiscretam confessionem sollicito appræhēdit auditu, qua fidelium vniuersitas profitetur, credere se in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Quibus tribus sententijs omnium serè hæreticorum machinæ destruantur. Cū enim DEVS & omnipotens, & æternus pater creditur, cōsempiternus eidē filius demonstratur, in nullo à patre differens, quia de Deo DEVS, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est cōæternus, non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia. Idem verò sempiterni genitoris vnigenitus sempitern⁹, natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Quæ natiuitas tēporalis, illi natiuitati diuinę & sempiternæ nihil minuit, nihil cōtulit, sed totā se reparādo homini, quæ erat decept⁹, impedit, vt & mortē vinceret, & diabolū, quæ mortis habebat imperiū, sua virtute destrueret. Nō enim superare nos possem⁹ peccati & mortis authorē, nisi naturā nostrā ille suscipet, & suā faceret, quæ nec peccatum contaminare, nec mors potuit

*deditur

Math. 7. 6

1. Ioan. 2. 6

*relinquit

*capiebat, *pferebat

Math. 18. 9 Marc. 9.

*impudens

Psal. 35.

2. 4. 9. 3. quid aut iniquius

Heb. 2. d

Matth. 1. a

*instru-
onem
Roma. 1. a

Gene. 22. d

Gal. 3. a

Gal. 3. c

Esa. 7. c
*vocabunt

Matth. 1. a

Esa. 9. a

Luc. 1. d

Pro. 9. a
Ioan. 1. b

detinere. Cōceptus quippe est de spiritu san-
cto intra vterū matris virginis, quæ ita illum,
salua virginitate, edidit, quæ admodum salua
virginitate concepit. Sed si de hoc Christia-
næ fidei fonte purissimo syncerum intelle-
ctum haurire non poterat, quia splendor ep-
spiciæ veritatis obcæciōe sibi propria te-
nebrārat, doctriņe se euangelicę subdidisset,
dicēte Mattheo: Liber generatiōis Iesu Chri-
sti filij David, filij Abrahā. Apostolicę quo-
quē prædicationis expetit. Instruētum, &
legens in epistola ad Romanos, Paulus seruo
Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in
euangelium Dei, quod antē promiserat per
prophetas suos in scripturis sanctis de filio
suo, qui factus est ei ex semine David secun-
dum carnē, ad ppheticas paginas piā solici-
tudinē contulisset, & inuenisset promissionē
Dei ad Abrahā dicentis: In femine tuo benedi-
cētur oēs gentes. Et nē de huius feminis
proprietate dubitaret, secutus fuisset Aposto-
lum dicentem: Abrahę dictę sunt promissio-
nēs & semini eius. Non dicit, & feminibus,
quasi multis, sed quasi i vno, & semini tuo,
quod est Christus. Esaię quoquē prædicationem
interiore apprehendisset auditu, dicentis:
Eccē virgo in vtero cōcipiet, & pariet fili-
um, & vocabitur nomen eius Emmanuel,
quod est, interpretatum, Nobiscum DEVS.
Eiusdemque prophetę fideliter verba legis-
set: Puer natus est nobis, filius datus est nobis,
cuius potestas super humerum eius, & voca-
bitur nomē eius magni consilij angelus, ad-
mirabilis consiliarius, Deus fortis, princeps
pacis, pater futuri seculi. Nec frustratoriē lo-
quens, ita verbum diceret carnem factum, vt
editus vtero virginis Christus, haberet for-
mam hominis, & non haberet materni cor-
poris veritatē. An forte idē putauit Domi-
num nostrum Iesum Christum, non nostrę
esse naturę, quia missus ad beatam Mariam
angelus, ait: Spiritus sanctus superueniet in te,
& virtus altissimi obumbrabit tibi: Ideoque
& quod nascetur ex te sanctum, vocabitur fi-
lius DEI: vt quia conceptus virginis, diuini
fuit operis, nō de natura concipientis fuerit
caro concepti? Sed non ita intelligēda est il-
la generatio singulariter mirabilis, & mira-
bilitate singularis, vt per nouitatem creatio-
nis, pprietas remota sit generis. fœcūditatē
enim virginis Spiritus sanctus dedit. veritas
autē corporis sumpta de corpore est: & edi-
ficante sibi sapientia domum, verbum caro
factū est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea
carne, quam sumpsit ex homine, & quā spiri-
tus vitę rationalis animauit.

3 Salua igitur proprietate vtriusque natu-
rę, & in vnam cōeunte personā, suscepta est
à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab
æternitate mortalitas, & ad resōlendū con-
ditionis nostrę debitum, natura inuolabi-
lis, naturę est vnica passibili, vt quod nostris
remedijs cōgruebat, vnus atque idem medi-

ator Dei & hominis, homo Christus Iesus,
& mori posset ex vno, & mori non posset
ex altero. In integra ergo veri hominis, per-
fecta que natura, verus natus est Deus: totus in
suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus,
que in nobis ab initio creator condidit, & q̄
reparāda suscepit. Nam illa q̄ deceptor intu-
lit, & homo deceptus admisit, nullum habu-
ere in saluatore vestigium. Nec quia cōmun-
ionē humanarū subiit infirmitatū, idē no-
strorum fuit particeps delictorū. Assumpsit
formam serui, sinē sordē peccati, humana au-
gens, diuina nō minuens: quia extinctionio il-
la, qua se inuisibilis visibilem præbuit, & cre-
ator ac Dñs omnium rerum vnus voluit esse
mortalium, in dinatione fuit miseracionis, non
defectio potestatis. Proindē qui manens in
forma Dei, fecit hominem, idē in forma ser-
ui, factus est homo. Teneat em̄ sinē defectu, ppri-
etatem suam vtraque natura. Et sicut for-
mam serui, Dei forma non adimit: ita formā
Dei, serui forma non minuit. Nam quia glo-
riabatur diabolus hominem, sua fraude de-
ceptum, diuinis caruisse muneribus, & im-
mortalitatis dote nudatū, durā mortis sub-
ijisse sentētiā, seque in malis suis quoddam
de præuaricatoris consortio inuenisse sola-
tium, Deum quoquē, iustitię exigente ratio-
ne, erga hominem, quē in tanto honore con-
diderat, propriam mutasse sententiam: opus
fuit secreti dispensatione consilij, vt incom-
mutabilis Deus, cuius voluntas non potest
sua benignitate priuari, primam erga nos pi-
etatis suę dispositionem, sacramento occultio-
riore compleret, & homo, diabolicę iniqui-
tatis versutia actus in culpam, contra Dei p-
positum non periret.

4 Ingressus ergo hęc mundi infima filius
Dei, de cælesti sede descendens, & à paternā
gloria non recedens, nouo ordine, noua na-
tiuitate generatus. Nouo ordine, quia inui-
sibilis in suis, visibilis factus est in nostris. In-
comprehensibilis, voluit comprehendī. An-
te tempora manens, esse cepit ex tempore.
Vniuersitatis Dñs seruilē formā, obumbrata
maiestatis suę immēsitatē, suscepit. Impas-
sibilis Deus, non dedignatus est esse homo
passibilis: & immortalis, mortis legibus sub-
iacere. Noua autem natiuitate generatus, quā
inviolata virginitas concupiscentiam nesci-
uit, carnis materiā ministravit. Assumpta est
igitur de matre Dñi natura, nō culpa: nec in
Dño Iesu Christo, ex vtero virginis genito,
quā natiuitas est mirabilis, idē natura est dis-
similis. Qui em̄ verus est Deus, idē verus est ho-
mo. Et nullū est in hac vnitate mendaciū, dū
inuicem sunt & humilitas hominis, & altitu-
do deitatis. Sicut em̄ Deus nō mutat misera-
tiōe, ita homo nō consumit dignitate. Agit
em̄ vtraque forma cū alteri cōmuniōe, quod
propriū est, verbo s. operāte quod verbi est,
& carne exequēte quod carnis est. Vnū horū
coruscant miraculis, aliud succumbit iniurijs.

Es

Ioan. 1. a

Ioan. 1. b

Ioan. 1. a

Galat. 4. a

Matth. 2. c

Matth. 2. b

Matth. 3. d
Luc. 3. c

Marc. 1. b
Matth. 4. a

Ioan. 6. e
Ioan. 4. a

Matth. 14. c
Luc. 8. b

Luc. 8. d

Ioan. 11. e

Matth. 27. d

Luc. 23. f

Ioan. 10. f
Ioan. 14. d

1. Cor. 2. b

Et sicut verbum ab æqualitate paternę glo-
rię non recessit, ita caro naturam nostri ge-
neris non reliquit. Vnus enim idemque est,
quod sæpè dicendum est, verē DEI filius, &
verē hominis filius. Deus p̄ id, quod in prin-
cipio erat verbum, & verbum erat apud deū,
& Deus erat verbū. Homo per id, quod ver-
bum caro factum est, & habitauit in nobis.
DEVS per id, quod omnia per ipsum facta
sunt, & sinē ipso factum est nihil. Homo per
id, quod factus est ex muliere, factus est sub-
lege. natiuitas carnis, manifestatio est huma-
næ naturę. Partus virginis, diuina est virtu-
tis indicium. Infantia paruuli, ostēditur hu-
militate cuniarum. Magnitudo altissimi, de-
claratur vocibus angelorum. Similis est ru-
dimentis hominum, quem Herodes impius
molitur occidere. Sed Dominus est omniū,
quem magi gaudentes veniunt suppliciter
adorare. Iam cū ad præcursoris sui Ioannis
baptismum venit, nē lateret, quod carnis ve-
lamine diuinitas tegetur, vox patris de cę-
lo intonans, dixit: Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi benē complacuit. Quem itaque
sicut hominem, diabolica tentat astutia, ei-
dem sicut Deo angelica famulantur officia.
Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, eu-
identer humanum est. Sed quinque panibus
quinque millia hominū satiari, & largiri Sa-
maritanę aquam viuam, cuius haustus bibē-
ti p̄stet, nē vltra iam sitiat, supra dorsum ma-
ris, plantis non subsidentibus, ambulare, &
elationes fluctuū increpata tempestate con-
sternere, sinē ambiguitate diuinum est. Sicut
ergo (vt multa præteream) non eiusdem na-
turę est, flere miseratiōis affectu amicū mor-
tuum, & eundē remoto quatrduanę aggere
sepulturę, ad vocis imperium excitare redi-
uiuum, aut in ligno pendere, & in nocte luce
conuersa, omnia elementa tremefacere, aut
clauis trāsfixum esse, & paradisi portas fidei
latronis aperire: ita non eiusdem naturę est,
dicere, Ego & pater vnus sumus: & dicere,
Pater maior me est. Quauis enim in Domi-
no Iesu Christo, Dei & hominis vna persona
sit, aliud tamē est, vndē in vtroque; communis
est contumelia: aliud, vndē cōmunis est glo-
ria. De nostro enim illi est minor patre hu-
manitas, de patre illi est æqualis cum patre
diuinitas.

5 Propter hanc vnitate personę, in vtraque
natura intelligendam, & filius hominis legi-
tur descendisse de cęlo, cū filius Dei carnē
de ea virgine, de qua est natus, assumpserit, et
rursus, filius Dei crucifixus dicitur ac sepul-
tus, cū hæc non in diuinitate ipsa, qua vni-
genitus, consempiternus & consubstantialis
est patri, sed in naturę humanę sit infirmitate
peressus. Vndē vnigenitum filium Dei,
crucifixum & sepultum, oēs etiā in symbo-
lo confitemur, secundum illud Apostoli di-
ctum: Si enim cognouissent, nunquā dñam
maiestatis crucifixissent. Cū autē ipse Do-

minus noster atq; saluator, fidem discipulo-
rum suis interrogationibus erudiret: Quem,
inquit, dicunt homines esse filium hominis?
Cumq; illi diuersas aliorum opiniones rete-
xissent, Vos, ait, quem me esse dicitis? me
vtiq; qui sum filius hominis, & quem in for-
ma serui, atque in veritate carnis adspicitis,
quem me esse dicitis? Vbi b. Petrus, diuinitus
inspiratus, & confessione sua omnibus gen-
tibus profuturus, Tu es, inquit, Christus fili-
us Dei viui. Nec immeritō beatus est pronū-
ciatus à Domino, & à principali petra soli-
ditatem & virtutis traxit & nominis, qui per
reuelationem patris eundem & filium Dei
est confessus, & Christum, quia vnum horū
sinē alio receptum, nō proderat ad salutem:
sed æqualis erat periculi, Dominum Iesum
Christum aut Deum tantummodò sinē ho-
mine, aut sinē Deo solum hominem credi-
disse. Post resurrectionem verò Domini, quę
vtiquē veri corporis fuit, quia non alter est
resuscitatus, quā qui fuerat crucifixus &
mortuus, quid aliud qua draginta diebus mo-
ra gestum est, quā vt fidei nostrę integritas
ab omni caligine mundaretur? Colloquens
enim cum discipulis suis, & cohabitans atq;
conuescens, & pertractari se diligenti curio-
sitate; contactu ab eis, quos dubietas pertrin-
gebat, admittens, idē & clauis ad discipu-
los ianuis introibat, & flatu suo dabat spiri-
tum sanctum, & donato intelligētia lumine,
sanctarum scripturarum occulta pandebat.
Et rursus vulnus lateris, fixuras clauorum, &
omnia recentissimę passionis signa mōstra-
bat, dicēs: Videte manus meas & pedes, quia
ego sum. Palpate & videte, quia spiritus car-
nem & ossa non habet, sicut me videtis ha-
bere: vt agnosceretur in eo proprietates diui-
nę humanęque; naturę indiuidua permanere,
& ita sciremus verbum non hoc esse, quod
carnem, & vt vnum Dei filium, & verbū con-
fiteremur & carnem. Quo fidei sacramento
Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus,
qui naturam nostram in vnigenito Dei nec
per humilitatem mortalitatis, nec per gloriā
resurrectionis agnouit. Nec sentētiā beati
apostoli & euangelistę Iohannis expauit, di-
centis: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum
Christum in carne venisse, ex deo est: & omnis
spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, &
hic est Antichristus. Quid autem est soluere
Iesum, nisi humanā ab eo separare naturā, &
sacramentum fidei, per quod vnum saluati
sumus, imprudentissimis euacuare signētis?
Caligans verò circa naturam corporis Chri-
sti, necesse est vt etiā in passione eius eadē
obcæciōe desipiat. Nam si crucem Dñi nō
putat falsam, & susceptum pro mundi salute
suppliciu, verū fuisse non dubitat: cuius cre-
dit mortem, agnoscat & carnē. Nec diffiteat
nostri corporis hominem, quem cognoscit
fuisse passibilem: quoniam negatio verę car-
nis, negatio est etiā corporeę passionis. Si

Matt. 16. b c

Act. 1. a
Ioan. 20.

Ibidem. c

Luc. 24. d
Ioan. 20. f

Luc. 24. f

1. Ioan. 4. a

Ioan. 19. f

1. Petr. 1. a

Ibidem. d

1. Ioan. 1. d

1. Ioan. 5. a b

ergo Christianam suscipit fidem, & a predicatione euangelij suum non auertit auditum, videat, quae natura transfixa clauis pependit in crucis ligno: & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat, unde sanguis & aqua effluerint, ut Ecclesia Dei lauacro rigaretur & poculo. Audiatur & beatus Petrus Apostolus, praedicatorem quod sanctificatio spiritus, per adspersionem fiat sanguinis Christi. Nec transitoriè legat eiusdem Apostoli verba, dicentis: Scientes quod non corruptilibus argento & auro redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati, Iesu Christi. Beati quoque Ioannis apostoli testimonio non resistat, dicens: Et sanguis Iesu filij DEI emundat nos ab omni peccato. Et iterum: Haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra. Et quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei? Hic est, qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua & sanguis: & ij tres vnum sunt. Spiritus utique sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis, quae tria vnum sunt, & indiuidua manent, nihilque; eorum a sui conexione seingitur. Quia catholica ecclesia hac fide viuunt ac proficunt, ut in Christo Iesu, nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

6. Quum autem ad interloquutionem examinis vestri Eutyches responderit, dicens: Confitentur ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem vero vnam naturam confiteor: miror tam absurdum, tamque; peruersam eius professionem, nulla iudicanti in crepatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem, nimisque; blasphemum, ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum, quum tam impie duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Dei filius fuisse dicatur, quam nefarie, postquam verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches idem vel recte vel tolerabiliter estimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum: dilectionis tuae diligentiam commonemus, fratres charissime, ut si per inspirationem misericordiae Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur. Qui quidem (sicut gestorum ordo patefecit) benè cooperat à sua persuasione discedere, quum, vestra sententia coarctatus, profiteretur se dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cuius prius fuisset alienus. Sed quum anathematizando impio dogmati nolisset praebere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse, qui iudicium condensationis exciperet.

De quo si fideliter atque vtiliter dolet, & quam recte mota sit episcopalis autoritas vel sermo cognoscit, vel si ad satisfactiois plenitudinem, omnia quae ab eo male sunt sensa, viua voce & praesenti subscriptione damnauerit, non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque; misericordiam: quia Dominus non steruus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores suos vult esse pietatis, ut peccatores quidem iustitia coerceret, conuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissimè fides vera defenditur, quando etiam à sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero causam pie ac fideliter exequendam, fratres nostros Iulianum episcopum & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus. Quibus dulcissimi notarium nostrum, cuius fides nobis est saepe probata, sociauimus, confidentes a futurum diuinitatis auxilium, ut is, qui errauerat, damnata sensus sui prauitate, saluetur. Deus te in columem custodiat frater charissime. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene consulis, era 486.

EPISTOLA XI. EIVSDEM LEONIS PAPAE AD IULIANUM EPISCOPUM COENSEM, CONTRA EUTYCHEN IMPIETATIS ERROREM.

LEO vrbis Romae episcopus, dilectissimo fratri Iuliano episcopo. Licet pro nostros, quos ab vrbe pro fidei causa direximus, plenissimas ad Flavianum fratrem literas miserimus, contra nimiae impietatis errorem, tamen quia per filium nostrum Basilium diaconem, scripta tuae dilectionis accepimus, quae multum nobis catholici sensus seruore placuerunt, etiam hanc paginam, quae illis epistolis consonaret, adiecitimus, ut vnanimitate atque; constanter his, qui euangelium Christi corrumpere cupiunt, resistatis, quoniam sancti spiritus in vobis atque; in vobis vna est eruditio, eademque; doctrina: quam quicumque; non recipit, non est membrum corporis Christi: nec potest eo capite gloriari, in quo naturam suam asserit non haberi. Quid autem prodest imprudentissimo seni, Nestorianae hereseos nomine, eorum lacerare opinionem, quorum pijsissimam conuellere non potest fidem, quum quantum Nestori ad veritatem discessit, deitatem verbi ab assumpti hominis substantia separando, tantum à recto tramite etiam iste desciscat, qui vnigenitum Dei filium sic de vtero beatae virginis praedicat natum, ut humani quidem corporis speciem gesserit, sed humanae carnis veritas verbo vnita non fuerit? De quo prodigio fallitatis, quis non videat, quod opinionum monstra nascantur? Negator enim mediatoris Dei & hominis, Iesu Christi, necesse est ut multis impietatibus implicat, eumque; aut

Ioan. 10. b c Luc. 9. g

1. Tim. 2. b Coloss. 2. b

Philip. 2. b

aut Apollinaris sibi vindicet, aut Valentinus usurpet, aut Manichaeus obtineat, quorum nullus in Christo humanam carnem credidit veritatem. Quae utique non recepta, non solum quod secundum carnem atque animam rationalem, qui erat in forma Dei, manens idem in forma serui, homo natus est, denegatur: sed etiam, quod crucifixus est & mortuus ac sepultus, quod die tertia à mortuis resurrexit, & quod ad dexteram DEI patris sedens, ad iudicandos viuos & mortuos in eo corpore sit venturus, in quo est iudicatus ad mortem, abnuitur: quia haec redemptionis nostrae sacramenta vacuantur, si Christus veram veri hominis, totamque naturam suscepisse non creditur. An quia manifesta erant signa diuina, falsa dicentur documenta corporea? & testimonia vtriusque naturae valebunt, ut creator intelligatur: non valebunt, ut creatura saluetur? Quod Deitatis est, caro non minuit: quod carnis est, deitas non peremit. Idem enim & sempiternus ex patre, & temporalis ex matre: in sua virtute inuiolabilis, in nostra infirmitate passibilis: in deitate trinitatis cum patre & cum spiritu sancto vnus eiusdemque; naturae: in susceptione autem hominis, non vnus substantiae, sed vnus eiusdemque; personae, ut idem esset diues in paupertate, omnipotens in abiectione, impassibilis in supplicio, in morte immortalis. Nec enim verbum aut in carnem, aut in animam aliqua sui parte conuersum est, quum simplex & incommutabilis natura deitatis tota sit semper in sua essentia, nec damnatum sui recipiens, nec augmentum, & sic assumptam naturam beatificans, ut glorificata, in glorificante permaneat. Cur autem inconueniens aut impossibile videatur, ut verbum & caro atque; anima vnus Iesus Christus & vnus Dei hominisque; sit filius, si caro & anima, quae dissimilium naturarum sunt, vnam faciunt etiam sine verbi incarnatione personam, quum multo facilius sit, ut hanc vnitate suam atque; hominis, Deitatis praestet potestas, quam ut eam in substantijs suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec verbum igitur in carnem, nec in verbum caro mutata est: sed vtrumque; in vno manet, & vnus in vtroque; est, non diuersitate diuisus, non permixtione confusus, nec alter ex patre, alter ex matre: sed idem aliter ex patre ante omne principium, aliter de matre in fine seculorum, ut esset mediator dei & hominum, homo Iesus Christus, in quo inhabitaret plenitudo diuinitatis corporaliter: quia assumpti, non assumpti, prouectio est, quod Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. In eo vero quod Eutyches in episcopali iudicio ausus est dicere, ante incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post in-

carnationem autem, vnam: necessarium fuerat, ut ad reddendam rationem professionis suae, crebris atque; sollicitis iudicium in interrogationibus vrgeretur, ne tanquam inane aliquid praeterfluere, quod non nisi de haustu venenatorum dogmatum apparebat effusum. Arbitror enim, talia loquentem hoc habere persuasum, quod anima, quae saluator assumptus, prius in caelis sit commorata, quae de Maria virgine nasceretur, eamque; sibi verbum in vtero copularet. Sed hoc catholicae mentes, auresque; non tolerant, quia nihil secum Dominus de caelo veniens, nostrae conditionis exhibuit: nec animam enim quae anterior extitisset, nec carnem, quae non materni corporis esset, accipit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, ut prius creata, post assumptum, sed ut ipsa assumptio crearetur. Unde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus infererent, non solum vitas, sed & diuersas fuisse asseruit actiones: necesse est, ut etiam in isto, nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. Natiuitas enim nomini secundum carnem, quauis habeat quaedam propria, quibus humanae conditionis initia transcendat, siue quod solus ex sancto spiritu ab inuiolata virgine sine concupiscentia carnis est conceptus & natus, siue quod ita visceribus matris est editus, ut & fecunditas pareret, & virginitas permaneret, non alterius tamen naturae erat eius caro, quam nostra: nec alio illi, quam ceteris hominibus, anima est inspirata principio, quae excelleret, non diuersitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suae habebat aduersum, nec discordiam desideriorum gignebat compugnancia voluntatum. Sensus corporei vigeant sine lege peccati, & veritas affectionum sub moderamine neccitatis & metus, nec tatabatur illecebris, nec cedebat iniurijs. Verus homo, vero vnus est Deo: nec secundum existentem prius animam deductus è caelo, nec secundum carnem creatus ex nihilo, eandem gerens in Deo verbi Dei personam, & tenens communem nobiscum in corpore animaque; naturam. Non enim esset Dei hominumque; mediator, nisi idem Deus, idemque; homo in vtroque & vnus esset & verus. Incitat quidem nos ad latitudinem differendi materiae magnitudo: sed apud eruditionem tuam non est copia laborandum, praesertim cum iam per nostros ad fratrem Flavianum sufficientes literas miserimus, ad confirmandos animos non solum sacerdotum, sed etiam laicorum. Praestabit, ut credimus, misericordia Dei, ut absque cuiusquam animae detrimento possint aduersum diaboli dolos, & sana defendi, & vulnerata curari. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis.

EPISTOLA XII. EIVSDEM LEONIS PAPAE AD THEODOSIUM AUGUSTINUM, DE LEGATIS, QUOS VICE SUA DESTINAVIT AD SYNODUM EPHESIANAM, PRO ERRORIBUS EUTYCHETIS COLLECTAM.

*verbi Dei. rate personam, 1. Tim. 2. b

CAesari theodosio religiosissimo & pi-
 issimo Augusto, Leo papa ecclesiae ca-
 tholicae urbis Romae. Quantum rebus huma-
 nis consulere prouidentia diuina dignetur,
 sollicitudo clemetiae vestrae, spiritu Dei inci-
 tata, demonstrat, quod in catholica ecclesia nihil
 impacatum, nihil vult esse diuersum: quonia
 fides, quae non nisi una est, in nullo potest esse
 sui dissimilis. Unde licet Eutyches (quantum
 gestorum episcopaliu ordo patefecit) im-
 perite atque imprudenter errare detectus sit,
 debueritque a sua merito reprobabili persua-
 sione discedere: quonia tamen pietas vestra,
 quae in honorem Dei religiosissime catholi-
 cam diligit veritatem, apud Ephesum consti-
 tuit synodale concilium, ut eidem feni ea,
 in qua nimis caligat, veritas innotescat, fra-
 tres meos Iulianum episcopum, & Renatum
 presbyterum, & filium meum Hilarium dia-
 conum mihi, qui ad vicem praesentiae meae p-
 negocij qualitate sufficerent, & qui eum se-
 cum deferrent iustitiae & benignitatis affe-
 ctu, ut quia dubitari non potest, quae sit Chri-
 stianae confessionis integritas, & totius erro-
 ris prauitas, damnaretur, & resipiscens, qui de-
 uiauerat, si pro venia supplicaret, sacerdotia-
 lis ei beneuolentia subueniret, quum in libel-
 lo suo, quem ad nos misit, hoc saltem sibi ad
 promerendam veniam reseruauerit, ut cor-
 rectorum se esse promitteret, quicquid no-
 stra sententia de his, quae male senserant, impro-
 basset. Quid autem catholica ecclesia vniuer-
 saliter de sacramento Dominicae incarnati-
 onis credat & doceat, ad fratrem & coepisco-
 pum nostrum Flavianum plenius continent
 scripta, quae mihi. Data Idibus Iunij, Asterio
 & Protogene viris clarissimis conf.

EPISTOLA XIII. EIVSDEM LE-
 onis papae ad Pulcheriam Augustam,
 de his vnde supra ad Theodo-
 sium Augustum.

*Leo catholicae Romanae Ecclesiae Episcopus, piissi-
 ma Pulcheriae Augusta.*

Quam praesidij Dominus ecclesiae
 suae in vestra clementia praepararit, mul-
 tis saepe probauimus documentis. Et
 quicquid nostris temporibus contra impu-
 gnatores catholicae veritatis, industria sacer-
 dotalis obtinuit, ad vestram maximam gloria
 redundauit, dum, sicut spiritus sancto docen-
 te didicistis, illi per omnia potestatem vestram
 subijcitis, cuius munere & protectione regna-
 tis. Unde quia, contra integritatem fidei Chri-
 stianae, dissensionem quandam in Constan-
 tinopolitana ecclesia Eutyche auctore gene-
 ratam, fratris & coepiscopi mei Flauiani rela-
 tione cognoui, ita ut totius causae speciem syn-
 odalium gestorum textus ostenderit: dignam
 gloria vestra est, ut error, qui (ut arbitror) de
 imperitia magis, quam de versutia natus est,
 auferatur, priusquam vllas sibi vires de con-
 sensu imprudetium pertinacia prauitatis ac-

quirat: quia etiam ignorantia graues nonnu-
 quam incidit lapsus, & plerumque in dia-
 boli ruit foueas incauta simplicitas, per quam
 in supradicto subrepsisse intelligo spiritum
 falsitatis, ut dum aestimat, se religiosius de fi-
 lij Dei maiestate sentire, si ei naturae nostrae
 veritatem inesse non dicat, totum illud, quod
 verbum caro factum est, vnius atque eiusdem
 putet esse substantiae. Et quantum Nestorius
 a veritate excidit, dum Christum de matre so-
 lum hominem asserit natum: tantum etiam
 hic a catholico tramite deuiat, qui de eadem
 virgine non nostram credit editam esse sub-
 stantiam, volens utique eam solius deitatis
 intelligi, ut quod forma serui gessit, & quod
 nostrum similem sicut atque conformis, quaedam
 nostrae naturae fuerit imago, non veritas. Ni-
 hil autem prodest, Dominum nostrum B. Ma-
 riae virginis filium, verum perfectumque; hominem
 dicere, si non illius generis homo creditur,
 cuius in euangelio praedicatur. Dicit enim
 Matthaeus: Liber generationis Iesu Christi fi-
 lij David, filij Abraham: & ita humanae ori-
 ginis ordinem sequitur, ut generationum li-
 neas vsque ad Ioseph, cui mater domini erat
 desponsata, deducat. Lucas vero, retrorsum
 successionum gradus relegens, ad ipsum hu-
 mani generis principem redit, ut Adam pri-
 mum, & Adam nouissimum eiusdem osten-
 dat esse naturam. Potuerat quippe omnipoten-
 tia filij Dei sic ad docendos, iustificandosque;
 homines apparere, quomodo & patriarchis
 & prophetis in specie carnis apparuit, quum
 aut lucetamen inijt, aut sermonem conseruit,
 quumve officia hospitalitatis non abnuuit, vel
 etiam appositu cibum sumpsit. Sed illae ima-
 gines huius hominis erant indices, cuius veri-
 tatem ex praecedentium patrum stirpe sumen-
 dam, significationes mystice nunciabant. Et
 ideo sacramentum reconciliationis nostrae,
 ante tempora aeterna dispositum, nulla im-
 plebant figurae, quia nondum superuenerat
 spiritus sanctus in virginem, nec virtus Altis-
 simi obumbrauerat ei, ut & intra intemerata
 viscera, aedificatae sibi sapientia domum, ver-
 bum caro fieret, & forma Dei ac forma serui
 in vnam conueniente personam, creator tem-
 porum nasceretur in tempore, & per quem
 facta sunt omnia, ipse inter omnia gigneretur.
 Nisi enim nouus homo, factus in simili-
 tudinem carnis peccati, nostram susciperet
 vetustatem: & consubstantialis patri, con-
 substantialis esse dignaretur & matri, natu-
 ramque sibi nostram, solus a peccato liber,
 vniret: sub iugo diaboli generaliter teneretur
 humana captiuitas, nec aliter uti possemus
 triumphantis victoria, si extra nostram esset
 confecta naturam. De hac autem participa-
 tione mirabili sacramentum nobis regenera-
 tionis indulsit, ut per ipsum spiritum, quem
 Christus & coconceptus est & natus, etiam nos,
 qui per concupiscentiam carnis sumus geni-
 ti, spiritali iterum origine nasceremur. Pro-
 pter

Ioan. 1, b

24. q. 2. Da-
mationis
sententiam.

Matth. 1.

Luc. 3.

Genes. 32. f

Genes. 18. a

Prou. 9. 2

Ioan. 1, b

Symbolum
apostolicum.

pter quod ab euangelista de credentibus di-
 citur: Qui non ex sanguinibus, neque ex volu-
 tate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo
 nati sunt. Cuius ineffabilis gratia particeps
 non est, nec potest filiorum Dei adoptionem
 consequi, quisquis a fide sua hoc, quod nos
 principaliter saluare, excludit. Unde multum
 doleo, multumque contristor, quod hic, quan-
 tea de humilitatis proposito laudabilis vi-
 debatur, contra vnicam spem nostram patrumque;
 nostrorum, vana nimis & stolidam audeat ad-
 struere. Qui cum videret, insipientiae suae sen-
 sum catholicis auribus displicere, reuocare
 se a sua opinione debuerat: nec ita Ecclesiae
 praesules commouere, ut damnationis senten-
 tiam mereretur accipere, quam utique, si in
 suo sensu voluerit permanere, nullus poterit
 relaxare. Sedis enim apostolicae moderatio
 hanc temperantiam seruat, ut & seuerius agat
 cum obduratis, & veniam cupiat praestare cor-
 rectis. Quia ergo multa mihi fiducia est de
 pietatis tuae sincerissima fide, obsecro gloria
 clementiae tuae, ut sicut sancto studio tuo ca-
 tholica praedicatione semper adiuta est, ita nunc
 quoque eius faueat libertati: qua forte ideo
 permisit Dominus hac tentatione pulsari, ut
 quales intra ecclesiam latent, possit agnos-
 sci. Quorum plane non est negligenda cura-
 tio, ne ipsorum nos contristet amissio. Au-
 gustissimus vero & Christianissimus Impera-
 tor, cupiens quam celerrime turbata compo-
 ni, episcopali concilio, quod Ephesi vult ha-
 beri, nimum breue & angustum tempus in-
 dixit, diem Kalendarum Augustarum praes-
 tituendo conuentui, quum a tertio die Idu-
 um Maiarum, quo serenitatis eius scripta susce-
 pimus, maior pars reliqui sit temporis absum-
 menda, ut profectio sacerdotum, qui nego-
 cio sufficiat, valeat ordinari. Nam illud, quod
 pietas eius etiam me credidit debere interes-
 se concilio, etiam si secundum aliquod praes-
 cedens exigeretur exemplum, nunc tamen ne-
 quaquam possit impleri: quia rerum praesen-
 tium nimis incerta conditio, a tanta urbis po-
 pulis me abesse non sineret, & in desperatio-
 nem quandam animi tumultuantium mitte-
 rentur, si per occasionem causae ecclesiasticae
 viderer patriam & sedem Apostolicam velle
 deferere. Quia igitur ad publicam vtilitatem
 pertinuisse cognoscitis, ut salua clementiae ve-
 strae venia, charitati meae & precibus cuius non
 negarem, in his fratribus meis, quos vice mea
 mihi, me quoque adesse cum ceteris, qui as-
 fuerint, aestimate: quibus secundum causam,
 satis mihi & gestorum serie, & ipsius, de quo
 agitur, professione, patefactam, euidenter &
 plene quid seruandum esset, ostendi. Non enim
 de portuicula aliqua fidei nostrae, quae minus
 lucide declarata sit, quaeritur: sed hoc stoli-
 dissima insultatio audeat incessere, quod Do-
 minus noster in Ecclesia neminem fecisset vtri-
 usque; voluit ignorare. Siquidem ipseus catho-
 licus symboli breuis & perfecta confessio, quae

duodecim apostolorum, totidem est signata
 sententia, tam instructa sit munitione caele-
 sti, ut omnes haereticorum opiniones solo
 ipsius possint gladio destruci. Cuius sym-
 boli plenitudinem si Eutyches puro & sim-
 plici voluisset corde concipere, in nullo a de-
 cretis sacratissimi Niceni concilij deuiaret, &
 hoc a sanctis patribus intelligeret constitu-
 tum, ut contra apostolicam fidem, quae non nisi
 una est, nullum se ingenium, nullum eleuaret
 eloquium. Et ideo pro vestrae pietatis consuetu-
 dine elaborare dignamini, ut quod contra sin-
 gulare sacramentum salutis humanae, blasphem-
 ma insipientia protulit, ab omnium animis re-
 pellatur. Ac, si ipse qui in hanc tentationem in-
 cidit, resipiscat, ita ut per libellarem satisfac-
 tionem propriam damnet errorem, commu-
 nio ei sui ordinis non negetur. Quod etiam
 sancto Flauiano episcopo me clementia tua
 scripsisse cognoscat, ut charitas non negligatur,
 si error aboletur. Datum Idibus Iunij,
 Asterio & Protogene viris clariss. conf.

EPISTOLA XIII. EIVSDEM, AD
 Ephesinam synodum secundam, in qua pro-
 uocat congregatos episcopos Eutyche-
 tis blasphemias condemnare.

Leo episcopus sanctae synodo, quae apud
 Ephesum conuenit. Religiosa clemen-
 tissimi principis fides, scias ad suam gloriam
 maximam pertinere, si intra ecclesiam catholi-
 cam nullius erroris germen exurgeret, hanc
 reuerentiam diuinis detulit institutis, ut ad
 sanctae dispositionis effectum, auctoritatem
 Apostolicae sedis adhiberet, taquam ab ipso
 beatissimo Petro cuperet declarari, quod in
 eius confessione laudatum sit, quando dice-
 te Domino, quem me esse dicunt homines fi-
 lium hominis, varias quidem diuersorum opi-
 niones discipuli memorarunt. Sed quum ab
 eis, quid ipsi crederent, quaereretur, princeps
 apostolorum plenitudinem fidei breui ser-
 mone complexus, Tu es, inquit, Christus fi-
 lius Dei viui, hoc est, Tu qui es verus filius
 hominis, idem verus es filius Dei viui. Tu in qua,
 verus in deitate, verus in carne, & salua ge-
 minae proprietate naturae vtrinque vnus.
 Quod si Eutyches intelligenter ac viuaciter
 crederet, nequaquam ab huius fidei tramite
 deuiaret. Propter quam ei respo detur a Do-
 mino: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro
 & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus
 qui est in caelis. Et ego dico tibi, quia tu es Pe-
 trus, & super hanc petram aedificabo Eccle-
 siam meam, & portae inferi non praeualebunt
 aduersus eam. Nimis autem a compage huius
 aedificationis alienus est, qui & beati Petri co-
 ncessionem non capit, & Christi euangelio con-
 tradicit, ostendens se nullum vnquam studium
 cognoscende veritatis habuisse, & superfluum
 honorabile visum, qui nulla maturitate cor-
 dis ornauit caritatem senectutis. Verum quia
 etiam tali non est negligenda curatio, & pie
 ac religiosè Christianissimus Imperator ha-
 beri

beri voluit episcopale conciliū, vt pleniore iudicio omnis possit error aboleri, fratres nostros Iulianum episcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hilarium diaconem, cumq; his Dulcitium notarium probatæ nobis fidei, nisi, qui vice mea sancto cōuentui vestræ fraternitatis interfuit, & cōmuni vobiscum sententia, quæ Domino sint placitura, constituent. Hoc est, vt primitus pestifero errore damnato, etiā de ipsis, qui imprudenter errauit, restitutione tractetur, si tamē doctrinam veritatis amplectens, sensus hæreticos, quibus imperitia eius fuerat irretita, plenè aperteq; propria voce & subscriptione damnauerit, quod etiā in libello, quem ad nos miserat, est professus, spondens, per omnia, nostram sequuturum se esse sententiā. Acceptis autem fratris & coepiscopi nostri Flauiani literis, plenius ad eum de his, quæ ad nos videtur retulisse, rescripsimus, vt abolito hoc, quo inquinatus videbat, errore, in laudem & gloriam dei per totum mundum vna sit fides, & vna eademq; confessio, & in nomine Iesu omne genua flectatur caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

Philip. 2. b

EPISTOLA XV. EIVSDEM, AD Flavianum Constantinopolitanum.

Flauiano charissimo fratri, Leo episcopus Romæ. Literas tuæ dilectionis accepi, cum gestis, quæ apud vos super fidei questione confecta sunt. Et quia clementissimus Imperator pro Ecclesiæ pace sollicitus synodum voluit congregari, quantum euidenter appareat, rem, de qua agit, nequaquam synodali indigere tractatu: tamen, frater charissime, subsequutos esse significo, quos in hac re placuit destinare. Nec necessarium fuit, nunc amplius scribi, quum, propicio Deo, de his, quæ causæ credidimus cōuenire, per ea, quæ ipsi portabunt scripta, sis plenius instruendus. Data 15. Kalendas Iulij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

EPISTOLA XVI. EIVSDEM, AD Theodosium Augustum.

Leo episcopus Theodosio semper Augusto. Acceptis clementiæ vestræ literis, & multum vniuersali Ecclesiæ gaudendum esse prospexi, quod Christianam fidem, qua diuinitas honoratur & colitur, in nullo dissimilem, in nullo vult esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiam Dei efficacius suffragetur, quam si vna gratiarum actio, & vnus cōfessionis sacrificium maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo & sacerdotum & cūctorum fidelium ita demum erit plena deuotio, si in his, quæ per vnicum Dei filium deum verbū pro nostra redēptione sunt gesta, nihil aliud sen-

tiatur, quàm quod ipse predicari de se iussit & credi. Vnde quantum ad diem concilij episcopalis, quem pietas vestra cōstituit, occurrere me ratio nulla permittit, quum nec aliqua ex hoc exemplum præcesserint, & temporalis necessitas me non patiatur deferere ciuitatē, præsertim quum tam euidentis fidei causa sit, vt rationabilibus causis ab indicenda synodo fuisset abstinendum: tamen in quantum Dominus iuuare dignatur, meum studiū cōmodaui, vt clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputatis scandalis pro causæ equitate sufficiant, quiq; præsentiam meam implent vicem, quia non talis questio orta est, vnde aut possit, aut debeat dubitari. Data 12. Kalendas Iulij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

EPISTOLA XVII. EIVSDEM, ad Pulcheriam Augustam.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ. Quam tibi fidutiā de fide vestræ clementiæ ecclesiæ Dei debeat polliceri, multis probauimus sæpè documentis, dum, sicut spiritu sancto docente, didicistis, illi per omnia potestatem vestram subijcitis, cuius munere & protectione regnatis. Vnde quia contra integritatē fidei Christianæ, dissensionē quandam in Constantinopolitana ecclesia, Eutyche auctore, generatam, fratris & coepiscopi mei Flauiani relatione cognoui, ita vt totius causæ speciem synodaliū gestorum textus ostēderit, dignum gloriæ vestræ est, vt error qui de imperitia magis, quàm de versutia natus est, auferat, priusquam vllas vires de consensu imprudentiū pertinacia prauitatis acquirat. Nam quantum Nestorius à veritate excidit, dum Dominum Iesum Christum de matre virgine hominem solum asserit natum, tantum etiā hic à catholico tramite deuiat, qui de eadem virgine editura, non nostre credidit essenturæ, vt quod formam serui gessit, quod nostri similis fuit atque conformis, quædam nostræ carnis fuerit imago, non veritas. Nihil autem prodest Dominum nostrum, beatæ Mariæ virginis filium, hominē dicere, si non illius generis atq; seminis homo creditur, cuius in ipso euangelij exordio prædicatur. Vnde multum doleo, multumq; contristor, quod hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbat, contra vnicam spem nostram, patrumq; nostrorum, vana & nimis peruersa audeat destruere. Qui quum videret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, reuocare se à sua opinione debuerat, nē ita Ecclesiæ præfules cōmoueret, vt sententiā damnationis exciperet. Quam utique, si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim Apostolicæ moderatio hanc temperantiam seruat, vt & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat prestare correctis. Quia ergo mihi multa fidutiā est de pietatis vestræ sincerissima fide,

hæc eadē se habetur, sed fuit, supra Epistola 13.

fide, obsecro gloriosissimam clementiam vestram, vt sicuti sancto studio tuo catholica predicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eiusdem faucas libertati. Non enim portuicula aliqua fidei nostræ, quæ minus lucidè sit clara, pulsatur, sed hoc imperita resolutio audeat incescere, quod Dominus in ecclesia sua neminem voluit ignorare. Et idē pro vestræ pietatis consuetudine elaborare dignemini, vt contra singulare sacramentum salutis humanæ, quod blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, qui in hanc tentationem incidit, respiscat, ita vt, quod malè senserat, propria voce & subscriptione cōdemnet, cōmunio illi sui ordinis reformetur. Quod etiā fratri & coepiscopo meo Flauiano me clementiæ vestræ scripsisse cognoscat, & his, quos misimus, delegasse, vt venia cōcedatur, si error aboletur. Nē autem pijsissimi principis dispositioni, qua episcopale conciliū voluit congregari, nostra videretur præsentia defuisse, fratres meos Iulianum episcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hilarium diaconum misi, qui vicem præsentiam meam implere sufficerent. Sed ei, qui in errore est, melius consulatur, si vbi desipuit, ibidem respiscat: & vbi damnationem meruit, illi indulgentiā consequatur. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

EPISTOLA XVIII. EIVSDEM, ad Iulianum episcopum.

Leo episcopus Iuliano episcopo, charissimo fratri. Literæ dilectionis tuæ, quæ mihi nupè sunt redditæ, quàm spirituali catholica fidei vigeas amore, demonstrant, & multum gaudere me faciunt, quod in eadem sententia pia corda concurrunt, vt secūdum doctrinam spiritus sancti impleatur in nobis, quod Apostolus ait: Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententiā, cuius vnitatis nimum se Eutyches facit extraneum, qui in sua peruersitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis à Domino sit obligatus, intelligit. Et quantum sacerdotem Domini reperiendum putat, qui eius imperitiæ amentiamque consentiat, diu apud nos incertum fuit, quid in ipso catholicis displiceret. Et cum fratris nostri Flauiani nullas literas sumerem, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repellulare quereretur, non plenè potuimus discere, vnde pcederet, vel quod tēderet tam dolosa causatio. Sed postea quum gestorum ad nos episcopaliū documenta perlata sunt, omnia illa, quæ fallacium querelarum velamine tegebantur, quum essent detestanda, patuerunt. Et quia clementissimus Imperator, pro beneuolentia & pietate animi sui, de statu huius, qui antè honorabilis videbatur, di-

1. Cor. 1. b

ligentius voluit iudicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale conciliū: per fratres nostros Iulianum episcopum & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconum Hilarium, & quos ex latere meo vice mea misi, ad fratrem nostrum Flavianum sufficientia pro qualitate causæ scripta direxi, quibus & vestra dilectio, & ecclesiā vniuersa cognoscat, de antiqua & singulari fide, quā indoctus impugnator incescit, quid diuinitus traditum teneamus, & quid in commutabiliter prædicemus. Quia tamen non debemus partes miserationis omittere, cōgrua moderatione credidimus sanciedum, vt si condemnatus presbyter plena satisfactione corrigatur, sententia, qua obstrictus est, relaxet. Si verò in eodem insipientiæ suæ luto iacere delegerit, statuta permaneat, & cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

EPISTOLA XIX. EIVSDEM, AD Flavianum episcopum.

Flauiano dilectissimo fratri, Leo episcopus. Profectis iam nostris, quos ad vos in fidei causā direximus, per filium nostrum Bafilem diaconum scripta tuæ dilectionis accepimus, quibus meritò parum de negotio communis sollicitudinis indidisti, quoniā & gesta antè delata, de omnibus nos sufficienter instruxerant, & ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti, per quem nunc alloquia reddentes, dilectionem tuam per Dei gratiā, in qua fidimus, cohortamur, vtentes verbis Apostolicis, atq; dicentes: In nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis. Quid enim tam exitabile, quàm negata veritate incarnationis Christi, omnem spem salutis humanæ velle dissoluere, & Apostolo contraire dicenti manifestè, Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne? Quid tam gloriosum, quàm cōtra inimicos natiuitatis & crucis Christi pro fide euangelica dimicare? De cuius purissimo lumine, inuicta q; virtute, datis iam ad tuam dilectionē literis, quid in nostro esset corde, patefecimus, nē de illis, quæ secundum doctrinam catholicam didicimus & docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia verò tam valida & tam clara sunt testimonia veritatis, vt nimis cæcus, nimisq; obduratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis atq; rationis, non confestim se à tenebris falsitatis excuserit, ad curandam imperitorum insaniam, etiā patientiā volumus adhibere medicinam, vt paternas increpationes hi, qui in senectute carnis suæ mentē sunt paruuli, discant obedire maioribus. Ac, si deposita imperitiæ suæ vanitate respiscunt, omniq; errore damnato, fidem veram singularemque suscipiunt, misericordia eiusdem episcopalis beneuolentiæ non negetur, māsuro iudicio, quod præ-

Philip. 1. d

1. Tim. 3. b

praecessit, si impietas merito condemnata, in sua prauitate perfliterit. Data x. Kalend. Augusti, Asterio & Protogene viris clariss. cosl.

Epistola XX. eiusdem ad eundem Constantinopolitanum episcopum.

LEO Episcopus Flauiano episcopo. Auetget sollicitudinem nostram taciturnitas tua, qui iamdiu nulla dilectionis tuae scripta suscepimus, cum nos curarum tuarum participes, pro fidei defensione solliciti, frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam literas miserimus, ut adhortationum nostrarum consolationibus te iuauemus, ut aduersariorum stimulis pro fidei defensione non cederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatem tuam nostros credimus peruenisse, per quos plenius scriptis, madatisque nostris instructum te esseretines, & Basilium ad te (vt volueras) ipsi remisimus. Nunc, ne aliqua praetermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem & amabilem nobis virum Esitiu, hanc paginam dedimus, vt tota celeritate ad scripta nostra respondeas, nosque subinde de tuis actibus, nostrorumque, & de totius causa absolute facias certiores, vt sollicitudinem, quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nuncijs molliamus. Data iij. Idus Augusti, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

Epistola XXI. eiusdem ad Constantinopolitanos.

Vt prophana, iudicant in hac epistola concilij Ephesini secundi acta, & impenditur consolatio Constantino politano pro destitutione pontificis sui Flauiani.

LEO episcopus, & sancta synodus, quae iu vrbe conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim dilectissimis filijs in Domino salutem. In notitiam nostram, quae Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis, magno animu nostrum fatemur errore confusum, nec ratum licuisse iniquitati facile potuissimus credere, nisi filius noster Hilarius diaconus, qui a nobis vice nostra cum alijs, vt interesset synodo missus fuerat, fugiens reuertisset, declinans, ne iniusta participes esset sententiae. Quippe quum vox illic a nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes (qui totum solus ibi potentiae suae vendicauit) audire contempsit, in confortium suae voluntatis inuitos protrahens sacerdotes, vt per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis causam idoneam reperissent. Sed hos ausus pio & Christianissimo principi confidimus minimè placituros. At nunc quia ecclesiam vestram hac ratione cognouimus dissipatam, consolandos adhortandosque vos esse credimus nostris epistolis, vt pro catholicae fidei defensione perfidorum nequitiae resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc errore percelli, cum maior gloria vestram sit subsecutura constantiam, si a probabili sacerdote vestro nulla vos minae, nulla formi-

do diuulserit. Quisquis enim incolumi atque superflite Flauiano Episcopo vestro sacerdotium eius fuerit ausus inuadere, nunquam in communionem nostram habebitur, nec inter episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua peruersitate anathematizauimus, ita eos, qui veritatem carnis nostrae in Domino Iesu Christo denegat, pari execratione damnamus. State igitur in spiritu catholicae veritatis, & Apostolicam cohortationem ministerio nostri oris accipite, quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Nolite arbitrari, dilectissimi, quod sanctae ecclesiae suae desit, aut defutura sit diuina protectio. Splendet enim fidei puritas, cum ab ea sordes separatur errorum. Vnde iterum, iterumque vos ante conspectum Domini obtestamur, pariter & monemus, vt a fide, in qua fundati estis, & in qua Christianissimum principem nouimus permanere, non insidijs, nec cuiusquam peruersationibus moueamini, sed in persona episcopi vestri illum in cordis oculis habeatis, pro quo idem omnia pati, quae fuerunt illata, non metuit, cuius per omnia imitatores vos esse cupimus, vt commune cum ipso praemium fidei habere possitis. Data Idibus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis.

Epistola XXII. eiusdem ad clerum & plebem Constantinopolitanae urbis.

LEO episcopus, & sancta synodus, quae iu vrbe Roma conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti Constantinopoli. Licet de his, quae in concilio sacerdotum apud Ephesum gesta memorantur, multus nos error afficiat, eod quod sicut consonas fama dispersit, & ipso rerum monstratur effectu, nec iustitiae illic moderatio, nec fidei est seruata religio: de vestrae tamē deuotionis pietate gaudemus, & in sanctae plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, omnium vestrorum probamus affectum, quia & viuere ac permanet apud bonos filios optimi patris iusta dilectio, & catholica doctrinae eruditionem in nulla patimini parte corrumpi. Nondubie enim, sicut vobis spiritus sanctus reuerat, Manichaeorum confederantur errori, qui ab vnigenito Dei filio, verum & nostrae naturae hominem negant esse susceptum, omnesque eius corporeas actiones simulatorij voluntuisse phantasmatis. Cui impietati, ne in aliquo preberetis assensum, iam per filium meum epiphanium, & Dionysium Romanae Ecclesiae notarios, cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direximus, quibus confirmationem, quam expetistis, vltrae prebuimus, vt nos paternam vobis curam non dubitetis impendere, ac modis omnibus laborare, vt auxiliante misericordia Dei, omnia quae ab imperitis & ab insipientibus excitata sunt scadala destruantur. Nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore bladiari, qui potuerit in execrandi sensus impietate convinci. Na si vix in laicis tolerabilis videtur inficitia, quato magis in eis qui praesunt, nec excusatione est digna, nec venia, maxime cum etiam defendere peruersarum opinionum commenta praesumunt, & in consumum suum aut terrore, aut gratia insanabiles quosque tradunt? Sprenatur huiusmodi a sanctis membris corporis Christi, neque sibi catholica libertas infidelium iugum patiatu imponi. Extra enim donum diuinae gratiae, & extra sacramentum habendi sunt salutis humanae, qui negantes naturam nostrae carnis in Christo, & euangelio contradicunt, & simbolo reluctant. Nec sentiunt se in hoc praeruptum sua obcaecatione deduci, vt nec in passionis Dominicae, nec in resurrectionis veritate consistant, quia vtrunque in saluatore vacuatur, si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti ignorantiae tenebris, i quo haec tenens desidiu torpore iacuere, vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, vt nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis CHRISTI inter communis sacramenta fidei taceatur? Quia in illa mystica distributione spiritualis alimoniae hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem caelestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Vnde & ad confirmationem charitatis vestrae, quae laudabili fide inimicis veritatis obnitiur, apte atque opportunè, sermone affectuque Apostolico vtar, & dicam: Propterea & ego audiens fidem vestram, quae est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciat, quae sit spes vocationis eius, & quae diuinitiae gloriae hereditas eius in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nobis, qui credimus secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Dicant hi aduersarij veritatis, quando omnipotens pater, vel secundum quam naturam, filium suum super vniuersa prouexerit, vel cui substantiae cuncta subiecerit. Deitas enim verbi, par in omnibus & consubstantialis est patri, & sempiternè atque intemporaliter vna eademque potentia est genitoris & geniti. Creator quippe omnium naturarum, quoniam per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, superior est omnibus qui creauit, nec vnquam creatori suo non fuerunt non subiecta, quae condidit, cui proprium & sempiternum est, nec aliunde quam de patre, nec aliud esse quam pater est. Huic si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehente, qui creuit, nec habebat diuitias eius naturae, cuius indignit largitate. Sed talia sentientem in societatem suam Arius rapit, cuius peruersitati multum haec suffragatur impietas, negans verbo Dei humanam inesse naturam, vt dum humilitatem in DEI maiestate fastidit, aut falsam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius passionesque corporeas deitatis potius fuisse dicat quam carnis. Quodlibet autem defendere audeat, prorsus insanum est: quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, vt aut aliquid passa sit deitas, aut in vilo metita sit veritas. Impassibilis igitur Dei filius Deus, cui cum patre & spiritu sancto vna incommutabilis Trinitatis essentia, hoc quod est esse, perpetuum est, in ea plenitudine temporis, quae sempiterno consilio fuerat praestituta, & prophetica dictorum atque gestorum significatio promissa, factus filius hominis non suae conuersione substantiae, sed nostrae assumptione naturae, venit quaerere & saluare quod perierat. Venit autem non locali accessu, nec motione corporea, tanquam praesens futurus, vnde abfuisset, aut illinc recessurus, vnde venisset: sed venit, per quod erat visibile & commune cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens, vt manens in forma Dei, formam serui sibi immet & similitudinem peccati carnis vniret, per quam non minueret diuina humanis, sed augeter humana diuinis. Talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, vt originali peccato transeunte per posteros, nullus poenam damnationis euaderet, nisi verbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea scilicet natura, quae nostri & sanguinis esset & generis. Propter quod dicit Apostolus: Sicut per vnium delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnium iustitiam in oes homines ad iustificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnium obedientiam, iusti constituentur multi. Et iterum: Quia enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes sint nati, in Christo tamen inueniuntur renati, habentes fidei testimonium, & de iustificatione gratiae, & de communionematurae, quam qui susceptam ab vnigenito Dei filio in vtero Dauidicae virginis distinetur, ab omni sacramento Christianae religionis alienus

Philip. l. d

Di. 3. Stin laicis videt.

De co. di. i. In quibus isti.

Eph. i. c

pe omnium naturarum, quoniam per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, superior est omnibus qui creauit, nec vnquam creatori suo non fuerunt non subiecta, quae condidit, cui proprium & sempiternum est, nec aliunde quam de patre, nec aliud esse quam pater est. Huic si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehente, qui creuit, nec habebat diuitias eius naturae, cuius indignit largitate. Sed talia sentientem in societatem suam Arius rapit, cuius peruersitati multum haec suffragatur impietas, negans verbo Dei humanam inesse naturam, vt dum humilitatem in DEI maiestate fastidit, aut falsam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius passionesque corporeas deitatis potius fuisse dicat quam carnis. Quodlibet autem defendere audeat, prorsus insanum est: quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, vt aut aliquid passa sit deitas, aut in vilo metita sit veritas. Impassibilis igitur Dei filius Deus, cui cum patre & spiritu sancto vna incommutabilis Trinitatis essentia, hoc quod est esse, perpetuum est, in ea plenitudine temporis, quae sempiterno consilio fuerat praestituta, & prophetica dictorum atque gestorum significatio promissa, factus filius hominis non suae conuersione substantiae, sed nostrae assumptione naturae, venit quaerere & saluare quod perierat. Venit autem non locali accessu, nec motione corporea, tanquam praesens futurus, vnde abfuisset, aut illinc recessurus, vnde venisset: sed venit, per quod erat visibile & commune cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens, vt manens in forma Dei, formam serui sibi immet & similitudinem peccati carnis vniret, per quam non minueret diuina humanis, sed augeter humana diuinis. Talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, vt originali peccato transeunte per posteros, nullus poenam damnationis euaderet, nisi verbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea scilicet natura, quae nostri & sanguinis esset & generis. Propter quod dicit Apostolus: Sicut per vnium delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnium iustitiam in oes homines ad iustificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnium obedientiam, iusti constituentur multi. Et iterum: Quia enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes sint nati, in Christo tamen inueniuntur renati, habentes fidei testimonium, & de iustificatione gratiae, & de communionematurae, quam qui susceptam ab vnigenito Dei filio in vtero Dauidicae virginis distinetur, ab omni sacramento Christianae religionis alienus

Ioan. i. a

Luc. 19. b

Ioan. i. b

Rom. 5. d

1. Cor. 15. c

nus est, & nec sponsum agnoscens, nec spon-
sam intelligens, nuptiali non potest interesse
conuiuio. Caro enim Christi, velamē est ver-
bi, quo omnis qui ipsum integrē confitetur,
induitur. Erubescēs autem illud, & quasi in-
dignum refutans, nullum ex eo habebit or-
natum, ac licet se regio inferat festo, sacrisq;
se epulis importunus immisceat, discretione
tamen regis fallere improbus conuiuia non
poterit, sed sicut ipse Dominus protestatus
est, tollitur ligatis manibus & pedib⁹, & mit-
tetur in tenebras exteriores, vbi erit fletus &
stridor dentium. Vndē, quicumq; in Christo
non confitetur corpus humanum, nouerit se
mysterio incarnationis indignum, nec eius
sacramenti habere consortium, quod Apo-
stolus prędicat, dicens: Quia membra sum⁹
corporis eius, de carne eius & de ossibus ei⁹,
propter hoc crelinquet homo patrem & ma-
trem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in
carne vna. Et exponens, quid per hoc signifi-
cetur, adiecit: Sacramentum hoc magnum
est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia.
Ab ipso ergo principio generis humani omi-
bus hominibus Christus est denunciatus, in
carne venturus. In qua (sicut dictū est, & erūt
duo in carne vna) utique duo sunt, Deus &
homo, Christus & Ecclesia, quæ de spōsi car-
ne prodijt, quandō ex latere crucifixi manā-
te sanguine & aqua, sacramentum redempti-
onis & regenerationis accepit. Ipsa est enim
noua conditio creaturæ, quæ in baptisate
non indumento veræ carnis, sed contagio
damnatæ vetustatis exuitur, vt efficiatur ho-
mo corpus Christi, quia & Christus corpus
est hominis. Vndē non Deum tantum dici-
mus Christum, sicut hæretici Manichæi: nec
hominem tantum, sicut hæretici Photiniani:
nec ita hominem, vt aliquid ei desit, quod ad
humanam certum est pertinere naturam, si-
ue animam, siue mētem rationalem, siue car-
nem, quæ non de femina sumpta sit, sed fa-
cta de verbo in carnē conuerso atq; mutato,
quæ tria falsa & vana, Apollinistarum hæreti-
corum tres partes variē protulerunt. Nec di-
cimus, quod beata virgo Maria hominē sinē
deitate conceperit, qui creatus à spiritu san-
cto, postea sit susceptus à verbo, quod nesto-
rium prædicantem, meritō iusteque damna-
uimus: sed dicim⁹ Christum Dei filium, De-
um verum, natum de DEO patre, sinē vllō
initio temporis, eundemque hominem ve-
rum, natum de matre homine, certa plenitu-
dine temporis, nec eius humanitatem, qua
maior est pater, minuere aliquid ei naturæ,
qua æqualis est patri. Hoc autem vtrunque
vn⁹ est Christus, qui verissimē dixit, & secun-
dum DEVM, Ego & pater vnū sumus: &
secundum hominē, Pater maior me est. hanc
fidem, dilectissimi, veram & indissolubilem,
quæ sola veros efficit Christianos, quamque
(vt intelligimus & probamus) pio studio &
laudabili amore defenditis, perseveratē te-

Matth. 22. b

Ephes. 5. f

Ioan. 19. f

Christi

Ioan. 10. f
Ioan. 14. d

nete, & cōstanter asserite. Et quoniam oportet
vos post diuinum auxilium, etiā catholicorum
principum gratiam promereri, humiliter ac
sapienter exposcite, vt petitioni nostræ, qua
plenariā indici synodum postulamus, clementis-
simus Imperator dignetur annuere, quod citius,
adiuuante misericordia dei, & sanis fortitudo
augeat, & morbidis, si curari acquiescant,
in medicina præstetur. Data Idibus Octobris,
Asterio & Protogene viris clariss. cosl.

*Epistola XXIII. eiusdem ad Theodosiū Augusti-
nū, de secūda & prophana synodo Ephesi-
na, in qua Eutycheus hæresis quorundam episco-
porum prauo intellectu adiuua est. Vndē hor-
tatur eundē Augustinum, vt prisca fidei
constitutio ab eis nō violetur, sed
Dei sacerdotes totius orbis
admentur.*

Leo episcopus, & sancta synodus, quę in
vrbe Roma cōuenit, Theodosiū Augu-
sto. Literis clementiæ vestrę, quas dudum ad
beati Petri apostoli sedem, pro catholice fi-
dei amore misistis, tantam fiduciam sumpsi-
mus defendendę per vos veritatis & pacis, vt
in causa tam simplici, tamque munita nihil
putaremus posse existere, quod noceret, præ-
sertim cum ad episcopale concilium, quod
haberi apud Ephesum præcepistis, tā instru-
cti sint missi, vt si scripta, quæ vel ad sanctam
synodum, vel ad Flauianum episcopum de-
tulerūt, episcoporum publicari auribus Ale-
xandrinus permisisset antistes, ita manife-
statione purissime fidei, quam diuinitus in-
spiratam, & accepimus & tenemus, omnium
concertationum strepitus quieuisset, vt nec
imperitia vltra deciperet, nec occasio nē
nocendi æmulatio reperiret. Sed dum priuatę
causæ, religionis, exercentur obtentu, com-
missum est impietate paucorum, quod vni-
uersam Ecclesiam vulneraret. Comperimus
enim non incerto nuncio, sed fidelissimo re-
rum, quæ gesta sunt, narratore Hilario diaco-
no nostro, (qui vix, nē subscribere per vim
coogeretur, effugit) conuenisse ad synodum
plurimos sacerdotes, quorū utique frequen-
tia consultationi & iudicio profuisset, si is, q;
sibi locum principem vendicabat, sacerdotalem
moderationem custodire voluisset, vt
(sicut moris est) omnium sententijs ex liber-
tate prolatis, id tranquillo & æquo cōstitue-
retur examine, quod & fidei cōgrueret, & er-
rantibus subueniret. In ipso autē iudicio non
omnes, qui conuenerant, interfuisse cogno-
uimus. Nā alios reiectos, alios didicimus in-
tromissos, q; pro supradicti sacerdotis arbi-
trio, impijs subscriptionib⁹ captiuas manus
dederūt, q; nociturū statui suo scirēt, nisi im-
perata fecissent, talemque ab ipso platam esse
sententiā, vt dū homo vn⁹ impetitur, in oēm
ecclesiā sequiret. Quod nostri ab Apostolica
sede directi, ad eōdē impium & catholicę fidei
cōtrariū esse viderunt, vt ad consentiendum
nulla

nulla poterint oppressione compelli, con-
stanterque in eadem synodo (vt decuit) fue-
rint protestati, nequaquam id, quod consti-
tuebatur, sedem Apostolicam recepturam,
quoniam reuerā omne Christianę fidei sacra-
mentum (quod absit) à temporibus vestrę
pietatis excluditur, nisi hoc scelestissimū fa-
cinus, quod cuncta sacrilegia excedit, abole-
atur. quia verō diabolica nequitia subtiliter
fallit incautos, & ita quorundam impruden-
tiam per similitudinem pietatis illudit, vt p;
salubribus persuadeat nocitura: remouete,
quęsumus, à vestrę pietatis conscientia peri-
culum religionis & fidei, quodque in secula-
ribus negocijs legum vestrarum equitate cō-
ceditur, in rerū diuinarum pertractatione p-
stare, vt Christi euāgelio vim non inferat hu-
mana præsumptio. Ecce ego, Christianissime
& venerabilis Imperator, cum confacerdoti-
bus meis, implens erga reuerentiam clemen-
tiæ vestrę sinceri amoris officiū, cupiensque
vos placere per omnia deo, cui pro vobis ab
ecclesia supplicatur, nē ante tribunal Christi
Domini rei de silentio iudicemur, obsecra-
mus coram vnus deitatis inseparabili trini-
tate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit
custos & auctor Imperij, & corā sanctis ange-
lis Christi, vt omnia in eo statu esse iubeatis,
in quo fuerunt ante omne iudiciū, donēc ma-
ior ex toto orbe sacerdotum numerus con-
gregetur. Nec alieno peccato patiamini vos
grauari, quod necesse est nos dicere) ve-
remur, nē cuius religio dissipat, indignatio
prouocetur. Præ oculis habete, & tota men-
tis acie reuerenter adspicite beati Petri glo-
riam, & communes cum ipso omnium apo-
stolorum coronas, cunctorumque martyrū
palmas, quibus alia non fuit causa patiendi,
nisi confessio verę diuinitatis, & verę huma-
nitatis in Christo. Cui sacramento, quia im-
piē nunc à paucis imprudentibus obuiatur,
omnes partium nostrarum ecclesię, omnes
māsfuetudini vestrę cum gemitib⁹ & lachry-
mis supplicant sacerdotes, vt quia & nostri
fideliter reclamāunt, & eidem libellum ap-
pellationis Flauianus episcopus dedit, gene-
ralem synodum iubeatis intra Italiam cele-
brari, quæ omnes offensiones ita aut repellat,
aut mitiget, nē aliquid vltra sit vel in fide du-
bium, vel in charitate diuisum, conuenienti-
bus utique Orientalium prouinciarum epi-
scopis, quorum si qui superati minis atque
iniurijs à veritatis tramite deuiarunt, saluta-
ribus remedijs in integrū reuocentur: ipsiq;
quorum est causa durior, si consilij melio-
ribus acquiescant, ab Ecclesię vnitate nō ex-
cedant. Quam autem post appellationem in-
terpositam hoc necessariē postuletur, cano-
num Niceæ habitōrū decreta testantur, quæ
à totius mundi sunt sacerdotibus cōstitutā,
quæque subtrē adnexa sunt. Fauete catholi-
cis vestro more, parentumque vestrorū. Date
defendendę fidei libertatem, quam salua cle-

mentiæ vestrę reuerentia, nulla vis, nullus
poterit mūdānus terror auferre. Cum enim
ecclesię causas, tum regni vestri agamus &
salutis, vt prouinciarum vestrarum quieto iu-
re potiamini, defendite contra hæreticos in-
concussū ecclesię statum, vt & vestrū Chri-
sti dextera defendatur Imperium. Datum iij.
Idus Octobris, Asterio & Protogene vv. cc.
cosl. era qua suprā.

*Epistola XXIII. eiusdem Leonis papę ad
Pulcheriam Augustam, contra eandem secū-
dam prophanam synodū Ephesinam, vt eius
errores in alia synodo retractentur.*

Leo episcopus, & sancta synodus, quę in
vrbe Roma conuenit, Pulcherię Augu-
stę. Si epistolę, quę pro fidei causā per no-
stros clericos directę sunt, ad vestram pieta-
tem peruissent, certum est, remedium vos
his rebus, quę contra fidem factę sunt, adspi-
rante vobis domino, præstare potuisse. Quā-
dō enim sacerdotibus, quandō Christianę
religioni aut fidei defuistis? Sed cum ad mā-
sfuetudinem vestram ad eōdē non potuerint p-
uenire, qui missi sunt, vt ad nos vix vn⁹ illo-
rum Hilarius diaconus noster fugiens sit re-
uersus, iteranda scripta credidimus. Et vt va-
lidiores preces nostrę esse mereantur, ipso-
rum scriptorum, quę ad clementiā vestrā nō
peruenerunt, exempla subiecimus, amplio-
ribus vos obtestatiōibus obsecrātes, vt quā-
to acerbiora facta sunt, quib⁹ pro sede regia
vos conuenit contraire, tanto maiore gloria
curam eius, in qua excellitis, religionis habe-
atis, nē catholicę fidei integritas vlla huma-
narum concertationum occasione violetur.
Quę enim, congregata apud ephesum syno-
do, sopienda & sanāda pacis remedio crede-
bātur, hæc non solum in maiora pacis dispē-
dia, sed quod nimis dolendum est) etiā in
ipsis fidei, qua Christiani sumus, excidia p-
cesserunt. Et ij quidem, qui missi sunt, quo-
rumque vnus vim Alexandrini episcopi, sibi
omnia vendicātis, effugiēs, rerum gestarum
nobis ordinē fideliter nunciauit, reclamārūt
in synodo (sicut oportuit) vnus hominis nō
tam iudicio, q; furori, protestantes, ea quę p-
vim metumque gererentur, sacramentis Ec-
clesię & ipsi symbolo ab apostolis instituto,
piudicare non posse, nec se ab ea fide vlla in-
iuria separandos, quam plenissimē expositā
atque digestam, à sede beati apostoli petri ad
sanctam synodum detulissent. Cuius cum
recitatio, poscentibus episcopis, non sit ad-
missa, vt scilicet remota ea fide, quę patriar-
chas, prophetas, apostolos & martyres coro-
nauit, generatio IESV CHRISTI Domini
nostri secundum carnem, & verę mortis ac
resurrectionis eius confessio (quod horre-
mus dicere) solueretur, scripsimus de hac re
(vt potuimus) ad gloriosissimum princi-
pem & (quod est maximum) Christianum,
cuius epistolę pariter exempla subiecimus,

vt fidem, in qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla sineret nouitate corrumpi, quoniam Flavianus episcopus in nostra omnium communiōe persistit atque hoc, quod factū est sine cōsideratione iustitiæ, & contra oīm canonum disciplinam, ratū haberi ratio nulla permittit: & quia dissensionis scandalū nō abstulisset Ephesina synodus, sed auxisset, habendo intra Italiam concilio & locus constitueretur, & tempus, omnibus querelis & p̄iudicijs partis vtriusque suspensis, quo diligentius vniuersa, q̄ offensionē generauerāt, retractent, & absq; vulnere fidei, absq; religionis iniuria in pacē Chri redeāt, qui p̄ impotentiam subscribere coacti sunt sacerdotes, & soli auferantur errores. Quod vt obtinere mereamur, probatissimæ nobis fidei pietas tua, quæ labores ecclesiæ semp̄ adiuuat, supplicationem nostram apud clementissimum principem sibi specialiter à beatissimo Petro apostolo legatione commissa dignetur asserere, vt priusquam ciuile hoc & exitiale bellum intra ecclesiam conualescat, redintegranda vnitatis copiam, Deo auxiliante, concedat, sciens Imperij sui viribus profuturum, quicquid catholicæ libertati, benigna ipsius fuerit dispositione collatū. Data tertio Idus Octob. Asterio & Protogene vv. cc. coll. æra qua supra.

Epistola XXV. eiusdem, ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum.

Flauiano charissimo fratri Leo Episcopus. Quæ & quanta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patitur, per diaconum, qui ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licet magnificemus Deum, qui te gratiæ suę virtute confortat, necesse est tamē nos dolere eorū ruinas, per quos veritas impugnatur, & ipsa totius Ecclesiæ fundamēta quatiantur. Quia verò prouidentia dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro cōmuni causa nihil eorū quæ agenda sunt, præterire, vt primitus ad ea, quæ vniuersitati fidelium profunt, peruenire mereamur. Sin, est vt fortiter interim dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sanè breuis hui⁹ epistolę, fidei sermōe poterit enarrare, quicquid illud est, ad quod, adiuuante Domino, studio fidei & charitatis intendimus. Data tertio Kalen Octobris, Asterio & Protogene vv. cc. consulibus.

¶ Epistola eiusdem XXVI. ad Faustū & ceteros Archimandritas Constantinopolitanos, qua adhortatur eos ad constantiam in omni bono, maximè fidei & charitatis, & detestatur a se secundi cōcilij Ephesini.

Leo episcopus, & sancta synodus quæ in vrbe Roma conuenit, Fausto, Martino, Petro & Magno & Helix, presbyteris & Ar-

chimandritis Constantinopolitanis, dilectissimis filiis in Domino salutem. Quauis ea, quæ ad Constantinopolitanam ecclesiā scriptimus, sollicitudinem deuotionis vestræ latere non possunt, tamen etiā specialibus dilectionem vestram literis cohortandam esse credidimus, vt memores sanctæ professionis vestræ, quæ propriè in fide & charitate consistit, omnia scandala, quæ contra pacem Ecclesiæ orta sunt, à vestris cordibus repellatis, beati Apostoli sententiam pia mente retinentes: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit: & custodientes vnitatem cum fratre nostro Flauiano episcopo, quem ad tempus dominus permisit impiorum factione tentari, vt probatum sibi sacerdotem suum, perseverantiæ merito faceret clariorem. Hæc autem perturbatio, necesse est, vt auxiliante Dei gratia celeriter destruantur, & omne quod reprobum est, ab Ecclesiæ puritate, quæ nec maculam Ephes, 5, f

Epistola XXVII. eiusdem, ad Anastasiū Episcopum Thessalonicensem.

Leo Episcopus vrbis romę, dilectissimo fratri Anastasio Episcopo. Quantum relatione Hilarij diaconi nostri cognouimus, magnum facinus, Alexandrino Episcopo auctore vel executore, commissum est, vt dum in fratrem nostrum Flavianum veteres emulationes & odia priuata desquunt, nec innocentie probatissimi sacerdotis, nec Christiane fidei parceretur. Vndè multum dilectio tuę cōgratulatur, quod te, ad illā synodum ire cupitētem, opportunis obstaculis manus diuina detinuit, nē abstēturus proculdubio à tanto scelere, indignis iniurijs subiaceres, & furori impio, militibus (quantum didicimus) armisque suffulto, contraire nō posses. quia

quia ergo prorupit in apertum perfidia, quæ latebat, & in nefandissimam hæresim vnus imperitissimi senis affectu transierunt, temp̄ probationis nostræ debemus agnoscere, & contra impetus aduersantium, muniti omnibus caelestibus freti, incommutabilis animi constantiam præparare. Scimus, frater charissime, quia sacramento magnę pietatis suę aderit diuina protectio. Si quid igitur fraternitati tuę de impijs constitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter ac monemus, nē vel in damnationē fratris infantis, vel in receptione nefarij dogmatis consensum tui cordis immisceas. Maior est enim, qui in nobis est, quam qui aduersus nos. Annitere potius, quantum te ipse naturæ nostræ susceptor & glorificator adiuuerit, vt omnium fratrum nostrorum corda cōfirmes. Nobis em̄, ab euangelio generationis & mortis ac resurrexionis Domini nostri Iesu Christi nullatenus recedentibus, diffinitissimū est, in nostræ communionis numero nō futuros eos, qui conantur antiqua catholice fidei fundamenta cōuellere. Data tertio Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clariss. consulibus.

¶ Epistola XXVIII. eiusdem, ad Iulianum Episcopum.

Leo Romanæ ecclesiæ Episcopus, Iuliano fratri & coepiscopo salutem. Cognitis, quæ apud Ephesum vnus hominis præsumptione sunt gesta, magno quidem dolore affecti sumus de his, quæ impie furioseque commissa sunt: sed ad Dominum nostrū animū dirigentes, multam fiduciam ab ipsa, quam sequimur, veritate concipimus, non omitteres omnia agere, quæ auxiliante Dei gratia credimus profutura. Tenendum ergo nobis est, quod tenemus: & sequente vnus turbis procella, serenissima fidei est amplectenda tranquillitas, donec radios suos veritas per vniuersa diffundat, & caliginem infidelitatis consumat. Quæ autē disposita sunt, per latoris sermonem agnosces. Data tertio Idus Octob. Asterio & Protogene vv. cc. consulibus.

¶ Epistola XXIX. eiusdem, ad Pulcheriam Augustam, de his quæ superius postulauit.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ. Gaudere me plurimum & exultare in Domino, pietatis tuæ scripta fecere, quibus euidenter ostenditur, quantum catholicam diligas fidem, & quantum hæreticum detestaris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & euangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam legere, sed ipsa religionis Christianæ conatur fundamenta conuellere, negans sempiterni patris filium sempiternū, de veteri beatæ virginis matris, veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, & eos damnatione percensens, qui ab Euangelica & apostolica fide

nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra præterens, quod Nicenę synodi fidem teneat, cuius eum constat esse alienum, gloriosissima Augusta. Vndè, quia non deserit ecclesiam suā diuina protectio, dicente Domino: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, eodemque opere & tempore spiritus Dei & clementiæ vestrę sollicitudinem, & curam nostri cordis accendit, vt de remedijs procurandis eadem vtrique cuperemus, quæ prius poposci, nūc quoque instantius peto, maiore vtriusque fidutiæ deprecandi, posteaquam præsidium venerandæ exhortationis accepi, sperans affuturam misericordiam Dei, vt, cooperante vestra clemētia, pestiferi erroris possit morbus auferri, vt quicquid, ipso inspirante atque auxiliante, potuerit salubriter fieri, cum vestræ fidei laude peragatur: quoniam res humane aliter tutæ esse nō possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat autoritas. Data sextodecimo Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies & Auieno viris clarissimis consulibus, æra 488.

¶ Epistola trigesima Leonis papæ ad Martinum & Faustū presbyteros exhortatoria, de damnatione secundi Ephesini Concilij.

Leo Episcopus, Martino Faustoque presbyteris. Bonorum operum & spiritualium studiorum deum auctorē esse, non dubium est, qui quorum incitat mentes, adiuuat actiones. Quod nobis presenti experimento euidenter apparuit. Siquidem inter discretarum spatia lōginqua regionum, vnus sumpserunt corda nostra cōsiliū, vt, quod à nobis desiderabatis, eo vobis tempore, quo epistolę nostrę mittebantur, occurreret: si tamen dilectioni vestrę tradi scripta nostra potuere, q̄ non solum apostolice sedis auctoritate, sed etiā sanctę synodi, quæ ad nos frequēs conuenerat, vnanimitate directā sunt, vt in his, quantam curam totius Ecclesiæ habeamus, appareat, hortando s. omnium fidelium mentes, & clementissimorum principū p̄sidia ad defensionem fidei postulādo, quorum pios & catholicos animos, non diffidimus opem atque auctoritatem suam iustis petitionibus p̄stituros, quō citius, auxiliante Domino, pernicioza hæresis, & dudum sanctorum patrum auctoritate damnata, quæ & nup̄ Ephesi malè adiuta est, auferatur. Interim verò det operam (quantum fieri potest) vestra dilectio, vt omnibus Ecclesiæ filiis innotescat, quod contra impium sensum, secundum doctrinam euangelicam & Apostolicam predicamus. Quia licet plenè, quæ semper fuisset atque esset catholicorum sententia, scripserimus, tamen nunc quoque ad confirmādas omnium mentes, nō parum exhortatiōis addidimus. Memor enim sum, me

sub illius nomine Ecclesiae praesidere, cuius a Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hereses destruit, sed maximè impietatem praesentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud nõ licere, quàm vt omnes conatus meos ei cause, in qua vniuersalis Ecclesiae salus infestatur, impendam. Nè autem aliqua negligentiae occasione, scripta nostra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorum nunc mittenda credimus, vt nullo modo fidei, quam defendimus, praedicatione, vestrae notitiae subtrahatur. Data decimo sexto Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septimò & Auieno viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola 31. eiusdem ad Theodosium Augustum, ubi scripsit, vt id, quod de incarnatione filij Dei ab Anatolio Constantinopolitano episcopo praedicatur, agnoscat, & vniuersale concilium in Italia fiat.

Leo Episcopo Theodosio semper Augusto. Omnibus quidè vestrae pietatis epistolis, inter eas sollicitudines, quas p fide patimur, spem nobis securitatis maximam praestitistis, Nicenū commendando Concilium, adeò, vt ab illo, sicut sepè iam scribitis, non patiamini sacerdotes Domini deuiare. Sed nè aliqui in praedictum catholicæ defensionis videret egisse, de ordinatione eius, qui Constantinopolitanæ coepit Ecclesiae praesidere, nihil interim in alterutram partem temerè rescribendum putauit, nõ dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Quod equanimiter ferat, obsecro, vestra clementia, vt cum talem se erga fidem catholicam, qualem cupimus, approbabit, de sinceritate ipsius copiosius & securius gaudeamus. Nè verò aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio, occasionem totius difficultatis amoueo: nec aliquid exigo, quod aut arduum videatur, aut dubium: sed ad id, quod nullus catholicorū refuset, inuito. Noti enim sunt per vniuersum mundum atque manifesti, qui ante nos siue Græca, siue Latina lingua in catholice veritatis praedicatione fulserunt: ad quorum scientiam atque doctrinam, quidam etiã nostrae etatis accedunt, de quorum scriptis par & multiplex profertur instructio. Quae sicut Nestorianam heresim destruxit, ita etiã hunc, qui nunc malè repullulat, abscidit errorem. Relegat itaque sollicitè, quae a sanctis patribus incarnationis nominis fides fuerit custodita, semperque similiter praedicta: & cum sanctae memoriae Cyrilli Alexandrini episcopi epistolam (qua Nestorium corrigere & sanare voluit, prauas praedicationes ipsius arguens, & euidentius fidem Nicenae definitionis exponens, quamque ab eo missam Apostolicae sedis scrinia susceperunt) praecedentium sensui perspexerit consonantem,

Ephesinae etiã synodi gesta recenset, quibus contra Nestorij impietatem, a sanctae memoriae Cyrillo inserta & alligata sunt, de incarnatione Domini Catholicorum testimonia sacerdotum. Non aspernetur etiã meam epistolam recedere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet. Cumque a se hoc, quod eidem profuturum sit, expecti desiderarique cognouerit, catholicorū sententij toto corde consentiat, ita vt synceram communionis fidei professionem, absolutissima subscriptione, coram omni clero & vniuersa plebe declaret, Apostolicae sedi & vniuersis Dei sacerdotibus, atque ecclesijs publicandam, vt pacificato per vnam fidem mundo, possimus omnes dicere, quod angeli, nato de Maria virgine saluatore, cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Quia verò & nos, & beati patres nostri, quorum doctrinam & veneramur & sequimur, in vniuersae fidei concordia sumus, sicut prouinciarum omnium protestatur antistites: agat clementiae vestrae deuotissima fides, vt quāprimū ad nos Constantinopolitani episcopi, quales debent, probati & catholici sacerdotis scripta perueniant, aperte scilicet atque dilucidè protestantia, quod si quis de incarnatione verbi Dei aliud aliquid credat aut afferat, quàm catholicorum omnium & mea professio protestatur, hunc a sua communione seceruat, vt ei fraternam in Christo charitatem merito possimus impendere. Vt autem salubribus curis velocior, pleniorque, auxiliante Domino, per vestrae clementiae fidem praestetur effectus, ad pietatem vestram fratres & coepiscopos meos Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros, quorum mihi deuotio est probata, direxi: per quos, quae nostrae forma sit fidei, manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignanter agnoscere, vt si Constantinopolitanus antistes in eandem confessionem toto corde consentit, securi (vt dignum est) de ecclesiastica pace laetemur, neque aliquid residere videatur ambiguum, vt de superfluis forsitan suspicionibus laboremus. Sin verò aliqui a puritate nostrae fidei, atque patrum autoritate dissentiant, Concilium vniuersale intra Italiam, sicut Synodus, quae ob hanc causam Romae conuenerat, mecum petit, clementia vestra concedat, vt in vnum conuenientibus omnibus, his qui aut ignorantia, aut timore prolapsi sunt, correctionis remedijs consulatur: nec cuiquam vltra sit liberū, ita Nicenae synodi facere mentionem, vt eius fidei inueniatur esse contrarius: quoniam & vniuersae Ecclesiae, & vestro hoc imperio profuturum est, si vnus Deus, vna fides, & vnum sacramentū salutis humanae, vna totius mundi confessione teneatur. Data decimo sexto Kalendas Augusti, Valentiniano septimò & Auieno viris clarissimis consulibus.

¶ Epi-

¶ Epistola trigesima secunda ad Faustum, Martianum, ceterosque presbyteros & Archimandritas.

Leo episcopo Fausto, Martiano, Petro, Manueli, Iob, Antiocho, Viuantiacho, Abrahamo, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, Asterio & Charaso presbyteris & archimandritis, & Iacobo diacono & archimandrita. Causa fidei, in qua salus Christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, metuentem, nè prauitas, quae in suis fuerat amputanda principijs, processu temporis & pertinacior fiat, & latior. Nam cum clementissimus Imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace vniuersalis Ecclesiae demonstraret, ipse Constantinopolitanus episcopus, & hi qui eundem consecrarent, praeter id quod ad ordinationem noui antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicauerunt: quasi in illa Ecclesia nullum scandalum, nulla extitisset offensio, aut non hinc praecipue fuerit ordinati meritum demonstrandum, si aliena a se, quae catholicorum sensibus sunt aduersa, docuisset. Nè ergo (quod inter longinquas regiones accidere solet) in nimias dilaciones tenderent veritatis examina, fratres & coepiscopos nostros Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros probatissimos viros, ad probatissimum principem cum sufficienti paternarum autoritatum instructione direximus. Quos in omnibus, fratres charissimi, diligentia ac sollicitudine vestra cupimus adiuuari, vt impietas, quae caecis ausibus in exitia abrupta processit, simplices quoque decipiendi ulterius non habeat potestatem, cum aptiore medicina etiã illis cupiamus per correctionis remedia subueniri, qui aut imperitia sunt lapsi, aut errore traducti. Et ideo vos, qui iustificamini per fidem, qui catholicam diligitis veritatem, & de singulari sacramento salutis humanae per spiritum sanctum estis edocti, collobrate nobiscum, & quanta potestis deuotione, id agite, vt falsitate destructa, & fidei soliditate defensa, securam per totum mundum Dei pace potiamur.

Data decimo sexto Kalend. Augusti, Valentiniano Augusto septimò, & Auieno viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola 33. Leonis Papae, ad Pulcheriam Augustam, pro his quae superius Theodosium Augustum postulauit.

Leo episcopo Pulcheriae Augustae. Gaudeo fidei clementiae vestrae, quod religiosum studium dignè impenditis, vt pax ecclesiastica renouetur, quae quorūdam diffusionibus videbatur esse turbata. Debetur enim hoc vestrae specialiter gloriae, vt ablati omnibus scandalis, quae contra catholicam fidem inimicus excitauerat, vna eademque sit

per totum mundum confessio veritatis: quae facilius certiusque reparabitur, si prauorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquatur. Quod tamen mearum partium est, praeterire non debeo, vt scilicet, quid de incarnatione filij Dei a Constantinopolitano episcopo teneatur, agnoscam, praesertim cum in ordinatione ipsius plura praecesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quae illum a contagione huius qui nuper emerit, erroris alienum euidenter ostenderet. Optans itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternae charitatis impendere, scribere ei interim distuli, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Simplex enim est atque absolutum, quod posco, vt remoto longarum disputationum labore, sanctae memoriae Cyrilli Alexandrini episcopi epistolam, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua & errorem Nestorij arguit, & fidem Nicenae definitionis exposuit, & epistolam meam, quae ad sanctae recordationis Flavianum episcopum est directam, consentiat. Quibus vigilanter inspectis, Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi, quod ausa est contra puram & singularem fidem imperita insipientia definire, incunctanter agnoscat: quia & mea, & sanctorum patrum de incarnatione Domini concors per omnia & vna confessio est. Quasi si quis existimauerit non sequendam, ipse se a compage catholice vnitatis abscindet, cum tamen nos, vt in integrum omnia reuocetur, optemus. Ad effectum verò salubrium dispositionum velocius obtinendum, fratres & coepiscopos meos Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros probatissimos viros misi, qui clementiae vestrae formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium patrum praedicamus, offerrent, & remotis circunlocutionibus, quibus obscurari veritas solet, quid de incarnatione filij Dei, a totius orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent. Quos post diuinam gratiam sancto vestrae pietatis auxilio dignū est adiuuari, nè in totius Ecclesiae perturbationem imprudens procedat contentio, cum correctione adhibita, omnes oporteat in vniuersae confessionis redire concordiam. A qua si forsitan ab aliquibus discrepatur, vniuersale Concilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra annuente, iubeatur, quod, remota arte fallēdi, tādē pateat, quid altiori tractatu aut coerceri debeat aut sanari. Data tertio decimo Kalendas Augusti, Valentiniano Augusto septimò, & Auieno viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola trigesima quarta eiusdem, ad Martinum presbyterum.

Leo episcopo Martino presbytero. Gratias agimus Deo, & multā fidutiā pie exultationis

tationis accepimus, cum dilectionem tuam & catholicam fraternitatem ita spiritu fidei vigere cognoscimus, ut cordibus vestris nihil infirmitatis haeretica possit inferre tentatio, ad quam diuinitus destruendam, nec defuit (ut scitis) sollicitudo nostra, nec deerit, donec omnipotentis dextera omnia diaboli arma confringat. Cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria maiore vincatur. Si quid autem difficultatum interuenit aut morarum, cum equanimitate tolerandum est: quoniam ubi veritas est magistra, nunquam defunt diuina solatia, fratres charissimi. Quauis ergo magna locorum intervalla nos diuidant, unitate tamen fidei vobiscum sumus, & toto corde Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum, & verum hominem confitentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestra professionis concordia gloriamur, tatum ut sit, auxiliante Domino, constantia perseverans, dicente Apostolo: Vobis enim datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roboradam, fratres nostros atque legatos, quos pro Apostolica fidei libertate direximus, & quos dudum apud vos esse confidimus, plurimum credimus profuturos, cum totius actionis nostrae didiceritis affectum, & curam vestram atque consilium operi iunxeritis. De qua re non necesse est nunc latius scribere, cum iam per supradictos sufficientes epistolas miserimus, quibus abundantissimè omnis catholica fraternitas instruat. Diuina erit virtus & gratia, ut Dei filius, qui naturam humani generis suam fecit, amplius quam videmus aut sapimus, magnum pietatis suae asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudauit, sed rectis cordibus non potuit. Data Idibus Septembris, Valentiniano & Auiano viris clarissimis consulis.

¶ Epistola trigesima quinta eiusdem, ad Leonem Rauennatem episcopum, de his, qui de captiuitate redeunt, incertum habent, utrum ante captiuitatem baptismum consecrati sunt.

TITVLI CAPITVLORVM sequentis Epistolae.

De paruulis, qui in captiuitatem deueniunt, & baptismum non reminiscuntur se consecutos.

¶ 1. Ut ab haereticis baptizatus, per impositionem manus spiritum sanctum accipiat.

¶ 2. **L**eo episcopus, Leoni episcopo Rauennati salutem. Frequenter quidem in diuersarum ambiguae quaestionum titubantia fratrum corda, spiritu Dei instituente, solidauimus, responsionis formam vel ex sanctarum scripturarum disciplinis, vel ex patrum regulis colligentes. Sed nuper in synodo nouum

& inauditum antea genus consultationis extortum est.

Capitulum primum.

Nam quorundam fratrum suggestionem comperimus, aliquos captiuorum ad sedes suas libertatemque redeunt, qui scilicet in captiuitatem illa aetate peruenerint, quae nullius rei firmam poterat habere notitiam, remedium quidem implorare baptismi, sed utrum eiusdem mysterij ante sacramenta perceperint, infantiae inscientia non posse reminisci: & ideo sub hoc latente recordationis incerto, animas suas in discrimen adduci, dum sub specie cautionis negatur his gratia, quae ideo non impenditur, quia putatur impesa. Cum itaque tribuere talibus Domini sacramenta mysterij, non immerito quorundam fratrum formido dubitaret, in synodali (ut diximus) coetu formam huiusmodi consultationis accepimus: quam diligentiùs discuti, & pro vniuersi cuiusque sensu sollicita volumus ratione tractari, quod ad veritatem, adhibita cognitione multorum, certius peruenire possemus. Eadem ergo, quae in sensum nostrum diuina inspiratione venire, frequens etiam fratrum firmavit assensus. In primis itaque providere debemus, ne dum speciem quandam cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspensionibus suis deditus, ut verum esse definiat, quod omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaque baptismum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, quod nesciat consecrati, nihil est, in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte conscientiae suae nec ille reus sit, qui consecratur, nec ille, qui consecrat. Scimus quidem inexpiabile esse facinus, quotiens iuxta haereticorum damnata a sanctis patribus instituta, cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, Apostolica reclamante doctrina, quae nobis vnam praedicat in Trinitate deitatem, vnam in fide confessionem, vnum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen deuenire, quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quotiens persona talis incidit, sollicita primum examinatione discutite, & longo tempore, nisi forte supremus finis imminet, indagat, utrum nemo sit penitus, qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit, hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cuius in se nulli scit esse vestigium. Nec vereamur huic salutis ianuam aperire, quam nunquam antea docetur ingressus.

¶ 2. Quod si, ab haereticis baptizatum quendam fuisse, constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur: sed hoc tantum, quod ibi defuit, conferat, ut per episcopalem

scopalem manus impositionem virtute sancti spiritus consequatur. Quam rem, frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus peruenire notitia, ne dum plus iusto metuitur, misericordia Dei saluari cupientibus denegetur. Data nono Kalend. Nouembris, consulatu Martiani Augusti.

¶ Epistola trigesima sexta eiusdem, ad Martianum Augustum.

Leo episcopus Martino semper Augusto, Literas pietatis vestrae accepisse me gaudeo, & ad significatiōem totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermones vestri vos faciant integritate securos. Quantas itaque clementiae vestrae gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex beneficijs vestris, quae ecclesiae contulistis, agnoscite, non ambigentes, quale illum retributorē in omnibus habeatis, pro cuius estis tam pia religione solliciti, & quos (ut res ipsa demonstrat) ad hoc, ut fides catholica ab insidijs inimicorum suorum defenderetur, elegit. Haec a me nunc breuiter per fratris mei anatolij clericos pietas vestra dignanter accipiat. pleniora autem de omnibus, quae ad curam meam pro statu ecclesiarum, & concordia pertinent domini sacerdotum, per legatos nostros scripta direximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo, consule.

¶ Epistola 37. eiusdem, ad Pulcheriam Augustam, in qua gratias agit, quod Nestorianam & Eutychnianam haeresim fidei defensionem destruxerit.

LEO Episcopus vrbis Romae, Pulcheriae Augustae. Quod semper de sancta pietatis vestrae mente praesumpimus, id plenissimè experiendo cognouimus, Christianam fidem (quanuis diuersis prauorum appetere insidijs) vobis tamē presentibus, & in defensionem eius a Domino praeparatis, non posse turbari. Non enim Deus aut suae misericordiae sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum subdolum sanctae religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiae depulistis, quum haeresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit: quia non fecellit famulam & discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni, per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per sollicitudinem vestram ea, quae per Eutychem diabolus molitus est, non lateret: & qui sibi singulas partes gemine impietatis elegerat, vna catholicae fidei virtute procumberent. Secunda ergo haec vobis de perempto Eutychetis errore victoria est, quem, si quid sani cordis habuisset, dudum in authoribus suis percussum, olimque prostratum, facile potuerat declinare, ne de sepulcra cineribus rediuiua tentaret incendia commouere, ut in eorum transiret confortium, quorum sequutus esset exemplum,

gloriosissima Augusta. Libet igitur exultare cum gaudio, & pro vestrae clementiae prosperitate, digna Deo vota persolvere, qui tibi per omnes mundi partes, in quibus Domini euangelium praedicatur, duplicem iam & palmam contulit & coronam. Clementia igitur vestra agnoscat, omnem Romanam ecclesiam vniuersis fidei vestrae operibus plurimum congratulari, siue quod legatione nostram pro per omnia adiuuistis affectu, & quod sacerdotes catholicos, qui de ecclesijs suis iniusta fuerunt eiectione sententia, reduxistis, siue quod reliquias sanctae memoriae Flauiani innocentis & catholici sacerdotis ad ecclesiam (cui bene praefuit) fecistis cum honore debito reuocari. In quibus utique omnibus gloriae vestrae multiplicatur augmentum, dum & sanctos pro suis meritis veneramini, & ab agro Domini spinas & tribulos vultis auferri. Quosdam sane episcopos de his, qui rebus impijs videntur praebuisse consensum, reconciliationem respicere, & catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, quam fratris & coepiscopi mei Anatolij, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognouimus: quorum desiderijs sic praebemus effectum, ut correctis, & quae male sunt facta, propria subscriptione damnantibus, participata nostrorum (quos misimus) cura cum supradicto episcopo, pacis gratia tribuatur, quia deuotiois vtriusque est Christianae, ut & pertinaces veritas iusta coerceat, & conuersos charitas non repellat. Quia vero nouimus, quantum pia sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse putauimus, fratrem & coepiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostrae communionis esse consortem, cuius commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus. Illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem & coepiscopum meum Iulianum, quam Constantino politanos clericos, qui sanctae memoriae Flauiano fidelibus officijs adhaesere, ea quae debetis, gratia faueatis. De omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri aut declinari deberet, instruximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola 38. eiusdem, ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum.

De fide eius, scriptis missis, probata. 1
De his, qui metu in haeresim lapsi sunt, ut si conuersi fuerint, recipiantur. 2
De nominibus haereticorum ad altare non recitandis. 3
De commendatione Iuliani episcopi, vel eorum clericorum, qui Flauiano Episcopo fide adhaeserunt. 4

Capitulum primum.

Leo episcopus Anatolio episcopo. Gaudemus in Domino, & in dono gratiae ipsius

ipſius gloriamur, quia ſicut dilectionis tuæ literis, & fratrum noſtrorum, quos Cōſtantinopolim miſeramur, relatione cognouimus, ſequacē te euangelicæ eruditionis oſtēdis, vt per ſacerdotis probabilem fidem meritō præſumamus, quōd tota Eccleſia eidem credita, nec rugam cuiuſquam ſit erroris habitura nec maculam, dicente Apoſtolo: Reſpondi enim vos vni viro, virginem caſtā exhibere Chriſtō. Illa eſt enim virgo Eccleſia, ſponſa vni⁹ viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore vitari, vt per totum mūdum vna nobis ſit vnus caſtæ communionis integritas, in qua ſocietatem tuæ dilectionis amplectimur, & geſtorum quę ſumpſimus, ſeriem neceſſarijs (ſicut oportuit) munitam ſubſcriptionibus approbamus. Vt ergō inuicē dilectionis tuæ animus noſtris cōfirmaretur alioquijs, filios noſtros* Caſterium preſbyterum, Patricium & Aſclepiadē diaconos, qui ad nos tua ſcripta detulere, cum epiſtolis noſtris, poſt venerabilē diē feſti paſchalis emiſimus, indicantes nos (vt ſuprà diximus) de Cōſtantinopolitanę eccleſię pace gaudere, cui hanc curam ſemper impendimus, vt eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

2 De fratribus verō, quos & epiſtolis tuis, & legatorum noſtrorū relatione communionis noſtræ cupidos eſſe cognouimus, eō quōd doleant, ſe contra potentiam contraq; terrores non tenuiſſe cōſtantiam, ſed alieno ſcleri præbuiſſe conſenſum, cū ita eos formido turbāſſet, vt in damnationem catholici atq; innocētis antiſtitis, & in receptionem deteſtabilis prauitatis trepido famularentur obſequio: illud quidē, quod præſentibus & agentibus noſtris, conſtitutum eſt, approbamus, vt ſuarum interim eccleſiarū eſſent communionem contenti: ſed cum legatis noſtris, quos miſimus, participata tecum ſollicitudine, volum⁹ diſponatur, quatenus hi, qui plenis ſatisfactionibus malē geſta condemnāt, & accuſare magis ſe eligūt, quàm tueri, pacis & communionis noſtræ vnitate lætentur, ita vt digno prius anathemate, quæ contra fidē catholicā ſunt recepta, damnentur. Aliter em̄ in Eccleſia Dei, quæ corpus eſt Chriſti, nec rata ſunt ſacerdotia, nec vera ſacrificia, niſi in noſtræ proprietate naturæ verus nos pontifex recōciliet, verus immaculati agni ſanguis emundet. Qui licet in patris ſit dextera conſtitutus, in eadem tamē carne, quam ſumpſit ex virgine, ſacramentū propiciationis exequatur, dicēte Apoſtolo: Chriſtus Ieſus, q̄ mortuus eſt, immō qui & reſurrexit, q̄ eſt in dextera DEI, qui etiā interpellat pro nobis. Neq; em̄ poteſt in aliquo benignitas noſtra repræhēdi, cū ſatisfaciētes recipimus, quos doluimus eſſe deceptos. Nec aſperē igiſ communionis noſtrę gratia denegāda eſt, nec temerē largienda: quia ſicut plēnū pietatis eſt, oppreſſis charitatē dñicā redhiberi, ita iuſtū eſt, om̄ia perturbationis authoribus imputari.

2. Cor. II.

*Charteriū

1. q. 1. In ecclēſia dei q̄.

Rom. 8. g

3 Denominibus autē Dioſcori, Iuuenalis & Euſtathij, ad ſacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc deet cuſtodire, quod noſtri, ibidē conſtituti, faciendum eſſe dixerint, quōd q; honorandę ſancti Flauiani memoriæ non repugnet, & à gratia tuæ Chriſtianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis eſt atq; incōgruum, eos, qui innocētes & catholicos ſua perſecutione vexarunt, ſanctorum nominibus ſinē diſcretionē miſeri, cū damnatam impietatem nō deſerentes, ipſi ſe ſua prauitate condemnent, quos conuenit aut percelli pro perſidia, aut laborare pro venia.

4 Fratrem verō & cōepiſcopum noſtrū Iulianum, vel clericos, qui ſa nctæ memoriæ Flauiano fidelibus officijs adheſerunt, dilectioni quoquē tuæ volum⁹ adherere, vt quē fidei ſuæ meritis viuere apud Deum noſtrū nouimus, in te ſibi eum præſentem agnoſcāt. Illud q; dilectionē tuam nō ſe volumus, fratrem & cōepiſcopum noſtrū Euſebium, qui cauſa fidei multa diſcrimina, laboresq; tolerauit, nobiſcum interim demorari, & in noſtra nunc communionē perſiſtere, cuius eccleſiam, tua ſollicitudine volumus eſſe deſenſam, vt nihil eodem abſente deperat, & nullus ei in aliquo præiudicare præſumat, donēcum literarum noſtrarum ad vos perſecutione perueniat. Et vt maior circa te vel noſtra vel totius Chriſtianæ plebis affectio prouocetur, hoc quod ad dilectionem tuā ſcripſimus, in omnium volumus notitiam peruenire, vt qui Deo noſtro deſeruiūt, de confirmata apud te pace ſedis Apoſtolicæ, gratulentur. De ceteris verō cauſis atq; perſonę dilectio tua literis, quas per noſtros accipiet, pleni⁹ inſtruet. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clariff. conſule.

EPISTOLA XXXIX. EIVSDEM, ad Iulianum epiſcopum.

Leo epiſcopus Iuliano epiſcopo. Literas fraternitatis tuę per filios noſtros Cōſtantinopolitanos clericos, nuncios tuæ ſalutis accipi: quibus te magnis tribulationibus grauatum fuiſſe ſignificas, cū vtiquē non deſuerit materia ſollicitudini & laboribus, quæ inter procaces catholicę fidei aduerſarios, inhærentem veritati animum fatigaret, id quę (vt ſcribis) fuerit animo, vt per occaſionem neceſſitatis, & nobis te & patrię præſentares. Quod verum futurum ſperaueram, vt apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoscerē. Sed gratias Deo, quōd ita incolumitas tua & eccleſię cauſa profecit, vt liberum tibi fuerit apud deos interim degere, quorum nobis probabilis conſenſus innotuit, ſicut & fratris Anatolij ſcripta profitentur, & geſta, quæ apud ipſum coram noſtris ſunt conſecta, demonſtrāt fratribus remeātibus. Ergō prædictis ſalutationibus viſiſſitudinē reddo, & vt contra falſitatis aſtutias

tias perſeuerantem diligentiam teneas, fidēter exhortor, cū tibi ad hoc & tuus animus & noſtra authoritas ſuffragetur: quoniam licet de multis meliora indicata ſint, quōd ſcilicet doleant ſe deceptos, & damnata perſidia cum authoribus ſuis, gratiam noſtræ cōmunionis expoſcant, quod nos ad eō libenter accepimus, reddituri hiſ hanc, quam deſiderant, communionē, quum promiſſa cōpleuerint, tamē quōſdā perſiſtere in ſua obduratiōe cognouimus, quos oportet diſtinctione comprimi, ſi nequeunt benignitate ſanari. Ad quam rem noſtros poſt diem venerabilem dirigemus, qui tecū participato cōſilio, ea quæ à nobis conſtituta fuerint, exequantur. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clariffimo conſule.

¶ Epiſtola quadrageſima eiufdem, ad Martianum Auguſtum, in qua pro conſeruatiōe catholicæ fidei illi congratulatur.

Leo epiſcopus Romanę Eccleſię, Martiano ſemper Auguſto. Quāuis per Cōſtantinopolitanos clericos ad pietatem veſtram antē reſcripſerim, ſumptis tamē clemētia veſtræ literis, per virum illuſtrem præſectum vr̄bis filium meum Tatianum, magnā materiam gratulationis accepi, quia ſtudioſiſſimos vos eccleſiaſtica pacis agnouī. Cui ſanctō deſiderio digna æquitate confertur, vt quem ſtatim eſſe cupitis religionis, eundem habeatis & regni. Nam inter principes Chriſtianos, ſpiritu Dei confirmante cōcordiam, gemina per totum mūdū fiducia roboratur: quæ p̄fectus charitatis & fidei, vtrunq; armorum potentiam in ſuperabilem facit, vt propiciato per vnam conſeſſionem Deo, ſimul & hæretica falſitas, & barbæra deſtruatur hoſtilitas, glorioſiſſime Imperator. Aucta igitur per Imperialem amicitiam ſpectabileſt auxilij, confidenti⁹ pietatem veſtrā pro ſacramēto ſalutis humanæ incitare præſumo, nē cuiuſquam procaci, impudenti quę verſutia quaſi de incerto, quid ſequendū ſit, ſinatis inquiri: vt quum ab euangelica, apoſtolicaq; doctrina nec vno quidem verbo liceat diſſidere, aut aliter de ſcripturis diuinis ſapere, quàm beati Apoſtoli & patres noſtri didicere, atq; docuerunt, nunc demū indiſciplinatę moueantur & impię quæſtiones, quas olim mox, vt eas p̄ apta ſibi corda diabolus excitauit, per diſcipulos veritatis ſpiritus ſanctus extinxit. Nimis autem iniquū eſt, vt per paucorum inſipientiam ad coniecturas opinionum & ad carnaliū diſputationū bella reuocemur, tāquàm reparata diſceptatione tractandum ſit, vtrū Eutyches impiē ſenſerit, & vtrū impiē Dioſcorus iudicārit, qui in ſanctæ memoriæ Flauiani condemnatione ſe perculit, & ſimpliciores quoſq; vt in eandē ruinā prouoluerentur, impēgit, quorum multis iam (vt cognouimus) ad ſatisfactionis remedia cōuerſis, & veniam de incō-

ſtanti trepidatione poſcētibus, nō cuiuſmodi ſit fides, tractandum eſt, ſed eorū precibus qualiter annuendū. Vndē piſſimæ ſollicitudini veſtræ, quam de indicēda ſynodo habere dignamini, per legationem, quæ cōſeſſum ad clementiam veſtram, Deo annuēte perueniet, quicquid ad cauſæ utilitatē arbitror pertinere, pleni⁹ atq; opportuni⁹ ſuggeretur. Data 9 Kalē. Maij, Adelphio viro clariff. conſ. ¶ Epiſtola 41. eiufdem, ad Martianum Auguſtum, de directā vicis ſuæ legatione Cōſtantinopolim, pro Chalcedonenſi Concilio faciendō.

Leo epiſcopus Martiano Auguſto. Poſcēra quidem à glorioſiſſima clemētia veſtra, vt ſynodum, quam pro reparanda orientalis eccleſię pace, à nobis etiā petitā neceſſariam iudicāſtis, aliquantisper differri ad tēpus opportuni⁹ iuberetis, vt liberioribus ab om̄i perturbatione animis, hi quoquē epiſcopi, quos hoſtilitatis mer̄ detinet, conuenirent. Sed quia pio ſtudio humanis negocijs diuina præponitis, & rationabiliter ac religioſe regni veſtri viribus creditis profuturum, ſi nulla ſit in ſacerdotum ſenſibus diſſonantia, nulla ſit in euāgelij prædicatione diſcordia: ego etiā veſtris diſpoſitionibus non renitor, optans vt omnium cordib⁹ catholicæ fides, quæ non poteſt niſi vna eſſe, firmetur. A cuius integritate & Neſtorius antea, & nunc Eutyches, diuerſis quidem callibus, ſed impietate nō impari, deuātur, abominādi prorsū in perſuaſionibus ſuis, quas contra ſyncerū verū luminis fontem, de cœnoſis lacubus diabolicæ falſitatis hauferūt. Prior itaque ſynodus Ephēſina Neſtorium cum dogmate ſuo, meritō iuſteq; damnauit: & quiſquis in illo errore perſiſtit, ad nullius poteſt ſpem remedij peruenire. Sequens verō in prædicta ciuitate non poteſt vocari cōcilium, quod in euerſionem fidei fuiſſe conſtat agitatum, quōd q; veſtra clementia amore veritatis, catholicis aſſutura, aliud ſtatuedo, caſſabit, glorioſiſſime Imperator. Vndē per ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, q̄ regni veſtri eſt author & rector, obteſtor & obſecro clementiam veſtram, vt in præſenti ſynodo fidem, quā beati patres noſtri ab Apoſtoliſ ſibi traditā prædicarunt, nō patiamini quaſi dubiā, retractari, & q̄ olim Maiorum ſunt authoritate damnata, rediuiuis non pmittatis conatibus excitari. Illud q; poti⁹ iubeatis, vt antiquæ Nicenæ ſynodi conſtituta, remota hæreticorum interpretatione, permanēat. Nec me quoquē, vt voluit veſtra clementia) ab illo credatis abeſſe Concilio, cū in hiſ fratribus, quos direxi, id eſt, Paſchaſino & Lucentio epiſcopis, Bonifacio & Baſilio preſbyteris, ſed & fratre meo Iuliano, quem eorum volui eſſe participem, etiā mea ſit æſtimanda præſentia. Quos auxiliāte Chriſto, ita acturos eſſe confido, vt ea, quæ Domino noſtro placeāt, decernētes, accedē-

Hæretica ſcripturæ interpretatio reiſciēda

te pietatis vestrae studio consulant, quod & paci pro fit religionis, & custodiae veritatis. Data quinto Kalendas Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XLII. EIVSDEM, ad Martianum Augustum, ubi inter cetera pro defensione fidei Imperatori gratulatur.

Leo Episcopus Martiano Augusto. Multam mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram, & literam vestram, quas veneranter accepi, & coepiscopi mei reuertentes a Constantinopoli praebuerunt, non sola assertionem verborum, sed ipsi iam operum effectibus demonstrantes, ad defensionem catholicam fidei diuinum in vobis vigere praesidium. Quo utique non solum Ecclesiae status, sed etiam vestri robur munitur Imperij, ut merito eius expectetis protectionem, cuius colitis veritate gloriosissime Imperator. Nam ut & fratris mei Anatolij citius manifestaretur integritas, & olim damnati erroris rediit assessor locum in Christi Ecclesia non haberet, ut catholici episcopi, quos nuper haereticorum persecutio deprauare non potuit, ab iniustis reuocarentur exilijs: utque reliquos beatę memorię Flauiani digno honore susceperet, vestrae virtutis titulus, vestrae pietatis est fructus. Cui confido etiam aliarum insignia accumulanda palmarum, ut sicut Constantinopolitana ecclesia, recepta Apostolicę fidei libertate letatur, ita omnes regni vestre provinciae emundatas se esse a diabolici dogmatis contagione gloriantur. Ut ergo praecedentibus literis indicaui, fratres meos Lucentium episcopum, & Basilium presbyterum, qui sollicitudinis meae partes possint implere, direxi, fauori eos pietatis vestrae in omnibus, quae sunt agenda, commendans. Nam cum & fratris mei Anatolij scriptis, & nostrorum sermone cognouerim, multos de his, qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi, detestabilibus statutis praebere consensum, poenitendo inconstantiae suae veniam postulare, & communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere: non fuit talium negligenda conuersio, qui non proprio sensu, sed impij praesumptoris impulsu in haec incidisse noscuntur, in quibus liberum non habere iudicium. Ne itaque vel respicientium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliquos & sine discretione susciperet, iniunctum est ab Apostolica sede directis, ut in consortium suę deliberationis accito Constantinopolitanam vrbis antistite, & pestilentiae contagia non admittatur, & sanitatis remedia non negentur. Quae industria, in omnibus quae nequiter gesta sunt, emendandis, celerem (iuuante Domino) consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticae operam suam vestra pietas dignetur adiungere, ut vobis in terra regnantibus, & dei regnum intra

improbi

vos habere mereamini, & catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla haeresis inquietet, nec cuiquam liceat doctrinam euangelicam deserere & sacerdotali honore gaudere. Synodum verò fieri, ut meminit vestra clementia, etiam ipsi poposcimus. Sed sacerdotes provinciarum omnium congregari praesentis temporis necessitas nulla ratione permittit, quoniam illae provinciae, de quibus maxime sunt euocandi, in quietante bello, ab ecclesijs suis eos non patiuntur abscedere. Unde opportuniori tempore, propiciato Domino, cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat vestra clementia referuari. De qua re plenius inter cetera, apud pietatem vestram poterit allegare, quos misi. Data v. Idus Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

Causa defensionis celebrata concilio.

*vij Idus

¶ Epistola quadragesimatertia eiusdem ad Pulcheriam Augustam.

Leo Episcopus Pulcheriae Augustae. Religiosam pietatis vestrae sollicitudinem, qua vniuerso mundo, Deo inspirante, consulitis crebrioribus aliquis incitare praesumo, ut operum vestrorum profectum necessaria perfectio subsequatur, ac sicut de statu Constantinopolitanae ecclesiae gratulamur, cuius & sacerdos & populus catholice puritatis fidem iam tenere cognoscitur, ita etiam aliorum concursus nobiscum sit de verbi incarnatione confessio. Unde quod facturum me alijs literis indicaui, Lucentium episcopum & Basilium presbyterum fratres meos dirigere praeparavi, qui dispositiones meas, fratris mei Anatolij deuotione sociata, secundum eas, quas acceperunt regulas, exequantur. Sicut enim praedicti episcopi scriptis, & clericorum eius suggestione patefactum est, multa sunt, quae indulgentius sunt curanda, multa quae iustius coercenda, ut in causa tantae perturbationis, nec discretio nimis sit aspera, nec remissio parum cauta, quum aliud satisfaciendum, aliud pertinacibus sunt curanda. Offerunt ergo pietati vestrae digna materia, quae placitam Domino curam sancti cordis exerceat, & praecedentium meritorum coronas etiam de praesentis erroris abolitione multiplicet. Sicut enim Nestoriana impietas, ita & Eutychniana blasphemata ab omnium est catholicorum eliminanda consortio. Quia tam impium est, consubstantialium & consensu patris filij deitatem, etiam ex utero virginis matris partu editam negare corporeo, quam vnā in Dei filio post incarnationis sacramentum affirmare naturam, ut scilicet aut humanitas eius refutetur, aut deitas: cum vniōe vtriusque essentiae, nec altera sit in alterutram versa, nec assumpta in assumentem finita: sed & verbi incommutabilitas, & carnis atque animae veritas maneat inseparabiliter in vnitatem personae: quod qui, testificante lege, credentibus patriarchis, annuentibus prophetis, praedicante Euangelio, docentibus Apostolis, & toto mundo confitente, non credunt, extra sacramentum

Matth. 7. b

aphefinae sed cum dam, quae predatoria dicitur, intelligit.

tum corporis Christi, extra vnitatem sunt nominis Christiani. Quorum sicut ruinam dolemus, ita perfidia detestamur. Ut autem circum talium personas syncerum seruetur ubique iudicium, & aliud correctis, & aliud pertinacibus repudatur, vestra pietas nostros qui ab Apostolica sede missi, fouere dignetur, eorumque omnes, quas iniunximus, adiuuet actiones, quod citius ac facilius, auxiliante Domino, quae ad vestram gloriam & totius Ecclesiae pacem proficiant, exequantur. De Eutyche autem totius scandali & prauitatis auctore, hoc clementia vestra praecipiat, ut ab eo loco, qui Constantinopolitanae vrbis nimis vicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatijs eorum, quos ad impietatem suam traxit, utatur. Monasterio quoque ipsius, cui perniciosè indigneque praesedit, catholicum abbatem iubete praeroni, qui illam seruatorum Dei congregationem & a prauo dogmate liberare, & institutis veritatis possit imbuere. Data Idibus Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

¶ Epistola 44. eiusdem, ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum, de his, qui haereticorum erroribus metu, non voluntate, implicantur, ut per satisfactionem in ecclesia suscipiantur.

Leo episcopo, Anatolio episcopo in Domino salutem. Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse deuotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, necessarium & congruum fuit fratres meos, Lucentium episcopum, & Basilium presbyterum (ut promissimus) destinare, quibus tua dilectio foecietur, ut nihil in his, quae ad vniuersalem Ecclesiae statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter, cum residentibus vobis, quibus executionem nostrae dispositionis iniunximus, ea possint agi cuncta moderatioe, ut nec beneuolentiae partes, nec iustitiae negligatur, sed absque personarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta obseruantia valeat custodiri, catholice primitus fidei seruetur integritas, ut quia per omnia, angusta & ardua via est, quae ducit ad vitam, neque in sinistram, neque ad dexteram ab eius tramite deuietur. Et quia euangelica & apostolica fides omnes expugnat errores, & ab vno latere Nestorium deicit, ab alio Eutychem & participes eius elidit: hanc regulam memento te seruandam, ut quicumque in illa synodo, quae nomen synodi nec habere potuit, nec meretur, & in qua maleuolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Iuuenalis ostendit, dolent (ut dilectionis tuae relatione comperimus) se metu victos, & terrore superatos, ad consensum scelestissimi iudicij potuisse compelli, & communionem catholicam obtinere desiderant, satisfactionem eorum pax fraterna praestetur, ita ut non dubijs professionibus, Eutyche cum suo dogmate, cumque

consortibus suis anathematis execratione condemnent. De his autem, qui in hac causa grauius peccauere, & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo vindicauerunt, ut humilium fratrum simplicitatem arrogatae suae prauidicij aggrauarent, si forte resipiscunt, & a facti sui defensione cessantes, in condemnationem propriam conuertuntur erroris: horum si satisfactio talis accedit, quae non refutanda videatur, maturioribus Apostolicae sedis consilijs referuetur, ut examinatis omnibus atque perpenis, de ipsis eorum agnitionibus, quid constitui debeat, aestimetur. Neque prius in ecclesia, cui te Dominus voluit praesidere, cuiusquam talium (ut antea scripsimus) nomen ad altare recitetur, quam quid de eis constitui debeat, rerum processus ostendat. De commonitorio verò a clericis dilectionis tuae nobis oblato, necessarium non fuit, epistolis quid videretur inserere, quum sufficeret legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris. An nitere igitur, frater charissime, ut quae ecclesiae Dei congruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, quos tanta rei idoneos auctores elegimus, exequaris, praesertim cum & ipsa vos causa ratio, spesque diuini auxilij cohortentur, & clementissimorum principum tam sancta sit fides, tam religiosa deuotio, ut in eis non solum Christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur affectum. Qui utique pro ea pietate, qua se Dei famulos esse gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei catholice profuturas, dignanter accipient, ut ipsorum quoque ope & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate causarum, nostra, quid obseruari debeat, sollicitudo constituat. Data quinto Idus Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

*actionibus

*sexto

¶ Epistola 45. eiusdem, ad synodum Chalcedonensem, ubi hortatur per legatos suos Dei sacerdotes, ut secundum scripturas cuncta disponerent.

Leo episcopo, sanctae Synodo apud Chalcedonam constitutae, dilectissimis fratribus in Domino salutem. Optaueram quidem dilectissimi pro nostri charitate collegij, oēs nomini sacerdotes in vna catholice fidei deuotione persistere, nec quenquam gratia aut formidine potestatum secularium depruari, ut à via veritatis abscederet. Sed quia multa saepe quae poenitentiam possint generare, proueniunt, & superat culpas delinquentium misericordia dei, atque ideo suspenditur ultio, ut possit locum habere correctio, amplectendum est clementissimi principis plenum religioe consilium, quo sanctam fraternitatem vestram, ad destruendas insidias diaboli, & ad reformandam ecclesiasticam pacem voluit conuenire, beatissimi Petri iure atque honore seruato, fff adeo,

Romanus
pontifex
fidet concilij
œcumenicis.

aded, vt nos quoquē suis literis inuitaret, vt venerabili synodo nostrā præsentiā prēberemus: quod quidem nec necessitas temporis, nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino & Lucentio episcopis, Bonifacio & Basilio presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas existimet p̄sistere, non abiuncta à vobis præsentiā mea, qui nunc in vicarijs meis adsum, & iam dudum in fidei catholice præsentiā non desum, vt qui nō potestis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare, quid cupiamus. Vnde, fratres charissimi, reiecta penitūs audacia disputandi contra fidem diuinitūs inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat, nec liceat defendi, quod non licet credi, cum secundum euangelicas auctoritates, secundum propheticas voces, Apostolicamq; doctrinam plenissimē & lucidissimē per literas, quas ad beatæ memoriæ Flavianum episcopum misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramēto incarnationis domini nostri Iesu Christi p̄ia & sincera cōfessio. Quia verò non ignoramus, per prauas æmulationes, multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosq; episcopos, quia heresim nō receperint, sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atq; in locum superstitum alios substitutos, vulnerib; his primitūs adhibeatur medicina iustitiæ: nec quisquam ita careat proprijs, vt alter vtatur alienis, cum si (vt cupimus) errorem omnes relinquunt, nemini quidem perire honor debeat, sed illis, qui pro fide laborauerūt, cum omni priuilegio oporteat ius propriū reformari. Prioris autem Ephesinæ synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus episcopus tunc præsedit, in Nestorium specialiter statuta permaneāt, nē tunc damnata impietas, ideò sibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches iusta execratione percussit. Puritas em̄ fidei atq; doctrine, quam eodem, quo sancti patres nostri, spiritu prædicamus, & Nestorianam & Eutychianam, cum suis authoribus, condemnat pariter & persequitur prauitatem. Bene valete in Domino, fratres charissimi. Data quinto Kalendas Iulij, Adelphio viro clariss. consule.

¶ Epistola quadagesima sexta eiusdem, ad Anatolium episcopum.

LE O Episcopus Anatolio confratri. Ad declinandam erroris maculam, qua nō nullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactauit infania, laudabilem curam filij nostri Basilius & Ioannes presbyteri suę æstimationis habuerunt, vt inter pugnantia dogmata falsitatis, vera catholice fidei pace gauderent. Siquidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in Apostolica sede patefecere, dānantes vtrāq; heresim, quarum suprā fecimus mentionem, & de incarnatione Domini nostri Iesu Christi

non aliud recipientes, quàm quod instruente sancto spiritu, & didicimus, & docemur. Per hos ergò, frater charissime, cum testimonio nostro ad propria reuertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus, fidei orātes, vt qui gratia Apostolica communionis ornatur, etiā tuo fauore per omnia se gaudeant adiuuari. Data 13. Kalendas Iulij, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola quadagesima septima eiusdem, ad Martianum Augustum.

LE O Episcopus Martiano semper Augusto. Credebamus, clementiam vestram id desiderio nostro posse præstare, vt presentis necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodum iubere, vt vocatis de cunctis prouincijs sacerdotibus, verè posset esse vniuersale Concilium. Sed quia vos amore catholice fidei congregationem nūc fieri voluistis, nē deuoto obuiare viderer arbitrio, fratrem & coepiscopū meum Paschasinum de ea prouincia, quæ videtur esse securior, euocati, qui vicem præsentiæ meæ possit implere, direxi, Bonifacio fratre nostro & cōpresbytero sociato, & his, quos antea miseramus, adiunctis, cōsortem illis fratrem quoquē meum Iulianum addentes episcopum. Quos ea moderatiōe vniuersa, Domino auxiliante, credimus esse gesturos, vt quęcunque in querelam perturbationemq; venerunt, ad vnitatem pacis & fidei, compressa omni dissensione, reuocentur, nec vllum in aliquorum cordibus sacerdotum, vel Nestorianæ, vel Eutychianæ impietatis vestigium relinquantur: quoniam catholica fides, quam, instruente nos spiritu Dei, per sanctos patres à beatis Apostolis didicimus, & docemus, neutrum subreperere permittet errorem. Si quid ergò morborum, si quid est vulnerum, quod sincera possit correctione curari, vt ad veram sanitatem reuocetur, optamus. Quæ nunc vtique non erant dubia, nec cuiusquam simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus voluerit obubrare, cum absolutionem peccati non obrineat nisi vera confessio. Quia verò quidam de fratribus, quod sine dolore non dicimus, contraturbines falsitatis non valere catholicā tenere constantiam, prædictū fratrem & coepiscopum meum vice mea synodo cōuenit p̄sistere. Certus sum em̄, quod absq; odio & gratia ibidem ab his, quibus hoc cōmissimus, laboretur, vt cum solius hæreticæ impietatis excidio, in omnibus ecclesijs Dei veritas regnet & charitas. Data sexto Kalendas Iulij, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola quadagesima octaua ad eundem Martianum.

LE O episcopus Martiano Augusto. Sanctum clementiæ vestre studium, quo ad reparationem pacis Ecclesiasticæ synodum habere voluistis, adeò libenter accepi, vt quanuis eam fieri intra Italiam poposcissem, &

& aptius expectari tempus optassem, quos plurimi possent episcopi, etiā de longinqs prouincijs euocari, mox tamen vt mihi pietatis vestre scripta sunt tradita, & Bonifaciū de compresbyteris meis ab vrbe direxerim, & de episcopis fratrem meum Paschasinū de Sicilia fecerim nauigare, qui vicem meā sufficienter implerent, datis per eisdem epistolis ad eos, qui legationem antè susceperāt, vt ipsi quoquē prædictis ad implendas partes meæ præsentiæ iungerentur. Vnde quanuis nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tamen affuturum omnipotentis auxiliū, quo omnes valeant ad præsinitum tempus occurrere, & vniuersim, cum sanctæ fraternitatis assensū, quæ vniuersali ecclesie cōgruant, definire. Compressa enim vel remota in quietudine ac prauitate paucorū, facile firmabitur probanda concordia, si in eam fidem, quam euangelicis & Apostolicis prædicationibus declarata, per antiquos patres nostros accepimus & tenemus, omniū corda concurrant, nulla penitūs disputatione cuiusquam retractationis admittā, nē per vanam fallacemq; versutiā aut infirma videantur, aut dubia, quæ in ipso lapide angulari christo fundata sunt, & sine fine māsura: hoc nobis indefinenter orantibus, vt à sacramento singularis fidei nemo inueniatur alienus: sed damnata impietate hæreseos, nullum de perditione cuiusquam catholica ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram de his, per quos meas mihi epistolas, obsecraui, nunc quoquē simili fidutiā precor, vt vice mea acturos, cōmendatos p̄ omnia habere dignemini, quò facilius ac diligentius, quæ optimo fidei vestre ordinata sunt studio, salubri impleantur effectu. Data decimo quarto Kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola quadagesima nona eiusdem, ad Pulcheriam Augustam per Theosticum Magistrianum.

LE O Episcopus Pulcheriæ Augustæ. Religiosam clementiæ vestre sollicitudinē, quam catholice fidei indefinenter impenditis, per omnia recognosco, & Deo gratias ago, quod tantam vniuersalis Ecclesiæ curam habere vos video, vt quod diuinitus & beneuolentiæ congruere arbitror, confidenter insinuem, quò celerius, quæ, propicio Christo pietatis vestre studio irreprensibiliter hæcenus gesta sunt, ad gratulandum perducantur effectum. Quod ergò synodum Chalcedonensem haberi clementiā vestra præcepit, cum à me, vt in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatam, vt omnes nostrarū partium cōuocati antistites, si securitas temporis suppeteret, conuenirent: adeò tamē nō aspernanter accepi, vt binos de coepiscopis meis & compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere sufficerent, etiā datis ad venerabilem synodum cōgruentibus scriptis,

quibus fraternitas aduocata cognosceret, quā formam seruare in hac dijudicatione deberet, nē vlla temeritas aut fidei regulis, aut canonū statutis, aut benignitatis remedijs obuiaret. Sicut em̄ à principio huius causę frequentissimē scripsi, hanc inter discordes sensus & carnales æmulationes moderationem volui custodiri, vt integritati quidem fidei nihil euelli, nihil liceret apponi: ad vnitatem verò, pacemq; redeuntibus, remedium veniē præstaretur: quia tunc operum diaboli potētiæ destruantur, cum ad Dei & proximi dilectionem hominum corda reuocantur. Sed quàm contraria tunc his monitis atq; obsecrationibus meis acta sint, multum est explicare: nec opus est epistolari pagina comprehendere, quod in illo Ephesino non iudicio, sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates synodi, nec resistētibus sibi fratribus, nec consentientibus pepercerunt, cum ad infringendam catholicā fidem, & ad execrabile heresim roborandam, alios priuilegio honoris exuerint, alios consortio impietatis infece-
runt, alios profectò in eos, quos psuadendo ab innocentia separabant, quàm in illos, quos beatos confessores persequendo faciebant. Veruntamen quia sibi maximē sua iniquitate nocuerunt, & maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis vniquam epistolis definiui etiā talibus, si respicerent, veniam denegandam. Et quanuis incomparabiliter inimicissimam Christianę religioni heresim detestemur, ipsos tamen, si corrigantur, & digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non iudicamus alienos, sed potiùs cum gemētibus
gemimus, & cum flentibus flemus, & sic vtimur iustitia commotionis, vt nō amittamus remedia charitatis. Quod, sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur, sed etiā factis docetur. Siquidem penē omnes, qui in consensum prædictum aut traducti fuerant, aut coacti, rescindendo quod statutum fuerat ab illis, & condēnando quod scripserant, perpetuā culpæ abolitionē, & Apostolicæ pacis gratiam sunt adepti. Si ergò clementiā vestra propositum nostrum considerare dignetur, probabit, me eo consilio cuncta gessisse, vt sine cuiusquam animæ detrimento, hæreseos tantum obtineretur extinctio, & ob hoc circa authores sæuissimorum turbinum, quiddam cōsuetudinis minuisse, vt ad indulgentiam postulandam, compunctione aliqua possit eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud iudicium suum tam impium, quàm iniustum, non sunt catholice fraternitati ita honorabiles, vt fuerunt, suas tamen adhuc obtinēt sedes, & episcopatus sui honore potiuntur, aut per veram & necessariam satisfactionem pacem ecclesie recepturi, aut si heresim (quod absit) tuebuntur, professionis suæ merito iudicandi. Data 13. Kal. Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

Papa scribit formam synodo.

Semel definita, nō sunt in dubium vocanda.

Eph. 2. d

Papa synodo præsidet.

Epistola Ceretij, Salonij & Verani episcoporum Gallorum, ad Leonem papam.

Domino sancto, beatissimo patri, & Apostolicæ sedis dignissimo Papæ Leoni, Ceretius, Salonius & Veranus. Recensita epistola beatitudinis vestræ, quam de fidei instructione conscriptam, ad Constantinopolitanum episcopum destinastis, dignum esse censuimus, ut tātā doctrinæ vbertate ditati, debitas gratias saltem oblato literarum officio redderemus. Paternæ siquidem erga nos pietatis vestræ sollicitudinem comprobantes, anticipacioni curacionis vestræ hoc nos magis obnoxios confitemur, quod remediōrū beneficia ante malorū experimenta cognouimus. Scītes nanq; penē fera esse remedia, quæ ad actis iam vulneribus apponuntur, ut apostolicis illis munitionibus induamur, puidæ pietatis vocibus præmonetis. Agnosceamus planè beatissime Papa, qua ad nos interiora pectoris vestri peculiari affectiōe trāsmiseritis, quorum incolumitati aliorum curacione succurritis: & dum ex aliorum præcordijs infusa antiqui serpentis venena productis, quasi in quadam charitatis specula constituti, Apostolica illa cura ac sollicitudine conclamatis, nē inopinantibus improuisus hostis adueniat, nē vulnere locū præbeat incauta securitas, domine sancte, beatissime pater, & Apostolica sede dignissime Papa. Magna præterea & ineffabili quadā nos peculiare tui gratulacione succrescimus, quod illa specialis doctrinæ vestræ pagina ita per omnium ecclesiarum conuenticula celebratur, ut verè consona omnium sententia declaratur, meritò illic principatū sedis Apostolicæ cōstitutum, vnde adhuc Apostolici spiritus oracula referentur. Idcirco si dignanter admittitis, deprecamur ut opus & presentibus & futuris temporibus profuturū, quod nos asseruandi studio folijs mādare curauimus, sanctitas vestra percurrere, & si quid librarij errore defuerit, emēdare dignetur: vel si salutarem lecturis omnibus paginā aliquo studij vestri accumulastis augmēto, id ipsum addi libello huic sollicita pietate iubeatis, ut non solum plures sancti episcopi fratres nostri per Gallias, verum etiā multi ex laicis filij vestri, qui epistolā istam magnoperè pro veritatis manifestatione desiderāt, remissam ad nos, & sancta manu vestra emendatā trāscribere, legere & tenere mereantur. In remissos, si dignum ducitis, redire mox cupimus, ut quia incolumitas vestra, exultatiō & salus nostra est, citius ad nos relatu desiderabili salutis vestræ gaudia recurrant. Et alia manu: Memorem coronam vestram humilitatis nostræ Christus dominus longæua etate conferuet, domine sancte, beatissime pater, & Apostolica sede dignissime Papa. Ceretius susceptus vester, apostolatū vestrum saluto, commendans me orationibus vestris. Salonius venerator vester, Apostolatū ve-

strum in Domino saluto, orationum vestrarum subsidia deposcens Veranus cultor vestri Apostolatūs, beatitudinem vestram saluto, & ut pro me oretis, peto.

¶ Epistola Rauēnij, aliorumq; episcoporum Gallorum, ad Leonem papam, fidei eius, quam ad Orientem direxit, laudes dicentium.

Domino verè sancto, meritò in Christo beatissimo, & Apostolico honore venerando papæ Leoni, Rauēnius, Rusticus, Venerius, Constantinus, Maximus, Armentarius, Florus, Sauinus, Valerianus, Constantius, Nectarius, Maximus, Asclepius, item Maximus, Vrsus, Ingenulus, Iustus, Valerianus, Superuētus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydatus, Etherius, Eulalius, Eutychnus, Fraternalis, Veturus, Eugenius, Hilarius, Verus, Amādus, Leontius, Proculianus, Iulianus, Helladius, Armentarius, Honoratus, Hepartius, Amenius, Dynamius, Maximinus, & Ynātius & Palladius. Perlatā ad nos epistola beatitudinis vestræ, quam ad Orientem pro catholicæ fidei assertione misistis, optāsemus & statim apostolatui vestro pro tam immēso munere gratiarum actionem referre, nisi nobis difficultatem, qua in vnum celeriter non potuimus conuenire, vel spatia, quibus a nobis dispalati sumus, lōga terrarum, vel aurarum, quæ in regionibus nostris præter cōsuetudinem fuit, intemperies attulisset. Det ergo apostolatus vester nostræ veniam tarditati, quæ non de ocio aut dissimulatione, sed de certa necessitate descendit, quæq; a nobis, etsi celeritatis gratiam abstulit, exultandi tamen materiam auferre nō potuit. Exultauimus itaq; Christo propicio, lectis beatitudinis vestræ literis, & omni instructione patefacta, omnes, intra Gallias constitutos, exultare mox fecimus, dolentes pariter pro his vobiscum, qui catholicæ fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderunt. Quæ apostolatūs vestri scripta, ita ut symbolum fidei, quisquis redemptionis sacramenta nō negligit, tabulis cordis adscripsit, & tenaci, quo ad confundendos hæreticorum errores paratior sit, memoriæ commendauit. Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes, recognouerūt fidei suæ sensum, & ita se semper ex traditione paterna tenuisse, ut vester apostolatus exposuit, iure lætātur. Nonnulli sollicitiores facti, beatitudinis vestræ admonitione percepta, modis omnibus se gratulantur instructos, datamq; sibi occasionem gaudent, qua liberè ac fiducialiter, suffragate etiā Apostolicæ sedis autoritate, eloquātur, & asserat vnusquisq; quod credit. Quis autē apostolatui vestro, p hoc tāto munere, quonō solum Gallias, sed totū mūdum, velut quibusdā preciosissimis gemmis ornauit, dignas estimet gratias posse persolui? Doctrinæ post Deum vestræ debet fidelis, ut cōstanter tene-

Epistola episcoporum Galliarum egregia.

at quod crederet: debet etiā infidelis, ut perfidia sua, agnita veritate, discadat, & Apostolicæ institutionis luce perfusus, erroris sui tenebras derelinquat, magisque sequatur & credat, quod per os vestrū Dominus noster Iesus Christus de sacramento incarnationis suæ docet, quā id teneat, quod diabolus humane salutis & veritatis inimicus instillat.

Imperatorē vocat Papæ filium.

Optāsemus etiā ad filiū vestrum, gloriosissimum ac fidelissimū principem super eadem causā literas dare, quibus congratulantes fidei ipsius, humilitatis quoque nostræ sollicitudinem, qua vos in Christo sequimur, proderemus, nisi ad nos de Orientalibus partibus nuncio perlato, fieri hoc, minimè necessarium putāsemus. Meritis autem apostolatūs vestri pius Dominus præstitit, ut hæresim, iam diū occultè nutritam, vestris temporibus proderet. Ad laudem enim sollicitudinis vestræ pertinet, quod malorum error laterē non potuit ad gloriosā fidei ædificationem redundat, quod praua persuasio participes aut non inuenit, aut inuentos amisit. Respiciat itaque conferuando apostolatū vestrum, misericors Dominus ecclesiam suā, toto orbe diffusam. Vobis enim ita inuigilantibus, & hi qui curam animæ suæ gerunt, sollicitiores in fide redduntur: & hi, qui paulò desides sunt, tanto ad sollicitudinem accenduntur exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus Deo ac Domino nostro gratias agere, & pariter supplicare, gratulantes quod tantæ sanctitatis, tantæ fidei, tantæq; doctrinæ Apostolicæ Sedi, vnde religionis nostræ, propicio Christo, fons & origo manauit, antistitem dederit, petentes etiā, ut datum concessumq; munus pontificij vestri, longissima ad ædificationē ecclesiarum suarum etate custodiat. Nos autē etsi impares meritis, pari tamē fide, si quid (quod absit) contra Ecclesiam catholicam, prophana infestatione tentetur, parati sumus, confortante Domino, cum beatitudine vestra, p veritate fidei animas nostras ponere, & vitā hanc auctori salutis nostræ & largitori æternitatis impedere. Et alia manu: Ora pro me, Domine meritò beatissime, & Apostolico honore venerāde papa. Rusticus episcopus, apostolatū vestrum in Domino venerans saluto, & ut digneris, p me orare, supplex rogo. Venerens, te dominum in Christo meū, reuerentissimè saluto, & ut digneris pro me orare, supplex rogo. Constantinus episcopus, beatitudinē vestrā saluto. Similiter & omnes episcopi suprascripti admodum reuerenter & honorificè salutauerunt.

¶ Epistola 50. Leonis papæ, ad omnes episcopos Galliarum, de damnatione hæreticorum.

Leo Romanæ vrbis episcopus, Rauēnio, Rustico, Venereo, Constantino, Maximo, Armentario, Floro, Sauino, Valeriano, Constantino, Asclepio, Nectario, Maximo,

Vrso, Ingenulo, Iusto, Valeriano, Superuētus, Crisaphio, Fōteio, Petrōio, Hydatio, Etherio, Eulalio, Eutychno, Fraternali, Véturo, Eugenio, Hilario, Vero, Amādo, Gerōtio, Proculiano, Iuliano, Helladio, Armētario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dynamio, Maximo, Ynātio & Palladio episcopis per Gallias constitutis.

*Chrysa-phio

*Hynantic

Optāsemus quidem fraternitatis vestræ literas, eo tēpore quo promiseratis, accipere, ut profecturis ad Oriētem fratribus nostris, quos ad sanctam synodū, vice nostra pro catholicæ fidei defensione direxerimus, etiā vestræ sententiæ professio iūgeretur. Sed cum multa obstacula inopinatā nobis intulerint tarditatem, quālibet feras & diū expectatas epistolas, per fratrem & coepiscopum nostrū Ingenulum gratanter accepimus: easq; cum gaudio recensentes, probauimus, sicut cōfidebamus, eruditioē spiritūs sancti cælestem in vobis vigere doctrinam: quam in Orientalibus Ecclesijs verus hostis antiqui, per eos, quos sequaces suos reperit, falsitasq; fatigare conata est, cū catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas aduersantium exercitatiōes & validior efficiatur semper, & clarior operante hæc gratia Dei, ut si qui fortè, ad hæc subtilia inimici iacula declinanda, minùs erant instructi, minusq; solliciti, perceptis veritatis armis, fieret contra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo, sicut causa poscebat, fiduciam nostram, quā de vobis habem⁹ in domino, fideliter atq; obediēter auxistis, multa exultatione gaudem⁹. Et meritò nos cognoscimus, fratribus & coepiscopis nostris Orientalibus intimasse, q; secundum euangelicam & apostolicam traditionē de incarnatione Domini nostri Iesu Christi, vna esset omnium nostrū & indiscreta confessio, neque vllis eorum disputationib⁹ detineri, ut aliter aliquid de summi & salutiferi sacramēti veritate sapiamus, quā & ex prædicatione sanctorum patrū, & ex autoritate incommutabilis symboli didicimus & docemus, damnatis ab vniuersali Ecclesia & nunc Eutyche, & antea Nestorio. Quorum si quis non ferendis impietatibus inherere delegerit, ipse se à corpore Christianæ vnitatis abscidit. Non enim vltra iam cuiquā excusationis refugium de ignorantia & insciētia, vel de intelligentiæ difficultate cōceditur, cum hæc ipsa sexcentorum ferè fratrum, coepiscoporumq; nostrorū synodus cōgregata, nullam artem ratiocinandi, nullum eloquiū differendi contra fundamentum fidei inspirare permiserit: quoniam adnitentibus per auxilium gratiæ dei fratrib⁹, vicarijs nostris, quorum plenissima extitit in omni actiōe deuotio, non solum sacerdotib⁹ Christi, sed etiā principibus & potestatibus Christianis, cunctisq; clericis, plebibus, ordinibus plenè atq; euidenter apparuit, hæc esse verè Apostolicā fidem, ex diuinæ pietatis fonte manantē, quā

synceram, & ab omni sece totius erroris alienam (sicut accepimus) predicamus, & vniuerso iam mundo consentiente, defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus, quae vel praecedens haereticus ausus est inferre, vel subsequens, dissimili quidem commento, sed impietate compari. Nam sicut Nestorius non est toleratus, affirmans beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genitricem, qui postmodum sit a verbo deitatis susceptus, duabus scilicet naturis & personis distinctis, ut neque ipse esset filius hominis, qui filius dei, neque vnus Christus in vtraque natura, sed alter sempiternus ex patre, alter temporalis ex matre, cum euangelica auctoritas ita verbum praedicet carnem factum, ut non duos Christos, nec duos filios, sed in vno domino Iesu Christo, & Dei & hominis nobis insinuet veritatem, ut vtriusque substantiae, id est, saluantis atque saluatae, nec proprietates possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutyches, damnatum olim sectatus errorem, alia prophanitate blasphemans, a catholica soliditatis compage refecatus est: quia indoctis quibusdam, nimiumque simplicibus persuadere tentauit, quod verbum Dei ita caro sit factum, ut veram carnem de ventre virginis non sumpserit, nec nostri illum generis corpus habuisset, sed diuinitatis eius & carnis vniam esse naturam, ut vnum Dominum nostrum Iesum, & falsum hominem, & Deum diceret esse passibilem: Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aut in sua natura passibilis fuerit deitas, aut in susceptione humana metita sit veritas. Quae diabolicorum sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc synodus (humilitatis nostrae scriptis, auctoritate Domini mei beatissimi Petri Apostoli & merito roboratis, religiosa vnanimitate consentiens) abominando, ab Ecclesia Dei amputauit Dioscororum quoque Alexandrinum, in sua impietate manentem, ne illa ecclesia, quae inter ipsa euangelij principia, beatum Marcum beatissimi Petri Apostoli discipulum, in omnibus vti que doctrinis, sui doctoris magisterio consonantem habuit fundatorem, quaeque postea recentioribus a nostra aetate temporibus Athanasium, Theophilum, & proximè Cyrillum probatissimos praesules habuit, indignam captiuitatem sub haeretici dominatione pateretur. Unde secundum magnam misericordiam DEI, vniuersos diaboli conatus, quibus Ecclesiam Domini conturbare molitus est, noueritis esse destructos. Reddite igitur Deo gratias, fratres charissimi, & dignam gratiarum actionem: & oret nobiscum vestra dilectio, ut fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes quam primum redijisse laetemur, & de omnibus, quae Domino adiuuante, sunt gesta, plenius vos possimus instruere. Nam fratrem Ingenuum nolimus hac expectatione tardari, cum ob

Ioan. 1, b

hoc ipsum properatius remeare debuerit, ne diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum, quae volumus per curam dilectionis vestrae etiam ad fratres nostros Hispaniae episcopos peruenire, ut quod Deus operatus est, nulli esse possit incognitum.

Data Kalendis Februarij, Herculano viro clarissimo consule.

¶ Eusebij Mediolanensis Episcopi epistola ad Leonem papam, per quam fidei eius, quam ad Orientem direxerat, assertioni cum alijs episcopis consensit atque subscripsit.

Domino sancto & beatissimo patri Leoni, Eusebius Mediolanensis episcopus. Reneris, Domino annuente, fratribus nostris, quos ad Orientem fidei causa sollicitè prouida beatitudo vestra direxerat, decursisque literis, quas per eos tua sanctitas destinauit, omni exultatione in Christo reuelatus sum, quod effectum commissae sibi legationis eosdem reportasse, vestra pagina designauit. Nec mirum, quod Dominus noster Iesus Christus catholicae fidei, quam tenemus, maiestatis suae gratiam, custodiamque praestiterit, quando vos idoneos cultus sui assertores, in apostoli sui sede praesules collocauit, qui & recta sentire de incarnationis dominicae sacramento, & eadem potestis rectè custodire. Admonitis ergo fratribus & coepiscopis meis, habitoque conuentu, vestrarum formam tenuimus literarum. Nam recensens epistolam beatitudinis vestrae in sacerdotum Domini concilio, quam sanctus frater & coepiscopus noster Abundantius, & presbyter meus Senator detulerant, agnitoque eorum narratione (sicut scripta vestra signauerat) rerum gestarum ordine, continuo requisita est, recitataque epistola, quam fidei assertionem plenè digessim, ad Orientem dudum sanctitas vestra transierat, quae ad nos, ex vestra admonitione, sancto fratre & coepiscopo nostro Ceretio mutuante peruenit: claruit, eam plenam fidei simplicitate fulgere, prophetarum etiam assertionibus, euangelicis auctoritatibus, & Apostolica doctrinae testimonijs, nitore quodam lucis, & veritatis splendore radiare, omnibusque sensibus conuenire, quos beatus Ambrosius, de incarnationis dominicae mysterio suis libris, sancto spiritu excitatus, inseruit. Et quia omnia maiorum fidei, nobis antiquè tradita, tota puritate conueniunt, dñe sancte & beatissime pater, placuit omnibus, quorum subscriptio subter annexa nomina poterit declarare, ut eos, qui in pie de incarnationis dñice sacramento sentiunt, quantum intellectus sui prauitate, a catholice fidei veritate recedentes, se ipsos dignos abiectione fecerint, suo etiam consensu, auctoritatis vestrae praecedente sententia, damnatione congrua persequendos. Literarum ergo vestrarum formam secuti, modum prescriptae ordina-

*Terdonensis,

*Gerardus

nis nos seruasse, his per fratrem & coepiscopum nostrum Cyriacum missis ostendimus. Superest, ut annuente Domino perfectis rebus, palmam fidei & consummati certaminis coronam quiete perpetua retinentes, hoc futuris memorabile feculis relinquatis, ut ab hoc tempore presenti, extincta impia secta contumacia videatur, ut vobis pugnantibus, in aeternum prostrata succuberet. Et alia manus: Incolumem beatitudinem tuam summa diuinitas tueat atque custodiat, domine sancte & beatissime pater. Ego Eusebius episcopus ecclesiae Mediolanensis, in oia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Fauentius episcopus Rhegiensis ecclesiae, in omnia supradicta consensu & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Maioranus episcopus ecclesiae Placentinae, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Cyprianus episcopus ecclesiae Braxillensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Quintinus episcopus ecclesiae Dertonensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Crispinus episcopus ecclesiae Ticinensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Maximus episcopus ecclesiae Taurinatis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Floreus presbyter, iussus a presente sancto Eulogio episcopo meo ecclesiae Iporienensis, quia ipse per infirmitatem subscribere non potest, subscripsi, ad omnia supradicta consentiente, & anathema dicente his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Gratius presbyter directus ab episcopo meo Eustasio ecclesiae Augustanae, vice ipsius in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Cyriacus episcopus ecclesiae Laudensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Abundantius episcopus ecclesiae Comensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Pastor episcopus ecclesiae Astensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Simplicius episcopus ecclesiae Nouariensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Ioannes episcopus ecclesiae Cremonensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae

fac. imp. senserunt. Ego Octavianus episcopus ecclesiae Brixianae, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Iustianus episcopus ecclesiae Vercellensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt. Ego Quintus episcopus ecclesiae Albingaunensis, in omnia supradicta conf. & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt.

Ego Praetorius episcopus ecclesiae Bergomatis, in omnia supradicta consensu & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicae sacramento impia senserunt.

¶ Epistola L. I. eiusdem Leonis, ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum, ubi in primis eum de fide in Chalcedonensi concilio laudat: Deinde arguit, quod contra Nicenam synodum, Alexandrinam atque Antiochenam ecclesias sibi subdere voluisset.

Leo Anatolio episcopo. Manifestato, sicut optauimus, per gratiam DEI lumine euangelice veritatis, & ab vniuersali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino, quod creditae nobis dispensationis labor ad desideratum peruenit effectum, sicut etiam epistola tua rextus eloquitur, ut secundum Apostolicam doctrinam, id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata: si quis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. In cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem, ut & corrigedis tua prodesset indulgentia, & ab omni te deuantium participatione & factione purgares. Decessore enim tuo beatæ memoriae Flauiano, propter defensionem catholicae veritatis eiectione, non immerito credebatur, quod ordinatores tui, contra sanctorum canonum constituta, viderentur sui simile consecrassent. Sed affuit misericordia Dei, in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principijs bene vtereris, & non te iudicio hominum, sed DEI prouectu benignitate, monstrares. Quod verè ita accipiendum est, si hanc diuini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum enim catholicum, & precipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta, Post concupiscentiam tuam non uoluntate tua uetare: multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentiae obtineatur integritas, cuius prima est labe superbia, initium transgressiois & origo peccati. Quoniam meo potentia uirida, nec abstinere nouit à uetitatis, nec gaudere concessis, dum inordinato prauoque progressu, impunitarum transgressionum augentur excessus, & crebescunt culpe,

1. Cor. 1. b

Ecc. 18. d *auertere:

Ecc. 10. b

Niceni concilij 6. & 7. capitulis.

quæ toleratæ sunt studio fidei reparandæ, & amore cõcordiæ. Post illa itaque ordinationis tuæ non inculcata principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam tibi met contra canonicam regulam vendicasti, doleo etiã in hoc dilectione tuam esse lapsam, vt sacratissimas Nicenorum canonũ cõstitutiones conareris infringere, tanquam opportunè se tibi hoc tempore obtulerit, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdidit, & Antiochena ecclesia proprietatem tertie dignitatis amisit, vt his locis iuri tuo subditis, omnes Metropolitanani episcopi proprio honore priuentur. Quibus inauditis, & nunquam antè tentatis, ita præueniris excessibus, vt sanctam synodum, ad extinguentiam solùm hæresim, & confirmationem fidei catholice studio Christianissimi principis congregatam, in occasione ambitus trahas, & vt coniuuentiam suam tibi dedat, impellas: tanquam refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo, & illa nicenorum canonum per sanctum verè spiritum ordinata cõditio, in aliqua vnquam sit parte solubilis. Nulla sibi met de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecetis illis decem atque octo quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel cõparare se audeat, vel præferre, cum tato diuinitus priuilegio nicena sit synodus cõsecrata, vt siue per pauciores siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus autoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt praua, quæ sacratissimis canonibus inueniuntur esse contraria. In totius Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit concilio synodali, vt fratres in fidei tantummodo negocium conuocatos, & definitione eius causæ, quæ erat curanda, perfunctos, ad consentiendum sibi, aut deprauando traduceret, aut terrendo compelleret. Indè enim fratres nostri, ab Apostolica sede directi, qui vice mea synodo præsidebãt, probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstituerunt apertè reclamantes, nè cõtra statuta Nicenæ synodi, præsumptio reprobè nouitatis assurgeret. Nec potest de eorum cõtradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiã ipse cõquereris, q̄ conatibus tuis voluerint obuiare. In quo eos quidè multum mihi, hæc scribendo, commendas: sed temetipsum, q̄ eis parere nolueris, dum illicita moliris, accusas, superfluè nõ cõcedenda appetes, & insalubriter cõtraria cõcupiscens, quæ nullum vnquam potuerit nostrum obtinere cõsensum. Absit em̄ à cõscientia mea, vt tã praua cupiditas meis studijs adiuuet, ac non potius & meo, & omniũ, qui nõ alta sapiunt, sed humilibus consentiunt, opere subruat. Sancti illi & venerabiles patres, qui in vrbe nicena, sacrilego Arrio cũ sua impietate damna-

Roma. 12. d. *ope

to, manfuras vsque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto orbeterrarum in suis constitutionibus viuunt, & si quid vsquam aliter, quàm illi statuerunt, presumitur, sine cõstitutione cassatur, vt quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varietur, nec ad priuatum trahatur cõmodum, quæ ad bonũ sunt commune præfixa. Et manentibus terminis quos constituerunt patres, nemo in ius tendat alienum. Sed intra fines proprios atq; legitimos, prout q̄ valuerit, in latitudine se charitatis exerceat, cuius satis vbere fructus Constantino politanus potest antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quàm spiritu ambitionis infletur. Noli, frater, altum sapere, sed time, & Christianissimorum principũ pijsimas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo modestia te magis, quàm elatione, placitur. Persuasio enim tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam episcoporum ante sexaginta (vt iactas) annos facta subscriptio, nõquam q̄; à prædecessoribus tuis ad apostolicæ sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducæ, dudumq; collapsæ, fera nunc & inutilia subijcere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem confessionis, quam tibi, in suam iniuriam, verecundia fatigata præbere. Memento, quid Dominus ei, qui vnũ de pusillis scandalizauerit, cõminetur: & sapienter intellige, quale sit iudiciũ Dei subiturus, qui tot ecclesijs, tot sacerdotibus scandalũ inferre non metuit. Fateor enim, ita me dilectione vniuersæ fraternitatis obstringi, vt nemini prorsus in his, quæ contra se posuit, assentiam, possis quæ euidenter agnoscere, me dilectioni tuæ beneuolo animo contraire, vt saniore cõsilio ab vniuersalis te Ecclesiæ perturbatione cõtineas. Non conuellantur prouincialium iura primatum, nec priuilegijs antiquitus institutis metropolitani antistes fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi eius, quam per sanctum Marcum euangelistã beati Petri discipulum meruit, preat dignitatis: nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obsecuretur alienis. Antiochena quoque ecclesia, in qua primùm prædicante beato apostolo Petro, Christianum nomen exortũ est, in paternæ constitutionis ordine perseueret, & in gradu tertio colloata, nunquam se fiat inferior. Aliud em̄ sunt sedes, aliud p̄sidentes. Quæ cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanæ vrbis magnificentia potest esse gloriosa, si per obseruantiam tuam & defensionem paterni canonis, exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribès, frater in Domino, hortor ac moneo, vt deposito ambitiois desiderio, spũ potiùs ferueas

Matth. 18. b. Marc. 9. f.

Ag. 11.

Roma. 12. e. 1. Cor. 13. b.

Apoc. 3. c.

Roma. 11. e.

Ioan. 20.

ferueas charitatis, eiusque virtutibus, secundum doctrinam Apostolicã, proficenter ornaris. Est em̄ patiens & benigna, & non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, nõ est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Vnde si charitas non quærit propria, quantum peccat, qui concupiscit aliena? A quibus, volo, vt te prorsus abstineas, memorque sis eius sententiæ, quæ dicit: Tene quod habes, nè alius accipiat coronam tuam. Nam si inconcessa quæseris, ipse te tuo opere atq; iudicio, vniuersalis Ecclesiæ pace priuabis. Frater autem & coepiscopus noster Lucianus, & filius noster Basilus diaconus, quantum in ipsis fuit, studiosè his, quæ eis iniunxeras, affuerunt. Sed actioni eorum iustitia negauit effectum. Data xj. Kale. Iunij, Herculano viro clarissimo consulè.

Epistola LII. eiusdem, ad Martianũ Augustũ, vbi de eius gratulatur fide, quæ in Chalcedon cõcilio gesta est. Et de Anatolio Constantinopolitano episcopo, qui in eodem concilio Alexandrinam & Antiochenam ecclesias contra statuta per ambitum sibi voluit subiugare.

Leo Episcopus Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ, Martiano Augusto. Magno munere misericordiæ Dei, totius Ecclesiæ catholice multiplicata sunt gaudia, cum sancto & glorioso clementiæ vestræ studio perniciosissimus error extinctus est, vt labor noster citius ad desideratũ perueniret effectum, quæ Deo seruiens principatus vester, & fide & potestate iuuisset. Quia etsi in virtute spiritus sancti, inter quassabiles diffensionis per sedis apostolicæ famulatum euangelij erat defendenda libertas, manifestior tũ apparuit gratia Dei, quæ præstitit mundo, vt in victoria veritatis, authores tantum violatæ fidei deperirent, & sua integritas Ecclesiæ redderetur. Bellum igitur, quod pacis nostræ inimicè excitauerat, a deo feliciter, dextera Domini pugnante, confractum est, vt triumphante Christo, omniũ sacerdotũ esset vna victoria, & coruscante lumine veritatis, erroris tenebræ cum suis assertoribus pellerentur. Nã sicut in ipsa domini resurrectione credenda, ad corroboranda initia fidei, multum securitatis accessit, quod quidã apostoli de corpore Domini Iesu Christi veritate dubitarunt, & visu atque contactu fixuras clauorũ, & vulnus lanceæ percrutãdo, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt: ita nũc quoque dum aliquorum infidelitas confutatur, omniũ hæsitantiũ corda firmata sunt, & profecit vniuersis ad illuminatione, quod quibusdam intulit cecitatem. In quo opere dignè & iustè exultat vestra clementia, quæ fideliter proprieque prospexit, vt Orientalibus ecclesijs, diabolicæ infidiæ non noceret, sed ad propiciandũ Deũ efficaciora vbiq̄

offerrentur holocausta, quãdò per mediatorum Dei & hominum, hominem Christũ Iesum, eadem confessio plebium, eadem sacerdotum, eadem esset & regum, gloriosissime fili, & clementissime Auguste. His autem, propter quæ tanta facta est cõgregatio sacerdotum, bono & optabili sine cõpositis, miror & doleo, quod pacem vniuersalis Ecclesiæ diuinitus reformatam, ambitionis rursus spiritus inquietat. Quauis enim necessariè sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, vt ordinatorum suorum errorem deferens, in assensum catholice fidei saburi correctione transfret, custodire tamè debuit, vt quod vestro beneficio noscitur consecutus, nullius cupiditatis prauitate turbaret. Nos enim vestræ fidei & interuentionis habentes intutum, cum secundum suæ consecrationis authores eius initia titubarent, benigniores circa ipsum quàm iustiores esse volumus, quod perturbationes omnes, q̄ operante diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remedijs, leniremus: quæ illum modestum magis, quàm immoderatum, facere debuere. Qui etiã si p̄cipuis meritis, optimoque iudicio legitime fuisset ac solenniter ordinatus, contra reuerentiam tamen canonum paternorum, contra sancti spiritus instituta, cõtra antiquitatis exempla, nullis posset suffragijs adiuuari. Apud Christianũ & verè religiosum, vereq; orthodoxũ principẽ loquor: multum Anatolius Episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. Habeat, si ut optamus, Constantinopolitana ciuitas gloriam suam, ac protegente dextera DEI, diuturno clemetiæ vestræ fruatur imperio. Alia tamè ratio est rerum secularium, alia diuinarum, nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit prædicto, quod vestræ pietatis auxilio, & mei fauoris assensu, episcopatum tantæ vrbis obtinuit. Non dedignetur regiã ciuitatem, quam apostolicam non potest facere sedem, nec villo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. Priuilegia enim ecclesiarum, sanctorum patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicenæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate cõuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequedo, necesse est me perseuerantem exhibere famulatum, qm̄ dispensatio mihi credita est, & ad meum tenet reatum, si paternarũ regulã sanctionum, q̄ in synodo Nicena ad totius Ecclesiæ regimẽ, spũ Dei instruente, sunt cõditæ, me (quod absit) coniuete, violetur, & maior sit apud me vnus fratris volũtas, quàm vniuersæ domus Domini cõmunis utilitas. Et ided sciens gloriosam clementiã vestrã ecclesiasticæ studere concordia, & his, quæ pacificæ cõgruunt vnitati, pijsimum præstare consensum, precor, & sedula suggestionem vos obsecro, vt auusa

Matth. 16. c.

25. q. 2. Priuilegia ecclesiarũ. & ibidem ca. Priuilegia ecclesiarũ.

ausus improbos, vnitati Christianæ paci; contrarios, ab omni pietatis vestræ abdicetis assensu, & fratris mei Anatolij (nociturâ ipsi, si perstiterit) cupiditatem salubriter comprimatis, nē ea, quæ vestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt, cupiens, maior suis velit esse prioribus, liberumque illi sit quantis potuerit splendere virtutibus, quarum non aliter particeps erit, nisi charitate magis voluerit ornari, quam ambitione distendi. Hanc autem improbi desiderij conceptionē, nunquam quidē debuit intra cordis sui recipere secretum: sed cum illi fratres & coepiscopi mei, qui vice mea aderant, obuiarent, ab illicito appetitu, eorum saltem salubri cōtradictiōe, cessasset. Nam & vestræ pietatis apices, & ipsius scripta declarant, legatos sedis Apostolicæ (sicut oportuit) contradictione iustissima restituisse, vt inexcusabilior, esset p̄sumptio, quæ se nec increpata cohiberet. Vndē quæ conuenit fidei vestræ vel gloriæ, vt sicut hæresis, Deo per vos agēte, destructa est, ita etiā omnis ambitus retidatur: agite, quod & Christianæ est probitatis & regiæ, vt prædictus episcopus pareat patribus, cōsulat paci, neq; sibi q̄stimet licuisse, quod Antiochenę ecclesiæ sinē vllō exemplo, cōtra statuta canonū, episcopum ordinare præsumpsit, quod nos amore reparandæ fidei & pacis studio retrahere cessauimus. Abstineat ergō ab ecclesiasticarum iniuria regularum, & illicitos declinet excessus, nē se ab vniuersali ecclesia, dum inimica paci tentat, abscondat. Quem opto magis, irreprensibiliter agentem, diligere, quam in hac p̄sumptione, quę illū ab omnibus separare poterit, perdurare. Frater autem & coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementię vestrę ad me scripta portauit, omni deuotione partes susceptę legationis impleuit, qui non est æstimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit. Data XL. kalendas Iunij, Herculanō viro clarissimo consule.

Eiusdem LIII. epistola ad Pulcheriam Augustam de ambitu Anatolij.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ. Sanctis & Deo placitis clementię vestrę studijs defensam contra hæreticos catholicam fidem, & vniuersę Ecclesię redditam pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordiæ omnipotentis dei, quod exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras, quam lucē, neminē passus est euangelica veritate fraudari, vt absterfa erroris caligine, in omnium cordibus purissimū lumē oriretur, nec de infirmis quorūdam animis, tenebrosus ille exultaret inimicus, quem nō solum hi, qui illæsi steterant, sed etiā, quos fecerat nutare, superauerunt, vt errore abo- lito, per totum mūdum fides vera regnaret, & omnis lingua cōfiteatur, quoniam Dominus Iesus Christus in gloria est DEI patris. Cōfirmato autē in vnitatem euāgelij vniuerso

Ioan. 3. c

Philip. 2. g

mūdo, & in eodē spiritu sensus directis cordibus omnium sacerdotū, optimum fuerat, supra illa, propter quę sancta est synodus cōgregata, & quæ secundum pietatis vestrę studiū, probabili sunt sine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inferri: nec per occasionem Episcopalis concilij, id in commune appeti, quod nō licuit cōcupisci. Frater enim & coepiscopus meus Anatolius parum considerauit, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei fauoris assensu Constantinopolitanę ecclesiæ sacerdotiū fuerit consequutus: & non tam de adeptis gauisus, quam de immo dicis appetendis supra mensurā sui honoris accensus est, credens huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, q̄ ei quorundam consensum præbuisse dicitur extorta subscriptio, quū tam destruis exornatibus cōtradictio fratrum & coepiscoporum meorum vicem meam agentium, fideliter & laudabiliter obuiaret. quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimā ætatis annos in vrbe Nicena spiritalib⁹ sunt fundata decretis, nihil cuique addere cōceditur, ita vt si quis diuersum aliquid decernere velit, se potius minuatur, quam illa corrumpat: quæ si (vt oportet) à cunctis pontificibus intemerata seruentur, per vniuersas ecclesias trāquilla erit pax & firma cōcordia, nullę de mensuris harum diffensioes, nullæ de ordinatiōibus lites, nullæ de priuilegijs ambiguitates, nulla erit de alieni vsurpatione certamina: sed ea, quæ iure charitatis rationabilis est, & morum & officiorum seruabitur vnanimitas. Et ille verē erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente Domino: Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Et tamen hæc illis tunc insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire. Constantinopolitanę verō præfuli ecclesiæ (quia amplius, quam assequutus est, cōcupiscit) quid illi satisfaciet, si tantæ vrbis magnificentia & claritudo non sufficit? Superbum nimis est & immoderatum, vltra fines proprios tēdere, & antiquitate calcata, alienum ius velle p̄ripere, atque vt vni⁹ crescat dignitas, tot metropolitanorum impugnare primatus, quietisque prouincijs & olim sanctæ synodi Nicenæ moderatione depositis, bellum nouę perturbationis referre, atq; vt venerabilium patrum decreta soluantur, quorundam episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negauit effectum. Nam sexagesimus ferē annus huius iactantiæ esse iactatur, quæ se prædictus episcopus æstimat adiuuari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiā si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere. Agnoscat, cui successit viro: & repulso omni spiritu elationis, Flauiani

Math. 20. d
Marc. 10. g

ani modestiam, Flauiani humilitatem, quę illum vique ad confessoris gloriam prouexit, imitetur. Cuius si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimū dilectionis acquirere, non ambiendo humana, sed promerendo diuina. Hæc autem obseruantia, vniuscuiusque illi animum spondet copulandum, & Apostolicę sedis dilectionē, quam Constantinopolitanę ecclesiæ semper impendimus, nulla mobilitate violandam: quia * si interdum immoderati præfules aliquas incidit culpas, ecclesiarum tamē Christi integra gratia perseuerat. Consensiones verō episcoporum, sanctorum canonū apud Nicæam conditorū regulis repugnantes, vnitati nobiscum vestræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatē beati Petri apostoli, generali prorsus definitione cassamus, in oibus ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium sacerdotum, per trecentos decem & octo antistites spiritus sancti instituit, ita vt etiā si multo plures aliud, quam illi statuerē, decernerent, in nulla reuerentia sit habendum, quicquid fuerit à prædictorum constitutione diuersum. Prolixitatem itaq; epistolę meę, quæ necesse habui explicare, potius minuat, quam vt per fratrem & coepiscopum meum Lucianum, qui (quātum in ipso est) sollicitudinem susceptę legationis est fideliter exequutus, & per filium meum Basilium diaconem, pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est, pro pace & vnitatem Ecclesię laborare, fratrem meum Anatolium episcopum ex vestra insinuatione dilectū, salubriter in his, quæ ipsi profutura sunt, continete, vt gloria clementiæ vestrę, sicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione compressa. Data XL. kalē. Iunij, Herculanō viro clarissimo consule.

Eiusdem LIII. Epistola, ad Iulianum episcopum Coenę, de Erio & Andrea.

Leo Episcopus Iuliano episcopo Coenę. Agnoui in dilectionis tuæ literis fraternæ charitatis affectū, quod de multis malis, quæ multa & sæua pertulimus, pio nobiscum dolore compateris. Sed vt inā hęc, q̄ perpeti nos Dominus aut permisit, aut voluit, ad correctionem proficiant multorum, & vt desinant aduersitates, finiantur offensa. Quod vtrunque de magna erit misericordia dei, si & flagella remoueat, & ad se suorū corda conuertat. Sicut autem fraternitatem tuam, ea quæ apud nos fuit, contristauit hostilitas, ita me anxium facit, quod in Constantinopolitana ecclesia (quātum tuæ indicat literæ) hæreticorum insidias non quiescunt, & quæ sitis occasionibus, hi qui catholicæ fidei defensores fuere, vexantur. Nā dum Etius ab officio archidiaconatus per speciem prouectiōis amouetur, & in locum eius Andreas, qui ob hæreticorū societatem fuerat ab-

iectus, assumitur: dum beatę memorię Flauiani accusatoribus honor redditur, & pijsimi confessoris participes aut discipuli conteruntur: nimis apertē, quid episcopo ecclesię ipsius placeat, demonstratur. In quem pro causa merito differo cōmoueri, & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurū eū filius noster Etius indicauit, expecto, dās locum voluntarię emendationi, quæ dolorē meum cupio mitigari. Clementissimō tamē principi & pijsimæ Augustæ de his, quæ ad custodiam pacis ecclesiasticę pertinent, scriptis: quos deuotione suæ fidei prouisuros esse non dubito, nē contra gloriā operis ipsorum, damnata hæresis queat pullulare. Studeat ergō dilectio tua, frater charissime, piā & necessariam curam sollicitudini Apostolicę Sedis impendere, quæ tibi, apud se nutrito, catholicam contra Nestorianos & Eutychianos hæreticos actionem, materno iure commendat, vt diuino fultus auxilio, speculati de Constantinopolitanę vrbis oportunitate non desinas, vt prædictorū dogmatum impius nunquam turbo cōsurgat. Et quia tanta est glorioforum principum clementia, vt cōfidenter eis possis, quæ sunt insinuanda, suggerere, pietate ipsorum, ad vtilitatem ecclesiæ vniuersalis, vtaris. Consulēte autem dilectione tua de his, in quibus putaueris ambigendum, non deerit relationibus tuis meę responsiōis instructio, vt sequēstrata earum actione causarum quæ in quibusque ecclesijs præfulum suorū debent cognitione firmari, hac speciali cura, vice mea functus, vtaris, nē hæresis Nestoriana vel Eutychiana, in aliqua parte reuirescat: quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione sollicitus, cum si quid illi inesset spiritualis industria, ita & à quibus ordinatus sit, & cui viro successerit, cogitare deberet, vt magis beatū Flavianū, quam sui honoris sequeretur auctores. Et idēdē cum pijsimi principes secundum obsecrationes meas, dignati fuerint fratrem Anatoliū de his, quæ merito in querelam veniunt, increpare: videat charitas tua diligentia sua, vt vniuersa scandala, adhibita plenissima correctione, resercentur, & à filij nostri Etij cesset iniuria. Nā apud catholicum episcopum, etiā si erat vt cunquē decus sacerdotale, sacerdoti archidiaconus, propter fidei reuerentiam debuit præmitti, potius quam locum catholici nequissimus hæreticus obtineret. Cum itaque quæ sequuntur, agnouero: tūc manifestius, qd agi oporteat, æstimabo. Nam interim, dolore cohibito, malui indulgere paciētię, vt locus esset veniæ. De Palæstinis verō monachis, qui iam pridē in tumultu diffensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moueantur, ignoro. Neq; cuiusquā sermone mihi patefactum est, quas causas videantur antē facta præferre discordi-

dia

diæ, vtrum scilicet Eutythianæ peruersitati tali furore famulentur, an implacabiliter doleant, episcopum suum in hanc impietatem posse traduci, quæ contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis Dominicæ veritate desciverit, & quod in alijs per indulgentiam curare placuit, in illo putent non esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri, vt etiã talium correctioni congruè studeatur: quia aliud est contra fidem impiè armari, aliud in errore quempiam detineri. Chartas etiã, quas Aetii presbyter antè indicauit esse directas, & breuiarij fidei, quod te misisse significas, necdum ad me noueris puenisse. Vnde, si expeditior occasio se præbuerit plures, libenter habeo, vt si qua est, quæ vtilis videatur, quam primùm ad me mittatur instructio. De Aegyptijs monachis, qui quieti, aut cuius sint fidei, scire desidero, & de Alexandrinæ ecclesie pace, quid ad vos veris nuncijs perferatur, ad cuius episcopum vel ordinatores ipsius, seu clericos, quodd' alia scripta direxerim, missis exemplarijs scire te volui. Ad clementissimum quoque principem, & ad religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit, missa exemplaria docebunt. Vtrum autem epistola mea, quam de incarnationis Dominicæ fide, incoluisti adhuc sanctæ memoriæ Flauiano, ad dilectionem tuam per Basilium diaconum miseram, fraternitati tuæ tradita sit, scire desidero: quoniam suspectum habeo, quod de eius textu nullum vnquam indicium reddidisti. ceterum synodaliū, quæ omnibus diebus concilij in Chalcedonenſi ciuitate cōfecta sunt, parum clara, propter linguæ diuersitatem, apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuæ specialiter iniungo, vt in vnum codicem vniuersa facias congregari, in Latinū sermonē absolutissima interpretatione translata, vt in nulla parte actionū dubitare possim, neque villo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam, te fuerit studeante perductum. Data 5. Idus Martij, Opilione viro clariss. consule.

EPISTOLA LV. EIVSDEM,
ad Martianum Augustū, de Etio
& Andrea.

Leo Episcopo Martiano Augusto. quàm excellenti pietate, & quàm glorioso clementiæ vestræ studio, in integrum nuper fides Christiana reuocata sit, totus mundus agnoscit, & saluti suæ singulare præsidium per vos à Domino esse reparatum. At si quid, aduersum tanti operis consummationem, de contrario spiritui sentitur oboriri, necesse est vt ad vestræ reuocetur pietatis auxilium, quod ad custodiam catholice veritatis diuina prouidentia præparauit, vt quum potestatis vestræ sit, scandala etiã in longinquum nata rescicare, multo magis ea quæ sub vestris audent oculis surgere, non linatis accrescere.

Anatolij episcopi ordinationem (sicut scientia Dei testis est) suspectam (quod fatendum est) mihi fecerant consecrationis eius auctores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum: sequitur quæ est vt dum à cōmunionē Apostolicæ sedis existeret alienus, diu dādis ad eum epistolis pacis meæ abfunderem. Sed quum illi pietatis vestræ testimoniū suffragaretur, quum de fide atque vnanimitate eius optanda quæque & placitura promitteret, professionem ei ita credidi sincerā, vt tamē, qua obseruatiā se agere deberet, non desinerem cōmonere, sedulū ipsi ac diligenter inculcans, vt de persecutoribus beatæ memoriæ Flauiano neminem auerteret in suo habere cōsortio, & Eutythianæ hæreseos defensorem se indicaret esse deiecit. Sequuntur quæ est, vt de his, quæ pro catholica fide in synodali cōcilio neminem definita, talia ad me scripserit, qualia catholicum sacerdotem scribere congruebat. Cū ergo ad commendanda ipsius primordia ista præcesserint, miror quid causæ aut occasiōis emerit, vt vtrum catholicæ fidei, & Nestorianis atque Eutythianis hæreticis constanter etiã aduersum, archidiaconum sub honoris specie degradaret, & dispensationē totius causæ & curæ ecclesiasticæ, in Andream Eutythianistam repente transferret, adeo nimia commotiō turbatus, vt cōsecrationem, quā p. iniuria dabat, sexta sabbati, traditionis Apostolicæ aut nefcius aut oblitus, inferret: quasi non ad episcopum magis, quàm ad presbyterum, ordinationis illius vitium pertineret: qui non inueniens, quod argueret in fide, quod improbaret in moribus, deiectionem innocentis per speciem prouectionis impleuit, addens sententiæ illud iniuriæ, vt eum, cōmeterio deputando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati vestræ commendare presumo, nē vllis vltius noxijs ingrauari possit inſidijs, quæ Dominus (vt comperi) sub vestra defensione constituit. Adiciō autem etiã hanc obsecrationem, vt prædictum episcopum à p. fessione sua dissonum, & nimium testimonij vestri ac fauoris oblitum, necessariè in crepare dignemini. Cesset catholicos insectari, cesset eos, qui sanctæ memoriæ Flauiano placere, cōterere, & eorum societatem, quos improbauit, eligere. Fraternali enim illi charitatē non aliter poterimus impedere, quàm vt se inimicos catholicæ fidei approbet execrari, eiusque à se consortium, quem meritò abiecit, abscindat, quæ etiã si magna fuisset satisfactio purgatus, post dubium tamē reuersus errorem, catholicis diaconibus postponi debuit, non præponi. Illud quoque clementiæ vestræ beneuolentiam peto, vt veneratorum vestrum, fratrem meum Iulianū episcopum, in vestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu, cui obsequijs p. sententiæ meæ vobis imago reddatur. Nam & de fidei eius sinceritate confidens, vicem ipsi meam, contra temporis

ris nostri hæreticos, delegauit: atque propter ecclesiarum pacisq; custodiam, vt à comitatu vestro non abesset, exegi: cuius suggestiones, pro cōcordia catholice vnitatis, tanquam meas audire dignemini, placentes Deo, qui vobis præter regiam coronam, etiã sacerdotalem conferat palmam. Data sexto Idus Martij, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LVI. EIVSDEM,
ad Pulcheriam Augustam de Etio
& Andrea.

Leo Episcopo Pulcheriæ Augustæ. Multis extantibus documentis, quibus in dilectionem Ecclesie Dei pietatis vestræ manifestatur affectio, meritò quoties aliquid nascitur scandalorum, vestrum desideratur auxilium, vt fides, quæ annitentibus vobis, contra hæreticorum commenta defensa est, securæ pacis perpetem obtineat firmitatem. Nam quid prodest, foris aduersarios veritatis oppressos, si eosdem habeamus intra nominica septa rediuuos? Quod itaque circa personam filij mei Etij gestum esse cognoui, nimium me anxium facit, & metuerē certā ratione compellit, nē penitentium mihi sit, quod de episcopo Constantinopolitano, qui ab impugnatoribus fuerat ordinatus fidei, vobis adhortantibus, ac quæ meliora sentire, cū tanto pietatis vestræ testimonio iuuaretur, nē illum graualet suæ ordinationis infirmitas, vbi vestra interuentio præstaretur. Vnde gratulari ceperam, quod beati Flauiani honorare memoriam, & hæreticorum conatibus obistere diceretur. Sed doleo illum (sicut prædicti lachrymabilis querela demonstrat) in deteriora mutatum, & eum nunc constituisse archidiaconem, quem ipse professus est à se esse reiectum, qui Eutythianæ hæresis se apud nos prodiderat defensorem. Quem quia nunc ecclesiasticis negocijs præposuit, propter hæreticam peruersitatem, eisdem fauorem suū prestare conuincitur. Qui etiã si magna satisfactio potuisset indulgentiam promereri, nequaquam debuit his, qui in fide permanerant, anteferri. Vnde quæ non latet clementiam vestram, quatum periculi, aut per pudendam fociordiam, aut per doloſam nequitiam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem suæ fidei, auctoritate vestræ clementiæ reuocare. Et nē sibi has maculas superducat, nē estimationē suam, quam vestro acquisiuit fauore, contemnat, societatem hæretici, quem dudum à se remouit, abscindat. Cuius innocentia ita affuisse vos gaudeo, vt merori eius digna consolatione vestra pietas subueniret. Circa fratrem meum, veneratorum vestrum Iulianum episcopum, quantum debeat crescere vestra dignatio, Apostolicæ sedis existimate iudicio, cū in causa fidei, cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam eatenus delegarim, vt ab ea, quæ vobis debetur obseruan-

tia, non recedens, pietati meæ vestræ presentari non desinat, exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem, & opportunis suggestionibus, quod vniuersali Ecclesie profut inſinuans, vt in ipso, nec catholicis vestrum præsidium, quibus volumus subuenire, nec vobis meū desit obsequium. Data 6. Idus Martij, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LVII. EIVSDEM,
ad Martianum Augustum, vbi gratias
agit, quod per Chalcedon cōcilium pax
Ecclesie Catholice sit reddita.

Leo episcopus Martiano Augusto. Multa mihi in omnibus clementiæ vestræ literis causa gaudij est, dum ex magna prouidentie diuine misericordia præstitum humanis rebus experior, quod ecclesiasticam pacem (quæ non nisi vnitatis prædicatiōis euangelice custoditur) pijsimo studio iuuare dignamini, vt fidei vestræ gloria non solum vtilitate reipublice, sed etiã religionis profectibus augeatur, glorioſissime Imperator. Vnde ineffabiliter DEO gratias ago, qui eo tempore, quo oboritura hæreticorum scandala præstiebat, vos in Imperij fastigio collocauit, in quibus ad totius mundi salutem & regia potentia, & sacerdotalis vigeret industria. Nam cū vestro præcipuè opere sit effectum, vt per synodale cōcilium, damnatis impij dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret: ad eiusdem deuotiōis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiã in quibuscūque reliquijs deleatur. Quod facilitate clementiæ vestra arbitretur implendum, si per vniuersas ecclesias, definitiones sancte synodi Chalcedonenſis, Apostolicæ Sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cū ei fidei omnium subscribendo cōsensu accesserit, quæ à me, secundum formam Apostolicæ doctrinæ ac paterne traditionis emissa est, & per fratrem meum Lucianum episcopum talia & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxerim, quæ euidenter ostenderent, me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem literis ea, quæ per occasionem synodi malè sunt attentata, reprehenderam: maluit prædictus antistes meam gratulationem tacere, quàm suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiducia, Deo per vos operante, collatum est, quod probasse vos obseruantiam meam, de custodia canonum paternorum, pietatis vestræ affectibus indicatis. Et meritò geminatur gaudium meum, quum vobis religiosissimè placere cognosco, vt & fides Nicena suam teneat firmitatem, & privilegia ecclesiarum illibata permaneant. Quauis autem de præclaro fidei vestræ opere nihil vestra pietas

indicarit, mihi tamen per veneratorem vna mecum specialiter vestrum, fratrem meum Iulianum episcopum, innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso, imperitorum monachorum animos cohibere, pariter & docere, vt illos non penitus deseruerit diuina miseratio, sentiant se & didicisse quod credant, & agnouisse quod timeant. Quia verò omnibus modis obediendum est pietati vestre, religiofissimeq; voluntati, cõstitutionibus synodalibus, quæ mihi de cõfirmatione fidei catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libens adieci sententiam meam. Quæ si, vt in notitiam omnium sacerdotum ecclesiarumq; perueniat, vestre clementiæ præceptio ordinare dignabitur, affuturam credo & spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti principis curam, plenissimum desiderij sui fructum faciat obtinere, vt omnibus dissentienti occasionibus amputatis, Apostolicæ vbiq; doctrinæ & pax regnet & veritas. Fratri autem meo Iuliano episcopo, nouerit vestra clementia hoc me proprie delegasse, vt quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probauerit, meo nomine vestre fiducialiter suggerat pietati, quoniam amicus sum, vos ad hæc omnia emendanda vel defendenda, Deo auxiliante, sufficere. Data 12. Kalend. Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LVIII. EIVSDEM, ad Pulcheriam Augustam.

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ. Quia nullas nunc literas tuæ pietatis acceperim, scribente tamen gloriosissimo principe, non aliter dignatione ipsius sum gauisus, quam si mihi etiã tuæ serenitatis redderentur alloquia. Vnde consuetudinem debitam mei officij oportuit me custodire, per quam significarem clementiæ vestre, absolute me gaudere, & incessabilibus à DEO precibus postulare, vt vos & Romanæ reip. & catholice Ecclesiæ in omni prosperitate conseruet. De vigore autem fidei vestre, quo indefinenter Domino sacrificium laudis offertis, quãtas DEO gratias agam, enarrare non valeo: quoniam principibus temporis nostri non solum potentiam regiam, sed etiã sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim fratre meo Iuliano episcopo, penerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire, vt si eos ad poenitentiam miseratio diuina conuerterit, multis lachrymis & à nefandis cõditionibus, & ab hæreticorum blasphemijs diluantur. Quod verò piissimus Imperator ad omnes episcopos, qui Chalcedonensi synodo interfuerunt, voluit me scripta dirigere, quibus, quæ illic de fidei sunt regula definita, firmarem, libenter impleui, nè fallax cuius-

quam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam, quum per Constantinopolitanum episcopum, cui letitiam meam largiter indicaui, in omnium potuerit notitiam peruenire quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quàm repulsam sui ambitus publicare. Fratri & coepiscopo meo Iuliano, cui sollicitudinem meam in causa fidei delegaui, rogo, vt eam fiduciam præbere dignemini, qua pietati vestre possit, quæ vniuersali Ecclesiæ sint profutura, suggerere. Data 12. Kalend. Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LIX. EIVSDEM, AD episcopos, qui in sancta synodo Chalcedonensi congregati fuerunt, directa.

Leo Episcopus sanctæ synodo apud Chalcedonem habitæ. Omnem quidem fraternitatem vestram nõsse non ambigo, definitiones sanctæ synodi, quæ ob cõfirmationem fidei in Chalcedonensi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum: quia nulla sinebat ratio, vt qui vnitatem catholice fidei, dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc autem nõ solum ex ipso beatissimæ consensionis affectu, sed etiã ex epistolis meis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ vrbs antistitem dedi, potuisset agnoscere, si vobis responsionem sedis Apostolicæ manifestare voluisset. Nè ergò per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrum, quæ in synodo Chalcedonensi per vnanimam vestram de fide statuta sunt, approbem: hæc ad omnes fratres & coepiscopos nostros, qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus princeps (sicut poposci) in notitiam vestram mittere pro catholice fidei amore dignabitur, vt & fraternam vniuersitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam executi sunt, sed etiã per approbationem gestorum synodalium, propriam vobiscum iniisse sententiam, in sola videlicet fidei causa, quod sepe dicendum est, propter quam generale cõcilium, & ex præcepto Christianorum principum, & ex consensu Apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri IESU CHRISTI incarnatione dubitatio. Vnde si quis vnquam ausus fuerit vel Nestorij perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dioscori impium dogma defendere, à Catholicorum communionem rescetur, nec habeat eius corporis participationem, cuius abnegat veritatem, fratres charissimi. De custodiendis quoque sanctorum patrum statutis, quæ in synodo Nicena inuolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestre sanctitatis

admoneo, vt iura ecclesiarum, sicut ab illis 318. patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneat. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius immutationem, suum aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentionibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos conciliorum estimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit, quicquid à prædictorum patrum canonibus discreparit. Quorum regulis Apostolica sedes quàm reuerenter vtatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectioe cognoscere, & me, auxiliante Domino nostro, & catholice fidei, & patrum traditionum esse custodem. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LX. EIVSDEM, AD Maximum Antiochenum Episcopum.

Quam dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima vnitas, & pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia, literarum tuarum textus ostendit, quas ad nos filij nostri Marinianus presbyter & Olympius diaconus detulere, eo nobis gratiores, quòd per ipsas alloquia alterna miscemus, & magis magisque innotescit gratia Dei, qua fit, vt per totum mundum de manifesto catholice veritatis lumine gaudeatur. Quamuis (quod multum dolemus) quidam adhuc (sicut sermo indicat nunciorum) tenebras suas diligant, & cum vbiq; diei splendor extortus sit, etiã nunc cæcitatibus suæ delectentur obscuro: & perdita fide, solo & vacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, & blasphemiam Nestorij ab Eutyctis impietate distinguant. Nec enim ideò excusabilis videri aliorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua peruersitate contrarij. Nam cum Nestorium Eutyctis discipuli detestentur, & Eutycten anathematizent Nestorij sectatores, catholicorum iudicio pars vtraque datur, & ambe simul hæreses à corpore Ecclesiæ rescatur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest, quo sacrilegio ab incarnationis Dominicæ veritate discordent, dum id quod prauissimè sentiunt, nec auctoritas euangelij, nec ratio recipiat sacramenti. Et ideò, frater charissime, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere, & eius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus, per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena & Romana vrbe fundauit, vt illum in suæ glorificationis domicilio præminentem, ea intelligas repositere instituta, quæ tra-

didit, sicut ab ipsa, quam confessus est, veritate suscepit. Neque vilo modo sinas in Orientalibus ecclesijs, maximeque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum patrum Niceni canones deputauere, ab improbis hæreticis Euangelio resulari, & vel Nestorij, vel Eutyctis à quoquam dogma defendere. Quoniam (sicut dixi) catholice fidei petra Ioann. 1. (cuius cognomen beatus apostolus Petrus sumpsit à Domino) nullum recipit ab vtraque impietate vestigium, sed euidenter atq; perspicue & Nestorium anathematizat, qui verbi carnisque naturam in beatæ virginis coniunctione seiungens, vnumque Christum in duos diuidens, aliam deitatis, & aliam humanitatis voluit esse personam, quum omnino vnus idemque sit, qui & secundum sempernam deitatem de patre est natus sine tempore, & de matre natus in tempore. Et Eutycten similiter execratur, qui in Domino Iesu Christo veritatem humanæ carnis euacuans, ipsum verbum in carnem asserit transformatum, vt nasci, nutrir, proficere, pati, mori, atque sepeliri, & die tertio suscitari, solius fuerit deitatis, quæ seruilis formæ non veritatem suscepit, sed figuram. Summa itaque vigilanti cautum te esse conuenit, nè quid sibi hæretica prauitas audeat vendicare, quum te deceat, his sacerdotali auctoritate resistere, nosque sapienter de profectu ecclesiarum tuis relationibus, quid agatur, instruere. Dignum est enim, te apostolice sedis in hac sollicitudine consortem, & ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione minuantur: quia tanta apud me est Nicenorum canonum reuerentia, vt ea quæ sunt à sanctis patribus constituta, nec permiserim, nec patiar aliqua nouitate violari. Etsi enim diuersa nonnulla sunt merita presulum, tamen iura permanent sedium: quibus etsi possunt emuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Vnde quum aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ priuilegijs dilectio tua agendum esse crederit, proprijs literis studeat explicare, vt & nos cõsultationi tuæ absolute & congruè respondere possimus. Nunc autem ad omnia generaliter pronunciare sufficiat, quòd si quid à quoquam contra Nicenorum canonum statuta in quacunque synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur extortum, nihil præiudicij potest inuolabilibus inferre decretis. Et facilius erit quarumlibet cõsensionum pactum dissolui, quàm prædictorum canonum regulas ex vlla parte corrumpi. Subrependi enim occasiones non prætermittit ambitio: & quoties ob incurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est, vt cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliat appetere. Sicut etiã in Ephesina synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo

D. Cyrillus
& Leo con-
temporanei.

perculit Iuuenalis episcopus ad obtinendum Palaestinae prouinciae principatum, credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per comentitia scripta firmare. Quod sanctae memoriae Cyrillus Alexandrinus episcopus merito perhorrescens, scriptis suis mihi, quid praedicta cupiditas ausa sit, indicauit, & sollicita prece multum poposcit, ut nulla illicitis conatibus praeretur assensio. Nam cuius epistolae ad nos exemplaria direxisti sanctae memoriae Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitam, nos authenticam noueris reperisse. Hoc tamen proprium diffinitionis meae est, ut quantumlibet numerus sacerdotum amplior, aliquid per quorundam surreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo patrum constitutionibus inueniatur aduersum, id iustitiae consideratione cassetur: quoniam uniuersae pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur. Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam synodum uice mea misi, praeter id, quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab Apostolica sede sunt directi, ut excussis haeresibus, catholice essent fidei defensores. Quicquid enim praeter speciales causas synodali concilio ad examinem episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem, si nihil de eo est a sanctis patribus apud Niceam diffinitum. Nam quod ab illorum regulis, constitutioneque discordat, Apostolicae sedis nunquam obtinebit consensum. Quanta uero hoc diligentia custodiatur a nobis, exemplaribus eius epistole, quam ad Constantinopolitanum episcopum, refrenantes ipsius cupiditatem, direximus, instrueris; quam in omnium fratrum & sacerdotum nostrorum facias notitiam peruenire, ut nouerint pacem ecclesiasticam, per concordiam DEO placitam debere seruari. Illud quoque dilectionem tuam conuenit praecauere, ut praeter eos, qui sunt Domini sacerdotes, nullus sibi ius docendi & praedicandi audeat uedicare, siue sit ille monachus, siue sit laicus, quod alicuius scientiae nomine gloriatur. Quia etsi optandum est, ut omnes ecclesiae filii, quae recta & sana sunt, sapiant: non tamen permittendum est, ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sibi praedicatoris assumat, quem in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conueniat, ut in uno Christi corpore & excellentiora membra suum officium implerent, & inferiora superioribus non resisterent. Data 3. Idus Iunij, Opilione viro clarissimo consule.

THEODORETUS (CYRI EPISCOPUS) LEONI ROMAE EPISCOPO.

Aetorij.
Gal. 2.

SI Paulus praeco ueritatis, tuba sanctissimi spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, ut ijs, qui Antiochie de institutis legalibus con-

tendebant, ab ipso adferret solutionem: multo magis nos, qui abiecti fumus & pusilli, ad Apostolicam uestram sedem currimus, ut ecclesiarum uisceribus medicinam a uobis accipiamus. Vobis enim per omnia primos esse conuenit. multis enim, quibus superiores estis, ornatur uestra sedes. Alias enim urbes ornant vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum, qui inhabitant. Nonnullas autem ijs priuatas, dona quaedam illustrant spiritalia. Vestrae autem redundat bonorum copiam dedit is, qui est bonorum largitor. Ea est omnium maxima & preclarissima, & quae praestitit orbi terrarum, & eorum qui inhabitant, abundat multitudine. Accedit his, quod hoc quoque, quod rerum potitur, peperit Imperium, & propria sua appellacione eos quibus imperat, impertit. Praecipue autem & insigniter eam exornat fides, & fide dignus testis diuinus Apostolus, qui clamat: Fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo. Si autem diuinae praedicationis statim susceptis seminibus, mirabiles hos fructus & tam uberes tulit: quae nam ad eam, quae nunc in ea uersatur, pietatem laudibus celebranda suffecerit oratio? Habet autem communium quoque Patrum & ueritatis Doctorum Petri & Pauli sepulcra, quae fidelium animas illuminant. Horum autem beatissimum par & planè diuinum, exortum quidem est in Oriente, & radios omnem in partem emisit: in Occidente autem prompto & alacri animo uitae suscepit occasum, & nunc illinc orbem terrae suis radijs illustrat. Ij uestram sedem effecere magis illustrem: ea est uestrorum bonorum colophon. Illorum autem Deus nunc quoque illorum sedem claram insignemque reddidit, cum uestram sanctitatem in ea collocauerit, quae radios fidei orthodoxe emittit. Atque huius quidem possunt multa quoque; alia inueniri indicia: sufficit autem uel uester zelus in nefandos infastosque manichaeos, quem uestra nuper sanctitas aperuit, ostendens uestrae in Deum pietatis studium. Satis sunt etiam, quae nunc a uobis scripta sunt, ad significandum uestrum characterem Apostolicum. Incidimus enim in ea, quae scripta sunt a uestra sanctitate, de suscepta a Deo & seruatore nostro humanitate, ut quae accuratè ac perfecte scripta essent, admirati sumus. Vtraque enim simul declarabant, & aeternam unigeniti ex aeterno patre diuinitatem, & quae erat ex semine Abrahae & Dauid humanitatem: & quod quae sumpta erat natura, erat nobis similis in omnibus: solum autem erat dissimilis, quod ab omni peccato permanserit alienus: quandoquidem id non a natura, sed ab animi instituto & libero arbitrio nascitur. Habebat autem haec quoque scripta, quod unus quidem est unigenitus Dei filius: est autem eius diuinitas incompatibilis, immutabilis, & in quam non cadit alteratio, sicut is qui genuit ipsum Pater & sanctissimus spiritus. Et ideo patibilem suscepit naturam, quan-

Rom. 1.

quandoquidem in diuinam naturam non cadit passio, ut suae carnis passione largiretur incompatibilem ijs, qui in ipsum credidissent. Haec & quae sunt his similia, scripta continebant. Nos autem spiritalem admirati sapientiam tuam, quae per uos locuta est, sanctissimi spiritus gratiam laudauimus: Hortamurque, rogamus, obsecramus, & supplicamus sanctitati tuae, ut quae tempestate agitantur, Dei ecclesijs opem ferat. Nam cum perea, quae a uestra sanctitate Ephesum scripta sunt, sperassemus fore, ut sedarentur fluctus, in grauiorem procellam incidimus. Iustissimo enim Alexandrinorum praesuli non sufficit iniuria, atque adeo iniustissima depositio sanctissimi & religiosissimi Constantinopolitanorum episcopi domini Flauiani, nec eius exploruit animi similis caedes aliorum episcoporum: quietiam me quoque absentem calamo similiter iugulauit, cum me nec in ius uocasset, nec praesentem iudicasset, nec quid de suscepta a Deo & seruatore nostro humanitate sentirem, interrogasset. Atque homicidas quidem, & sepulcrorum effosores, & eos qui aliena cubilia uolauerint, non prius condemnat iudices, quam ipsi accusationem confessione sua confirmauerint, uel ab alijs aperte conuicti fuerint. Nos autem is, qui in diuinis legibus est eductus, trigintaquinque dierum spatio remotos condemnauit ut uoluit. Et nec hoc nunc solum fecit, sed etiam anno superiore, cum duos viros, qui in morbum Apollinaris inciderant, illucque excurrerant, & calumnias in nos contexerant, excitasset, nos in ecclesia notauit anathemate, idque cum ego ad eum scripsissem, & quae sentio, literis significassem. Ego autem Ecclesiae quidem despecto tempestatem, quietem autem amplector. Nam cum vigintiseptem annis mihi ab uniuersorum DEO creditam ecclesiam per uestras preces rexerim, non tempore beatissimi Theodoti orientis praesulis, non tempore illorum, qui ei in sede Antiochena successere, quantum uis leuem subij reprehensionem: sed mihi diuina opem ferente gratia, plus quam mille animas liberaui a morbo Marcionis: multos autem alios a secta Arrii & Eunomij adduxi Christo Domino, & ut in octingentis ecclesijs pastor essem, mihi sortitò obtigit. tot enim parces habet Cyrus: in quibus per uestras preces ne unum quidem remansit zizanium, sed ab omni errore haeretico liberatus fuit grex noster. Nouit qui omnia intuetur, quot a nefandis haereticis lapides in me immisos sustinuerim, quae multa in multis Orientis ciuitatibus certamina susceperim aduersus gentes, aduersus Iudaeos, aduersus omnem haereticum errorem. Et post tot sudores & labores, ne in ius quidem uocatus, sum condemnatus. Ego autem Apostolicae uestrae sedis expecto sententiam: & supplico, & obsecro uestram sanctitatem, ut mihi opem ferat iustum uestrum & rectum appellati iu-

dicium, & iubeat ad uos accedere, & ostendere meam doctrinam uestigia Apostolica sequentem. A me enim scripta sunt alia quaedam ante viginti annos, alia uero ante decem & octo, alia ante quindecim, alia ante duodecim, partim quidem aduersus Arrianos & Eunomianos, partim uero aduersus Iudaeos & gætes, partim uero aduersus Magos, qui sunt in Perside: alia rursus de uniuersa ac generali prouidentia: alia rursus per diuinam gratiam a me sunt explicata de Theologia, & diuina humanae naturae susceptione, & scripta Apostolica, & Propheticae praedictiones: & ex his facile sciri potest, an seruauerim rectam atque inflexibilem fidei regulam, an rectitudinem eius transiierim. Sed supplicationem meam quæro non respiciatis, nec miseram meam caniciem despiciatis, quae post tot labores affecta est contumeliosa. Ante omnia autem rogo, ut sciam a uobis, an in iniusta hac depositione me oporteat acquiescere, an non. Uestra enim expecto sententiam, & si iudicatis me stare iusseritis, stabo, nec ulli deinceps hominum molestiam exhibebo: sed quod flecti non potest, Dei & seruatoris nostri expectabo iudicium. Mihi autem, ut Dominus Deus est testis, nec honor curae est, nec gloria, sed tantum scandalum quod factum est, quod multi ex simplicioribus, & maxime qui ex diuersis haeresibus a nobis capti sunt, sedem eorum qui nos condemnauerunt, attendentes, existimabunt nos fortasse haereticos, ut qui, quod sit rectum perfectumque dogma, uidere nequeant. Quod autem, cum tot annis fuerim episcopus, non domum possederim, non agrum, non obolum, non sepulcrum: sed sponte electam amplexus sum paupertatem, & quae nobis a parentibus obuenerant, post illorum mortem statim distribuerim, norunt omnes qui in Oriente habitant. Ante omnia autem supplico uestro sacro & Deo amico capiti, ut precum mihi praebet auxilium. Haec per religiosissimos & Dei amantissimos presbyteros Hypatium & Abramium chorepiscopos, & Alypium praesidem eorum qui sunt apud nos monachorum, uestram docui sanctitatem, quandoquidem non ad uos uenirem, me Imperatoris literarum uincula retinere. Sicut ergo alios, rogo etiam sanctitatem uestram, ut eos paternè adspiciat, & inflexas aures beneuolae eis praebet, & quae calumnijs appetitur & temerè oppugnatur, senectutem meam uestra dignetur cura ac prouidentia, & ante omnia fidei, cui infidiae tenduntur, omnibus uiribus curam gerat, & ecclesijs paternam suam conferuet integram hereditatem, ut pro his quoque remunerationes accipiat sanctitas uestra a liberali & munifico Deo.

EPISTOLA LXI. EIVSDEM, AD THEODORETUM EPISCOPI CYRI, POST CHALCEDONENSIS CONCILII, DE FIDEI PSEUERANTIA.

Dilectissimo fratri Theodoro episcopo, Leo episcopus. Rementibus ad

nos fratribus & cōsacerdotib' nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit: agnouimus, dilectionem tuam superno adiutorio, nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quam Eutychnianæ vesaniae, extitisse victricem. Vnde gloriatur in Domino, cū p-

Psal. 123.

pheta canentes: Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit: sed que nostro prius ministerio definiērat, vniuersā fraternitatis irretractabili firmavit assensu, vt verē à se prodisse ostenderet, quod prius à prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis iudicium recepisset: vt in hoc quoque capiti membra concordēt, in quo nobis amplius accrescit gaudendi materia, dum & tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sēgius infurxerit. Nam nē aliarum sedium, ad eam, quam ceteris omnium dominus statuit prædicere, cōsensus assentatio videretur, aut alia quilibet subreperere posset aduersa suspicio, inuenti prius sunt, qui de iudicijs nostris ambigerent. Et dum nonnulli

* à diffensionū coacti auctore, ad contraditionum bella

ad diffensiones incitati ab auctore contraditionis, ad infana bella prosiliunt: ad maius bonum, malo eius, auctore totius bonitatis dispensante, peruentum est. Dulcius siquidē munera gratiæ diuinæ proueniunt, quotiēs non sinē magnis sudoribus acquiruntur. Et minus bonum videri solet, pax continuata pacium, quam reddita post laborē. Ipsa quoque veritas & clarior renitescit, & fortius retinetur, dum, quæ fides prius docuerit, hæc post eā examinatio confirmat. Multum denique sacerdotalis officij meritum splendescit, vbi sic summorum seruatur auctoritas, vt in nullo inferiorum putetur imminuta libertas. Et ad maiorem DEI gloriam proficit finis examinationis, quando ad hoc se accipit exercēdi fiducia, vt vincatur aduersitas, nē quod per se probatur reprobum, silentij præiudicio videatur oppressum. Exulta igitur charissime frater, & in vnico Dei filio victor exulta. Vicit per nos ille pro se, cuius carnis veritas negabatur: vicit per nos, & pro nobis illē, cui vicimus. Secunda est post aduentum Domini hæc orbi festiuitas. Redditum seculo est, prædone proftrato, incarnationis diuinæ mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre nō poterat, calūnijs obscurabat. Quinimod ab incredulorum corde periērat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta falsus incredulis, ipsa veritate suis dicente discipulis: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Solis iustitiæ iubar, densis orientem Nestorij & Eutychetis nebulis impeditum, purē ab Occidente respandit, vbi culmen sanctum in apostolis & doctoribus principaliter collocavit, quāuis nec illic vnquē defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios referuauit, ita vt dum denuō cona-

Marc. vit. d

retur hestis antiquus, per secundi Pharaonis impēnitens cor, fidei Abraham semē & filios repromissionis extinguere, Deo miserante, languescens, nisi sibi nocere, nihil possit. De quo & illud omnipotēs mirabilius egit, quia & quos sibi socios ad Israelitici populi cedes afficiuerat, non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregauit. Et sicut reuerā se dignum, & soli sibi possibile fons misericordiæ nouerat, victos à nobis, nobiscum fecit esse victores. Nam dum solus verē sit humani generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo triumphare non dubiū est, quos sibi veritas vendicauit. Nunc prorsus illa redemptoris nostri dicta, quā sint diuinæ auctoritatis, apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, vt de ipsis dicta dubitare nō liceat: Vos, inquit, ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis implere: Ille homicida fuit ab initio, & in veritate nō stetit, quia veritas in eo non est: Quando loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Nihil ergo mirandum est, quod hi, qui in veritate DEI nostræ naturæ mendacium crediderunt, patri suo & circa ista concordant, quicquid visum, quicquid auditum, quicquid denique (teste euangelio) tactum est atque palpatum in vnico DEI filio, non eius, cuius probatū est, afferentes, sed coæternæ & coessentialis patri fuisse substantiæ, quasi aut diuinitatis natura, crucis ligno transfixa sit, aut incouertibilis, crescere per ætates, & in sapientia proficere, sapientia sempiterna, vel spiritu Deus, qui spiritus est, subindē repleri potuerit. In hoc quoque se acerba vesania, ex quo auctore processerit, prodit, quod quantum in se est, vniuersis nocere molita est. Nam qui vos persequendo afflixit, ceteros ad consensum sceleris impellendo deprauauit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus (quia membra nostra sunt) vulnerasset, à speciali dolore fecit exceptos, quibus noua & inaudita prius atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus iniuriam. Sed vtiā vel post tot pessima respiciens, non nos etiā de suo æternæ damnationis interitu contristasset. Quam mēsuram sceleris prætermisit, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec viuus parcendo, nec mortuis, etiā in sanguine innocentis & catholici sacerdotis pollutas lapridem abdicata veritate, atque approbata falsitate, manus intinxit? Et quum scriptum sit, Qui odit fratrem suum, homicida est, ille

1. Ioan. 3. 6

lud quod Dñs ait: discite à me, quia mitis sum Math. 23. d

Ioan. 8. f

osorum turbam, & per cruentas manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce nostri redemptoris firmatum sit, vnum eundemque esse homicidij & falsitatis auctorem, ille pariter vtrunque compleuit, quasi non vt caueantur, sed vt perpetrentur, scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens, quæ Dei filius monuit ad salutem. Illud quoque furda nimis aure præteries, quod ab eodem Domino dictum est: Ego, quod vidi apud patrem meum, loquor: & vos ergo, quod vidistis apud patrem vestrum, facitis. Igitur, dum sanctæ memoriæ Flauiano vitam præsentis seculi cibo firmata, indigere minimè videatur, tamē vt, quod nostri loci est, impleamus circa vocē dicentis Apostoli, Præter ea quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō vror? hoc præcipuē præsentis occasione credimus admonendū, frater charissime, vt quotiescūque, diuina gratia ministrante, illos qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas spiritus sancti diuinitas in Chalcedonensi cōcilio protulit, fidei regulis recedentes, inter vtrunque hostem nouellæ perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela libremus, non iam (quod absit) tanquam de dubijs disceptantes, sed auctoritate sua, quæ benè definita sunt, adstruentes, quum & in Apostolica sedis epistola vniuersali sanctæ synodi assensu firmata, tanta diuinæ auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, vt nullus queat vterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit, quum synodalia gesta, vel quibus primū definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ literæ Apostolicæ sedis, etiā tuæ fraternitatis studio defensas sunt, & maximè ad pijsimos principes totius concilij alloquutio, tot sit præcedentium patrum testimonijs roborata, vt quāuis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere. Vnde hoc quoque nos cōtra hostes ecclesiæ prouidere condignum est, vt eis nullā calumniandi occasionem (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec vnquam contra Nestorianos aut Eutychnianos agētes, alteri eorū videamur terga vertisse, sed vtroque Christi hostes æqua lance vitemus atque dānemus, ita vt eos, quotiēs audientium quantalibet possit vilitas, cum dogmatibus eorū digno

2. Cor. 11.

anathemate promptissimè atque euidentissimè feriamus, nē si à nobis hoc aut obscurius fieri videatur aut tardius, putetur inuitum. Quod quāuis prudētiam tuam res ipsa admonere sufficiat, nunc tamen & experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cuius inuincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundū te, secundum sedis Apostolicæ iudicia, demonstrauit. Cui dignā retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probauimus ac probamus, pro vniuersalis Ecclesiæ defensione seruaueris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias soluit, maximā beatissimi Petri curam pro nobis cūctis agnoscimus, qui postquam suæ sedis iudiciū in fidei diffinitione firmavit, nec circa cuiusquā vestrum, qui nobiscū pro catholica fide laborastis, personā, quicquam reprobū videri permisit, quia nec poterat, Spiritu sancto iudicante, quicquam ex eis non victor exire, quorum iam vicerat fides. Quod superest, exhortamur, vt quia illic nonnullas Eutychniani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remanisse, nunc etiā sedi Apostolicæ collabores. Victoria enim, quam Christus Dominus Deus noster suæ donauit ecclesiæ, quādiū in hoc mūdo versamur, licet fiduciam maiorem tribuat, non tamen in totum solitudinē perimit: nec vt dormiamus donata est, sed vt suauis laboremus. Vnde in hoc quoque tuæ vigilatiæ solitudine volumus adiuuari, vt tua relatione currēte, quid apud illos religionis doctrina Dominica proficiat, Apostolicam sedem festines instruere, quatenus illius religionis sacerdotes, in quocunq; vsus exegerit, adiuuemus. De his verò, quæ in sepedito concilio illicita contra venerabiles Nicenos canones præsumptione tentata sunt, ad fratrem & coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis præsulem scripsimus, adijcientes & illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorūdam, religionis vestræ verbo mandastis per vicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, vt præter Domini sacerdotes nullus audeat prædicare, seu monachus, siue ille sit laicus, qui cuiuslibet scientiæ nomine gloriatur. Quas tamen literas, pro vtilitate vniuersalis Ecclesiæ, per prædictū fratrem & coepiscopū nostrum Maximum, ad omnium volumus puenire notitiā: & ob hoc, hinc nolimus earū exemplar adijcere: quia quæ prædicto fratri iniunximus, non dubitamus implenda. Et alia manu: Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data 4. Idus Iunij, Opilione viro clarissimo consule.

PASCHA SINI EPISCOPI LILYBETANI epistola ad Leonem papam, qui iussu rat illi, vt rescriberet de supputatione paschalis festi.

Victoria qui vtiendum.

16. q. 1. Adijcimus illud

Domino verē beatissimo ac Apostolico, mihiq; post dominū plurimum colendo papæ Leonis, Paschasius Episcopus.

ttt 4. Aposto-

Apostolatū vestri scripta, Diacono Panormitanæ Ecclesiæ Silano deferente, percepi, quæ nuditati meæ atque ærumnis, quas amarissima captiuitate faciente incurri, solatium in omnibus atque remedium attulerunt, cælesti rore animum recreantes, atque omne quod triste fuerat, abstergentes. Domine venerabilis Papa, iubere dignata est corona vestra, vt quod paschalis supputationis veritas anni post hunc futuri haberet, sacrosanctis auribus vestris exiguitas meam intimeret. Cui præcepto inobediens existere non potui omnino, nec debui. Diutino itaque tractatu, vel ratiocinatione id verum inuenimus, quod ab Alexandrinæ ecclesiæ antistite beatitudini vestræ rescriptum est. Nam quum Romana supputatio, quæ cyclo concluditur, cuius ipse, de quo agitur, erit sexagesimus quartus annus, qui cyclo cœpit à consulatu Antonini & Siagrii, nobis dubietatem afferret, eò quòd septimum Kalendarum Aprilium die, dies Dominica, & luna 22 incurreret, & iterum nono Kalendarum Maiarum die (vt rei veritas habet) Dominica dies, & luna 19. obueneret, in hoc ambiguo fluctuantes, ad Hebræorum, hoc est, legalem supputationem nos conuertimus, quæ quum à Romanis ignoratur, facillè errorem incurrunt. Cœpit ergò Ogdoas à consulatu virorum clarissimorum Etij iterum & Sigismildi, quæ clauditur anno, de quo quæsitio videtur exorta. Talis ratio hæc est: Priores verò anni communes, tertius embolismalis, quartus & quintus communes, sextus embolismalis, septimus communis, octauus embolismalis. Peruidet ergò apostolatū vestri prudentia, octauum annum Ogdoadis fieri aliter non posse, nisi embolismum teneamus. Quòd si voluerimus illud, quod superius diximus, id est, quòd primum incurrit, pascha septimo Kalendarum Aprilium die celebrare, communem annum faciemus, & incipiet omnis deinceps subsequens annorum supputatio vacillare. Et nē hoc quod exposui, beatitudini vestræ obscuritatem aliquam afferat, suggestimus communes annos, apud Hebræos duodecim tantum menses, hoc est, dies 354. habere. Necessitate ergò embolismi cogimur id tenere, quod longius est, nē à vero deuiare videamur. Neque nobis aut nouum aut erraticum videatur, quum dies passionis vndecimo Kalendarum Maij occurrat, à qua (sicut videtur) pascha nomen accepit, licet Hebrææ linguæ interpretes tradant pascha transitum dici, quòd tamen idem & Ioannis Euangelistæ dicto firmatur, quo ait, quum de passione loqueretur: Cum venisset hora, vt transfret Iesus de hoc mundo ad patrem. Non ergò nos dies vna longius posita terreat, nē, quum hoc vitamus, incurramus errorem, sicut tempore beatæ recordationis domini mei, præde-

cessoris vestri Zosimi, anno consulatus Honorij Augusti vndecimo, & Constantij secundo. Tunc enim, quum declinaretur, nē decimo Kalendarum Maij dies paschæ teneretur, celebratum octauo die Kalendarum Aprilis, id est, pro embolismo communis est annus tentus, & error grauissimus est ortus, intantum, vt ministerio certo, quòd dono sancti spiritus ministratur, hæc veritas probaretur. Quòd propterea credidi exponendum, quia locus ipse etiā sancto, atq; à me venerando fratri meo Libanio diacono notissimus est. Cuius mysterij miraculum tale est: Quædam vilissima possessio Melinas appellatur, in montibus arduis ac syluis densissimis constituta, illicq; per parua atq; vili opere constructa est Ecclesiā. In cuius baptisterio nocte sacrosancta paschali baptizandi hora, quum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisque qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat, vt aqua venerat, ex se descendit. Tunc ergò (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriæ domino quondam meo, ac beatissimo Papa Zosimo, cum apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sacra disculis, cum presbyter secundum morem, baptizandi horam requireret, vsque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Vt ergò breuiter narrē, illa nocte, quæ lucebat in diem Dominicam, 10. die Kalendarum Maij fons sacer hora competenti repletus est. Euidenti ergò miraculo claruit, Occidentalium partium fuisse errorem. Hæc prout potui, vel epistolaris breuitas passa est, iubente apostolatu vestro rescripti.

EPISTOLA LXII. LEONIS, AD MARTIANUM AUGUSTUM DE PASCHA.

LEO Episcopus Martino Augusto. Tam multis documentis per omnes Christi ecclesias fides vestræ pietatis innotuit, vt si quid sollicitudinum pro communi religione generatur, meritò vestrum queratur auxilium. Et quia memor dispensationis mihi creditæ, necesse habeo, curas meas etiā in ea, quæ sunt futura, præmittere, non improbè cupio clementiæ vestræ studijs adiuuari, vt in ea obseruantia, quæ certa semper ratione variatur, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festum, quòd sacramentum salutis humanæ maximè continetur, quanuis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, vt plerumq; sacratissimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerumquē, quòd non licet, vt non simul omnis Ecclesiā, quòd non nisi vnum esse oportet, obseruet. Studuereq; sancti patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino episcopo delegantes: quoniam apud Aegyptios huius supputa-

at tñ anno
pñi 1546 in
cidit in 7 ca
lend. Maij.

tationis antiquitū tradita esse videbatur peritia, per quam, qui annis singulis dies prædictæ solennitatis eueniret, sedi Apostolicæ indicaretur, vt huius scripti ad longinquiores Ecclesias iudicium generaliter percurreret. Sed sanctæ memoriæ Theophilus, Alexandrinæ Ecclesiæ vrbis Episcopus, cum huius obseruationis annos centum numero collegisset, septuagesimo sexto paschale festum longè aliter, quàm alij decreuerant, tenendum esse constituit, à primo Augustæ memoriæ Theodosij iunioris consulatu succedentes sibi sacra obseruantia ordines ponens, vt longioris temporis ratio eius literis teneretur ascripta, cuius complexionis septuagesimus & quartus est annus, in qua pridie Idus Aprilis sanctum pascha celebrauimus: sequenti verò anno, pridie Nonas Aprilis eadem, propicio Deo, erit habenda festiuitas, sicut regulariter centenariæ annorum rationis ordo declarat. Sed in anno, qui erit septuagesimus sextus, paschæ dies inuenietur ascriptus, quem à passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas. Nam diem octauum Kalendarum Maiarum ab eo cognoscimus præfinitum, qui anni limitem antiquitū constitutum, excedit, cum alij quindecimo Kalendarum Maiarum huic festiuitati deputauerint diem. Siquidem ab vndecimo Kalendarum Aprilium, vsque in decimum Kalendarum Maiarum, legitimum spatium sit præfinitum. Intra quòd omnium varietatum necessitas concludatur, vt pascha Dominicum nec prius possimus habere, nec tardius. Quòd enim in decimum, & in nonum Kalendarum Maiarum, videtur non nunquam peruenisse festiuitas, quadam ratione defenditur: quia etsi dies resurrectionis vltra terminum videtur exisse, dies tamen passionis, limitem positum non inuenietur egressus. Ad octauum autem Kalendarum Maiarum paschalem obseruantiam perducere, nimis insolens, & aperta transgressio est. Quia ergò in illa, vt dixi, centenaria supputatione Theophili, septuagesimus sextus annus diem paschæ contra morem ecclesiasticum statuisse monstratur, & non leuiter delinquitur, si in principio sacramenti veritas & vnitas ab vniuersali Ecclesiā non tenetur: obsecro clementiam vestram, vt studium vestrum præstare dignemini, quatenus Aegyptij, vel si qui sunt alij, qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum huius sollicitudinibus absoluant, vt eum diem generalis obseruantia dirigat, qui nec paternarum constitutionum normam relinquat, nec vltra præfixos terminos euagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam peruenire, vt in diuinis mysterijs nulla dissonantiæ culpa nascatur. Data decimo

mo sexto Kalendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

EIVSDEM LXIII. EPISTOLA, ad Eudociam Augustam de Pascha.

Hæc Eudocia filia fuit Eudociæ uxoris Theodosij iunioris, cui scripta est sequens Epistola 64.

LEO Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, Eudociæ Augustæ salutem. Sanctæ memoriæ Theophilus, ad Augustum Theodosium seniore scribens, per centum annos à primo prædicti principis consulatu, digessit ordinem diei festi, cuius instructionis septuagesimus quartus nunc annus euoluitur, Opilione consule. Pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solennitas: vnde sequenti anno pridie Nonas Aprilis, eadem festiuitas rationabiliter consequitur. Sed annus, qui erit septuagesimus sextus, memorati Episcopi annotationem habere cognoscitur, quæ à totius antiquitatis exemplo, & ab omni auctoritate patrum discordat. Siquidem in octauum Kalendarum Maiarum Dominicum pascha transtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedens, cum die quindecimo Kalendarum Maiarum paschalem solennitatem (sicut constituere alij) potuerit annotare. Vnde quia non mediocri mihi sollicitudo generatur, nē apud Aegyptios hæc persuasio probaretur, ad Christianissimum & clementissimum principem scripta direximus, quibus causam scrupuli diligenter exposui, & suppliciter postulauimus, vt operam suam, quemadmodum consuevit, religionis cultui dignanter impendat, vt eos, qui huius supputationis perfectam videntur habere notitiā, in vnum iubeat conuenire, & diligenter inquirere, nē forte hæc diffinitio teneatur, & hic excessus, qui prioribus videtur repugnare temporibus, nostræ conuenientia vel negligentia deputeretur, & fiat in nostris diebus, quòd nunquam antè præsumptum est. Quia verò oportet, serenitatem tuam curæ istius mecum esse participem, & nē quid tale accidat, præcauere: crebrius religiosissimo & fidelissimo principi dignare suggerere, vt indissimulanter iubeat Aegyptios admonere, nē in summæ festiuitatis die, aut dissensione aliqua, aut transgressione peccetur. Quicquid autem de hac diligentius inuestigare sollicitudo tua potuerit, citò ad notitiam meam gloriosissimus Imperator iubeat peruenire: quia & ad ipsius, & ad omnium salutem pertinet, vt Dei cultus nullo errore lædatur. Data decimo sexto Kalendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LXIII. EIVSDEM, ad Eudociam Augustam, de monachis Palæstinis.

LEO Episcopus Eudociæ Augustæ. Quanta mihi Catholicæ cura sit fidei, & qua sollicitudine, in quantum Dominus adiuuat,

adiuuat, debeat praecaueri, ne vnquam ab imperitis & impijs veritatis Euangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestra oranda clementia, obsecro Dominum, vt me tuam incolumitatem in causa fidei, in qua quorundam inter prouinciam Palaestinam Monachorum fuerant corda turbata, magis magisque faciat adiuuare, vt tantum, quod pietatis tuae studio fieri potest, haereticæ peruersitati omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio Sacramentorum, nec autoritas scriptorum, nec ipsa sacratorum locorum testimonia commouebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur? Profit ergo Ecclesijs, sicut (fauente Deo) & prodest: & pro fit generi humano, in verbis DEI vestram ibi esse voluntatem, vbi Dominum nostrum Iesum Christum vobis, sicut Deum verum & verum quoque hominem, in vnitae personae, & mirabilium * iudicia, & passionum documenta loquuntur. Si ergo praedicti nomen catholicum venerantur & diligunt, & inter Domini corpus se volunt membra nominari, prauos errores, quos temere admiserant, detestentur, & agant poenitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumque factorum. Succumbant pro salute animarum suarum, Synodalibus, quae in ciuitate Chalcedonensi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanae, nisi fides vera & humilitas quieta non peruenit, credant in Euangelio, quod continentur in Symbolo, nec impijs dogmatibus misceantur. Fides enim Catholica sicut damnat Nestorium, qui in vno Domino nostro Iesu Christo, duas ausus est praedicare personas: ita damnat etiam Eutychem cum Dioscoro, quod ab vnigenito DEI verbo, negant in vtero virginis matris veritatem carnis humanae suscepam. Si quid autem erga praedictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis praestabit aeternam, peto, hoc mihi clementiae vestrae literis indicetis, vt & in vobis boni operis fructum, & in illis gaudeam misericordiam Domini non perijisse. Data septimo Kalendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

EIVSDEM LXV. EPISTOLA,
ad Iulianum Coenssem Episcopum.

LEO Episcopus Iuliano Coensi Episcopo. Frequentissime dilectionem tuam ad hanc curam & diligentiam meisum literis cohortatus, vt de his, quae circa fidem aguntur, sollicitudinem meam indefinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam, quibusdam tamen scriptis meis, id est, per filium nostrum * Rodanum, domesticum filij nostri viri illusterrimi Asparasij datis, nullum responsum

tuae fraternitatis accepi, tanquam ratio temporis non habuerit, vt quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum Rodanum his literis te saluto, & vt, opportunitatem scribendi non negligas, in quo questus sollicitudinis meae releuatur, admoneo. Cum enim in te quandam meam, Constantinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius Ecclesiae dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quid possit de statu fidei melatere. Quae ergo per praedictos, vel ad gloriosissimum principem, vel ad tua dilectionem scripsi, vt celerrime tradantur effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit (Deo auxiliante) dispositum, scire me facito, vt perductis in effectum his, quae rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canonumque custodia & securior vbi que habeatur, & fortior. Data septimo Kalendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA LXVI. EIVSDEM,
ad Iulianum episcopum.

LEO vrbis Romae Episcopus Iuliano Episcopo. Christianissimi Principis fidem saepe euidentissimis probauimus documentis, ac Deo nostro gratias ago, qui talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem, qui fidei causas & reipublicae summe vigilantiae studio tuetur, haereticorum ausibus semper obstitens, & nihil eorum insanie aduersum Catholicam fidem licere permittens: cuius post Deum beneficijs hoc debetur, quod Hierosolymitanus episcopus est receptus, & Monachos, quos perfidia haereticæ falsitatis inuaserat, ad sanitatem Augusta auctoritas reuocauit. Mox itaque vt accepi epistolas tuas, talia continentes, non solum eadem die, sed propè eadem hora responsum, reddere maturavi, vt certior de omnibus, quae scripseras, redderis. Fratrem Proterium Alexandrinae vrbis episcopum, gratulor satisfactionis plenae de fide sua ad nos literas direxisse, & manifeste, quidnam teneat, indicasse: cui me dignam gratiam, pro fidei ipsius sinceritate, necesse est prestare, vt honore in nullo suae perdat ecclesiae, sed sedis suae priuilegia, paternae antiquitatis exemplo, iuxta canonum illibata iura possideat. De presentis anni pascha, nulla dubitatio esse nobis potuit: sed de futuro, quod Theophilus Alexandrinae vrbis Episcopus, octauo Kalendarum Maiarum die, quod nunquam ita a tempore Dominicae resurrectionis est, credidit ascribendum. Vnde sollicitius congruit hoc requiri, vt omnis occasio rollatur erroris. Nam in nostris annalibus Kalendarum Maiarum die, aptissime a patribus nostris & constitutus legitur, & celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud Orientales, nascatur ex hac parte diuersitas, hoc insatiis nostro nomine

Hic Proterius vir sanctissimus ab Alexandrinis crudelissime trucidatus est. Vide Nicephorum lib. 15, ca. 16.

* iudicia

nomine cum Christianissimo principe agere tua dignetur dilectio, quanuis & ipse clementissimus Princeps se, inquisitione sollicitissima, curam hanc Aegyptijs delegasse, suis Epistolis dignatus sit indicare. Epistolam sane meam, ad Chalcedonensem Synodum datam, praesentibus Episcopis & Clericis lectam fuisse, tuis Epistolis retulisti: * sed vsque ad illud Capitulum, quo ea, quae de fide acta sunt, meus videtur firmasse, consensus: Vnde miratus sum, quod reliqua quae secuta sunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint, cum maxime omnibus innotescere debuisset, improbum a nobis ambitum notatum fuisse, vt a nouis usurpationibus constituta inuiolata (vt semper scripsimus) seruentur. Etiam Presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in omnibus fuisse purgatum. Epistolam quoque ad Christianissimum Principem noueris me misisse, in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei causa, quam pro securitate Reipublicae, dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos Epistolam dedit, interueniens pro Anatolio Episcopo, vt nostri illi animi gratia praebatur, quoniam correctionem eius promittit, & in omnibus se satisfacturum esse, quae ad fidei obseruantiam pertinent, pollicetur. Data 5. Idus Ianuarij, Etio & Studio viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA LXVII. EIVSDEM,
ad Martianum Augustum.

* Nestorus

LEO Episcopus Martino Augusto. Puritatem fidei Christianae, qua clementia vestra praefulget, etiam his literis, quas frater & coepiscopus meus * Nestorius detulit, demonstrasti, iustissimum fratri meo Proterio Alexandrinae vrbis antistiti impendentes fauorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiam si taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque sermone cognoscitur, & quam sincerus sit Catholici dogmatis praedicator, ipsius professione clarescit. Vnde plenissimo affectu dilectionem Orthodoxi fratris amplector, & Deo gratias ago, quod amoto eo, qui Euangelio Christi voluit contraire, & a sanctorum Patrum intelligentia dissentire, talem prospexit Alexandrinae Ecclesiae sacerdotem, qui praecedentibus rectoribus & fide concordaret & vita. Nam cum amplecti se Epistolam meam, quam ad beatam memoriam Flavianum contra Eutychem impium misi, toto corde profitetur, quid aliud, quam apostolorum se discipulum ostendit, quonia doctrina veritatis in lumine suo permanet, & non potest esse diuersum, quod

vnum est atque diuinum? Rescripsi itaque praedicto fratri, quod debui, atque in sancto studio vt perseveraret, admonui. Qui sine dubio constantior erit, si etiam clementiae vestrae cohortationibus adiuuetur. Nec in aliquo eum terreat quorundam imperita dissensio, quos paucorum haereticorum instigationibus ignorantia fecit obnoxios. Quod sua ergo negligentia assequi nequeunt, opportune eorum insinuetur auditui. Et ne memoratis noua inferre, & propria videatur adstruere, venerabilium Patrum, qui eidem Ecclesiae praefuerunt, scripta relegantur, & quid beatus Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam Orientales magistri de incarnatione Domini sentiant, recognoscant. Nec repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim Euangelici sermonis sunt virtute prostrati: quoniam omnes ferè haereses, quae diuersis temporibus extiterunt, dum sacramentum corporae natiuitatis, & passionis, ac resurrectionis CHRISTI non intelligunt, ab Euangelio deuiarunt. Et possemus minus laborare in haereticis repellendis, si rudes animos ipsa non turbarent mendacia, quae peremit antiquitas. Sed nunc (vt dixi) hic docendi optimus modus est, vt paternorum sensuum linea, Alexandrinae plebis & cleri auribus innotescat, ac si qui sunt, qui nostra scripta despiciant, illis saltem qui nobiscum Apostolicis sensibus congruunt, acquiescant. In quo opere multum confacerdotis nostri deuotione gaudebo, & semper ipsius vnanimite laborabo, quia fraternapax non nisi vna fidei confessione seruetur. Quia verò quorundam haereticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, Epistolam meam, quam ad beatam memoriam Flavianum dedi, falsasse perhibetur, vt commutatis quibusdam verbis vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris asserat: obsecro venerabilem clementiam vestram, vt eandem Epistolam, per fratrem meum Iulianum Episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Graecum sermonem iubeatis integre diligenterque translata, per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero & plebi ipsius ciuitatis, cum praedictorum Episcoporum praedicationibus, * qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari, vt agnoscant, se fallacium hominum fraude vterius decipi non debere, & probentur Apostolicae sedis synceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius vllum obtinet locum: quia sicut alios haereticos, ita & istos Ecclesia vniuersalis damnauit. Data 6. Idus Martij, Etio & Studio viris clarissimis Consulibus.

EPI.

EPISTOLA LXXVIII. EIVSDEM, ad Martianum Augustum, in qua scribit de exilio Eutychetis, ut ad secretiora loca eum transferret, quia ubi positus erat, adhuc prava docebat.

Quod sepius multa iam experimenta docuerunt, sanctum pietatis vestrae studium circa religionem Christianam gloriosius perseverat & crescit augmentis, & haec fides vestrae clementiae non solum me, sed & omnes Domini sacerdotes consolatur & roborat, & dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum, quem si Orientalium partium sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum neque pax, neque fides Christiana patietur. Unde cum Constantinopolitanus episcopus ad omnem pietatis profectum praesenti clementiae vestrae doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habebit in me sincerae gratiae animum: tantum, ut quod verbis spondet, corde perficiat. Si vero, quae Deo & pietati vestrae displicent, pertinaci intentione delegerit, salva mansuetudinis vestrae reverentia, utar cum omnibus & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, adversum superbientem liberiore constantia, quem sepe dicendum est malum pro salutantia fratris gloriosissime Imperator. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicae fidei libenter accepistis, significatum mihi fratris & coepiscopi mei Iuliani (quem excepistis pijsimè) sermone cognoscite, Eutychem impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso sua damnationis loco, multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatius venena profundere, & quod in illo totus mundus horruit atque damnauit, impudentia maiore, ut innocentes decipere possit, euomere. Plenum itaque rationis aestimo, ut vestra clementia ad longinquiora eum iubeat & secretiora transferri. Monasterio vero eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius Monachi Evangelica Apostolicaque doctrina crebrius sunt & plenius roborandi, salubriter (ut arbitror) fiet, si is, qui ipsi monasterio praepositus esse dicitur, a societate venerabilis vestri Iuliani episcopi, quem in speculatore propter fidem illic esse constitui, non recedat, cuius assidua visitatione, profectus servorum Dei illic habitantium possit augeri. Petitionem autem de festiuitate paschali gaudeo ita a vestra pietate susceptam, ut cōfestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret, de errore remouendo, quem sanctae memoriae Theophili constitutum videtur inferre, de qua re (sicut scribere dignamini) quicquid ad pietatis vestrae notitiam perlatus fuerit, iubete me nosse, ut de obseruantia, quam non licet esse diuersam, quid potissimum sit

*quia (quod sepe dicendum est) malum pro salutantia fratris gloriosissime Imperator. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicae fidei libenter accepistis, significatum mihi fratris & coepiscopi mei Iuliani (quem excepistis pijsimè) sermone cognoscite, Eutychem impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso sua damnationis loco, multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatius venena profundere, & quod in illo totus mundus horruit atque damnauit, impudentia maiore, ut innocentes decipere possit, euomere. Plenum itaque rationis aestimo, ut vestra clementia ad longinquiora eum iubeat & secretiora transferri. Monasterio vero eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius Monachi Evangelica Apostolicaque doctrina crebrius sunt & plenius roborandi, salubriter (ut arbitror) fiet, si is, qui ipsi monasterio praepositus esse dicitur, a societate venerabilis vestri Iuliani episcopi, quem in speculatore propter fidem illic esse constitui, non recedat, cuius assidua visitatione, profectus servorum Dei illic habitantium possit augeri. Petitionem autem de festiuitate paschali gaudeo ita a vestra pietate susceptam, ut cōfestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret, de errore remouendo, quem sanctae memoriae Theophili constitutum videtur inferre, de qua re (sicut scribere dignamini) quicquid ad pietatis vestrae notitiam perlatus fuerit, iubete me nosse, ut de obseruantia, quam non licet esse diuersam, quid potissimum sit

tenendum, Ecclesia vniuersalis agnoscat. Precor autem, quod vestrae noui clementiae conuenire, ut eos maxime tueamini contra omnes insidias, quos mihi & vestrae mansuetudini propter amorē fidei placere cognoscitis, ut eos Constantinopolitanus episcopus laedendi non habeat facultatem. Data 17. Kalendas Maij, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXIX. EIVSDEM, ad Anatolium episcopum, per Nectarium agentem in rebus directa.

LEO EPISCOPVS ANATOLIO Episcopo.

Si firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiae communis habuisset, nihil profectò, quod ullam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non enim sinebat ratio, ut eius charitatem spernerem, quae amore pacis & studio reparandae catholicae fidei, inter ipsa episcopatus rudimenta iuuissimè, optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem, ut mihi de sanctis praedecessoribus tuis, nec Ioannis spiritalem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flauiani deesse sentirem, & ita studijs tuis vterer, ut nullus auderet vel fidei Catholicae resultare, vel Nicenis venerabilium patrum regulis contraire. Sed quum in iniuriam canonum (ut agnoscis) illa tentata sint, quae omnibus ecclesijs scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem, quam ut te primum, ut ab hac intentione discederes, fraterno animo, missis literis, admonerem? Ad quas quum non rescriberes, ipse te à colloquijs mei consortio separasti. Denique inde iam tacui, sed clementissimo principi, custodi fidei, frequenti literarum petitione suggesti, ut pro pace ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, haec quae nunc à tua dilectione facta sunt, implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum eruditionem spiritus sancti, cuius est virtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere concordiae, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli vnius Domini, in nullo sint à verae pacis unitate diuisi. Quod ergo in Constantinopolitana ecclesia quadam in officijs clericorum correcta significas, ut & Etium presbyterum in gratiam tuam, affectionemque reuocaueris, & Andream Archidiaconi actione submoueris, nobis placuisse rescribo, quia estimationem tuam (ut optabam) plurimum erigit atque commendat. Et merito post correctionem in obliuionem deducitur, quod reprehensione obnoxium videbatur, quum haereticorum profectione, & sanctae memoriae Flauiani iniuria grauaretur, quae nunc simul ab omni offensione, cum tui (ut volui) laude cessarunt, quia in ordinem suum, quae fuerant

rant turbata, redierunt. Andream sanè, qui rationabiliter Archidiaconi est priuatus officio, & Euphratam, qui sanctae memoriae Flauiani (ut comperi) improbus extitit accusator, si professionibus plenissimè scriptis, non minus Eutychanam haesim, quam Nestorianum execrabile dogma condemnant, quonia venia est praestanda correctis, presbyteros consecrabis, ut sibi remedium Catholicae fidei sentiant profuisse, electo primitus & probato, qui Archidiaconi officium possit implere, id est, quem nulla vnquam praedictarum impietatum fama resperferit. Caeteri vero, quos par reatus inuoluerat, si veniam simili professione cum satisfactione deponant, suis ordinibus reformentur, his tantum ad officiorum primatum admissis, quos ab omni errore liberos fuisse constiterit. Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena (ut asseris) adhortatione contraxeras, efficacius atque syncerius tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transiit: quia sicut in mala suasionem delinquitur, ita & in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi (frater charissime) est, quod dilectio tua proficitur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiae communis regressum, professio dilectionis tuae, & attestatio principis Christiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abiciatur penitus inconcessi iuris, qui dissensionem fecerat, appetitus. Sufficiant limites, quos sanctorum patrum prouidentissima decreta posuerunt. Ut quiesca sit suis meritis & antiquis priuilegijs dignitas omnium sacerdotum, renouetur & maneat in te Dominicae charitatis affectio: ad quam, dilectionem tuam sapientius cohortatus sum cum fratre & coepiscopo nostro Iuliano, qui communem gratiam semper optauit, cuius industria & sollicitudines tuae releuabuntur, & fides Catholica munietur. Super omnia autem, fraternam charitatem hortor & moneo, ut ea, quae ad gloriam vel ad munimen pertinent sacerdotalis officij, Nicenorum canonum, vniuersalis ecclesiae pacem seruantia, decreta custodias. Sic enim inter Domini sacerdotes inuoluta charitas permanebit, si paribus studijs, quae sunt à sanctis patribus constituta, seruentur. Data 4. Kalend. Iunij, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXX. BEATI LEONIS Papae, ad Iuuenalem Hierosolymitanum episcopum.

Leo Episcopus Iuuenali Episcopo Hierosolymitano. Acceptis dilectionis tuae literis, quas ad me filij nostri Andreas presbyter & Petrus Diaconus detulerunt, gaudius quidem sum, quod tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset: sed confluentibus

in recordatione omnibus, quae te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, & resistendi haereticis constantiam perdidisse, qui aestimant non esse tibi liberum, ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beata enim memoriae Flauiani condemnatio, & impijsimi Eutychetis receptio, quid nisi Domini nostri Iesu Christi secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolui, cum detestandum illud Ephesinae synodi iudicium, ita sancta Chalcedonenis synodi auctoritate destruxit, ut nullum deprauatorum à remedio correctionis arceret. Unde quia in tempore indulgentiae resipiscentiam magis quam pertinaciam deligisti, ita gaudeo te caelestem expetisse medicinam, ut fidei ab haereticis impugnatam, tandem possis esse defensor. Quauis enim nulli sacerdotum liceat nescire quod praedicat, quoniam qui ignorat, ignorabitur, inexcusabilior tamen est omnibus imperitis quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam virtutem Evangelij, non solum paginarum eloquijs, sed ipsorum locorum testimonijs eruditur. Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri. Quid laborat intellectus, ubi est magister ad spectus? Et cur lecta vel audita sunt dubia, ubi se & visui & tactui tot humanae salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosque cunctantes Dominus adhuc voce corporea utatur & dicat: Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Vtere ergo frater charissime inuictissimis catholicae fidei documentis, & euangelistarum praedicationem, sanctorum locorum, in quibus degis, testificatione defende. Apud te est Bethleem, in qua salutaris Dauidicae virginis partus illuxit, quae obuolutum pannis inter angustias diuersorij, praesepe suscepit. Apud te est declarata ab angelis, adorata à Magis, & per multorum infantium mortes ab Herode quaesita saluatoris infantia. Apud te est, ubi pueritia eius adoleuit, ubi adolescentia maturauit, & per omnia incrementa corporea, in virum perfectum veri hominis natura profecit, non sine cibo esuritionis, non sine somno quietis, non sine fletu miserationis, nec sine pauore formidinis. Vnus enim atque idem est, qui & in Dei forma operatus est, miracula magna virtutis, & in forma serui subijte sauitiam passionis. Hoc tibi ipsa crux indefinenter loquitur, hoc lapis clamat sepulcri, in quo Dominus humana conditione iacuit, & de quo diuina potentia resurrexit: & cum ad montem Oliueti, locum ascensionis veneraturus, accedis, nonne illa

1. Cor. 14. g

Luc. 24. f

Luc. 2. a
Ibidem, a b

Matt. 2. a, &
Ibidem, c

Luc. 2. g
Ibidem, f

Luc. 3. c
Matt. 4. a
Marc. 4. d

Ioan. 11. e

Matt. 26. d

Ioan. 19. g

Matt. 28. a

Aa. 1. b vox Angelica in tuo resultat auditu, qua eleuationem Domini stupentibus dicitur: Viri Galilaei, quid statis adspicientes in caelum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Veram igitur Christi generationem crux vera confirmat, quoniam ipse in nostra carne nascitur, qui in nostra carne crucifigitur: quæ nullo interueniente peccato, nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. Vt autem repararet omnium vitam, recepit omnium causam, & vim veteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus soluendo, vacauit: vt sicut per vnus reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per vnus innocentiam omnes fierent innocentes, indè in homines manante iustitia, vbi est humana suscepta natura. Nulla enim ratione extra nostri est corporis veritatem, de quo Euangelista prædicationem inchoans, dicit: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Et qui Samaritanæ mulieri protestatur, quoniam salus ex Iudæis est, beati Pauli Apostoli cõsonante doctrina, cum dicit: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Item que ad Timotheum: Memento, inquit, Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum carnem. Hæc autem veritas quantis & noui & veteris Testamenti auctoritatibus declaratur, pro antiquitate sacerdotij tui euidenter agnoscis, cum fides Patrum & scripta mea ad sanctæ memoriæ Flavianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adiecta vniuersalis synodi confirmatione, sufficiant. Vndè prospicere oportet dilectionem tuam, nè contra redemptionis ac spei nostræ ineffabile sacramentum vllus obmurmuret. Sed si qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut peruersitate discordant: eorum quorum in Ecclesia Dei Apostolica fuit & clara doctrina, auctoritatibus instruantur, & de incarnatione verbi DEI hoc nos credere, quod illi credidè, cognoscant, neque se extra corpus Christi, in quo commortui & conresuscitati sumus, sua obduratione constituent: quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, vt aut in sua essentia passibilis fuerit Deitas, aut in nostræ naturæ susceptione mentita sit veritas. Particulam Dominicæ crucis cum eulogijs dilectionis vestræ veneranter accepi. Data pridè Nonas Septembris, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXI. EIVSDEM, ad Leonem Augustum.

LEO Romæ Episcopus, Leoni semper Augusto. Officijs, quæ ad gratulationem imperij vestri pertinent, persolutis, etiã hanc paginam necessariæ supplicatio-

nis adieci, qua Catholicæ fidei diuinitus præparatum fauoris vestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata, fratris & coepiscopi mei Anatolij relatione cognoui, vt omnis Christiana religio sentiat se impeti atque violari, nisi vniuersali fidei vestra deuotione prospiciatur, & memoratæ Ecclesiæ, quæ antea Catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas, vt cessantibus hæreticorum impugnationibus, Euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum viguit, vnita cum totius Ecclesiæ pace reparatur. Quod opus virtutibus vestris gloriæque conueniens, celerem & Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem synodum de Domini Christi incarnatione firmata, nulla permiseritis retractatione pulsari: quia in illo Concilio, per Spiritum sanctum congregato, tam plenis atque perfectis definiti- onibus cuncta firmata sunt, vt nihil ei regula, quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiã apud clementiæ vestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, si quidem (vt multorum antè relatione comperimus) molitiones hæreticorum, quæ contra prædictæ synodi auctoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vndè quod negandum illis spontè vidistis, gloriosum vobis est vniuersali ecclesiæ, me supplicante, concedere, & incommutabiliter perpetuè; præstare, vt quæ secundum Euangelium CHRISTI & prædicationis Euangelicæ veritatem, omnibus retrò seculis, vna fide vnaque intelligentia roborata sunt, nulla vterius possint a cõsuetudine conuelli. Prout ergò misericordia Dei, consilio spiritus sui, mentem vestræ pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ Ecclesiæ pacis reparationi consulite, & per Catholicos sacerdotes talem prouideri iubete Pontificem, in quo & in actum probitate, & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri, vt omnibus ritè compositis, eadem vbi què seruetur prædicatio veritatis. Data quinto Idus Iunij, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA LXXII. EIVSDEM, ad Leonem Augustum.

LEO Episcopus Romæ, Leoni semper Augusto. Licet proximè ad clementiam vestram gemina scripta direxerim, quorum vnum debitum salutationis impleteret, aliud pro statu Ecclesiæ supplicaret, tamen occasione, quæ Deo prouidente se præbuit, iterari vtrunque conuenit. Secundum ergò fiduciam illam, quam ex Dei inspiratione vniuersali Ecclesiæ prestitistis, ante cuiusquam preces constituendo, quod maximè ab omnibus fuerat expetendum: non desinimus gratias agere, & prouidentiam DEI

in

in fidei vestræ seruore benedicere, qui sancto & catholico spiritu, sicut fratris & coepiscopi mei Anatolij sermone cognoui, ita hæreticorum impudentiæ restitistis, vt profiteremini, ad totius mundi pacem, Chalcedonensis Synodi vos esse custodem. Quod cum ex vestræ fidei sententia saluberrimè diffinitum sit, quanto studiosius vniuersali Ecclesiæ est conferendum, vt tranquillitas fidei Christianæ etiã vestro proficit imperio, nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine gloriatur? Cuius pertinax insidiosa contentio ilicò conuiescet, si Imperiali potestate frenetur. Data Kalendis Septembris, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA LXXIII. EIVSDEM, ad eundem Leonem Augustum.

LEO Episcopus Leoni Augusto. Litteras clementiæ tuæ, plenas virtute fidei & lumine veritatis, veneranter accepi: quibus cuperem etiã in eo, quod præsentiam meam pietas vestra necessariam existimat, obedire, vt maiorem fructum conspectu vestri splendoris assequeretur: sed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstrat. Nam cum sancto & spiritali studio, in vniuerso mundo pacem Ecclesiæ muniatis; nihilque sit conuenientius fidei defendendæ, quàm his quæ per omnia, instruite spiritu sancto, irreprehensibiliter diffinita sunt, inhærere: ipsi videbimur benè statuta conuellere, & auctoritates, quas Ecclesia vniuersalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum colligendis ecclesijs modum ponere, sed data licentia rebellandi, dilatare magis, quàm sopire, certamina. Vndè, quia post illas Ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata, peruersitas Eutychniana suscepta est, nihil ad confirmationem fidei Christianæ vtilius potuit ordinari, quàm vt prædicti facinus sancta synodus Chalcedonensis aboleret: & tanta illic haberetur cælestis cura doctrinæ, vt nihil in cuiusquam opinione reideret, quod à prædicationibus vel prophetis, vel Apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione seruata, vt rebellibus tantum ac pertinacibus ab Ecclesiæ vnitate reiectis, nulli correcto venia negaretur. Quid probabilius, quid religiosius poterit pietas vestra discernere, quàm vt, quæ non tam humanis, quàm diuinis sunt statuta decretis, nullus vltra sinatur impetere, nè verè digni sint tantum Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare? Cum ergò vniuersalis Ecclesia per illius principalis petreæ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus, voce Domini dicentis audierit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædifica-

Matt. 16. c

bo Ecclesiam meam: quis est nisi aut Antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem, qui in malitia sua inconuertibilis perseverans, per vasa ira: suæ apta fallaciæ, falso diligentia nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare? Atque contemnenda & vitanda meritò sibi incontinens furor, & impietas cæca præscripsit, vt dum diabolico instinctu in sanctam Alexandrinam seuit Ecclesiam, quales essent qui Chalcedonensem Synodum retractari cupiunt, disceretur, in qua nullo modo accidere potuit, vt à nobis contra sanctam Nicenam Synodum sentiretur, quod hæretici mentiantur, qui se fidem Niceni concilij tenere confingunt, in quo sancti & venerabiles Patres nostri contra Arrium congregati, non carnem Domini, sed Deitatem filij hominis patri esse firmare: in Chalcedonensi autem concilio aduersum Eutychnianam impietatem definitum est, de substantia virginis matris Dominum Iesum Christum sumptisse nostri corporis veritatem. Apud Christianissimū igitur principem, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, vtor Catholicæ fidei libertate, & ad consortium te Apostolorum ac prophetarum securus exhortor, vt constanter despicias ac repellas eos, qui se Christiano nomine priuare: nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat fidem velle vacuare. Cum enim clementiam tuam Dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ benè sunt statuta, defendas, & veram pacem his, quæ sunt turbata, restituas, depellendo scilicet peruafores iuris alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ Ecclesiæ reformando, vt correctionibus tuis Dei iracundia mitigata regiæ ciuitati non retribuat, quæ antea admissa sunt, sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, venerabilis Imperator, omnes qui per totum orbem sunt, Domini sacerdotes, pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare: in qua specialius ambiunt, qui Apostolicæ fidei factatores Alexandrinæ Ecclesiæ præsedere, agentes apud pietatem tuam, nè hæreticos homines & meritò pro sua peruersitate damnatos, vti sua persuasione patiamini: cum siue impietate errorum adspicias, siue opus perpetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotij honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam (quod exorata pietatis vestræ venia dixerim) quodam contagio splendorem vestræ serenitatis obfuscant, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere, quod

v v v 2 nec

nec innocentes liceat obtinere. Oblata sunt gloriosissima pietati vestrae preces, quarum exempla vestris literis subdidistis: sed in his, quae catholicorum sunt deplorantium, subscriptio continetur, & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas Orthodoxo Principi haeretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto confusae vniuersitatis vocabulo, id eod certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi vtile aestimat eorum quantitas, quorum est & qualitas iudicata: nec incongrue cuius loci homines sunt, profiteri metuunt, qui metuere damari. In vna ergo, Catholicorum supplicatio continetur: in alia, haeticorum commenta panduntur. Hic sacerdotum Domini, & totius Christiani populi, ac Monasteriorum defleat euerfio: ibi immanium scelerum continuatio demonstratur, vt quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nonne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obuiari, ne Alexandrina Ecclesia, quae semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit Latronum? Manifestum quippe est, per crudelissimam immanissimamque saeuitiam omne illic caelestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Nec villo modo ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerem, in contumeliam aëris caeliq; dispersum, audent sibi ius peruasae dignitatis expetere, & Apostolicae doctrinae inuiolabilem fidem ad concilia prouocare. Magnum ergo vobis est, vt diademati vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona, & de hostibus Ecclesiae triumphetis: quia si laudabile vobis est aduersarum gentium arma conterere, quanta erit gloria, ab infanissimo tyranno Alexandrinae ecclesiam, in cuius contritione omnium Christianorum est iniuria, liberare? Vt autem litterae meae pietati tuae colloquium quasi praesentis exhibeant, quicquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandum esse perspexi. Ac ne huius epistolae pagina in nimiam longitudinem tenderetur, alijs literis, quae assertioni catholicae fidei congruunt, comprehendi, vt licet ea quae a sede Apostolica sunt praedicata, suscipiant, insidias tamen haeticorum etiam haec, quae sunt adiecta, referant. Sacerdotalem namque & Apostolicam tuam pietatis animum, etiam hoc malum ad iustitiam vltionis debet accendere, quod Constantino-politanae ecclesiae puritatem pestilentes obsecrant, in qua inueniuntur clerici quidam,

haeticorum sensui consonantes, & intra ipsa Catholicorum viscera, assertionibus suis haeticorum partem adiuuantes. In quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimis benignè parcit, senior inuenitur, dignamini pro fide vestra, etiam istam ecclesiam praestare medicinam, vt tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab vrbe habitatione pellantur, ne vltius sanctus DEI populus peruersorum hominum contagio polluat. Cultores autem pietatis tuae, Iulianum Episcopum & Etium presbyterum, mea petitione commendo, vt suggestiones eorum pro catholicae defensionis fidei placide digneris audire, quia verè sunt eiusmodi, vt fidei vestrae possint per omnia vitales inueniri. Data Kalendis Decembris, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA LXXIII. EIVSDEM, ad Anatolium episcopum Constantinopolitanum.

LEO Episcopus Anatolio Episcopo. Diligentiam necessariae sollicitudinis, quam fraternitas tua in dirigendis ad nos literis exequitur, approbamus: & accipis per filium nostrum Olympium paginis tuis, sacerdotalem in te curam vigere sentimus, cui nos quoque (quantum Dominus dat posse) non desumus, exorantes dilectionem tuam, vt quia tempus laboris incidimus, in sancta vigilantia perseueres, donec dextera Domini faciat virtutem, & sub pedibus Ecclesiae suae conterat tentatorem. Consolatur etenim nos per omnia preparata diuinitus clementissimi Principis fides, quem meo rursus, sicut oportuit, sum cohortatus alloquio, vt impijssimorum latronum ausibus, districtiore constantia faciat obuiari: quos nefas est tantum de suo fauore praesumere, vt etiam apud Constantinopolim audeant insanire. Sed hoc eis idè diuinæ prouidentiae ratione permittitur, vt magis ac magis, quo spiritu agitentur, appareat: ne dubitari possit, in quantam essent audaciam prorupturi, si post damnationem impijssimae haereseos, disceptandi contra fidem acciperent potestatem, vt, quantum in ipsis est, latius hoc furore saeuirent, quem fratres & coepiscopi nostri, qui ad vos nupè ex aegypti partibus confugere, se pertulisse deplorant: quibus & à Christianissimo principe, & à tuae fraternitatis Deo placita charitate, solatia pietatis impendi non ambigerem, etiam si ipse non scriberes. Oportunum autem credidi, vt ad ipsos quoque scripta dirigerem, quae ad illos possint in communis fidei proposito roborare: & vt quid pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscerent, sicut beatus Apostolus docet, dicens: Excipite itaque illos cum omni gaudio in Domino, & huiusmodi cum honore habete, quoniam propter fidem Christi vsq; ad mortem accesserunt. Illud sanè plurimum

24. q. 3. Illud sane

Matth. 18. b & Marc. 9. f

1. Reg. 2. fg

rimùm mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuae clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conuincant prauitatem, & vasa irae, vasis misericordiae miscantur. Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercendis, debet diligentia tua vigilanter insistere, ita vt his, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim nos Euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa veritate praecipitur, vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, à compage corporis auferatur: quia melius sit, his in Ecclesijs carere membris, quam cum ipsis in aeterna ire supplicia. Nam superfluum extra Ecclesiam positum resistimus, si ab his qui intus sunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abijcienda prorsus pestifera haec à sacerdotali vigore patientia est, quae sibi met, peccatis aliorum parcendo, non parcat. Sicut Heli quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis diuinæ iustitiae sententiam meruit experiri, quia segni indulgentia dissimulauit plectere peccatores. Quantum itaq; opportunitas inuitat officij, religiosissimum principem dilectio tua studeat frequentare: & non solum regiam, sed & sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste, vt memor communis fidei, quam spiritus sancto docente suscepimus, omnia haeticorum machinamenta confringat: neq; quicquam illis in ecclesijs Christi licere patiat, ne in eorum potestate sint diuina mysteria, quibus in domo nei, pro scelerum suorum magnitudine, nec habitandi ius residet, nec orandi. Data 5. Idus Octobris, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA LXXV. EIVSDEM, ad Anatolium Episcopum per Patricium diaconum missa.

LEO Episcopus, Anatolio Episcopo. Lectis dilectionis tuae literis, quas per filium nostrum Patricium Diaconum direxisti, intellexi tibi studium meae sollicitudinis displicere, quae, secundum Dominicam charitatem, quam tibi à nobis impendi, experimentis plurimis approbasti, de cauendis his, qui communi fidei aduersari dicerentur, admonui: ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in Ecclesia Catholica ea praedicare praesumeret, quae haeticorum sensibus conuenirent. Quod vtrum veraciter fama iactaret, dilectionis tuae inquirendum iudicio delegavi. Neq; in aliquo honorem tuum laesi, cui discutienda ea, quae ad me erant perlata, commisi: vt scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoueram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solum voce haeticos, sed etiam propriae manus subscriptione damnasset, à communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiae fidei & professionis incertae, confirmavit magis, quam diluit, quicquid ad nos

de eo fama pertulerat, cum, si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychem sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobarat atq; damnaret, debuerat confiteri: quia aliud sunt humanae, etiam inter catholicos, similitudines: aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Et idè, frater charissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si prophetæ exemplum sequaris, & dicas: Nonne qui te oderant, Domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Per omnia enim volo te esse certissimum, quod sicut meam existimationem illa cupio permanere, ita opto te quoq; in omnibus irreprehensibilem reperiri. Praedictus autem Atticus, vt ab omni suspitione contraria liber appareat, quid in Eutychete anathematizet ac damnet, euidenter ostendat, & in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat, ita vt Chalcedonensis synodi diffinitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, & quam Apostolicae sedis firmauit autoritas, profiteatur se per omnia seruaturum, adiecta subscriptione propriae manus, quae in Ecclesia, Christiano populo praesente, recitetur, vt pro catholica fide neq; nos negligentes, neq; ipse vltra suspectus habeatur. Qui si, in eadem prauitate perdurans, praecipis salubribus parere noluerit, sententiam Synodi Chalcedonensis, cuius diffinitionibus resultat, excipiat. Data decimo quinto Kalendas Aprilis, Leone & Maioriano Augg. Consulibus.

EPISTOLA LXXVI. EIVSDEM, ad Leonem Augustum, per Philonem in rebus agentem directa.

Multo gaudio meae exultat in Domino, & magna mihi est ratio glorianti, cum clementiae vestrae excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiae caelestis agnosco, & per incrementa diligentiae, deuotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestrae pietatis alloquijs non dubie patet, quid per vos in totius Ecclesiae salute spiritus sanctus operetur, & quantum vniuersorum fidelium precibus sit optandum, vt in omnem gloriam vestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium, religiosae prouidentiae famulatum diuinis & aeternis dispositionibus perseueranter impenditis, vt scilicet catholica fides, quae humanum genus sola viuificat, sola sanctificat, in vna confessione permaneat: & dissensiones, quae de terrenarum opinionum varietate nascuntur, à soliditate illius petrae, supra quam ciuitas Dei aedificatur, abigantur. Haec autem Dei munera ita diuinitus demum nobis conferentur, si de his quae praestita sunt, non inueniamur ingrati, & tanquam nulla sint, quae adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quae

Matth. 21. b
Marc. 11. c
Luc. 19. g
1. q. 7. Manifestum est per cru.

Vide hinc Euagrium lib. 2. ca. 8. & Nicephori lib. 17. ca. 16.

Psalm. 117.

Phil. 2. d

Ita faciunt haeretici.

patrefacta sunt querere, quae perfecta sunt retractare, & quae sunt diffinita, conuelleret, quod aliud est, quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictionem arboris cibum, improbos appetitus mortiferam cupiditatis extendere? Vnde, quia ad pacem vniuersalis Ecclesiae, & ad custodiam catholicae fidei, cura dignamini sollicitiore respicere: euidenter agnoscitis, quod magnis haereticorum audetur insidijs, ut inter Eutychem nioscori; discipulos, & enim, quem Apostolica sedes direxerit, diligentior, tanquam nihil fuerit ante definitum, tractat habetur: & quod totius mundi catholici sacerdotes in sancta Chalcedonenensi synodo probat, gaudentque; firmatum, in iniuriam etiam sacratissimi concilij Nicensi, efficiatur infirmum. Quod enim nostris temporibus apud Chalcedonam de Domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Niceam mysticus ille patrum numerus definiuit, ne catholicorum confessio, aut vnigenitum Dei filium in aliquo crederet patri imparem, aut eundem, cum factus est filius hominis, non veram carnis nostrae atque animae habuisse naturam. Detestandum ergo nobis est, perseueranterque vitandum, quod fraus haeretica nititur obtinere: nec in aliqua disceptatione, pie & plenè definita, reuocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum, ipsi de his videamur ambigere, quae manifestum est, per omnia prophetica & Euangelica & Apostolica auctoritatis consonare. Vnde, si qui sunt, qui ab his quae caelitus sunt constituta, dissentiunt, suis opinionibus relinquuntur, & ab unitate Ecclesiae, cum ea, quam elegere, peruersitate discedant. Nam nullo modo fieri potest, ut qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Iacent se in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum veritate, quae inimica est fidei, gloriantur. nobis placet, Apostolicis obedire praecipis, dicentibus: Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem hominum. Nam secundum eundem Apostolum, si quae destruxi, haec aedifico, prauegricatore me constituo: & eis me vltionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatae memoriae principis Martiani, sed etiam ego mea consensione firmavi. Quia sicut sanctè veraciterque dixistis, perfectio incrementum, & adiectionem plenitudo non recipit. Vnde cum sciam, te, venerabilis Princeps, sincerissimo veritatis lumine imbutum, in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfectoque iudicio a prauis rebus discernere, & a refutandis amplectenda diuidere: obsecro, ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum haec mea cautio non solum vniuersali Ecclesiae consulat, sed etiam tuae gloriae famuletur, ne sub imperij tui tempore & haereticorum aucta videatur improbitas, & catholicorum

Quo, aut quoto capitulo, nondum certum est.

Colof. 2. b

Galat. 2. d

perturbata securitas. Quauis ergo multum per omnia de pietatis vestrae corde confidam, & per inhabitantem in vobis spiritum Dei, satis vos instructos esse perspiciam, ne fidei vestrae ullus possit error illudere, praecipione tamen vestrae in eo adnitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos praesentiae meae instar exhibeant, & quae sit Apostolicae fidei regula, licet (ut dixi) vobis bene sit nota, demonstrent, patefacientes in omnibus & probantes, non esse omnino inter catholicos computandos, qui definitiones venerabilis synodi Nicensae, vel sancti Chalcedonenensis concilij regulas non sequuntur, cum vtrorunq; sancta decreta, ex Euangelico & Apostolico sit manifestum fonte prodire, & quicquid non est de irrigatione Christi, poculi esse viperei. Praenoscatur igitur pietas vestra, venerabilis Imperator, hos, quos spondeo dirigendos, non ad conflegendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, a sede Apostolica profecturos, quia de rebus & apud Niceam, & apud Chalcedonam (sicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia vel infirma sint, quae tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post laetis alimoniam cibo desiderant solidiore satuari, ministerij nostri praesidium non negamus. Et sicut simplices non spernimus, ita a rebellibus haereticis abstinemus, memores praecipiti Domini, dicentis: Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos. Nimis quippe indignum, nimisque iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per prophetam, dicens: Filij alieni mentiti sunt mihi. Qui etiam si Euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: Deum se profitentur scire, factis autem negant: clamante adhuc iusti Abel sanguine aduersum impiu Cain, qui increpatus a Domino, non requieuit ad poenitentiam, sed exarsit ad caedem. Cuius vindictam sic Domini iudicio volumus referuari, ut improbus praedo & parricida crudelis in seipsum recidat, & nostra non teneat. Neque sanctae ecclesiae Alexandrinae lamentabilem captiuitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestrae iustitiaeque praesidio, suam restitui libertatem, ut per omnes aegypti vrbes dignitas patrum & ius sacerdotale reparetur. Data vndecimo Kalendarum Aprilis, Leone & Maioriano Augusto consulibus.

EPISTOLA LXXVII. EIVSDEM, ad Nicetam Episcopum Aquileiensem.

TITVLI CAPITVLO RVM sequentis epistolae.

Quod debeant feminae, quae, captis viris, nupserant alijs, regressis de captiuitate viris

Matt. 7. a

Psal. 17.

Titi 1. d.

Gen. 4. b

34. q. 1. & 2. Cusp bell. cam. Et in decret. Iuo. lib. 6.

Pro. 19. c Matt. 19. a

viris prioribus copulari, ut quod suum est, vnusquisque recipiat: 1
 Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorem captiui in matrimonium videtur esse fortitus. 2
 Ut si viri de captiuitate regressi, intemperantia uxoris offensi non fuerint, & voluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem. 3
 Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiae, Ecclesiae communionem priuanda sint. 4
 Captiuis, aut terrore, aut fame, non ueneratione, cibos immolatiois edere compulsi, poenitentia concedenda est. 5
 Quod hi, qui ad iterationem baptismi, vel vi, vel terrore coacti, animos inclinauerunt, sint subleuandi remedio, ita ut senilis aetatis, periculorum quoque & aegritudinum, ceterarumque necessitatum habeant sollicita consideratione respectum. 6
 Ut hi, qui ab haereticis baptizati sunt, sola sancti spiritus inuocatione firmantur. 7
 Eo episcopus Nicetae Aquileiensis episcopo salutem. Regressus ad nos filius meus Adeodatus, diaconus sedis nostrae, dilectionem tuam poposcisse memorauit, ut de his a nobis auctoritatem Apostolicae sedis acciperes, quae quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur afferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera, quae hostilitatis aduersitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

CAPITVLVM I.

Cum ergo per bellicam cladem, & per grauissimos hostilitatis incurfus, ita quaedam dicatis diuisa esse coniugia, ut abductis in captiuitatem viris, feminae eorum remanserint destituta, quae viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam a dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum coniugium, solitudine cogente, transferunt: cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerso, nonnulli eorum, qui putabantur perijisse, remeauerint: merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quae alijs iunctae sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quod a DEO iungitur mulier viro, & iterum praecipit agnouimus, ut quod Deus iunxit, homo non separet: necesse est, ut legitimarum foedera nuptiarum redintegrandam credamus, & remotis malis, quae hostilitas intulit, vnicique hoc quod legitime habuit, reformetur: omni que studio procurandum est, ut recipiat vnusquisque quod proprium est.

2 Nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruasor, qui personam eius mariti, qui iam non esse aestimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quae ad eos qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt: & tamen plenum iustitiae

est, ut iisdem reuerfis propria reformentur. Quod si in macipijs vel in agris, aut etiam in domibus ac possessiõibus ritè seruatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? 3 Et ideo, si viri post longam captiuitatem reuerfi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, ut eas cupiant in suum redire confortium: omittendum est, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, & restituendum quod fides poscit.

4 Si autem aliqua mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captae, ut malint his cohaerere, quam in legitimum redire confortium: merito sunt notandae, ita ut etiam ecclesiastica communione priuentur: quae de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes, sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio potuit expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione coniugia, neque villo modo ad opprobrium malae voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorlit: quia sicut haec mulieres, quae reuertuntur ad viros suos nolunt, impiae habendae sunt: ita illae, quae in affectum, in ius ex Deo, redeunt, merito sunt laudabiles iudicandae.

5 De his autem Christianis, qui inter eos, a quibus fuerant captiui, immolatijs cibis afferuntur esse polluti, consultationi charitatis tuae hoc etiam respondendum esse credidimus, ut poenitentiae satisfactione purgentur, quae non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est. Et siue hoc terror extorserit, siue fames suaferit, non dubitetur abolendum, cum huiusmodi cibis pro metu aut indigentia, non pro religionis ueneratione, sit sumptus.

6 His vero, de quibus dilectio tua similiter nos creditur consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel errore traducti, & nunc se contra catholicam fidei sacramentum egisse cognoscunt: ea est custodienda moderatio, qua in societatem nostram, non nisi per poenitentiae remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant unitatem, tempora poenitentiae habita moderatione, tuo constituyente iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos, pariter etiam habens senilis aetatis intuitum, & periculorum quorumque aut aegritudinum respiciens necessitates: in quibus si quis ita grauiter urgeatur, ut dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subueniri.

7 Nam hi qui baptismum ab haereticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola inuocatione spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpsere. Et haec regula (ut scitis) seruanda

26. q. 7. Tempora poenitentiae.

1. q. 1. Hi qui baptizati

1. q. 1. Hanc regulam.

Eph. 4. a

dam in omnibus ecclesijs predicamus, vt la- uacrum semel in initio, nulla iteratione viole- tur, dicente apostolo: Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma. Cuius ablutio nulla ite- ratione temeranda est, sed (vt diximus) sola sanctificatio sancti spiritus inuocanda est, vt quod ab hereticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epi- stolam nostram, quam ad consultationē tuā fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprouinciales tuos episcopos facies per- uenire, vt omnium obseruantia data prosit auctoritas. Data 12. Calendarum Aprilium, Maioriano Aug. primū consule.

EPISTOLA LXXVIII. EIVSDEM, ad vniuersos episcopos per Campaniam, Samnium & Picenum constitutos.

¶ Tituli capitulorum sequentis epistolae. Vt non omni tempore baptismi regeneratio detur, sed tantum in Pascha & Pentecoste, nisi periculo infirmitas obrepserit. De penitentia fidelium, vt confessio eorum non publicetur.

CAPITVLVM I.

Leo vniuersis episcopis per Campaniam, Samnium & Picenum constitutis. Magna indignatione commoueor, & multo dolore contristor, quod quosdam ex vobis ita comperi esse Apostolicæ traditionis oblitos, & studio sui erroris intetos, vt præter paschæ festum, cui sola pentecostes solennitas comparatur, audeant sibimet, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrij libertate, ius baptismatis vëdicare, & in natalibus martyrum, quorum finis aliter honorandus est, quàm dies Dominicę passionis, regenerationis celebra- re mysteria, ac sine vllis spiritualium erudi- tionibus præparationum, ita rudibus & im- peritis tradere sacramentum, vt circa reno- uandos, nihil doctrina ecclesiastica, nihil in exorcismis impositio manuum, nihil ipsa iei- unia, quibus vetus homo destruitur, operetur: neque in *tato mysterio salutis humanæ, vlla eius diei habeatur exceptio, quo ipsum donum est conditum *renascētibus. Admo- nemus igitur, & non sine periculo statūs eorum, qui hæc faciunt, protestamur, vt ab hac præsumptione cessetur, & summam hanc potentissimamq; Dei gratiā, nō nisi in pascha- li & pentecostes die, desiderantibus & cre- dentibus conferatis, manente quolibet tem- pore grauium necessitatum ac periculorum consideratione, secundum quam oporteat subuenire, nē conditione mortali coarctata infirmitas, necessaria liberatione fraudetur, cum seruata (sicut prælocuti sumus) duarum tantummodò festiuitatum reuerentia, pro- pter multa pericula sit cauendum, nē cuiquā aut in desperata ægitudine, aut in hostilitatis incurfu, aut in timore naufragij, per sacer- dotem Domini regeneratio denegetur. Si

*tot myste- rijijs
*renascēdi.

quis verò post hoc interdictum, in eadē fue- rit vsurpatione detectus, dignam pertinaciæ suæ incidet vltionem, quoniam ostendit se turpe potius lucrum, quàm religiōis cultum esse sectatum.

2 Illam etiā, contra Apostolicam regu- lam, præsumptionem, quam nupèr agnouī à quibusdā illicita vsurpatione committi, mo- dis omnibus constituo submoueri, (de pœ- nitentia videlicet, quę ita à fidelibus postu- latur) nē de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publicè recitetur, cū reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdo- tibus indicari confessione secreta. Quauis enim plenitudo fidei videatur esse laudabi- lis, quæ propter DEI timorem apud homi- nes erubescere non veretur, tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publica- re, remoueatur tam improbabilis consuetu- do, nē multi à pœnitentiæ remedijs arceant, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referare, quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa con- fessio, quæ primū Deo offertur, tunc etiā sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium præ- cator accedit. Tunc enim demū plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confite- tis. Datum pridie Nonas Martij, Recimero consule.

De pœni- tētia dist. 1. Quauis plenitudo.

De pœni- tētia dist. 1. Suffi- cit pœni- tenti.

Confessio sacramen- talis.

EPISTOLA LXXIX. EIVSDEM, ad Dioscorum Alexandrinum episcopum.

¶ Tituli capitulorum sequentis epistolae. De ordinatione presbyteri aut diaconi, vt sab- bato sancto celebretur, id est, die dñico. De festiuitatibus, vt si vna Agēda, id est, Mis- sa celebratio, populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterari sacrificium.

Leo episcopus, Dioscoro episcopo Ale- xandrino salutem. Quantum dilectioni tuæ Dominicæ charitatis impendam affe- ctum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius desideramus fundare initia, nē quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videat, quum tibi *specialis gratiæ merita (vt pro- bauimus) suffragentur. Paterna igitur & fra- terna collatio debet sanctitati tuæ esse gra- tissima, & à te taliter suscipi, quemadmo- dum à nobis eam intelligis proficisci. Vnum enim nos sentire oportet & agere, vt (sicut legimus) in nobis quoquē vnum esse cor & anima comprobetur. Quum enim beatissi- mus Petrus apostolicum à Domino accepe- rit principatum, & Romana ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexā- drinam primus ecclesiam gubernauit, alijs regulis traditionum suarum decreta forma- uerit, quum sine dubio de eodē fonte gratiæ vnus spiritus fuerit & discipuli & magistri, nec

*spiritualis

Ag. 4. f
24. q. 1. Cū beatissimus

nec aliud ordinatus tradere poterit, quàm quod ab ordinatore suscepit. Non ergò pau- timur, vt quum vnus nos esse corporis & fi- dei fateamur, in aliquo discrepemus: & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

CAPITVLVM I.

Quod ergò à patribus nostris propensio- re cura nouimus esse seruati, à vobis quoq; volumus custodiri, vt non passim diebus omnibus sacerdotalis vel Leuitica ordina- tio celebretur, sed post diē sabbati eius no- ctis, quæ in prima sabbati lucefcit, exordia deligantur, hoc est, sub lege diuini officij substituantur, in quibus, his qui consecran- di sunt, ieiunius & à ieiunantibus sacra bene- dictio conferatur. Quod eiusdem obserua- tiæ erit, si manè ipso Dominico die, conti- nuato sabbati ieiunio, celebretur, à quo tē- pore præcedentis noctis initia non recedit, quam ad diem resurrectionis, sicut etiā in pascha Domini declaratur, pertinere, non dubium est. Nam præter auctoritatem con- suetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiā sacra scriptura mani- festat, quod quum apostoli Paulum & Bar- nabam ex præcepto spiritus sancti ad euan- gelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes, imposuerunt eis ma- nus: vt intelligamus, quanta & datium & ac- cipientium deuotione curandum sit, nē tan- tæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideò piè & laudabili- ter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per Ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiā ipse seruaueris, vt his, qui con- secrandi sunt, nunquam benedictiones nisi in die resurrectionis Dominicę tribuantur, cui à vespera sabbati initium constat ascri- bi, & tantis diuinarum dispositionum my- sterijs est consecrata, vt quicquid est à Do- mino insignis constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac, per resurrectionem Chri- sti, & mors interitum, & vita accepit initiū. In hac apostoli à Domino prædicandi omni- bus gentibus euangelij tubam sumunt, & in- ferendum vniuerso mundo sacramentum re- generationis accipiunt. In hac (sicut beatus Iohannes euangelista testatur) congregatis in vnum discipulis, ianuis clausis, quum ad eos Dominus introisset, insufflauit, & dixit: Ac- cipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinue- ritis, detenta erunt. In hac deniquē, pro- missus à Domino apostolis spiritus sanctus aduenit, vt celesti quadam regula insinua- tum & traditum nouerimus, in illa die cele- branda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum.

In decret. Iuo lib. 3.

Act. 13. a

Ioan. 20. c

Ioan. 14. b & 16. c

stra concordet, illud quoquē volumus cu- stodiri, vt quum solennior festiuitas conue- tum populi numerosioris indixerit, & ad eā tanta multitudo conuenerit, quam recipere basilica simul vna non possit, sacrificij obla- tio indubitanter iteretur, nē, his tantum ad- missis ad hanc deuotionem, qui primi adue- nerint, videantur hi qui postmodum con- fluxerint, non recepti, quum plenum pietatis atque rationis sit, vt quotiès basilicam, in qua agitur, præsentia nouę plebis impleue- rit, totiès sacrificium subsequens offeratur. Necessè est autē, vt quędam pars populi sua deuotione priuetur, si vnus tantum Missæ more seruato, sacrificium offerre nō possint, nisi qui prima diei parte conuenerint. Stu- diosè ergò dilectionem tuam & familiariter admonemus, vt quod nostræ consuetudini ex forma paternę traditionis insedit, tua quoquē cura non negligat, vt per omnia no- bis & fide & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio pre- sbytero, hanc ad fraternitatem tuam episto- lam dedimus perferendam, qui nostris pro- cessionibus atque ordinationibus frequen- ter interfuit, & totiès admittus, quid in omni- bus Apostolicę auctoritatis tenerem, agno- uit. Data Kalend. Iulij.

De cōf. dif. i. Necessè se est.

EPISTOLA LXXX. EIVSDEM, ad Iulianum Coen episcopum.

Leo episcopus Iuliano Coen episcopo. Literas dilectionis tuę, quas per filiū meum virum illustrem Isichium direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis, iterata iam occasiōe, respōderam. Vndè quia etiā in his alloquijs tuis, eadē de im- pijsimis hæreticis iusto dolore conquestus es, congruum fuit, quoad scribendū oppor- tunitas extitit, non tacere. In causa itaque fi- dei, quicquid pro nostro officio oportuit ac potest iuuante Domino, & sollicitè & liben- ter exequimur, vt Euangelio Christi irrepre- hensibiliter seruamus, nē per desidiam no- stram vlla pars Ecclesię Catholicę neglecta videatur. Propter quod, sicut omnibus no- tum est, non destiti laborare, vt manifestata atque defensa incarnationis Dominicę veri- tate omnis fraternitas, quid vbiq; secundum doctrinam Apostolicam, & tenendum & do- cendum esset, agnosceret, accedente glorio- sissimorum principum studio diuinitus in- spirato, vt in ciuitate Chalcedonensi syno- do congregata, hæretica damnaretur impie- tas, nē vel quisquam sectator Nestorij, vel vl- lus discipulus Eutyichis, liberum possit cum Catholicis habere confortium, cum (quod ad sancti concilij auctoritatem pertinet) nul- la vsquā remaserit discordia. Si qui autem sua obduratione cæcitate in reprobi sensus amentiam transferunt, vt mallet furere, q̄ sa- nari: ad Imperialem pertinet potestatem, vt perturbatores Ecclesię, pacis & reipublicę (q̄

Chri-

Christianis principibus meritò gloriatur) inimici sollicitius comprimantur. Vt autem Imperialis est (vt diximus) potestatis, tumultus publicos ac seditiones sacrilegas seuerius coërcere: ita auctoritatis est sacerdotalis, monachis p̄dicandi aliquam contra fidem licentiam non pr̄bere, & om̄i virtute resistere, nē ea quę ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vendicare. Vndē miramur frat̄e Thalasium episcopū, quōd Georgio nescio cui, qui p̄sumendo illicita, & propositum monachi & nomen amisit, scribendi vel p̄dicandi aliquā permiserit facultatem. Ad quē episcopum (si dilectioni tuę visum fuerit) ex hac parte competentia scripta mittamus. Agat itaque fraternitas tua opportunis suggestionibus, vt clementissimus princeps, quę Domino sint placitura, p̄cipiat, & incitatores cruentarum seditionum iubeat competentius coërceri, vt nec illi impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi qui talium vtūtur insania. Si autem inquisito iudiciaria, & confessio reorum ad eas personas peruenit, quarum vel consilio vel impulsu mala tāta commissa sunt, nullius fauoris eis p̄standa sunt solatia. Quātū enim meliora de ipsis sunt credita, tātū sunt amplius detestandi, quorum nūc impietas, quę per hypocrisim fuerat velata, detegitur. Et ideo agat Christianissimus & piissimus Imperator, quod paci ecclesiasticę intelligit p̄futurum. Quem superna inspiratione ita instrudū esse confido, vt & disciplina iniquos reuocare, & a sanguine eorū iubeat abstineri, quauis nil vltionum nō mereantur subire, qui ausi sunt & diuinis & humanis constitutionibus repugnare.

EPISTOLA LXXXI. EIVSDEM, ad Palæstinos monachos.

Cum hac epistola conueniunt pleraque in epistola 95.

Leo Episcopo Palæstinis monachis. Sollicitudini meę, quam vniuersali Ecclesię omnibusque eius filijs debeo, multorum relatione patefactum est, dilectionis vestrę animis quiddam offensionis illatum, dum aut imperiti (vt apparet) interpretes, aut maligni quędā vos aliter intelligere, quā a me sunt p̄dicata, fecerunt, non valentes in gręcum eloquium apte & proprie Latina transferre, cū in rebus subtilibus & difficilibus explicādis, vix sibi etiā in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tamen apud me eō proficit, vt dum ea quę catholica fides respuit, improbatis, intelligamus vos veris amicos esse, quā falsis, & id meritò, refutare, quod ex antiq̄e institutione doctrinę etiā ipse detestor. Quāuis enim epistola mea, ad sanctę memorię Flavianum episcopū data, satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquo aut purgationis aut expositionis indigeat, & alia tamen cū eadem mea scripta concordant, in quibus similiter p̄dicatiōis meę sensus in aperto est.

Necessitatem enim habens contra hereticos, qui multos Christi populos conturbauerāt, differendi, & clementissimis principibus, & sancto concilio synodali, & Constantinopolitanę Ecclesię, quid de incarnatione verbi, secundū euangelicam apostolicamque doctrinam deberemus sapere ac sentire, patefecerit, & in nullo a sanctorum patrum confessione discessit: quia vna est, vera, singularis, perfecta, inuiolabilis catholica fides, cui nihil addi, nihil minui potest. Quam Nestorius prius, & nunc Eutyches, diuersa quidē assertiōe, sed simili impietate, impugnare conati sunt, & Ecclesię Dei duas hereses sibi met contrarias inferre tentarūt, vt vterque a discipulis veritatis meritò damnaretur: quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo sensere. Anathematizetur ergō Nestorius, qui beatam virginem Mariam hominis tantummodò credit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: nec vnum CHRISTVM in verbo DEI & carne sentiret, sed separatim atque seiuictim alium filium Dei, alium hominis p̄dicaret, quum manente illa incommutabilis verbi essentia, quę ei cum patre & spiritu sancto intemporalis atque coęterna est, ita intra virgineā viscera verbum caro sit factum, vt in vno conceptu, vnoque partu eadem virgo, secundū vnionem vtriusque substantię & ancilla Dñi esset & mater. Quod etiā Elizabeth (sicut Lucas Euangelista declarat) intellexit & dixit: Vndē hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterū hereticorum voluntatus errores, tertiū Apollinaris dogma delegit, vt negata humanę carnis atque animę veritate, totum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM vnus asserat esse naturę, tanquā verbi Deitas ipsa se in carnem animamque conuerterit, & concipi ac nasci, nutrirī ac crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & in patris dextera, vndē ad iudicandos viuos & mortuos veniet, considerare, eius tantū essentię fuerit, quę nihil horum in se sinē veritate carnis recipit: quoniam natura vnigeniti natura est patris, natura est spiritus sancti, simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternę Trinitatis indiuisa vnitas, & consubstantialis equalitas. Vndē si ab Apollinaris peruersitate hereticus iste desciscit, nē conuincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis vnus audet pronunciare naturam, non dubiē in Manichęi & Marcionis transit insaniam: & mediatorem DEI & hominum, hominem IESVM CHRISTVM, simulatoriē omnia credit egisse, nec humanū in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quę impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica dete-

detestatur, & talium sacrilegia, concordibus per totum mundum beatorum patrum sunt damnata sententijs: quicunque illi sunt ita obsecrati, & a lumine veritatis alieni, vt verbo Dei a tempore incarnationis, humanam (id est, nostram) negent inesse naturam, ostendant, in quo sibi Christianum nomen vsurpent, & cum euangelio veritatis qua ratione concordent, si beatę virginis partu, aut caro sinē deitate, aut deitas est orta sinē carne. Sicut enim negari non potest, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ita negari non potest, quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quę autem reconciliatio esse potest, qua humano generi propiciaretur DEVS, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet? Quā verò ratione veritatem mediatoris impleat, nisi qui in forma DEI æqualis est patri, in forma serui particeps esset & nostri: vt per vnum nouum hominem, fieret renouatio vetustatis: & mortis vinculum, vnus pręuaricatione cōtractum, vnus morte, qui solus morti nihil debuit, solueretur? Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad precium, vt si vnueritas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula tenerent, quoniam (sicut Apostolus ait) vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Et quum sub peccati p̄iudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quā debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti p̄sidio spem relinquunt, qui in saluatoris nostri corpore negant humanę substantię veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicāt, quo sanguine sint redempti. Quis est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quā quod verus pontifex altari crucis, per immolationem suę carnis imposuit? Quāuis enim multorum sanctorum in conspectu Domini preciosa mors fuerit, nullius tamen ipsontis occisio, propiciatio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt, coronas: & de fortitudine fidelium, exempla nata sunt patientię, non dona iustitię. Singulares quippe in singulis mortes fuere, nec alterius quisquam debitum suo sine persoluit, quum inter filios hominum vnus solus Dominus noster IESVS Christus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiā suscitati, de quibus ipse dicebat: Quum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. Fides etenim vera iustificans impios, & creans iustos, ad humanitatis suę tracta participem, in illo acquirat salutem, in quo solo homo se inuenit innocētē, liberum habens per gratiā Dei, de eius potentia gloriari, qui contra hostem superbū in carnis nostrę humilitate congressus,

his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Quauis ergō in vno domino nostro Iesu Christo, vero DEI atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, & vtraque essentia communes habeat actiones, intelligendę tamen sunt ipsorum operum qualitates: & syncerę fidei contemplatione cernendum est, ad quę prouehatur humilitas infirmitatis, & ad quę inclinatur altitudo virtutis: quid sit, quod caro sinē verbo non agit: & quid sit, quod verbum sinē carne non efficit. Sinē verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & sinē veritate carnis, obuoluta pannis infantia non iaceret. Sinē verbi potentia, non adorarent magi puerum nouo sidere declaratum: & sinē veritate carnis, non iuberetur transferri in Aegyptum puer, & ab Herodis persecutiōe subduci. Sinē verbi potentia, non diceret vox patris, missa de cælo: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. & sinē veritate carnis, non protestaretur Ioannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sinē verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuorum: & sinē veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremò, sinē verbi potentia, non se dominus patri p̄fiteretur æqualem: & sinē veritate carnis, nō idem diceret patrem esse maiorem, cū catholica fides vtrunque suscipiat, vtrunque defendat, quę secundū proprietatem diuinę humanęque substantię, vnum Dei filium, & hominem credit & verbum. Quauis ergō ab illo initio, quo in vtero virginis verbū caro factum est, nihil vnquam inter diuinam humanamque substantiam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, vnus personę fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen, quę inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus: sed quid cuius formę sit, ex operū qualitate sentimus. Nec diuina em̄ humanis p̄iudicat, nec humana diuinis, cū ita in idipsum vtraque concurrant, vt in eis nec proprietas absumat, nec persona geminetur. Dicāt igitur isti phantasmatici Christiani, quę substantia saluatoris affixa sit ligno, quę iacuerit in sepulcro: & reuoluto monumenti lapide, quę tertia die caro surrexerit, vel quale corpus IESVS discipulorum visui, clausis ad eos ostijs ingressus, intulerit, cū ad abigendam cernentium diffidentiam, inspicere oculis, digitisque tractari patentes adhuc fixuras clauorum, & recens compuncti lateris vulnus exigeret. At si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostēdant, vndē sibi spem vitę polliceantur æternę, ad quam, nisi per mediatorem Dei & hominum, hominem IESVM CHRISTVM, nō potest perueniri. Non est em̄ aliud nomē datum hoībus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri: nec est redēptio captiuitatis humanę,

Ioan. 1. b
& Cor. 5. d

Rom. 5. d

Eph. 5. a

Psal. 115.

Ioan. 12. c

Luc. 1. c
Luc. 2. a

Matt. 2. a

Matt. 1. c

Matt. 3. d
Marc. 1. b

Ioan. 1. d

Matth. 4. d
Ioan. 11. b

Matth. 4. a
Marc. 4. d

Ioan. 10. f
& 14. b

Ioan. 19. d

Matth. 28. a

Luc. 24. d

Ioan. 20. d

Act. 4. e

1. Timo. 2. b
Phil. 2. a, b

manā, nisi in sanguine eius, qui dedit semet-
ipsum redemptionem pro omnibus. Qui (sic
ut praedicat beatus Apostolus) cum in for-
ma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse
se aequalem DEO, sed semetipsum exinan-
uit, formam serui accipiens, in similitudine
hominum factus, & habitu inuentus ut ho-
mo, humiliavit semetipsum, factus obediens
vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Pro-
pter quod & Deus illum exaltauit, & dona-
uit illi nomen, quod est super omne nomē,
vt in nomine IESV omne genu flectatur
caelestium, terrestrium, & infernorum: &
omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ie-
sus Christus in gloria est Dei patris. Quan-
uis ergo vnus sit Dominus IESVS Chri-
stus, & verā deitatis verāq; humanitatis in
ipso vna prorsus eademque persona sit, neq;
huius vnitatis soliditas vlla possit diuisione
seungi: exaltationem tamen, qua illum ex-
altauit Deus, & donauit illi nomē, quod su-
per omne nomen excellit, ad eam intelli-
mus pertinere formam, quae ditanda erat tā-
tae glorificationis augmento. In forma quip-
pe Dei, equalis erat patri: & inter geni-
torem atque vngentum, nulla erat in essen-
tia discretio, nulla in maiestate diuersitas,
nec per incarnationis mysterium, aliquid de-
cesserat verbo, quod ei patris munere redde-
retur. Forma autem serui, per quam impas-
sibilis deitas sacramentum magnae pietatis
impleuit, humana humilitas est, & in gloria
diuinæ potestatis euecta est, in tantam vni-
tatem ab ipso conceptu virginis, deitate & hu-
manitate connexa, vt nec sine homine diui-
na, nec sine Deo agerentur humana. Propter
quod sicut Dominus maiestatis dicitur cru-
cifixus, ita qui ex sempiternitate equalis est
Deo, dicitur exaltatus. Nec interest, ex qua
Christus substantia nominetur, cum insepa-
rabiliter manente vnitatis personae, idem sit
& totus hominis filius propter carnem, &
totus DEI filius propter vnam cum patre
deitatem. Quicquid ergo in tempore accepit
Christus, secundum hominem accepit, cui
quae non habuit, conferuntur. Nam secun-
dum potentiam verbi, indifferenter omnia,
quae habet pater, etiam filius habet: & quae
in forma serui à patre accepit, eadem in for-
ma patris etiam ipse donauit, & idem ipse &
diues & pauper. Diues, quia in principio
erat verbum, & verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbum: Hoc erat in principio apud
Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine
ipso factum est nihil. Pauper verò, quia ver-
bum caro factum est, & habitauit in nobis.
Quae autem est eius exinanitio, quae ve pau-
peritas, nisi formae seruilis acceptio, per qua,
verbi maiestate velata, dispensatio humanae
redemptionis impleta est? Nam quia captiui-
tatis nostrae resoluti originalia vincula non
poterant, & ab hostis imperio relaxari, nisi
existeret homo nostri generis, nostraeque na-

2. Cor. 8. b
Ioan. 1. a

Ibidem, b

turę, quem veteris debiti praedicta non te-
nerent, & qui immaculato sanguine suo chi-
rographum laetale dilueret: sicut ab initio
erat diuinitus praedictatum, & prophetarum
oraculis praenunciatum, ita est in plenitudine
praesentis temporis factum, vt multis modis
significata promissio, in diu expectatum ve-
niret effectum: nec posset esse ambiguum,
quod continuis significationibus semper fu-
erat nunciatum. Destructis itaque tot here-
sibus, quae per sanctam deuotionem praedi-
ctum patrum, à corpore sunt catholicae vni-
tatis abscissae, quaeque ideò extorres à Chri-
sto esse meruerunt, quia verbi incarnatione,
quae singularis est recte credentium salus, fe-
cerunt sibi lapidem offensiuos & petram sca-
dali: miror dilectionem vestram, in discernen-
do veritatis lumine, laborare. Et quum mul-
tis manifestationibus declaratum sit, quam
recte & Nestorium & Eutychem cum Dios-
coro, fides Christiana damnauerit, nec Chri-
stianus possit vocari, qui vel illius, vel horum
impietati prebet assensum: doleo, vos euan-
gelicę & apostolicę doctrine (vt audio) re-
sultare, exagitando seditionibus ciuitates,
conturbando ecclesias, nec solum iniurias,
sed etiam cedēs presbyteris atque episcopis
inferendo, vt praefurere & seuitia, propofiti
vestri & professionis sitis immemores. Vbi
est regula mansuetudinis & quietis? Vbi lon-
ganimitas patientię? Vbi tranquillitas pacis?
Vbi firmamentum dilectionis, & tolerantiae
fortitudo? Quae vos ab euangelio Christi aut
persuasio abduxit, aut sequutio separauit?
Vel quae tanta exitit decipientis astutia, vt
obliti prophetarum & Apostolorum, obliti
symboli salutaris & confessionis, quam pro-
nunciantes coram multis testibus, sacramen-
tum baptismi suscepistis, diabolicis vos illu-
sionibus subderetis? Quid apud vos acturae
fuerant vngulae, quid seua tormenta, si ad ex-
pugnandam fidei vestrae integritatem, tantum
vana hereticorum commenta valeret? Pro
fide vos agere creditis, & fidei contraitis. Ec-
clesię nomine armamini, & contra ecclesiam
dimicatis. Hoccine à prophetis, hoc ab euā-
gelistis, hoc ab apostolis didicistis, vt negan-
tes veram Christi carnem, & ipsam verbi ef-
sentiam passioni mortique subdentes, alie-
nam faciatis nostram à suo reparatore natu-
ram, totumque quod crux intulit, quod lan-
cea vulnerauit, quod sepulcri lapis suscepit
& reddidit, solum fuisse opus diuinę poten-
tię, non etiam humilitatis humanę? Propter
quam Apostolus dicit, Non enim erubescō
euangelium: quoniam nouerat, quale Chri-
stianis obijceretur opprobrium ab inimicis.
Et ideò etiam Dominus protestabatur, di-
cens: Qui me confessus fuerit coram homi-
nibus, & ego confitebor illum coram patre
meo. Hi enim non erant digni confessione
filij & patris, quibus nunc caro Christi vere-
cundiam facit: probabantque se nullam de
signo

Coloss. 2. c

1. Pet. 2. b

Rom. 1. b

Marc. 8. d
Lucę 12. a

Psalm. 84.

Rom. 9. a

signo crucis sumpfisse virtutem, qui, quod
praefendum frontibus acceperunt, prome-
relabijis erubescunt. Declinate filij ab his dia-
bolicis persuasionibus, declinate. Veritatem
Dei nulla res violat: sed veritas nos, nisi in
nostra carne, non saluat. Veritas quippe, sic-
ut propheta ait, de terra orta est: & sic verbū
Maria virgo concepit, vt vniendam ipsi carnē
de sua substantia ministraret, nec cum adie-
ctione personae, nec cum euacuatione natu-
rae: quā qui erat in forma Dei, ita accepit for-
mam serui, vt vnus atque idē in forma vtraq;
sit Christus, inclinante se Deo vsque ad infi-
ma hominis, & proficiente homine vsque ad
summa deitatis, dicente Apostolo: Quorum
patres, & ex quibus Christus secundum car-
nem, qui est super omnia Deus benedictus
in secula. Amen.

Epistola LXXXII. eiusdem, ad Anastasium
Thessalonicensem episcopum.
TITVLI CAPITVLORVM SE-
quentis epistolę.

- Quod semper Thessalonicenses antistites vi-
cem Apostolicę sedis impleuerint. 1
- Vt metropolitanis sua iura seruentur. 2
- Vt à metropolitanis, non laici, non digami,
non viduarum mariti, sed irreprehensibi-
les ordinantur episcopi. 3
- Quod subdiaconis carnale coniugium de-
negetur. 4
- Vt nullus inuitis ordinetur episcopus. 5
- Vt metropolitanus episcopus, de electo, quē
est ordinaturus Episcopum, ad Thessalo-
nicenē pontificem referat, & de metropoli-
tano electo similiter prouinciales episco-
pi faciant. 6
- Vt bina per annum prouincialia episcoporum
concilia celebrent. Et si res difficilis emer-
serit, nec fuerit Thessalonicenē episcopi iu-
dicio terminata, ad Romanum referatur
antistitem. 8
- Vt si quis episcopus suam deserens ciuitatē, maiorem
sedem ambitus causa petierit, nec illā ob-
tinere poterit, & sua carere debebit. 8
- Vt nullus alienum clericum sollicitare vel te-
nere praesumat, suo episcopo non preben-
te consensum. 9
- Vt in euocandis prouincialibus episcopis, à
Thessalonicenē pontifice moderatio conseruetur,
nē sub hoc colore sacerdotalis
honor contumelias addatur. Nec ampli-
us quā bini de prouincijs episcopi, quos me-
tropolitani pbauerint, dirigantur. Et nō
amplius ab statuto concilij tempore, quā
dies xv, remorentur episcopi. 10
- Vt si inter eos de negotio fuerit oborta cō-
tentio, cuncta Romano pontifici sub ge-
storum insinuatione pandantur, vt ab eo,
quod Deo placuerit, ordinetur. 11

CAPITVLVM I.

Leo episcopus vrbis romę, Anastasio epi-
scopo Thessalonicenē. Quāta fraternita-
ti tuę à beatissimi Petri Apostoli sede cōmis-

sa, & qualia etiam nostro tibi fauore sint cre-
dita, si vera ratio episcopes, & iusto examine
ponderares, multum possemus de iniunctę ti-
bi sollicitudinis deuotione gaudere. Quā sic-
ut praecessores mei praecessoribus tuis, ita eti-
am ego dilectioni tuę, priorum sequutus ex-
emplum, vices mei moderaminis delegaui, vt
curā, quā vniuersis ecclesijs principaliter ex
diuina institutione debemus, imitator nostrae
mansuetudinis effectus adiuuares, & longin-
quis ab Apostolica sede prouincijs presentiam
quodammodo nostrae visitationis impende-
res: quia de cōtinenti opportunoq; prospe-
ctu promptum tibi esset agnoscere, quid in
quibusq; rebus vel tuo studio componeres,
vel nostro iudicio referuares. Nam quā ma-
iora negocia & difficiliore causarum exitus
liberum tibi esset sub nostrae sententię expe-
ctatione suspendere, nec ratio tibi, nec neces-
sitas fuit in id, quod mensuram tuam exce-
deret, deuiandi. Abūdant enim apud te mo-
nitorum scripta nostrorū, quibus te de oīm
actionum temperantia frequenter instruxi-
mus, vt commendatas tibi Christi ecclesias,
per exhortationem charitatis, ad salubritatē
obediencię prouocares. Quia etsi plerumquē
existant inter negligentes vel desidēs fratres,
quae oporteat maiore auctoritate curari: sic
tamen est adhibenda correptio, vt semper sit
salua dilectio. Vnde & beatus apostolus Pau-
lus, ad ecclesiasticum regimen Timotheum

siquidem

1. Timo. 5. a

Philip. 2. a c

metropo-
litanus

de indignissima adfrictione, quam pertulit, lachrymabili actione conquestus est, coram adstantibus diaconis tuis, qui querelis flebilibus nihil contra referendo, ea quae nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in literis tuis, quas iisdem diaconi detulere, quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturae professione signasset, ut de illo non aliud a nobis posset intelligi, quam proprii arbitrii & spontaneae deuotionis fuisse, quod venerat, quodque chartulam de obedientiae sponione conscripserat, in cuius tamen chartulae mentione signum prodebat in iuriis. Non enim necessarium fuerat, ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipsam voluntarii aduentus probabat officio. Vnde deplorationibus supradictis haec verba epistolae tuae testimonium praebeere, & per hoc quod non est tacitum, nudatum est illud quod silentio fuerat adopertum, aditum scilicet Illyrici praefecturam, & sublimissimam inter mundanos apices potestatem, in exhibitionem infontis antistitis incitatam, ut misera executione terribili, quae omnia sibi officia publica ad effectum praerceptionis adiungeret, a sacris ecclesiae adytis nullo vel falso infimulatus crimine, extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam aegritudinis, non ob saeuitiam hyemis darentur induciae, sed iter asperum & periculis plenum per iniurias niues agere cogere. Quod tanti laboris, tanti que discriminis fuit, ut ex his, qui episcopum comitati sunt, quidam defecisse dicantur. Multum stupeo, frater charissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius indicaueras, quod euocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet: tam atrociter & tam vehementer potueris commoueri, praesertim quod, etsi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerit, quid ad tua consulta rescriberem. Sed ut video, bene de moribus meis existimasti, & quae ciuilia per conseruanda sacerdotali concordia responsurus essem, verissimè prauidisti: & ideo motus tuos exequi sine dilatione properasti, ne, cum moderationis nostrae aliud disponenda scripta sumpsisses, faciendi id quod factum est, licentiam non haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat, & metropolitanum episcopum noui apud te criminis potius vrgebat? At hoc quidem alienum ab illo esse, etiam tu nihil ei obijciendo confirmas. Sed etiam si quid graue, intolerandum que gessisset, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres, quod nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuae credidimus charitati, ut in partem sis vocare sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde sicut multum nos ea, quae a te pie sunt curata, latificant: ita nimium ea, quae perperam sunt gesta, contristant. Et necesse est, post multarum experimenta causarum, sollicitius

3. q. 6. Multum stupeo.

* Nicopolitanum

3. q. 6. Multum.

prospici, & diligentius praecaueri, quatenus per spiritum charitatis & pacis, omnis materia scandalorum de ecclesijs Domini (quas tibi commendauimus) auferatur, praeminente quod in illis prouincijs episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu.

2 Igitur secundum sanctorum patrum canones, spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, metropolitanos singularum prouinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuae cura praetenditur, ius traditae sibi antiquitatis dignitatis intemperatum habere decernimus, ita ut a regulis praestitutis, nulla aut negligentia, aut praesumptione discedant.

3 In ciuitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis haec forma seruetur, ut is qui ordinandus est, etiam si bonae vitae testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundum coniugis sit maritus, aut qui vnam quidem habeat, vel habuerit, sed quae sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut haec, quae in alijs Ecclesiae membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

4 Nam quum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectam continentiam puritatem, nec subdiaconis carnale quidem connubiū conceditur, ut & qui habet, sint tanquam non habentes: & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri: quanto magis in primo, aut secundo, tertioque seruandum est, ne aut Leuitico ministerio, aut presbyterali honori, aut episcopali excellentia quaquam idoneus existimetur, qui se a voluptate vxoriae necdum frenasse detegitur?

5 Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus praeponeatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postularit: ita ut si in aliam forte personam partium se vota diuiserint, metropolitani iudicio is alteri praefertur, qui maioribus & studijs iuuatur, & meritis. Tantum, ut nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quam conuenit, cui non liceret habere, quem voluit.

6 De persona autem consecrandi episcopi, & de cleri plebisque consensu, metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam, tua quoque firmet autoritas. Quae relictis dispositionibus nihil morae aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum. Metropolitanus vero defuncto, quum in locum eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolitanam conuenire debebunt,

25. q. 2. Igitur

di. 32. Omnia sacerdotum.

1. Cor. 7. c

In dec. Iuonis lib. 3. Dist. 63. Si for.

Dist. 65. De persona autem

Dist. 63. Metropolitanus. Et dist. 77. in principio.

ut

ut omnium clericorum atque omnium ciuium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesiae, vel ex diaconibus optimis eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales referant sacerdotes, impleturi vota postulationum, cum quod ipsis placuit, tibi quoque placuisse cognouerint. Sicut enim iustas electiones nullis dilatorijs volumus fatigari, ita nihil permittimus, te ignorante, praesumi.

7 De concilijs autem episcopalis non aliud indicimus, quam sancti patres salubriter ordinauerunt, ut scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quae inter diuersos Ecclesiae ordines nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos qui praesunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quae prouinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferat.

8 Si quis episcopus, ciuitatis suae mediocritate despecta, administrationem loci celebrioris ambiere, & ad maiorem se plebem quacunque occasione transfulerit, non solum a cathedra quidem pelletur aliena, sed carebit & propria, ut nec illis praesideat, quos per avaritiam concupiuit, nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

9 Alienum clericum, inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito charitatis, id inter dantem accipientemque conueniat. Nam grauis iniuriae reus est, qui de fratris ecclesia id, quod est vtilius aut preciosius, audeat vel allicere, vel tenere. Itaque si intra prouinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanum redire compellet: si autem longius processerit, tui praercepti autoritate reuocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

10 In euocadis autem ad te episcopis, moderatissimè esse te volumus, ne per maioris diligentiae specie, fraternis videaris gloriari iniurijs. Vnde si causa aliqua maior extiterit, ob quam rationabile ac necessarium sit, fraternum aduocare conuentum, binos de singulis prouincijs episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficit, ita ut a praestituto tempore non ultra quindecim dies, qui conuenerint, retardent.

11 Si autem in eo, quod cum fratribus tractandum, definiendumve credideris, diuersa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorū testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem, omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad vnitatem concordiae, & quod ad custodiam pertinet disciplinae, nulla dissensionis violetur,

Dist. 18. De concilijs.

7. q. 1. Si quis episcopus.

19. q. 2. Alienum clericum.

* recessit,

nulla desidia negligat. Et te igitur frater charissime, & eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, quum tamen non similis sit oibus materia querelarum, hortor & moneo, ut quae pie sunt ordinata, salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quarat, sed quod alterius, sicut apud apostolum ait: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad aedificationem. Nec enim poterit vnitatis nostrae firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis adstrinxerit: quae sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnus corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Haec conexio totius quidem corporis vnanimitate regit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus cum sit dignitas communis, non est tamen ordo generalis: quum & inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis: & quum omnium par esset electio, vni tamen datum est ut ceteris praemineret. Ne qua forma, episcoporum quoque est orta distinctio: & magna dispositioe, primum est, ne oes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouincijs, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & rursus quidam, in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliolem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis ecclesiae cura conflueret, & nihil vsque ad suo capite dissideret. Qui ergo quibusdam scit se esse praepositum, non molestè ferat, alique sibi esse praetatum: sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat: & sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri, dicentis: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue est. Quod quod experiemur, nisi & illud in obseruantiam veniat, quod idem Dominus ait: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltat, humiliabit: & qui se humiliat, exaltabit.

Epistola 83. eiusdem, ad Septimum Altinum episcopum.

LECTIS tuae fraternitatis literis, vigorem fidei tuae, quae olim noueramus, agnouimus, congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi, pastorem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestialia saeuitia simplices quoque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quae sunt sana, corrumpant. Quod ne qua viperea possit obtinere fallacia, ad metropolitanum episcopum prouinciae Venetiae scripta direximus, quibus ad statum sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum & Caestianorum consortio veniens, in comunione catholica, sine professione legitima satisfactionis, habeatur. Saluberrimum est

Philip. 2. a Rom. 15. a

Rom. 12. b 1. Cor. 12. b

2. q. 6. Qui scit se.

Matt. 23. a

Matt. 11. d

Matth. 20. d

Marc. 10. g

Luc. 22. c Luc. 14. c

Matt. 7. c

* Venetiae

1. q. 7. Saluberrimum enim. 1. q. 1. Omnis cuiuslibet. & Si quis hęreticę.

est enim, & spiritualis medicinę utilitate plenissimum, vt sine presbyteri, siue diaconi, siue alij cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum & ipsos erroris authores, damnari. à se sine ambiguitate fateantur, vt sensibus prauis & dudum pemptis, nulla sperandi superstit occasio, nè vltimum membrum Ecclesię talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cęperit obuiare. Circa quos etiã illa canonum constitutione picipimus custodi, nè ab his ecclesijs, ad quas proprie pertinent, sinantur abscedere, & pro suo arbitrio, ad loca sibi non deputata, trãfrire: cum quod recte non pmittitur inculpatis, multo minùs debeat licere suspectis. Proinde dilectio tua, cuius deuotione gaudemus, iungat surã suã dispositionibus nostris, & cum supradicto metropolitano, det operam, vt circumspecte ac velociter impleantur ea, quę ad totius Ecclesię incolumitatem, & laudabiliter sunt suggesta, & salubriter ordinata.

Epistola 84. eiusdem, ad Nicetam Aquileiensem Episcopum.

Leo episcopus Romę, Nicetę Aquileiensi episcopo: Relatiõ sancti fratris & coepiscopi nostri Septimij, q̄ in subditis habet, agnouimus quosdã presbyteros, diaconos, ac diuersi ordinis clericos, quos Pelagiana vel Cęlestiana hęresis habuerit implicatos, itã in vestra prouincia ad communionem catholicam peruenisse, vt nulla ab eis dãnatio pprii exigeretur erroris, & pastoralibus excubijs nimium dormitantibus, lupos, ouium pellibus rectos, in ouile Dominicum, nõ depositis bestialibus animis, introisse: & quod, per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum, nè in fontibus quidem concederent, vsurpasset, vt relictis, ecclesijs, in quibus clericatum aut acceperant, aut receperant, instabilitate sua per diuersa circumferantur, amãtes semper errare, & nunq̄ in fundamento apostolico permanere. Quoniam qui nullo discussi examine, nullo sunt p̄iudicio suę p̄fessionis obstricti, hunc maximẽ expetunt fructum, vt sub velamento communionis plures domos adeant, & per falsi nominis scientiam multorum corda corrumpant: Quod vtique effecere non possent, si ecclesiarũ p̄fules necessariam diligentiam in talium receptione seruarent, nec cuiquã eorũ euagari in diuersa licuisset. Nẽ ergõ hoc vterius audiat, nè per quorundam negligentiam introducta pernicies, ad euersionem multarum tendat animarum, hoc nostri auctoritate p̄cepti, industrię tuę fraternitatis indicimus, vt congregata apud vos synodo prouincialium sacerdotum, omnes siue presbyteri, siue diaconi, siue cuiuscunque ordinis clerici, qui de Pelagianorũ Cęlestianorumq; consortio in communionem catholicã ea imprudentia sunt recepti, vt nõ prius ad dãnationem sui coarctarent erroris, nunc saltem,

Matt. 7. c

posteaq̄ hypocritis eorũ ex quadã parte dēgitur, ad verã correctione, q̄ & ipsis p̄desse, & nullis possit nocere, cogant. Dãnt aptis p̄fessionibus suis supbi erroris authores, & quicquid in doctrina eorũ vniuersalis Ecclesię exhorrui, detestetur, oĩaq; decreta synodalia, q̄ ad excisione huius hęreseos apostolicę sedis cõfirmavit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis & apertis, ac ppria manu scriptis, p̄testationibus eloquatur. Nihil in verbis eorũ obsecurũ, nihil inueniatur ambiguum: quoniam nouimus hanc istorum esse versutiam, vt in quacunq; particula dogmatis execrandi, quã à damnatorum societate discreuerint, nihil sibi sensũ suorũ existimẽt esse non saluũ. Cumq; omnes diffinitiones suas, ad subrependi facilitatem, improbare se simulent atq; deponere, hoc sibi tota arte fallendi, nisi intelligantur, excipiunt, vt gratia Dei secũdũ merita dari accipientiũ sentiantur. Quę vtique, nisi gratis dẽt, nõ est gratia, sed merces retributioq; meritum, dicente beato apostolo: Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc non ex vobis: dei donum est, nõ ex operibus, nè forte quis extollatur. Ipsi enim sumus figmentũ, creati in Christo Iesu in operibus bonis, q̄ p̄parauit Deus, vt in illis ambulemus. Omnis itaq; bonorum operũ donatio, diuina p̄paratio est: quia non prius quisquam iustificatur virtute, q̄ gratia, q̄ vniciq; principium iustitię, & bonorum fons, atq; origo meritorũ est. Sed ab istis idẽ p̄ naturalẽ industriã dicit p̄ueniri, vt q̄ ante gratiã pprio clara sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere faucinata. Idẽ etiã paruulos dicũt, si sine baptismõ hinc de seculo exierint, non posse dãnari, neq; reos in peccato Adę teneri, sed ad regnum Dei, vel ad vitam æternã, sine vlla cunctatione venire, cum Apostolus dicat: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & itã in omnes homines pertrãsiit, propter quod & ipsi paruuli baptizantur. Quãuis in illo vno possint intelligi plura peccata, si vnum ipsum in sua quasi membra singula diuidatur. Nam & superbia est illic, quia in sua homo potius esse, q̄ in Dei, potestate dilexit: & sacrilegiũ, quia Deo non credit: & homicidium, quia se p̄cipitauit in mortem: & fornicatio spiritualis, quia integritas mentis humanę serpentina suasionẽ corrupta est: & furtum, quia prohibe vsurpã est cibus: & auaritia, quã plus q̄ sufficere illi debuit, appetiuit: & si quid aliud in hoc vno admisso diligenti consideratiõ poterit inueniri. Parentũ quoq; peccatis paruulos obligari, non solum primorum hoim, sed etiã suorum, de quibus ipsi nati sunt, nõ improbabiliter dicit. Illa q̄pe sententia, Reddam peccata patrum in filios, tenet eos vtique, anteq̄ per regeneratione ad testamentum nouum incipiãt p̄tinere: quod testamentum p̄phetabatur, cum diceretur p̄ Ezechielem,

Eph. 2. 8

Rom. 5. 6

Exod. 20. 4

Ezech. 18. 4

Hier. 31.

Psal. 50.

Rom. 5. 6

De cõ. di. 4. A paruulo

In Cõcil. ni. spaleñ. 2. ca. 3

lem, nõ accepturos filios peccata patrum suorum, nec vterius futuram in Israel parabolam illã, Patres manducauerunt vñã acerbã, & dẽtes filiorũ obstupescunt. Idẽ em̄ quisq; renascitur, vt soluatur in eo quicquid peccati est, cum quo nascitur. Nam peccata quę malẽ agendo postea committuntur, possunt & p̄nitendo sanari, sicut etiã post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio, vsque aded, vt etiã de legitimo matrimonio procreatus dicat: In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Neq; hic dixit, In iniquitate, vel in peccato, cum hoc recte dici posset: sed, iniquitates & peccata dicere maluit: quia & in illo vno, quod in omnes pertrãsiuit, quodq; tam magnũ est, vt eo mutaret & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura, sicut suprà dixerim, reperiuntur plura peccata alia parentum, q̄ licet non possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia & misericordia diuina subueniat. A paruulo enim recẽs nato, vsque ad decrepitem senem, quanlibet corporis ætatem gerat, sicut nullus prohibendus est à baptismõ, itã nullus est, qui non peccato moriatur in baptismõ. Sed paruuli, originali: maiores autẽ, etiã his omnibus moriuntur peccatis, quęcunq; malẽ viuendo addidẽre ad illud, quod nascẽdo traxẽre. Cauendũ ergõ dilectioni tuę est, magna q; diligentia prouidendum, nè per huiusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur: & de exciso olim dogmate, aliquod in prouincia tua eiufdẽ mali germen oriatur, quod nõ solum in radicibus suis crescat, sed etiã sanctę Ecclesię sobolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent, & obediẽdo nobis, probent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus p̄ceptis satisfacere detestãrit, siue ille clericus, siue sit laicus, ab Ecclesię societate pellatur, nè perditur animę suę, saluti insidietur alienę. Illam quoque partem ecclesiasticę disciplinę, qua olim à sanctis patribus, & à nobis sæpẽ decretũ est, vt nec in presbyteratũ gradu, nec in diaconatũ ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia ad ecclesiam cuiquam trãfrire sit liberum, vt in integrum reuocet, admonemus: Et vnusquisq; non ambitione illectus, nõ cupiditate seductus, non persuasione hoim deprauatus, ibi vbi ordinatus est, perseueret: itã vt si quis sua quærrens, non quę IESV Christi, ad plebem & ecclesiam suam redire neglexerit, & ab honoris priuilegio, & à communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quę pro custodia canonum & pro fidei integritate decernimus, vehementius commouendos: quia inferiorum ordi-

num culpę ad nullos magis referendę sunt, Di. 86. Inferiorum cultum ad desides negligentęq; rectores, qui multam sæpẽ nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Epistola 85. eiusdem, ad episcopos Aphricanos, per Mauritaniam Cęsareensē constitutos.

TITVLI CAPITVLORVM sequentis epistolę.

- Nẽ illicitę personę ad episcopatum prouehantur. 1
De statutis canonum conseruandis. 2
De Donato Nouatianorum episcopo, & de Maximo ex Donatistis. 3
De Aggare & Tiberiãno, qui ex laicis fuerũt ordinati. 4
De virginibus sacris, quę vim Barbaricam pertulerunt. 5

CAPITVLVM I.

Leo episcopus vniuersis episcopis per Cęsaream Mauritaniam constitutis, in dño salutem. Cũ in ordinationibus sacerdotũ quædam apud vos illicitẽ vsurpata crebrior ad nos commeantium sermo perferret, ratio pietatis exegit, vt pro sollicitudine, quã vniuersę Ecclesię, ex diuina institutione depẽdimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curę nostrę, proficiscẽti à nobis fratri & confacerdoti nostro Potentio delegantes, qui secũdũ scripta, quę per ipsum ad vos direximus, de episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquereret, nobisq; omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem plenissimẽ notitiã nostrę cuncta reseruit, & sub quibus qualibusq; rectoribus quædam Christi plebes in partib; prouincię Cęsareens̄ habeantur, sincera nobis relatione patefecit: necessarium fuit, vt dolorem cordis nostri, quo pro dominicorum gregum periculis æstuamus, datis hũc ad vos literis promeremus, mirantes tantum apud vos, per occasionem temporis impacati, aut ambientium p̄sumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt in dignis quibusque & longẽ extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium & gubernatio ecclesię crederetur. Non est hoc consuleri populis, sed nocere: nec prestare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim p̄sidentium, salus est subditorum: & vbi est incolumitas obedientię, ibi sana est forma doctrinę. Principatũ aut, quẽ aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiã si moribus atq; actibus nõ offendat, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo. Et difficile est vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet ecclesię gradibus prouidenter scienterq; curãdum est, vt in Dei domo nihil sit inordinatũ, nihilq; p̄posterum: quanto magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes

Di. 61. Miramur tantũ.

1. q. 1. Principatus quem.

1. Tim. 5, b

di. 78. Quid est manus

1. Tim. 3, a

Leuit. 21. c
Ezech. 44. f

Eph. 5. f
1. Cor. 11. a

Leuit. 21. c
Ezech. 44. f

1. Tim. 3. d

gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiae Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per spiritum Dei emissa praecipio, qua in persona Timothei, omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & perinde vnicuique nostrum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis? Quid est, cito manus imponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinam, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est, communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui reatum seruat in eligendo sacerdote iudicium: ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suam dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona praetermittendum est, quod institutis generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit de prauaricatione collatus. Dicente enim Apostolo, ut inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem vnus vxoris virum fuisse aut esse confiterit, tam sacra semper habita est ista praecipio, vt etiam de muliere sacerdotis eligendi, eadem intelligeretur seruanda conditio, ne forte illa, priusquam in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugium. Quis ergo dissimulare audeat, quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam? cum huic magno venerandoque mysterio, ne legis quidem statuta defuerint, quibus euidenter est definitum, vt virginem sacerdos accipiat vxorem, & alterius torum nesciat coniugis, quae vxor est futura pontificis? Nam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi & Ecclesiae spirituale coniugium, vt quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa Verbi, non alium virum nosse quam Christum, qui eam vnam elegit, vnam diligit, & aliam praeter ipsam suo consortio non adiungit. Si ergo etiam in veteri testamento haec sacerdotalium coniugiorum forma seruata est, quanto magis sub reuelata iam gratia constituti, Apostolicis debemus seruire praecipis, vt quamlibet quis bonis moribus praeditus, & sanctis operibus inueniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconij gradum, vel ad presbyterij honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non vnus vxoris virum, aut vxorem eius non vnus viri fuisse confiterit? Monente vero Apostolo, atque dicente, Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, quid aliud intelligendum in hoc putamus, nisi vt in his prouectionibus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut a bar-

primo rudibus, aut a seculari actu repente conuersis, officium pastorale credamus, cum omnis gradus militiae Christianae, de incrementis profectuum debeat aestimari, an possint cuiquam maiora committi? Merito beatorum patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis aetas a puerilibus exordijs vsque ad prouectiores annos, per disciplinam Ecclesiasticam stipendia cucurrisset, vt vnicuique testimonium prior vita praebere: nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci praemium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant: quam diligens & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & caelestium dignitatum, ne in aliquo apostolica & canonica decreta violentur, & his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescij, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium, cum valde iniquum sit & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes praeferrantur emeritis? In domo quidem magna, necesse est (sicut Apostolus dixerit) vasa diuersa sint, quaedam aurea & argentea, quaedam vero lignea & fictilia: sed horum ministerium pro materiae qualitate discernitur: nec qui est preciosorum, idem vsus est & vilium. Nam in ordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea praeferrantur argenteis. Sicut autem in ligneis & fictilibus eorum hominum species figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent: ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longam eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum & argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro deuotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resoluatur, omnis ordo turbatur, dum in Ecclesia, qui nullum subiere ministerium, peruerso eligentium iudicio indebitum obtinent principatum. Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium, aut ambitus superborum, vt non solum laicos, sed etiam secundarum vxorum viros, aut viduarum maritos, ad officium cognoscamus pastorale prouectos: nonne apertissimae exigunt causae, vt Ecclesiae, in quibus ista commissa sunt, iudicio seuiore purgentur, & non solum iu tales praefules, sed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur? Sed circumstant nos hinc mansuetudo clementiae, hinc censura iustitiae. Et quia vniuersae viae Domini misericordia & veritas, Psalm. 24. cogi-

Dist. 61. Miramur tantum

2. Tim. 2. c

1. q. 7. Exigunt causam

Psalm. 24. cogi-

1. q. 7. Exigunt causam

1. q. 7. Exigunt causam

1. q. 7. Exigunt causam

1. q. 7. Donatum autem si

1. q. 1. & 25. q. 2. Si qui episcopalem

Dist. 80. Ilud sane qd

ad Ca. 6. Sar dicens concilij

cogimur, secundum sedis Apostolicae pietatem, ita nostram temperare sententiam, vt trutinato pondere delictorum, quae constat non vnus esse mensura, quaedam definiamus vt cunctum toleranda, quaedam vero penitus amputanda. Eos enim qui vel secundas nuptias iniierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt, in sacerdotio manere non patimur: & multo magis illum, si fuerit vestro iudicio cofutatus, qui (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus vxorum, vel illum, qui a prima vxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, priuandum honore decernimus. Caeteros vero, quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod vxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus, non praedictantes Apostolicae sedis statutis, nec praecessorum nostrorum, nostrisque decretis, quibus salubriter constitutum est, ne primum vel secundum aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragijs fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim nunc vt cunctum patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id, quod omnino interdicimus, vsurpare praesumpserit: quia remissio peccati, non dat licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impunere committi.

2. Cum itaque de omnibus ferere, quae fratris nostri Potentij relatio continebat, plenissime dilectionem vestram, per Dauid fratrem & coepiscopum nostrum, qui & sacerdotij merito nobis est probatus & moribus, videatis instructam: superest, fratres, vt concordiam obedientiam salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimis, diuinis & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini pia canonum decreta violari. Quae enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post haec vltione plectamus, in eos specialius & propensius commouendi, qui in Episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, & quos refutare debuerant, consecraverint. Vnde si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem non liceat, etiam si aliquo modo damnum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen ius vltius non habebunt, nec ei Sacramento intererunt, quod neglecto lud sane quod diuino iudicio, immerito praestiterit. Illud ad Ca. 6. Sar dicens concilij gnitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & vbi ante non fuerunt, Episcopi consecrentur, cum vbi

minores sunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficiat. Episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus Ciuitatibus oporteat praesidere, ne, quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta vetuere, viculis & possessionibus, vel obscuris & solitarijs municipijs tribuatur sacerdotale fastigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua dioecesi Restitutus Episcopus factum esse causatus est, & rationaliter postulauit, vt si Episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad ius eius antistitis redigantur, cuius fuerant ante priora. Et inutile est, vt sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuatur. De his autem, quae in sacro virginitatis proposito constituta, barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo, sed corpore perdidere: ea nobis seruanda videtur moderatio, vt neque in viduarum deiciantur gradum, nec in sacrarum & perseverantium virginum numero censeantur. Quibus, si in omnibus virginilibus obseruationibus perseverant, & castimoniam soliditatem mente custodiunt, Sacramentorum non est neganda communio: quia iniustum est, eas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amittit, sed vis hostilis eripuit. Causam quoque Lupicini Episcopi illic iubemus audiri. Cui multum & saepius postulanti, communionem hac ratione reddidimus: quoniam cum ad nostrum iudicium prouocasset, immerito eum, pendente negotio, a communione videbamus fuisse suspensum. Adiectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in praesenti positus, aut confutatus, aut certe confessus, iuxta posset subiacere sententiae, vt vacante loco, quem admodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecratur, exciperet.

3. Donatum autem Salicinensem, ex Nouatiano cum sua (vt coeperimus) plebe conuertimus, ita Dominico volumus gregi praesidere, vt libellum fidei suae ad nos meminerit dirigendum, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissimè confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoque, ex laico, licet reprehensibiliter, ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & a spiritu schismaticae prauitatis alienus est, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate, ita vt & ipse libello ad nos edito, catholicum se esse manifestet.

4. De Aggario vero & Tiberiano, quorum a caeteris, qui ex laicis ordinati sunt, in hoc causa diuersa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus & saeva seditiones

Setentialiter ponitur iste cano 32. q. 5. Illae autem famulae Dei.

1. q. 7. Donatum autem

1. q. 7. Maximum quoque

ex la.

memorantur esse famulatae, vestro iudicio cuncta commisimus, vt relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

32. q. 5. Illa autem famulae Dei, quae integritatem pudoris oppressione barbarica perdidit, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia sua, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quauis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui: minus tamen hoc eis oberit, si, quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse. Si vero aliae emeruerint causae, quae ad statum Ecclesiarum, & ad concordiam pertineat sacerdotum: illic sub timore Domini (volumus) ventilentur, & de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, vt ea, quae iuxta ecclesiasticum morem iuste & rationabiliter fuerint definita, mea quoque sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti.

LEO PAPA DE PRIVILEGIO

Chorepiscoporum siue presbyterorum, ad vniuersos Germaniae atque Galliae Ecclesiarum Episcopos.

Epistola octogesima sexta.

Cap. 13. Damasi papa in epi. ad Numidia episcopos.

LEO Romanae Ecclesiae & Apostolicae sedis Episcopus, vniuersis Germaniae atque Galliae Ecclesiarum episcopis salutem.

Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum episcoporum, siue caeterorum confacerdotum, Christi quoque fidelium coadunata habuissemus, & de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium commeantium sermo peruenerat, atque de alijs necessarijs Ecclesiasticis negocijs tractantes, sacrosque canones relegendes, solerter egissemus: a multis lachrymabili vultu relatum est nobis, quod quidam Germaniarum ac Galliarum urbium Episcopi, frequenter Chorepiscopos (qui iuxta Canones Neocæsarensium, siue secundum aliorum decreta patrum, iidem sunt qui & presbyteri) vel presbyteros destinarent, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum, id praecipisse viros ecclesiasticę disciplinae ignaros, quod est canonicae regulae contrarium, & statim a seculari militia in sacerdotale ministerium delegatos atque promotos. Ergo ne vltra talis a vobis licentia vsurpetur, communi sententia statuendum oportuit, sciētes, quia sicut chorepiscopo vel presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis enim litteris, praecipiente Domino, solus Moses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse vnxit, quod vtiq; summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: Moses & Aaron in sacerdotibus eius: ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moses & Aaron tenuerunt: omnino de-

Num. 7. a

Psalm. 98.

cretum est, vt chorepiscopi vel presbyteri, quod filiorum Aaron gestant figuram, arripere non praesumant. Nam quauis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen auctoritate veteris legis, quaedam nouellis & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris ac benedictio vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conuersis ex haeresi paraclatum Spiritum sanctum tradere, nec chrismata conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quenquam poenitentem reconciliari, nec formatas cuiuslibet epistolas mittere. Haec enim omnia illicita sunt Chorepiscopis, qui ad exemplum & formam septuaginta discipulorum esse Luc. 10. noscuntur: vel presbyteris, qui eandem gestant figuram: quoniam quanquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quae omnia solis debentur summis pontificibus auctoritate canonum praecipitur, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi pontificis demonstraretur. Sed neque coram Episcopo licet presbyteris in baptisterium introire, nec praesente antistite, infantem tingere aut signare, nec poenitentem sine praecipiente episcopi sui reconciliari, nec eo praesente, nisi illo iubente, sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere aut salutare, nec plebem vti que exhortari.

Ex sine huius Epistolae argumentum sumitur, quod non sit plena, sed fragmentum duntaxat.

EIVSDEM LXXXVII. EPISTOLA, ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos.

Distin. 19. Ita Dominus noster Iesus. Distin. 18. Matt. 16. e

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Viennensem prouinciam constitutis, Leo. Diuinam cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesque nationes, Dei voluit gratia coruscare, ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Saluator instituit, vt veritas, quae antea legis & prophetarum praeconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Sed huius muneris sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Huc enim in consortium indiuiduae vnitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, vt aeterni aedificatio templi, mirabili munere gratiae Dei in Petri soliditate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illa nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam inferi praualerent. Verum hanc petram istius sacratissimae firmitate, Deo (vt diximus) edificante constructa, nimis impia vult praesumptione violare, quisquis eius potestate tetat infringere, fauēdo cupiditatibus suis, & id, quod accepit a veteribus, non sequendo, cum nulli se subditū legi, nullis institutionis Dominicae credit regulis contineri, a vestro nostroque per noue vsurpationis ambitum more desciscens, praesumendo illicita, & quae custodire debuit, negligendo. Verum hęc nos, Deo (vt credimus) adspirante, seruata circa vos nostrae charitatis gratia, quam sanctitati vestrae Apostolica semper sedes (vt meministis) impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum ecclesiarum statum, communicato vobiscum labore, componere, non noua instituentes, sed vetera renouantes, vt in statu consuetudine, quae nobis a nostris patribus est tradita, perduremus, & Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scadalibus, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam sedem, pro sui reuerentia, a vestra etiam prouinciae sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam, & pro diuersarum (quae admodum vetus consuetudo poscebat) appellatione causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia, adeo vt seruata vnitatis spiritus in vinculo pacis, commeanibus hinc inde literis, quod sancte agebatur, perpetuae proficeret charitati. Quam sollicitudo nostra, non sua quaerens, sed quae sunt Christi, dignitate diuinitus datam, nec ecclesijs, nec ecclesiarum sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem, semper inter maiores nostros & bene tentum, & salubriter constitutum, Hilarius ecclesiarum statum & concordiam sacerdotum nouis praesumptionibus turbaturus, excessit, ita suam vos cupiens subdere potestati, vt se beato Apostolo Petro non pariat esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vendicans, & debitam metropolitanis sacerdotibus in suum ius transferens dignitatem, ipsius quoque beatissimi Petri reuerentiam verbis arroganteribus minuendo, cui cum praeter caeteris soluenti & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum aestimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiae suae, semetipsum in inferna demergit. Quae igitur apud nos in causa Celidonij episcopi gesta confecta sint, & quae Hilarius dixerit, dum cum eodem praesente supradicto episcopo, audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Vbi postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum Concilio sacerdotum posset respondere, non habuit: ad ea se occulta cordis ipsius transtulerunt, quae nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus (fateor) fratres, & hunc eius mentis tumorem medelis patientiae nostrae curare tentauimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbare vulnera, quae suae animae insolentibus subinde sermonibus infligebat, & quem susceperamus vt fratrem, delinire magis ipsum, quam uis ipse se suis responsionibus iritaret, quam contristare interlocutionibus, nitebamur. Absolutus est Celidonius episcopus, quoniam se iniuste sacerdotio fuisse deiectum, manifesta testium responsione, ipso etiam praesente, monstrauerat, ita vt, quod Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo iudicium, quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tanquam viduae maritus, sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem, seruantes legalia constituta, sollicitius volumus custodiri, non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officij, ne ad sacram militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale coniugium, vt contra Apostolicam disciplinam, non vniuersum tantum uxoris viri fuisse monstrantur. Sed sicut eos, quos factum suum non potest excusare, aut non admittendos, aut si fuerint, decernimus remouendos: ita quibus hoc falsum obijcitur, ab ea necesse est examinatione purgemus, & suum officium perdere non sinamus. Mansisset namque in illum prolata sententia, si obiectorum veritas extitisset. Redditus itaque est Ecclesiae suae, & huic, quam amittere non debuit, dignitati Coepiscopus noster Celidonius, sicut gestorum series, & post decursam cognitionem sententia, quae a nobis est prolata, testatur. Huic negotio sic finito, fratris & Coepiscopi nostri Proiecti querela successit. Cuius ad nos litterae lachrymae & dolendae, de superordinato sibi Episcopo sunt directae. Epistola quoque ingesta est ciuium ipsius, & numerosa subscriptione singulorum firmata, inuidiosissimis contra Hilarium plena querimonijs, quod Proiecto Episcopo suo aegrotare liberum non fuisset, eiusque sacerdotium in alium praeter suam notitiam esset translatum, & tanquam in vacuam possessionem, ab Hilario peruersore haeridem viuentis inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat, cuperemus audire, quamquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare, cum fratrem in lectulo constitutum, non tam infirmitate corporis aggruari, quam alio videatis dolore torqueri. Quae spes illi de vita relinquitur, cui de sacerdotio suo, dum illi alter substituitur, irrogatur desperatio? Apparet ergo, quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse praesumptioni suae, fraternae mortis credidit tarditate. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit

Matth. 16. c Ioan. 21. c

primatus Romanae ecclesiae.

ficabo Ecclesiam meam, vt aeterni aedificatio templi, mirabili munere gratiae Dei in Petri soliditate consisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illa nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam inferi praualerent. Verum hanc petram istius sacratissimae firmitate, Deo (vt diximus) edificante constructa, nimis impia vult praesumptione violare, quisquis eius potestate tetat infringere, fauēdo cupiditatibus suis, & id, quod accepit a veteribus, non sequendo, cum nulli se subditū legi, nullis institutionis Dominicae credit regulis contineri, a vestro nostroque per noue vsurpationis ambitum more desciscens, praesumendo illicita, & quae custodire debuit, negligendo. Verum hęc nos, Deo (vt credimus) adspirante, seruata circa vos nostrae charitatis gratia, quam sanctitati vestrae Apostolica semper sedes (vt meministis) impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum ecclesiarum statum, communicato vobiscum labore, componere, non noua instituentes, sed vetera renouantes, vt in statu consuetudine, quae nobis a nostris patribus est tradita, perduremus, & Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scadalibus, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam sedem, pro sui reuerentia, a vestra etiam prouinciae sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam, & pro diuersarum (quae admodum vetus consuetudo poscebat) appellatione causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia, adeo vt seruata vnitatis spiritus in vinculo pacis, commeanibus hinc inde literis, quod sancte agebatur, perpetuae proficeret charitati. Quam sollicitudo nostra, non sua quaerens, sed quae sunt Christi, dignitate diuinitus datam, nec ecclesijs, nec ecclesiarum sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem, semper inter maiores nostros & bene tentum, & salubriter constitutum, Hilarius ecclesiarum statum & concordiam sacerdotum nouis praesumptionibus turbaturus, excessit, ita suam vos cupiens subdere potestati, vt se beato Apostolo Petro non pariat esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vendicans, & debitam metropolitanis sacerdotibus in suum ius transferens dignitatem, ipsius quoque beatissimi Petri reuerentiam verbis arroganteribus minuendo, cui cum praeter caeteris soluenti & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum aestimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiae suae, semetipsum in inferna demergit. Quae igitur apud nos in causa Celidonij episcopi gesta confecta sint, & quae Hilarius dixerit, dum cum eodem praesente supradicto episcopo, audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Vbi postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum Concilio sacerdotum posset respondere, non habuit: ad ea se occulta cordis ipsius transtulerunt, quae nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus (fateor) fratres, & hunc eius mentis tumorem medelis patientiae nostrae curare tentauimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbare vulnera, quae suae animae insolentibus subinde sermonibus infligebat, & quem susceperamus vt fratrem, delinire magis ipsum, quam uis ipse se suis responsionibus iritaret, quam contristare interlocutionibus, nitebamur. Absolutus est Celidonius episcopus, quoniam se iniuste sacerdotio fuisse deiectum, manifesta testium responsione, ipso etiam praesente, monstrauerat, ita vt, quod Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo iudicium, quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tanquam viduae maritus, sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem, seruantes legalia constituta, sollicitius volumus custodiri, non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officij, ne ad sacram militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale coniugium, vt contra Apostolicam disciplinam, non vniuersum tantum uxoris viri fuisse monstrantur. Sed sicut eos, quos factum suum non potest excusare, aut non admittendos, aut si fuerint, decernimus remouendos: ita quibus hoc falsum obijcitur, ab ea necesse est examinatione purgemus, & suum officium perdere non sinamus. Mansisset namque in illum prolata sententia, si obiectorum veritas extitisset. Redditus itaque est Ecclesiae suae, & huic, quam amittere non debuit, dignitati Coepiscopus noster Celidonius, sicut gestorum series, & post decursam cognitionem sententia, quae a nobis est prolata, testatur. Huic negotio sic finito, fratris & Coepiscopi nostri Proiecti querela successit. Cuius ad nos litterae lachrymae & dolendae, de superordinato sibi Episcopo sunt directae. Epistola quoque ingesta est ciuium ipsius, & numerosa subscriptione singulorum firmata, inuidiosissimis contra Hilarium plena querimonijs, quod Proiecto Episcopo suo aegrotare liberum non fuisset, eiusque sacerdotium in alium praeter suam notitiam esset translatum, & tanquam in vacuam possessionem, ab Hilario peruersore haeridem viuentis inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat, cuperemus audire, quamquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare, cum fratrem in lectulo constitutum, non tam infirmitate corporis aggruari, quam alio videatis dolore torqueri. Quae spes illi de vita relinquitur, cui de sacerdotio suo, dum illi alter substituitur, irrogatur desperatio? Apparet ergo, quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse praesumptioni suae, fraternae mortis credidit tarditate. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit

*scilicet, ad. mis,

subtraxit lucem, abstulit vitam, qui hunc dolorem, in locum eius alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset, iniecit. Esto, ut breuis fratri euenerit humanae conditionis consueta migratio: quid sibi Hilarius querit in aliena provincia, & id quod nullus decessorū ipsius, aut Patroclus habuerit, cur vsurpat, cum & ipsum, quod patroclo à sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum? Expectarentur certe vota ciuium, testimonio populorum, quaereretur honoratorum arbitrium, electio clericorum, quae in sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui norunt patrum regulas, custodiri, ut Apostolicae auctoritatis norma in omnibus feruaretur, qua praecipitur, ut sacerdos ecclesiae praefuturus, non solum attestacione fidelium, sed etiam eorum, qui foris sunt, testimonio muniat, neque vilius scandali relinquatur occasio, cum per pacem & Deo placitam concordiam, consensus omnium studijs, qui doctor pacis futurus est, ordinatur. Sed insperatus nescientibus superuenit, & improuisus abscessit, cursu (ut didicimus) celeri itinera multa conficiens, & per longinuas provincias tanta immaturitate discurrans, ut videatur gloria de scurrili velocitate potius, quam de sacerdotali moderatione captasse. Haec enim directarum ad nos ciuium verba sunt litterarum: Antè abscessit, quam eum venisse nossemus. Non est hoc redire, sed fugere: nec salubritate impendere diligentiae pastoralis, sed vim inferre latronis & furis, dicente Domino: Qui non intrat per ianuam in cortem ouium, sed ascendit aliunde, hic fur & latro est. Non ergo Hilarius tam studuit episcopum consecrare, quam potius, qui egrotabat, occidere, & ipsum quem superposuit, male ordinando decipere. Nos tamè quod vobis credimus, Deo iudice, placitum, in comune cunctis fratribus consulentes, & malè ordinatum submoueri episcopum, & Proiectum in suo sacerdotio permanere debere, decreuimus: id statuentes, ut si quisquam fratrum nostrorum in quacunque provincia decesserit, is sibi ordinationem vendicet sacerdoti, quem illius provinciae metropolitanum esse constitit: quia (ut videmus) causa transacta sunt, in quibus etià multa sunt, quae praeter rationem Ecclesiasticam videantur esse commissae, & iusti iudicij debeant expectare censuram. Sed nos diutius hanc non possumus immorari, cum ad alia, quae nobis cum vestra sanctitate conferenda sunt, prouocemur. Militaris manus (ut didicimus) per provincias sequitur sacerdotem, & armatis praesumptioe suffulto, ad inuadendas per tumultum famulatur ecclesias, quae proprios amiserint. Traduntur ordinandi ad hoc officium, his quibus praeficiendi sunt, ciuitatibus ignoti. Ut em notus, qui fuerit probatus, per pacem petitur: ita per vim, necesse est, qui ignotus adducitur, im-

Ioan. 10. a

natur. Obtestor & obsecro, & sub Dei uocacione conuenio, prohibete fratres talia, & omnem dissensionis materiam de vestris provincijs remouete. Certè nos ante Deum absoluimus, qui vos, ne pmittatis vltra haec fieri, conuenimus. Per pacem & quietem sacerdotes, qui praefuturi sunt, postuletur. Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis. Qui praefuturus est omnibus, ab omnibus eligatur. Ordinationem sibi (ut ante iam diximus) singuli metropolitani suarum provinciarum, cum his quae ceteros sacerdotum antiquitate praueit, restituto sibi per nos iure, defendant. Alienius alter sibi non audeat vendicare. Suis limitibus, suis terminis sit vnusquisque contentus. Et priuilegium sibi debitum, in alium transferre se posse, nouerit non licere. Quod si quis negligens Apostolicas sanctiones, plus gratiae tribuens personali, sui honoris desertor esse uoluerit, priuilegium suum in alium transferre posse se credens: non is cui cesserit, sed is qui in provincia antiquitate episcopali ceteros praueit, sacerdotes ordinandi sibi vendicet potestatem, non quae passim, sed die legitimo celebretur. Nec sibi constare status sui nouerit firmitatem, qui non die sabbati uespere, quod lucefcit in prima sabbati, vel ipso Dominico die fuerit ordinatus. Solum enim maiores nostri resurrectionis Dominicae diem honore dignum iudicauerunt, ut sacerdotes qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur. Suis vnacunqueque provincia sit contenta concilijs, nec vltra Hilarius audeat conuenit indicere synodales, & sacerdotem Domini iudicia, se interferendo, turbare, qui non tantum nouerit se ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis provinciae (quam male vsurpauerat) potestate priuatum. Dignum est em, fratres, antiquitatis statuta reparari, cum is, qui sibi ordinationem provinciae indebitè vendicabat, talis in praesenti etiam probatus fuerit, ut cum ipse frequentius temerarijs & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suae tantum ciuitatis illi sacerdotium, pro sedis Apostolice pietate, praecipio nostra seruauerit. Non ergo sit illi ordinatione, qui meriti sui conscius, cum quaereretur ad accusandum, turpi fuga se credidit subtrahendum ex oris Apostolicae communionis, cuius particeps esse non meruit, Deo (ut credimus) hoc agente, qui illum, inopinatis nobis, & ad iudicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis nostrae confors fieret, ut abscederet latenter, effecit. Nulli Christianorum facile communio denegetur: nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus vltionem, inuitus & dolens quodammodo, debet inferre animus vindicantis. Cognouimus enim, pro commissis & leuibis verbis quosdam à gratia communionis excludos, & animam, pro qua Christi sanguis effusus est,

Sctetia ex-comunica-tio nis no-temerè ferenda.

irroga-

irrogatione tam saui supplicij sauciatam, & inermine quodammodo, exutamque omnium inimine, diabolicis incurribus, ut facile caperetur, obiectam. Certè si quando causa talis emerferit, ut pro commissis criminis qualitate, aliquem iuste faciat communionem priuari: is tantum poenae subdendus est, quem reatus inuoluit: nec particeps debet esse supplicij, qui confors non docet commissi. Sed quid mirum, eum in laicos talem existere, qui soleat sacerdotum damnatione gaudere? Vnde quia nostra longe alia videtur intentio, (nam omnium ecclesiarum statum, & concordiam custodiri cupimus sacerdotum) ad unitatem poenae subdendus est, quem reatus inuoluit: nec particeps debet esse supplicij, qui confors non docet commissi. Sed quid mirum, eum in laicos talem existere, qui soleat sacerdotum damnatione gaudere? Vnde quia nostra longe alia videtur intentio, (nam omnium ecclesiarum statum, & concordiam custodiri cupimus sacerdotum) ad unitatem poenae subdendus est, quem reatus inuoluit: nec particeps debet esse supplicij, qui confors non docet commissi.

EPISTOLA LXXXVIII. EIVSDEM, ad Rauennium Arelatensem Archiepiscopum.

Domino fratri Rauennio, Leo. Profectionem dilectionis tuae, quae summi sacerdotum adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi de honoris augmento, sed etiam Arelatensi ecclesiae, cui te Dominus praeposuit, gaudeamus. Ad omnium enim fidelium decus atque utilitatem redundat, cum talis habetur antistes, cuius plurimi & adiuuentur praesidio, & incitentur exemplo. Vnde, quia non ignoras, quid de syncretitate animi tui secundum praesentem notitiam senserimus, iustissimè

nos agnoscitis exigere, ut quod praesumimus, hoc probemus, frater charissime. Modestia igitur tuae non auctoritas constantiam, sed mansuetudo commendat, iustitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem: & declinata superbia, cui proximum est ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras, omnis potestatis tuae iura contineas. Iusto tamen dicitur lex non esse posita, quia normam praepositionis implet iudicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso habeat & Apostolicas auctoritates, & canonicas sanctiones. Quarum deuotus sectator & diligens executor, in eorum proculdubio consortio gloriaberis, qui de creditorum tibi profectibus talentorum audire meruerit: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, in trauis gaudium domini tui. Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostrae habere non dubites, saepius nos de processu actuum tuorum facias certiores, quoniam iudicij nostri memores, cupimus semper de tuis profectibus in Domino glorari. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

1. Timo. 1. b

Matth. 25. c
& Luc. 19. c

EPISTOLA LXXXIX. EIVSDEM, ad Theodorum Foroouliensem episcopum, ut his, qui in exitu sunt, poenitentia & communio non negentur.

Dilectissimo fratri Theodoro Episcopo, Leo Episcopus. Sollicitudinis quidem tuae is ordo esse debuerat, ut cum metropolitanum tuo primitus de eo, quod quaerendum videbatur esse, conferres: ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis: quia in causis, quae ad generalem obseruantiam pertinent omnium Domini sacerdotum, sine primatibus nihil oportet inquiri. Sed, ut quoquo modo instruat ambiguitas consulentes, quid de poenitentium statu ecclesiastica habeat regula, non tacebo. Multiplex misericordia DEI ita lapsibus subuenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam, spes vitae reparatur aeternae: & qui regenerationis donum violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent: sic diuinae bonitatis praesidijs ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum, homo Christus Iesus, hanc praeposuit Ecclesiae tradidit potestatem, ut & confitentibus aeternam poenitentiae darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui utique operi ipse Saluator interuenit, nec vnquam ab his abest, quae ministris

De poe. dist.
1. Multiplex

ministris suis exequenda commisit, dicēs: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi: vt si quid per seruitutem nostram bono ordine & gratulando impletur effectu, non ambigamus per spiritum sanctum nobis fuisse donatū. Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocunq; interceptus obstaculo, à munere indulgentiæ præsentis exciderit, & priusquam ad cōstituta remedia perueniat, temporalē vitam humana conditione finierit: quod, manens in corpore, non receperit, consequi, exutus carne, non poterit. Nec necesse est nobis, eorum qui sic obierint, merita actusq; discutere, cum dominus Deus nos ter, cuius iudicia nequeunt compræhendi, quod sacerdotale ministerium implere non potuit, suæ iustitiæ reseruaerit, ita potestatem suam timeri volens, vt hic terror omnibus proficit, & quod quibusdam tepidis aut negligētibus accidit, nemo nō metuat. Multum enim vtile ac necessarium est, vt peccatorum reatus ante vltimum diem sacerdotali supplicatione soluantur. His autē, qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia, præsidium pœnitentiæ & mox reconciliatiōis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuersio, dicente spiritu Dei per Prophetā: Cūm cōuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et alibi: Dic tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Et iterum: Quia apud Dominum misericordia est, & copiosa apud eum redēptio. In dispensandis itaq; dei donis nō debemus esse difficiles, nec accusantiū se lachrymas gemitusq; negligere, cū ipsam pœnitentiā ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: Nē forte der illis Deus pœnitentiā, vt respiciant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Vndē oportet vnum quēq; Christianum conscientiæ suæ habere iudiciū, nē cōuerti ad Deū de die in diem differat, nē cū satisfactiōis sibi tempus in fine vitæ suæ constituit, quia periculosè hac se cōditōe fragilitas & ignorantia humana concludit, ad paucarum horarum se reseruet incertū: & cū possit pleniorē satisfactiōe indulgentiā promereri, illius tēporis angustias eligat, quo vix inueniat spatium vel confessio pœnitētis, vel reconciliatio sacerdotis. Verūm (vt dixi) etiā talium necessitati ita auxiliandum est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec cōmunionis gratia denegetur, si eam, etiā amisso vocis officio, per iudicium integri sensūs querere cōprobentur. Quod si aliqua vrgitudinis ita fuerint aggrauati, vt quod paulo antè posscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant: testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, vt simul & pœ-

Matt. 28. d. De pœ. dist. 1. Multiplex
 *excesserit
 De pœ. dist. 1. Multiplex & 26. q. 6. His q. 1. p. 6.
 Ezech. 33. d. Esa. 43. d.
 Psalm. 129.
 *pœnitendi affectionem
 2. Timo. 2. d.
 De pœ. dist. 1. Multiplex
 *iudicia 26. q. 6. His q. 1. p. 6. nec

nitentiæ & reconciliatiōis beneficiū consequantur, seruata tamen regula canonū paternorum circa eorum personas, qui in deū, à fide discedendo, peccarunt. Hæc autē frater charissime, quæ ad interrogatiōē dilectiōis tuæ ideō respondi, nē aliquid contrarium sub ignorantia excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiā facies peruenire, vt si qui fortē sunt fratru, qui de his antea putauerint ambigendum, per ipsum de omnibus, quæ ad te scripta sunt, instruantur. Data 4. Idus Iunij, Herculano viro clarissimo consule.

EPISTOLA 90. EIVSDEM, AD Rusticum Narbonensem episcopum. CAPITULORVM SEQVENTIS epistolæ decretalis, tituli.

Quod non habeantur Episcopi, quos nec clericus elegit, nec populus exquiruit, nec prouinciales episcopi consecraverunt. Si qui tamen clerici ab his pseudoepiscopis ordinantur, rata potest talis ordinatio existere. 1
 Quod presbyteri aut Diaconi, si in aliquo crimine detecti fuerint, non possint per manus impositionem pœnitentiæ remedium consequi. 2
 Quod diaconi, sicut episcopus & presbyter, cessare debeant ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium. 3
 Quod aliud sit vxor, aliud concubina: nec erret, quisquis filiā suam in matrimoniū tradiderit ei, qui habuit concubinam. 4
 Quod non sit coniugij duplicatio, quando ancilla relicta, vxor assumitur. 5
 De his, qui in ægritudine pœnitentiā accipiunt, & cū reualuerint, agere eam nolunt. 6
 De his, qui communionem priuantur, & ita moriuntur. 7
 De his, qui pœnitentiā agere differunt. 8
 Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniā poscit, etiā à licitis abstinere. 9
 Quod pœnitenti nulla negociationis lucra exercere conueniat. 10
 Quod ad militiam secularem post pœnitentiā redire non debeant. 11
 Quod adolescens, si vrgente quocunq; periculo pœnitentiā gessit, & non se continet, vxoris potest remedio sustineri. 12
 Quod si quis propositum monachi deseruerit, publicæ sit pœnitentiæ satisfactiōe purgandus. 13
 Quod puella, quæ non coacta, sed voluntate propria, virginitatis propositum susceperunt, peccant, si nupserint, licet nōdum fuerint consecratæ. 14
 De his, quæ iam consecratæ sunt, si nupserint. 15
 De his, de quibus dubium est, vtrum baptisma perceperint, necesse est vt renascantur. 16
 Quod ij, qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua

qua fidei professione nesciunt, permanentes impositionem suscipiantur. 17
 De his, qui conuiuio gentilium & escis imolatijs vsi sunt. 18
 IEO episcopus, Rustico narbonensi episcopo. Epistolas fraternitatis tuæ, quas Helmes archidiaconus tuus detulit, libeter accepi, diuersarum quidē causarū connexionē multiplicēs, sed nō ita patientiæ legentis onerosas, vt aliquid earū inter concurrentes vndiq; sollicitudines fuerit p̄missum. Vndē totius sermonis tui allegationē cōperta, & gestis, quæ in episcoporum honoratorumq; examine cōfecta sunt, recensitis, Sauiniano & Leoni presbyteris actionis suæ intelleximus fideliā defuisse: nec eis iustam superesse querimoniā, qui se ab inchoatis disceptationibus spontē subdulerint. Circa quos quā formam, quāme mensuram debeas tenere iustitiæ, tuo relinquo moderamini: sua dens tamen charitatis hortatu, vt sanandis ægris spirituale adhibere debeas medicinā, & dicente scriptura, Noli esse nimium iustus, mitius agas cum eis, qui pudicitia zelo videntur modum excessisse vindictæ, nē diabolus, qui deceptit adulteros, de adulterij exultet vltoribus. Miror autē dilectiōē tuam, in tantum scandalorum, quacunq; occasione nascētium, aduersitate turbari vt vacationē ab episcopatus laboribus optare te dicas, & malle in silentio atq; ocio vitā degere, q̄ in his quæ tibi cōmissa sunt, permanere. Dicēte vero Domino, Beatus q̄ perseuerauerit vsq; in finē, vndē beata erit perseueratiō, nisi de virtute patientiæ? Nā secundum apostolicā prædicationem, omnis q̄ voluerit piē viuere in Christo Iesu, persecutionē patietur. Quæ nō in eo tantum cōputanda est, q̄ contra Christianā pietatē aut ferro, aut ignib; agitur, aut quibuscunq; supplicijs: cū persecutionū scelerumque supplicia & dissimilitudines morū, & cōtumaciæ inobediētiū, & malignarū telalinguarū: quibus cōsolationibus cū omnia semper ecclesię mēbra pulsantur, & nulla partium portio hic tētatione sit libera, ita vt periculis nec ocia careat, nec labores: qs inter fluctus maris nauē diriget, si gubernator abscedat? quis ab insidijs luporū oues custodiet, si pastoris cura nō vigilet? quis denique latronibus obsistet & furibus, si speculatore in prospectu explorationis locatū, ab intentione sollicitudinis amor quietis abducatur? Permanendū ergō in opere est credito, & in labore suscepto. Cōstanter tenenda est iustitia, & benignè prestanda clemētia. Odio habeantur peccata, nō homines. Corripiantur tumidi, tolerētur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non seuientis plectatur animo, sed medētis. At si vehementior tribulatio incubuerit, nō ita expauescamus, quasi illi aduersitati pprijs sit viribus resistendū, cū & consiliū nostrum, & fortitudo nostra sit Christus, vt finē quo ni-

*concepta
 Eccle. 7. c.
 Matth. 10. c. & 24. a.
 2. Timo. 3. c.
 *quod
 Ioan. 10. b.
 Distinct. 86. Odiā habentur peccata.
 Ioan. 15. a

hil possumus, per ipsum cūcta possumus: qui confirmans prædicatores euangelij & sacramentorū ministros, Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus vsq; consummationē seculi. Et iterum: Hæc, inquit, loquere sum vobis, vt in me pacē habeatis, in mundo autē tribulationē habebitis. Sed bono animo estote, quia ego vici mundū. Quæ pollicitationes quia sine dubitatiōe manifestæ sunt, nullis debemus scandalis infirmari, nē electioni Dei videamur ingrati, cuius tā potentia sunt adiutoria, q̄ vera promissa. De cōsultationibus autē dilectiōis tuæ, quas separatim cōscriptas, archidiaconus tuus detulit, quid sentiendū sit, inter presentes opportunius quereretur, si nobis tui cōspectūs copia proueniret. Nā cū quædā interrogatiōnes modū diligētia videantur excedere, intelligo eas colloquijs aptiores esse q̄ scriptis. Quia sicut quædā sunt, q̄ nulla possint ratione cōuelli: ita multa sunt, q̄ aut pro cōsideratiōe etatū, aut p̄ necessitate rerū oporteat tēperari, illa semper conditionē seruata, vt in his quæ vel dubia fuerint, vel obscura, id nouerimus sequendū, quod nec præceptis euangelicis cōtrarium, nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

Incipiunt ad inquisitiones eiusdem episcopi, subiecta responsa.
 Capitulum primum.

NVlla ratio finit, vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus episcopis cū metropolitani iudicio cōsecrati. Vndē cū sæpè quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquā istis esse tribuendū, quod nō docetur fuisse collatū: si q̄ autē clerici, ab istis pseudoepiscopis, in eis ecclesijs ordinati sunt, q̄ ad pprios episcopos p̄tinebant, & ordinati eorū cū cōsensu & iudicio præsentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis ecclesijs perseuerēt. Aliter aut vana est habenda ordinatiō, q̄ nec loco fundata est, nec autoritate munita.
 2 Alienum est à cōsuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint cōsecrati, ij pro crimine aliquo suo per manus impositionē remediū accipiant pœnitēdi, quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptū est: Sacerdos si peccauerit, quis orabit pro eo? Vndē huiusmodi lapsis, ad promerendam misericordiā Dei, priuata est expetenda secessio, vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiā fructuosa.
 3 Lex continentie eadē est ministris altaris, q̄ Episcopis atq; presbyteris. Qui cū essent laici siue lectores, licitè & vxores ducere, & filios pro creare potuerunt. Sed cū ad prædictos peruenirent gradus, coepit eis non licere, quod licuit. Vndē vt de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic yyy habere,

Matt. 28. d.
 Ioan. 16. g.
 Di. 14. c. Sic ut quædam.
 Di. 62. Nul- la ratio.
 1. q. 1. Si qui à pseudoepiscopis.
 Dist. 50. Alienū est à cō.
 1. Reg. 2. e
 Dist. 31. Lex continentie

*connubi- habere, quod & falsa sit charitas * coniugio-
orum, rum, & cessent opera nuptiarum.

32. q. 2. Non 4 Non omnis mulier iuncta viro, vxor
ois mulier. est viri: quia nec omnis filius, heres est patris.
Nuptiarum autem foedera, inter ingenuos sunt
legitima & inter aequales, multo prius hoc
Gen. 2. d. & ipsum Domino constituyente, quod initium Ro-
21. b. mani iuris existeret. Itaque aliud est vxor, ali-
ud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libe-
Galat. 4. d. ra. Propter quod etiam Apostolus ad manifes-
tandam harum personarum discretione, testi-
monium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ:
Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres
erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Vnde
27. q. 2. cum eam societas nuptiarum ita ab initio con-
societas stituta sit, ut præter sexuum coniunctionem,
Eph. 5. g. haberet in se Christi & Ecclesiæ sacramen-
tum: dubium non est, eam mulierem non perti-
nere ad matrimonium, in qua docetur nuptia-
le non fuisse mysterium. Igitur cuiuslibet loci
clericus, si filiam viro habenti concubinam in
matrimonium dederit, non ita accipiendum
est, quasi coniugato eam dederit, nisi forte
illa mulier & ingenua facta, & dotata, legiti-
mæ, & publicis nuptiis honestata videatur.
Paterno arbitrio viri iunctæ, carent culpa,
si mulieres quæ à viris habebantur, in matri-
monio non fuerunt: quia aliud est nupta,
aliud concubina.

32. q. 3. Ancil- 5 Ancillam à toro abijcere, & vxorem cer-
lam à toro. tate ingenuitatis accipere: non duplicatio con-
iugij, sed profectus est honestatis.

6 Culpa est sanè talium negligentia,
sed non penitus desperanda, ut crebris cohori-
tationibus incitati, quod necessarium expetie-
runt, fideliter & exequantur. Nemo enim de-
spelandus est, dum in hoc corpore constitutus
est: quia nonnunquam, quod diffidètia æta-
tis differretur, consilio maturiore perficitur.

34. q. 2. De 7 Horum causa Dei iudicio referuanda
comuniõ. est, in cuius manu fuit, ut talium obitus * vsque
*non vsque ad communiõis remedium differretur. Nos
autem, quibus viuentibus non communicauimus,
mortuis communicare non possumus.

De pcc. di. 1. 8 Dissimulatio hæc potest non de con-
Poenia que tempore esse remedium, sed de metu grauius de-
linquendi. Vnde poenitentia quæ dilata est,
cum studiosius petita fuerit, non negetur,
ut quoquo modo ad indulgentiæ medici-
nam anima vulnerata perueniat.

De pcc. di. 1. 9 Aliud quidem est, debita iusta reposce-
Aliud quide. re: aliud, propria perfectionis amore conte-
& 11. q. 1. ali- mnere. Sed illicitorum veniam postulantem,
ud. oportet multis etiam à licitis abstinere, di-
cente Apostolo: Omnia mihi licent, sed non
omnia expediunt. Vnde, si quis poenitens ha-
bet causam, quam negligere fortè non de-
beat, melius expetit Ecclesiasticum, quam
forense iudicium.

De pcc. di. 5. 10 Qualitas lucri, negociantem aut ex-
qualitas lu. cusat, aut arguit: quia est & honestus questus
& turpis. Veruntamen poenitenti vtilius est,
etiam dispendia pati, quam periculis nego-

ciationis obstringi, quia difficile est, inter
ementis vendentisque; commercium, non in-
teruenire peccatum.

11 Contrarium est omnino ecclesiasticis
regulis, post poenitentiam actionem redire ad mi-
litiã secularẽ, cum Apostolus dicat: Nemo mi-
litans Deo, implicat se negocijs secularibus.
Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se
militia mundana voluerit implicare.

12 In adolescentia constitutus, si virginitatem
aut metu mortis, aut captiuitatis periculo,
poenitentiam gessit, & postea, timens lapsum
incontinentiæ, iuuenilis copulã vxoris ele-
git, non est crimen fornicationis incurret: rem
videtur fecisse venialem, si præter coniu-
gem, nullam omnino cognouerit. In quo ta-
men non regulam constituimus, sed quid sit
tolerabilius, æstimamus. Nam secundum ve-
ram cognitionem, nihil magis ei conuenit,
qui poenitentiam gessit, quam castitas per-
seuerans & mentis & corporis.

13 Propositum monachi, proprio arbitrio
trio aut voluntate susceptum, deferri non po-
test absque peccato. Quod enim quis vouit
Deo, debet & reddere. Vnde, qui relicta sin-
gularitatis professione, ad militiam vel ad
nuptias deuolutus est, publicæ poenitentia
satisfactione purgandus est: quia etsi inno-
cens militia, & honestum potest esse coniu-
gium, electione tamen meliorum deseruisse,
transgressio est.

14 Puellæ, quæ non coactæ parentum
imperio, sed spontaneo iudicio, virginitatis
propositum atque habitum susceperunt, si
postea nuptias eligunt, præuaricantur, eti-
amsi consecratio non accessit, cuius utique
non fraudarentur munere, si in proposito
permanerent.

15 Ambigi verò non potest, crimen ma-
gnum admitti, ubi & propositum deseritur,
& consecratio violatur. Nam si humana pa-
cta non possunt impunè calcari, quid de
manebit, qui corruerint foedera diuini sa-
cramenti?

16 Si nulla existant indicia inter propin-
quos aut familiares, nulla inter clericos aut
vicinos, quibus hi, de quibus quaeritur, ba-
ptizati fuisse doceantur: agendum est ut re-
nascantur, nè manifestè pereant, in quibus,
quod non ostenditur gestum, ratio non finit
ut videatur iteratum. Qui autem possunt
meminisse, quod ad ecclesiã veniebant cum
parentibus suis: possunt recordari, an quod
eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed
si hoc etiam ab eorum memoria alienum est,
conferendum eis videtur, quod collatum esse
nescitur: quia non temeritas interuenit præ-
sumptionis, ubi est diligentia pietatis.

17 Hi autem de quibus scripsisti, qui se
baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui
eos baptizauerunt, se nescire profitentur, quo-
libet modo formam baptismatis acceperint,
baptizandi non sunt: sed per manus imposi-
tionem,

tionem, inuocata virtute Spiritus sancti, quã
ab hæreticis accipere non potuerunt, catho-
licis copulandi sunt.

18 Qui conuiuio solo gentilium & escis
immolatijs vsi sunt, possunt ieiunijs & ma-
nus impositioe purgari, ut deinceps ab ido-
lothytijs abstinentes, sacramentorum Chri-
sti possint esse participes: si autem aut idola
adorauerunt, aut homicidijs vel fornicationi-
bus contaminati sunt, ad communionem eos,
nisi per poenitentiam publicam, non oportet
admitti.

EPISTOLA XCI. EIVSDEM,
ad Turibium Asturiensem
Episcopum.

CAPITVLORVM EPISTOLAE DE-
cretalis sequentis, tituli.

Contra Priscillianistas, qui sanctam Trini-
tatem non personis, sed tantum nomini-
bus distinguunt.

1 Aduersus id, quod Dei filium posteriorem
credunt, quam patrem.

2 Aduersus id, quod dicunt idem vnigenitum
dici Christum, quia solus de virgine natus.

3 De natali Domini, quod in eo Priscillianiste
ieiunia celebrent.

4 Aduersus id, quod aiunt animam hominis
ex diuina esse substantia.

5 Contra id, quod aiunt diabolus ex se, vel ex
chaos esse, & propria habere naturam.

6 Contra illud, quod nuptias & procreationes fi-
liorum, adstruant esse peccatum.

7 Contra id, quod corpora humana, diaboli
dicunt esse fragmenta, & à dæmonibus in
vtero formari.

8 Contra id, quod filios repromissionis, ex spi-
ritu sancto dicunt esse conceptos.

9 Contra id, quod animas in celestibus pecca-
ta dicunt, & secundum qualitatem pecca-
ti, in hoc mundo accipere sortem vel bo-
nam, vel malam.

10 Contra id, quod fatalibus stellis dicunt
animas hominum obligatas.

11 Contra id, quod sub alijs potestatibus par-
tes animæ, sub alijs corporis membra de-
scribunt.

12 Contra id, quod duodecim signa, quæ ma-
thematiçi obseruant, per corpus omne
distinguunt.

13. & 14 De apocryphis eorumdẽ Priscillianorum.

15 De libro * Distinctionij.

16

LEO Episcopus Turibio Episcopo sa-
lutem. Quam laudabiliter pro catho-
licæ fidei veritate mouearis, & quam sollicitè
Dominico gregi deuotionem officij pasto-
ralis impendas, tradita nobis per diaconum
tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant,
quibus notitię nostrę insinuare curasti, qua-
lis in regionibus vestrīs de antiqua pestilen-
tiæ reliquijs errorum morbus exarserit. Nam
& epistolæ sermo, & commonitorij series, &
eloquitur libelli tui textus * demonstrat, Priscillianista-
rum foetidissimam apud vos recaluisse senti-

nam. Nihil est enim fordiosum in quorumque sen-
sibus impiorum, quod in hoc dogma non
cõfluxerit: quoniã de omnium terrenarum
opinionum luto, multiplicem sibi * faciem * fecerunt
commiscuerunt, ut soli totum biberent, quic-
quid alij ex parte gustassent. Denique si vni-
uersæ hæreses, quæ ante Priscilliani tempus
exortæ sunt, diligentius retractentur: nullus
penè inuenietur error, de quo non traxerit
impietas ista contagium: quæ non contenta
eorum recipere falsitates, qui ab Euangelio
Christi sub Christi nomine deuiarunt, tene-
bris se etiam paganitatis immerfit, ut per ma-
gicarum artium prophana secreta, & mathe-
maticorum vana mædacia, religionis fidem
morumque rationem, in potestate dæmonum
& effectu siderum collocarent. Quod si &
credi liceat, & doceri, nec virtutibus præmi-
um, nec vitij poena debebitur: omniaque non
solum humanarum legum, sed etiam diuina-
rum constitutionum decreta soluentur: quia
neque de bonis, neque de malis actibus vilius
poterit esse iudicium, si in vtranque partem
fatalis necessitas motum mentis impellit: &
quicquid ab hominibus agitur, non est ho-
minum, sed astrorum. Ad hanc insaniam per-
tinet prodigiosa illa totius humani corporis
per duodecim cæli signa distinctio, ut diuer-
sis partibus diuersæ præsideant potestates: &
creatura, quam Deus ad imaginem suam fe-
cit, in tanta sit obligatione siderum, in quan-
ta est connexionem membrorum. Merito pa-
tres nostri, sub quorum temporibus hæresis
hæc nefanda prorupit, per totum mundum
instanter egere, ut impius furor ab vniuersa
Ecclesia pelleretur, quando etiam principes
mundi ita hanc sacrilegam amentiam dete-
stati sunt, ut authorem eius ac plerosque disci-
pulos, legum publicarum ense prostererent.
Videbant enim omnem curam honestatis
auferrī, omnem coniugiorum copulam sol-
ui, simulque diuinum ius humanumque sub-
ueri, si huiusmodi hominibus vsquam vi-
uere cum tali professione licuisset. Et profuit
diu ista distinctio ecclesiasticæ lenitati, quæ
etsi sacerdotali cõtenta iudicio, cruentas re-
fugit vltiones, seueris tamẽ Christianorum
principum cõstitutionibus adiuuatur, dum
ad spiritale nonnunquam recurrunt remediũ,
qui timent corporale supplicium. Ex quo autem
multas prouincias hostilis occupauit irru-
ptio, & executionem legum tempestates * in-
terdixere bellorum, ex quo inter sacerdotes
Dei difficiles cõmeatus, & rari coeperunt esse
conuentus, inuenit ob publicam perturba-
tionem secreta perfidia libertatẽ, & ad mul-
tarum mentium subuersionem, his malis est
incitata, quibus debuit esse correctã. Quæ
verò illic, aut quanta pars plebiũ pestis hui-
us aliena est, ubi (sicut charitas tua indicat)
lætali morbo etiam quorundam sacerdo-
tum corda corrupta sunt: & per quos oppri-
menda falsitas, & defendenda veritas crede-
batur,

batut, per ipsos doctriṇa Priscilliani, euangelium subditur Christi, vt ad prophanos sensus pietate sanctorum voluminum deprauata, sub nominibus prophetarū & Apostolorum non hoc praedicetur, quod Spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit? Quia ergo dilectio tua fidelis (quantum potuit) diligentia, damnatas olim opiniones sedecim capitulis comprahedit: nos quoque strictim omnia retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur, aut dubium.

Capitulum primum.

Primo itaque capitulo demonstratur, quod impietentiant de Trinitate diuina, quod & Patris & Filij & Spiritus sancti vnam atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit, qui genuit: alius, qui genitus est: alius, qui de utroque processit: sed singularis vnitas in tribus quidem vocabulis, & non in tribus sit accipienda personis. Quod blasphemiae genus de Sabellij opinione sumpserunt, cuius discipuli, etiam Patripassiani merito nuncupantur: quia si ipse est filius qui & pater, crux filij, patris est passio: & quicquid in forma serui filius, patri obediendo, sustinuit, totum in se pater ipse suscipit. Quod catholicae fidei sine ambiguitate contrarium est, quae Trinitatem vnitatis sine homouision confitetur, vt Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, sine confusione indiuisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat aequales: quia vnitatem in Trinitate non eadem persona, sed eadem implet essentia.

2 In secundo capitulo ostenditur ineptum vanumque commentum, de processionibus quarundam virtutum ex Deo, quas habere coeperit, & quas essentia sua ipse praecesserit: in quo Arrianorum quoque suffragantur errori, dicentium quod pater filio prior sit, quia fuerit aliquando sine filio, & tunc pater esse coeperit quando filium genuerit. Sed sicut illos catholica ecclesia detestatur, ita & istos qui putant, vnquam Deo id, quod eiusdem est essentiae, defuisse. Quae sicut mutabilem, ita & proficientem, dicere nefas est. Quam enim mutatur, quod minuitur: tam mutatur etiam, quod augetur.

3 Tertij vero capituli sermo designat, quod iudem impij asserant, ideo vnigenitum dici filium Dei, quia solus sit natus ex virgine. Quod utique non auderent dicere, nisi Pauli Samosatani & Photini virus hauissent, qui dixere, Dominum nostrum Iesum Christum, antequam nasceretur ex virgine Maria, non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt, neque principium de matre dant Christo, asserant necesse est, non vnum esse filium Dei, sed alios quoque ex summo patre progenitos, quorum hic vnus sit natus ex femina, & ob hoc appelleretur vnigenitus, quia hanc nascendi conditionem alij filio-

rum DE Inemo susceperit. Quaquauersum igitur se contulerint, in magna tendunt impietatis abruptum, si Christum Dominum vel ex matre volunt habere principium, vel patris dei vnigenitum diffidentur, cum & de matre is natus sit, qui erat Deus verbum, & de Patre nemo sit genitus praeter verbum.

4 Quarto autem capitulo continetur, quod natalis Christi, quae secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non vere isti honoretur, sed honorare se simulent, ieiunantes eodem die sicut & die Dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quandam illusionem ostentata videri volunt, quae vera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis suis Manichaeis per omnia concordantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque conuicti sunt, Dominicum diem, quae nobis saluatoris nostri resurrectio consecratur, exigunt in more ieiunij, solis (vt proditum est) reuerentiae hanc continentiam deuotes, vt per omnia sint a nostra fidei vnitate discordes, & dies quoque a nobis in laetitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum est, vt in imici crucis Christi & resurrectionis, tale excipiat sententiam, qualem elegere doctrinam.

5 Quinto capitulo refertur, quod animam hominis diuinam asserat esse substantiam, nec a natura creatoris sui, conditione nostrae distare naturam. Quae impietatem ex philosophorum quorundam & Manichaeorum opinione manentem, catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimem, tamque praecipuam esse facturam, cui Deus ipse natura sit. Quod enim de ipso est, id est quod ipse. Nec id aliud est, quod Filius & Spiritus sanctus. Praeter hanc autem summam Trinitatis vnam consubstantialis & sempiternam atque incommutabilem deitatem, nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem, quicquid inter creaturas, Deus est: nec si quid magnus est atque mirabile, hoc est quod ille, qui facit mirabilia magna solus. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo iustitia est: sed multi participes sunt veritatis, & sapientiae, atque iustitiae. Solus autem Deus nullius participationis est indigens. De quo quicquid dignum vtique sentitur, non qualitas est, sed essentia. Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit: quia esse illi quod est, semper aeternum, semper est proprium. Vnde in se manens, innouat omnia: & nihil accipit, quod ipse non dederit. Nimirum igitur superbi, nimirumque sunt ceci, qui cum dicant humanam animam diuinam esse substantiam, non intelligunt, nihil se aliud dicere, quam Deum esse mutabilem, & ipsum perpeti, quicquid potest naturae eius inferri.

6 Sexta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura eius

Ioan. 1. f

consonantes

hoc

Psal. 71. 35.

eius officium dei sit, sed eum ex Chao & tenebris emerisse: quia scilicet nullum suum habet auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia, cum fides vera, quae est catholica, omnium creaturarum siue spiritualium, siue corporalium, bonam confiteatur substantiam, & nullam esse naturam: quia Deus, qui vniuersitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si in eo, quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est, & in veritate non stetit: non in contrariam transiit substantiam, sed a summo bono, cui debuit adherere, deficiuit: sicut ipsi qui talia asserunt, in veris in falsa prouunt, & naturam in eo arguunt, in quo sponte delinquant, ac pro sua voluntaria pueritate damnantur. Quod utique in ipsis malum erit, & ipsum malum non erit substantia, sed poena substantiae.

7 Septimo loco sequitur, quod nuptias dant, & procreationem nascentium perhorrescunt: in quo (sicut penes in omnibus) cum Manichaeorum pphanitate concordant, ideo (sicut ipsorum mores probant) conjugalem copulam detestantes, quia non est illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij seruatur, & spes sobolis.

8 Octauum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum, diaboli dicere esse signata: & femina conceptionum, opere daemonum in mulierum uteris figurari: Propterea resurrectionem carnis non esse credendam, quia concretio corporis non sit congruens animae dignitati. Quae falsitas sine dubio operis diaboli est, & talia prodigia opinionum, signata sunt daemonum, qui non in feminarum ventribus formant homines, sed in haereticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immundissimum virus, de Manichaeae impietatis specialiter fonte procedens, olim fides catholica deprahendit atque damnauit.

9 Nona autem adnotatio manifestat, quod filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto dicat esse conceptos, non illa soboles, quae de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod catholicae fidei repugnans atque contrarium est, quod omnem hominem in corporis animaeque substantiam a conditore vniuersitatis formari, atque animari intra materna viscera, confitetur, manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prolem a primo pariete transcurrit: sed regenerationis sacramento subueniente, quo per spiritum sanctum promissionis filij renascuntur, non in vtero carnis, sed in virtute baptismatis. Vnde & David, qui vtrique erat promissionis filius, dicit ad Deum: Manus tuae fecerunt me, & plasmauerunt me. Et ad Hieremiam Dominus ait: Priusquam te formaré in vtero, noui te, & in vulua matris tuae sanctificauit te.

10 Decimo autem capitulo referuntur asserere, animas, quae humanis corporibus inse-

Ioan. 8. f

substantia

Psal. 118. b Hierem. 1. a

runtur, fuisse sine corpore, & in caelesti habitatione peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in diuersa qualitatis principes incidisse, & per aereas ac sidereas potestates, alias duriores, alias mitiores, corporibus esse inclusas forte diuersa & conditione dissimili, vt quicquid in hac vita variè & inaequaliter prouenit, ex praecedentibus causis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texerunt, sed omnes eos catholica fides a corpore suae vnitatis abscedit, constanter praedicans atque veraciter, quod anima hominum, priusquam in suis inspirentur corporibus, non fuerit: nec ab villo incorporetur, nisi ab opifice deo, qui & ipsarum est creator, & corporum.

Et quia per primi hominis puaricationem tota humani generis, pro pagis vitiosa sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente apostolo: quicumque enim in Christo baptizati estis, Chistum induistis. Non est Iudaeus, neque Graecus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina: omnes enim vnum estis in Christo Iesu. Quid ergo hic agunt, cur suscipiunt? quid signata fatorum? quid mundanarum rerum mobilis status & inquieta diuersitas? Ecce tot impares gratia Dei facit aequales, qui inter quoslibet vitae huius labores, si fideles permanent, miseri esse non possunt, apostolice illud in omni tentatione dicentes: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est, quia propter te morte afficimur tota die, aestimati sumus vt oves occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum, qui nos dilexit. Et ideo ecclesia, quae corpus est Christi, nihil de mundi inaequalitatibus metuit, quia nihil de bonis corporalibus concupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum grauari, quae patientia tribulationum nouit augeti.

11 Vndecima ipsorum blasphemiam est, quae fatalibus stellis & animas hominum, & corpora opinantur: adstringi: per quam amentiam, necesse est, vt homines paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi (vt putant) sidera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abcessit.

12 Duodecimus inter haec illud est, quod sub alijs potestatibus partes animae, sub alijs corporis membra describunt: & qualitates interiorum praesulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus è diuerso signa fidera, quorum virtuti corpora subijciant, opponunt. Et in his omnibus inextricabili serore prope diunt, non audientes dicentem apostolum: Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem

Galat. 3. d

Roma 8. g

Psal. 43.

obstringi omnibus

Colos. 2. b

Coloss. 2. d

nem hoim, secundum elementa mundi, & non secundum Chrm, quia in ipso inhabitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Et iterum: Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angeloru, q non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue, non tenens caput, ex quo totu corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod euangelij veritas non pdicauit, quod Apostolica doctrina non tradidit? Sed haec opera sunt eorum mentibus, de quibus Apostolus dicit: Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebit, sed ad sua desideria concueruabit sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem habere pietatis, ad fabulas autem conuertentur. Nihil itaque nobiscum commune habeant, qui talia audent vel docere, vel credere, & quibuslibet modis nituntur adstruere, quod substantia carnis abspe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum incarnationis Christi resoluunt: quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

*apta
1. Tim. 4. a

13 Tertio decimo loco positum est, eosdē dicere, q omne corpus scripturarum canonicarum, sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia illa duodecim virtutes, q reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, vt in eam substantiam, de qua prodijt, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapietia, q nouit verae deitatis inuolabilem & inconuertibilem esse naturam: animam autem, siue in corpore viuentem, siue a corpore separatam, multis passionibus subiaccere. Quae utique si diuinā esset essentia, nihil aduersi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator est, aliud creatura. Ille enim semper idē est, & nulla varietate mutatur: haec autem mutabilis est, etiam non mutata: quia vt non mutetur, donatu poterit habere, non proprium.

*de diuina esset essentia,

14 Sub quartodecimo vero capitulo, de statu corporis sentire dicuntur, q sub potestate fiderum atq; signoru pro terrena qualitate teneatur: & ideo multa in sanctis libris, q ad exteriorem hominem pertineant, reperi, vt in ipsis scripturis inter diuinam, terrenamq; naturam quaedam sibi repugnet aduersitas: & aliud sit, quod sibi vendicent animae praefules: aliud, quod corporis conditores. Quae fabulae ideo differuntur, vt & anima diuinā affirmetur esse substantia, & caro credatur malae esse naturae: quoniam & ipsum mundum cum elementis suis, non opus Dei boni, sed conditionem mali pfitent authoris: atq; vt haec mendacioru suoru sacrilegia, bonis titulis coloraret, omnia penē diuina eloqua

sensuum nefandorum immixtione violantur. De qua re quintodecimi capituli sermo conqueritur, & psumptionem diabolicam meritō detestatur: quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eoru codices, qui canonici titulantur, inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle plinirent, ne vsquequaq; sentirentur insuauia, quae essent futura mortifera? Curandū ergo est, & sacerdotali diligentia maxime prouidendū, vt falsi codices, & a synodica veritate discordes, in nullo vsllectionis habeantur. Apocrypha aut scripturae, q sub nominibus Apostoloru, multarū habent seminarium falsitatu, non solum interdicens, sed etiam penitus auferenda sunt, atq; ignib⁹ concremanda. Quāuis enim sint in illis quaedam, quae videantur speciem habere pietatis, nunq̄ tamen vacua sunt venenis: & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, vt mirabiliū narratioe seductos, laqueis cuiuscunq; erroris inuoluāt. Vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia pmiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, haereticum se nouerit iudicandum: quoniam qui aliu ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat.

immixtioe
Haeretici corrumpunt scripturas.

16 Postremo autem capitulo hoc prodidit iusta querimonia, q Diocinij tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratioe legentibus cum si aliqd memoriae Diocinij tribuendum putant, reparatione eius magis debeat amare, q lapsus. Non ergo Diocinij, sed Priscillianū legunt: & illud probat, quod errans docuit, non quod correct⁹ elegit. Sed nemo hoc impune psumat, nec inter catholicos censeat, quisquis vitur scripturis, non solum ab Ecclesia Catholica, sed etiam a suo authore damnatis. Non sit pueris liberu, simulare quod fingunt, nec sub velamine nominis Christiani, decretoru Imperialiu statuta declinent. Ideo enim ad Ecclesia Catholica cum tanta cordis diuersitate conueniunt, vt & quos possunt, suos faciant: & legu seueritatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianista, faciunt Manichaei, quoru cum istis tam foederata sunt corda, vt solis nominibus discreti, sacrilegijs autem suis inueniantur vniti: quia & si vetus testamentu, quod isti se suscipere simulant, Manichaei refutat, ad vnum tamen finem vtrorunq; tendit intentio, cum quod isti recipiendo corrumpunt, illi abdicando impugnant. In execrabilibus autē mysterijs eorum, q quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultant, vnum prorsus nefas, vna est obscenitas, & similis turpitude. Quā & si eloqui erubescim⁹, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichaeoru, qui cōprehensi sunt,

Diocinij
scriptis.

confessionibus detecta, ad publicā fecimus peruenire notitiam, ne villo modo possit dubium videri, quod in iudicio nostro, cui non solum frequentissima praesentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas & pars quaedam senatus ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarāt, ore referatur est, sicut ea, q ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrant. Quod autem de Manichaeorum foedissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incestuosa consuetudine oim compertum, multumq; vulgatum est. Qui enim p omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles. Decursus itaq; omnibus, q libelli series cōprehendit, & a quibus commonitorij forma non discrepat: sufficienter (vt opinor) ostendimus, quid de his, q ad nos fraternitas tua retulit, censeamus: & q non sit ferendū, si tam pphanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiunt, vel (vt mitius dixerim) non resistunt. Qua conscientia honorem sibi sacerdotij pstitum vendicant, qui p animabus sibi creditis non laborant: Bestiae irruunt, & ouium septa non claudunt. Fures insidiantur, & excubias non praetendunt. Morbi crebrescunt, & remedia nulla prospiciunt: Cum autem etiam illud addunt, vt his, qui sollicitius agunt, consentire detrectent: & impietates, olim toto orbe damnatas, subscriptionibus suis se anathematizare dissimulant: quid de se intelligi volunt, nisi q non de numero fratrum, sed de parte sint hostiu?

Ioan. 2. d

17 In eo vero, quod in extrema familiaris epistolae tuae parte posuisti, miror cuiusquam catholici intelligentiam laborare, tanquam incertum sit, an descendente ad inferna Christo, caro eius requieuerit in sepulcro, q sicut verē & mortua est & sepulta, ita verē est die tertia suscitata. Hoc enim & ipse Dñs denūciauerat, dicens ad Iudaeos: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Vbi euangelista subiugit: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam Dauid propheta praedixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insup̄ & caro mea requiescet in spe: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Quibus utiq; verbis manifestū est, q caro Dñi & verē sepulta requiuit, & corruptionē non subiit, quia celeriter viuificata reditu animae, resurrexit. Quod non credere, satis impiū est, & ad Manichaei Priscilliani q; doctrinā pertinere, non dubium est, qui sacrilego sensu ita se Christū simulant confiteri, vt & incarnationis & mortis & resurrectionis auferant veritatem. Habeatur ergo inter vos episcopale concilium & ad eum locum, qui omnib⁹ opportunus sit, vicinarum puinciarum conueniant sacerdotes, vt secundum ea, q ad tua cōsulta respondimus, plenissimo disquirat examine, an sint aliqui inter episcopos, qui hui⁹

Psal. 35.

hereseos cōtagio polluant, a cōmuniōe sine dubio separandi, si nefandissima secta p oim sensuum prauitates damnare nōluerint. Nulla em ratio tolerandū est, vt qui pdicand⁹ fidei suscepit officium, is contra euangelium Christi, contra Apostolicā doctrinā, contra vniuersalis Ecclesie symbolū audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, vbi tales docebunt magistri? Quae illic religio populi, q sal plebis, vbi contra humanā societate, pudoris sanctitas tollitur, coniugiorū foedera auferuntur, ppagatio generatiois inhihet, carnis natura damnat, cōtra verū autē Dei verū cultū, Trinitas deitatis, negata psonarū proprietate, confundit, anima hominis diuina essentia pdicatur, & eadē ad diaboli arbitriu carne concluditur: Dei filius p id, q ex virgine ortus, non per id, q ex patre natus est, vni genitus pdicatur: idemq; nec vera dei proles, nec verus virginis partus asferitur, vt per falsam passionem, mortemq; non verā, mendax etiam resurrectio resumptae de sepulcro carnis habeatur? Frustrā autē vtuntur catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt. Possunt haec credere, qui possunt talia patienter audire? Dedimus itaq; literas ad fratres & episcopos nostros, Tarraconenses, Carthaginienses, Lusitanos, atq; Gallicos, eisq; cōcilium synodi generalis indiximus. Ad tuae dilectiois sollicitudinē ptinebit, vt nostrae ordinationis auctoritas, ad pdictarum puinciarum episcopos deferatur. Si autem aliquid (quod absit) obstiterit, quō minus possit celebrari generale cōcilium Galliciae, saltem in vnum cōueniant sacerdotes, quibus congregatis fratres nostri Hydati⁹ & Ceponius imminebunt, coniuncta cum eis instantia tua, quō citius vel prouinciali conuentu remedii tantis vulneribus afferatur. Data xij. Calend. Augusti. Callepio & Ardabure viris clarissimis consulibus.

*Gallicia nos,

Epistola 92. eiusdē, ad Rusticu, Rauennium, Venerium, & ceteros episcopos Galliarum.

Leo episcopus Romae, Rustico, Rauenio, Venerio, ceterisq; Galliarum episcopis. Impletis p misericordiam Dei cōmunib⁹ votis, dignum est, fraternitatem vestrae sanctorum gaudiorū habere consortiu. Nā fratres mei, q vice mea Orientali synodo pfererunt, q vota retulere, significo, confirmata catholica fide, & glorificata apostolicā pdicationis triumpho, q etiam hi, qui ad deuiandum vel seducti fuerant, vel impulsu, recepta veritatis luce, laetantur. Siquidē omnes dñi sacerdotes, in vna sententia, sancto spiritu docente, consenserunt. Et de sacramento Dñicae incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebre erroris ablatae sunt, vt in vno dño nostro, vero dei & hois filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos se DEI gratia iudicantes

tes, correctiois vti remedijs noluere, qualis sit lata sententia, exemplaria, quae misimus, edocentur: vt agnoscat vestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & vindicta retributa est obduratis, & pax impensa correctis. Dñs vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

Epistola eiusdē XCIII. ad episcopos Galliciarum & Hispaniarum, de pascha.

Dilectissimis fratribus, vniuersis episcopis catholicis, p Gallia & Hispania constitutis, Leo. Cum in omnibus diuinorum preceptorum regulis exequedis, sacerdotalē obseruantiam oporteat esse concordē, maximē nobis principaliter puidendū est, nē in paschalis festi die vel ignoratia, vel psumptio peccatum diuersitatis incurrat. Vnde quia tēpus sacratissimae solēnitatis ita dispositos habet limites suos, vt salutare sacramentū nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari: nō definit Apostolicę sedis sollicitudo, pspicere, nē deuotio ecclesiastica aliquo turbet incerto. Quū igitur in quibusdā ascriptionibus patrū, futurū proximē pascha Dñi, ab alijs in diē xv. Kal. Maij, ab alijs in diē viij. Kalendarū earundē inueniretur ascriptū, tantū me diuersitas ista pmouit, vt clementissimo principi Martiano curā de hac re animi mei panderem, vt picipiente ipso, ab his, qui habent huius supputationis peritiam, diligentius illic discussa ratione q̄reretur, quo die posset veneranda solēnitatis rebus celebrari. Quo rescribente, viij. kalēd. Maij definitus est dies. Quia ergō studio vnitate & pacis malū Orientaliū definitioni acquiescere, q̄ in tantae festiuitatis obseruantia dissidere: nouerit fraternitas vestra, die viij. kalendarū Maiarū, ab omnibus resurrectionē Dñicam celebrandam, & hoc ipsum p vos alijs esse fratribus intimandum, vt diuinę pacis confortio, sicut vna fide iungimur, ita vna solēnitatis feriemur.

Epistola 94. eiusdē, ad episcopos & presbyteros, intra Thraciam prouinciam constitutos.

Dominis fratribus meritō beatissimis, in Christo venerabilibus, Samartioni, Carathoni, Desiderio episcopis, & presbyteris oim ecclesiarū, q̄ sunt intra prouinciā Thraciam constitutae, Leo, Victorius, Eustathius, episcopi. Tāta seculi potestates circa sacerdotalem ordinem reuerentia pualuere, etiā hī, quos sub Imperiali nomine terris diuina potentia pesse pcepit, vt ius distringendorū negociorū episcopis sanctis iuxta diuina constituta permiserint. Quod cum & iuris antiqui formulis, & illibatis frequentius sit legibus confirmatum, p̄senti tñ tempore à plebisq; inuenimus fuisse calcatū. Nam p̄termisso sacerdotali iudicio, passim ad examē seculare transire. Quocirca nobis visum est, vt hanc & sacrę legis, & nostri ordinis cōtumentiam, & ad p̄sens vlceretur plena districcio, & obseruandā formulam constitueret in fu-

turum. Censemus itaq; vt quicumque, p̄termisso sacerdotē ecclesię suę, ad disceptationem venerit secularium, sacris liminibus expulsus, à cęlesti arceatur altario: neque vllus post hanc diffinitionē, q̄ cōmuni sedit arbitrio, quicquā sibi vltra p̄scriptum vendicare nitatur, & ita fiet, vt hī qui antē errauere, cōgrua emendatiōe se corrigant: & qui sub obseruationē clericali cęlesti probatur seruire officio, ex clero abijciendum se nōrit, si p̄termisso sacerdotū iudicio, seculare adierit potestatem. Quod ideo singulos, vniuersosq; volumus agnoscere, vt quod pleno iustitię & iuris ordine constitutum est, effectum totius firmitatis in omnibus clericorū negocijs sortiat: Sanē si clericus laicū pulset, prius se audiri ab episcopis poscat: tum si petitionē suā laicū viderit obuiare, ex p̄missu episcopi sui, in seculi moderatorū negocijs ne confligat. Leo episcopus scribit, Victorius episcopus scribit, Eustathius episcopus scribit.

Epistola eiusdem XCV. ad Leonem Augustum.

CAPITVLORVM SEQVENTIS epistolę tituli.

De blasphemijs Nestorij & Eutychetis, eorumq; digno anathemate. 1
Quod in vna Dñi IESV persona, gemina sit deitatis & humanitatis asserēda natura. 2
De capitulis fidei, ex sanctorum patrū libris collectis. 3

CAPITVLVM I.

Leo episcopus, Leoni Augusto. Promississe me memini, venerabilis Imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam noui p̄ esse sollicitam, pleniorē humilitatis meę dirigendū esse sermonem: quem nunc (auxiliante Domino) fideli occasione perfoluo, vt sancto pietatis tuę studio, vtilis (quātū arbitror) deesse non possit instructio. Quauis enim sciam clementiā tuam humanis institutionibus non egere, & syncretissimā de abundantia spiritus sancti hausisse doctrinam, officij tamen mei est, & patefacere quod intelligis, & p̄dicare quod credis, vt ignis ille, quē Dñs veniens misit in terrā, motu crebrę meditationis agitatus, sic concalescat, vt ferueat: & sic inflammetur, vt luceat. Magnas enim caligines Eutychiana hęresis Orientis partibus inferre molita est, & ab illa luce, quę (sicut euangelium loquitur) lucet in tenebris, & tenebrę eam non compræhenderunt, imperitorum oculos tentauit auertere. Cum quę ipsa in suam reciderit cęcitatem, nunc in discipulis recrudescit, quod in authore deficit. Nō longo nanq; temporis interuallo catholica fides, q̄ est singularis & vera, cuiq; nihil addi, nilve minui potest, à duobus est hostibus appetita, quorum prior Nestorius, Eutyches secūdus emerit, qui Ecclesię Dei duas hęreses sibi met contrarias inferre voluerunt, vt vterq; à p̄dicatoribus veritatis meritō damnaretur: quia insanū nimis & sacrilegum,

Lucę 12. f

Ioan. 1. b

legum fuit, quod varia falsitate ambo senterunt. Anathematizet ergō Nestorius, qui B. virginē Mariā, non Dei, sed hominis tātummodō credidit genitricē, vt aliam personam carnis, aliā faceret deitatis: nec vnum Ch̄m in verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atq; seiunctim alterum filium DEI, alterum hominis p̄dicaret, cum manente illa in cōmutabili verbi essentia, quę ei cum patre & spiritu sancto intemporalis atq; cōterna est, ita intra virginea viscera verbum caro fit factū, vt per id, quod ineffabile est, sacramentū vno conceptu, vnoq; partu, secundū veritatem vtriusq; naturę, ea virgo & ancilla Dñi esset, & mater. Quod etiā Elisābeth (sicut Lucas euangelista declarat) intellexit, & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Eutyches quoq; eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hęreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanę carnis atq; animę veritate, totum Dñm nostrum Iesum Christum vnus assereret esse naturam, tanq; verbi deitas ipsa se in carnem animamq; conuerterit, & concipi ac nasci, nutrirī & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & in patris dextra, vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet, cōsistere, diuinę tantū essentię fuerit, quę nihil horum in se, sine carnis recipit veritate: quoniā natura vnigeniti, natura est patris, natura est spiritus sancti. Simulq; impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternę Trinitatis indiuisa vnitas, & cōsubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris pueritate Eutychianus quisq; desiscit, nē conuincatur deitate passibilem sentire atq; mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis vnā audet p̄nunciare naturam, manifestē in Valentini & Manichæi transit insaniā, & mediatorē dei & hominum, hominē Iesum Christum, simulatorē credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cementium. Quę impietatis mēdacia, quoniam olim fides catholica detestatur, & talium assercionum sacrilegia, concordibus per totum mundū beatorum patrū dudū sunt damnata sententijs: non dubium est, eam nos fidem p̄dicare atq; defendere, quam sancta synodus Nicena confirmauit, dicens: Credimus in vnum Deū patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium DEI, natum de patre vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factū, vnus substantię cum patre, (quod Greci dicunt Homouision) per quę omnia facta sunt, siue quę in cælo, siue quę in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit de cælo, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascē-

Lucę 1. d

dit ad cælos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. In qua p̄fessione hoc euidentissimē cōtinetur, quod etiā nos de Domini in carnatione confitemur & credimus, qui ad salutem humani generis reformādam, veram carnem nostrę fragilitatis, nō de cælo secum detulit, sed in vtero virginis matris assumpsit.

2 Quicumque ergō illi sunt ita obcæcati, & à lumine veritatis alieni, vt verbo Dei à tempore incarnationis, humanę carnis denegēt veritatem: ostendant, in quo sibi Christianū nomen vsurpent, & cum euangelio veritatis qua ratione cōcordent, si B. virginis partu, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, Euāgelista dicente qd verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ita negari non potest, beato Paulo Apostolo p̄dicante, qd Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quę autem reconciliatio esse posset, qua humano generi propiciaretur Deus, nisi omnī causam mediator Dei hominumq; susciperet? Qua verō ratione veritatem mediatoris impleteret, nisi qui in forma Dei equalis est patri, in forma serui particeps esset & nostris vt mortis vinculum, vnus p̄uaricatione cōtractum: vnus morte (qui solus morti nihil debuit) solueretur? Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti Christi, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad precium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent: quoniam sicut Apostolus ait, Vbi abundauit peccatū, superabundauit & gratia. Et cum sub peccati p̄iudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiam renascendi: validius factum est donum libertatis, q̄ debitum seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacramenti p̄sidio spem relinquunt, qui in saluatore nostro negāt humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicant, quo sanguine sint redempti. Quis est, vt ait Apostolus, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odore suauitatis? Aut quod vnquam sacrificiū sacratius fuit, q̄ quod verus & æternus pontifex altari crucis, per immolationem suę carnis imposuit? Quauis enim multorum sanctorum in cōspectu nōmini preciosa mors fuerit, nullius tamen infantis occisio, redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederūt, coronas: & de fortitudine fidelium, exempla nata sunt patientię, non dona iustitię. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquā debitum suo sine perfoluit, cum inter filios hominum vnus solus Dominus noster Iesus Christus, qui verē erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiā fuscitati: de quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Fides enim vera, iustificans impios, & creās iustos,

Ioann. 1. b

1. Cor. 5. d

Rdm. 5. b

Ephc. 5. a

Psal. 115. a

Ioann. 11. e

ad humanitatis suae tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo homo solo se inuenit innocentem, liberum habens per gratiam dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate congressus, his victoriae suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno Domino nostro Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, quae inseparabiliter atque indiuisè communes habeat actiones: intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates, & syncerae fidei contemplatione cernendum est, ad quae prae haec humilitas carnis, & ad quae inclinatur altitudo diuinitatis: quid sit, quod caro sine verbo non agit: & quid sit, quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adoraret Magi puerum, stella indice declaratum: & sine veritate carnis non iuberetur in Aegyptum transferri puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi potentia non diceret vox patris missa de caelo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene est complacui, ipsum audite. & sine veritate carnis non prestaret Ioannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret redintegratio debilitatis, & viuificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibis ieiunio, nec somnis esset necessarius fatigato. Postremo, sine verbi potentia non se Dominus patri, profiteretur aequalis, & sine veritate carnis non idem diceret pater se esse maiorem, cum catholica fides utrunque suscipiat, utrunque defendat, quae secundum confessionem Beati Apostoli Petri, unum Christum Dei viui filium, & hominem credit, & verbum. Quauis itaque ab illo initio, quo in utero virginis verbum caro factum est, nihil unquam inter utrumque formae diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporis vnius personae fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen, quae inseparabiliter facta sunt, nulla promixtione confundimus: sed quid cuius formae sit, ex operum qualitate sentimus. Dicat ergo isti hypocritae, qui caecis mentibus lumem nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus maiestatis Christus affixus sit? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto monumento lapide, quae tertio die caro resurrexerit? & in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos, arguebat, & haesitationem cunctantium confutabat, cum diceret: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et Apostolo Thomae: Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quae utique manifestatio corporis sui, iam haereticorum mendacia destruebat, ut vniuersa Ecclesia Christi imbuenda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod Apostoli susceperant praedicandum. At si in tanta luce veritatis tene-

Luc. 1. c
Luc. 2. a
Matth. 2. a
Matth. 2. b
Matth. 3. d
Marc. 1. b
Iohan. 1. d
Iohan. 11. f
Matth. 4. a
Marc. 4. d
Iohan. 10. d
Iohan. 14. d
Matth. 16. c
Iohan. 19. d
Ibidem g
Matth. 28. a
Luc. 24. d
Luc. 24. f
Iohan. 20. g

bras suas haeretica obduratio non relinquit, ostendant, vnde sibi spem vitae polliceantur aeternae, ad quam nisi per mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, non potest perueniri. Sicut enim ait beatus Petrus Apostolus, non est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri: nec est redemptio captiuitatis humanae, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus: & qui (sicut praedicat beatus Apostolus Paulus) cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum exaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Cum ergo vnus sit Dominus Iesus Christus, & vera Deitatis veritasque; humanitatis in ipso vna prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illi (sicut doctor gentium dicit) exaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quae data erat tantae glorificationis augmento. In forma quippe Dei, aequalis erat filius patri, & inter genitorem atque vni genitum nulla in essentia erat discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat verbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autem serui, per quam impassibilis deitas sacramentum magnae pietatis impleuit, humana humilitas est, quae in gloriam diuinam potestatis euecta, est in tantam vnitatem, ab ipso conceptu virginis, deitatis & humanitatis conferta, ut nec sine deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate aequalis Deo, dicitur exaltatus: quia inseparabiliter manente vnitatis personae, vnus atque idem est & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter vnam cum patre deitatem. Quicquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quae non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis, indifferenter omnia quae habet pater, etiam filius habet: & quae in forma serui a patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donauit.

Secundum formam enim Dei, ipse & pater vnum sunt: secundum formam autem serui, non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum.

Secundum formam Dei, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.

Secundum formam serui, tristis est anima eius

A. Cor. 4. e
1. Tim. 2. b
Philip. 2. a. b
Philip. 2. b
Iohan. 10. f
Ioann. 6. d
Ioann. 5. d
Matt. 26. d

eius usque; ad mortem. Et idem ipse est (sicut ait apostolus) & diues, & pauper.

Diues, quia euangelista dicente, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Pauper vero, quia propter nos verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quae autem est eius exinanitio, quae uerba pauptas, nisi formae seruilis acceptio? per quam, uerbi maiestate velata, dispensatio humanae redemptionis impleta est. Nam quia captiuitatis nostrae resoluti originalia vincula non poterat, nisi existeret homo nostri generis nostraeque; natura, quem peccati iudicia non teneret, & qui immaculato sanguine suo chirographum laetale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus praordinatum: ita est in plenitudine praefinito temporis factum, ut multis modis significata promissio, in diu expectatum ueniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se versari haereticorum manifestat impietas, cum sub specie deitatis honorandae, humanae carnis in Christo denegant veritatem, & religiosè existimans credi, si dicatur in saluatore nostro uerum non esse, quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula currentem, mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi uerbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum fidei Christianae, magno (ut haeretici uolunt) decolorat obscuro, si lux ueritatis, sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus, de nostri in Christo corporis ueritate, quae omnes apostoli, apostolorumque; discipuli, & praecleari ecclesiarum uiri; doctores, qui ad martyrii coronam, vel ad confessionis meruerunt gloriam peruenire, in huius fidei lumine splenderunt, consonis uerbis; sententijs intonantes, quod in Domino Iesu Christo, deitatis & carnis vna sit consistenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua diuinorum uoluminum portio haeretica impietas se existimat adiuuari, quae ueritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non prophetia praecineret, non euangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quae rat per omnem seriem scripturarum, quod tenebras suas fugiant, non quod uerum lumem obscurerit: & per omnia secula ita ueritate inueniet coruscantem, ut magnum hoc & mirabile sacramentum, ab initio uideat creditum, quod est in fine completum. De quo, cum sanctarum literarum nulla pars fileat, sufficit quaedam consona ueritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissima latitudinem dirigat, & sincerae intelligentiae luce perspiciat, quod in filio dei, qui se incessabiliter filium hominis & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissimè

2. Cor. 8. b
Ioan. 1. b
Coloss. 2. c
Tit. 1. a
*p. currente
2. Cor. 5. d

gloriandum. Ut autem pietas tua cum uenerabilium patrum praedicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subiiciendas esse sermone. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos praedicare reperies, quam quod sancti patres nostri toto orbe docuerunt: nec quenquam ab illis, nisi solos impios haereticos, discrepare. His igitur, gloriosissime & uenerabilis Imperator, quanta potui breuitate perstrictis, cum inspirata tibi diuinitus fide etiam nostram praedicationem unitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab Euangelica Apostolicaque; doctrina, vel à catholicae professionis symbolo discrepare: quoniam sicut docet beatus apostolus Paulus, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Quid igitur tu uiliter est saluti, quid tu congruentius potestati, quam ut paci ecclesiarum Domini, tua constitutione praesicias, & in omnibus tibi subditis DEI dona defendas, neque ulla ratione patiaris, per inuidiam diaboli ministros ipsius in cuiusquam saeuire perniciem, ut qui in hoc seculo temporali emines regno, in aeternum merearis regnare cum Christo? Data 13. Calend. Septembris, Leone & Maioriano August. consulibus.

Sancti Hilarij Pictauiensis Episcopi, & confessoris, in libro secundo, inter caetera: Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, vna haec felix fidei petra, Petri ore confessa: Tu es (inquit) Christus filius Dei uiui, tanta in se argumenta sustinens ueritatis, quantae peruersitatum quaestiones, & infidelitatis calumniae mouebuntur. Iam in caeteris dispensatio uoluntatis paterna est. Virgo, partus, & corpus, post quae crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa, Dei filius natus ex uirgine & spiritu sancto, ipse sibi in hac operatione consorter, & sua, Dei uidelicet, in umbrata uirtute, corporis sibi initia conseruit, & exordia carnis instituit, ut homo factus ex uirgine, naturam in se carnis exciperet, per quae huius admixtionis societatem, sanctificatum in eo uniuersi generis humani corpus existeret, ut quae admodum omnes in se, per id quod corporeum se esse uoluit, conderentur: ita rursum in omnes ipse per id, quod eius est inuisibile, referret. Dei igitur imago inuisibilis, pudorem humani exordij non recusauit: & per conceptionem, partum, uagitum & cunas, omnes naturae nostrae contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantae dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis à deo originis vnus unigenitus Deus, in corpusculi humani formam sanctae uirginis utero insertus, accrescit. Qui omnia continet, & intra quem & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur: & ad cuius uocem archageli atque

1. Tim. 3. d
Hilarij Pictauiensis episcopi lib. 2. de fide, vel de Trinitate. Matth. 16. c

Ioan. 1. b

angeli tremunt, caelum & terra, & omnis huius mundi resoluuntur elementa, vagitu infantiae auditur. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactu moderatus, cuius est obuolutus. Hanc si quis indigna deo recolitur, tanto se maioris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus haec Dei conueniunt maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus, membra vniuersae carnis in coleret. Humilitas eius, non fra nobilitas est: contumelia eius, non est honor est. Quod ille est DEVS in carne consistens, hoc nos vicissim in deo ex carne renouati. Item eiusdem in libro nono inter cetera: Nescit plane vitam suam, nescit, qui Christum Iesum, ut verum Deum, ita & verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est, Christum Iesum vel spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui est in caelis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in caelis. Haec verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus dominus maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem Ecclesiae constitutus, & ipso illo inter Deum & homines mediatoris sacramento vtrunq; vnus existens, dum ipse ex vnitate in idipsum naturis, naturae vtriusq; res eadem est, ita tamen, ut neutro careret in vtraq; ne forte deus esse, homo nascendo, desineret, & homo rursus, Deus manendo non esset. Haec itaq; humanae beatitudinis fides vera est, deum & hominem predicare, verbum & carnem confiteri: neq; Deum nescire, qd & homo sit: neq; carnem ignorare, qd verbum sit. Item eiusdem in eodem libro inter cetera: Natus igitur vniuersus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, ut se filium DEI credi doceret, & hominis filium predicari admoneret, loques & gerens homo vniuersa qd Dei sunt, loquens deinde & gerens Deus vniuersa qd hominis sunt: ait tamen, ut in ipso illo vtriusq; generis sermo, nunq nisi cum significatione & hominis & Dei loquutus sit. Item alio loco in eodem libro inter cetera: Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes haereticis occasio est, ut quae ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturam diuinam infirmitatem mentiantur: & quia vnus atque idem est, loquens omnia quae loquitur, de semetipso omnia eum locutum esse contendat. Nec sane negamus, totum illum, qui eius manet, naturae suae esse sermonem. Sed si Iesus Christus, & homo & Deus est, & neque cum homo, tum primum Deus: neque cum homo, tum non etiam & Deus, neque post hominem in Deo, non totus homo totus De-

Idem Hila. li. 9. ut supra.

Matth. 10. d

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

us: vnus atque idem, necesse est, dictorum eius sacramentum esse, quod generum. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis discernes sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta diiudica. Cum vero ex homine & Deo, rursum totius hominis, totius etiam Dei tempus intelligis, si quid aliud, ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempore coaptato quae dicta sunt: ut cum aliud sit ante hominem Deum, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, & totus Deus, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum, alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam aeterno. Nostri igitur causa haec omnia Iesus Christus manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturae nostrae loquutus est, non tamen omittens naturae suae esse, quod Deus est. Nam tamen in partu & passione & morte, naturae nostrae res peregerit, res tamen ipsas omnes virtutes naturae suae gessit. Et reliqua. Item alio loco in eodem libro, inter cetera: Videmus ita Deum & hominem predicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur? Non tamen ut alius sit qui mortuus est, & alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro, Christus est mortuus: & rursum Christum a mortuis excitans, idem Christus est, carne se expolians. Naturam Dei, in virtute resurrectionis intellige: dispensationem hominis, in morte cognosce. Et cum sint vtraque suis gesta naturis, vnus tamen Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque est. Item post pauca: Haec igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut vtriusq; naturae personam tractari in Domino Iesu Christo meminissimus: quia qui erat in forma Dei, formam serui accepit. Item sancti Athanasij Alexandrini Episcopi & confessoris, ad Episcopatum Corinthiorum episcopum: Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si Dominus, qui ex Maria virgine processit, filius quidem substantia & natura dei est: quod autem secundum carnem, ex semine Dauid est & carne sanctae Mariae?

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Amb. Mediolanensis Episcopi, & confessoris Mediolanensis Ecclesiae, ad Imperatorem Gratianum, in libro secundo de fide inter cetera: Vnde illud quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus: sed quia idem Deus, idem homo: per diuinitatem Deus, per susceptionem carnis homo Christus Iesus, dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia confors vtriusq; naturae, id est, humanae atque diuinae, in natura hominis subiit passionem: ut indifferet & Dominus maiestatis dicatur esse, qui passus est: & filius homi-

gerens.

Idem vbi supra.

Athanasij Alexandrini Episcopi ad Episcopatum Corinthiorum.

Amb. Mediolanensis Episcopi, de fide, ca. 4. ad gratianum Imperatorem.

Ioan. 3. b & Ephe. 4. b

1. Cor. 4. d

Ex cap. 6.

Eodem lib. & capitulo.

Lib. 7. epist. 47.

Philip. 2. a

Psal. 44.

Galat. 4. b

Hierc. 17. b

Matt. 8. a

hominis, sicut scriptum est, qui descendit de caelo. Item alio loco in eodem libro inter cetera: Sileant igitur inanes de sermionibus questiones, quia regnum Dei (sicut scriptum est) non in persuasionibus verbi est, sed in ostensione virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis. Vnus in vtroque loquitur dei filius, quia in eodem vtraque natura est: et si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quae sunt diuina, quia verbum est: quasi homo dicit quae sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Item eiusdem in libro de incarnatione Domini contra Apollinaristas: Sed dum hos redarguimus, emergunt alij, qui carnem Domini & diuinitatem dicant vnus naturae. Quae tantum sacrilegium in fana vomere? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfidiae robur adoleuit, ut maiore contentione afferant, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnus non esse substantiam, quia isti diuinitate Domini & carnem, substantiam vnus diceret tetauere. Item infra: Et hi mihi frequenter Niceni concilij tractatum se tenere commemorant. Sed in illo tractatu patres nostri, non carnem, sed dei verbum, vnus substantiam cum patre esse dixere. Et verbum quidem ex patre pro cessisse substantiam, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Niceni concilij nomen obtenditur, & noua in ducuntur, quae nunquam nostri sensere maiores? Et reliqua.

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

batur, sed vltra hominem, cum mudaret, et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat: sed supra hominem erat, cum mortuum vinculis iuberet pedibus exire. Homo videbatur, cum penderet in cruce: sed supra hominem, cum referatis tumultis, mortuos suscitaret. Sancti Augustini episcopi Hipponeus ad Dardanum inter cetera: Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, vnde venturus est: memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris: nec aliunde, quod inde venturus est ad viuos & mortuos iudicandos. Et sic venturus est, illa angelica voce testante, quemadmodum est in eis visus in caelum, id est, in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Item eiusdem in epistola ad Volusianum inter cetera: Nunc vero ita inter Deum & homines mediator apparuit, ut in vnitate personae copulans vtrunque naturam, & solita sublimaret insolentiam, & insolita solitis temperaret. Item eiusdem in expositione euangelij secundum Ioannem inter cetera: post medium. Quid igitur haeretice, cum Christus sit Deus & homo, loquitur ut homo, & calumniaris deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam?

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

Ioan. 11. c

Ioan. 19. d

Acto. 1. b

tractatu 78.

Vbi supra statim post.

Quasi continuè post praemissa.

Ioan. 14. d

Zach. 12. d

Zach. 12. d
Ioan. 19. g

Ioan. 20. f
Luc. 24. f

Psal. 109.
Matth. 22. d

Gene. 3. d

Theop. Alex.
epistola paschali,
quae per Aegyptum
missa.
Psal. 13.
Psal. 143.

2. Cor. 8. b

Matth. 1. d

Ioan. 1. b

cem portas adueniet, quoad & vulnera corporis ipsa demonstrat? Tunc enim (inquit) videbunt quem confixere. Et sicut post resurrectionem, Thomae voluit diffidentiam confutare, & illi clauorum loca monstrauit, & lateris vulnera declarauit, & dixit, Mitte manum tuam, & vide, quoniam spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere: sic & tunc ostendit vulnera, crucemque demonstrabit, ut ostendat illum se esse, qui fuerat crucifixus. Item eiusdem in homilia de ascensione Domini: Nam sicut duobus iurgio separatis, vnus in medio posuit, altercantium litē discordiamque dissoluit, ita & Christus fecit, deus nobis iuste irascebatur: & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus: & se mediū Christus ingressus, & sociavit vtranque naturam: & nobis quod imminet supplicium, ipse sustinuit. Item eiusdem episcopi in eadem homilia inter cetera: Christus igitur nostrae naturae primitias obtulit patri, & oblatū donum miratus est pater. quod tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula foedabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatū, & suae sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suae dexterae collocavit. Cognoscimus, quis ille est qui audiuit, Sede ad dexteram meam: quae natura est, cui dixit, Esto meae particeps sedis. Illa natura, quae audiuit: Terra es, & in terram ibis. Item eiusdem in eadem homilia inter cetera: Quo sermone utar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. hodie angeli, vota diu desiderata ceperunt: hodie archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt. Naturam nostram in sede Dominica, immortalī fulgentem gloria, peruiderunt.

SANCTI Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali, quae per Aegyptum destinavit: Cuius rei testis est ille, qui loquitur: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et propheta, Christi auxilium deprecantes: Domine, inclina caelos tuos, & descende. Non ut mutaret loca, in quo omnia sunt: sed ut propter salutem nostram, carnem humanae fragilitatis assumeret, Paulo Apostolo eadem concinente: Cum esset diues, pro nobis pauper factus est, ut nos illius paupertate diuites essemus. Venitque in terras, & de virginali utero, quae sanctificauit, egressus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel, id est, Nobiscum Deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cepit esse, quod nos sumus: & non desijt esse, quod erat: sic assumens naturam nostram, ut quod erat, ipse non perderet. Quamquam enim Ioanes scribat, Verbum caro factum est, id est, alijs verbis, Deus homo factus est, verbum tamen non est verbum in carnem, quia nunquam deus esse cessauit.

Ad quem & sanctus loquitur: Tu autē idem ipse es. Et pater de caelo confestatur, & dicit: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ut & homo factus, nostra confessione permanere dicatur quod fuit, priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem praedicante: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in eternum. In eo enim quod ait, ipse, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec diuinitatis suae imminuisse diuitias, quia propter nos pauper effectus, plenam similitudinem nostrae conditionis assumpserat.

Item eiusdem in alia epistola paschali contra Origenem, inter cetera: Vnus filius patris, nostrique mediator, nec aequalitate eius amissit, nec a nostro consortio separatus est. Inuisibilis Deus, & visibilis homo: forma serui absconditus, & Dominus gloriae confessione credentium comprobatus. Neque enim priuauit eum pater naturae suae nomine, postquam pro nobis homo, & pauper effectus est: nec in Iordane fluuio baptizatum, altero appellauit vocabulo, sed filium vnigenitum, tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Nec similitudo nostra in diuinitatis est mutata naturam, nec diuinitas in nostrae naturae versa est similitudine. SANCTI Gregorij episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania inter cetera: Cum ergo processisset ex virgine deus in ea, quam assumpserat, humana natura, vnum est duobus inuicem contrarijs existens, carne & spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud Deitatis gratia praestat.

Item infra: Missus est quidem, sed ut homo. Duplex enim erat in eo natura. Indē denique & laborauit ex itinere, indē & esuriijt, & sitiuit, & contristatus est, & fleuit humani corporis lege. SANCTI Basilij episcopi Cappadocis: Cum ergo quaedam in Christo ita videamus humana, ut nihil a comuni mortalium fragilitate distare videantur: quaedam ita diuina, quae nulli alij, nisi illi ineffabili naturae conueniant Deitatis: haeret humani intellectus angustia, & tanta admirationis stupore percussa, quod declinet, quid teneat, quod se vertat, ignorat. Si hominem putet, deuictio mortis regno, cum spolijs redeuntē a mortuis, cernit. Propter quod cum omni metu & reuerentia contemplandū est, ut in vno eodemque ita vtriusque naturae veritas demonstratur, ut neque aliquid indignū & indecens de diuina illa & ineffabili substantia sentiat: neque rursūm, quae humanitatis gesta sunt, falsis illusa imaginibus aestimentur. SANCTI Cyrilli episcopi Alexandrini: Homo nominatus est, cum sit natura deus, Dei patris verbum: quoniam similiter ut nos, sanguini communicauit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Item eiusdem in libro qui dicitur Scholia: Vnus igitur est, & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate mansit id, quod erat,

Psal. 109.
& Heb. 1. d
Matth. 3. d
Marc. 1. b
& Luc. 3. e
Heb. 13. b

Matth. 3. d
& Luc. 3. e

SANCTI Cyrilli episcopi
Alexandrinus.

Idē Cyrillus
in episto ad
Nestorium.

erat, est, & erit. Non discernendum igitur vnum dominum Iesum Christum, in hominem seorsum, & seorsum in deum, sed vnum eundemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas inter se seruantes. Item, cuius supra dicitur nanque tanquam aliud in alio inhabitare, id est, diuina natura in humanitate, non perpessa commixtionē, ut esset, quod non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id, in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At verò in verbi persona & humanitatis, nobis solam differentiam designat diuersitas naturarum. Vnus enim ex vtraque intelligitur Christus. Ergo in confusione (ut antea dixi) seruata inhabitasse ait verbum in nobis. Scit enim, vnum esse filium vnigenitum, carnem factum & hominem. Item cuius supra ad Nestorium:

Ait igitur sancta & magna synodus, ipsum, qui est ex vno patre natus naturaliter, filium vnigenitum, Deum verum de Deo vero, lumine delumine, per quem & cum quo omnia fecerit pater, hunc descendisse, in carnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisset tertia die, & ascendisse rursus in caelos. Haec nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtinere dogmatibus, considerantes quid sit, in carnatum esse & hominem factum Dei verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa, vel immutata facta sit caro: nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed illud magis, quod carne, animatam animam rationali, sibi copulauerit verbum, & sic substantialiter, ineffabiliter, & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personae, sed quod diuersae quidem naturae in vnum conuenerint, vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum dominum & Christum & filium, id est, diuinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque copulationis adunationem. Itaque is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus in tempore. Non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundum nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre: (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is, qui ante omnia secula est consempiternus patri, secundae generationis egerit, ut esse inciperet) sed quia propter nos & propter nostram salutem, naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim prius natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum habitauit in eo verbum: sed in ipsa vulua vteroque virginali se cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suae natiuitatem, suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse, & resurrexisse: non quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera, (Deus namque incorporealis, extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, idcirco haec omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus, qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & viuificans dei verbum. Sed quia corpus ipsius proprium, gratia dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet, (infamia est enim, hoc vel sentire, vel dicere) sed quod (ut supra diximus) vera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptione ceciderit, quod absit, sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnum & Dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, ne diuisionis quaedam species inducatur, sed vnum iam & eundem adorantes, quia non est alienum à verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet patri, nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis affidentibus, sed vno cum carne per vnitatem: quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi impossibilem, aut quasi parum decoram, noluerimus accipere, in id incidimus, ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere, & dicere, hominem separatim fuisse solam filij appellatione honoratum: & rursum, verbum quod est ex Deo, & nomine & veritate, filium Dei: sed discernere in duos filios, non debemus vnum Dominum Iesum Christum. Neque enim adiuvat recta fidei ratio, licet nonnulli, nescio quam, perhibeant copulationem personarum. Non dixit enim scriptura, verbum Dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere, dei verbum, similiter ac nos, participatum habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprium suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita Deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis deum, quod erat. hoc vbi que recte fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse conuenimus. Ideo illi non dubitarunt sanctam virginem dicere theotocōn, non quod verbi natura, Deitasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus, animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei verbum, carnaliter natum esse dicitur.

Heb. 2. b

Ioan. 1. b